255074
P.N.C.





1981

M. TVLLII

CICERONIS

OPERA OMNIA.

Præter hactenus vulgatam *Dion. Lambini* editionem, accesserunt *D. Gothofredi* I C. Notæ: in queis

Variæ lectiones propè infinitæ: *Synopses* generales & speciales singulis vel libris vel paginis adiectæ: *Ciceronis loca præcipua* & difficiliora, inter se primò: alijs deinde authoribus Grammaticis, Rhetoribus, Poetis, Historicis, Iurisconsultis maximè collata: vt & *Formulæ* quæ ad ius, leges, senatusconsulta & actiones pertinent, explicatæ.

Index generalis breuitate & arte summa compositus præter superiora adiectus est.

ANNO
1639.

Apud hæredes Eustath. Vignon.

M. D. XCVI.

Cum priuilegio Cæsareæ Maiestatis, & Christianiss. Regis.

BIBLIOTECA ASTRA
SIBIU

275935

4455



INDEX EORVM, QVÆ HOC PRIMO VOLVMINE continentur.

Rhetoricorum ad C. Herennium lib. IIII. Cornificij, seu incerti auctoris. pag 2.

De inuentione Rhetorica lib. II. pag 75

De Oratore ad Q. Fratrem libri III. pag 151.

De claris Oratoribus liber I. qui Brutus inscriptus est. pag 293.

Orator ad Brutum. p. 317.

Topica ad C. Trebatium Iurisconsultum. p 389.

Partitiones Oratoriæ. p 409.

De optimo genere oratorū p. 431.

110

ILLVSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI FREDERICO COMITI PALATINO AD Rhenum, Duci Bauariæ, & Electoratus hæredi, &c.

Dionysius Gothofredus IC. S. D.

PRINCIPES cœlitus dari (Illustrißime Princeps Frederice) iure creditum: non qua lege numinis cœlestis simulachra nos cæteri mortales, sed qua rerum longè maximarum vos Dei ministri, diuinitus ad populos iustitia & pietate continendos, fato missi. Finis vestri, iustique imperij (quod nihil aliud quàm cura salutis aliena est) obedientum vtilitas & salus: nec ab his certior in cœlum vel ad nominis immortalitatem vel ad Deum via. Hac animi sanctitate, fide & vita, glorioſi maiores tui sacrum imperium exornarunt: & ad vestræ Excellentiæ splendorem vsque, honores ampliſsimos vnà cum ditione transmiserunt. Horum vestigijs non insistis modò, sed & maioribus virtute etiam antistare velle videris: qui hisce annis tuis adolescentibus incredibilem penè nominis tui famam vel apud exteros iam excitasti: qui paternarum ditionum vsu non contentus, Illustri Bauarorum

genti, omnem omnis virtutis cognitionem: omnium denique scientiarum ornamenta cumulatissimè intulisti: adscitis in tuum comitatum sapientissimis, quorum consilio rectísque institutis, populos non tam manu quàm vel ipsa vita, vel imperio in fide & officio contineat.

Ac cum extremi siue subsidiarij vsus sit manus, muta verò sit quæ vitæ innocentia perficitur persuasio, tum demum hæc mihi maxima videtur, quæ duabus primis adiuncta, imperio sit ac voce. Habet enim præter superiores virtutes, siue inter suos, siue inter pares, siue inter exteros, siue domi, siue militiæ, ad omnia denique familiarica: habet, inquam, nescio quid latentis energiæ, vox loquentis principis viua: quæ vt per se, (vt est principis vultus ac maiestas) maximè valeat, eo est tamen præstantior cum ab arte, suisque præceptis perficitur.

Quam vim bene dicendi qui principes adsequuti, vitæ innocentiam adiunxerint, hi mihi primùm imperio suo ac gentilitio, tum exteris ac maioribus etiam honoribus dignissimi & ad eos diuinitùs dati videbuntur. Sed quoniam artis & præceptorum paulò antè facta mentio est, ij, commodissimè sanè, bene dicendi artem consequentur, qui peritissimos ad eam rem magistros sibi adsciuerint. Splendori vestro præstantissimos bene dicendi artifices obtigisse muneris est diuini. Quod autem mutos eloquentiæ magistros adhibere potest, honestæ disciplinæ voluptati tribuit, quæ summam vtilitatem etiam coniunctam habeat. In

his

his mutis eloquentiæ magistris M.T.Cicero primas videtur optimo iure consequutus. Cuius opera cùm mihi in vulgus edenda essent, tanti authoris editionem multis locis à me repurgatam, tui nominis splendori offerendam putaui. Et verò habet hic author, præter insitam à natura & arte occultam eloquentiam, exquisita reipublicæ bene regendæ præcepta: quorum lectio Excellentiæ vestræ non potest non esse pergrata. Delectat quoque in Historiarum & exemplorum narratione, quæ ad mores publicos bene componendos passim transducit. Hæc vti à me edita, varijs lectionibus aucta, summarijs et argumentis ornata, difficilium locorum inter se collatione explicata, et ad vsum eorum qui in Jure versantur: quibus, Iure recepto, partes Imperiorum regendæ committi solent, accommodata, ita lubens, ita ex animo, Excellentiæ vestræ dico, voueóque.

Deus optimus maximus Excell. V. salutem, vitam, incolumitatem, honores: populos denique V.E. diutissimè, ac fœlicissimè in iustitia, pietate, ac pace regat et conseruet.

LECTORI BENIVOLO.

M. TVLLIVM Ciceronem (Lector beneuole) à me multis locis emendatũ & explicatum in lucem editurus, te, duorum præcipuè, huius operis initio, monẽdum putaui. Horum primum eſt, eo me conſilio ad hunc authorem poliendum deſcendiſſe, vt tua ac poſteritatis ſtudia, ſi non re, voto ſaltẽ meo adiuuarem.

Etſi autem ſciebam anteceſſorẽ meum, hoc eſt Lambinum, præclaram operam & induſtriam in hoc authore repurgando poſuiſſe: quoniam tamen videbam huius authoris, hoc eſt Ciceronis, eam varietatem eſſe ac præſtantiam, vt non vnius, ſed multorum opem efflagitaret: conſilium inij, vt quod à Lambino prętermiſſum, adderetur. Itaque, in hoc opere inſtituendo, mea ſtudia retuli ad eorum maximè vtilitatem quibus vel hiſtoriæ, vel iuris lectio grata eſſe poterat.

In variis lectionibus conquirendis & inculcandis minus ſollicitus fui: quę plerunque leues ac inanes, nulli rei momentíque: quæ ad bene beatéque viuendum parum vel nihil: vt nec ad principes & maiorum gentium artes Theologiam, Iuriſprudentiam, Medicinam & ſi quæ ſimiles, conferunt: niſi fortè quis putet ſumma hominis vel ſapientiæ vel boni in his poſita, an dilectum pro delectu, valitudinem pro valetudinem legere debeamus: cuius generis non pauca Lambinianæ editioni ingeſta, quæ nihil, nec enim parum dicam, ad ſapientiam conferunt. quo in genere tamen qui verſantur, non docti modò, ſed doctiſſimi paſſim haberi volunt: & quod peius,

à vulgo

à vulgo ita nominantur. Atqui hoc ſemper exiſtimaui, magis ea noſſe nos debere quæ ad mores pertinent: ſiue quà hominesin his terris:ſiue quà patresfamiliâs ac pars familiæ,in domo:ſiue quà ciues in Republica verſamur: vt ne pueriliter in ſyllabis & literarum apicibus vitam hanc caducam,miſeram & breuem teramus : ſed vt potiùs bene ac ſapienter viuere,quàm curioſè, ac ſuperſtitiosè loqui diſcamus.Quæ à me id genus obſeruata,quę que in marginem relata,à Lambini variis,hac aſteriſci * nota dignoſces. Quòd ſi quid coniecturæ Lambinianæ à me additum erit, additio mea,hac figura ‖ inchoabitur, aſteriſco finietur.

Alterum, lector beneuole, de quo monitum te velim, hoc eſt: quædam,homini mihi, humanitus in hoc authore excudendo excidere potuiſſe: quæ ſi qua erunt (vt eſſe poſſunt) humanæ conditionis, homo ipſe, memor eſto. Vetus dictum eſt, *Cuiuis poteſt accidere quod cuiquam poteſt.*

Hoc vt fuerit, tui iuuandi deſiderium, quod ſincerum mihi fuit,lector, intuere:& quàm multa ſecùs accidant,etiam catis & prudentibus,vide. Sanè id nullo iure præſtare ac luere mihi neceſſe eſt,quod operæ excudendo admiſerunt. Hæc cùm occurrent, (occurrent autem nimio plus quàm velim) vide,Lector,vt ne mihi,ſed auctori adſcribas. Fruere interibi, & vale. Anno 1588. die 2. Febr.

SVMMA PRIVILEGII CÆSARIS.

PRIVILEGIO Cæsareę Maiestatis cautum est, vt ne quis Typographus aut Bibliopola intra sacri Romani Imperij, Regnorúmque & dominiorum hæreditariorum eiusdem Maiestatis fines, & decem annorum spacium, computandorum à die prima editionis, Dionysij Gothofredi I C. Repetitæ lectionis Commentarios notásque ad ius ciuile, ad Accursium & Ciceronem, simili aut alio quopiam charactere vel forma, siue in toto, siue in parte recudere, aut alij recudendos dare, vel alibi etiam impressos adducere, vendere, distraheréve, clàm vel occultè citra voluntatem & consensum præfati Gothofredi, eiúsve hæredum pręsumat: pœna hac constituta, vt & dicto Gothofredo & Typographo cui dictos libros cudendi curam commiserit, vel alterutrius hæredibus ac mandatariis, potestas sit, superiores libros ita deprehensos propria authoritate, vel magistratus loci illius vindicare, vt qui secus fecerit quàm hoc priuilegio continetur, omnibus illis libris de facto priuetur. pœna præterea decem marcharum auri puri Cæsareo fisco & dicto Gothofredo ex æquo pendenda. Datum in arce regia Pragæ, die XXII. Febr. anno Domini M. D. LXXXVIII. regni Romanorum XIII. Hungarici XVI. Bohemici XIII.

RVDOLPHVS.

IACOBVS CVRTIVS à Tenfftenau.

Ad mandatum Cæsareæ Maiestatis proprium.

P. BERVBVRGER.

INCERTI AVCTORIS, SEV, VT DOCTIS QVIBVSDAM videtur, Cornificij, Rhetoricorum ad C. Herennium,

LIBER PRIMVS.

Synopsis libri I. ad Herennium.

1 ¶ *De ratione dicendi, arte Rhetorica, eiúsque præceptis ad Caium Herennium scribit hic author:* 2 *in queis hoc primùm occurrere videtur, vt huius artis præcepta ad exercitationem, hoc est dicendi assiduitatem accommodentur.* 3 *Ab hìs tractat De oratoris Officio,* 4 *Generibus causarum, demonstratiuo, deliberatiuo, iudiciali.* 5 *De Materia oratoria, hoc est Inuentione, Dispositione, Elocutione, Memoria, Pronuntiatione.* 6 *eáque omnia tribus comparari docet, arte, imitatione, exercitatione.* 7 *De* INVENTIONE, *& quemadmodum ad eam orator suum officium possit accommodare.* 8 *Inuentionis sex partes esse, Exordium, Narrationem, Diuisionem, Confirmationem, Confutationem, Conclusionem.* 9 *De* EXORDIO, 10 *& vt commodè exordiri possimus, genus causæ considerandum esse, nimirum, an honestũ, turpe, dubium, humile.* 11 *Exordiorum duo esse genera, Principium & Insinuationem.* 12 *Principium quid, & quemadmodum principio vtendum in causæ genere dubio, humili, turpi, honesto.* 13 *Exordio quemadmodum auditorem docilem, attentum, beneuolum, efficiamus.* 14 *De Insinuatione & quando ea vti liceat.* 15 *De exordiis vitiosis.* 15 *De* NARRATIONE *eiúsque generibus & officiis.* 16 ¶ *De* DIVISIONE *seu partitione.* 18 ¶ *De* CONFIRMATIONE *& Confutatione, in hu totam sfem vincendi positam esse: vtrumque facere nos posse si constitutionem causæ cognouerimus.* 19 *Constitutiones causarum tres esse.* 20 *Constitutionem causæ, esse primam deprecationem defensoris cum accusatoris insimulatione connexam.* 21 *&* 22 *Constitutionem aliam esse ambiguo, ex definitione: ex translatione, ex ratiocinatione.)* 24 *&* 25 IVRIDICIALEM, *in Iuridiciali quæritur iure an iniuria factum sit.* 26 27 *Iuridicialem aliam Absolutam.* 28 *Assumptiuam aliam esse.* 29 *&* 30 *cuius partes, crimini concessio, ea subdiuiditur in purgationem & deprecationem.)* 31 *Translatio,* 32 *Remotio,* 33 *Comparatio.* 34 *Constitutione reperta, quærendam esse rationem:* 35 *inuenta ratione firmamentum quærendum esse.* 35 *Huius inuentionis iudicij quæstionem seu iudicationem & κεφάλαιον nasci.* 37 *Inuenta iudicatione, omnem rationem totius orationis eò conferri oportere.* 38 *τὸ κεφάλαιον aliter inueniri in constitutione coniecturali quàm aliis constitutionibus.* 39 ¶ *Transitio.*

[2] Imò Ciceronis, cuius nomine citatur à Prisciano hoc opus libro 6. 7. 9. 10. Ac præterea, Herennij familiares Ciceroni, vti constare potest ex Oratione pro M. Cœlio: & aliis C. Herennium Ciceronis συγχρόνοις colligimus ex 10. Gellij, 20. in f. Quin in libris Rhetoricorũ, seu de Inuentione hosce cõparatos, vnius atque eiusdem authoris esse eadem penè exempla poP. I. tarum, & legum, ostendent satis.*

[b] Hxc vox *otium* quibusdam deest vt suppeditare absolutè hîc pro ὑπαρχεῖν. id est, sufficere, sumatur.*

[c] *Hæc duo*, artem Rhetoricam *desunt nonnullis: vt hæc duo* rationem dicendi, *quæ antecedit, subintelligantur.**

[d] *al.* & modo ratione.*


[e] L. scriptores arrogantiæ causa, *f* L. illi quidem.

[g] L. nihil attinebant, sic Cicero Acad. quæst. Offic. 1. Accusat. 5. Horat. 1. Odar 19. sine adiectione vlla loquuntur, nihil attinet.*

[h] L. inanis gloriæ *al.* aut inani gloria commoti.*

[i] *al.* adiutare.*

[k] *al.* quæ ad vsum.*



TS I negotiis familiaribus impediti, vix satis otium[b] studio suppeditare possumus, & idipsum, quod datur otij, libentiùs in philosophia cõsumere consueuimus: tamen tua nos, C. Herenni, voluntas commouit, vt de ratione dicendi conscriberemus: ne aut tua causa non luisse nos, aut fugisse laborem putares. Et eo studiosiùs hoc negotium suscepimus, quòd te non sine causa velle cognoscere artem[c] rhetoricam intelligebamus. Non enim parum habet in se fructus copia dicendi, & commoditas orationis, si recta intelligentia, & definita moderatione animi gubernetur. Quas ob res illa, quæ Græci[e] scriptores inanis arrogantiæ causa sibi assumserunt, reliquimus. Nam f illi, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerunt, quæ g nihil ad rem attinebant, vt ars difficilior cognitu putaretur: nos autem ea, quæ videbantur ad rationem dicendi pertinere, sumsimus. Non enim spe quæstus, aut h gloria commoti venimus ad scribendum, quemadmodum cæteri: sed vt industria nostra tuæ morem geramus voluntati. 2 ¶ Nunc, ne nimiùm longa fumatur oratio, de re dicere incipiemus: sed, si te vnum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multùm iuuare: i vt intelligas hanc rationem præceptionis accommodari ad exercitationem oportere.

3 ¶ ORATORIS *officium* est, de his rebus posse dicere, quæ res k ad vsum ciuilem moribus, ac legibus constitutæ sunt, cum assensione auditorum, quoad, eius fieri poterit,

4 *Tria* sunt *genera causarum*, quæ recipere debet orator: demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. *Demonstratiuum*[a] est, quod tributur in alicuius certæ personæ laudem, vel vituperationem. *Deliberatiuum* est, quod in consultatione positum, habet in se suasionē, vel [b] dissuasionem. *Iudiciale* est, quod positum, in controuersia, habet accusationem, aut petitionem cum defensione. 5 ¶Nunc, quas res oratorem habere oporteat, docebimus: deinde quomodo has causas tractari[c] conueniat, ostendemus. Oportet igitur in oratore esse inuentionem, dispositionē, elocutionem, memoriā & pronunciationē. *Inuitio*, est excogitatio rerum verarum, aut verisimiliū, quæ causam probabilem reddant. *Dispositio*, est ordo, & distributio rerum: quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocādum. *Elocutio*, est idoneorum verborum, & sententiarum ad inuentionem accommodatio. *Memoria*, est firma animi rerum &[d] verborum, & dispositionis perceptio. *Pronunciatio*, est vocis[e], & vultus, & gestus moderatio cum venustate.

6 ¶Hæc omnia tribus rebus [f] assequi poterimus, arte, imitatione, exercitatione. *Ars*, est præceptio, quæ dat certam viam, rationemque dicēdi. *Imitatio* est, qua impellimur cum diligenti ratione, vt aliquorū similes in dicendo velimus esse. *Exercitatio*, est assiduus vsus, consuetudóque dicendi. 7 ¶Quoniam igitur demonstratiuum est, quas causas oratoré recipere, quásque res habere cōueniret, nunc quemadmodum [g] ad inuentionis rationem possint oratoris officia accommodari, dicendum videtur. 8 ¶INVENTIO *in sex partes* orationis consumitur, exordium, narrationem, diuisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. *Exordium* est principium orationis, per quod animus auditoris, aut iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. *Narratio*, est rerum gestarum, aut perinde vt gestarum, expositio. *Diuisio*, est per quam aperimus quid [h] conueniat, quid in controuersia sit: & per quam exponimus quibus de rebus simus [i] dicturi. *Confirmatio*, est nostrorum argumentorum expositio cum asseueratione. *Confutatio*, est contrariorum locorum dissolutio. *Conclusio*, est artificiosus terminus orationis. 9 ¶Nunc, quoniam vnà cum oratoris officiis, quo res cognitu facilior[m] esset, producti[n] sumus, vt de orationis partibus loqueremur, & eas ad inuentionis rationem accommodaremus: *de* EXORDIO primùm dicendum videtur. 10 ¶Causa posita, quo commodiùs exordiri possimus, genus causæ considerandum est. *Genera causarum* sunt quatuor, [o] honestum, turpe, dubium, humile. *Honestum* causæ genus putatur, quum aut id defendimus, quod ab omnibus defendendū videtur, aut id oppugnamus, quod ab omnibus videtur oppugnari debere: vt pro viro forti contra parricidam. *Turpe* genus intelligitur, quum aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. *Dubium* genus est, cùm habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. *Humile* genus est, quum cōtemta res affertur. Quum hæc ita sint, conueniet exordiorum rationem ad omne genus causæ accommodari. 11 ¶ *Exordiorum duo* sunt genera. *Principium*, quod Græcè πρόοιμιον appellatur: & *insinuatio*, quæ ἐφοδος nominatur. 12 ¶PRINCIPIVM, est quum statim auditoris animum nobis idoneū reddimus ad audiendum. Id ita fumitur, vt attentos, vt docileis, vt beneuolos auditores habere possimus. *Si genus causæ dubium* habebimus, à beneuolentia principium constituemus, ne quid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Sin *humile* erit genus causæ, faciemus attentos. Sin [a] *turpe* causæ genus erit, insinuatione vtemur, de qua posteriùs dicemus, nisi quid nacti fuerimus, quare aduersarios criminādo: beneuolé tiam captare possimus. Sin *honestum* causæ genus erit, licebit rectè vel vti, vel non vti principio. Si [b] vti volemus, aut id oportebit ostendere, quare causa sit honesta, aut breuiter, quibus de rebus simus dicturi, exponere. [c] Si principio vti nolemus, à lege, à scriptura, aut ab aliquo firmissimo nostræ causæ adiumento principium capere oportebit. 13¶ Quoniam igitur docilem, beneuolum, attentum habere auditorem volumus, quomodo quidque eorum [d] conficiposit, aperiemus. *Dociles* auditores habere poterimus, si summā causæ breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus. Nam docilis est is, qui attentè vult audire. *Attentos* habebimus, si pollicebimur, nos de rebus magnis, nouis, inusitatis verba facturos, aut de iis rebus, quæ [e] aut ad remp. pertinent, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad deorum immortalium religionem, aut [f] ad pietatem: & si rogabimus, vt attentè audiant: & si numero exponemus res, de quibus dicturi sumus. *Beneuolos* auditores facere quattuor modis possumus, à nostra, ab aduersariorum, ab auditorum persona, & à rebus ipsis. *A nostra persona* beneuolentiam contrahemus, [g] si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, [h] aut in remp. quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos, aut in eosipsos, qui audiūt, [i] aliquid [k] referemus, dummodo hæc omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint accommodata. Item si nostra in commoda proferemus, inopiam, solitudinem, calamitatem: & si orabimus, vt nobis sint anxilio, & simul ostēdemus, nos in aliis spem noluisse habere. *Ab aduersariorum* persona beneuolentia captabitur, si eos in odium, in inuidiam, in contemtionem adducemus. In odium rapiemus, si quod eorum spurcè, superbè, perfidiosè, crudeliter, cōfidenter, malitiosè, flagitiosè, factū proferemus. In inuidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem, affinitates aduersariorum proferemus, & his adiumentis magis, quàm veritati eos confidere aperiemus. In contemtionem adducemus, si inertiam, ignauiam, desidiam, luxuriam [m] eorum proferemus. *Ab auditorum* persona beneuolentia colligetur, si res eorū fortiter, sapienter, māsuetè, magnificè iudicatas proferemus: & si, quæ de iis existimatio, quæ iudicij exspectatio sit, aperiemus. *A rebus ipsis* beneuolum auditorem [n] efficiemus, si nostram causam laudando extollemus, aduersariorum per contemtionem deprimemus. 14 ¶ Deinceps de INSINVATIONE aperiendum est. Tria sunt tempora, quibus principio vti non possumus: quæ diligenter sunt considerāda: aut cùm turpem causam habemus, hoc est, cùm ipsa res animum auditoris à nobis alienat: aut cùm animus auditoris persuasus videtur esse ab iis, qui antè contrà dixerunt: aut cùm defessus est eos audiē-

do,

a Quod & tan dariuum. Græcis ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικὸν quorum alterum tamen non tam demonstratio-nis vim habet, quàm ostentationis videtur, & multū ab illo ἐγκωμιαστικῷ differt v. 5. Quintil 3.

b *vulg.* & dissuas.

P. B. & *fort.* parari. quemadmodum enim quis eas assequatur explicat.*

c *vulg.* & verborum dispositionis.

e L. vocis, vultus, gestus mod.

f *vulg.* tribus modis *al.* tribus rationibus. *al.* tribus assequi.*

g *al.* ius, quēadmodū possit oratio ad rationem oratoris officij. *al.* possit orator ad orationem ipsius officia accommodare.*

h L. quid nobis cum aduersario conuen.

i L. sumus dict.

k *al.* aduturi.* l L. argumentorum d. s.

m *vulg.* effet facilior.

n *al.* pronuntiati.*

o *Alij quinq. fatiūt vide 1. de inuētione.*

p L. ad causæ genus.*

A

B

C

d L. efficī.

D

e *vulg.* quæ ad remp.

f *vulg.* aut ad pietatem nos esse dictūros & si rog.

E

g *al.* conrādemus: vel corrademus.*

h L. si aut in. i *al.* audiunt, vel omnes, vel aliquos vel aliquos referemus.* k L. vel aliquos refer.

F

l *vulg.* si quid

G

m *vulg.* luxuriam aduersariorum prof.

n L. efficiemus auditorem.

H

do, qui antè dixerunt. *Si causa turpitudinem habebit*, exordiri poterimus his rationibus: rem, non hominē, aut hominē nō rem spectari oportere: nō placere nobis ipsis, quæ facta dicātur ab aduersariis, & esse indigna, aut nefaria. Deinde cum[a] rē diu auxerimus, nihil simile à nobis factum ostendemus, aut aliquorū iudicium de simili causa, aut de eadem, aut de minore, aut de maiore proferemus. Deinde ad nostram causam pedetentim[b] accedemus, & similitudinem conferemus. Item si negabimus, nos de aduersariis, aut de aliqua re eorū dicturos, & tamen occultè dicemus interiectione verborum. *Si perfugium auditor* fuerit, id est, si ratio aduersariorum auditoribus fidem fecerit: (neque enim non facilè scire poterimus, quoniam nō sumus nescij, quibus rebus fides fieri soleat) ergo si fidem factam putabimus, his nos rebus infinuabimus ad[c] causam, si de eo, quod aduersarij firmissimum sibi adiumentum putauerint, primùm nos dicturos pollicebimur: aut ab aduersarij dicto exordiemur, & ab eo maximè, quod ille nuperrimè dixerit: aut dubitatione vtemur, quid potissimùm dicamus, aut cui loco primùm respondeamus cum admiratione. *Si defessi erunt audiendo*: ab aliqua re, quæ risum mouere possit, exordiemur, ab apologo, à fabula verisimili, imitatione, deprauatione, inuersione[d], abiectione[e], ambiguo, suspicione, irrisione, stultitia, exsuperatione[f], collocatione §, literarum mutatione: præterea exspectatione, similitudine, nouitate, historia, versu: aut ab alicuius interpretatione[h], aut arrisione[i]: & si promiserimus, aliter ac parati fuerimus, nos esse dicturos: nos non eodem modo, vt cæteri soleāt, verba facturos: quid alij soleāt, quid nos facturi simus, breuiter exponemus. Inter infinuationem, & principium hoc interest, quòd principium, huiusmodi debet esse, vt statim apertis rationibus, quas[k] præscripsimus, aut beneuolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorē. at insinuatio eiusmodi debet esse, vt occultè per dissimulationem, eadem illa omnia cōficiamus, vt ad eādem commoditatem in[l] dicendo peruenire possimus. Verūm hæc tres vtilitates tamen si in tota oratione sunt cōparandæ, hoc est, vt auditores sese perpetuò nobis attētos, docileis, beneuolos præbeant: tamen id per exordium causæ maximè comparandum est. 15 ¶ Nunc, nequando vitioso exordio vtamur, quæ vitia vitanda[m] sunt, docebo. In exordienda causa seruandum est, vt lenis sit sermo, & vsitata verborum consuetudo, vt non apparata oratio esse videatur. *Vitiosum exordium* est, quod in plureis causas potest accommodari, quod *vulgare* dicitur. Item vitiosum est, quo nihilo minùs aduersarius potest vti, quod *commune* appellatur. Ité illud, quo[n] aduersarius potest vti ex contrario. Item vitiosum est, quod nimiùm apparatis verbis compositū est, aut nimis lōgum est, & quod nō ex ipsa causa natū videtur, quod *separatum*[o] vocatur: in quo etiā *translatū*[p] includitur, vt nō propriè cohæreat cum narratione: & quod neque beneuolum neq. docilē, neque attentum facit auditorem.

15 ¶ De exordio satis dictum est, deinceps ad narrationem transeamus. NARRATIONVM *tria*[q] sunt *genera*: *Vnum* quo exponimus rē gestā, & vnumquidq.[r] trahimus ad vtilitatē nostram, vincendi causa: quod pertinet ad eas causas, de quibus iudicium futurum est. *Alterum* genus narrationis est, quod intercurrit nonnunquam aut fidei, aut criminationis, aut transitionis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causa. *Tertium* genus est id, quod à causa ciuili remotum est: in quo tamen exerceri cōuenit, quò commodiùs illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo sunt genera: vnū, quod in negotiis: alterum, quod in personis positū est. Id *quod in negotiorum expositione positum est*, treis habet partes, fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, quæ neque veras, neque verisimileis continet res[s], vt, quæ in tragœdiis traditæ sunt. Historia, est res gesta, sed ab ætatis nostræ memoria remota. Argumentum, est ficta res, quæ tamen fieri potuit, velut argumēta comœdiarum. Illud genus narrationis, *quod in personis positum est*, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, lenitatē, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, errorem, misericordiam, rerum varietates, fortunæ commutationem[b], insperatum incommodum, subitam lætitiam, iucundum exitum rerum. Verūm hoc[c] in exercendo trāsigitur. Illud, quod ad veritatem pertinet, quomodo tractari conueniat, aperiemus.

16 ¶ Treis conuenit res habere narrationem, vt breuis, vt dilucida, vt verisimilis sit: quæ quoniam fieri oportere scimus, quemadmodum faciamus, cognoscendum est. *Rem breuiter narrare* poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse[c] erit, & si non ab vltimo initio repetere volemus: & si summatim, non particulatim narrabimus: & si non ad extremum, sed vsque eò, quò opus erit, persequemur[f]: & si trāsitionibus nullis vtemur, & si nō decerrabimus ab eo, quod cœperimus exponere, & si exitus rerum ita exponemus, vt antè quoque quæ facta sint[g], sciri possint, tametsi[h] nos reticuerimus. Quod genus, si dicam, me ex prouincia rediisse[i], profectum quoque in prouinciam intelligatur. Et omnino nō modò id, quod obest: sed etiam id, quod neque obest, neque adiuuat, satius est præterire. Et ne bis, aut sæpius idem dicamus, cauendum est: etiam ne id, quod semel, suprà diximus, deinceps dicamus, hoc modo:

Athenis Megaram[k] *vesperi aduenit Simo:*
Vbi aduenit Megaram, insidias fecit virgini:
Insidias postquam fecit: vim[m] *in loco attulit.*

Rem dilucidè[n] *narrabimus*, si, vt quidque primùm gestū erit, ita primùm exponemus, & rerum ac temporū ordinem conseruabimus, vt gestæ res erūt, aut vt potuisse geri videbūtur. Hic erit cōsiderandū, nequid perturbatè, nequid contortè, nequid ambiguè, nequid nouè dicamus, ne quàm in aliam rē transeamus, ne ab vltimo repetamus, ne lōgè persequamur[o], nequid, quod ad rem pertineat, prætereamus, & si persequemur[p] ea, quæ de breuitate præcepta sunt. Nā quò breuior, eò dilucidior, & cognitu facilior narratio fiet. *Verisimilis*[q] *narratio* erit, si vt mos, vt opinio, vt natura postulat, dicemus: si spatia temporū, personarū dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt. ne[r] refelli possit, aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere, aut pati non potuisse. Si vera res erit, nihilominus[s] hæc omnia narrando con-

a L. cùm diu tem.

b pedetētim, hoc est lenta & tarda itione. vide Nonium cap. 1. in pedetētim & pedepressim. fie infrà 1. de Inuentione ingredi pedetētim in defensionem.*

c L. ad causam de eo, quod aduer.

d L. inuersione, ambiguo, suspicione, irrisione, stultitia, exsuper. collatione, adiectione, aut abiectione litterarū, aut commutatione.

e vt si elementum aliquod abiiciamus aduersarij dictioni: & dicamus, opinor non optime dixisse.*

f ea est hyperbole.

g al. collatione. id est cōparatione.*

h L. interpellatione, aut irrisione:

i Arrisionem separat ab irrisione, arridemus. auditori: irridemus aduersarium.*

k *Vulg.* quibus præscr.

l *Vulg.* in dicendi opere venire

m L. vitanda sint,

P. III.

n L. quo leuiter commutato aduersar. por.

o separatum Quintiliano est quod causæ nō cohæret 4. c. 1.

p Translatum est quod aliū detrahitur.*

q *Vulg* genera tria sunt.

r *Vulg.* vnum quodque

s *vulg.* vt hæc quæ in trag.

b L. commentationes.

c L. hæc in exercēdo trāsigentur.

d Breuitati contrariæ iterationes, *ταυτολογίαι* & *περισσολογίαι.**

e Quidam orationem *σύντομον* & breuem separāt ve illa superua: uis careat: hæc quibusdam necessariis. 4. Quintil. 1.*

f *vulg.* prosequemur:

g L. sunt.

h L. tametsi ea reticuerimus.

i L. rediisse.

P. II.

k Iambici versus.

l L. infidiatur virgini.

m L. vim in loco. *vel* illico.*

n huic officio contraria est obscuritas.*

o *vulg.* prosequamur,

p L. & si persequemur ea, q quæ & credibilis Quintiliano.*

r *al.* ne refelli, vt hīc referri sit respondēdo obiicere, nostrē replicare dicunt: sic Cicero. 4. Acad. ad fuc tibi refero, & pro Cæcina, Ego enim tibi refero.*

s L. tum nihilominus *etc. vel*, tamē nihilominus *etc.*

seruanda sunt. Nam ſæpe veritas, niſi hęc ſer-
uata ſint, fidem[a] facere non poteſt. Sin erit
ficta, eò magis eruntᵇ conſeruanda. De iis re-
bus cautè confligendum[c] eſt, quibus in rebus
tabulæ, aut alicuius firma auctoritas videbi-
tur interfuiſſe. 17 ¶ Adhuc quæ dicta ſunt,
arbitror mihi conſtare cum ceteris artis ſcri-
ptorib., niſi quia de inſinuatione nouadexco-
gitauimus, quòd eâ ſoli, præter ceteros, in tria
tempora diuiſimus, vt planè certam viam, &
perſpicuam rationem exordiorum haberemus. Nunc, quod reliquum eſt, quoniam de
rerum inuentione diſputandum eſt, in qua
ſingulare conſumitur oratoris officium, dabi
mus operâ, vt nihilo minus induſtriæ, quàm
rei vtilitas poſtulabit, quæſiuiſſe videamur, ſi
priùs pauca *de* CAVSARVM DIVISIONE[d] di-
xerimus. CAVSARVM diuiſio in duas parteis
diſtributa eſt. Primùm[f] perorata narratione
debemus *aperire*, *quid nobis conueniat cum ad-
uerſariis*: ſi ea, quæ nobis vtilia erunt, conue-
nient, quid in controuerſia relinquatur, hoc
modo: Interfectã eſſe matrẽ ab Oreſte cõue-
nit mihi cum aduerſariis: iure fecerit, & li-
cueritne facere, id eſt in controuerſia. Item è
contrario, Agamemnonem eſſe à Clytæmne-
ſtra occiſum confitentur: cùm id ita ſit, me[g]
vlciſci parentem negant oportuiſſe. Deinde
quum hoc fecerimus, *diſtributione* vti debe-
mus. Ea diuiditur in duas parteis, enumera-
tionem, & expoſitionem. *Enumeratione* vte-
mur, cùm dicemus numero, quot de rebus di-
ćturi ſumus. Eam[h] plus, quàm trium partium
numero eſſe non oportet. Nam & periculo-
ſum eſt, nequando plus, minúſve dicamus, &
ſuſpicionem afferet auditori i meditationis,
& artificij: quæ res fidem abrogat oratori. k
Expoſitio eſt, cùm res, quibus de rebus dicturi
ſumus, exponimus breuiter, & abſolutè.

18 NVNC *ad* CONFIRMATIONEM trãſeamus. TOTA ſpes vincendi, ratióque perſua-
dendi poſita eſt in *confirmatione*, & *confutatione*.
Nam cùm adiumenta l noſtra expoſuerimus,
contrariáque diſſoluerimus, abſolutè nimirũ
munus oratoriũ confecerimus. Vtrumq. igi-
tur facere poterimus, ſi conſtitutionẽ cauſæ
cognouerimus, 19 ¶ Cauſarum cõſtitutiones
alij quattuor fecerunt, noſter doctor Hermę-
tes[m] treis putauit eſſe, non vt de illotũ quic-
quam detraheret inuentione[n], ſed vt oſten-
deret, id, quod oportuiſſet ſimpliciter, & ſin-
gulari modo docere, illos diſtribuiſſe duplı-
citer, & bipertitò. 20 ¶ Conſtitutio eſt prima
deprecatio defenſoris cum accuſatoris in
ſimulatione coniuncta. 21 ¶ Conſtitutiones
itaque, vt[o] diximus, tres ſunt, coniecturalis,
legitima, iuridicialis. 22 ¶ *Coniecturalis*, eſt
cùm de facto controuerſia eſt, hoc modo:
Aiax in ſylua, poſtquàm reſciuit, quæ feciſſet
per inſaniam, gladio incubuit. Vlyſſes inter-
uenit: occiſum conſpicatur: è corpore telum
cruentum educit. Teucer interuenit, cùm fra
trem occiſum, & inimicum fratris cum gla-
dio cruẽto videt, capitis accerſit. Hìc, quoniã
coniectura verum quæritur, de facto erit cõ-
troueꝛſia, & ex eo conſtitutio cauſæ coniec-
turalis nominatur. 23 ¶ *Legitima* conſtitu-
tio, eſt quũ ex ſcripto, aut ex ſcriptis aliquid
controuerſiæ naſcitur. Ea diuiditur in parteis
ſex, ſcriptum & ſententiam, contrarias leges,
ambiguum, definitionem, tranſlationem, ra-
tiocinationem. *Ex ſcripto & ſententiâ* naſcitur
controuerſia, cùm videtur ſcriptoris volũtas
cum ſcripto ipſo diſſentire, hoc modo: Sit[a] lex
quæ[b] iubeat, eos, qui propter tempeſtatem
nauim reliquerint, omnia perdere: eorum
nauim, cæteráque eſſe, ſi nauis conſeruata ſit,
qui[c] remanſerint in naui. magnitudine tem-
peſtatis omnes perterriti nauim reliquerunt,
& in ſcapham conſcenderunt, d præter vnum
ægrotum, is propter morbum: exire, & fugẽ-
re non potuit. caſu & fortuitu nauis in por-
tum incolumis delata eſt. illam ægrotus poſ-
ſider. nauim petit ille, cuius fuerat. Hæc
conſtitutio legitima eſt ex ſcripto & ſenten-
tia. *Ex contrariis legibus* controuerſia conſtat,
cùm alia lex iubet, aut permittit, alia vetat
quippiam fieri, hoc modo: Lex vetat, eum, qui
de pecuniis repetundis damnatus ſit, in con
cione orationẽ habere. Altera lex iubet, au-
gurem, in demortui locum qui petat, in con-
cione nominare. Augur quidam damnatus
de pecuniis repetundis, in demortui locum
qui petat, nominauit. petitur ab eo mulcta.
Conſtitutio hæc legitima eſt ex contrariis le-
gibus. *Ex ambiguo* conrrouerſia naſcitur, cùm
ſcriptum duas, aut plureis[e] res ſignificat, hoc
modo: Pater familiãs cùm filium heredem fa-
ceret, teſtamento vaſa argẽtea vxori legauit,
hoc modo: TVLLIVS f HERES MEVS
TERENTIAE VXORI MEAE XXX. PON-
DO VASORVM ARGENTEORVM DATO
QVAE VOLET. Poſt mortem eius, vaſa
pretioſa & cælata magnificè illa[g] petit. Tul-
lius ſe, quæ velit ipſe xxx. pondo, ei debere
dicit. Conſtitutio eſt legitima ex ambiguo.
Ex definitione conſtat cauſa, cùm h in con-
troueꝛſia eſt, quo nomine factum appelletur.
ea eſt huiuſmodi: Quum L. Saturninus legem
frumentariam de ſemiſſibus & trientibus la-
tus eſſet, k Cæpio qui per id temporis quæ-
ſtor vrbanus erat, docuit ſenatum, ærarium
pati non poſſe largitionem tantam. Senatus
decreuit, ſi eam legem ad populum ferat, ad-
uerſus rempublicam videri eum facere. Sa-
turninus ferre cœpit. Collegę intercedere. il-
le nihilominus ſitellã detulit. Cępio, vt illum
contra S.C. intercedẽtibus collegis aduerſus
remp. vidit ferre, cum viris bonis impetum
facit, põteis[m] diſturbat, ciſtas deiicit, impedi-
mento eſt, quo ſeciùs feratur lex: arceſſitur
Cæpio maieſtatis. Conſtitutio eſt legitima ex
definitione. Vocabulũ enim definitur ipſum,
cùm quæritur, quid ſit minuere maieſtatem.
Ex tranſlatione controuerſia naſcitur, cùm aut
tempus differendum, aut accuſatorem mutã-
dum, aut[n] iudices mutandos reus dicit. Hac
parte conſtitutionis Græci in iudiciis, nos in
iure ciuili plerumque vtimur. In hac parte
nos iuris ciuilis ſcientia[o] maximè adiuuabit.
In iudiciis tamen nonnihil ea vtimur, hoc
modo: Siquis peculatus accuſatur, quòd vaſa
argentea publica de p loco priuato dicatur
ſuſtuliſſe, poſſit dicere, cùm definitione ſit
vſus, quid ſit furtum, quid peculatus: ſecum
furti agi, nõ peculatus oportere. Hæc partitio
legitimæ conſtitutionis his de cauſis raro ve-
nit in iudicium, quòd & in priuata actione
prætoriæ exceptiones[q] ſunt, & cauſa[r] cadit is,
qui non, quemadmodum oportet, egerit: & in
publicis quæſtionib. cauetur legibus, vt antè,

a L. fidem nõ poterit face-re.
b *vulg.* conſer uanda erunt,
c *al.* confligẽ dum erit. *al.* confiugendũ malè, conſti gere eſt con certare, con tendere, pu gnare.*
d L. noua quædam ex cog. qui eam hoc eſt, par titione. vide 2. de Inuen tione
e L. Primum enim peror. p.
g L. tamẽ me elciſci par.
h L. *olim edi*, Eam mi nus, vel plus, quàm tr. par. i L. præmed.
k *al.* orationi
l *al.* argumen ta.*
m *al.* Hermagoras, cuius meminit Ci cero in lib. de Inuent. Quintil. 2. c. 25. *al.* Hermę ſtes.*
n L. enume ratione, ſed o L. vt antè dixi,

a *vulg.* Si lex ſit, quæ iu beat, or, qui.
b vide & de Inuentione.*
c *vulg.* qui re manſerint in
d *al.* deſcende runt *ſed hi* qui *nauiveli cta in ſcaphã ſe conſerunt*, non *conſcen dunt*, *ſed de ſcendunt.**
e L. plureis ſententias fig. f Item 2. de Inuentione.*
g L. petit illa
h *al.* cum cõ troueꝛſia eſt.*
i Lex hęc ſru mẽtaria à T. Sempr. Graccho tri. pleb. lata, vt ſemiſſe & triente P. R. frumentum menſtruũ ple bi ex publi co virium da retur. App. 1. de bello ciuili: Florus ep. 60. Cicero pro Sextio: Vell. 2. Hæc, inquit, conſti tuta eſt à P. Clodio, vt frumentum populo, quod antea ſeuis æris ac trien tibus in ſin gulos modios dabatur, gratis daretur. Cicero pro Sext. Aſcon. in Piſon. & pro domo.*
k L. Q. Cæ pio.
l *vul.* ciſtellã detulit: *alij*, ciſtellam de ferre ‖ nam mox ſequitur ciſtam. quid ſitella hoc lo co dixi lib. 1. de Nat. deo rum. ‖ *al.* gradus pontis. Porrò quid hoc lo co pontes, dixi ad Feſtum in Sexagenarios, & in Dependani: Nonium 12. in Sexagenarios 22. & li bros 3. de legi b. s. infrà.*
n L. aut iudi ces cõmutã dos.
o *vulg* ſcien tia iuuabit.
p Sic peculatus etiam te netur qui pri uatam pecu niã fiſco de bitam accepit l. 9 §. 3. ff. ad l. Iul. peculatus.* q *vulg.* excep r Vide tit. Cod. de formulis & impetrat. actionum ſublatis* ff. de accuſation. & Iulian. Cod. qui accuſare non poſſunt,

si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, vtrùm illi liceat accusare, nè ne. *Ex ratiocinatione* controuersia constat, cùm res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur, ea est huiusmodi: Lex est, SI FVRIOSVS EXSISTIT [b], AGNATORVM, GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. & Lex, QVIS PARENTEM NECASSE IVDICATVS ERIT, IS OBVOLVTVS ET OBLIGATVS CORIO, DEICIATVR IN PROFLVENTEM [c]. & Lex, PATERFAMILIAS VTI SVPER FAMILIA, PECVNIAVE SVA LEGASSIT [f], ITA IVS ESTO. & Lex, SI PATERFAMILIAS INTESTATO [h] MORITVR, FAMILIA, PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM, GENTILIVMQVE ESTO. Malleolus iudicatus est mattrem necasse, ei damnato statim folliculo lupino os obuolutum est, & soleæ ligneæ pedibus inductæ [k] sunt, & in carcerem ductus est. Qui defendebant eum tabulas in carcerem afferunt: testamentum ipso præsente conscribunt: testes ritè affuerunt: de illo supplicium paulo pòst sumitur, ij, qui hæredes erant testamento, hæreditatem adeunt, Frater minor Malleoli, qui eum oppugnauerat in eius periculo, suam vocat hæreditatem lege agnationis. Hic, certa lex in rem nulla affertur, & tamen multæ afferuntur, è quibus ratiocinatio nascitur, quare potuerit, aut non potuerit iure testamentum facere. Constitutio legitima est ex ratiocinatione.

24 ¶ Cuiusmodi partes essent legitimæ constitutionis ostendimus: nunc *de iuridicia li* constitutione dicamus. 25 ¶ IVRIDICIALIS constitutio est, cùm factum conuenit, sed iure, an iniuria factũ sit, quæritur. 26 ¶ Eius constitutionis partes sunt duæ, quarũ vna absoluta, altera assumtiua nominatur. 27 ¶ *Absoluta* est, cùm id ipsum, quod factum est, vt aliud nihil foris assumatur, rectè factũ esse dicemus, ea est huiusmodi: Mimus quidã nomi natim Acciũ poetam cõpellauit in scena, cũ eo Accius iniuriarũ agit. hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda. 28 ¶ *Assumtiua* pars est, cùm per se defensio infirma est, sed assumpta ex extranea re, comprobatur. 29 Assumtiuæ partes sunt quattuor: cõcessio [m], remotio criminis, trãslatio criminis, cõparatio. 30 ¶ *Cõcessio* est, cùm reus postulat sibi ignosci: ea diuiditur in purgationem, & deprecationẽ. *Purgatio* est, cùm consultò se negat reus fecisse. Ea diuiditur in fortunam, imprudentiam, necessitatem. Fortunam, vt Cæpio ad tribunos pleb, de amissione exercitus. Imprudentiam, vt ille, qui de eo seruo, qui dominum occiderat, supplicium sumsit, cui frater esset, antequàm tabulas testamenti aperuerit, cum is seruus manumissus testaméto esset. Necessitudinem, vt ille, qui ad diem commentus non venit, quòd eum aquæ intercluderent. *Deprecatio* est, cùm & peccasse se, & consultò fecisse ¶ confitetur, & tamen postulat vt sui misereantur. In iudicio non ferè potest usu venire, nisi quando pro eo dicimus, cuius multa rectè facta esse constant. Hoc modo in loco communi per amplificationem iniiciemus. Quòd si hoc fecisset, tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci conueniret: verùm nihil postulat ignosci. Ergo in iudicium non venit: at in senatum, aut ante Imperatorem, & in conciliũ talis causa potest venire. 31 ¶ *Ex translatione* criminis causa constat, cùm fecisse nos non negamus, sed aliorũ peccatis coactos fecisse dicimus: vt Oreστes cùm se defendit, in matrem confert crimen. 32 ¶ *Ex remotione* criminis causa constat, cùm à nobis non crimen, sed culpam ipsam amouemus, & vel in hominem transferimus, vel in rem quampiam conferimus. *In hominem* [a] transfertur: vt si accusetur is, qui P. Sulpicium se fateatur occidisse, & id iussu consulum se fecisse defendat: eos dicat non modò imperasse, sed rationem quoque ostendisse, quare id facere liceret. *In rem* confertur, vt si quis ex testamento, quod facere iussus sit, ex plebiscito vetetur.

33 ¶ *Ex comparatione* criminis causa constat, cùm dicimus necesse fuisse alterutrum facere, & id, quod fecerimus, satius fuisse facere. Ea causa huiusmodi est: C. Popillius [e] cùm à Gallis obsideretur, neque effugere vllo modo posset, vênit cum hostium ducibus in collocutionẽ: ita discessit, vt impedimenta relinqueret, exercitum educeret: satius esse duxit amittere impedimenta, quàm exercitũ. exercitum eduxit, impedimenta reliquit: arcessitur maiestatis. 34 Quæ constitutiones, & quæ constitutionũ partes sint satis videor ostendisse. Nunc quomodo eas, & qua via tractari cõueniat, demonstrandũ est, si priùs aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quò omnis [e] ratio totius orationis conferatur. Cõstitutione igitur causæ reperta [f] statim *quæsita* est *ratio*. Ratio [g] est, quę causam facit, & cõtinet defensionẽ, hoc modo, (vt dicẽdi causa in hac potissimùm cõsistamus:) Oreστes, cum confiteatur se occidisse mattrem, nisi attulerit facti rationem, peruertet [h] defensionẽ. ergo affert eam: quæ nisi intercederet, ne causa quidem esset. illa enim, inquit, patrem meũ occiderat. Ergo (vt ostendi) ratio est ea, quæ continet defensionẽ, sine qua ne [k] parua quidẽ dubitatio potest remorari dãnationẽ. 35 ¶ Inuenta ratione *firmamentũ quærendum* est: id est, quod continet accusationẽ, quod affertur contra rationem defensionis, de qua antè dictum est. Id constituetur hoc modo: Cùm vsus fuerit Oreστes ratione, hoc pacto, Iurè occidi: illa enim patrem meum occiderat: vtetur accusator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque indemnatam pœnas pendere oportuit. 36 ¶ Ex ratione defensionis, & ex firmamento accusationis, iudicij quæstio nascatur oportet: quam nos iudicationem, Græci κεφάλαιον [m] appellant. Ea constituitur ex coniunctione firmamenti, & rationis [n] defensione, hoc modo: Cùm dicat Oreστes, se patris vlciscendi causa matrem occidisse, rectúmne fecerit à filio sine iudicio Clytæmneστram occidi. Ergo hac ratione iudicationem inueniri [o] conuenit. 37 ¶ Inuenta iudicatione, omnem rationem totius orationis eò conferri oportebit. 38 ¶ In omnibus constitutionibus, & partibus constitutionum hæc via iudicationes reperientur, præterquàm in coniecturali cõstitutione. In [p] ea enim nec ratio quæritur, quare fecerit: fecisse enim negatur: nec firmamentum exquiritur: quoniam non subest ratio. Quare ex intentione, & infitiatione iudicatio constituitur, hoc modo: Intentio ¶ est, Occidisti Aiacem. Infitiatio,

a dixi ad leg. 4 XII. Tabular. titu. de tutelis.*
b al. esse inciput. al. si furio sus est, vt lib. 2. de Inuẽt.*
c dixi ad l. pœna parricidij 9. ff. ad l. Pomp. de parricidiis.*
d al. corio lupino. al. culleo, vt d. l. 9.*
P. V.
e al. in mare profundum d. l. 9. cæterũ quid aqua profluens v. Theophil.* 1. Inst. de rerum diuisione, vbi aqua profluens τὸ ὕδωρ τὸ ἀέναον.*
f vulg. legauerit. dixi ad leges XII. tabul. titulo de testamentis & legatis: vbi vide varias huiusce legis formulas.*
g L. intestatus.
h Idem infrà libro 2. de Inuentione, & dixi ad leges XII. tab. titul. de hæreditate ab intestato.*
i extat huius legis fragmẽtũ in l. quod sæpe. 51. ff. de verborum signif.*
k al. induxe. al. indictæ. al. in pedes inductæ.
l L. nominare
m L. cõcessio criminis, remotio, tranſ, cõp. manifesta est tractatio legẽ, concessio, translatio criminis, remotio criminis, &c. hæc enim hoc ordine tractantur.*
n L. necessitudinem.
o L. qui dominum occiderat, cui frater esset, sup. tum f. antequàm. p. adde l. 30. ff. commu. diuid.*
q al. peccasse.
r vulg. cõstant.

F. V.

a al. transferimus, vt si
b vulg. & id iussu consulũ defendat,
c al. Pompilius. al. Poplius.
d Is videtur fuisse qui Popilius Lænas Liuio lib. 7. quíque de plebe Cõsul. de Gallis triũphauit. Alius fuit Popilius Lænas, de cuius ingrato erga Ciceronem animo. vide Val. 3 Plutarch. Appianum 4. de bello ciuili. Hoserum Epitom. 120.*
e al. ratio omnis
f vulg. igitur reperta,
g Ratio est qua id quod factũ esse constat, defenditur. 3. Quint.
h vulg. peruertit
i vulg. ea est. l. al. nec parua quidẽ dubitatio, al. ne parua dubitatio.*
l Firmamentum vocat quod alibi firmissimam accusatoris argumentationẽ. Quint. συνεχὲς & continentem post quod nihil quæritur. Quint. 3. c. 11.
m κεφάλαιον sententia iudicatio à Trebatio, qua de re agitur, appellatur. adde Quintil. 3. c. 11.*
n fortasse legendum ratio ne defensionis vel ratione defensionis.*
o L. Inuenire
p L. Nam in ea nec r.

P. V. I.

q vul. Intentio. Occidis. Aia.

Non occidi. Iudicatio, occideritne. Ratio omnis vtriusque orationis, vt antè dictum est, ad hanc iudicationem conferenda est. Si plureis erunt constitutiones, aut partes constitutionum, iudicationes quoque plures erunt in vna causa; sed omnes simili ratione reperientur. 39 ¶ Sedulò dedimus operam, vt breuiter, & dilucidè, quibus de rebus adhuc dicendũ fuit, diceremus. Nunc[a], quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, commodius eh

a L. Nũc quoniam huius volum. magn. satis cr.

in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere: nequa propter multitudinẽ litterarũ possit animum tuum defatigatio retardare. Sed[a] ii quidem hæc tardiùs, quàm studes, absoluentur, cùm rerũ magnitudini tum nostris quoq; occupationibus assignare debebis. Verũ tamẽ maturabimus, & quod negotio diminutũ[b] fuerit, exæquanimus[c] industria: vt pro tuo in nos officio, & nostro in te studio munus hoc accumulatissimè[d] tuę largiamur volũtati.

a L. Sed si quo tardius hæc, quàm al. Sed si quid t.
b L. deminutum.
c al. exsequemur al. exfacremus, cùm eo ve bo alibi Tullius vtatur, & Terent. Heautont.*
d al. accuratissimæ al. cumulatissimæ.*

RHETORICORVM
AD C. HERENNIVM,
LIBER SECVNDVS.

Synopsis libri 2. ad Herennium.

1 ¶ Synopsis, seu repetitio eorum quæ de Inuentione superiore libro tractata. 2 De Inuentione, ad quamque constitutionem accommodanda. 3 De CONIECTVRALI CAVSA *seu constitutione, & quibus argumentationibus sit tractanda. In hac, actorem suspiciones omnes quærere, vt nihil factum esse sine causa ostendat, reum verò suspiciones eleuare. 4 Huius constitutionis partes quinque. Probabile (id diuiditur in causam & vitã) 6 Collatio 7 Signum (huius partes locus, tempus, spatium, occasio, spes perficiendi & celandi.) 8 Argumentum (id diuiditur in præteritum, instans, & insequens tempus.) 9 Consecutio. 10 Approbatio huius loci, proprij vel communes. Communes à testibus, contra testes: Ab argumento & signo, contra argumenta & signa. A rumoribus, contra rumores. 11 Coniecturalem constitutionem sic tractari. 12 De* LEGITIMA CONSTITVTIONE, *& quibus argumentationibus vti debeamus, si dicatur pro scripto aduersus sententiam. 13 Pro sententia aduersus scriptum. 14 si contrariæ leges. 15 Si ambiguum verbum aliquod explicandum in sententia. 16 si definitione. 17 si translatione. 18 si causa rationali, seu ratiocinatione vtemur. 19 De* IVRIDICIALI CONSTITVTIONE, *& quibus argumentationibus tractanda. Est autem hæc vel absoluta, vel assumptiua. 20 In absoluta quæritur, Iure factum an iniuria? 21 Iure, inquam, quod varie nascitur. Est enim ius aliud. 22 Natura. 23 Lege, 24 Consuetudine, 25 Iudicato, 26 ex æquo & bono, 27 ex pacto, 28 Assumptiuæ partes criminum comparatio, 29 Translatio, 30 Concessio. (31 Cuius partes purgatio, 32 deprecatio, 33 Remotio. 34* ARGVMENTATIONVM EXORNATIO, *& quemadmodum Argumentationes singularum constitutionum ornatè & absolutè tractare possimus. 35 ¶ Absolutam & perfectissimam argumentationem quinquepertitam esse (hoc est constare propositione) quæ & expositio & enumeratio. (Ratione, Confirmatione, Exornatione, Complexione.) 36 Breuissimam tripertitam: Mediocrem quadripartitam esse. 37* ARGVMENTATIONVM VITIA *duo esse, aut enim reprehensione dignas, aut nugatorias seu ex se corruentes esse. 38 Vtilitatem cognoscendæ vitiosæ argumentationis summam esse. 39 Vitia autem argumentationum singulis partibus argumentationum accidere. 40 Propositiones enim (quæ & expositiones & enumerationes.) 41 Rationes, 42 Confirmationes, 43 Exornationes, 44 Complexiones vitiosas reperiri. 45 ¶ De* CONCLVSIONE (*quæ & ἐπίλογος*) *seu extrema parte orationis. 46 Cuius partes Enumeratio, 47 Amplificatio (quæ & Indignatio) 48 Misericordia (quæ & Conquestio) 49 Transitio.*

IN primo libro, Herenni, breuiter exposuimus, quas causas recipere oratorem oporteret, & in quibus officiis[b] elaborare conueniret, & ea officia, qua ratione facillimè consequi posset. Verùm quòd[c] neque de omnibus rebus simul dici poterat, & de maximis primum scribendũ fuit, quò cetera tibi facilliora cognitu viderentur, ita nobis placitum est, vt ea, quę difficillima essent, potissimùm scriberemus[d].

CAVSARVM tria[e] sunt genera: demonstratiuum, deliberatiuũ, iudiciale. multo difficillimum est iudiciale. ergo id primùm ab

b vulg. officiis artis. Officia autem oratoris intellige, inuentionẽ, dispositionẽ, elocutionẽ, &c.*
c L. quianeque.
d L. conscriberemus.
e L. igitur tria sunt genera:

B soluemus. De [f]hoc & priore libro egimus, cùm[g] de oratoris officiis tractabamus, quorũ inuentio & prima, & difficillima est: (ea[h] quoque nobis erit hoc in libro propemodum absoluta) & [i]h paruam partem eius in tertium volumen transferemus. De sex partibus orationis primũ scribere incepimus[k]. Ink primo libro loquuti sumus de exordio, narratione, diuisione. nec plurib. verbis, quàm necesse fuit, nec minus dilucidè, quàm re velle existimabamus. Deinde [l]on unctè de confirmatione C & confutatione dicendũ fuit. quare genera constitutionũ, & earũ parteis aperuimus: ex quo simul ostendebatur, quomodo constitutionẽ & parteis [l] constitutionis, causa posita, reperiri oporteret. Deinde docuimus, iudicationẽ quemadmodũ quæri cõueniret: qua iuncta curãdũ[m], vt omnis ratio totius orationis ad eãcõferatur. Postea admonuimus, esse cau-

f vulg. Hoc & priore
g L. cum de quinque or. off. tractaremus,
h al. ąque.
i Sed paruã Nunc vulgata magis mihi probantur.
k L. constituimus
l L. Et in primo
l al partem P. B.
m L. curandũ est, vt

sas

fas complureis,quibus plures constitutiones aut partes constitutionum accommodarétur.

2 Reliquum videbatur esse,vt ostenderemus, quæ ratio posset inuentiones ad vnamquamque constitutionem,[a] aut partē constitutionis accōmodare.Et itē quales argumentationes,quas Græci ἐπιχειρήματα[b] appellāt,se qui,& qualeis vitari[c] oporteret:quōrū vtrunque pertinet ad confirmationem,& confutationem. Deinde ad extremum[d] docebimus, cuiusmodi conclusionibus orationum vti oporteat:qui locus erat extremus de sex partibus orationis.Primum ergo quæremus,*quemadmodum quámque causam tractari conueniat,& nimirum coniecturalem*,quæ prima,&[e] difficillima est, potissimùm consideremus. 3 ¶ IN CAVSA [f] *coniecturali*,narratio accusatoris suspiciones interiectas, & dispersas habere debet,vt nihil actū,nihil dictum, nusquā ventū aut abitum,nihil denique factū sine causa putetur.Defensoris narratio simplicem,& dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis. 4 ¶ *Huius constitutionis* ratio in sex *partes* est distributa: probabile, collationē,signum,argumentum,consecutionem,approbationem. Horum vnumquidque quid valeat,aperiemus. 5 ¶ *Probabile* est,per quod probatur expedisse reo peccare,& à simili turpitudine hominem nunquam afuisse[g]. Id diuiditur in causam,&in vitā. *Causa* est ea,quæ induxit: ad maleficium commodorū spe,aut incommodorum[h] euitatione: vt cùm quæritur,num quod commodū maleficio acquisieriti,num honorē, num pecuniam, num dominationem,num aliquā cupiditatē amoris,aut huiusmodi libidinis voluerit explere. Aut num quod incommodum vitarit, inimicitias,infamiā,dolorem,suppliciū. Hīc accusator in spe cōmodi cupiditatem ostendet aduersarij, in vitatione incommodi formidinē augebit.Defensor autē negabit fuisse causam si poterit, aut eā vehemēter extenuabit. Deinde iniquum esse dicet,omneis,ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit,in suspicionem maleficij,deuocari.Deinde *vita hominis* ex antè factis spectabitur. In quo primum considerabit accusator, num quādo *simile quid* fecerit.Si id non reperiet,quæret, num quādo venerit in similem suspicionem: & in eo debebit esse occupatus,vt adeā causam peccati,quam paullò antè expostuerit,vita hominis possit accōmodari, hoc modo. Si dicet pecuniæ causa fecisse,ostendet eū semper auarum fuisse:si honoris,ambitiosum: ita poterit animi vitium cum causa peccati conglutinare. Si non poterit parī vitiū cum causa reperire,reperiat dispar.Si non poterit auarū demonstrare[m] demonstret corruptorem, vel perfidiosum, si quo modo poterit: denique aliquo,aut quām plurimis vitiis contamināt[n] personā: deinde qui illud fecerit tā nequiter, eundem hunc tam perperam fecisse non esse mirandum. Si vehementer castus,& integer existimabitur aduersarius,dicet facta non famā spectari oportere:illum antè occultasse sua flagitia, se planū facturū ab eo maleficium nō abesse.Defensor primum demōstrabit vitam integram,si poterit:id si nō poterit,confugiet ad imprudentiam,stultitiam, adolescentiam,vim,persuasionem:quibus de rebus vituperatio eorum,quæ extra id crimē erunt,non debeat assignari. Sin vehementer vitæ[a] hominis turpitudine impediētur, & infamia,priùs dabit operam, vt falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente : & vtetur loco communi , rumoribus credi non oportere.Sin[b] nihil horum fieri poterit,vtatur extrema defensione,&dicat,non sē de moribus eius apud censores,sed de criminibus aduersariorum apud iudices dicere. 6 ¶ *Collatio* est, cùm accusator id, quod aduersarium fecisse criminatur, alij nemini,nisi reo,bono fuisse[c] demōstrat:aut alium neminem potuisse perficere, nisi aduersarium : aut eum ipsum aliis rationibus aut non potuisse, aut non æquè cōmodè potuisse:aut eum effugisse[d] alias rationes commodiores propter cupiditatem. Hoc loco defensor demonstret[e],oportet,aut aliis quoque bono fuisse,aut alios quoque id, quod[f] ipse simuletur[g], facere potuisse.

7 ¶ *Signum*,est per quod ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsita. id diuiditur in parteis sex:locum,tēpus,spatium, occasionem, spem perficiendi. spem celandi. *Locus* quæritur,celebris,an desertus: semper,an tū, cùm id factum sit, fuerit in eo loco solitudo: facer,an profanus: publicus, an priuatus fuerit:cuiusmodi loci attingant:num,qui est passus,perspectus,aut exauditus esse possit. Horum quid reo,quid accusatori cōueniat,perscribere non grauabimur, nisi facilè quiuis, causa posita,posset iudicare. Initia enim inuentionis ab arte debēt proficisci: cætera facilè cōparabit exercitatio.*Tēpus* ita quæritur, qua parte anni,qua hora: noctu,an interdiu: qua diei qua noctis hora factū esse dicatur,& cuiusmodi tēporibus *Spatiū* ita cōsideratur, satisne lōgum fuerit ad eam rem trāsigendā, & potuerit ne sciri , satis ad id perficiendum spatij futurū. Nā parui refert satis spatij fuisse ad id perficiendum,si id antè sciri,& ratione prouideri non potuerit.[k] *Occāsio* quæritur, idone ne satis fuerit ad rē adoriendam[l], an alia melior,quæ aut præterita sit, aut non exspectata.[m] *Spes perficiendi* quæ fuerit,spectabitur hoc modo: si,quæ suprà dicta sunt signa, cōcurrent:si præterea ex altera parte vires,pēcunia,consiliū,sciētia,apparatio:ex altera parte imbecillitas,inopia,stultitia,imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse : per[n] quas res scire potuerimus,[o] vtrùm diffidendum,an cōfidendū fuerit.*Spes celandi* quæ fuerit quæritur ex cōsciis,arbitris[p] adiutoribus,liberis, aut seruis,aut vtrisque. 8 ¶ *Argumentum*,est per quod res coarguitur certioribus argumētis,& magis firma suspicione. Id diuiditur in tēpora tria:præteritū, instans, consequens. *In præterito tempore* oportet considerare,vbi fuerit,vbi visus sit,quo cum[q] visus sit,nūquid apparārit.num quē cōuenerit, num quid dixerit,num quē habuerit de consciis,de adiutoribus,de administris[r]:num quo sin loco præter consuetudinē fuerit,aut[s] alieno tēpore.*In instanti* tēpore quæritur,num visus sit,cùm faciebat,num qui strepitus,clamor,crepitus exauditus sit,aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit aspectu,auditu,tactu,odoratu,gustatu. nam[t] quiuis horum sensus potest cōflare suspicionem. *In consequenti* tempore spectabitur, num quid re transacta relictum sit,quod indicet aut factum esse maleficium, aut à quo sit[x] factum.Pactum esse,hoc modo: si tumore , & liuore decoloratum est corpus mortui , significat eum veneno necatum. A

a L.& ad partem constit.
b ἐπιχειρήματα seu rationcinationes *de quibus vide librum 2. de Inuentione & Quint. lo. 5. c. 14.*
c *al.* vitare
d *vide numerum 45. infrà eod.*
e *al.* quæque difficillima.
f DE CAVSA CONIECTVRALI.
g *Vul* abfuisse,*emendeā.*
h L. Vitatione i L.appetierit.
k L. Vtrum diffidendum,an confidendum.
l L. ad eandem causam.
m L. par animi vitium. P. VII.
n L. demonstrare, quem pecuniæ causa dicat maleficium fecisse: demonstr.
n L. contaminet personā. deinde dicat, qui illud
a *Vul.* vel hom. turp.
b L. Si nihil eorum f.
c *al.* bonum fuisse *mendosè.* *de hac formula*, bono fuisse : *& cui bono dixi in oratione pro Milone.*
d L. fugisse.
e *Vul.* vt demonstret,oporter,
f *al.* quo de insimuletur.
g *al.* insimuletur.
h de signis. *vide 5. Quint. 9.*
i L. noctu, an interdiu: quæra diei,quota noctis h.
k L. potuit.
l L. aggrediēdam,
P. B.
m *al.* aut non exspectata propter agendi cupiditatem.
n L. propter quas
o L. potuerit.
p *al* administri. *verbum hic ambiter positum pro exploratore.*
q L. quicum visus.
r *al.* de adiumentis. *non ita commodè ob vocem quem antecedentem.*
s L. nunquid in eo loco præter cōsuetudinem fecerit, aut alieno.
t *al.* aut etiā.
u *al.* nū quis &c. *al.* nam quiuis horū sensuum.
x L. factum sit:

quo factum sit, hoc modo: si telum, si vestimentum, si quid ciuimodi relictum sit, aut si vestigium [a] rei fuerit, aut [b] si cruor in vestimentis, aut si in eo loco comprehensus, aut visus sit trãsacto negotio quo in loco res gesta dicatur. 9 ¶ *Consecutio*, est cùm quæritur, quæ signa nocentis, & innocentis consequi soleant. Accusator dicet, si poterit, aduersarium, cùm ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, [c] titubasse, inconstanter locutũ esse, concidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientiæ sunt. Si reus horum nihil fecerit, accusator dicet, eum vsque adeò præmeditatum fuisse, quid sibi esset vtì ventura, vt confidentissimè resistens [d] responderet: quæ signa confidentiæ, non innocentiæ sunt. [e] Defensor, si pertimuerit, magnitudine periculi, non conscientia peccati se commotum esse dicet. Si non pertimuerit, fretum innocentia negabit esse commotũ. 10 ¶ *Approbatio* est, qua vtimur ad extremum, confirmata suspicione. Ea habet locos proprios atque communes. *Proprij* sunt ij, quibus [f], nisi accusator, nemb potest vti: & ij, quibus nisi defensor. *Communes* sunt, qui alia in causa ab reo, alia ab accusatore tractantur. In causa coniecturali proprius locus accusatoris est, cùm dicit malorum misereri non oportere, & cùm auget peccati [g] atrocitatem [h]. Defensoris proprius locus est, cùm misericordiam captat, & cùm accusatorem calumniari criminatur. *Communes loci* sunt cùm accusatoris, tum defensoris, à testibus, contra testeis, à quæstionibus, contra quæstiones, ab argumẽtis, contra argumenta, à rumoribus, contra rumores. *A testibus* dicemus secundum auctoritatem, & vitam testium, & constantiam testimoniorum. *Contra testeis*, vitæ turpitudinem, testimoniorum incõstantiam: si aut fieri non potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant, aut scire illos non potuisse, aut cupidè dicere, & argumentari. hæc & ad improbationem, & approbationẽ testium pertinebunt. *A quæstionibus* dicemus, cùm demõstrabimus, maiores nostros veri inueniendi causa tormentis & [k] cruciatibus voluisse quæri, & summo dolore homines cogi, vt quicquid sciant, dicant. Et præterea confirmatio hæc erit disputatio, si quæ dicta erunt argumẽtando, iisdẽ viis, quibus omnis coniectura tractatur, trahemus ad verisimilem suspicionem: idémque hoc in testimoniis facere oportebit. *Cõtra quæstiones* hoc modo dicemus: primùm maiores [l] nostros voluisse certis in rebus interponi quæstiones, cùm, quæ [m] verè dicerentur sciri, quæ falsò in quæstione pronuntiarentur, refelli [n] possent, hoc modo: Quo in loco quid positum sit, & siquid esset simile [o], quod videri, aut aliquo simili signo [p] percipi posset [q]. deinde, dolori credi non oportere, quòd alius alio reticentior [r] sit in dolore, quòd ingeniosior ad cõminiscendũ, quòd denique sæpe scire aut suspicari possit, quid quæsitor velit audire: quod cùm dixerit, intelligat sibi finem doloris fututum. Hæc disputatio comprobabitur, si refellemus quæ in quæstionibus erunt dicta probabili argumẽtatione: isdque partibus coniecturæ, quas antè exposuimus, facere oportebit. *Ab argumentis*, & signis, & ceteris locis, quib. augetur suspicio, dicere, hoc modo cõuenit [s]: Cùm multa concurrant argumenta, & signa, quæ inter se consentiant, rem perspicuam, nõ suspiciosam videri [a] oportere. item plus oportere signis, & argumentis credi, quàm testibus: hæc enim eo modo exponi, quo modo re vera, sunt, [b] gesta: testeis corrumpi posse vel pretio vel gratia, vel metu, vel simultate. *Contra argumenta*, & signa, & ceteras suspiciones dicemus hoc modo: si demonstrabimus, nullam rem esse, quam non suspicionibus quiuis possit criminari: deinde vnamquamque suspicionem extenuabimus, & dabimus operam, vt ostendamus, nihilo magis in nos eã, quàm in alium quẽpiam conuenire: indignum [c] facinus esse dicemus, si [d] hæc vox, fama, de quibusdam [e] negabimus temere famã nasci solere, quin subsit aliquid: & si dicemus causam nõ fuisse, quare quispiã cõfingeret & cõminisceretur. Et præterea si ceteri falsi soleant esse, argumẽtabimur hũc esse verum. *Contra rumores* dicemus primum, si docebimus multos esse falsos rumores, & exemplis vtemur, de quibus falsa fama fuerit: & aut inimicos nostros, aut homines natura maleuolos, & maledicos cõfinxisse dicemus: & aut aliquam fictam fabulam in aduersarios afferemus, quam dicamus omnibus in ore esse: aut verum rumorem proferemus, qui illis aliquid turpitudinis afferat, neq. tamen ei rumori nos fidem habere dicemus, ideo quòd quiuis homo possit quemuis turpem de quolibet rumorem proferre, & confictam fabulam dissipare. Verumtamen si rumor vehementer probabilis esse videbitur, argumentando famæ fidem poterimus abrogare. 12 ¶ Quòd & difficilima tractatu est constitutio coniecturalis, & in veris causis sæpissime tractanda est, eo diligentiùs omneis eius partes perscrutati [f] sumus: vt ne paruula quidem titubatione, aut offensione impediremur, si ad hanc rationem præceptionis, assiduitatem exercitationis accommodaremus. 12 ¶ Nunc *ad legitimæ* [g] *constitutionis partes* transeamus. Cvm voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur, si *à scripto* dicemus, his locis vtemur, secundum narrationem: Primùm scriptoris collaudatione: Deinde scripti recitatione: deinde percunctatione, scirémne aduersarij id scriptũ fuisse in lege, aut in testamento, aut in stipulatione, aut in quolibet scripto, quod ad eandem rem pertineat: Deinde collatione, quid scriptum sit, quid aduersarij se fecisse dicant: quid iudicem sequi cõueniat, vtrum id, quod diligenter perscriptum [h] sit, an id, quod acutè sit excogitatum: deinde ea sententia, quæ ab aduersariis sit excogitata, & scripto attributa, contemnetur, & infirmabitur. Deinde quæretur, quid ei obfuerit, si id voluisset scribere, vt [k] non potuerit perscribere. Deinde à nobis sententia reperietur, & causa proferetur, quare id scriptor senserit, quod perscripsit: & demonstrabitur scriptum illud esse dilucidè, breuiter, commodè perfectè, certa cum ratione. Deinde exempla proferentur, quæ res cùm ab aduersariis [m] sententia redderetur, & voluntas afferretur, à scripto potius iudicatæ sint: Deinde ostendetur, quàm periculosum sit à scripto recedere. Locus communis est contra eum, qui, cùm fateatur, se contra id, quod legibus sancitum, aut testamento perscriptum sit, feciſſe, tamẽ facti quærat defensionem. 13 ¶ *A sententia* sic dicemus.

Primùm

a L. vestigium rei repertum fuerit. b L. aut cruor.

c al. expauisse, fortasse vtrumque hoc loco necessarium.* d al. consistens. hoc est constans.* e L. sunt.

f L. quibus nisi accusator, & ij, quibus nisi defensor, nemo potest vti.

g εἰμαρτήματος ἔστασις.

P. VIII. h Atrox vide de Festum in Atroces, Nonium 2. in Atrox 62.

i L. mendose in priore editione impressum est, secundum vitæ turpi, culpa optimum.

k L. & cruciatu, & item al. edit.

l Vulg. maiores vol. m Nonnulli vul. quæ verè dicerentur, seruari, mendosè. n al. refelli nõ possent. o L. simile ei, quod. p al. sensu. q al. possit.* r al. recensior: sic enim Latini recens, in labore, in dolore, id est ἐκκαιόμενος.

s L. cõueniet:

a L. videri debere.

b L. sint.

c L. indignum esse facinus, d hæc vox, fama ciuis, deest quibusdam.* e L. negabimus ita temere.

P. B.

f al. persecuti.*

g DE LEGITIMA CONSTITVTIONE.*

h L. scriptum

i L. obstitere.

k L. cur non. l quidã vulg. aperietur.

m L. sententia, & voluntas afferretur.

Primùm laudabimus scriptoris commoditatem, atque breuitatem, quòd [a] tantùm scripserit, quod necesse fuerit: illud quod sine scripto intelligi potuerit non necessariò scribendum putarit. Deinde dicemus calumniatoris esse officium, verba & litteras sequi, negligere voluntatem. Deinde id, quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, non more, non natura, non æquo & bono posse fieri: quæ omnia scriptorem voluisse quàm rectissimè fieri nemo dubitet: at ea, quæ à nobis facta sunt, iustissimè facta. Deinde contrariam sententiam aut nullam esse, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri, aut non constare cum superioribus & inferioribus sententiis, aut cum iure communi, aut cum aliis legibus communibus aut cum rebus iudicatis dissentire. Deinde exemplorũ à voluntate, & contra scriptum iudicatorum enumeratione [b] vtemur: deinde legum, & stipulationum breuiter exscriptarum, [c] in quibus intelligatur scriptorum voluntas [d] & expositio. Locus communis contra eum, qui scriptum recitet, [e] & scriptoris voluntatem non interpretetur. [f] 14 ¶ Cùm *duæ leges inter se discrepant*, videndum est primùm, num quæ [g] obrogatio [h] aut derogatio sit. Deinde, vtrum leges ita dissentiant, vt altera iubeat, altera vetet: an ita, vt altera cogat, altera permittat. Infirma enim erit eius defensio, qui negabit se fecisse quod cogeretur, cũ altera lex permitteret. plus [i] enim valet sanctio permissione. Item illa defensio tenuis est, cùm ostenditur id factũ esse, quod ea lex sanciat, cui legi, abrogatũ vel derogatũ sit: nid, quod posteriori lege sancitũ sit, esse neglectũ. Cùm hæc erunt considerata, statim nostræ legis expositione, recitatione, collaudatione vtemur. Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum. Deinde de iuridiciali absoluta sumemus rationem iuris, & quæremus partem iuris, vtrùm cum ea faciat: de qua parte posteriùs disseremus. 15 ¶ SI AMBIGVVM esse scriptum putabitur, quod in duas, aut plureis sententias trahi possit, hoc modo tractandum est. primùm, sitne ambiguum, quærendum est. Deinde, quomodo scriptum esset, si id, quod aduersarij interpretantur, scriptor fieri voluisset, ostendendum est. Deinde id, quod nos interpretemur, & fieri posse, & honestè, rectè, lege, more, natura, bono [l] & æquo fieri posse: quod aduersarij interpretentur, è contrario nec esse ambiguè scriptũ, cùm intelligatur, vtra sententia vera sit. Sunt qui arbitrantur ad hanc causam tractandã vehementer pertinere cognitionem amphibiolarum [m] eam, quæ à dialecticis [n] profertur. Nos verò arbitramur, non modò nullo adiumento esse, sed potius maximo impedimento. omneis enim illi amphibolias aucupantur, eas etiam, quæ [o] ex altera parte in sententiam nullam possunt interpretari. [p] Itaque & alieni sermonis molesti interpellatores, & scripti tum odiosi, tum obscuri interpretes sunt: & dum cautè, & expeditè loqui volunt, infantissimi reperiũtur. Ita dum metuũt, in dicendo nequid ambiguum dicant, nomen suum pronuntiare non possunt. Verùm horum puerilis opiniones [a] rectissimis [b] rationibus, cùm voles refellemus. In præsenti [c] hæc interserere [d] non alienum fuit, vt huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. 16 ¶ *Cùm definitione vtemur*, primùm afferemus breuem vocabuli definitionem, hoc modo: Maiestatem is minuit qui ea tollit, ex quibus rebus ciuitatis amplitudo constat: quæ sunt ea? quæ capiunt suffragia populi & magistratus consilia. Nempe igitur tu & populum suffragio, & magistratum consilio priuasti, cùm ponteis disturbasti. Item ex contrario, Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. Ego non affeci, sed prohibui detrimento: etenim ciuitatem conseruaui, libidini malorũ restiti, maiestatem omnem interire non passus sum. Primùm igitur vocabuli sententia breuiter, & ad vtilitatẽ causæ accõmodatè [f] describetur. Deinde, factũ nostrũ cum verbi descriptione cõiungetur. Deinde cõtrariç lescriptionis ratio refelletur, si aut falsa erit, aut inutilis, aut turpis, aut iniuriosa. Id quoque ex iuris partibus sumetur, de iuridiciali absoluta, de qua iam loquemur. 17 ¶ Quæritur *in translationibus*, primùm num aliquis eius rei actionem, [g] aut petitionem, aut possessionem, [h] aut persecutionem [i] habeat, quem [k] non oporteat: num alio modo, tẽpore, loco, num alia lege, num alio quærente, aut agente. Hçe legibus, moribus, æquo & bono reperientur: de quibus dicetur in iuridiciali absoluta. 18 ¶ *In causa rationali* primùm quæretur, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut similib. similiter scriptum aut iudicatum sit. deinde, vtrum ea res similis sit ei rei, de [m] qua agitur, an dissimilis. deinde vtrùm consultò de ea re scriptum [n] non sit, quòd noluerit cauere, an quòd satis cautum putarit, propter ceterorum scriptorum similitudinem. 19 ¶ De partibus legitimæ cõstitutionis satis dictum est, nunc *ad iuridicialem* reuertamur [o]. 20 ¶ ABSOLVTAP iuridiciali constitutione vtemur, cùm ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, iure factam dicemus, fine vlla assumtione extraria [q] defensionis in ea [r] quæri conuenit, iuréne factum sit. 21 ¶ De eo causa posita dicere poterimus, si, ex quibus partibus ius constet, cognouerimus. Constat igitur ex his partibus: natura, lege, consuetudine, iudicato, æquo & bono, pacto. 22 ¶ *Natura ius* est, quod cognationis, aut pietatis causa obseruatur, quo iure parentes à liberis, & à parentib. liberi coluntur. 23 ¶ *Lege* ius est id, quod populi iussu sancitum est: quod genus, VT [s] IN IVS EAS, CVM VOCABERIS. 24 ¶ *Consuetudine* ius est id, quod sine lege æquè ac si legitimũ sit, vsitatũ est: quod genus, id. QVOD ARGENTARIO OBTVLERIS [t] EXPENSVM A SOCIO RECTE EIVS REPETERE POSSIS. 25 ¶ *Iudicatum* est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. ea fæpe diuersa sunt, vt aliud alij iudici, aut prætori, aut consuli, aut tribuno plebis placitum sit: & fit, vt de eadẽ re fæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit: quod genus, M. Drusus, prætor vrbanus, quod cum hærede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sext. Iulius non

a L. qui illud tantum.
b L. enumeratio. Deinde &c.
c *al.* compositarum: *al.* exceptarum: *al.* excerptarũ, * d L. voluntas, expositio.
e *al.* retinet.*
f *al.* interpretatur.*
g *vulg.* quæ abrogatio.
h Obrogatur, cùm legis prioris in firmãdæ causa lex alia fertur: derogatur cùm quid ex lege vetere, quo minus fiat sancitur lege noua. *vide Festum in Derogare & Abrogare. Vlp. 1. Inst. vbi de legis rogatione, obrogatione, derogatione, subrogatione & l. 102. ff. de verb. sign.**
i Sanctiones in leg. dicuntur q̃ nouis sine certa pœnã irrogãt iis qui præceptis legis non obtẽperauerint *sanctio legum 41. ff. de pœnis.* Interdum enim statuitur in lege vt qui ibi aliquid commiserit, capite puniatur. l 9 § 3. ff. *de ver. diuis.* vt qui aduersus illam legem fecerit, facer alicui deorum fit, cum sua familia pecuniaque. *vide Festum in sacrata & sacrosanctum.* est igitur sanctio pars legis, qua pœna constituitur aduersus eos qui contra legem fecerint. §. sanctæ 10. *Inst. de verum diuis.* sanctionibus etiã continebatur, vt cæteris legibus contrariis solutus esset qui eam legem seruaret aut ferret: sed & ne abrogari aut derogari ei legi vnquã posset cauebatur. & hæc de sanctione: præter quam duæ aliæ legis partes priores erant, proœmium & legis capita. Iis quæ de sanctione diximus *al.* amphibologiarũ, *male*. De Amphiboliis eiusque speciebus. vide 9. Quintil. 9 11. Gell. 12.*
m qui philosophi dicuntur. *Quint. 7. 6. 9.* & Stoici *Ciceroni passim* & dialectici. *a. de Inuentione*: quòd diligentissimè rationem disputandi callerent.* o *vulg.* quæ ex altera parte sententiam nullam possi,
p interpretari *hic postrema accipimus.**

a *al.* rationes. *al.* sui sciones.*
b *al.* certissimis.*
c *al.* in præsentia, sed in præsenti hic vt Græcis ἐν τῷ παρόντι. vbi subaudiri videtur χρόνῳ.*
d *al.* intercederet. *al.* interdicere: *al.* interdicere pro interea dicens.*
e *vulg.* quæ sunt ea, quæ capiũt suffr.
f *vulg.* accõmodatam.
g De Actionis, petitionis, possessionis, persecutionis, differentia, adde quædam ex § appellamus 15. Inst. de actionib. & l. 28. ff de oblig vbi actio, in personam: petitio, in rem: persecutio in rem vel personam dari rei perfequendæ gratia dicitur.*
h possessionẽ hic accipio pro interdictis quæ possessionis causa dantur.*
i *vulg.* exsecutionem.*
k *hæc verba*, quem non oporteat, *desunt quibusdã.* l *al.* aut agente.*
m L. quæ de n L. scriptum non sit, quod satis cautum putarit propter ceter. scrip. similit. an inconsulto. De p. o *forte*, conuertamur.*
p DE IVRE IVDICIALI CONSTITVTIONE.*
q L. extraneæ r L. conuenit quæri, *scilicet*, an iniuria factum sit.
s dixi ad leges xii. Tab. de Iudiciis. c. 1. adde tit. Digestor. In ius vocati, vt eant.
t *al.* tuleris. Tuinch. 15. aduersar. ta.

reddidit. Item C. Cælius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim lacerat: P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit. Ergo quia possunt res simili de causa dissimiliter iudicatæ proferri, cùm id usu venerit, iudicem cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero iudiciorum proferemus.[a] 26 ¶ *Ex æquo & bono ius* constat, quod ad veritatem & vtilitatem communem videtur pertinere: quod genus, vt[b] maior annis LX. & cui morbus[c] causa est, cognitorem det. Ex eo nouum ius constitui conuenit ex tempore, & dhominis dignitate. 27 ¶ *Ex pacto* ius est, SI QVI INTER SE PEPIGERVNT, SI QVID INTER QVOS CONVENIT. Pacta sunt, quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo: e REM f VBI g PAGVNT, ORATO, NI PAGVNT, IN COMITIO, AVT IN FORO ANTE MERIDIEM CAVSAM CONICITO.[h] Sunt item pacta, quæ sine legibus obseruantur ex conuentu, quæ iuri præstare dicuntur. His k igitur partibus iniuriam demonstrari, ius confirmari conuenit, sdque in absoluta iuridiciali faciendum videtur. 28 ¶ CVM[i] *ex comparatione* quæretur, vtrum satius fuerit agere[m] id, quod reus dicat se fecisse, an id, quod accusator dicat oportuisse fieri: primùm quæri conuenit, * vtrum fuerit vtilius ex contentione, hoc est vtrum venustius, [o] facilius, conducibilius. Deinde oportebit quæri, ipsúmne oportuerit iudicare, vtrum fuerit vtilius, an aliorum fuerit statuendi potestas. Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex cõstitutione cõiecturali, qua re putetur non ea ratione factum esse, quòmelius deteriori anteponeretur, sed dolo malo negotium gestum. Deinde quæretur, potuerintne vitari, ne in eum locum veniretur. Ab defensore contrà refelletur argumẽtatio coniecturalis, aliqua probabili causa, de qua antè dictũ est. His locis ita tractatis, accusator vtetur loco cõmuni in eum, qui inutile vtili præposuerit, cùm statuendi non habuerit potestatem. Defensor contra eos, qui æquum [p] censeant, rem perniciosam vtili præponi, vtetur loco communi per conquestionem, & simul quæret ab accusatoribus, & ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent: & tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet ante oculos. 29 ¶ *Translatio* criminis est, cùm ab reo facti causa in aliorum peccatum transfertur. In qua primùm quærendum est, iurène in alium crimen transferatur. Deinde spectandum est, an æquè magnum sit illud peccatum, quod in alium trãsferatur, atque illud, quod reus suscepisse ¶ se fateatur. Deinde oportueritne [r] in ea re peccare, in qua alius antè peccarit. Deinde oportuerítne iudicium antè fieri. Deinde, cùm factum iudicii non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteátne de ea re iudicium fieri, quę res in iudicium non venerit. Locus communis accusatoris, contra eum, qui plus censeat vim quàm iudicia valere oportere, & ab aduersariis percũctabitur accusator, quid futurum sit, si idem cæteri faciant vt de indemnatis [s] supplicia sumant, quod eos idem fecisse [t] dicant. [u] Quid si ipse accusator idem facere voluisset? Defensor eorum peccati atrocitatem proferet, in quos crimen transferetur: rem, locum, tempus ante oculos ponet, vt ij qui audient, existimẽt aut non potuisse, aut non fuisse vtile rem in iudicium venire. 30 ¶ *Concessio* est per quam nobis ignosci postulamus. Ea diuiditur in purgationem, & deprecationem. 31 ¶ *Purgatio* est, cùm consultò à nobis factum negamus. Ea diuiditur in necessitudinem, fortunam, imprudẽtiam. De his primùm partibus ostendendum est: deinde ad deprecationem reuertendum videtur. Primùm, considerandum est, vtrum per culpam ventum sit in necessitudinem: num[a] culpam veniendi necessitudo fecerit. Deinde quærendum est, ecquomodo vis illa vitari potuerit, ac leuari. Deinde is, qui in necessitudinem causam conferet, experúmne sit, quid contrà[b] facere, aut excogitare posset. Deinde num quæ suspiciones ex coniecturali constitutione trahi possint, quæ significent, id consultò factum esse, quod necessario accidisse dicitur. Deinde, si maximè necessitudo quæpiam fuerit, conueniátne eam satis idoneam putari[c]. Si autem imprudentia reus se peccasse dicet, primùm quæretur vtrum potuerit scire an non potuerit. Deinde, vtrum data sit opera, vt sciretur, an non. Deinde vtrum casu nescierit, an culpa. Nam qui se properè vinũ, aut amorem[e], aut iracundiam fugisse rationẽ dicet, is animi vitio videbitur nescisse, non imprudentia. Quare non imprudentia se defendet, sed culpa contaminabit[g]. Deinde cõiecturali cõstitutione quęretur, vtrùm scierit, an ignorauerit, & considerabitur, satísne imprudentia præsidij debeat esse, cùm factum esse constet. Cùm in fortunam causa cõferetur, & ea re defensor ignoscí dicet reo oportere, eadem omnia videntur considerandа, quæ de necessitudine præscripta sunt. Etenim hæc tres partes purgationis inter se finitimæ sunt, vt in omneis eadem fere possint accommodari. Loci communes in his causis: Accusatoris contra eum, qui cùm se peccasse confiteatur [k], tamen oratione iudices [l] moretur. Defensoris, de humanitate, misericordia: voluntatẽ in omnibus rebus spectari cõuenire, & quæ consultò facta non [m] sint, in iis fraudem esse non oportere. 32 ¶ *Deprecatione* vtemur, cùm fatebimur nos peccasse, neque id imprudenter, aut fortuitu[n], aut necessariò fecisse dicemus, & tamen ignosci nobis postulabimus. Hic ignoscendi ratio quæritur ex iis locis, sí[o] plura, aut maiora officia, quàm maleficia, videbuntur constare: siqua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit: si [p] qua spes erit, vsui futurum, si sine supplicio dimiserit: si ipse ille supplex, mãsuetus, & misericors in potestatibus ostẽdetur fuisse: si ea, quæ peccauit, non [q] odio, non crudelitate, sed officio & recto studio cõmotus fecit: si tali de causa aliis quoque ignotum est: si nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, si eum missum fecerimus: si nulla aut à nostris ciuibus, aut ab aliqua alia ciuitate vituperatio ex ea re suscipietur. Loci communes, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario vtetur is, qui contrà dicet, cum amplificatione, & enumeratione omnium peccatorum. Hęc causa, iudicialis fieri non potest, vt in primo libro ostẽdimus, sed quòd potest vel ad senatum, vel ad consilium venire [r] nõ visa est superse-

a L. conferemus.
b *ab editione Lambini* paruula vt *al.* cui morbi causa est.* d L. & ex hominis.
c *Lib. vulg.* Rem vbi pagunt, oratione pagunt, in comitio. &c.
f De huius legis emendatione dixi ad leges XII. Tabularum titulo de pactis in pr. & titulo Iudicijs. C. de temporibus iudicãdi.*
g *Huius legis sententia hæc esse videtur, Conuentione ac pacto*, forum nos sortiri: si pactum non sit, in iudicium agi: causámque ante meridiem inibi conici. hoc est, breuiter expediri.*
h *al.* conicitor *al.* consicito, *vel* cognoscito. *Gell.* 17. c. 2. consicito *Sed conicere, probabilius. id eam breuiter narrare visi fusi ad l. 1. ff. de legal. iuris in verbis*, causa coniectio.*
i Festus in Nũcupare, vt linguas nuncupare, affir, ita ius esto. *adde Ciceronem 2. de Inuentione circa fin. & Fabium lib. de pactis. de pactis Senonibus.**
k L. His igitur è parte.
l Transit ad assumptionem Iuridicialem constitutionem.*
m facere id, n L. cõuenies, o L. honestius,
p L. æquum esse e.
q *al* suscepisse dicatur.*
r Consuetudo nõ excusat à pœna.*
s Saluianus 8. de prouidentia. Indẽtatum etiam xii. tabularum decreta interfici vetuerunt. Augustin. 1. de ciuit. 19. Nec quemquam scelestum indemnatum immoccidi.* t *al.* dicat. v. cæteri scilicet.*
u L. quid contra.
a an culpam necef. fec. *vel* an in culpam veniendi necessitudo fuerit.
b L. ecquid contra.
c v. l. 12. ff. de custod. reorũ. l. 11. §. 2. ff. de pœnis l. 6 §. 7. ff. de re milit. l. vnic. C. ad l. Iul. maiest.*
d L. doneam causam putari.
e nihil enim furore amoris vehementius, Nouell. 74. c. 3. vbi dixi.*
f Sic infrà lib. 2. metum hîc ratio fugit. P. Faut. Amphitr. fugit te ratio. Catul. fugit me ratio.*
g se scilicet. *al. legum* cõtaminabitur. *nisi malu legere*, Culpæ condemnabitur.*
h L. reo dicet
i L. omnes hîc
k L. fateatur,
l L. demoretur, *& non nulli item libri vulg.*
m L. non sint, ea fraudi esse non op.
n *al.* fortuitò,
o adde l. 5. §. 6. & 8. ff. de re milit.*
p. XI.
p adde l. 31. ff. de pœnis.*
q non odio, neque cru-del.
r L. peruenire.

perſedenda. 33 ¶ Cùm à nobis crimen *remouere* volemus, aut in rem [a], aut in hominem noſtri peccati cauſam conferemus. Si cauſa *in hominem conferetur*: quærendum erit primũ potueritne tantum, quantum reus demonſtrabit, is, in quem cauſa conferetur, & ecquó nã modo aut honeſtè, aut ſine periculo potuerit obſiſti: ſi maximè ita ſit, num ea re concedi reo conueniat, quòd alieno inductu fecerit. deinde in coniecturalem trahetur cognitionem, & quæretur, num conſultò factũ ſit. Si cauſa *in rem* quandam conferetur, & hęc eadem ferè, & omnia, quæ de neceſſitudine præcepimus conſideranda erunt. 34 ¶ QVONIAM ſatis oſtendiſſe videmur, quibus argumentationibus in ynoquoque genere cauſæ iudicialis vti conueniret, conſequi videtur vt doceamus, *quemadmodum ipſas argumentationes ornatè & abſolutè tractare poſſimus.* nam ferè non difficile eſt inuenire, quid ſit cauſæ adiumento: difficillimum verò eſt, inuentam expolire, & expeditè pronuntiare. hæc enim res facit, vt neque diutius, quàm ſatis ſit, in eiſdem locis commoremur, neque eódem identidem reuoluamur, neque inchoatam argumentationem relinquamus, neque incommodè ad aliam deinceps tranſeamus. Itaque hac ratione & ipſi meminiſſe poterimus, quid quoque [c] loco dixerimus, & auditor cùm totius cauſæ tum vniuſcuiuſque argumentationis diſtributionem percipere, & meminiſſe poterit. 35 ¶ Ergo *abſolutiſſima* [d], & perfectiſſima *argumentatio* eſt ea, quæ in quinque parteis eſt diſtributa, propoſitionem, rationẽ, rationis confirmationem, exornationem, cõplexionem. *Propoſitio* eſt, per quam oſtendimus ſummatim, quid ſit, quod probare volumus. *Ratio*, eſt cauſa, quæ demonſtrat, id verum eſſe, quod intendimus, breui ſubiectione. Rationis *confirmatio* eſt ea, quæ plurimis argumentis corroborat breuiter expoſitam rationem. *Exornatio* eſt, qua vtimur rei honeſtandæ, & collocupletandæ cauſa, confirmata argumentatione. *Complexio* eſt, quæ [e] concludit, breuiter colligens parteis argumentationis. Hiſce igitur quinque partibus vt abſolutiſſimè vtamur hoc modo tractabimus argumentationẽ. Cauſam oſtendemus Vlyſſi fuiſſe, quare interfecerit Aiacẽ: inimicũ enim acerrimũ de medio tollere volebat: à quo ſibi non iniuria ſummũ periculũ metuebat: videbat illo incolumi, ſe incolumẽ non futurum: ſperabat illius morte ſe ſalutẽ ſibi cõparare. cõſueuerat [f] ſi iure nõ poterat, quauis [g] iniuria inimico exitiũ machinari: cui rei mors indigna Palamedis teſtimoniũ dat. Ergo & metus periculi hortabatur eũ interimere, à quo ſuppliciũ verebatur, & conſuetudo peccandi, maleficij ſuſpiciendi remouebat dubitationem. Omnes enim cùm minima peccata cum cauſa ſuſcipiunt, tum verò illa, quæ multo maxima ſunt maleficia, aliquo certo emolumento inducti ſuſcipere conantur. Si multos induxit in peccatum pecuniæ ſpes, ſi complures ſcelere ſe contaminauerunt imperij cupiditate, ſi multi leue compendium fraude maxima cõmutauerunt: cui mirum videbitur, iſtum à maleficio propter acerrimam formidinem nonh temperaſſe? Virũ fortiſſimum, integerrimum, inimicitiarum perſequentiſſimum, iniuria laceſſitum, ita excitatum i, homo timidus, nocens, cõſcius ſui peccati, inſidioſus, inimicum incolumen eſſe noluit: cui tandẽ hoc mirum videbitur? nam cùm feras beſtias videamus alacreis, & erectas vadere, vt alteri beſtiæ no ceant, non eſt incredibile putandum, iſtius quoque animum ferum, crudelem, atque inhumanum, cupidè ad inimici perniciem profectum [a]: præſertim cùm in beſtiis nullam neque bonam, neque malam rationem eſſe videamus: in iſto plurimas & peſſimas rationes ſemper fuiſſe intelligamus. Si ergo pollicitus ſum, me daturum [b] cauſam, qua inductus Vlyſſes acceſſerit ad maleficium, &, ſi inimicitiarũ acerrimam rationem, &, periculi metum interceſſiſſe demonſtraui: non eſt dubium, quin confiteatur cauſam maleficij fuiſſe.

36 ¶ Ergo abſolutiſſima eſt argumentatio ea, quæ ex quinque partibus conſtat: ſed ea non ſemper neceſſe eſt vti. Tum enim cõplexione ſuperſedendum eſt, ſi res breuis eſt, vt facilè memoria comprehendatur: tum exornatio prætermittenda eſt, ſi parum locuples ad amplificandum, & exornandum res videtur eſſe. Sin & breuis erit argumentatio, & res tenuis, aut humilis: tum & exornatione, & cõplexione ſuperſedendum eſt. In omni autem argumentatione de duabus partibus poſtremis, hæc, quam expoſuimus, ratio eſt habenda. Ergo *ampliſſima* eſt *argumentatio* quinque partita: *breuiſſima* eſt tripartita, *mediocris*, ſublata aut exornatione, aut complexione quadripartita. 37 ¶ *GENERA* [c] duo ſunt *vitioſarũ argumentationum*: Vnum, quod ab aduerſario reprehendi poteſt, idque pertinet ad cauſam: Alterum, quod tametſi nugatorium eſt, tamen nõ indiget reprehenſione. Quæ ſint, quæ reprehenſione confutari conueniat, quæ tacitè cõtemni, atque vitari ſine reprehenſione, ſi d exempla ſubiecero, intelligere dilucidè poteris. 38 ¶ Hæc cognitio vitioſarum argumentationum duplicem vtilitatem afferet. nam & vitaré in argumentatione vitium admonebit, & ab aliis non vitatum commodè reprehendere docebit. 39 ¶ Quoniam igitur oſtendimus, perfectam [e], & plenã argumentationẽ ex quinque partibus conſtare, in vnaquaque parte argumentationis quæ vitia cuiuſdam [f] ſunt, conſideremus: vt & ipſi ab his vitiis recedere, & aduerſariorum argumentationes hac præceptione in omnibus partibus tentare, & ab aliqua parte labefactare poſſimus. 40 ¶ *Expoſitio vitioſa* eſt, cùm ab aliqua, aut à maiore parte ad omneis confertur id, quod non neceſſariò eſt omnibus attributum: vt ſi quis hoc modo exponat. Omnes, qui in paupertate ſunt, malunt maleficio parare diuitias [h], quàm officio paupertatem tueri. Si quis hoc modo expoſuerit argumentationem, vt non curet quærere, qualis ratio, aut rationis confirmatio ſit, ipſam facilè reprehendemus expoſitionem, cùm [i] oſtendemus, id quod in aliquo paupere improbo ſit, in omneis pauperes falſò & iniuria conferri. *Item* vitioſa expoſitio eſt, cùm id, quod rarò fit, fieri omnino negatur, hoc modo, Nemo poteſt vno aſpectu, neque præteriens, in amorem incidere. nam cùm non nemo deuenerit in amorem vno aſpectu, & cùm ille neminem dixerit omnino, nihil [k] differt rarò id fieri: dummodo ali quando fieri, aut poſſe fieri intelligatur. *Item* vitioſa expoſitio eſt, cùm omneis res oſtendimus nos collegiſſe, & aliquam rem idoneam præterimus, hoc modo, Quoniam igitur ho-

[a] videtur ordo immutatus, atque ita legendum, aut in hominem aut in rem.*

[b] al. conſequens videtur.*

[c] L. in vno quoq.

[d] Argumentatio duplex, abſolutiſſima & perfectiſſima (eaque quinque partita eſt) breuiſſima, quæ & tripartita.*

[e] L. quæ concludit breuiter, coll.

[f] P. B.

[g] L. conſueuerat enim, ſi g al. quo iure quáue iniuria.*

[h] al. ſibi non temperaſſe.* [i] al. excitatũ inimicum vt rẽ inimicum quod infrà in hunc locum adſciſcatur.*

[a] L. eſſe profectum.

[b] al. allaturum: veri, dicturum.*

[c] L. Duo ſunt genera.

P. XII.

[d] al. niſi. e.ſ. i.q. non poteris.*

[e] L. plenam & perfectam

[f] L. vitanda ſunt,

[g] Forteſſe Propoſitio. Nam & paulo ante abſolutiſſimæ argumentationis partes fecit, Propoſitionem, rationem, & cæt. de quib. ſigillatim diſeruit eſt.* [h] L. dimittas parare.

[i] L. cùm oſtenderimus, quod in al. pauc. im. ſir. in omneis p.

[k] ſic Græci ἀδύνατον δ' ἐστὶν ἐρᾶσθαι ἄλλως ἔχοντος, ἐὰν μὴ ἐκ τύχης.*

minem occisum constat esse, necesse est aut à prædonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille hæredem testamento ex parte faciebat. prædones illo loco nũquam sunt visi: inimicum nullum habebat. relinquitur, si neque à prædonibus, neque ab inimicis occisus est, quòd alteri non erant, alteros non habebat, vt abs te sit interemptus. Nam[a] in huiusmodi expositione, reprehensione vtemur, siquos præter eos, quos ille dixerit, potuisse[b] suscipere maleficium ostenderimus: velut in hoc exemplò, cùm dixerit necesse esse aut à prædonibus, aut ab inimicis, aut à nobis occisum esse: dicemus potuisse vel à familia, vel à cohæredibus nostris. Cùm hoc modo illorum collectionẽ disturbauerimus, nobis latiorẽ locũ defendẽdi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est in expositione, nequando, cùm omnia collegisse videamur, aliquâ idoneam partẽ reliquerimus. *Item* vitiosa expositio est, quæ constat ex falsa enumeratione: vt si, cùm plura sunt[c], pauciora dicamus, hoc modo: Duæ res sunt, iudices, quæ omneis[d] ad maleficiũ impellunt, luxuries & auaritia. Quid amor[e] inquiet quispiã. quid ambitio[f]? quid religio[g]? quid metus mortis? quid imperij cupiditas? quid denique alia permulta? *Item* falsa enumeratio est, cũ pauciora sunt & plura dicimus, hoc modo: Tres res sunt, quę omneis homines sollicitant, metus, cupiditas, ægritudo. Satis[h] erat dixisse metũ & cupiditatẽ: quoniam ægritudinem cum vtraque re coniunctam esse necesse est. *Item* vitiosa expositio est, quæ nimium longè repetitur, hoc modo: Omniũ malorum stultitia est[i] mater, quæ[k] parit immensas cupiditates: immensæ porrò cupiditates infinitæ & immoderatæ sunt. hæ pariunt auaritiã: auaritia porrò hominẽ ad quoduis maleficiũ impellit. Igitur auaritia inducti aduersatij nostri, hoc in se facinus admiserunt. Hîc id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium, & cæteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est,

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa[l] cecidisset abiegna ad terram trabes:
Neve inde nauis tuchoandæ exordium
Cæpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argiui delecti viri,
Petierant illam pellem inauratam arietis,
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum:
Nam nunquam hera errans mea, domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Nam hîc satis erat dicere (si id modò, quòd esset satis, curasset poeta)

Vtinam ne hera errans mea domo efferret pedẽ
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Ergo hæc quoque ab[m] vltimo repetitione in expositionibus magnopere superfedendũ est. Non enim reprehensione eget, sicut aliæ complures, sed sua sponte vitiosa est. 41 ¶ VITIOSA *ratio* est, quæ ad expositionem non est accommodata, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem. Infirma ratio est, quæ non necessariò ostendit ita esse, quemadmodum expositum est: velut apud Plautum,[n]

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immæne[o] est facinus: verùm in tali tempore,
Et conducibile.

Hæc expositio est, videamus, quæ ratio afferatur.

Nam ego amicum hodiè meum
Concastigabo[a] pro commerita noxia.

Ex eo, quod ipse facturus est, non ex eo, quod fieri conuenit, vtile quid sit, ratiocinatur. *Vana ratio* est, quæ ex falsa causa constat, hoc modo: Amor fugiendus non est. nam ex eo verissima nascitur amicitia. Aut hoc modo, Philosophia est[b] vitanda: affert enim socordiam, atque desidiam. Nam hæ rationes nisi falsæ essent, expositiones quoque earum veras esse confiteremur. *Item* infirma ratio est, quæ non necessariam causam affert expositionis: velut Pacuuius,

Fortunam[c] insanam esse & cæcam & brutam perhibent philosophi,
Saxóq illam instare[d] globoso prædicãt volubili[d].
Ideo, quò saxum impulerit fors, cadere eò fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem esse iterant[e], quia nihil cernat, quò sese applicet.
Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit.
Brutam, quia dignum, atque indignum nequeat internoscere.
Sunt autem alij philosophi, qui contrà fortunam negent
Esse vllam, sed temeritate omnia autument regi. id magis
Verisimile[f] aiunt, quòd vsu re ipsa experiundo edocet.
Velut Orestes modò fuit Rex, modò mendicus factus est:
Naufragio res contigit: Nempe ergo haud fortuna obtigit.

Nam hîc Pacuuius infirma ratione vtitur, cùm ait,[g] verius esse temeritate, quàm fortuna res regi. Nam vtraque opinione philosophorum fieri potuit, vt is, qui rex fuisset, mẽdicus factus esset. *Item* infirma ratio est, quæ videtur pro ratione afferri, sed idem dicit, quod in expositione dictum est, hoc modo: Magno malo est hominibus auaritia, ideircò quòd homines magis, & multis incommodis cõflictantur propter immensam pecuniæ cupiditatem. Nam hîc aliis verbis idem per rationem dicitur, quod dictum est per expositionem. *Item* infirma ratio est, quæ minùs idoneam, quàm res postulat, causam subiicit expositioni[h] hoc modo: Vtilis est sapientia, propterea quòd qui sapientes sunt, pietatem colere consueuerunt. Item vtile est amicos veros habere. habes i enim quibuscum iocari possis. Nam huiusmodi in rationibus non[k] vniuersali, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma ratio est, quæ vel alij expositioni potest accommodare, vt facit Pacuuius, qui eandem affert rationem, quare cæca: eandem, quare bruta fortuna dicatur. 42 ¶ In *confirmatione rationis* multa & vitanda in nostra, & obseruanda in aduersariorum ratione sunt vitia, propterea quæ diligentiùs considerandæ sunt, quòd accurata confirmatio rationis totam vehementissimè comprobat argumentationem. Vtuntur[l] studiosi igitur in confirmanda ratione duplici conclusione, hoc modo:

Iniuria abs te afficior indigna pater.
Nam, si improbũ Chrysphontem[m] existimaueras,
Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
Cur talem inuitam[n] inuitum cogis linquere[o]?

Quæ hoc modo concludentur, aut P ex contrario conuertentur, aut ex simplici parte repre-

a L. Nam in huiusmodi

b L. suscip. potuisse male. ostendemus:

c L. sint, P. B.

d L. homines id est superstitio, qua laborant haud sani. l. 2 § 9. ib. superstitiosum. ff. de ædilicio. Sic religio Terentio in Andria, & Lucretio 1. pro superstitione. Alij hîc legunt, irreligio.* P. B.

e L. Satis enim f. d. alij est mater, atque materies.*

f L. quæ præ cæteris—

g Hi versus ex Ennij Medea de quibus dixi libro 3. de Natura deorum: & 1. de Inuentione.* It. vnd. Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terra trabes. l. Petebant vilio pellem inaurati arietis.

h hoc est, causæ non vtique ab vltimo sunt petendæ 5. Quint. 10.* i in Trinummo. idẽ versus repetuntur lib. 1. de inuentione.* o vulg. Immane. id est magnum. al. immune, id est improbum. & ita quidem & legit & interpretatur hunc locum Festus in Immunis.* p id est interdum, Turneb. 17. aduers. 12.*

a Quidã vul. Non castigabo mendosè.

b L. vitanda est. P. XIII.

c versus Trochaici.* d L. volubilẽ. Hoc versus nunc sic restituendos esse arbitror, quamuis in priore editione aliter senserim. In lib. vulgatis, autem versus octauus sic legitur: Miseriam esse vllam, sed temeritate omnia regi, i magis. e id est, iterũ atque iterum dicunt. aly legunt, memorant.* f al. esse aiũt.

g L. verisimilius esse temere.

h L. expositionis, i L. habeat enim k al. non vniuersa, l L. Vtuntur igitur studiose in m Vulg. quidã Thrysphontẽ mendosè. n Dissentientis patris, qui initio cõsensu matrimonio, cum marito cõcordãte filiafamiliãs, rata non habetur voluntas. dixẽ ad l. 5. Cod. de repudiis & diuortiis.* o al. relinquere, atque ita v. 5. verbi, cogis, quod ante cedit, elidendum.* p hoc genus refutandi ἐν τῷ τρίτῳ τέχνης. de quo v. Gell. 3. 9. & 11.* P. B.

reprehendentur. Ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna, nata[a], sacrificio iniuria.
Si probus est, bene locauisti: sin[b] autem improbus,
[c]Diuortio te liberabo incommodo.

Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur[d], hoc modo:

Nam si improbum Cresphontem existimaueras,
Cur me huic locabas nuptiis? Duxi probum.
Errauisti: post cognouis, & fugio cognitum.

Ergo reprehensio huius conclusionis [e] duplex est: acutior illa superior, facilior hæc posterior ad excogitandũ. *Item* vitiosa est confirmatio rationis, cùm ea re, quæ plura significat, abutimur pro certo vnius rei signo, hoc modo: Necesse est, quoniam pallet, ægrotasse: aut necesse est peperisse, quoniã sustinet puerum infantem. Nam hæc sua sponte certa signa non habent, si non cetera quoque similia concurrant. quod si concurrerint: nonnihil huiusmodi signa adaugent suspicionem. *Item* vitiosum est, cum vel in alium, vel in eum ipsum, qui dicit, id, quod in aduersarium dicitur, potest conuenire, hoc modo:

[f]Miseri sunt qui vxores ducũt: at tu duxisti alterã.

Item vitiosum est id, quod vulgarẽ habet defensionem, hoc modo: Iracundia inductus peccauit, aut adolescentia, aut amore. Huiusmodi enim deprecationes, si probabuntur, impunè maxima peccata dilabentur. *Item* vitiosum est, cum id pro certo sumitur, quod inter omneis non cõstat, quia etiam nunc in controuersia est, hoc modo:

Eho tu, dij, quibus est potestas motus superũ,
atque inferũ,
Pacem inter[f] se conciliant, conferunt concordiã.

Nam ita pro suo iure hoc exemplo vsum Cresphontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset. *Item* vitiosum est, quod iam quasi serò, atque [g]acto negotio dici videtur, hoc modo: In mentem mihi si veniisset, Quirites, non commisissem, vt hunc in locum res veniret: nam hoc, aut hoc fecissem: sed me tum hæc ratio fugit. *Item* vitiosum est, cùm id, quod in aperto delicto positum est, tamen aliqua seui tegitur defensione, hoc modo:

[h]Cùm hæc expetebant omnes florentissimo
Regno reliqui: nunc desertum ab omnibus
Summo periclo sola vt restituam paro.

Item vitiosum est, quod ini aliam partẽ, ac dictum sit, potest accipi. Id est huiusmodi, vt, si quis potens, ac factiosus in concione dixerit, Satius est vti regibus, quàm malis legibus. Nam [l] hoc tamen si rei [m] arguendæ causa potest sine malitia dici, tamen propter potentiã eius, qui dicit, nõ dicitur sine atroci suspicione. *Item* vitiosum est, falsis, aut vulgaribus definitionibus vti. Falsæ sunt huiusmodi, si quis dicat iniuriam esse nullam, nisi quę ex pulsatione, aut conuicio cõstet. Vulgares sunt, quæ nihilominus in aliam rem trãsferri possunt: vt si quis dicat, quadruplator, vt breuiter deferibam, capitalis est. Est enim improbus, & pestifer ciuis. Nam nihilo magis quadruplatoris, quàm furis, quàm sicarij, aut proditoris attulit definitionem. *Item* vitiosum est pro argumẽto sumere, quod in disquisitione positum est: vt si quis, quem furti arguat, dicat eum esse hominem improbum, auarum, fraudulentum: ei rei [n] testimonium esse, quòd sibi furtũ fecerit. Item vitiosum est, controuersiã controuersia dissoluere, hoc modo: Non cõuenit, Censores, istum vobis satisfacere ex eo, quòd ait, se non potuisse adesse, ita vt iuratus fuerat. quòd [a] si ad exercitum non venisset, ídne tribuno militum diceret? Hoc ideo vitiosum est, quia non expedita, aut indicata res, sed impedita, & in simili cõtrouersia posita, exẽpli loco perfertur. Item vitiosum est, cùm id, de quo summa controuersia est, parum expeditur, & quasi transactum sit, relinquitur hoc modo:

Aperta[b] fatur dictiõ, si intelligas,
Tali dari arma, qualis qui gessit, fuit,
Iubet, petiri si studeamus Pergamo:
Q. a ego profiteor esse mea. nã me aquũ est frui
Fraternis[c] armis, mihique adiudicarier,
Vel quòd propinquus, vel quòd virtute amulus.

Item vitiosum est, ipsum sibi in sua oratione dissentire, & contra ea, quæ antè dixerit, dicere, hoc modo:

Quare[d] accusem hũc, nequeo exputãdo[e] euoluere.
Nam si[f] vereatur, quid cũ accusem, qui est probus?
Sin inuerecundum animi ingenium posidet,
Quidẽ cũ accusẽ qui id parui auditu existimet[g]?

Non incommoda ratione videtur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid quod postea ait? Nunc ego te ab eo summo iam detexam exordio.

Item vitiosum est, quod dicitur contra iudicis voluntatem, aut eorum, qui audiunt, si aut partes, quibus illi student, aut homines, quos illi caros habent, lædantur, aut aliquo huiusmodi vitio lædatur auditoris voluntas. *Itẽ* vitiosum est, non omneis res confirmare, quas pollicitus es in expositione. *Itẽ* verendũ est, ne de alia re dicatur, cùm alia de re controuersia sit: inq. huiusmodi vitio considerãdum est, ne aut ad rẽ addatur quid, aut quippiam de re trahatur: aut tota causa mutata in alium causam deriuetur. Vti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia cũ de musica inducta sit, disputatio in sapientiæ rationem, & virtutis vtilitatem consumitur[h]. *Item* considerandũ est, ne aliud accusatoris criminatio contineat, aliud defensoris ratio purget: quod sæpe consultò multi ab reo faciunt, angustiis causæ coacti. Vti si quis cum accusetur, ambitu magistratũ petisse, ab imperatoribus sępenumerò se apud exercitum donatum esse dicat. Hoc[m] si diligenter in aduersariorum oratione obseruauerimus, sæpe deprehendemus, & in huiusmodi deprehẽsione ostendemus, eos, de ea re quid dicãt, nõ habere. Itẽ vitiosum est, artẽ, aut scitiam, aut studiũ quodpiã vituperare propter eorũ vitia, qui in eo studio sũt: veluti, qui rhetoricam vituperant, propter alicuius oratoris vituperandã vitã. *Itẽ* vitiosum est, ex eo, quod perperã factum esse constat, putare ostendi à quo homine factũ est, hoc modo: Mortuum deformatũ, tumore preditũ, corpore[n] decoloratũ fuisse constat. ergo veneno necatus est. Deinde, si [o] sit vsque adeò in eo occupatus, vt multi [q] faciunt venenũ datũ, vitio nõ medici cõfictetur. Non enim factũmne sit, quæritur, sed à quo factũ sit. *Itẽ* vitiosum est, in cõparãdis rebus alterã rem [r] efferre, de altera mẽtionẽ non facere, aut negligentius disputare: vt si cõparetur, vtrum satius sit populum frumentũ accipere, an nõ accipere: quæ cõmoda sint in altera re, curet enumerare: q̃ in altera incõmoda sint, velut depressã prætereat: aut

a L. ô nata
b L. sin est imp.
c L. Deuortio
d L. diluetur
e L. huiusmodi.
f Vul. inter sese
g L. & peracto negotio.
h versus Ennij in Thyestis: sunt autem hæc verba. Asti ad Thyestem.*
i L. aliam in partem, & ita Colin. & Rob. Steph.
P. XIIII. la L. bonis rebus,
l L. Nã & hoc
m L. rei augendæ
n L. testimonio

a L. quid si ait
b vul. Aperta
c id est, Apollinis, vt Apertæ dictio, hic fit, Apollinis oraculũ, adde Festum in Aperta, quo loco refert, Apollinem Apertã dictum, quod patente corpina responsa ab eo darentur.*
d id est oraculũ sic Liuius 8. data erat dictio ab vrbe
e al. paternis: cum hîc loquatur, Neoptolemus Achillis filius, armáque paterna petat & sua esse dicat.*
f al. qua causa. Videntur autem hi versus Pacuuij in Armorum iudicio.*
g al. exponendo. al. putando.*
h Idem versus infra lib. 2. de inuentione* i legẽdum fortasse est, Quod ego cum accusem, qui id parui auditu æstimet?
Is id est æstimet, sic apud Sallustium in oratione Macri Trib. pleb. Si Quirites parum existimaretis quid inter ius à maioribus relictum vobis, & hoc à Sylla paratum seruitium interesset.
l L. legendum fortasse est, cõsummatur, i. τελειοῦται vel συγχέεται, vel ἀναστατοῦται.
m L. Hoc in aduersariorũ oratione si diligenter obseruauerimus, sæpe deprehendemus, &c.
n hoc vox corpore deest quibusdam.*
o L. si sit vsque in eo occupatus, quod multi faciũt, vt venenum datum esse contendat.
p al. vsque in eo.*
q al. quod multi.*
r al. afferre.

quæ minima sunt, dicat. *Item* vitiosum est, in rebus comparādis necesse putare alterā rem vituperari, cùm alteram laudes. Quod genus, si quæratur, vtris maior honor habendus sit, Albensibus, an Venusinis[a], quòd reip. & populo Rom. profuerunt[b], & is, qui[c] dicit[d] alteris, alteros lædat. Nō enim necesse est, si alteros præponas, alteros vituperare. Fieri enim potest, vt, cùm alteros magis laudaris, aliquā alteris laudis partem attribuas, ne cupidè pugnasse contra veritatē puteris: item vitiosum est, de nomine & vocabulo eius rei controuersiam struere, quam rem consuetudo potest optimè iudicare. Velut Sulpicius, qui intercesserat, ne exsules, quibus causam dicere non licuisset, reducerentur, idem posterius immutata voluntate, cùm eandem legem ferret, aliā sese ferre dicebat propter nominum commutationem: nam non exsules[e], sed vi eiectos se reducere aiebat[f]: perinde quasi id fuisset in cōtrouersia, quo illi nomine appellarētur à populo Romano, aut perinde[g], quasi nō omnes, quibus aqua & igni interdictum est, exsules appellentur. Verūm illi fortasse ignoscimus si cum causa fecit: nos tamē intelligamus vitiosum esse intendere controuersiam propter nominum mutationem[i].

43 ¶ QVONIAM exornatio constat ex similibus, & exemplis, & amplificationibus, & iudicatis, & ceteris rebus, quæ pertinent ad exaggerandam & collocupletandā[l] argumentationem, quæ[m] sint iis rebus *vitia* consideremus. *Simile vitiosum* est, quod ex aliqua parte dissimile est, nec habet parem rationem comparationis, aut [n] sibi ipsi obest qui affert. *Exemplum* vitiosum est, si aut falsum est, vt reprehendatur: aut si improbum, vt non sit imitandum: aut maius, aut minus, quàm res postulabit. *Res iudicata vitiosè profertur*, si aut dissimili de re proferatur: aut de ea re, de qua controuersia non est: aut si improba, aut eiusmodi[o], vt aut plures, aut magis idoneæ res iudicatæ ab aduersariis proferri possint. *Item*[p] vitiosum est id, quod aduersarij factum esse confiteantur, de eo argumentari, & planum facere factum esse. nam[q] id tantùm augeri oportet. *Item* vitiosum est, id augere, quod cōuenit doceri, hoc modo: Vt[r] si quis quem arguat hominem occidisse, & antè quàm satis idoneas argumentationes attulerit, augeat peccatum, & dicat, nihil indignius esse, quàm hominem occidere. Non enim, vtrūm indignum sit, an non, sed factūmne sit, quæritur.

44 ¶ *Complexio vitiosa* est, quæ non, vt quidque primùm dictum est, primùm complectitur, & quæ non breuiter cōcludit, & quæ nō ex enumeratione, certum & constans aliquid relinquit, vt intelligatur, quid propositum[t] in argumentatione sit, quid[u] deinde ratione, quid confirmatione quid tota argumētatione demonstratum. 45 ¶ CONCVSIONES[u] quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, tripertitæ[x] sunt. nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione. In[y] quatuor locis vti possumus cōclusionibus, in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione.

46 ¶ *Enumeratio*[z], est per quam colligimus & cōmonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breuiter: vt renouetur, nō redintegretur oratio: & ordine, quidquid erit dictum, referamus, [aa] vt auditor, si memoriæ mandauerit, ad id, quod ipse meminerit, reducatur. Item[a] curandum est, ne aut ab exordio, aut à narratione repetatur orationis enumeratio. Ficta enim, & dedita opera cōparata oratio videbitur esse, aut artificij significandi, aut ingenij venditandi, aut memoriæ ostentandæ causa. Quapropter initium enumerationis sumendūm est à diuisione. Deinde ordine breuiter exponēdæ sunt res, quæ tractatæ erunt in cōfirmatione, & confutatione. 47 ¶ *Amplificatio*[c], [d] est res, quæ per locum communem instigationis auditorū causa sumitur. *Loci communes* ex decem [e] præceptis commodissimè sumuntur ad augendi criminis causa. *Primus* locus sumitur ab auctoritate, cum cōmemoramus, quantæ curæ ea res fuerit diis immortalibus aut maioribus nostris, regibus, ciuitatibus, nationib., hominibus sapientissimis, senatui. Item maximè quo modo de his rebus legibus sancitum sit. *Secundus* locus est, cùm cōsideramus illæ res, de quibus criminamur, ad quos pertineant: vtrum ad omneis, quod atrocissimum est, an ad superiores, (quod genus ij sunt, à quibus auctoritatis locus cōmunis sumitur,) an ad pareis, hoc est in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus ante celluntur. *Tertius* locus est, quo[f] percunctamur, quid sit euenturum, si omnibus idem concedatur: & ea re neglecta, ostendemus[g], quid periculorum, aut incommodorum consequatur. *Quartus* locus est, quo demōstratur si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc exspectatio iudicij remorātur. *Quintus* locus est, per quem ostendimus, si semel aliter[h] iudicatum sit, nullam rem fore, quæ incommodo mederi[i], aut erratum iudicum corrigere possit. Quo loco non incommodum erit vti cęterarum rerum comparatione; vt ostendamus, alias res posse aut vetustate sedari, aut consilio corrigi: huiuskrei aut leniendæ, aut corrigendæ nullam rem adiumento futurā. *Sextus* locus est, cùm ostendimus ex consulto factum, & dicemus voluntario facinori nullā esse excusationem, sed imprudentiæ iustam deprecationem paratam. *Septimus* locus est, quo ostendemus rētrum facinus, crudele, nefariū, tyrannicū esse: quod genus iniuriæ mulierū, aut earū rerum aliquid quarum rerū causa bella suscipiūtur, & cum hostibus de vita dimicatur. *Octauus* locus est, quo ostendimus, non vulgare, sed singulare esse maleficiū, spurcū, nefariū, inusitatum, quo maturiùs & atrociùs vindicandū sit. *Nonus* locus cōstat ex peccatorū cōparatione, quasi[m] cùm dicemus, maius esse maleficium stuprare ingenuam, *quàm* factum lædere: [n] quòd propter egestatem alterū, alterum propter iutemperantē[o] superbiam fiat. *Decimus* locus est, per quē omnia, quæ in negotio gerendo acta sunt quæque rem cōsequi solēt, exponemus acriter, & criminosè, & diligēter, vt agi res, & geri negotium videatur, rerum cōsequentium enumeratione. 48 ¶ Misericordia[p] cōmouebitur auditoris[q] animus, si variam fortunarum commutationē dicemus: si ostendemus, in quibus cōmodis fuerimus, [r] quibúsque in incōmodis simus, cōparatione. Si, quę nobis futura sint, nisi causam obtinuerimus, enumerabimus & ostendemus. Si supplicabimus, & nos sub eorum, quorum misericordiam captabimus, potestatem subiicimus.

a L. Velentinis, *vel* Vecentanis, *al.* Vegentinis.
b *al.* præsidio fuerunt.*
c L. qui dicat, alteris habēdum,
d *al.* qui dicat alteris habēdum. *al.* & is qui dicat ab alteris alteros lædat.
e Exsulis, & vi eiecti differentia.*
f L. proinde quasi.
g L. proinde q.
P. XV. h hoc vult, omnes quibus aqua & igni interdictum sit, exules esse. Exilium autem triplex. Est enim vel certis tantum, vel omnibus locis interdici, aut loco aliquo concludi. L. exiliū triplex. § 1. ff. de interdictis L. commutationem. & ita *Rob. Steph.*
k L. & rebus iudicatis.
l L. & locupletādam. & ita *R. Steph.*
m L. quæ sint iis in genere. vitia.
n L. aut ipsi obest, qui affert.
o L. aut si eiusmodi, vt
p L. Item vitiosum est, quod
q L. Nam id augeri oportet tantum. *Vulg.* vt si quis aliquem aug.
l *al.* positum*
t L. quid deinde in rat. quid in conf. quid int. arg.
u quæ & perorationes. sed & cumulus, *ut Quintilianus. 6. c. 1.*
x tripartitæ y L. quatuor in locis.*
z quæ & rerum repetitio seu congregatio & ἀνακεφαλαίωσις.* *Quint. 6. c. 1.*
aa L. referamus.

a in qua enim tandem est
b L. est à diuisione sumendum.
c L. Amplificatio est, quæ per.
d quæ & Indigniatio dicitur *lib. 1. de Inuentione.** P. B.
e quindecim *& ita plures loci indignationis enumerantur lib. 1. de Inuentione.**
f *al.* percontamur.
g L. ostendimus.
h quidā *vulg.* mederi, aut perperam factum, aut erratum iud. corr. *in hic Colin. & Rob. Steph.* hic *vel* aliter, *proseccus, & male sumitur. Quidam tamen hic legunt* nō recte iudicatum.*
i *al.* mederi, aut perperam factum, aut erratum.*
k *al.* huic rei
l *al.* ex consilio, id est ἐκ προμηθείας nostri ex proposito. l. 11. §. delinquitur. ff. de pœnis, *al.* hic legitur consulto factum præpositione ex, detracta.*
m *al.* quale.*
n *al.* legere.*
o i. impotentem, *al.* intēperantem.*
p quæ & Conquestio dicitur *lib. 1. de Inuentione.**
q *al.* auditor si.*
r *Vulg.* fuimus, P. XVI.

iiciemus. Si,quid noſtris parentibus,liberis, cæteris neceſſariis cauſarũ ſit propter noſtras calamitates,aperiemus,& ſimul oſtendemus, illorum nos ſollicitudine & miſeria,non noſtris incommodis dolere.Si de clementia,humanitate,miſericordia noſtra,qua in alios vſi ſumus,aperiemus. Si nos ſemper,aut diu in malis fuiſſe oſtendemus. Si noſtrum fatum, aut fortunam conqueremur. Si animum noſtrum fortem,patientem incommodorum oſtendemus futurum.Commiſerationem breuem eſſe oportet. Nihil[a] enim lacryma citius areſcit. 49 ¶ Ferè locos obſcuriſſimos totius artificij tractauimus in hoc libro.quapropter huic volumini modus hic ſit.Reliquas præceptiones, quoad videbitur, in tertium librum transferemus.Hæc ſi,vt conquiſitè[a] conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſecutus [b], & nos induſtrię fructus ex tua ſciẽtia capiemus, & tute noſtrã diligentiam laudabis,tuáq. perceptione lætabere:tu ſcientior eris præceptorũ artificio, nos alacriores ad reliquũ perſoluendũ. Verùm hæc futura ſatis ſcio.te enim non ignoro.ſed nos deinceps ad cætera præcepta tranſeamus, vt, quod libentiſſimè facimus,tuæ[c] voluntati rectiſſimę morẽ geramus.

A

B

a quidem sententia Apollonij citatur lib. 1. de inuent. 30.*

a L. vt nos conq.
b id eſt ſi percideris, ſeu perceperis. Turneb. 15. aduerſ. 11.*

c L. tuæ recti voluntati.

RHETORICORVM AD C. HERENNIVM, LIBER TERTIVS.

Synopſis libri tertij ad Herennium.

1 ¶ De INVENTIONIS *accommodatione ad genus cauſæ deliberatiuum & demonſtratiuum.* 2 DE LIBERATIONIBVS *quarimus quid & quod potius faciendum ſit.* 3 *conſultamus de his quæ vel propter ſe,vel propter extraneam cauſam,vel propter ſe partim, magis tamen propter extraneam cauſam in deliberationem, vel conſultationem veniunt: & quemadmodum ſingulæ huiuſmodi deliberationes tractandæ.* 4 *Deliberationem ſequitur* SENTENTIA. *Cuius finis* VTILITAS. 5 *Ea vel tuta eſt vel honeſta.* 6 TVTA *à vi & dolo.* 7 *Honeſta eáque duplex.* 8 RECTA *(hoc eſt cum virtute,Prudentia, Iuſtitia,Fortitudine,& Modeſtia coniuncta.* 9 *& quemadmodum partibus prudentiæ, iuſtitiæ, fortitudinis, modeſtiæ vtamur in dicendo)* 10 LAVDABILIS. 11 *& qua ratio eſſe debeat exordij, narrationis,confirmationis,confutationis, concluſionis, cùm de tuto, honeſto, recto, & laudabili dicemus.* 12 ¶ *Demonſtratiuum genus cauſæ verſatur in laudis & vituperationis confirmatione.* 13 *Laus autem eſt vel rerum externarum,vel corporis, vel animi.* 14 *Quemadmodum in hoc genere cauſa vtendum ſit principio ſeu exordio.* 15 *Narratione.* 16 *Expoſitione ſeu Diſpoſitione* 17 *Confutatione* 18 *Concluſione.* 19 ¶ *De* DISPOSITIONE. 20 *quid diſpoſitio.* 21 *Duo genera diſpoſitionis: vnum ab inſtitutione artis profectum, alterum ad tempus, ſeu caſum temporis accommodatum.* 22 ¶ *De* PRONVNCIATIONE *eiuſque vtilitate.* 23 *Pronunciationem diuidi in vocis figuram & corporis motum.* 24 ¶ FIGVRA *vocis quid.* 25 *Figuram vocis diuidi in magnitudinem firmitudinem,mollitudinem.* 26 *Magnitudinem à natura eſſe.* 27 *Ab arte firmitudinem* 28 *mollitudinem.* 29 *cuius partes Sermo,Contentio,Amplificatio.* 30 *Sermonis partes,Dignitas, Demonſtratio, Narratio,Locatio.* 31 *Contentionis partes,Contentio,Diſtributio.* 32 *Amplificationis partes,Cohortatio,Conqueſtio.* 33 *Quæ & quemadmodum dignitas ſeruanda in ſermonis dignitate & demonſtratione, in Narratione, Iocatione,Contentione,Diſtributione,Amplificationis cohortatione & conqueſtione.* 34 ¶ *De* MOTV *ſeu corporis geſtu & vultus moderatione.* 35 ¶ *De* MEMORIA *(ea theſaurus eſt inuentorum,& omnium partium Rhetoricæ cuſtos)* 36 *Memoria alia* NATVRALIS: *alia* ARTIFICIALIS. 37 NATVRALIS *quemadmodum perficiatur.* 38 ARTIFICIOSA *conflat* LOCIS & IMAGINIBVS. 39 *Quid loci.* 40 *quid imagines.* 41 *Loci quemadmodum inueniendi.* 42 *Imagines aliæ eſſe* RERVM, *aliæ* VERBORVM. 43 RERVM 44 & VERBORVM *imagines quemadmodum parentur.* 45 *Tranſitio ad Elocutionem quintam Rhetoricæ partem.*

a *fori.* Iuridicialem, *vt libro ſuperiore.*

c *forſaſſe pertinent.*

AD OMNEM[a] iudicialem[b] cauſam quemadmodum conueniret inuentionem rerum accommodari, ſatis abundanter,vt arbitror, ſuperioribus libris demonſtratum eſt.*Nunc earum rationem rerum inuenſendarum,quæ pertinebant*[c] *ad cauſas deliberatiuas,& demonſtratiuas,in hunc librum tranſtulimus*, vt omnis inueniendi præceptio tibi quam primùm perſolueretur. Reliquæ quatuor partes erant[d] artificij. De tribus partibus in hoc libro dicemus,diſpoſitione,pronũtiatione[e],& memoria.De eloquutione,quia plura dicenda videbantur, in quarto libro conſcribere maluimus: quẽ,vt arbitror,tibi librũ celeriter abſolutũ mittemus, nequid tibi rhetoricæ artis deeſſe poſſit.Interea prima quæque & nobiſcum,cùm voles,& interdum ſine nobis legendo conſequêre, nequid impediare,quin ad hanc vtilitatem pariter nobiſcum progredi poſſis. Nunc tu fac vt attentum te præbeas:nos proficiſci ad inſtituta pergemus.

C

D

d *forſaſſe* erunt.*
e L. pronuntiatione, memoria.

P. B.

¶ DELIBERATIONES partim sunt huiusmodi, vt quæratur, *vtrum potius faciendum* sit: partim huiusmodi, vti, *quid potissimùm faciendum* sit, consideretur. Vtrũ potius, hoc modo: Carthago tollenda[a], an relinquenda videatur. Quid potissimùm, hoc pacto: vt si Hannibal consultet, cùm ex Italia Karthaginem arcessitur[b], in Italia remaneat[c], an domum redeat, an in Ægyptum profectus occupet Alexandriam. 3 ¶ Item *deliberationes* partim ipsę *propter ipsę consultandæ* sunt: vt si deliberet senatus captiuos ab hostibus redimat, an non: partim *propter aliquam extraneam causam* veniunt in deliberationem & consultationẽ: vt si deliberet senatus, bello Italico soluãtne legibus Scipionem, vt eum liceat ante tempus Cos. fieri: *partim & propter se sunt deliberandæ*, & *magis propter extraneam causam* veniunt in consultationem: vt si deliberet Senatus, bello Italico sociis ciuitatem det, an non. In quibus causis rei[e] natura faciet deliberationem, omnis ratio ad ipsam rem accommodabitur. In quibus extranea causa conficiet[f] deliberationem in his ea ipsa causa erit adaugenda, aut deprimenda. 4 ¶ Omnem rationem eorũ, qui sententiam dicent finem sibi conueniet vtilitatis[g] proponere, vt omnis eò totius orationis ratio conferatur. 5 ¶ *Vtilitas* in duas partes in ciuili consultatione diuiditur, tutam, & honestam. 6 ¶ *Tuta* est, quæ conficit instantis, aut consequentis periculi vitationem qua libet ratione. Hæc distribuitur in vim, & dolum: quorũ aut alterum separatim, aut vtrum que sumemus coniunctim. *Vis*[h] secernitur per exercitus, classeis, arma, tormenta, euocationes hominum, & alias huiusmodi res. Dolus consumitur[i] in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes[k], mentiones[l], & ceteras res, de quibus magis idoneo tempore loquemur, si quando de re militari, aut de administratione reip. scribere velimus. 7 ¶ *Honesta* res diuiditur in rectum, & laudabile. 8 ¶ *Rectum* est, quod cum virtute & officio fit. Id diuiditur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiam. *Prudentia*, est callidi-tas, quæ ratione quadam potest delectum habere bonorum & malorum. Dicitur item prudentia, scientia suiusdam artificij. Item [m] appellatur prudentia, multarum rerũ memoria, & vsus complurium negotiorum. *Iustitia*, est æquitas, ius[n] vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque. *Fortitudo*, est rerum magnarũ appetitio, & rerum humilium contentio, & laboris cum vtilitatis ratione perpessio[o]. *Modestia*, est in animo continens moderatio cupiditatum. 9 ¶ *Prudentia partibus vtemur in dicendo*, si cõmoda cum incõmodis conferemus, cũ alterũ sequi, vitare alterũ cohortabimur: Aut[p] siquã ad rem cohortabimur aliquẽ, cuius rei aliquã disciplinabilẽ[q] scientiã poterimus habere, & quo modo, aut qua quidq. ratione fieri oporteat, ostendemus: Aut si suadebimus quippiã[r], cuius rei gestæ aut præsenté, aut auditam memoriam poterimus habere: qua in re facilè id, quod velimus, exemplo allato persuadere possimus. *Iustitia* partibus vtemur, si aut innocentum, aut supplicum dicemus misereri oportere: si ostendemus bene merentibus gratiam referri conuenire: si demonstrabimus vlcisci malè meritos oportere: si fidem magnopere censebimus conseruandam: si leges & mores ciuitatis egregiè[t] dicemus seruari oportere: si societates, atque amicitias[a] studiosè dicemus coli conuenire: si, quod ius in parentes is: deos, patriam natura cõparauit, id religiosè colendum demonstrabimus: si hospitia, clientelas, cognationes, affinitates castè colendas esse dicemus: si nec prece, nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec simultate à via recta ostendemus deduci oportere: si dicemus, in omnibus ius[b] æquabile statui conuenire. His, atque huiusmodi partibus iustitiæ siquam rem in concione, aut in concilio faciendam censebimus, iustã esse ostendemus: contrariis, iniustam. Ita fiet, vt eisdem locis & ad suadendum, & ad dissuadendũ simus parati. Sin *fortitudinis* retinendæ causa faciendum quid esse dicemus, ostendemus, res magnas, & excelsas sequi, & appeti[c] oportere, & item res humileis, & indignas viris fortibus, viros fortes propterea contemnere oportere, nec idoneas[d] dignitate[e] sua iudicare. Ité à[f] nulla re honesta, periculi, aut laboris magnitudine deduci oportere: antiquiorem mortem turpitudine haberi: nullo dolore cogi, vt ab officio recedatur: nullius pro rei veritate metuere inimicitias: quodlibet pro patria, parentibus, hospitibus, amicis, & iis rebus quas iustitia colere cogit, adire periculum & quemlibet suscipere laborem. *Modestiæ* partibus vtemur, si nimias libidines honoris, pecuniæ, similiúmque rerum vituperabimus. Si vnamquanque rem certo naturæ termino definiemus. Si denique, quid cuique satis sit ostendemus, & nimium progredi dissuadebimus, & modũ vnicuique rei statuemus. Huiusmodi partes sunt virtutis amplificandæ, si suadebimus: attenuandæ, si ab his dehortabimur, vt hæc attenuentur, quæ suprà demonstraui. Nam nemo erit, qui censeat à virtute recedendum: verùm[g] aut res huiusmodi non dicatur esse, vt virtutem possimus egregiam experiri, aut in cõtrariis potius rebus, quàm in his virtus constare ostendatur[h]. Ité si quo pacto poterimus, quam is, qui contrà dicet, iustitiã vocarit, nos demonstrabimus ignauiam esse, & inertiam, ac[i] prauã liberalitatem: quã prudentiam appellarit, ineptam, & garrulam, & odiosam scientiam esse dicemus: quam ille modestiam dicet esse, eam nos inertiã & dissolutam negligentiam dicemus[k]: quam ille fortitudinem nominarit, eã nos gladiatoriam & inconsideratam appellabimus temeritatẽ. 10 ¶ Laudabile est, quod conficit honestam & præsentem, & [l] sequentẽ commemorationem. Hoc nos eò à recto separauimus, nõ quòd hæ quattuor partes, quæ subiiciuntur sub vocabulo recti, hanc honestatis cõmemorationẽ dare non soleant: sed quanquã ex recto laudabile nascatur, tamen in dicendo seorsum tractandum est hoc ab illo. Neque enim solũ laudis causa rectũ sequi conuenit, sed si laus consequitur, duplicatur recti appetendi voluntas. Cùm igitur erit demonstratum rectum laudabile esse demonstrabimus aut ab idoneis hominibus, vt si qua res honestiori ordini placeat, quæ à deteriore ordine improbetur: aut[m] ab aliquibus sociis, aut omnibus ciuibus, exteris nationibus, posterisque nostris. 11 ¶ Cùm huiusmodi locorum diuisio sit in consultatione, breuiter aperienda est totius[n] tractatio causæ. *Exordiri* licebit vel à principio, vel ab insinuatione, vel[o] ab iisdem rationibus, quibus in iudiciali causa. Si cuius

rei

a L. delenda.

b *Vulg.* accersitur, *mendosè.*

c L. permaneat, an do. sed.

d id est, quæ propter se cõsultandę sunt vt suprà.*

e In his rei natura facit deliberationem.* f L. efficiet delib.

g *al.* vtilitatem.

h L. vis discernitur. *Qui dam legunt*, vis cernitur.

i L. in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, & ceteris rebus, de q.

k Maturationem hic vocare videtur simulatam festinationẽ cũ simulatur vel tarditas facturos, quod non nisi serò ad exitum perducere possumus.* *al.* mentitiones, (id est, mendacia) *al.* manifestationes, m L. Et appellatur n L. ius suum unic.

o L. perpẽsio. p *Vulg.* aut si quã to re co q disciplinabilis scientia, quæ præceptionibus, institutionibus & arte aliqua continetur.*

P. XVII. r L. quippiã, cui similis rei gestæ

s L. possimus t L. egregiè seruari dicemus ob.

P. B.

a L. amicitias dicemus studiosè coli conuenire,

b L. æquabile ius.

c L. appeteri

d L. idoneas pro dignit. *al.* dignitati suæ.*

e L. ab nulla re

f L. ostendetur.

g L. verùm aut res non huiusmodi dicetur esse, vt

h L. ostenderetur.

i L. ac prauã liberalitatem, *& ita Colin.*

k L. esse dicemus,

P. B.

l L. & consequentem commem. *& ita R. Steph. & Colin.*

m *Vulg.* aut aliquib. sociis.

n L. tractatio totius causę.

o *Vulg.* vel iisdem.

rei narratio incidet, eadem ratione narrare oportebit: Quoniam in huiusmodi causis finis est vtilitas,& ea diuiditur in rationem tutam, atque honestam si vtrunque poterimus ostendere, vtrunque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse: sin alterum demonstraturi erimus simpliciter,quod dicturi sumus,ostendemus. At si nostram rationem tutam esse dicemus,diuisione vtemur in vim & consilium. Nam,quod in docendo rei dilucidandæ[a] causa dolum appellauimus,id[b] in dicendo honestius consilium appellabimus. Si rationis nostræ sententiam rectam esse dicemus,& omnes partes recti incident:quadripartita diuisione vtemur,si non incidēt,quot erunt,tot exponemus in dicendo.In *confirmatione*,& *confutatione* vtemur locis.quos antè ostendimus , nostris confirmandis , contrariis confutandis.Argumentationis artificioſę tractanda ratio de secundo libro petetur. Sed si acciderit,vt in consultatione alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta,sententia sit, vt in deliberatione eorū,qui àPœnis circumseſſi deliberant quid agant : qui tutam rationem sequi suadebit,his locis vtetur: Nullam rem vtiliorem esse incolumitate:virtutibus vti neminem posse , qui suas rationes in tuto non collocarit: ne [c] deos quidem esse auxilio iis, qui [d] se inconsultò in periculū mittant : honestū nihil oportere existimari, quod non salutē pariat. Qui tutæ rei præponet rationem honestā,his locis vtetur:virtutē nullo tēpore relinquendam : vel dolorem , si is timeatur: vel mortem,si ea formidetur,dedecore,& in famia leuiorem esse,consideraret[e],quæ sit turpitudo consecutura. At non immortalitatem neque æternam incolumitatē consequi : nec esse exploratum,illo vitato periculo,nullum in aliud periculum venturos : virtute vel vltrò ad mortem proficiſci,esse præclarum:fortitudini [f] fortunam quoque esse adiumento solere : eumg; tutè vluere , qui honestè viuat, non qui in præsentia incolumis sit: & eū,qui turpiter viuat, incolumen in perpetuum esse non posse. *Conclusionibus* ferè similibus in his, & iudicialibus causis vti solemus,nisi[h] quòd in his maximè conducit quamplurima rerum antè gestarum exempla proferre.

21 ¶ *Nunc ad demonstratiuum genus causa transeamus.* QVONIAM hæc causa diuiditur in laudem,& vituperationem, quibus ex rebus laudem constituerimus, ex contrariis rebus erit vituperatio comparanda. 13 ¶ *Laus* igitur potest esse rerum externarum, & corporis,& animi. *Rerum externarum* sunt ea, quæ casu, aut fortuna secunda , aut aduersa , accidere possunt: vt genus,educatio, diuitiæ, potestates,gloriæ,ciuitates,amicitiæ,&[k] quæ huiusmodi sunt,&[l] ea,quæ his sunt contraria. *Corporis* sunt ea,quæ natura corpori[m] attribuit cōmoda,aut incommoda:vt velocitas,vires,dignitas[n],valetudo,& quæ contraria sunt. *Animi* sunt ea,quæ consilio,&cogitatione nostra constant:vt prudētia,iustitia,fortitudo,modestia,&[o] quæ contraria sunt.Erit igitur hæc cōfirmatio,& confutatio nobis. 14 ¶ In P huiusmodi igitur causa *principium sumetur* aut à nostra,aut ab eius,de quo loquemur,aut ab eorū,qui audiēt,persona,aut ab 9 re. *A nostra*,si laudabimus,dicemus aut officio facere,quòd causa necessitudinis intercedat : aut studio, quòd eiusmodi virtutis sit, vt omnes cōmorare debeant velle[a]: aut quod rectum sit ex aliorū laude ostendere, qualis noster animus sit.Si[b] vituperabimus,aut meritò facere, quòd ita tractati simus:aut studio,quòd vtile putemus esse, ab omnibus vnicam malitiam, atque nequitiam cognosci , aut quòd placeat ostendi,quid nobis displiceat,ex aliorum vituperatione.*Ab eius persona,de quo loquemur*,si laudabimus,vereri nos dicemus,vt[c] illius facta verbis consequi possimus:omneis homines illius virtutes prædicare oportere:ipsa facta omniū laudatorū eloquentiā anteire. Si[e] vituperabimus,ea,quę videbimus contraria[f], paucis verbis cōmutatis,dici posse, dicemus: vt[g] paullò antè exēpli causa,demonstratū est. *Ab auditorum persona*,si laudabimus dicemus, quoniam non apud[h] ignotos laudemus,nos monendi causa pauca esse dicturos : aut si[k] erunt ignoti , vt talē virum velint cognoscere,petemus: quoniam in eodem virtutis studio[l] sint,apud quos laudemus,quo[m] ille, qui laudatus fuerit, sperare nos facilè iis, quibus velimus,huius facta probaturos.Contraria vituperatio , quoniam norint, pauca de nequitia eius nos esse dicturos: quòd si ignorēt,petemus vt cognoscant , vti malitiā vitare possint:quoniam dissimiles[n] sint,qui audiunt,atque ille,qui vituperatur,nos[o] sperare illius vitam vehementer improbaturos.*Ab rebus ipsis* incertos esse,quid potissimùm laudemus: vereri nos ne,cùm multa dixerimus,plura prætereamus,& quę simileis sententias habebūt: quibus sententiis contraria sumuntur à vituperatione.15 ¶ Principio [p] tractato tum ab re, tum ab aliqua harum, quas antè commemorauimus,rationum,*narratio* non erit vlla,quę necessariò consequatur : sed siqua inciderit, cùm aliquod factum eius,de quo loquemur, nobis narrandum sit cum laude,aut vitupera tione,præceptio narrandi de primo libro repetetur. 16 ¶ Diuisione hac vtemur:Primò *exponemus*,quas res laudaturi sumus, aut vituperaturi.Deinde vt quæque,quóve tempore res erit gesta,ordine dicemus, vt,quid,quámque tutè,cautéque egerit,intelligatur. Sed *exponere* oportebit *animi virtutes*, aut vitia. Deinde cōmoda,aut incommoda corporis,aut rerum externarū, quomodo ab animo tractata sint, demonstrare.Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus. Ab *externis rebus*: *genus* in laude , quibus maioribus natus sit: si bono genere,parē,aut excelsiorem [q] fuisse: si humili genere, ipsum in suis,non in maiorū: virtutibus habuisse præsidium.In vituperatione,si bono genere,dedecori maioribus[r] fuisse:si malo, tamen his ipsis detrimento fuisse. *Educatio*, in laude, bene, & honestè,in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse:in vituperatione,è cōtrario.Deinde transire oportet ad *corporis commoda*. A natura,in laude:si sit dignitas,atque forma,laudi fuisse eam,non quemadmodum cæteris, detrimento,atque dedecori: si vires,atque velocitas egregia,honestis hæc exercitationibus,&[s] industriis dicemus comparata : si valetudo, ex perpetua diligentia,& temperantia cupiditatum. In vituperatione , si erunt hæc corporis commoda,malè his vsum dicemus,quę casu[t] & fortuna, tanquā quilibet gladiator habuerit:si non erunt,præter formam,omnia ipsius culpa , & intemperantia non fuisse dicemus. 17 ¶ Deinde reuertemur ad extraneas res,&in

a *al.* dilucidè magnificandæ *al.* dilucidandę,magnificandæ:*al.* dilucidè manifestandę.*fort.* denotandæ aut certè, dilucidare, idē est.*

b Dicendi & docendi rationem hīc distinguit.*

c *vulg.* nec deos quidem *mendosè.*

d L. qui se consulto e *fort.* considerandum.

f *fortè,fortuna adiuuat.*

g L. eum tutò viuere, &c. tutè *tamen non damno,quo vsitur pag.* 35. *v* 37.

h *vulg.* nisi quòd his.

P. XVIII.

i *al.* sodalitates,non necessario. Hoc autem vult Cicero,Beneficium aut maligniratē esse fortunæ, huius aut illius ciuitatis esse. adde hnic loco illustrando l. quod si nolit 31. 5 qui mancipia vēdunt 2 ff. de ædilitio edicto. 2. Plin. 78. Senec. to. controuers. 5.

k L & cæteræ, quæ

l L. & ea,quæ his contraria. Cor.

m L. corpori tribuit.

n Dignitas corporis, idē quod pulchritudo,sic & apud Ciceronem, de officiis:& pro Cælio:Cornelius Nepos in Dione.*

o L. & quæ his contraria sunt.

p L. In huiusmodi autem causa.

q L. ab re.

a *al.* velle quod certius fit:aut ex aliorum Laude,aut per comparationem ostendere,quæ lis, &c.*

b L. Sin vituperab.

c genus dicēdi notabile est.Nam quē dicit se vereri vt possit, hoc significat se vereri,ne nō possit,hoc est,vereri se posse.At si dixerit, se vereri ne possit, significabit se nolle posse.*

d *vul.* consequi nō possimus:*mendosè*

e L. Sin vituperauerit

f L. contrariè paucis verb.

P. B.

g *vul. alij*, vt paullò suprà. *al.* vt paullò antè suprà

h *quidam lib.* apud ignaros *al.* ignaros, sed hīc ignoti pro ignaris,vt epist. ad Lucceium lib. 5.

k *quidam lib.* fierūt ignari.

l *al.* studio.*

m L. atque ille,qui *&c. ita R. Steph.* n *vul.* dissimiles sunt

o L. sperare nos,illius vitā vehementer improb.

p L. Principio tractato ab aliqua har.

q L. aut excellentiorem f.

r L. suis maioribus

s L. & industria.

t L. quæ casu & natura, *&c. sic libri vet. & impressi à R. Steph. & Col. & Gryph. & ita Sulpitius ad Tullii l. 4. ea sum & natura coniungit.**

his,animi quæ[a] virtutes aut quæ vitia fuerint, | A
considerabimus: diuitiæ, an paupertas fuerit, & quæ potestates,quæ gloriæ, quæ amicitiæ, quæ inimicitiæ, quid fortiter in inimicitiis gerendis fecerit,cuius causa susceperit inimicitias,qua fide,beneuolentia,officio gesserit amicitias. In diuitiis qualis,aut in paupertate cuiusmodi fuerit : quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Si interierit, cuiusmodi mors eius fuerit, cuiusmodi res mortem eius sit consecuta. Ad omneis autem res, in quibus animus hominis maximè consideratur, illæ quattuor animi virtutes erunt accommodandæ : vt,si laudemus, aliud iustè,aliud fortiter,aliud modestè,aliud prudenter factũ esse dicamus:sin[b] vituperemus,è contrario aliud iniustè , aliud ignauè , aliud immodestè,aliud stultè factum esse dicamus. Perspicuũ est iam nimirum ex hac dispositione quemadmodum sit tractanda tripartita[c] diuisio laudis & vituperationis,si illud etiam assumserimus , non necesse esse nos omneis has parteis in laudẽ,aut vituperationẽ transferre, propterea quòd sæpe ne incidunt quidem : sæpe ita tenuiter incidunt,vt non sint necessariæ dictu. Quapropter eas parteis,quæ firmissimæ videbuntur,legere oportebit. | B

18 ¶ *Conclusionibus* breuibus vtemur, enumeratione ad exitum causæ : in ipsa causa crebras & breueis amplificationes interponemus per | C
locos communeis. Nec hoc genus causæ,eõd quòd raro accidit in vita,negligentiùs considerandũ est. Neque enim id,quod potest accidere,vt faciendum sit aliquando,non oportet velle quàm accommodatissimè posse facere. Et, si separatim hæc causa minùs sæpe tractatur:at in iudicialibus , & in deliberatiuis causis sæpe magnæ partes versantur laudis,aut[e] vituperationis. Quare in hoc[f] quoque genere causæ nonnihil industriæ conferendum putauimus. | D

19 ¶ Nunc,absoluta nobis difficillima parte rhetoricæ, hoc est , inuentione perpolita, atque ad omne causæ genus accommodata, tẽpus est ad cæteras parteis proficisci. Deinceps igitur *de* DISPOSITIONE[g] dicemus. 20 ¶ QUONIAM *dispositio* est,per quam illa,quæ inuenimus,in ordinem redigemus[h],vt certo quicq. loco pronuntietur:videndum est,cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat. | E
21 ¶ *Genera dispositionis* sunt duo:vnum ab institutione artis profectum: alterum ad casum temporis accommodatum. *Ex institutione artis* dispONEMUS,cùm sequemur eam præceptionem , quam in primo libro exposuimus, hoc est,vt vtamur principio , narratione, diuisione, confirmatione, confutatione, conclusione:& hunc ordinem, quemadmodum præceptum est antè,in dicendo sequemur. Item ex institutione artis,non modò, totas causas per orationem,sed per singulas quoque argumentationis parteis dispONEMUS,quemadmodum in secundo libro docuimus, id est,expositionem,rationem, confirmationem rationis,exornationem,complexionem. Hæc igitur duplex dispositio est:vna per[k] orationes,altera per argumentationes, ab institutione artis profecta. Est autem & *alia* dispositio,*quæ*,cùm ab ordine artificioso recedendum est,oratoris iudicio *ad tempus accommodatur*:vt si à narratione dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima argumentatione, aut à litterarũ aliquarum recitatione: aut si secundum principium confirmatione vtamur , deinde narratione:aut si quam huiusmodi permutationẽ ordinis faciamus:quorum nihil,nisi causa postulet,fieri oportebit. Nam si vehementer aures auditorum obtusæ videbuntur,atque animi defatigati ab aduersariis multitudine verborum , commodè poterimus principio supersedere, & exordiri causam aut à narratione , aut ab aliqua firma argumentatione. deinde,si commodum erit,quia non semper necesse est, ad principij sententiam reuerti licebit. Si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere,vt nemo æquo animo principium possit audire: à narratione cùm incepimus,ad principij sententiam reuertamur licebit. Si narratio parum probabilia[a] est,exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His commutationibus, & translationibus partium sæpe vti necesse est, cùm ipsa res artificiosam dispositionem artificiosè commutare cogit. In confirmatione,& confutatione argumentationum dispositiones huiusmodi conuenit habere:firmissimas[b] argumentationes in primis & postremis causæ partibus collocare: mediocreis, & neque inutileis ad dicendum , neque necessarias ad probandum, quæ si separatim ac singulæ dicantur, infirmæ[c] sunt, cum cæteris coniunctæ , firmæ & probabiles fiunt[d],interponi,& in medio collocari oportet. Nam[e] re narrata,statim exspectat animus auditoris,ex qua re causa confirmari possit. Quapropter continuò firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniam nuperrimè dictum facilè memoriæ mandatur,vtile est,cùm dicere desinamus, recentem aliquã relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. Hæc dispositio locorum,tanquam instructio militum,facillimè in dicendo,sicut illa in pugnãdo,parare[f] poterit victoriam. ¶ PRONVNTIATIONEM[g] multi maximè oratori vtilem dixerunt esse,& ad persuadendum plurimùm valere. Nos[h], quid vnum de quinque rebus plurimùm profit, non facilè dixerimus, nec egregiè magnam esse vtilitatem in pronuntiatione,audacter confirmauerimus. Nam cõmodæ inuentiones , & concinnæ verborum elocutiones,& partium causæ artificiosæ dispositiones , & horum omnium diligens memoria,sine pronuntiatione[i], non plus , quàm sine his rebus pronuntiatio sola valere potest. Quare,quia nemo de ea re diligenter scripsit(nam omnes vix posse putarunt de i voce vultu , & gestu dilucidè scribi , cùm hæ res ad sensus nostros pertinerent)& quia magno opere ea pars à nobis ad dicendum comparanda est, non negligenter videtur tota res consideranda. 23 ¶ *Diuiditur* igitur *pronuntiatio* in vocis figuram,& corporis motum. 24 ¶ *Figura vocis*,est[k] quæ suum quendam possidet habitum ratione,& industria comparatum.

25 ¶ Ea *diuiditur* in treis parteis,magnitudinẽ, firmitudinem,mollitudinem. *Magnitudinem* vocis maximè cõparat natura:nonnihil hanc auget,sed maximè cõseruat cura[m]. *Firmitudinem* vocis maximè natura cõparat, nonnihil adauget, & [n] maximè conseruat exercitatio declamationis *Mollitudinem* vocis,hoc est,vt eam torquere in dicendo pro nostro commodo possimus, maximè facit exercitatio declamationis. 26 ¶ Quapropter[o] *de magnitudine*

P. XIX.

P. XX.

a L. virtutes, atque vitia consider.

b *Quidã vulg.* Sin vituperabimus, è contrario aliud &c. dicemus. *c al.* tripertita.

d L. eò quòd raro accidat in vi.

e L. ac vituperationis. *f al.* in hoc quoque genus causæ.*

g De dispositione plura vide apud Quint. 7.c.1. & sequẽtis.* h L. redigimus. *& ita Celsus.* i L. nos habemus. *& ita Col.*

k *fort.* per orationem

a L. probabilis erit, *b hic firmissimã orationis lib. 2. de oratore & in oratore perfecto, sed fortè hîc videtur legendum firmas & firmissimas argumentationes.* Quintil. enim 7.c. 1. laudans Celsum (haud dubiè hunc author intelligit, quẽ etiã ait imitatorẽ Ciceronis) scribit ex Celsi sententia: primo, firmũ aliquid esse ponendum: summo, firmissimum: imbecilliora, medio: quæ sententia Celsi huius loci propria est, vt de authore huius lib. minus iam dubitandum sit.*

c L. infirmæ sint,

d L. fiant,

e L. Nam re tum re narrata.

f L. parere

g vide 11. Quint. 3. vbi multa de pronũciatione.* *hal.* Nos quidẽ vnã eã de quinque reb. plurimũ posse, non f. d.

i L. de voce, vultu, gestu,

k L. est ea,

l L. nonnihil adauget,

m *al.* accuratio. sed nihil mutandum. Quint. d. c. 11. Augẽtur, inquam, sicut omnium ita vocis quoque bona, curare vt negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus, quæ phonascis conuenit.*

n L. sed maxime

o *al.* ita, Quapropter de firmitudinis parte, ea quæ natura comparatur, nihil ad nos attinet.*

tudine vocis, & firmitudinis [a] parte, quoniam altera natura, altera cura comparatur, nihil [b] ad nos attinet commonere, niſi vt ab iis, qui non iaſcij ſunt eius artificij, ratio curandę vocis petatur. 27 ¶ De ea parte firmitudinis, quæ cõſeruatur ratione declamationis, & de mollitudine vocis, quæ maximè neceſſaria eſt oratori, quoniam ea quoque moderatione declamationis comparatur, dicendum videtur. *Firmam*[c] igitur quàm maximè *poterimus* in dicendo vocem *conſeruare*, ſi quàm maximè ſedata & depreſſa voce principia dicemus. Nã læduntur arterię, ſi antequàm leni voce paullæ ſunt, acri clamore compleatur. Etiam interuallis longioribus vti cõueniet. Recreatur enim vox ſpiritu, & arteriæ reticendo acquieſcunt. Et cõtinuum clamorem remittere, & ad ſermonem tranſire oportet. (Commutationes enim faciũt, vt nullo[c] genere vocis effuſo, in omni voce integri ſimus.) Et acutas vocis exclamationes vitare debemus ſ. lectus enim fit, & vulnerãtur arteriæ acuta, atque attenuata nimis acclamatione[s], & ſiquis ſplendor eſt vocis, conſumitur vno clamore vniuerſus. Et vno ſpiritu continenter multa dicere in extrema conuenit oratione. Fauces enim calefiunt, & arteriæ cõplentur, & vox, quæ variè tractata eſt, reducitur in quendam ſonum æquabilem atque conſtantẽ. Sæpe rerum naturæ, gratia quędam iure debetur, velut accidit in hac re. Nã quę diximus ad vocẽ ſeruandã[h] prodeſſe, eadem attinẽt ad ſuauitatẽ pronũtiationis: vt quod noſtrę voci profuit, idem voluptate auditoris probetur. Vtile eſt ad firmitudinẽ vocis, ſedata vox in principio. Quid ſuauius, quàm clamor in exordio cauſæ? Interualla vocem confirmant: eadem ſententias concinniores diuiſione reddunt, & auditori ſpatiũ cogitãdi relinquunt. Conſeruat vocem continui clamoris remiſſio. Et auditorem quidem varietas maximè delectat, cũmi ſermone animum eius retinet[f] aut exſuſcitat clamore. Acuta exclamatio vocem, & fauceis vulnerat: eadem lædit auditorem. Habet enim quiddã illiberale, & ad muliebrem potiùs vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatũ. In extrema oratione continẽs vox remedio eſt voci. quid[i] hæc eadem nónne animum vehementiſſimè calefacit auditoris, in totius cõcluſione cauſæ? Quoniam igitur res eædem vocis firmitudini, & pronuntiationis ſuauitudinik proſunt, de vtraq. re ſimul erit in præſentia dictum, de firmitudine quæ l viſa ſunt, & de ſuauitate, quæ cõiuncta fuerunt: cætera ſuo loco paullo pòſt dicemus. 28 ¶ *Mollitudo* igitur vocis, quoniam omnis ad rhetoris præceptionem pertinet, diligentiùs nobis conſideranda eſt. 29 ¶ Eam diuidimus in ſermonem, contẽtionem, amplificationem. *Sermo*, eſt oratio remiſſa, & finitima quotidianæ locutioni. *Contentio*, eſt oratio acris[m] & ad confirmandum, & confutandum accommodata. *Amplificatio*, eſt oratio, quæ aut ad iracundiã inducit, aut ad miſericordiam trahit[n] auditoris animum. 30 ¶ *Sermo diuiditur* in partes quattuor, dignitatem, demonſtrationem, narrationem, iocationem. *Dignitas*, eſt oratio cũ aliqua grauitate, & vocis remiſſione. *Demonſtratio*, eſt[o], quæ docet remiſſa voce, quo modo quid fieri potuerit, aut non potuerit. *Narratio*, eſt rerum geſtarum, aut[p] perinde vt geſtarum, expoſitio. *Iocatio*, eſt oratio, quæ ex aliqua re riſum pudentem, & liberalem poteſt comparare. 31 ¶ *Contentio diuiditur* in continuationem, & diſtributionem. *Continuatio*, eſt orationis enuntiandæ acceleratio clamoſa. *Diſtributio*, eſt in cõtentione oratio frequens, rum rarisque, & breuibus interuallis, acri vociferatione. 32 ¶ Amplificatio diuiditur in cohortationem, & conqueſtionem. *Cohortatio* eſt, quæ aliquod peccatum amplificans, auditorem ad iracundiam adducit. *Conqueſtio*, eſt oratio, quæ incommodorum amplificatione animum auditoris ad miſericordiam perducit. 33 ¶ Quoniam igitur mollitudo vocis in treis parteis diuiſa eſt, & [a] hæ partes ipſæ in octo parteis alias diſtributæ, harum octo partium quæ cuiuſque idonea pronuntiatio ſit, demonſtrandũ videtur. *Sermo*, cùm eſt *in dignitate*, plenis faucibus quàm ſedatiſſima, & depreſſiſſima voce vti conueniet: ita tamen, vt ne ab oratoria conſuetudine ad tragicam tranſeamus. Cùm autem eſt *in demonſtratione*, voce paullulũ attenuata, crebris interuallis, & diuiſionibus vti[b] oportebit: vt ipſa pronũtiatione eas res, quas demõſtrabimus, inſerere[c], atque interſecare[d] videamur in animis auditorum. Cùm autẽ ſermo *in narratione* eſt, tum vocum varietate opus eſt, vt, quo quidque pacto geſtũ ſit, ita narrari videatur. Strenuè quod volumus oſtendere factũ, celeriuſculè dicemus: at aliud otioſè retardabimus. Deinde modò acriter, tũ clementer, mæſtè[e], hilariter in omneis parteis commutabimus, vt verba ita pronuntiationem. Si qua inciderint in narratione dicta, rogata, reſponſa, ſiquæ admirationes[f], de quibus nos narrabimus: diligenter animaduertemus, vt omniũ perſonarũ ſenſus, atque animos voce exprimamus. Sin erit ſermo *in iocatione*, leniter[g] tremebunda voce, cum parua ſignificatione riſus, ſine vlla ſuſpicione nimiæ cachinnationis, leniter oportebit à ſermone ſerio[h] torquere ad liberalem iocum vocem. *Cùm* autẽ *contendere oportebit*, quoniam id aut per cõtinuationem, aut per diſtributionem faciendum eſt. in continuatione, adaucto mediocriter ſono vocis, verbis continuandis, vocẽ quoque adaugere oportebit, & torquere ſonum, & celeriter cum clamore verba cõficere, vt vim volubilẽ orationis vociferatio cõſequi poſſit. *In diſtributione* vocem ab imis faucibus exclamatione quàm clariſſima adhibere oportet: & quantum ſpatij per ſingulas exclamationes ſumſerimus, tantum in ſingula interualla ſpatij conſumere iubemur. *In amplificationibus*, cum cohortatione vtemur voce attenuatiſſima, clamore leni, ſono æquabili, commutationibus crebris, maxima celeritate. *In conqueſtione* vtemur voce depreſſa, inclinato ſono, crebris interuallis, longis ſpatiis, magnis commutationibus. 34 ¶ De figura vocis ſatis dictum eſt: nunc *de corporis motu* dicendum videtur. Motus, eſt corporis geſtus, & vultus moderatio quædam i quæ pronuntianti conuenit, & probabiliora reddit ea, quæ pronuntiantur. Cõuenit igitur in vultu pudorem & [k] acrimoniam eſſe: In geſtu nec venuſtatẽ conſpicuã, nec[m] turpitudinẽ eſſe, ne[n] aut hiſtriones, aut operarij videamur eſſe. Ad eaſdem igitur partes, in quas vox eſt diſtributa, motus quoq. corporis ratio videtur eſſe accommodanda.

a L. & firmitudinis parte ea quæ natura comparatur, nihil nos attinet commonere &c. *hmallem legi*, nihil nos attinet commonere. c L. Firmam igitur maximè. d *quidam libri vul.* Nam lædit arteria, ſi antè quàm leni voce permulſa ſit, acri clam. compleatur. *Sed legendum fortaſſe eſt, & hic & infrà*, arteria *numero multitudinis, ita enim quoque admodum vſurpauit Lucretius li.* iiii. facitque Aſperiora foras gradiens arteria clamor. e L. multo genere vocis. f quæ lectio ſincera. hoc enim ſignificat, commutationis in voce eã vim eſſe, vt quauis ea variè profundatur, incolumis tamen & integra conſeruetur.* f *quidam libri non habẽt*, debemus. g L. exclamatione, h L. conſeruãdam i L. cum aut ſerm.

k *al.* ſuauitati. ‖ ſed nihil neceſſe eſt, vocem hanc antiquam P. B. mutare Plauto vſitatam. vide Nonium c. 2. in Suauitudo.* l L. *delet*, quæ viſa ſunt, m L. acris, ad conſ. n L. trahit animum auditoris.

o L. eſt oratio, q. p L. aut proinde, ac.

q L. quædam, quę probabiliora reddit &c & ita T. Stuph & Colo. k L. & acrimoniam eſſe, l *al.* conſpicãdam.* m L. nec turpitudinem, ne aut n *al.* vt aut.*

Nam si erit sermo cum dignitate, stanteis in A
vestigio, leui dexteræ motu loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate vultus ad sermonis sententias accommodata. Sin erit in demonstratione sermo, paullulum corpus à ceruicibus demittemus. Nam hoc est à natura datum, vt quàm proximè tum[a] vultum admoueamus ad auditores, siquâ rem[b] eos docere, & vehementer instigare velimus. Sin erit in narratione sermo, idem motus poterit idoneus esse, qui paullo antè demõstrabatur in dignitate. Sin[c] erit in iocatione, vultu quãdam debebimus hilaritatem significare, sine commutatione gestus. Sid contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur. Sin contẽtio fiet per distributionem, celeri[e] porrectione brachij, inambulatione, pedis dextri rara supplosione acri & defixo aspectu vti oportebit. Sin vtemur amplificatione per cohortationem, paullo tardiore & consideratiore gestu conueniet vti, similibus cæteris rebus, atque in contentione per continuationem. Sin vtemur amplificatione per cõquestionem, fœmineo plangore, & capitis ictu, nonnunquam sedato & constanti gestu, mœsto, & conturbato vultu vti oportebit. Non sum nescius, quantum susceperim negotij, qui motus corporis exprimere verbis, imitari[f] scriptura conatus sim voces. Verùm nec hoc confisus sum posse fieri, vt de his reb. satis commodè scribi posset: nec, si id fieri non posset, hoc, quod feci, fore inutile putabam, [g] propterea quòd hîc admonere voluimus, quid oporteret: reliqua trademus exercitationi. Hoc[h] scire tamen oportet, pronuntiationem bonam id perficere, vt res ex animo agi videatur.

35 ¶ Nunc ad thesaurum inuentorum, atq. omnium partium rhetoricæ custodem, memoriam tractemus. 36 ¶ MEMORIA[k] vtrùm habeat quiddã artificij, an omnis à natura proficiscatur, aliud dicendi tempus magis idoneũ dabitur. Nunc perinde atque cõstet, in hac re multùm valere artem & præceptionem, ita ea[l] de re loquemur. Placet enim nobis esse[m] artificium[n] memoriæ: quare placeat, aliàs ostẽdemus: in[o] præsentia cuiusmodi ea sit, aperiemus. *Sunt* igitur *duæ memoriæ:* vna naturalis, altera artificiosa. *Naturalis* est ea, quæ nostris animis insita est, & simul cum cogitatione nata. *Artificiosa* est ea, quam confirmat inductio quædam, & ratio præceptionis. 37 ¶ Sed quia in cæteris reb. ingenij bonitas imitatur sæpe doctrinam, ars porrò, naturæ commoda confirmat & auget: ita fit in hac re, vt nonnunquam naturalis memoria, si cui data est egregia, similis sit huic artificiosæ ¶. Porrò hæc artificiosa, naturæ commoda retinet, & amplificat ratione doctrinæ. Quapropter & naturalis memoria præceptione cõfirmanda est, vt sit egregia: & hæc, quæ doctrina datur, indiget ingenij. Nec hoc magis, aut minus in hac re, quàm in cæteris artib. fit, vt doctrina[r], & præceptione, natura nitescat. Quare & illis, qui natura memores, sunt, vtilis hęc erit institutio: quod cure paullo pòst potebit intelligere. Quòd si illi freti ingenio nostra præceptione nõ indigerẽt, tamẽ iusta causa daretur, quare iis, qui minus ingenij habẽt, adiumento velimus esse. 38 ¶ Nunc *de artificiosa memoria* loquemur[t]. *Cõstat* igitur artificiosa memoria *ex locis & imaginibus.* 39 ¶ *Loros* H

a *al.* tum manum. *forte legendum*, tum vultum, tum manum.*
b *vnl.* docere eos, & vehe.
c L. Sin in iocatione,
d *vnl.* Sin cõtẽdemus per.
e *fort.* celeri proiectione brachij, *sic enim legitur in Perf. orat.* brachij proiectione in contentionibus.
f L. & voces imitari con. sim verbis
g L. putaui,
h L. Hoc tamen scire
i L. efficere,
k P. B. De memoria vide Quint. 11. c. 2. & librum, de Orat. 2.
l L. de ea re loq. *& ita Colin.*
m L. artificio sam memoriam.
n *al.* artifici. *al.* artificiosa vt paullo pòst nisi hîc artificium pro arte.*
o *al.* in præsenti, *plaeet.*
p L. cuiusmodi ea sit,
q L. artificiosæ: porrò hæc artif. nat. cõ. retineat, & amplificet ratione doctrinæ.
r *vnl.* vt ingenio, doctrina, præceptione natura nit.
s quam lectionem Labinus improbat. Et sc. enim idem ingenium & natura.*
t L. intelligere poteris.
u L. loquamur.

appellamus eos, qui breuiter, perfectè, insigniter[a], aut natura, aut manu sunt absoluti, vt eos facilè naturali memoria cõprehendere & amplecti queamus, vt ędes, intercolumnium, angulũ, fornicẽ, &[b] alia, quæ his similia sunt. 40 ¶ *Imagines*, sunt formæ quædã, & notæ, & simulacra eius rei, quã meminisse volumus: quod genus, equi, leones, aquilę, quorum memoriam si volemus habere, imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit.

41 ¶ Nunc, cuiusmodi *locos inuenire*, & quo pacto reperire, & in locis imagines constituere oporteat, ostendemus[c]. Quemadmodum igitur qui litteras sciunt, possunt id, quod dictũ est, scribere, & recitare quod scripserunt: ita qui *μνημονικὰ* didicerunt, possunt, quę audierunt, in locis collocare, & ex his memoriter pronũtiare. Loci enim ceræ, aut chartæ similimi sunt: imagines, litteris: dispositio & collocatio imaginum, scripturæ: pronũtiatio, lectioni. Oportet igitur, si volumus multa meminisse, multos nobis locos comparare, vt in multis locis multas imagines collocare possimus. Itẽ putamus oportere ex ordine hos locos habere, nequando perturbatione ordinis impediamur, quò[d] secius quoto, quóque loco libebit, vel à superiore, vel ab inferiore, vel à media parte imagines sequi, ea, quę mãdata locis erunt, edere[e], & proferre possimus. Nã vt, si[f] in ordine stãteis notos complureis viderimus, nihil nostra interfit, vtrùm à summo, an ab imo, an ab[g] medio nomina eorum dicere incipiamus: itẽ in locis ex ordine collocatis eueniet, vt in quamlibet partẽ quoto, quóquo loco libebit, imaginibus commoniti dicere possimus id, quod locis mãdauerimus. Quare, placet[h] & ex ordine locos cõparare, & locos, quos assumserimus[i], egregiè commedi tari oportebit, vt perpetuò nobis hęrere possint. Nam imagines, sicut litteræ, delẽtur, vbi nihil illis vtimur: loci, tanquam cera, remanere debent. Et, ne fortè in numero locorũ falli possumus, quintum quemque locum placet notari: quod genus, si in quinto locu manũ[k] auream collocemus, & si in decimo aliquem notum, cui prænomẽ sit Decimo: deinde facile erit similes notas quinto quoque loco collocare. Item commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos cõparare: propterea quòd frequentia, & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imaginum notas: solitudo conseruat integras simulacrorũ figuras. Præterea dissimiles forma, atq. natura loci comparandi sunt, vt distinctè interlucere possint: nam siquis multa intercolumnia sumserit, conturbabitur similitudine locorũ, vt ignoret, quid[m] quoquo in loco collocarit. Et magnitudine modica, & mediocreis locos habere oportet. Nã & præter modũ ampli vagas imagines reddunt, & nimis angusti sæpe non videntur posse capere imaginum collocationem. Tum nec nimis illustreis, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne obscæcentur tenebris imagines, aut splẽdore præfulgeãt. Interualla locorũ mediocria esse placet, ferè paullo plus, aut minùs pedum tricenũm[n]. Nam vt aspectus, ita cogitatio minùs valet, siue nimis procul[o] amoueris, siue vehementer propè admoueris id, quod oportet videri. Sed quanquam facile est ei, qui P paullo plura exploauerit, quam uis multos, & idoneos locos comparare: tamen siquis ¶

a L. insignitèr *& ita R. Steph.*
b L. & alia his similia.
c L. ostendamus.
d L. libebit vel à sup. vel ab infer. vel à m. p. im. secuti, ea q.
P. XXII.
e *al.* videre.*
f L. si ordine stanteis, *&c. & ita R. Steph & Colin.*
g L. à medio.
h L. *verbum* placet, *non agnoscit.*
i L. sumserimus,
k al. manum alterã quod idem pene. Nam siue manum alterã, siue auream manũ legas, aptissima erit quinario. retinendo memoria. torenim digiti in mani.*
l *al.* Decio & male.*
m L. quid in quoq. loco col.
n *al.* trinum, quod & huic loco conuenit magis.*
o L. remoueris
p L. qui paullo plura meminisse voluerit,
q L. si quis fortè ad ista.

ad iſta ſatis idoneos inuenire ſe non putabit, ipſe ſibi conſtituat quàm volet multos licebit. Cogitatio enim quamuis regionem poteſt amplecti,& in ea ſitum loci cuiuſdam ad ſuum arbitrium fabricari& architectari. Quare licebit, ſi hac promta copia contenti non erimus, noſmetipſos nobis cogitatione noſtra regionem conſtituere, & idoneorum locorum commodiſſimam diſtinctionem comparare. 42 ¶ De locis ſatis dictum eſt: nunc *ad imaginum rationem tranſeamus.* Quoniam ergo rerum ſimileis imagines eſſe oportet, & [a] ex omnibus verbis notas nobis ſimilitudines eligere debemus, duplices ſimilitudines eſſe debent: vnæ rerum, alteræ verborũ. *Rerum* ſimilitudines exprimuntur, cùm ſummatim ipſorum negotiorum imagines comparamus. *Verborum* ſimilitudines conſtituuntur, cùm vniuſcuiuſque nominis, & vocabuli memoria imagine notatur. 43 ¶ Rei totius memoriam ſæpe vna nota,& imagine ſimplici comprehendemus, hoc modo: Vt, ſi accuſator dixerit, ab reo hominem veneno necatum: & hæreditatis cauſa factum arguerit, & eius rei multos dixerit teſteis, & conſcios eſſe: ſi hoc primùm, vt ad defendendum nobis expeditum ſit, meminiſſe volemus: in primo loco rei totius imaginem conformabimus: [b] ægrotum in lecto cubantẽ faciemus ipſum[c] illum, de quo agetur, ſi[d] formam eius detinebimus. ſi eum non agnouerimus: aliquem ęgrotum non de minimo loco ſumemus, vt ci tò in mentem venire poſſit, & reum ad lectũ eius adſtituemus, dextra poculũ, ſiniſtra tabulas, medico [e] teſticulos arietinos tenentem. Hoc modo & teſtium, & hæreditatis, & veneno necati memoriam habere poterimus. Itẽ deinceps cætera crimina ex ordine in locis ponemus: &, quotieſcunque rem meminiſſe volemus, ſi formarum diſpoſitione, & imaginum diligenti notatione vtemur, facilè ea, quæ volemus, memoria cõſequemur. 44 ¶ Cũ verborum ſimilitudines imaginibus exprimere volemus, plus negotij ſuſcipiemus, & magis ingenium noſtrum exercebimus. Id nos hoc modo facere oportebit. Iam domitionem[f] reges Atridæ parant. In [g] loco conſtituere oportet manus ad cœlum tollentẽ Domitium, cùm à regibus Martiis loris cædatur. Hoc erit, Iam domitionem reges. In altero loco Æſopum & Cimbrum[h] ſubornare[i] Iphigeniam, Agamemnonem, & Menelaum: hoc erit, Atridæ parant, hoc modo omnia verba erunt expreſſa. Sed hæc imaginum conformatio tum valet, ſi naturalem memoriam exſuſcitauerimus hac notatione, vt, verſu poſito in ipſi nobiſcum primum tranſeamus[k] bis, aut ter eũ verſum, deinde cũ imaginibus verba exprimamus. hoc modo naturæ ſuppeditabitur[l] doctrina. nã vtraque[m] altera ſeparata minus erit firma, ita tamen vt multo plus in doctrina atq. arte præſidij ſit. Quod docere non grauaremur, ni metueremus, ne cum ab inſtituto noſtro receſſiſſemus, minus commodè ſeruaretur hæc dilucida breuitas præceptionis. Nunc quoniam ſolet accidere, vt imagines partim[n] firmæ, & ad monendum idoneæ ſint, partim imbecilles[o], & infirmæ, quæ [p] vix memoriam poſſint excitare: qua de cauſa

A vtrumque fiat, conſiderandum eſt, vt, cognita cauſa, quas vitemus, & quas ſequamur imagines, ſcire poſſimus. Docet igitur nos ipſa natura, quid oporteat fieri. nam ſi quas res in vita videmus paruas, vſitatas, quotidianas, eas meminiſſe non ſolemus: propterea quòd nulla niſi noua, aut admirabili re commouetur animus. at ſi quid videmus, aut audimus egregiè turpe, aut honeſtum, inuſitatum, magnũ, incredibile, ridiculum, id diu meminiſſe conſueuimus. Itémque quas res ante ora videmus, aut [a] audimus, obliuiſcimur plerunque: quæ acciderunt in pueritia, meminimus optimè ſæpe: nec hoc alia de cauſa poteſt accidere, niſi quòd vſitatæ res facilè è memoria elabuntur, inſignes, & nouæ manent [b] diutius. Solis exortus, curſus, occaſus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt: at eclipſeis ſolis mirantur, quia rarò accidunt: & ſolis eclipſeis magis mirantur, quàm lunæ, quoniam hæ crebriores ſunt. Docet ergo ſe natura, vulgari, & vſitata re non exſuſcitari: nouitate [c] verò, & inſigni quodam negotio commoueri. Imitetur igitur ars naturam, & quod ea deſiderat, inueniat: quod oſtendit, ſequatur. Nihil eſt enim, quod aut natura extremum inuenerit, aut doctrina primum: ſed rerum principia ab ingenio profecta ſunt, & exitus diſciplina comparantur. Imagines igitur nos in eo genere conſtituere oportebit, quod genus manere in memoria diutiſſimè poteſt. id accidet, ſi quàm maximè notat ſimilitudines conſtituemus: ſi[d] non mutas, nec vagas, ſed[e] aliquid notum agenteis imagines ponemus: ſi egregiam pulchritudinem, aut vnicã turpitudinem eis attribuemus: ſi aliqua re exornabimus, vt ſi coronis, aut veſte purpurea, quo nobis notior ſit ſimilitudo: aut ſiqua re deformabimus, vt ſi cruentam, aut cœno oblitã, aut rubrica delibutã inducemus[f], quo magis inſignita ſit forma: aut ſi ridiculas res aliquas imaginibus attribuemus[g]. Nam ea res quoq. faciet, vt facilius meminiſſe poſſimus. Nã, quas res veras facilè meminimus, eaſdã fictas, & diligenter notatas meminiſſe non eſt difficile. Sed illud facere oportebit, vt identidem primos quoſq. locos imaginũ renouandarum cauſa celeriter animo percurramus. Scio, pleroſque Græcos, qui de memoria ſcripſerunt, feciſſe, vt multorum verborum imagines conſcriberent, vti, qui eas ediſcere vellent, paratas haberent, nequid [h] inquirendo conſumerent i operæ: quorum rationem aliquot de cauſis improbamus: primùm, quòd in verborum innumerabilium multitudine ridiculum ſit mille verborum imagines comparare. Quantulum enim poterunt hæc valere, cùm ex infinita verborum copia, modò aliud, modò aliud nos verbum meminiſſe oportebit? Deinde cur volumus ab induſtria quenquam remouere, vt nequid ipſe quærat, cùm illi omnia parata, quæſitáque tradamus? Præterea ſimilitudine alia alius magis commouetur. Nam vt ſæpe formam ſiquam ſimilem cuipiam dixerimus eſſe, non omneis habemus [l] aſſenſores, quòd alij videtur aliud: ita fit in imaginibus, vt quæ nobis diligenter notæ ſint, eæ parum videantur inſignes aliis. Quare ſibi quemque ſuo commodo conuenit imagines comparare. Poſtremò præceptoris eſt docere, quemadmodum quæri quidque conueniat, aut [m] vnum

a *ab & ex omnib. verb. noſmet nobis notas ſim.*
b *L. conformabimus, & ægrot.*
c *L. illum ipſum,*
d *L. ſi formã eius tenebimus, ſi eum non cognouerimus,*
e *digito ſcilicet, qui minimo ſit proximus. Aly tamen legunt, medicum.* *
f *al. domuitionem. al. domitionem. vſi apud Nonium in Domitionem & Domuitio vel domuitio, idem videtur eſſe, quod dominatio: aut potius facultas domus repetendæ ac vſurpandæ. Apul. Metamorphoſ. Fulg. in Choragiũ. Sẽſus iſte eſt, In ſuperioreverſi ſimilitudines verborum imaginibus exprimere nos poſſe. Et quidẽ Domitionem & Tò regere: ſi Domitiũ ad cœlum manus tollẽtẽ, cũ à regib. Martiis loris cæderetur, nobis conſtituemus. Hæc autẽ, Atridæ parãt ſi aliter nobis conſtituemus Æſopũ & Cimbrũ tragœdos ſubornare in Iphigenia, Agamemnonẽ & Menelaũ: hi. n. duo Atridæ Imaginibus, verborũ ſimilitudines ita exprimere poſſumus. Et hũc quidẽ locũ ita interpretor, quem Turneb. 15. ad Nerſ. 17. videtur ignoraſſe.*
g *Hi tragœdi fuerunt.* *
h *al. ſubornari, vt ad Iphigeniã. ſi forte legendũ, ſubornare in Iphigenia, vt ſit nomen Tragœdiæ.* *
i *apud nos, & quidem tacitos, ſuppeditabit.*
k *L. vitaque ab altera ſeperata*
l *Alij acres, firmæ,*
m *L. partim & ad monendum idon.*
n *ſunt. imbecillæ,*
o *p & quæ*

a *Rob. Steph. At quod recens audiuimus, obliuiſcimur plerunque: &c. al. aut quod recens audiuimus.* *
b *al. manent in animo diutius. Rob. Steph. XXIII. dictius in animo manent. Forteſſe in animo, ex admonitione natum eſt, & ſubintelligendum, ex memoria ortũ.*
c *L. nouitate. & inſ.*
d *Rob. Steph. ſi nõ multas,*
e *L. ſed aliquid agẽteis im. & item Colin. alij, aliquid notum agenteis &c. vt hic.*
f *al. inducemus,*
g *al. attribuamus.*
h *L. nequid in quærendo conſ.*
i *L. operæ cõſumerent: q.*
k *L. hæ valere, ſi vt ſubintelligatur, imagines.* *
l *al. habeamus.*
m *L. & vnum aliq.*

aliquod,aut alterum,non omnia,quæ eius generis erunt,exempli causa subiicere, quò res possit esse dilucidior : vt cùm de procœmiis quærendis disputamus,rationem damus quærendi, non mille procœmiorum genera conscribimus : ita arbitramur de imaginibus fieri conuenire. Nunc, ne fortè verborum memoriam aut nimis difficilem,aut parum vtilem arbitreris, & ipsarum [a] memoria rerum contentus sis,quòd & vtiliores sint,& plus habeant facilitatis[b]: admonendus es,quare verborũ memoriã non improbemus. Nam putamus oportere,eos,qui velint res faciliores sine labore,& molestia facilè meminisse,in rebus difficilioribus esse antè exercitatos. Nec nos hanc verborum memoriã inducimus, vt versus meminisse possimus,sed vt hac exercitatione,illa rerum memoria,quæ pertinet ad vtilitatẽ;confirmetur:vt ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam facilitatem[c] transire possimus. Sed cùm in omni disciplina infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitationis, tum verò in μνημοτεχνίᾳ minimùm valet doctrina, nisi industria, studio,labore,diligentia cõprobetur. Quàm[d] plurimos locos vt habeas, & quàm maximè ad præcepta accommodatos,curare debebis. In imaginibus collocandis exerceri quotidie conueniet. Non enim sicut à ceteris studiis abducimur nonnunquã occupatione, ita ab hac re nos potest causa deducere aliqua.Nun quam est enim,quin aliquid memoriæ trade re velimus,& tum maximè,cùm aliquo maio re negotio detinemur.45 Quare cùm sit vtile,facilè meminisse,non[e] te fallit, quod tanto pere vtile sit, quanto labore sit appetendum: quod poteris exístimare,vtilitate cognita.Pluribus verbis ad eam te hortari non est sententia,ne aut tu nostro,aut nos tuo studio diffidere, aut minus, quàm res postulat, dixisse videamur.*De quinta parte rhetorica deinceps dicemus,*tu primas quasque partes in animo frequentaſ,&,quod maximè necesse est,exercitatione confirma[g].

a L.verũ memoria cont.
b al. facultatis.*
c al. facultatem.*
d L.Quamplurimos igitur locos
e L.non te fallat,
f L. frequentato,& quodm.
g L.confirmato,

RHETORICORVM AD C. HERENNIVM, LIBER QVARTVS.

Synopsis libri 4. ad Herennium.

1 ¶ *De* ELOCVTIONE : *& quorum ex libris elocutionis exempla petenda, an oratoris aut poetæ siquis: an potiùs nouis & ad id de quo agitur, inuentis & excogitatis quemadmodum hic author facit.* 2 ¶ *De* ELOCVTIONIS *præceptis, & quibus in generibus seu figuris oratoria elocutio consistat.* 3 *Elocutionem variè constitui seu versari.* 4 *hoc est in orationis genere graui,* 5 *medio* 6 *extenuato seu attenuato,quod scilicet ad infimum, & quotidianum sermonem demissum est. (*7 *His contrarium est genus orationis sufflatum,fluctuans,dissolutum, ardens & exsangue.) 8 Genera illa orationum dignitate affici* EXORNATIONIBVS, *seu* FIGVRIS: *& quidem raris,distinctam: crebris obscuram orationem reddi : sed & figuras commutandas esse,vt grauem mediocris: mediocrem excipiat attenuata.Identidem etiam commutandas esse,vt satietas varietate mutetur.* 9 ¶ *Elocutionis tres sunt partes,* 10 ELEGANTIA, 11 *cuius partes Latinitas (* 12 *huius vitia solœcismus & barbarismus)* 13 *& Explanatio:quæ vel vsitatis, vel proprijs verbis comparatur.* 14 COMPOSITIO, 15 DIGNITAS,*quæ versatur in* VERBORVM & SENTENTIARVM *exornatione,* 16 VERBORVM *exornationes sunt hæ,*Repetitio,17 *Conuersio,*18 *Complexio,* 19 *Traductio,*20 *Contentio,* 21 *Exclamatio,* 22 *Interrogatio,*23 *Ratiocinatio,*24 *Sententia,* 25 *Contrarium,* 26 *Membrum,* 27 *Articulus,* 28 *Continuatio,* 29 *Compar,* 30 *Similiter cadens,*31 *Similiter desinens,* 32 *Annominatio,* 33 *Subiectio,* 34 *Gradatio,* 35 *Definitio,*36 *Transitio,* 37 *Correctio,* 38 *Occupatio,* 39 *Disiunctio,* 40 *Coniunctio,*41 *Adiunctio,*42 *Conduplicatio,* 43 *Interpretatio,* 44 *Commutatio,* 45 *Permissio,*46 *Dubitatio,* 47 *Expeditio,*48 *Dissolutio,* 49 *Præmissio,* 50 *Conclusio,* 51 *Nominatio,* 52 *Pronominatio,* 53 *Denominatio,*54 *Circuitio,*55 *Transgressio,*56 *Superlatio* 57 *Intellectio,*58 *Abusio,*59 *Translatio,*60 *Permutatio* 61 SENTENTIARVM *exornationes sunt hæ:*Distributio, 62 *Licentia,*63 *Diminutio,* 64 *Descriptio,*65 *Diuisio,*66 *Frequentatio,*67 *Expolitio(ea sit commutatione verum,verborum tractatione.)*68 *Commoratio.*69 *Contentio,*70 *Similitudo.*71 *Exemplum,* 72 *Imago,* 73 *Effictio,* 74 *Notatio,* 75 *Sermocinatio,* 76 *Confirmatio,*77 *Significatio,* 78 *Breuitas,* 79 *Demonstratio,* 80 ¶ *Conclusio operis seu quatuor ad Herennium librorum.*

QVONIAM in hoc libro, C.Herenni, *de elocutione* conscripsimus,&,quibus in rebus opus fuit exemplis [a] vti,nostris [b] exemplis vsi sumus, & id fecimus præter consuetudinem Græcorum,qui de hac re scripserunt:necessariò faciendum est, vt paucis rationem nostri consilij demus. Atque hoc nos necessitudine facere,nõ studio, satis erit signi, quòd in superioribus libris nihil neque ante rem,neque præter rem locuti sumus.Nunc,si pauca,quæ res postulat,dixerimus,tibi id, quod reliquum est artis,ita,vt instituimus,persoluemus. Sed faciliùs nostram rationem intelliges, si priùs,quid illi dicant, cognoueris.Compluribus de causis putant oportere,cùm ipsi præceperint,quo pacto oporteat ornare elocutionem, vniuscuiusq. generis ab oratore, aut poeta probato sumtũ ponere

a L. exemplis nostris vsi sumus,
b id est ingenio excogitatis & inuentis:non aliunde emendicatis ab oratore aut Poeta alieno.*
P.XXVIII.

nere exemplum. Et primùm se id modestia commotos facere dicunt, propterea quòd videatur esse ostentatio quædam, non satis habere præcipere de artificio, sed [a] ipsos etiam videri velle artificiosè gignere exempla: hoc est, inquiunt, ostentare se, non artem ostendere. Quare pudor in primis est ad eam rem impedimento, ne nos solos probare, nos [b] amare, alios contemnere, & deridere videamur. Etenim cùm possimus ab Ennio sumtú, aut à Craccho ponere exèplum, videtur esse arrogantia [c], illa relinquere, & ad sua deuenire. Præterea exempla testimoniorum locum obtinent. Id enim, quod admonuerit, & [d] leuiter fecerit præceptio, exemplo, sicut testimonio comprobatur. Non [e] igitur ridiculus sit, si quis in lite, aut [f] in iudicio, domesticò pugnet, & sui ipsius testimonio abutatur? Vt enim testimonium, sic exemplum, rei confirmandæ causa sumitur. Non ergo oportet hoc, nisi à probatissimo sumi, ne, quod aliud cõfirmare debeat, egeat ipsum confirmationis [g]. Etenim necesse est aut se omnibus anteponant, & sua maximè probent: aut negèt optima esse exépla, quæ à probatissimis oratoribus, aut poetis sumta sunt. Si se omnibus anteponãt, intolerabili arrogantia sunt: siquos sibi præponant, & eorum exempla suis exemplis non putent præstare, non possunt dicere, quare sibi illos anteponant. Quid igitur ipsa auctoritas antiquorũ? Nam cùm res, probabiliores, tum hominum studia, ad imitandum alacriora reddit: immò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam, cùm spes iniecta est, posse imitando, Gracchi, aut Crassi consequi facultatem. Postremò hoc [h] ipsum est summum artificiũ, res varias, & dispareis in tot poematibus i, & orationibus sparsas, & vagè dissectas, ita diligenter eligere, vt vnumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere possis. Hoc si industria solùm fieri posset, tamen essemus laudandi, cùm talem laborem non fugissemus: nunc verò sine summo artificio non potest fieri. Quis est enim, qui nõ, cum summè teneat artẽ, possit ea, quæ inbeat ars, de tanta, & tam diffusa scriptura notare, & separare? Cæteri, cùm legunt orationes bonas, aut poemata, probant oratores, & poetas, neq; intelligunt, qua re cõmoti probent, quòd scire [l] non possunt, vbi sit, nec quid sit, nec quomodo factũ sit id, quod eos maximè delectet. At is qui & hæc omnia intelligit, & idonea maximè eligit, & omnia in arte maximè scribenda, redigit in singulas rationes præceptionis, necesse est eius rei summus [m] artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est, in arte sua posse & alienis exemplis vti. Hæc illi cùm dicunt, magis nos auctoritate sua commouent, quàm veritate disputationis. Illud enim veremur: necui satis sit ad contrariã rationem probandam, quòd ab ea steterint ij, qui & inuentores huius artificij fuerũt, & vetustate iã satis omnibus probati sunt. Quòd si illorũ auctoritate remota, res [n] omneis volent cũ re cõparare: intelligẽt, nõ omnia esse concedenda antiquitati. Primùm igitur, quod ab eis modestia [o] dicitur, videamus, ne nimiũ inutiliter & pueriliter proferatur. Nã si tacere, & nihil scribere modestia est, cur quicquam scribunt, aut loquũtur? Sin aliquid suum scribunt: cur, quòd secius omnia scribãt, impediũtur modestia? Quasi [p] si quis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit, vt mittatur, impudentissi.[q] illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse [r] intra carcerẽ stet, & narret aliis, quo modo Ladas [s], aut Boius [t] cum Sicyoniis cursitarint: Sic isti, cùm in artis curriculũ descenderunt, illos, qui in eo, quod est artificij, elaborent, aiunt facere immodestè: ipsi aliquem antiquum oratorem, aut [u] poetam laudant, aut scripturam, sic vt in stadium [f] artis rhetoricæ prodire non audeant. Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne qua in re laudem modestię venentur, in ea ipsa re sint impudentes. Quid enim tibi vis? aliquis inquiet [g]. artem tuam scribis: signis nobis nouas præceptiones: eas ipse confirmare non potes: ab aliis exempla sumis. vide ne facias impudẽter, qui tuo nomini velis ex aliorũ laboribus libare laudẽ. Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores, & poetę, & [h] suum quisque de libris suis tulerint: nihil istis, quodisuũ velint, relinquetur. At exempla, quoniam testimoniorũ similia sunt, item conuenit, vt testimonia, ab hominib. probatissimis sumi. Primùm omnium exempla ponuntur hìc non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. Non enim cùm dicimus esse exornationem, quæ, verbi causa, constet ex similiter desinentibus verbis, & ponimus hoc exemplũ à Crassio, [k] QVIBVS POSSVMVS, ET DEBEMVS, testimonium collocamus, sed exemplũ. Hoc igitur interest inter exemplum, & testimonium: Exẽplo demõstratur id, quod dicimus, cuiusmodi sit: Testimonio, esse illud ita, vt nos dicimus, confirmatur. Præterea oportet testimoniũ cum re conuenire. aliter enim rem non potest confirmare: at id, quod illi faciunt, cum re non conuenit. Quid ita? quia pollicentur artẽ se scribere, & exempla proferunt ab iis plerunque, qui artem nescierũt. Tum quis est qui possit id, quod de arte scripserit, cõprobare, nisi aliquid scribat ex arte? Contráque faciunt, quàm polliceri videntur. nam cùm scribere artem instituunt, videtur dicere se excogitasse, quod alios doceremt: cùm verò scribunt, ostendunt nobis, quid alij excogitarint. At hoc ipsum difficile [m] est, inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? vtrum laboriosum, an artificiosum? Si laboriosum, non statim præclarũ. Sunt enim multa laboriosa, quę si faciatis, non continuò gloriemini: nisi [n] fortè, etiã si vestra manu fabulas, aut orationes totas trãscripsissetis, gloriosum putaretis. Sin autẽ illud artificiũ egregiũ dicitis: videte, ne in [o] fueri rerũ maiori si videamini, si vos parua res, sicuti magna, delectat. Nã isto modo eligere rudis quidẽ nemo põt, sed sine summo artificio multi. Quisquis enim audierit de arte paullo plus, in elocutio ne præsertim, omnia videre poterit, quę ex arte dicũtur: facere nemo poterit, nisi eruditus, ita [p] vt, si de tragœdiis Ennij velis sentẽtias eligere, aut de Pacuuianis periodos [p]: quia [q] planè rudis id facere nemo poterit, cùm feceris, te litteratissimũ putes, inept [r] sis, propterea quòd id facilè faciat quiuis mediocriter litteratus: itẽ si, cũ ex orationib., aut [s] poematib. elegeris exẽpla, quæ certis signis artificij notata sunt, quia rudis id nemo facere possit, artificiosissimè te fecisse putes, erras [t]: propterea quòd isto signo videm [u] re nõ nihil [t] eius scire, aliis signis te scire [u] multa intelligimus. Quòd si artificio sũ est intelligere quę sũt ex arte scripta, multò

a L. sed etiam ipsos.
b L. nos arq. solos amare,
c al. arrogantiæ: al. arrogantis.*
d L. & leuiter præceperit ars, & ratio, ex-
e al. nonne.*
f L. aut in iudicio, domesticis testib. pugnet, & suo ipsi. test. Rob. Steph. domesticis testimoniis &c.
g al. confirmatione,
h al. Hoc ipsũ summũ est.
i L. poematis ita legit Priscianus lib. 7. citans quartũ Ciceronis ad Herenniũ*
k L. Qui nisi summe teneat, &c. al. qui cum non summe.*
l L. scire non possint,
P. B.
m L. summus sit artifex,
n al. rationes omnes volẽt cum rationibus compara re.*
o L. de modestia dicitur, &c. & ita Rob. Steph. & Colin.
p L. Quasi si, qui ad,
a L. impudẽteis illos d. Robert Steph. impudenteris dicat esse illos.
b L. ipse intra carceres stet.
c L. Ladas, aut Boiscus Sicyonij curr. Turn. aut Boiscus Sicyonius curs.
d al. Boiscus Sicyonij. Turneb. 30. adu. 25. Alij, Boiscus. vt apud Xenophontẽ. 5 &c. al. Borus, cuius meminit Pausan. in Atticis. à quo vibs Boea.*
e L. aut poetam, aut aliũ scriptorem laudãt, sic vt
f al. studium*
g inquisit. ita Priscianus legit lib. 10. in pr. vnde colligit, inquiũ dici ex analogia posse.*
h L. & suum quisque de libris suis tulerit: al. abstuleriti Turn. & suum quisque de libris sustulerit
i al. quod sũt esse velint.
k vulg. omnes, quod poss. & deb.
l Sic. 1. de Oratore.* P. X X V.
m al. est difficile,
n L. nisi fortè, si vestra manu. fab. Cortius & Gryph. nisi etiam si vestra m.
o L. itaque, vt, si vel deleat, ita,
p πεφόδ᾽ος Ciceroni de Oratore & de clar. orat. circuitus orationis, ambitus, comprehẽsio, contionatio, circumscriptio.*
q al. lib. sed quia pl. al. si quia.
r al. aut poematis.
s L. erres:
t L. nonnihil scire.
u L. te nescire multa.

est artificiosius, ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit artificiosè, ab aliis cõmodè scripta facilè intelligere poterit: qui eliget facilè, nõ continuò ipse cõmodè scribit. Et, si est maximè artificiosum: alio tempore vtantur ea facultate, non tum, cùm parere ipsi, & gignere, & proferre debẽt. Postremò, in eo vim artificij consumant, vt ipsi ab aliis potius eligendi, quàm aliorum boni electores existimentur. Contra ea, quæ ab iis dicuntur, qui dicunt alienis se exemplis vti oportere, satis est dictum. Nũc, quæ seorsum dici possunt, cõsideremus. Dicimus ergo, eos omneis, ideò quòd alienis vtantur, peccare, tum etiam magis delinquere, quòd à multis exẽpla sumant, sed de eo, quod postea diximus, antè videamus. Si concederem, aliena oportere assumere exempla, vincerem vnius oportere: primùm, quòd contra hoc nulla staret eorum ratio. liceret enim eligerẽt, & probarent quẽliber, qui sibi in omneis res suppeditaret exẽpla, vel poetam, vel oratorẽ, cuius auctoritate niterẽtur. Deinde interest magni eius, qui discere vult, vtrùm vnum omnia, an omnia neminẽ, sed aliud alium putet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes vnum consistere: ipse quoque ad omnium nitetur facultatem. Si id desperabit, in paucis se exercebit. ipsis enim contentus erit. nec mirum, cùm ipse præceptor artis omnia penes vnum reperire nõ potuerit. Allatis igitur exemplis à Catone, à Gracchis, à Lælio, à Scipione, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, cæterísque: itẽ sumtis aliis à poetis, & historiarũ scriptoribus, necesse erit, eum, qui discet, ab omnibus putare omnia, ab vno pauca vix potuisse fuisse. Quare si vnius alicuius esse similem satis habebit, omnia, quæ omnes habuerint, solum habere se posse diffidet. ergo inutile est ei, qui discere vult, putare non vnum omnia posse. Igitur nemo in hanc incidet opinionem, si ab vno exempla sumsissent. nunc hoc signi est, ipsos artis scriptores non putasse vnũ potuisse in omnibus elocutionis partibus enitére, quoniã neque sua protulerũt, neque vnius alicuius, aut denique duorũ, sed ab omnibus oratoribus, & poetis exempla sumserunt. Deinde, si quis velit artem demonstrare nihil prodesse ad discendum, nõ malè vtatur hoc adiumento, quòd vnus omneis artis parteis consequi nemo potuerit. Quod igitur iuuat eorum rationem, qui omnino improbent artem, id non ridiculum est, ipsum scriptorem: artis suo iudicio comprobare? Ergo ab vno sumenda fuisse documus exempla, si semper aliunde sumerentur. Nunc omnino aliunde sic intelligemus sumenda nõ fuisse. Primùm omnium, quod ab artis scriptore affertur exemplum, de eius artificio debet esse, non vt si quis purpuram, aut aliud quippiam vendens, dicat, Sume à me, sed huius exemplũ aliũde rogabo, tibi. Postendam. Si merces ipsi qui venditant, aliunde exẽplum quærent eius mercis: ipse ab aliis id mutuabitur.

a L. Qui enim ipse scribet artif.
b L. scribit.
c L. Nunc, seorsum, quæ dici possint,
d L. oportere. Primum cõtra hoc nulla ſ.
e L. vnum aliquem omn. al. sin id desperarit.
f L. his enim contentus erit. fort. his etiam contẽtus erit.
P. D.
h M. Aemilium Lepidũ, Porcinam intelligi, Galba paulò minutius natu, & tamen oratorem summum: de quo vide Ciceronem in Bruto.
i L. Quare si se vnius
k L. non putare vnum, &c. & ita Rob. Steph. & Calli.
l L. in hanc incideret op. & ita Rob. Steph.
m L. si quis velit, demonstrare, artem nihil prod.
n L. fort. Quod igitur adiuuat hoc.
o L. al. eius artificij debet esse,
p L. tibi quod ostendam. & ita Car. Steph.
q L. Si, merces ipsi qui vend. aliunde exẽpl. quærent eius mercis:
r L. ipse ab aliis id mutuar.

præceptores, non videntur sibi ridiculè facere, cùm id, quod aliis pollicẽtur, ab aliis quærunt. Si, qui se fonteis maximos, penitus abscõditos, aperuisse dicat, & a hæc, sitiens quàm maximè, loquatur, neque habeat quo sitim sedet, non irrideatur? Isti cum nõ modò dominos se fontium, sed scipsos fonteis esse dicant, & omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si, cùm id polliceãtur aliis, aresc ant ipsi siccitate. Chares à Lysippo statuas facere non isto modo didicit, vt Lysippus caput ostenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti: sed omnia coràm magistrum facientem videbat, cæterorum opera vel sua sponte considerare poterat. Isti credũt, eos, qui hæc velint discere, alia ratione doceri posse cõmodius. Præterea neb possunt quidem ea, quæ sumuntur ab aliis exẽpla, tam esse accommodata ad artem, quàm propria, propterea quòd in dicendo leuiter vnusquisque locus plerunq. tangitur, ne ars appareat. in præcipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla, vt in artis formam conuenire possint: & pòst in dicendo, ne possit ars eminere, & ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur. Ergo etiam vt magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est vti. Postremò hæc quoque res nos duxit ad hanc rationem, quòd nomina rerum Græca, quæ conuertimus, ea remota sunt à cõsuetudine. Quæ enim res apud nostros non erant, earũ rerum nomina non poterant esse vsitata. Ergo hæc asperiora primò videantur necesse est, idque fiet rei, non nostra difficultate. Reliquum scripturæ consumetur in exemplis. hæc aliena si posuissemus, factũ esset, vt, quod commodius esset in hoc libro, id nostrum non esset: quod asperius, & c inusitatũ, id propriè nobis attribueretur. Ergo hanc quoque incommoditatẽ fugimus. His de causis, cum artis inuentionem Græcorum probassemus, exemplorum rationem secuti non sumus.

2¶ Nunc tempus postulat, vt *ad elocutionis præcepta transeamus*. Bipertita d erit igitur nobis elocutionis præceptio. Primùm dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat e esse. Deinde ostendemus, quas res semper habere debeat. 3¶ *Sunt* igitur *tria f genera, quæ nos figuras appellamus*, in quibus omnis oratio non vitiosa cõsumitur: vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam g vocamus. *Grauis* est, quæ constat ex verborum grauium magna & ornata constructione. *Mediocris* est, quæ constat ex humiliore, neque tamen ex infima, & peruulgatissima verborum dignitate. *Attenuata* est, quæ demissa est vsque ad vsitatissimam puri sermonis consuetudinem. 4¶ *In graui* consumetur oratio figura, si, quę cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri, siue propria, siue trãslata, siue extranea, ad vnamquãque rem accommodabuntur: &, si graues sententiæ, quæ in amplificatione, & commiseratione tractantur, eligentur: &, si exornationes sententiarum, aut verborum, quæ grauitatem habebunt, de quibus pòst dicemus, adhibebuntur. In hoc genere figuræ erit hoc exemplum: Nam h quis est vestrũm, iudices, qui satis idoneam possit in eum pœnam excogitare, qui prodere hostibus patriam cogitarit? quod maleficium cum hoc sceleře comparari? quod huic

a L. is hæc sitiens
b vnd. nec possũt quidem
c L. & inusitatus, id
d al. bipartita
e fort. esse debeat.
f De tribus dicendi figuris.*
g al. attenuata, vt infra.*
h L. In grauĩ figura conſum. or. ſi,
i Maiestatis crimen grauissimum.*

huic maleficio dignũ ſupplicium poteſt inueniri? In iis,qui violaſſent ingenuam, matremfamiliãs cõſtupraſſent, pulſaſſẽt aliquẽ, aut poſtremò necaſſẽt,maxima ſupplicia maiores noſtri conſumſerunt: huic truculẽtiſſimo,ac nefario facinori ſingularẽ pœnam nõ reliquerunt? Atqueb in aliis maleficiis ad cſingulos,aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit:huius ſceleris qui ſunt affines, vno cõſilio vniuerſis ciuibus atrociſſimas calamitates machinãtur.O feros animos!ô crudeles cogitationes!ô derelictos ab humanitate homines!Quidd agere auſi ſunt,aut cogitare potuerũt?Quo pacto hoſtes,euulſis maiorum ſepulcris, deiectis mœnibus, ouantes irruerent in ciuitatem:quomodo deũm ſpoliatise tẽplis,optimatibus trucidatis,aliis f arreptis in ſeruitutem matribusfamiliãs, & ingenuis ſub hoſtilem libidinẽ ſubiectis, vrbs acerbiſſimo concidat incendio cõflagrata g? qui ſe non putant,id,quod voluerint,ad exitum perduxiſſe, niſi ſanctiſſimæ patriæ miſerandum ſcelerati viderẽt cinerem h? Nequeo verbis cõſequi,iudices,indignitatem rei: ſed negligẽtiùs id fero, quia vos mei nõ indigetis.Veſter enim vos animus amãtiſſimus reip. facilè edocet,vt eũ, qui fortunas omniũ voluerit proderei,præcipitẽ perturbetis k ex ea ciuitate,quã ipſe ſpurciſſimorũ hoſtiũ dominatu nefario voluerit obruere. 5 ¶ *In mediocri* figura verſabitur oratio.ſi hæc, vt antè dixi, aliquantulum demiſerimus,neque tamen ad infimum deſcenderimus,ſic: Quibuſcũ bellum gerimusl,iudices,videtis:cum ſociis,qui pro nobis pugnare,&imperium noſtrum nobiſcum ſimul virtute &induſtria conſeruare ſoliti ſunt.Hi cùm ſe,&opes ſuas,&copiã neceſſariorũ norunt,tum verò nihil minus propter propinquitatẽ & omnium rerũ ſocietatẽ, quid in omnibus rebus populus R.poſſet, ſcirem:& æſtimare poterant.Hi,cùm deliberaſſent nobiſcum bellum gerere,quæſo,quæ res erat,qua freti bellum ſuſcipere conarentur, cùm multo maximam ſociorum partem in officio manere intelligerent? cùm ſibi nõ multitudinẽ militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicã præſtò eſſe viderent?non denique vllam rem,quæ res pertinet ad bellum adminiſtrandum? Si cum finitimis de finibus bellũ gererent:ſi totũ certamen in vno prælio poſitum putarẽt:tamen omnibus rebus inſtructiores,ac paratiores venirent, nedũ illud imperium orbis terræ,cui imperio omnes gẽtes,reges,nationes, partim vin,partim volũtate cõſenſerũt, cùm aut armis,aut liberalitate à populo Rom.ſuperati eſſent,ad ſe transferre tantulis viribus conarentur. Quæret aliquis,Quid? Fregellani,non ſua ſponte conati ſunt?Eo quidem minus iſti facilè conarẽtur,quo illi quemadmodũ deſciſſentº,videbant. Nam rerum imperiti,qui vniuſcuiuſque rei de rebus antè geſtis exẽpla petere non poſſunt,ij per imprudentiam facilèp deducuntur in fraudẽ. At ij,qui ſciunt quid aliis acciderit,facilè exq aliorum euentu,ſuis rationibus poſſunt prouidere. Nulla igitur re inducti,nulla ſpe freti arma ſuſtulerunt? Quis hoc credat,tantam amẽtiam quẽquam tenniſſe, vt imperium populi Rom.tẽrar auderet,nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuiſſe neceſſe eſt,quid aliud,niſir id quod dico,poteſt eſſe? 6 ¶ *In attenuato* figuræ genere,quod adb infimum,& quotidianum ſermonem demiſſum eſt hoc erit exemplum:Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit poſtquã perfuſus eſt,defricari. Deinde,vbic viſum eſt vt in alueũ deſcẽderet, ecce ibi iſte de trãſuerſo,Heus,inquit,adoleſcens,pueri tui modò med pulſauerunt:ſatisfacias oportet. Hic, qui id ætatis ab ignoto præter conſuetudinẽ appellatus eſſet,erubuit.Iſte clariùs ẽadem,& alia dicere cœpit. Hic vix tandem inquit,Sine me conſiderare.Tum verò iſte cœpit clamare voce iſtae, quæ facilè cuiuis rubores eiicereſ poſſet. Ita petulãs es,atque acer,vt ne ad ſolariumg quidem idoneus, vt mihi videtur,ſed penes ſcenã, & in eiuſmodi locis exercitus,h ſis.Cõturbatus eſt adoleſcẽs:nec mirum,cui etiam nũc pædagogi lites ad auriculas verſarentur,imperito eiuſmodi conuiciorum.Vbi enim iſte vidiſſet ſcurram exhauſto rubore, qui ſe putaret nihil habere, quod de exiſtimatione perderei,vt omnia ſine famæ detrimento facere poſſet? Igitur genera figurarum ex ipſis k exemplis intelligi poterunt. Erit enim &attenuata verborum conſtructio quædam,& l item alia in grauitate, alia poſita in mediocritate. 7 ¶ Eſt autẽ cauendum, ne,dum hæc genera conſectamurm,in n finitima,& propinqua vitia veniamus.Nam grauis figuræ quę laudanda eſt,propinqua eſt ea, quæ fugienda eſt,quæ rectè videbitur appellari,ſi *ſufflata* nominabitur. Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur ſæpe, ita grauis oratio ſæpe imperitis videtur ea, quæ turget & inflata eſt, cùm aut nouis, aut priſcis verbis,aut duriter aliũde trãſlatis, aut grauioribus,quàm res poſtulat, aliquid dicitur,hoc modo.Nã quio perduellionib.vendidit patriam,nõ ſatis ſupplicij dederit,ſi præceps in Neptunias depultus erit lacunas.Pœnitet igitur iſtum,qui mœteis belli fabricatus eſt,campos ſuſtulit pacis.In hoc genus plerique cum declinaſſem,& ab eo, quò profecti ſunt,aberrauerunt, & ſpecie grauitatis fallũtur,nec proſpicere poſſũt orationis tumorẽ. Qui in mediocre genus orationis profecti ſunt, ſi peruenire eò non poterunt, errantes peruenient adp confine genus eius generis, quod appellamus *fluctuãs* & *diſſolutũ*:eò quòd ſine neruis, & articulis fluctuat huc & illuc, necq poteſt confirmare,nec viriliter ſeſe expedire.Id eſt huiuſmodi:Socij noſtri cùm bel ligerare nobiſcum vellent, profectò ratiocinati eſſent etiam atque etiã,quid poſſent facere.ſi quidem ſua ſponte facerent & nõ haberent hinc adiutores multos, & malos homines,&ſaudaceis. Solent enim diu cogitare omnes,qui magna negotia volunt agere. Nõ poteſt huiuſmodi ſermo tenere attẽtum auditorem.diffluit enim totus, neque quicquã comprehendẽs perfectis verbis amplectitur. Qui non poſſunt in illa facetiſſima verborum attenuatione cõmodè verſari, veniunt ad *aridum & exſangue genus orationis*, quod nõ alienum eſt exile nominari, cuiuſmodi eſt hoc: Nam iſtic ille ad balneas acceſſit: ad hunc poſteà dixit hic tuus ſeruus me pulſauit.Poſt eà dixit hic illi,conſiderabo. Poſt ille huic conuicium fecit,&magis magiſque præſentibus multis clamauit.Friuolus hic quidẽ iã,& illiberalis eſt ſermo.Nõ enim adeptus eſt id,

a L.ingenuã, matr.

P. B.

b L. Atqui in aliis.

c L. aut ad ſing.

d L. qui agere auſi ſunt, aut cogitare potuerunt, quo pacto.

e L.templis ſpoliatis,

f L. aliis abreptis in ſeruitutem, virginib. mat. fam. ing. pueris ſub.

g L. cõflagrata

h L.cinerem.

i *ſortè*,perdere.

k L. deturbetis. *al.*protrubetis.

l L.geramus.

m L. ſcire, & exiſtimare.

n L. partim voluntate cõceſſerunt,

o L. deſciuiſſent,

p L.facillimè deducuntur.

q L. ex eorũ euentu,

P. XXVII.

r L.ni hoc,

a *al.*extenuato vt ſupra.*

b Etiam in infimo& quotidiano ſermone figuris vtimur.*

c L. vbi viſum eſt in alueum deſcendere, ecce.

d L. me pulſarunt.

e L.ea,quæ ſ. c. rub.elicere poſſ. *al.*voce magna, ea quæ perfacilè cuiuis rubo, elicere poſſent:*al.*e licere:vel inicere*

f Solarium pars fori in qua minima iudicia exercebantur. Sic Cicero *pro Quinctio*, Quintius nõ ad ſolarium, non in campo verſatus eſt.*

g L.exercitatis fis.

h *al.*deperderet*

i L.ex his exemplis

k L. & item alia in grauitate poſita, alia in med.

l *al.* conſectemur,

m Vitioſa orationis genera, ſuffiatum, fluctuans, ſeu diſſolutũ aridum ſeu exſangue.*

n L. qui perduellibus,

o L. ad confine eius generis genus.q.

p L. nec poteſt ſeſe confirmare, nec viriliter expedire.

P. B.

q L. hãc.

r L. atque

s L. Nam iſte ad baln. R. *Steph.* Nam iſtic ad balneas.

quod habet attenuata figura, puris verbis, & electis, compositam orationem. 8 ¶ Omne genus orationis, & graue, & mediocre, & attenuatū, dignitate afficiunt *exornationes*, de quibus pòst loquemur: quæ si raræ disponentur, distinctam, sicuti coloribus: si crebræ collocabuntur, oblitam[a] reddunt orationem. Sed figuram in dicendo cōmutari oportet, vt grauem mediocris, mediocrem excipiat attenuata. Deinde identidē commutentur, vt facilè satietas varietate vitetur. 9 ¶ QVONIAM, quibus in generibus elocutio versari debeat, dictū est, videamus nunc, *quas res debeat habere elocutio cōmoda & perfecta*. Quæ[c] maximè admodum oratori accommodata est, treis res in se debet habere. elegātiam, compositionē, dignitatem. 10 ¶ *Elegantia* est, quæ facit, vt vnumquidque purè, & apertè dici videatur. Hæc distribuitur in Latinitatem, & explanationem. 11 ¶ *Latinitas* est, quæ sermonem purum cōseruat, ab omni vitio remotū. 12 ¶ *Vitia in sermone*, quò minùs is Latinus sit, duo possunt esse: Solœcismus, & Barbarismus. *Solœcismus* est, cùm verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. *Barbarismus* est, cùm verbum aliquod vitiosè effertur. Hęc qua ratione vitare possimus, in arte Grāmatica dilucidè dicemus. 13 ¶ *Explanatio* est, quę reddit apertā, & dilucidam orationem. Eacōparatur duabus rebus, vsitatis verbis, & propriis. Vsitata sunt ea, quæ versantur in sermone & cōsuetudine quotidiana. Propria, quæ eius rei verba sunt, aut esse possunt, qua de loquemur. 14 ¶ *Compositio*, est verborum constructio, quæ facit omneis parteis orationis æqualiter[d] perpolitas. Ea conseruabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quæ vastam, atque hiantem orationem reddunt, vt hoc est: Baccæ[e] ænea amœnissimæ impendebant. & si vitabimus eiusdē litteræ nimiam assiduitatem: cui vitio versus hic erit exemplo, nam hîc nihil prohibet in vitiis alienis exemplis vti,

O Tite, tute Tati, tibi tanta tyranne tulisti. Et hic eiusdem poetæ,

Quidquam quisquam cuiquam quod cōueniet[f], *neget.* Et, si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus, ea est huiusmodi: Nā cuius rationis ratio non exstet, ei rationi ratio non est fidem habere. Et si non vtemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo:

Flentes[g] *deplorantes, lacrymantes, obtestantes*. Et, si verborum transiectionem[h] vitabimus, nisi quæ erit cōcinna, qua de re posteriùs loquemur, quo in vitio est Lucilius assiduus, vt hoc est in priore libro:

Has res ad te scriptas, Luci misimus, Æli. Ité, fugere oportet longā verborum cōtinuationem, quæ & auditoris aureis, & oratoris spiritum lædit. His vitiis in compositione vitatis, reliquum operis consumendum est in dignitate. 15 ¶ *Dignitas* est, quæ reddit ornatā orationē varietate distinguens. Hæc[i] in verborum, & sententiarum exornationem diuiditur. *Verborū* exornatio est, quę ipsius sermonis insignita continetur[k] perpolitione. *Sententiarum* exornatio est, quæ nō in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem. 16 ¶ *Repetitio*[l] est, cùm continenter ab vno atque eodem verbo in rebus similibus[m] & diuersis principia sumuntur, hoc modo: Vobis istud attribuendū est, vobis gratia[n] habenda, vobis res ista erit honori. Item, Scipio Numātiā fustulit, Scipio Karthaginē deleuit, Scipio pacē peperit, Scipio ciuitatē seruauit. Item, tu in forū prodire, tu lucē conspicere, tu in horū cōspectū venire conaris? audes verbū facere? audes quidquā ab istis petere? audes suppliciū deprecari? quid est, quod possis defendere? quid est, quod audeas postulare? quid est, quod tibi putes concedi oportere? Non iusurandum[a] reliquisti? nō amicos prodidisti? nō parenti manus intulisti? non denique in omni dedecore volutatus es? Hæc exornatio, cùm multùm venustatis habet, tū grauitatis, & acrimoniæ plurimùm. Quare videtur esse adhibenda & ad exornandam, & [b] ad augendam orationem. 17 ¶ *Conuersio* est, pèr quam non, vt antè, primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter reuertimur, hoc modo: Pœnos populus Rom. iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item, ex quo tempore cōcordia de ciuitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, resp. sublata est. Item, C. Lælius, homo nouus [c] erat, ingeniosus erat, doctus erat, bonis viris & studiosis [d] amicus erat. ergo in ciuitate primus erat. Item, Nam cùm istos: vt absoluant te, rogas: vt peierent rogas: vt existimationem negligāt, rogas: vt leges populi Rom. tuæ libidini largiantur, rogas. 18 ¶ *Complexio* est, quæ vtranq. complectitur exornationem, & hanc, & quam antè exposuimus, vt & repetatur idem primum verbum sæpius, & crebrò ad idem postremum reuertamur, hoc modo: Qui sunt, qui fœdera sæpe ruperunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellū in Italia gesserunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformauerunt? Karthaginiēses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Karthaginienses. Videte ergo, quid[e] conueniat eos impetrare. Item, Quē senatus dānarit, quē populus Rom. damnarit, quem omnium existimatio dānarit, eum vos sententiis vestris absoluetis? 19 ¶ *Traductio* est, quæ facit, vt, cùm idem verbum crebriùs ponatur, non modò nō offendat animum, sed etiam cōcinniorem orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non[f] pōt colere. Ité, Eum tu hominē appellas, qui si fuisset homo, nunquā tam crudeliter vitam hominis petiisset. At erat inimicus. ergo inimicum sic vlcisci voluit, vt ipse sibi reperiretur inimicus? Item, Diuitias sine diuitū esse, tu verò virtutem præferes[g] diuitiis. Nam si voles diuitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi videbuntur diuitiæ, quæ virtutis pedissequæ[h] sint. Ex eodem genere exornationis est, cùm idem verbum modò ponitur in hac, modò in altera re, hoc modo: Cur eā rem tā studiosè curas, quæ multas tibi dabit curas? Item, Amari iucundum est, si curetur, nequid insit amari. Item, Veniā ad vos, si mihi senatus det veniā. In his quattuor generibus exornationū, quæ adhuc propositæ sunt, noni inopia verborum fit, vt ad idem verbū redeatur sæpius: sed inest festiuitas quædam, quæ faciliùs auribus diiudicari, quàm verbis demonstrari potest. 20 ¶ *Contentio* est, cùm[k] ex contrariis verbis, aut rebus oratio cōficitur, hoc pacto: Habet assentatio iucūda principia, eadē exitus amarissimos affert. Ité, Inimicis te placabilē, amicis inexorabilē[l] præbes. Item, In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus.

a L. oblitam reddent or.

b al. elocutio vt suprà.* c L. Quæ maximè oratori ac. al. quæ maximè ad commodum oratoris &c.

d L. æquabiliter.

e L. Baccæ Eoæ amœ ‖ id est, vniones Orientales.*

P. XXVIII. f L. conueniat.

g versus spōdaicus.* h al. traiectionem.

i vulg. Hæc & in verborum, & sent. k L. perpolitione continetur. l De Exornationibus verborum.* m fort. dissimilibus, & diuersis n L. gratia est habenda.

a L. insiur. & temsistis

b & ad exaugendam or.

c L. nauus et. d al. amicissimus.

P. 8.

e al. quàm cōueniat eos veniam impetrare.*

f L. colere nō potest.

g fort. diuitiis præfer.

h L. pediseq. sint.

i al. sit vt ad idē verbum non inopia verborum red. sæp. k al. cùm ex contrariis rebus or.

l al. implacabilem.*

otiosus. In re frigidissima cales, in feruentissima friges. Tacito cùm opus est, clamas: cùm loqui conuenit, obmutescis. Adest? abesse vis: abes? reuerti cupis. In pace bellum quæritas: in bello pacem desideras. In concione de virtute loqueris, in prælio per [a] ignauiam tubæ sonitum perferre non potes. Hoc genere si distinguemus orationem, & ornati, & graues poterimus esse. 21 ¶ *Exclamatio* est, quæ concipit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiusp iam compellationem, hoc modo: Te nunc alloquor, Africane, cuius mortui quoq. nomen splendori, ac decori est ciuitati. Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem. Item. O perfidiosæ Fregellæ, quàm facilè scelere vestro cõtabuistis! vt, cuius nitor vrbis Italiam nuper illustrauit, eius nunc vix fundamentorum reliquiæ [b] maneant. Item, Bonorum insidiatores latrocinio vitam innocentissimi cuiusque petistis: tantámne ex iniquitate iudiciorum vestris calumniis assumitis [c] facultatem? Hac exclamatione si loco vtemur, & rarò, & cùm rei magnitudo postulare videbitur: ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus. 22 ¶ *Interrogatio* non omnis grauis est, neque concinna, sed hæc, quæ, cùm enumerata sunt ea, quæ obsunt causæ aduersariorum, confirmant superiorem orationem, hoc pacto: Cùm igitur hæc omnia faceres, diceres, administrares, vtrùm animos sociorum ad rep. remouebas, & alienabas, an non? & [d] vtrúmne aliquem exornari oportuit, qui ista prohiberet, ac fieri non sineret, an nõ? 23 ¶ *Ratiocinatio* est, per quam nos ipsi à nobis rationem poscimus, quare quidque dicamus, & cerebrò nosmet à nobis petimus vniuscuiusque propositionis explanationem. Ea est huiusmodi: Maiores nostri siquam vnius peccati mulierem damnabant: simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant: Quo pacto? quoniam, quam impudicam iudicarant, eam venificij quoque damnatã existimabant. Quid ita? quia necesse est, eam quæ suum corpus addixerit turpissimę cupiditati, timere permultos. Quos istos? virũ, parentes [e], ceteros, ad quos videt sui dedecoris infamiã pertinere. Quid postea? quos tantopere timeat, eos necesse est, vt, quoquo modo possit, veneficio petat. Cur? quia nulla potest honesta ratio retinere eã, quam magnitudo peccati facit timidã, intẽperantia audacẽ, natura muliebris inconsideratam. Quid veneficij damnatam? quid? putabant impudicam quoque necessariò. Quare? quia nulla faciliùs ad id maleficium causa, quàm turpis amor, & intemperans libido commouere potuit: cùm, cuius animus mulieris esset corruptus, eius corpus castum esse non putarint. Quid [f] in viris idémne &c. viris? idémne hoc obseruabant? minimé. Quid ita? quia viros ad vnumquodque maleficiũ singulæ cupiditates impellunt: Mulieres, ad omnia maleficia cupiditas vna ducit. Ité, Bene maiores nostri hoc comparauerunt, vt neminẽ regem, quẽ armis cepissent, vita priuarẽt. Quid ita? quia, quam nobis facultatẽ fortuna dedisset, iniquum erat in eorum supplicio consumere, quos eadem fortuna paullo antè in ampliſſimo statu collocarat. Quid quòd exercitũ contrà duxit? desino meminisse. Quid ita? quia viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hosteis putare: quia victi sunt, eos homines iudicare, vt possit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille, si vicisset, num idem fecisset? non profectò tam sapiens fuisset. Quid igitur ei parcis? quia talem stultitiam conténere, non imitari consueui. Hæc exornatio ad sermonem vehementer accommodata est, & animum auditoris reddit [a] attentum, tum venustate sermonis tum rationum expectatione. 24 ¶ *Sententia*, est oratio sumta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita ostendit, hoc modo: Difficile est [b] primùm [c] virtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit vsus. Item, Liber [d] is est existimandus, qui nulli turpitudini seruit. Item, Egens æquè est is, qui non satis habet, & is, cui nihil satis potest esse. Item, Optima viuendi ratio est eligenda eam iucundam consuetudo reddet. Huiusmodi sententiæ simplices, non sunt improbandæ, propterea quòd habet breuis expositio, si rationis nullius indiget, magnã delectationem. Sed illud quoque probandum est genus sententiæ, quod cõfirmatur subiectione rationis, hoc modo: Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocandæ, propterea quòd sola virtus in sua potestate est: omnia præter [e] eã subiecta sunt fortunæ dominationi. Ité, Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, deuolãt omnes. Cùm enim recessit ea res, quæ fuit cõsuetudinis causa, nihil supereſt, quare possint in amicitia retineri. Sunt item sententiæ, quæ [f] dupliciter efferuntur [g] hoc modo sine ratione: Errant qui in prosperis rebus omneis impetus fortunæ se [h] putant fugisse. Sapienter cogitant, qui tẽporibus secundis casus aduersos reformidant. Cum ratione, hoc pacto, Qui adolescentium peccatis ignoscí putant oportere, falluntur, propterea quòd ætas illa non est impedimento bonis studiis. at hi sapienter faciunt, qui adolescenteis maximè castigant, vt, quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare. Sententias interponi rarò conuenit, vt rei auctores, non viuendi præceptores esse videamur. cùm ita interponentur, multũ afferent ornamenti. Nam necesse est animo eam comprobet tacitus auditor, cùm ad causam videat accommodari rem certam, ex vita & moribus sumtam. 25 ¶ *Contrarium* idem ferè est, quod contẽtio. Contrarium est, quod ex reb. diuersis duabus, alteram breuiter, & facilè confirmat, hoc pacto: Nam, qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? Et item, Nam, quem in amicitia perfidiosum i cognoueris, eum quare putes inimicitias cum fide habere posse? Et, qui priuatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum, & [k] sui cognoscentẽ videre in potestate quis speret? Et, qui in sermonibus, & conuentu amicorũ verum dixerit nunquã, eum sibi in concionibus credis à mendacio tẽperaturum? Item, Quos ex collibus deiecimus, cũ iis in cãpo metuimus dimicare? Qui cùm plures erant, paucis nobis exæquari nõ poterãt: hi postquàm pauciores sunt, metuim [l], ne sint superiores? Hoc exornationis genus, breuib. & cõtinuatis verbis perfectũ esse debet, & cùm cõmodum est auditu,

a L. præ ignauia.
b L. reliquiæ remaneant.
c L. assumsistis facul.
d L. & vtrùm alíq. & item R. Steph.
e L. parenteis, fratres, cæt.
f L. Quid? in viris idémne &c.
a L. retinet attentum cùm ven.
b L. plurimũ virt.
c id est, in ipsis agendi prãmordiis. sed præstat, plurimũ hoc sensu accipi, Difficile est in magna licentia iuste viuere.
d al. Liber est is exist.
e al. prætores.
f vulg. quæ duplices ef.
g L efferuntur, & cum ratione & sine ratione: sine ratione hoc modo: Er.
h L. se putant effugisse.
i al. perfidiosum esse eos.
k L. & sui cognoscentem fore in por. P. X X X.
l L. de colli

propter breuem & absolutam conclusionem: tum verò vehementer id, quod opus est oratori, comprobat contraria re, & ex eo, quod dubium non est, expedit illud, quod dubium est, vt aut dilui non possit, aut multo difficillimè possit. 26 ¶ *Membrum* orationis appellatur res breuiter absoluta sine totius sententiæ demonstratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur, hoc modo: Et inimico proderas. id est vnum, quod appellatur membrum. deinde hoc excipiatur oportet ab altero, Et amicum lædebas. Ex[a] duobus membris hæc exornatio potest constare: sed cõmodissima & absolutissima est quæ ex tribus constat, hoc pacto: Et inimico proderas, & amicũ lædebas, & [b] tibi ipsi non consulebas. Itẽ, nec reipublicæ consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti. 27 ¶ *Articulus* dicitur, cũ singula verba interuallis distinguuntur cæsa oratione, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu aduersarios perterruisti. Itẽ, Inimicos inuidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti. Inter huius generis, & illius superioris vehementiã hoc interest, quòd illud tardiùs, & rariùs venit, hoc crebriùs & celeriùs peruenit. Itaq. in illo genere, ex remotione brachij, & contortione dexteræ [c] gladius ad corpus afferri: in hoc autem, crebro, & celeri vulnere corpus consauciari videtur. 28 ¶ *Continuatio* est densa, & continens frequentatio verborũ cum absolutione sententiarũ. Ea vtemur cõmodissimè tripertitò [d]: in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia, hoc pacto: Ei non multũ potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quàm in casu præsidiũ collocauit. In contrario, hoc modo: Nam si quis spei non multum collocarit in casu, quid est, quòd ei magnopere casus obesse possit? In cõclusione, hoc pacto: Quòd si in eos plurimùm fortuna potest, qui suas rationes omneis in casum contulerunt: non sunt omnia committenda fortunæ, nec [e] magnam nimis in nos habeat dominationẽ. In his tribus generibus ad continuationis vim adeò frequentatio est necessaria, vt infirma facultas oratoris videatur nisi sententiam, & contrariũ, & conclusionẽ frequentibus efferat verbis. Sed & aliàs quoque nonnunquã non alienũ est, tametsi necesse non est, eloqui res aliquas per huiusce modi continuationes. 29 ¶ *Compar* appellatur, quod habet in se membra orationis, de quibus antè diximus, quæ [f] constant ex pari ferè numero syllabarum. Hoc [g] non de enumeratione nostra fiet: (nam id quidẽ puerile est) sed tantum affert vsus, & exercitatio facultatis, vt animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus, hoc modo: In prælio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat: hæc [h] omnia graueis casus administrabant. Item, Illi fortuna felicitatẽ dedit, huic industria virtutem comparauit. In hoc genere sæpe fieri potest, vt non planè par sit numerus syllabarum, & tamen esse videatur, si vna, aut etiam altera syllaba est alterũ breuius: aut si, cũ in altero plures sunt, in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores syllabę erunt: vt longitudo, aut plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur & exæquet. 30 ¶ *Similiter cadens*, exornatio dicitur, cùm in eádem constructione verborum, duo, aut plura sunt verba, quæ similiter iisdẽ casibus efferuntur, hoc modo: Hominem laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis. Itẽ, Cuius omnis in pecunia spes est, eius à sapientia est [a] animus remotus. Diligentia cõparat diuitias, negligentia corrumpit animũ, & tamen cùm ita viuit, neminem præ se ducit hominem. 31 ¶ *Similiter desinens* est, cùm tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, hoc pacto: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Viuis inuidiosè, delinquis studiosè, loqueris odiosè. Item, Audaciter territas, humiliter placas. Hæc duo genera, quorum alterum in exitus, alterum in casus similitudine versatur, inter se vehementer conueniunt: & ea re, qui his beneuentuntur, plerunque simul ea collocant in iisdem partibus orationis. Id hoc pacto facere oportet: Perdurissima ratio est amorem petere, pudorẽ fugere: diligere formam, negligere famam. Hic & ea verba, quæ casus habent, ad casus similes: & illa, quæ non habent, ad similes exitus veniunt. 32 ¶ *Annominatio* est, cùm ad idẽ verbum, & idem nomen acceditur commutatione [b] vnius litteræ, aut litterarũ, syllabæ aut syllabarũ: aut ad res dissimileis similia verba accõmodantur. Ea multis, & variis rationibus conficitur. *Attenuatione*, aut *cõplexione eiusdem litteræ*, sic: Hic, qui se magnificè iactat, atque ostentat, veniit [c] à te antè, quàm Romam venit. *Ex contrario*: Hic, quos homines alea vincit, eos [d] ferro statim vincit. *Productione* eiusdem litteræ, hoc modo: Hunc auium dulcedo ducit ad auium. Breuitate eiusdem litteræ: hoc modo: Hic tametsi videtur esse honoris cupidus, tamen non tantùm curiam diligit, quantùm Curiam. *Addendis litteris*, hoc pacto: Hic sibi posset temperare, nisi amori mallet obtemperare. *Demendo* litteris, sic: Si lenones, tanquam leones vitasset, vitæ se tradidisset. *Transferendo* literis, sic: Videte, iudices, vtrùm homini nauo an vano credere malitis. Item. Nolo esse laudator ne videar adulator. *Commutãdo*, hoc modo: Deligere [e] oportet, quem velis diligere. Hæ sunt annominationes, quæ in litteratura commutatione, breuitate, aut productione, aut translatione, aut aliquo huiusmodi genere versantur. *Sunt* autem *aliæ*, quæ non habent tam propinquam in verbis similitudinem, & tamen dissimiles non sunt: *Quibus de generibus vnum* est huiusmodi, Quid veniam, qui sim, quare veniam, quem insimulem, cui profim, quem postulẽ, breui cognoscetis. Nam hic est in quibusdam verbis quædam similitudo non tam affectãda, quàm illæ superiores, sed tamẽ adhibenda nonnunquam. *Alterum* genus huiusmodi: Demus operam, Quirites, ne omnino P.C. circunscripti putentur. Hęc annominatio accedit magis ad similitudinem, quàm [g] illa superior: sed minus, quàm illæ superiores: propterea quòd non solùm additæ, sed vno tempore demtæ quoque litteræ sunt. *Tertium* genus est, quod *versatur in casuum commutatione*, aut vnius, aut plurium nominum. *Vnius nominis*, hoc modo: Alexander Macedo summo labore animũ ad virtutes [h] pueritia confirmauit. Alexandri virtutes per orbem terræ cum laude & gloria vulgatæ sunt. Alexandrũ omnes, vt maximè metuerunt, item plurimùm dilexerunt. Alexandro si vita longior data esset, Oceanum Macedonũ gloria transuolasset. Variè hic vnum nomen in commutatione casuum volutatum est. *Plura nomina*

a L. animus est remotus.

b al. commutatione, vel additione v.

c L. venit ante quàm R.

d L. post Manuum eos ferro statim vincit] &c. vt sic vincit, à vincio.*

P. XXXI.

e al. delegere.*

f al. quæ in litterarum breui commutatione, aut productione, &c.

g L. quàm superior.

h L. à pueritia conformauit.

i al. trauolasset.

a L. ex duob. membris sollis, &c.

b L. & tibi ipse non cõs.

c al. dextræ

d L. tripartitò

e L. ne nimis magnã in n.

P. 3.

f al. quæ constent ex g L. Hoc non dicumeratione. [alij, denumeratione.*

mina casibus commutatis, hoc modò faciunt annominationem: Ti. Gracchum temp. admi-
a L. quæ virū reip. amant. b L. maiorum *al.* maiorum natu perf.
nistrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari. C. Graccho similiter occisio oblata est, quæ[a] reip. virum amantissimum subitò de sinu ciuitatis eripuit. Saturninum fide captum malorum[b] perfidia per scelus vita priuauit. Tuus, ô Druse, sanguis domesticos parietes, & vultū parentis asperfit. Sulpicium, cui paullo antè omnia cōcedebant, eum breui spatio nō modò viuere, sed etiam sepeliri prohibuerunt. Hæc tria genera proxima exornationum, quorum vnum in *similiter cadentibus*, alterum in *similiter definētibus* verbis, tertium *in annominationibus* positum est, perrarò sumenda sunt, cùm in veritate dicemus: propterea[c] quòd non hæc videtur reperiri posse sine elaboratione & consumtione operæ. Eiusmodi autē studia ad delectationem, quàm ad veritatem, videntur accommodatiora.
c L. propterea quòd hæc reperiri posse non videntur d L. & operæ consumtione
Quare fides, & grauitas, & seueritas oratoria minuitur his exornationibus frequēter collocatis: & non modò tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur quoq. in eiusmodi oratione auditor, propterea quòd est in his lepos, & festiuitas, nō dignitas, neque pulchritudo. Quare quæ sunt ampla & pulchra, diu placere possunt: quæ lepida & concinna, citò satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimū.
2. B.
Quo modo igitur, si crebrò his generibus vtemur, pucrili videbimur elocutione delectari: ita si rarò has interseremus exornationes, & in causa tota variè dispergemus, cōmodè luminibus distinctis illustrabimus orationem.
33 ¶ *Subiectio* est, cùm interrogamus aduersarios, aut quærimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit: deinde subiicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adiumento futurum sit, aut[e] offuturum illis è cōtrario, hoc modo: Quæro igitur, vnde iste tā pecuniosus sit factus. Amplū patrimonium relictum est? at patris bona venierunt.
e L. aut illis obfuturum
f L. *fort.* non modo nō potest dici. g *quidē val.* vinctus est. h Sponsione vincere dixit vt in or. pro Quint. Porro quid sponsio ac sponsione vincere, aliàs dixi.*
Hæreditas aliqua obuenit? non[f] potest dici, sed etiā à necessariis omnibus exhæredatus est. Præmium aliquod ex lite, aut iudicio cepit? non modò id nō fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione[g] victus[h] est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis: aut isti domi nascitur aurū, aut vnde licitum non est, pecunias accepit. Item, Sæpe, iudices, animaduerti, multos aliqua ex honesta re, quam ne inimici quidē criminari possint, sibi præsidium petere: quorum nihil potest aduersarius facere. Nam vtrùm ad patris virtutem confugiet? at eum vos iurati capite damnastis. An ad suam reuertetur antiquam vitam, alicubi honestè tractatam? at hic quidem ante oculos vestros quomodo vixerit, scitis omnes. An cognatos suos enumerabit, quibus vos conueniat commouerit? at hi quidē nulli sunt. Amicos proferet? at nemo est, qui sibi nō putet turpe, istius amicū nominari. Item, Credò, inimicum, quem nocentē putabas, in iudicium adduxisti: non. nāk indemnatum necasti. Leges, quę id facere prohibēt, veritus es? at ne scriptas quidem iudicasti. Cùm ipse te veteris amicitiæ commonefaceret, commotus l es? at nihilominus, sed etiam studiosiùs occidisti. Quid? cùm tibi pueri ad pedes volutarentur, misericordia motus es? at eorum patrē crudelissimè sepultura quoq. prohibuisti. Multùm inest acrimoniæ, & grauitatis in hac exornatione, propterea quòd, cùm quæsitum est, quid oportet, subiicitur id non esse factū. Quare facillimè fit, vt augeatur indignitas negotij. Ex eodem genere, vt ad nostram quoque personam referamus subiectionem, sic: [a]Nam quid me facere cōueniret[b], cùm à tanta Gallorum multitudine circumiederer[c]? and[d] dimicarem? at cum parua manu tum[e] prodiremus, locū quo que inimicissimum[f] habebamus. Sederem in castris[g]? at neque subsidium, quod exspectarem, habebamus, neque erat quo vitam produceremus. Castra relinquerem? at obsidebamur. Vitam militum negligerem? at[h] ea videbar eos accepisse conditione, vt quoad possem, incolumeis patriæ & parentibus conseruarem. Hostium conditionem repudiarē? at salus antiquior est militū quàm impedimentorum. Huiusmodi[i] consequuntur idētidem subiectiones, vt ex omnibus ostēdi videatur, nihil potius, quàm quod factum sit, faciendum fuisse.
a *al.* sit sic.* b *al.* conueniit, c *al.* circumsidere? d dimicarē? e *al.* cum.* f *forte* iniquissimum. *al.* immunitissimū g L. at eos videbar ea acc. cond. h Eiusmodi, P. XXXII.
34 ¶ *Gradatio* est, in qua non antè ad consequens verbum descēditur, quàm i ad superius consensum est, hoc modo: Nāk quæ reliqua spes manet libertatis, si illis & quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audēt, faciunt: & quod faciunt, vobis molestū non est? Item, Non[l] sensi[m] hoc, & non suasi: neque suasi, & nō ipse statim facere cœpi: neque facere cœpi, & non perfeci: neque perfeci, & non probaui. Item, Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos cōparauit. Item, Imperium Græciæ fuit[n] apud Athenienseis, Athenienſium potiti sunt Spartiatæ, Spartiatas superauere Thebani, Thebanos Macedones vicerunt, qui ad imperium Græciæ breui tempore adiunxerunt Asiam bello subactam. Habet in se quēdam lepōrem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quę propria est huius exornationis.
i L. quàm ad superius assensum est. k L. Nā quæ spes reliqua libertatis manet, si illis l L. Neque sensi hoc, m similis gradatio in Demosthenis oratione pro Ctesiphon. * n *al.* fuit penes Athenienseis.
35 ¶ *Definitio* est, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolutè, hoc modo: Maiestas reipublicæ est, in qua cōtinetur dignitas & amplitudo ciuitatis. Itē, iniuriæ sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut conuitio aures, aut aliqua turpitudine vitā cuiuspiam violant. Item, Nō est ista diligentia, sed auaritia, ideo quòd diligentia, est accurata conseruatio suorū, auaritia[o], inimica appetitio alienorum. Item, Non est ista fortitudo, sed temeritas. propterea quòd fortitudo, est contemtio laboris, & periculi cum ratione vtilitatis, & compensatione commodorum, temeritas est cum inconsiderata laborum[p] perpessione gladiatoria periculorum susceptio. Hæc ideò cōmoda putatur exornatio, quòd [q] omnem rei cuiuspiam vim, & potestatem ita dilucidè proponit, & breuiter explicat, vt neque pluribus verbis oportuisse dici videatur, neq.[r] lucidius potuisse dici putetur.
o L. auaritia verò. p *al.* dolorū.* q L. quia omnem: r *al.* dilucidius
36 ¶ *Transitio* vocatur, quæ cùm ostēdit breuiter quod[s] dictū sit, proponit itē breui quod cōsequatur, hoc modo: In patriā cuiusmodi fuerit, habetis, [t]nunc in parēteis qualis exstiterit, cōsiderate. Item, Mea in istum beneficia cognoscitis, nunc, quomodo iste mihi gratiam retulerit, accipite. Proficit hæc aliquātum exornatio ad duas res. nam & quid dixerit commonet, & ad reliquum comparat auditorem.
s L. quid dictū sit, prop. item breui, quid sequatur, h. m. t L. nunc quā iste mihi gr.
37 ¶ *Correctio*

est, quæ tollit id, quod dictum est, & pro eo id, quod magis idoneũ videtur, reponit, hoc pacto: Quòd si iste suos hospites rogasset, immò si inuenisset modò: hoc facilè [a] perfici posset. Item, Nam[b] postquàm isti vicerunt, atque adeò victi sunt: eam quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit? O virtutis comes inuidia, quæ bonos insequeris plerunque, atque adeò insectaris! Commouetur hoc genere animus auditoris. Res enim communi verbo elata, tantummodo dicta videtur[c]: ea postipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronuntiatione. Non igitur satius esset, dicet aliquis, ab initio, præsertim cùm scribas, ad optimum, &[d] electissimum verbum deuenire? Est cùm non est satius, si commutatio verbi id erit demonstratura, eiusmodi rem esse, vt, cùm eam communi verbo appellâris, leuius dixisse videaris: cùm ad electius verbũ accedas, insigniorem[e] rem facias, quòd si cõtinuò venisses, ad id verbum: nec rei, nec verbi gratia: animaduersa esset. 38 ¶ *Occupatio* est, cùm dicimus, nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maximè dicimus, hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quã tu omni intemperantiæ addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consultò relinquo. Et illud prætereo, quòd [f] rei militaris te infrequentem reddidisti. Deinde quòd iniuriarum satisfecisti L. Labeoni, nihil ad rem pertinere puto. Horum nihil dico: reuertor ad illud, de quo iudicium est. Item, Non dico te ab sociis pecunias accepisse: non sum in eo occupatus, quòd ciuitates, regna, domos omnium depeculatus es: furta, rapinas[g] tuas omneis omitto. Hæc vtilis est exornatio, si aut rem, quam [h] non pertineat aliis ostendere, occultè admonuisse prodest, aut si longum est, aut ignobile, aut planum, aut non potest fieri, aut facilè potest reprehendi: vt vtilius sit occultè feciſſei suspicionẽ, quàm huiusmodi intẽdisse otationem[k], quæ redarguatur. 39 ¶ *Disiunctio* est, cùm eorum, de quibus dicimus, aut vtrunque, aut vnũquodque certo concluditur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam deleuit, Karthaginem fustulit, Corinthum disiecit, Fregellas euertit. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt, nihil Karthaginiẽsibus scientia rei militaris adiumento fuit, nihil Corinthiis erudita calliditas præsidij tulit, nihil Fregellanis morum & sermonis societas opitulata est. Item, formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetustate extinguitur. Hic vtrumque, & in superiore exemplo vnamquãque rem certo verbo concludi videmus. 40 ¶ *Coniunctio* est, cùm interpositione verbi & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetustate. 41 ¶ *Adiunctio* est, cùm verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primũ, aut postremum collocamus. Primũ, hoc pacto: Defloreſcit formæ dignitas aut morbo, aut vetustate. Postremum sic: Aut morbo, aut vetustate formæ dignitas defloreſcit. Ad festiuitatem disiunctio est apposita. quare rariùs vtemur ea, ne satietatem pariat. Breuitatem parit coniunctio, quare sæpius adhibenda est. Hæ tres exornationes de simplici genere manant.

42 ¶ *Conduplicatio* est, cum ratione amplificationis, aut cõmiserationis[a], eiusdem vnius, aut plurimum verborum iteratio, hoc modo: Tumultus C. Gracchi, tumultus domesticos & intestinos comparat. Item, Commotus non es, cùm tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. Item, Nunc etiam audes in horum conspectum venire, proditor patriæ, proditor, inquam, patriæ, venire audes in horum conspectum? Vehementer auditorem commouet eiusdẽ redintegratio verbi, & vulnus maius efficit in contrario [c] causæ, quasi aliquod telum sæpius perueniat in eandem partem corporis. 43 ¶ *Interpretatio* est, quæ non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat, hoc modo: Remp. tradicitus euertisti, ciuitatẽ funditus deiecisti. Item, Patrem nefariè verberasti, parenti manus scelerate intulisti. Necesse est eius, qui audit, animum commoueri, cùm grauitas prioris dicti renouatur interpretatione verborum. 44 ¶ *Commutatio* est, cùm duę sententiæ inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, vt à priore posterior, contraria priori, proficiscatur, hoc modo: Esse oportet, vt viuas: non viuere, vt [d] edas. Item, Ea re poemata non facio: quia cuiusmodi volo, nõ possum: cuiusmodi possim, nolo. Item, quæ de illo dicuntur, dici non possunt, quæ dici possunt, non dicuntur. Item, Si poema loquẽs pictura est: pictura tacitum poema debet esse. Item, Quia stultus es, ea re taces: non tamẽ, quia taces, ea re stultus es. Non potest dici, quin commodè fiat, cùm [e] contrariæ sententiæ translatione, verba quoque conuertãtur. Plura[f] subiecimus exempla, vt, quoniam difficile est hoc genus exornationis inuẽtu, dilucidum esset, vt, cùm bene esset intellectũ, faciliùs in dicendo inueniretur. 45 ¶ *Permissio* est, cùm ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere & concedere alicuius voluntati, sic: Quoniam omnibus rebus ereptis solùm mihi supereſt animus & corpus, hæc ipsa, quæ mihi de multis sola relicta sunt, vobis & vestræ condono potestati. Vos me, quo pacto vobis[g] videtur, vtamini, atque abutamini licebit, impunè; in me, quicquid libet, statuite [h], dicite, atque [i] obtemperabo. Hoc genus tametsi aliâs quoque nõnunquam tractandũ est, tamẽ ad misericordiam cõmouendam vehementissimè est accommodatũ.

46 ¶ *Dubitatio* est, cùm quærere videtur orator, vtrum de duobus potiùs, aut quid de pluribus potissimùm dicat, hoc modo: Obfuit eo tempore plurimùm reipublicæ consulum siue stultitiam, siue malitiam dicere oportet, siue vtrumque. Item, Tu istud ausus es dicere, homo omnium mortalium? quæro, quónã te digno moribus tuis appellem nomine.

47 ¶ *Expeditio* est, cùm rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, cæteræ tolluntur, vna relinquitur, quam nos intendimus, hoc modo: Necesse est, cùm constet istum nostrum fundum fuisse, ostẽdas, te aut vacuum possedisse, aut vsu tuum fecisse, aut emisse, aut hereditate tibi venisse. Vacuum, cùm ego adessem, possidere non potuisti. tuum vsu fecisse etiamnum k non potes: emtio nulla profertur. hæreditate tibi, me viuo mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo, vt me vi de meo fundo deiecerit. Hæc exornatio plurimùm

a *al.* facilè posset.* P. B.

b L. Ité postquàm isti vicerunt, atque adeò victi sunt: nõ quomodo vict. app.

c L. videtur: post ipsius or. corr.

d L. & lectiſ.

e L. insignioremfacias.

f *al.* quòd te rei militari infrequẽtem tradid. ¶ *al.* quòd te tribuni infrequentem rei militaris tradiderunt.*

g L. rap. omn. t. prætermitto.

h L. quã non attingat aliis oſt.

i *al.* iecisſe.

k L. accuſationem, quæ.

a *desit* quis busdam. *al.* commoratio nis.

b L. compagauit.

c *al.* contrariæ cauſæ.*

d *fort.* vt edis.

e L. cùm in cõtrariæ ſententiæ relatione, verba q.

f L. Plura hãc ſubiece.

g L. vobis videbitur,

h L. ſtatuite, edicite: atque obtemperabo. *al.* ſic, ſtatuite, edicite: obtemperabo i id eſt ſtat. m vide to.

Gellij 29.*

P. B.

P. XXXIII. 1 L. pariat: ad breuitatem coniunctio. quare &c. & ita Cur. Steph. & Colin.

k L. etiam nunc.

rimùm iuuabit coniecturaleis argumentationes. ſed non erit, tanquam in pleriſque, vt, cùm velimus, ea poſſimus vti. nam facere id non poterimus, niſi nobis ipſa negotij natura dabit facultatem. 48 ¶ *Diſſolutio* eſt, quæ coniunctionibus verborum è medio ſublatis, partibus[a] ſeparatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti. pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legibus. Item, Deſcende in integram defenſionem: noli quidquam recuſare: da ſeruos in quæſtionem: ſtude verum inuenire. Hoc genus & acrimoniam habet in ſe, & vehementiſſimum eſt, & ad breuitatem accommodatum. 49 ¶ *Præciſio* eſt, cùm dictis quibuſdam, reliquum, quod cœptum eſt dici, relinquitur[b] in audientum iudicio. ſic: Mihi[c] tecum præcertatio non eſt, ideo quòd populus R. me nolo dicere, necui fortè arrogans videar: te autem ſæpe ignominia dignum putauit. Item, Tu[d] iſta nunc audes dicere, qui nu per alienæ[e] domui? non auſim dicere, ne, cùm te digna dixero, me indignum quidpiam dixiſſe videar. Hîc atrocior tacita ſuſpicio, quàm diſerta explanatio facta eſt. 50 ¶ *Concluſio* eſt, quæ breui argumentationes ex iis, quæ antè dicta ſunt, aut facta, conficit id, quod neceſſariò conſequatur, hoc modo: Quòd ſi Danais datum[f] erat oraculum, non poſſe capi Troiam ſine Philoctetæ ſagittis, hæ autem nihil aliud fecerunt, niſi Alexandrum perculerunt: hunc extinguere, id nimirum capi[g] fuit Troiam. 51 ¶ RESTANT etiam decem exornationes verborum, quas idcirco non vagè diſperſimus, ſed à ſuperioribus ſeparauimus, quòd omnes in vno genere poſitæ ſunt. Nam earum omnium hoc proprium eſt, vt ab vſitata verborum poteſtate recedatur, atque in aliam rationem cum quadam venuſtate oratio conferatur. De quibus exornationibus *Nominatio* eſt prima, quæ nos admonet, vt, cui rei nomen aut non ſit, aut ſatis idoneum non ſit, eam noſmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut ſignificationis cauſa. Imitationis[h] hoc modo, vt maiores rúdere, & vagire, & mugire, & murmurare, & ſibilare appellauerunt. Significandæ rei cauſa. ſic: Poſtquam iſte in rempub. fecit impetum, fragor ciuitatis in primis eſt auditus. Hoc genere raro, vtendum[i] eſt, ne noui verbi aſſiduitas odium pariat: ſed ſi commodè quis eo vtatur, & rarò, non modò, non offendet nouitate, ſed exornabit etiam orationem. 52 ¶ *Pronominatio* eſt, quæ ſicuti cognomine quodã extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt, vt, ſi quis, cùm loquatur de Gracchis: At non Africani nepotes, inquiet, iſtiuſmodi fuerunt. Item, ſi quis, de aduerſario dicat: Videte nunc, inquit, iudices, quemadmodum me Plagioſippus[m] iſte tractarit. Hoc pacto non inornatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut[n] in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere, ſicuti cognomen, quod pro certo nomine collocamus. 53 ¶ *Denominatio* eſt, quæ à propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res, quæ non ſuo vocabulo ſit appellata. Id aut *ab inuentore* cõficitur, vt ſi quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet: aut *ab inuento*, vt ſi quis pro Libero vinũ, pro Cerere frugem appellet: Aut ab *inſtrumento* dominum, vt ſi quis Macedonas appellarit, hoc modo: Non tam citò Sariſſæ[o] Græcia potitæ ſunt: Aut idem Gallos ſignificans dicat. Nec tam facilè ex Italia materis[a] tranſalpina depulſa eſt: Aut id, quod fit, *ab eo, qui facit*, vt, ſiquis, cùm bello velit oſtendere aliquid quã pia feciſſe, dicat: Mars[b] iſtud te facere neceſſario coegit: Aut ſi, quod facit, *ab eo, quod fit*, vt, cùm deſidioſam artẽ dicemus, quia deſidioſos facit: & frigus pigrũ, quia pigros facit[c]. *ab eo, quod continet*, id, quod continetur, hoc modo denominabitur: Armis Italia non poteſt vinci, nec Græcia diſciplinis. nã hîc pro Græcis & Italis, quæ continent, notata ſunt. *Ab eo, quod continetur*, id quod continet, vt, ſi quis au rũ, vel argentũ, aurẽ ebur nominet, cùm diuitias velit nominare. Harũ omniũ denominationũ magis in præcipiendo diuiſio, quàm in quærendo difficilis inuentio eſt, ideò quòd plena conſuetudo eſt non modò poetarũ & oratorum, ſed etiam quotidiani ſermonis, huiuſmodi denominationum. 54 ¶ *Circuitio*, eſt oratio rẽ ſimplicem aſſumptam circumſcribens elocutione, hoc pacto: Scipionis prouidẽtia Karthaginis opes fregit. Nam hîc, niſi ornãdi ratio quædam eſſet habita, Scipio potuit, & Karthago ſimpliciter appellari. 55 ¶ *Trangreſſio* eſt, quæ verborum perturbat ordinem per uerſione, aut tranſiectione. *Peruerſione* ſic: Hoc vobis deos immortaleis arbitror dediſſe virtute pro veſtra. *Tranſiectione*, hoc modo: Inſtabilis in iſtum plurimùm fortuna ualuit. Itẽ, Omneis[e] inuidioſè eripuit tibi bene viuendi caſus facultates. Huiuſmodi tranſiectio, quæ rem non reddit obſcuram, multùm proderit ad continuationes, de quibus antè dictũ eſt: in quibus oportet[f] verba, ſicut à poetis, in quendam extruere numerum, vt perfectè & perpolitiſſimè poſſint eſſe abſolutæ. 56 ¶ *Superlatio*, eſt oratio ſuperãs veritatem, alicuius augendi, minuendíve cauſa. Hæc ſumitur ſeparatim, aut cum comparatione. *Separatim* ſic: Quòd ſi concordiam retinebimus in ciuitate: imperij magnitudinem ſolis ortu, atque occaſu metiemur. *Cum comparatione*, aut à ſimilitudine, aut à præſtantia ſuperlatio ſumitur: *A ſimilitudine* ſic: Corpore niueum candorem, aſpectu igneum ardorem aſſequebatur. *A præſtantia* hoc modo: Cuius[g] ore ſermone melle dulcior profluebat. Eodẽ[h] genere hoc eſt, Tantus erat in armis ſplendor, vt ſolis fulgor obſcurior videretur. 57 ¶ *Intellectio* eſt, cùm res tota parua de parte cognoſcitur, aut de toto pars. *De parte totum* ſic intelligitur. Non illæ te nuptiales tibiæ[i] eius matrimonij commonebant? Nam hîc omnis ſanctimonia nuptiarum, vno ſigno tibiarum intelligitur. *De toto pars*, vt ſiquis ei, qui veſtitum, aut ornatum ſumtuoſum oſtentet, dicat, Oſtentas mihi diuitias, & locupleteis copias iactas. *Ab vno plura* intelliguntur, hoc modo: Pœno fuit Hiſpanus auxilio, fuit immanis ille tranſalpinus: in Italia quoque idem non nemo togatus ſenſit. *A pluribus vnum* ſic intelligitur: Atrox calamitas pectora mœrore pulſabat. Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura ſpiritus ducebatur. Nam in ſuperioribus plures Hiſpani, & Galli, & togati. hîc vnum pectus, & vnus pulmo intelligitur: & erit illic diminutus[k] numerus feſtiuitatis, hîc adauctus grauitatis gratia. 58 ¶ *Abuſio* eſt, quæ verbo ſimili, & propinquo, pro certo & proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breues ſunt, aut parua ſtatura, aut longum in

a *al.* ſeparatis partibus.

b *al.* relinqui tur inchoatũ in.

c L. Mihi tecum par certatio non eſt.

d L. Tu iſtud audes d.

e *al.* alienæ domũ?

f *al.* editum

g *al.* capere Troiam fuit.

h L. Imitatio nis cauſa, hoc modo,

P. XXXXIIII.

i L. eſt vtendum, k L. ſed etiã exor. er.

l L. de aduerſario cùm dicit: Vid.

m *al.* Plagioxiphus: *al.* phloxiphus. vt Philippus ſignificetur. Priſcianus lib. 10. hunc locum citans legit, Plagioxippus.

n L. aut corpore, aut animo, aut extra reb. dicere, ſicuti cog. pto. e. n.

o hoc eſt Macedones. Eſt autem Sariſſa, locus Macedonicus, teſte Feſto.*

a Materis, telum quo vtebantur Galli. Nonius c. 18. de genere armorum, in Lancea. 26. ex Siſenna 4. hiſtoriarum: Gallia materibus: Sueui, lanceis confiſi. Ibidem, Alij materibus aut lanceis mœdium perturbant agmen. Hoc autem verbo, Materis, Cicero Gallos ipſos intelligit: vt & paulò antè, Sariſſarum voce Macedonas. vox eadem Materis apud Liuium extat lib. 7.*

b L. Marti iſtud neceſſario te facere coegit.

c L. efficit.

d L. vel ebur nom.

e *al.* Omneis eripuit tibi bene viuendi caſus facul. P. B.

f L. oportet verba ſicuti ad poeticum quendam extr. nom. vt perfectè, & perpolitè *&c.*

g L. Cuius ex ore ſermo.

h L. Ex eod. gen.

i *al.* tæda*

k L. deminutus numerus, feſtiuitatis, cauſa: hîc adauctus gra.

homine consilium, aut oratio magna, aut vti pauco sermone. Nam hic facile est intellectu, finitima verba rerum dissimilium, ratione abusionis, esse traducta. 59 ¶*Translatio* est, cùm verbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem rectè videtur posse transferri. *Ea vtimur rei ante oculos ponendæ causa*, sic: Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subitò. *Breuitatis causa*, sic: Recens aduentus exercitus subitò ciuitatem exstinxit. *Obscœnitatis vitandæ causa*, sic: Cuius mater quotidianis nuptiis delectatur. *Augendi causa*, sic: Nullius [a] mœror, & calamitatis istius explere inimicitias, & nefariam saturare crudelitatem potuit. *Minuendi causa*, sic: Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paullum in rebus [b] difficillimis aspirauit. *Ornandi causa*, sic: Aliquando reip. rationes, quæ malitia nocentum[c] exatuerunt, virtute optimatum[d] reuiruescunt[e]. Translationem dicunt pudentem esse oportere, vt cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere & cupidè videatur in dissimilem transcurrisse. 60 ¶*Permutatio*, est oratio, aliud verbis, aliud sententia demonstrans. Ea diuiditur in treis partes, similitudinem, argumentum, contrarium. *Per similitudinem sumitur*, cùm translationes, vna, aut plures frequenter ponuntur à simplici ratione ductæ, sic: Nam cùm canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria [g] credemus? *Per argumentum tractatur*, cùm à persona, aut à loco, aut à re aliqua, similitudo, augendi, aut minuendi causa, ducitur: vt [h] siquis Drusum, Gracchum, Numitoremi obsoletum dicat. *Ex contrario* ducitur sic, vt siquis hominem prodigũ & luxuriosum illudens, parcum & diligentem appellet. Et in hoc postremo, quod ex contrario sumitur: & in illo primo, quod à similitudine ducitur, per translationem argumento poterimus vti. Per similitudinem, sic: Quid ait hic rex, atque Agamemnon noster, siue [k], vt crudelitas est, potius Atreus? Ex contrario, siquidem impiũ, qui patrem verberauerit, Æneam vocemus: intemperantem & adulterum, Hippolytum nominemus. 61 ¶Hæc sunt ferè, quæ dicenda videbantur de verborum exornationibus.

¶Nunc res ipsa monet, vt deinceps *ad sententiarum exornationes transeamus. Distributio* est, cùm in plureis res, aut [l] personas certas negotia quædam dispertiuntur, hoc modo: Qui vestrũm, iudices, nomen senatus diligit, hunc oderit necesse est. petulantissimè enim semper iste oppugnauit senatum. Qui equestrem locum, splendidissimum cupit esse in ciuitate, is oportet istum maximas pœnas dedisse velit, ne iste sua turpitudine ordini honestissimo maculæ, atque dedecori sit. Qui parenteis habetis, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exemplum, quantæ pœnæ in ciuitate sint hominibus [l] huiusmodi comparatæ. Item, Senatus[m] officium est, consilio ciuitatem iuuare. Magistratus officium est, opera & diligentia consequi volũtatem senatus. Populi officium est, res optimas, & homines idoneos[n] maximè suis sententiis eligere, & probare. Accusatoris officium est, inferre[o] crimina: Defensoris diluere & propulsare. Testis est, dicere, quę scierit, aut audierit: Quæsitoris est, vnumquemque horũ in officio suo continere. Quare, L. Cassi, si testem, præterquam quod sciat, aut audierit, argumentari, &[a] coniectura prosequi patieris: ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis, reo duplicem defensionem parabis. Est hæc exornatio copiosa. Comprehendit enim breui multa, & suum cuique tribuens officium separat, & bres diuidit plureis. 62 ¶*Licentia* est, cũ apud eos, quos aut vereri, aut meuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minimè offendat, aut quos ij diligunt, cùm in aliquo errato verè reprehendi posse videantur, hoc modo: Miramini, Quirites, quòd ab omnibus vestræ rationes deferantur? quod causam vestram nemo suscipiat? quòd se nemo vestri defensorem profiteatur? id tribuite vestrę cupæ, atq. definite istud mirari. Quid enim est, quare non omneis istam rem fugere, ac vitare debeant? Recordamini, quos habueritis defensores. studia eorũ vobis ante[c] oculos proponite: deinde exitus[d] omnium considerate. tum vobis veniet in mentem, vt verè dicam, negligentia vestra, siue ignauia potiùs, illos omneis ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorũ vestris suffragiis in amplissimũ locum peruenisse. Item, Nam quid fuit, iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis, aut istũ hominem nefarium ampliaueritis? non apertissimæ res erant crimini datæ? non omneis hæ testibus cõprobatæ? non contrà tenuiter, & nugatoriè respõsum? Hîc vos veriti estis, si primo cœtu [e] condemnassetis, ne crudeles existimaremini[f]. Dũ eam vitastis vituperationem, quæ longè à vobis erat futura[g], eã inueneristis, vt timidi, atque ignaui putaremini. Maximas, & priuatas, & publicas calamitates accepistis, cùm etiam maiores impendere videantur, sedetis, & oscitamini. Luce noctem, nocte lucem exspectatis. Aliquid quotidie acerbi, atque incõmodi nuntiatur, & eum, cuius opera vobis hęc accidunt, remoraminis[h] diutius & alitis, ac reip. pernicię retinetis, quoad potestis, in ciuitate. Eiusmodi licentia si nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur. Nam continuò aliquid huiusmodi licebit inferre. Hîc ego virtutem vestram quæro, sapientiam desidero, veterẽ consuetudinẽ requiro, vt, quod erit commotum licentia, id laude mitigetur, vt altera res abi iracundia & molestia remoueat, altera res ab errato deterreat. Hæc res, sicut in amicitia, ita in dicendo, si loco sit maximè, facit, vt & illi, quik audient, à culpa absint, & nos, qui dicimus, amici eorum, & veritatis esse videamur. Est autem quoddam genus licentiæ in dicendo, quod astutiore ratione comparatur, cùm aut ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt obiurgari, aut id, quod scimus facilè omneis audituros, dicimus nos timere quomodo accipiant, sed tamen veritate commoueri, vt nihilo secius dicamus. Horũ amborum generũ exempla subiiciemus. Prioris, huiusmodi: Nimiùm, Quirites, animis estis simplicibus, & mansueris, nimiùm creditis vnicuique. existimatis vnumquemque eniti, vt perficiat, quæ vobis pollicitus sit: erratis, & frustrà falsa spe iam diu detinemini: stultitia vestra est, quia, quod erat in vestra potestate, ab aliis petere, quàm [l] ipsi sumere maluistis. Posterioris licentiæ hoc erit exemplum. Mihi cum

a L. Nullus verbis mœror & calamitas, &c.
b *al.* facillimis. & ita Vrsinus.*
c L. nocentiũ exaruerant,
d L. optimatium.
e *al.* reuiruescebat.*
P. XXXV. if dilectu
g *al* pecua, vel pecuda, *sic enim veteres. Imò & Cicero 4. de Republica, teste Nonio c. 2. in pecua, & in Pompeiana, teste Seruio.**
h L. vt siquis Drusum, Munitorem obsoletũ dicat. i *al.* Manitoremque. Turneb. 20. *Aduers.* 25. *al.* vt siquis Drusum, Numitorem obsoletum dicat.*
k L. siue potiùs, vt crudelitas est, A tr. l *al.* aut personas, negotia quædam certa disp.
m L. hominibus istiusmodi compar.
n L. maximè idon.
o *al.* deferre*
a L. & coniecturam perse qui.
b L. & in res diuidit plureis.
c L. ante oculos ponite:
d L. omnium exitus.
e hoc est prima facione. *Turneb.* 20. *Aduers.* 25.
f L. existimaremini
g *vulg.* abfuturã, *mendosè*
h L. vos remoramini diutius, & aliis, atq. ad reip. pern.
i L. ab iracundia & molestia rem.
k L. qui audiunt,
l L. quam vos ipsi.

P.XXXVI. a L.tamenſi vereor quomodo acceperuri ſitis,tamen dicamvos me pr.

hi eum iſto,iudices,fuit amicitia, ſed iſta tamen amicitia,tametſi [a] vereor quomodo acceperuri ſitis, vos me priuaſſis. Quid ita? quia vt vobis eſſem probatus, eum, qui vos oppugnabat,inimicum,quàm amicum habere malui. Ergo hæc exornatio, cui licentiæ nomen eſt, ſicuti demonſtrauimus, duplici ratione tractabitur: acrimonia, quæ ſi nimium fuerit aſpera,mitigabitur laude:& [b] aſſimulatione, de [c] qua ſuperiùs diximus, quæ non indiget mitigationis, propterea quòd imitatur licentiam, & ſua ſponte ad animum auditoris ſe accommodat. 63 ¶ *Diminutio* [d] eſt, cùm aliquid eſſe [e] nobis,aut in iis,quos defendimus, aut natura, aut fortuna, aut induſtria dicemus ſegregium:quod,nequa ſignificetur arrogans oſtentatio, diminuitur [f], & attenuatur oratione,hoc modo: Nam hoc pro meo iure, iudices,dico, me labore, & induſtria curaſſe, vt diſciplinam militarem non in poſtremis tenerem. Hîc ſi quis dixiſſet,vt optimè tenerem,tametſi verè dixiſſet,tamen arrogans viſus eſſet. nunc & ad inuidiam vitandam, & ad laudẽ comparandã ſatis dictum eſt.Item, Vtrùm igitur auaritiæ cauſa,an egeſtatis [h] acceſſit ad maleficium? Auaritiæ? at largiſſimus fuit in amicos,quod ſignum liberalitatis eſt, quæ contraria auaritiæ eſt. Egeſtatis? at huic quidem pater,(nolo nimium dicere) non tenuiſſimum patrimonium reliquit. Hîc quoque vitatum eſt, ne magnum, aut maximum diceretur. hoc igitur in noſtris, aut eorum, quos defendemus,egregiis commodis proferendis obſeruabimus. Nam eiuſmodi res & inuidiam contrahunt in vita, & odium in oratione,ſi inconſideratè tractes. Quare,quẽadmodum rationẽ in viuendo,fugitur inuidia, ſic in dicendo, conſilio vitatur odium.

64 ¶ *Deſcriptio* nominatur, quæ rerum conſequentium continet perſpicuã,& dilucidam cum grauitate expoſitionẽ,hoc modo: Quòd ſi iſtum,iudices,veſtris ſententiis liberaueritis,ſtatim ſicut è cauea leon emiſſus,aut aliqua tæterrima bellua ſoluta ex catenis,volitabit, & vagabitur in foro,a cuẽs dentẽis multos in cuiuſq. fortunas,in omneis amicos atque inimicos,notos atque ignotos incurſans, aliorũ famam depeculans, aliorũ caput oppugnans, aliorum domum,ac [m] omnem familiam perfringens,remp.funditus labefactans. Quare, iudices,eiicite eum de ciuitate, liberate omneis formidine, vobis denique ipſis conſulite. nam ſi iſtum impunitum demiſeritis, in voſmet ipſos,mihi credite,feram & truculentam beſtiam,iudices,immiſeritis. Item,Nam ſi de hoc, iudices, grauem ſententiam tuleritis, vno iudicio ſimul multos iugulaueritis.grandis natu parens, cuius ſpes ſenectutis omnis in huius adoleſcentia poſita eſt, quare velit in vita manere, non habebit: filij parui, priuati patris auxilio, ludibrio, & deſpectui paternis inimicis erunt oppoſiti:ſtota domus huius indigna cõcidet calamitate:at inimici ſtatim ſanguinolenta palma,crudeliſſima victoria potiti, inſultabunt in horũ miſerias, ſuperbia [n] re ſimul,& verbis inuehentur. Item,Nam neminem noſtrûm fugit, Quirites,capta vrbe,quæ miſeriæ conſequi ſoleant:arma qui contrà [o] tulerint,ſtatim crudeliſſimè trucidantur:cæteri,qui poſſunt per ætatem, & vireis laborem ferre, rapiuntur in ſeruitutem: qui non poſſunt,vita priuantur:

vno denique, atque eodem tempore domus hoſtili flagrat [a] incendio, & quos natura, aut voluntas neceſſitudine, aut beneuolentia [b] coniunxerit, [c] diſtrahuntur: liberi partim è gremiis parentum diripiuntur [d], partim in ſinu iugulantur,partim ante pedes conſtuprãtur.nemo,iudices,eſt,qui poſſit ſatis rem cõſequi verbis,nec referre oratione magnitudinẽ calamitatis. Hoc genere exornationis,vel indignatio, vel miſericordia poteſt commoueri, cùm res conſequentes comprehenſæ vniuerſæ perſpicua breuiter exprimuntur oratione. 65 ¶ *Diuiſio* eſt,quæ rem ſemouens à re, vtramque abſoluit, ratione ſubiecta, hoc modo: Cur ego nunc tibi quicquam obiicio? ſi probus es,non meruiſti: ſin improbus,non commouẽris [e]. Item,Quid nunc ego de meis propriis meritis prædicem? ſi meminiſtis,obtundam: ſin obliti eſtis,cùm re nihil egerim, quid eſt,quod verbis proficere poſſim? Item, Duæ res ſunt, quæ poſſunt homines ad turpe compendium commouere, inopia,atque auaritia,te auarum in fraterna diuiſione cognouimus: inopem atque egentem nunc videmus. quã potes igitur oſtendere cauſam maleficij non fuiſſe? Inter hanc diuiſionem,& illam,quæ de partibus orationis tertia eſt,de qua in libro primo diximus ſecundùm narrationem,hoc [f] intereſt:Illa diuidit per enumerationem. aut per expoſitionem, quibus, de rebus in tota oratione diſputatio futura ſit:hæc ſe ſtatim explicat, & [g] breui duabus, aut pluribus partibus ſubiicieas rationes,exornat orationẽ. 66 ¶ *Frequentatio* eſt,cùm res in tota cauſa diſperſæ coguntur vnum in locum,quò grauior, aut acrior,aut criminoſior oratio ſit,hoc pacto: A quo tandem abeſt iſte vitio? quid eſt, iudices, cur velitis eum liberare? Suæ pudicitiæ proditor eſt, inſidiator alienæ: cupidus,intemperans,petulans,ſuperbus: impius in parentes, ingratus in amicos, infeſtus [h] in cognatos, in ſuperiores contumax, in æquos & pareis faſtidioſus, in inferiores crudelis, denique in omneis intolerabilis. Eiuſdem generis eſt illa frequentatio, quæ plurimùm coniecturalibus cauſis opitulatur,cùm ſuſpiciones,quæ [i] ſeparatim dictæ, minutæ & infirmæ erant, vnũ in locum coactæ rem videntur perſpicuam facere,non ſuſpicioſam,hoc pacto:Nolitek igitur,nolite,iudices, ea, quæ dixi,ſeparatim ſpectare: ſed omnia colligite, & conferte in vnum. Si & commodum ad iſtum ex illius morte veniebat, & vita hominis eſt turpiſſima, animus auariſſimus, fortuna [l] familiaris rei attenuatiſſima, & res iſta bono nemini præter iſtum fuit: neque alius quiſquam æquè commodè, neque iſte cõmodioribus [m] aliis rationibus facere potuit:neque præteritum quicquam eſt ab iſto, quod opus fuerit ad maleficium:neque factum,quod opus non fuerit:& cũ locus idoneus maximè quæſitus, tum occaſio aggrediendi commoda,tempus adeundi opportuniſſimum, ſpatium conficiendi longiſſimum ſumtum eſt, non ſine maxima occultandi [n] & perficiendi maleficij ſpe: & præterea antè quàm occiſus homo [o] is eſt, iſte viſus eſt in eo loco, in quo eſt occiſio facta, ſolus: paullo poſt in ipſo loco maleficij, vox illius, qui occidebatur,audita eſt:deinde poſt occiſionem, iſtum multa nocte domum rediiſſe conſtat,poſtera [p] die titubanter & inconſtan-

a L. flagrant
b al. beniuolentia.
c L. coniunxit.
d L. deripiuntur. ¶ eſt autẽ diripere, in varias partes: deripere de aliquo loco capere.
e al. commoueberis.
f L. hoc interest, quod illa diuid.
g al. & breuiter d.
h al. infestus cognatis.
i L. quæ ſeparatim iactæ.
k L. Nolite igitur, iudices, nolite ea.
l L. fortunæ familiares ac tenuissimæ.
m L. aliis cõmodioribus.
n L. perficiendi & occultandi malef.
o L. homo esset.
p L. postera die.

P. 8.

a L. ſi tamen vereor quomodo acceptur. ſitis, tamen dicamvos me priuaſſis.
b L. & aſſimilatione. *Ita* ¶ *Steph.*
c L. de qua poſteriùs diximus,
d al. Deminutio eſt,
e L. ineſſe in nobis,
f L. egregium dicemus:
g L. demin. & aic.
h *Vulg.* aut egeſt.
i L. in viuendo, tacitione fug.
k L. Ito emiſſus,
l L. acuens dentẽis in cuiuſque fort.
m L. atque omnem fam.
n al. ſuperbi re ſimul & verbis inu. *Lamb.* ſuperbis factis ſimul & verbis inueh.
o L. contrà tu lerunt,

ter de occisione illius locutum: hæc partim testimoniis, partim quæstionibus & argumentis omnia comprobantur, & rumore populi, quem ex argumentis natum, necesse est esse verum: vestrum[a] est, iudices, his in vnum locum collatis, certam sumere scientiam, [b]non suspicionem maleficij. Nam[c] vnū aliquid, aut alterum potest in istum casu cecidisse suspicioſe. vt omnia inter se à primo ad postremū conueniant[d] maleficia, necesse est casu non posse fieri. Vehemens est hæc exornatio, & in coniecturali constitutione causæ fermè semper necessaria, & in ceteris generibus causarum, & in omni oratione, adhibenda nonnūquam. 67[¶] *Expolitio* est, cùm in eodem loco manemus, & aliud, atque aliud dicere videmur. Ea[e] dupliciter fit. ſi aut eandem planè dicimus rem, aut de eadem re. Eandem rem dicemus, non eodem modo: nam id quidem obtundere auditorem est, non rem expolire, sed commutare[g]. Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando. *Verbu*[h] *commutabimus*, cùm, re semel dicta, iterum, aut sæpius aliis verbis, quę idem valeant, eadem res proferetur, hoc modo: Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ vitandum arbitretur. Cùm[i] augetur iucolumitas perpetua ciuitatis, qui bonis erit rationibus præditus, profectò nullū vitæ discrimen sibi pro fortunis reip. fugiendum putabit: & erit in ea sententia semper, vt pro patria studioſè quamuis[k] in magnam deſcendat vitæ dimicationem. *Pronuntiando* cōmutabimus, ſi tū in ſermone, tū in acrimonia, tum in alio, atque alio genere vocis, atque gestus, eadē verbis commutando, pronuntiatione quoque vehementiùs immutabimus. Hoc neque commodiſſimè ſcribi poteſt, neque parū est apertum. quare non leget exempli. Tertium genus est commutationis, quod tractando cōficitur, *ſi ſententiam traiiciemus* aut *ad ſermocinationem*, aut ad exſuſcitationem. Sermocinatio est, de qua planiùs paullo pòſt ſuo loco dicemus. Nūc breuiter ad hanc rē, quod[m] ſatis ſit, attingemus: in qua conſtituetur alicuius perſonæ oratio accommodata ad dignitatem, hoc modo, vt, quò faciliùs res cognoſci poſſit, ne ab eādem ſententia recedamus: Sapiens, qui omnia reip. cauſa ſuſcipienda pericula putabit, ſępe[n] ipſe ſecum loquitur: Non mihi ſoli, ſed etiam atq. adeò multò potius, natus ſum patriæ: vita, quæ fato debetur, ſalutī patriæ potiſſimùm ſolvatur. Aluit hæc, me tutè, atq. honeſtè produxit[o] vſque ad hanc ætatem: munijit meas rationes bonis legibus, optimis moribus, honeſtiſſimis diſciplinis. Quid est, quod à me ſatis ei perſolui poſſit, vnde hæc accepta ſunt? Quia hæc loquitur ſecum ſapiens, ſępe ego in periculis reip. nullū ipſe periculum fugi. Item mutatur res tractando, *ſi traducitur ad exſuſcitationem*, cùm & nos cōmoti dicere videamur & auditoris animū cōmouemus[p], ſic: Quis est tam tenui cogitatione præditus: cuius animus tantis anguſtiis inuidiæ contineatur, qui non hunc hominem ſtudioſiſſimè laudet & ſapientiſſimum iudicet, qui pro ſalute patriæ, pro incolumitate ciuitatis, pro reip. fortunis, quamuis magnum, atque atrox periculum ſtudioſè ſuſcipiat, & libenter ſubeat? Equidem hunc hominem magis cupio ſatis laudare quàm[q] poſſim: idémque hoc certò ſcio vobis omnibus vſu venire. Eadem res igitur his tribus in dicendo commutabitur rebus, verbis, pronuntiando, tractando: ſed tractando dupliciter, ſermocinatione, & exſuſcitatione. Sed de eadem re cùm dicemus, pluribus vtemur cōmutationibus. Nam cùm rem ſimpliciter pronuntiauerimus, rationem poterimus ſubiicere. Deinde duplicem, vel ſine rationibus, vel eum rationibus pronuntiare ſententiam: Deinde afferre contrarium: de [a] quibus omnibus diximus in verborum exornationibus: Deinde ſimile, & exemplum de quo ſuo loco plura dicemus: Deinde conclusionem, de qua in ſecundo libro, quę opus fuerunt, diximus, demonſtrantes, argumentationem quemadmodum concludere oporteat. In [b] hoc libro docuimus, cuiuſmodi eſſet exornatio verbi, cui concluſioni nomen eſt. Ergo huiuſmodi vehementer ornata poterit eſſe expolitio, quæ conſtabit ex frequentibus verborum exornationibus, & ſententiarum. Hoc modo igitur ſeptem partibus tractabitur. ſed ab eiuſdem ſententiæ non recedamus exemplo, vt ſcire poſſis, quàm facilè præceptione rhetorica res ſimplex multiplici ratione tractetur. Sapiens nullum pro repub. periculum vitabit, ideò quòd ſæpe fit, vt, cū pro repub. perire noluerit, neceſſariò cum repub. pereat. Et quoniā ſunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum eſt. ergo qui fugiunt id periculum, quod pro repub. ſubeundum eſt, ſtultè faciunt. Nam neque effugere incommoda poſſunt, & ingrati in ciuitatem reperiuntur. At, qui patriæ pericula ſuo periculo expetunt, hi ſapientes putandi ſunt, cùm & eum, quem debent, honorem reip. reddunt, & pro multis perire malunt, quàm cum multis. Etenim vehementer eſt iniquum, vitam, quam à natura acceptam propter patriam conſeruaueris, naturæ, cùm cogat, reddere: patriæ, cùm roget, non dare: & cùm poſſis cum ſumma virtute, & honore pro patria interire, malle per dedecus, & ignauiam viuere: &, cùm pro amicis, & parentibus, & ceteris neceſſariis adire periculum velis, pro rep. in qua & hoc, & illud ſanctiſſimum nomen patrię continetur, nolle in diſcrimen venire. Itaque vti contēnendus eſt, qui in nauigando ſe, quàm nauim, mauult incolumen: ita vituperandus, qui in reip. diſcrimine, ſuæ plus, quàm communi ſaluti, conſulit. Naue enim fracta, multi incolumes euaſerunt: ex naufragio patriæ ſaluus nemo poteſt enatare. Quod mihi bene videtur Decius intellexiſſe, qui ſe deuouiſſe dicitur, & pro legionibus in [c] hoſteis immiſiſſe medios. amiſit vitam: at non perdidit. re enim viliſſima, & perparua maximam redemit. dedit vitam, accepit patriam: amiſit animam, potitus eſt gloria, quæ cum ſumma laude prodita vetuſtate quotidie magis eniteſcit. Quòd ſi pro rep. debere [d] accedere ad periculum & ratione demonſtratum eſt, & exemplo comprobatum, ij ſapientes ſunt exiſtimandi, qui nullum pro ſalute patriæ periculum vitant. In his igitur generibus expolitio verſatur, de qua producti [e] ſumus, vt plura dicere-mus, quòd non modò, cùm cauſam dicimus, adiuuat, & exornat orationem, ſed multò maximè per eam exerceamur ad elocutionis facultatem. Quare conueniet extra cauſam in exercendo rationes adhibere expolitionis, in dicendo vti, cùm exornabimus argumen-

a *vulg.* Veſtrū iudices, eſt, his vnum in locum.
b *al.* ſententiam.*
c Nam vnū aliquod aut
d L. conueniant, neceſſe.
e L. Ea autē dup.
f L. dicemus r.
g L. ſed commutatē. *alij quidam vulg.* ſed commutando‖ *al.* ſed commutare debemus: Cōmutabimus autem &c.*
h L. Verbis commutabimus, ſi, cùm res ſemel dicta ſit, iterū, &c.
i L. Cùm agetur incolumitas.
k *fort.* in quā uis magnā‖ *al.* ſtudioſe pugnet quam uis, & &c.*
l L. non eget exemplo.
P. B. m *fort.* quod ſatis ſit,
n L. ſæpe ipſe ſecum ita loquitur.
o *al.* perdidit.*
p L. commouemus.
q L. quàm poſſum.
a L. de quib. iam omn.
b L. *hac verba*, In hoc libro doc. cuiuſ. eſſ. exorn. v. c. c. n. eſt, *delet.*
r L. in hoſteis medios immiſiſſe: vn de amiſit vitam, *&c. alij lib. non habēt* vnde *prater eos, qui à R. Steph. editi ſunt, quos olim ſecuti ſumus.*
d L. debere accedi ad p.
e *al.* prouecti.*

argumentationem, de qua diximus in libro secundo. 68 ¶ *Commoratio* est, cùm in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eôdem fæpius reditur. hac vti maximè conuenit, & id est oratoris boni maximè proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima dimouẽdi[a]. Huic exemplum satis idoneum subiici non potuit, propterea quòd hic locus non est à tota causa separatus, sicut membrũ aliquod, sed tanquam sanguis, perfusus est per totum corpus orationis. 69 ¶ *Contentio* est, per quam contraria referuntur. Ea est in verborum exornationibus, vt antè docuimus, eiusmodi: Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. In sententiarum, huiusmodi: Vos huius incommodis lugetis, iste reip. calamitate lætatur. Vos vestris fortunis diffiditis: iste solus suis eò magis confidit. Inter hæc duo cõtentionum genera hoc interest: illud ex verbis celeriter relatis constat: hîc sententiæ cõtrariæ ex comparatione referantur oportet.

70 ¶ *Similitudo*, est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut ornandi causa, aut probandi, aut apertiùs dicẽdi, aut ante oculos ponẽdi. Quoh modo igitur quattuor de causis sumitur, ita quattuor modis dicitur: per contrarium, per negationem, per breuitatem, per collationẽ. Ad vnamquamque sumendæ causam similitudinis accõmodabimus singulos modos pronuntiandi. *Ornandi causa* sumitur *per contrarium*, sic: Non enim quemadmodum in palæstra qui tædas candenteis[c] accipit, celerior est in cursu cõtinuo, quàm ille, qui traditi ita melior imperator nouus, qui accipit exercitum, quàm ille, qui decedit: propterea quòd defatigatus cursor integro facem, hîc peritus imperator imperito exercitum tradit. hoc sane simili satis planè, & perspicuè, & probabiliter dici potuit, hoc modo: Dicitur, minus bonos imperatores à melioribus exercitum accipere solere: sed ornãdi causa simile sumtum est, vt orationi dignitas quædam comparetur. Dictum est autem per contrarium. Nam tunc similitudo sumitur per cõtrarium, cùm ei rei, quam nos probamus, aliquam rem negamus esse similem, vt paulò antè, cùm de cursoribus disserebamus. *Per negationem* dicetur, *probandi causa*, hoc modo: Neque equus indomitus, quanuis natura bene compositus sit, idoneus potest esse ad eas vtilitates, & [d] aptus, quæ desiderantur ab equo: neque homo indoctus, quanuis sit ingeniosus, ad virtutem potest peruenire. Hoc[e] probabilius factum est, quod[f] magis est verisimile, non posse virtutem sine doctrina comparari, quoniam[g] ne equus quidẽ indomitus, idoneus possit esse. ergo sumtum est probandi causa. Dictum est autem per negationem, id enim perspicuum est de primo similitudinis verbo. *Apertiùs dicẽdi causa* similitudo dicitur *per breuitatem*, hoc modo: In amicitia gerenda, sicut in certamine currendi, non ita cõuenit exerceri, vt, quoad necesse sit, peruenire possis: sed vt productus studio, & viribus, vltrà facilè procurras. Nam hoc simile est, vt apertiùs intelligatur, mala ratione facere[i] qui reprehendant eos, qui, verbi causa, post mortem amici liberos eius custodiãt, propterea quòd in cursore tantum velocitatis esse oporteat, vt efferatur vsque ad finem: in[a] amico tãtum beneuolentiæ studium, vt vltrà, quàm amicus sentire possit, procurrat amicitiæ studio. Dictum[b] autem simile est per breuitatem. Non enim ita, vt in cæteris rebus, res ab re separata est, sed vtræque res coniunctè & confusè pronuntiatæ[c]. *Ante oculos ponendi negotij causa*, sumetur[d] similitudo *per collationem*, sic: Vti citharœdus, cùm prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, & cum corona aurea magnis[e] fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenẽs exornatissimam, auro & ebore distinctam, ipse præterea forma & specie sit, & statura apposita ad dignitatem, si, cùm magnam populo cõmouerit his rebus exspectationem, repetè silentio facto, vocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu: quò[f] melius ornatus, & magis fuerit exspectatus, eò magis derisus & contẽtus, ei[g] citur: ita si quis in excelso loco, & in magnis ac locupletib. copiis collocatus, fortunę muneribus, & naturæ commodis omnibus abũdabit: si virtutis, & artium, quæ virtutis magistræ sunt, egebit: quò magis cæteris rebus erit copiosus, & illustris, & expectatus, eò vehementiùs derisus, & contemtus, ex omni conuẽtu bonorum eiicietur. Hoc[h] simile exornatione vtriusque rei, & alterius insicitia artificij, alterius stultitia simili ratione collata, sub aspectu omnium rem subiecit. Dictũ autem est per collationẽ, propterea quòd proposita similitudine, paria sunt omnia relata. In similib. obseruare oportebit diligenter, vt cùm rem afferamus similem, cuius rei causa similitudinem attulerimus, verba[k] quoque ad similitudinem habeamus accommodata. id est huiusmodi[l]: Ita vt hirundines æstiuo tempore prestò sunt, frigore pulsæ recedunt. Ex eadem similitudine nunc per translationẽ verba sumimus: ita falsi amici sereno vitæ tempore præstò sunt: simulatque hyemem fortunæ viderint, deuolant omnes. Sed inuẽtio similium facilis erit, siquis sibi omneis res animatas, & inanimatas[m], mutas & loquẽteis, feras & mansuetas, terrestreis, & cœlesteis, & [n] maritimas, artificio, casu, natura comparatas, vsitatas, atque inusitatas, frequenter ante oculos poterit ponere, & ex his aliquam venari similitudinem, quæ aut ornare, aut docere, aut apertiorem rem facere, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei necesse est similis sit, sed[o] ad ipsum ad quod conferetur, similitudinem habeat oportet. 71 ¶ *Exemplum*, est alicuius facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio. Id sumitur iisdem [p] de causis, quibus similitudo. Rem ornatiorẽ facit, cùm nullius rei, nisi dignitatis, causa sumitur. Apertiorem, cum id, quod[q] sit obscurius, magis dilucidum reddit. Probabiliorem, cùm magis verisimile facit: Ante oculos ponit, cùm eximit omnia perspicuè, vt res dicta prope manu tẽtari[r] possit. Vniusquiusque generis singula subiecissemus exempla, nisi[s] exemplum quod genus esset, in expolitione demonstrassemus, & causas sumẽdi in similitudine aperuissemus. Quare noluimus, neque pauca, quò[t] minus intelligeretur, neque, re intellecta, plura cõscribere. 72 ¶ *Imago*, est formæ cum forma cum quadam similitudine collatio. Hæc

a L. demouẽdi.
b L. Et quomodo quattuor de c. & ita R. Steph.
c L. ardenteis
d hæc verba & aptus, Lib. delenda esse existimat.*
e al. Hic.*
f L. quod minus
g lib. vulg. quoniam nec equus quidẽ.
h L. Sumitur & apertiùs dicendi causa simile per breuitatem, & ita R. Ste.
i L. facere eum, qui reprehendat eos.
a L. in amico tantum beneuolentiæ, vt vltrà, &c.
b L. Dictum est autem simile per.
c L. pronuntiatæ sunt.
d al. similitudo cum dicetur per coll.
e L. magnã fulgoris gem P. XXXIX. mis illumin.
f L. quo magis ornatus sit, & magis fuerit exspectatus,
g L. eiiciatur
h L. Hoc simile per collationem vtr. & alt. in scientię art. a. stultitiæ f. r. c. f. aspectũ om.
i al. oportet.
k L. eius rei verba quoq.
l L. huiusmodi. Vt hir. æs.
m L. & inanimas, mutas.
n al. & maritaz.
o L. sed ad id ipsum,
p al. iisdem ex caus.
q L. quod sit obscurum mag.
r fort. teneri. al. tractari.*
s L. nisi exẽpli quis vsus esset, in exp.
t L. quò minus res intel.

sumitur aut laudis, aut vituperationis causa.
Laudis causa sic: Ibant[a] in prœlium, corpore, tauri validissimi, impetu, leonis acerrimi similes. *Vituperationis*, vt in odium, aut in inuidiã, aut in cõtemtionem adducat. Vt *in odiũ*, hoc modo: Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, dẽtibus aduncis, aspectu[b] rabido, circumspectans, huc & illuc, siquem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, [c] lingua aspergere possit. Vt *in inuidiam* adducat, hoc modo: Iste, qui diuitias suas iactat, sicut Gallus ê Phrygia., aut ariolus quispiã depressus, & oneratus auro, clamat [d], & deierat. Vt *in cõtemtionem* abducat, sic: Iste, qui tanquã coclea, abscondens retentat sese tacitus, quo sit tutus, comeditur[e] cum domo sua, & auferetur. 73 ¶ *Effictio* est, cùm exprimitur & effingitur verbis, corporis cuiuspiam forma, quod satis sit ad intelligendum, hoc modo: Hunc dico, iudices, rubrum, breuem, incuruum, canum, subcrispum, cæsium, cui sanè magna est in mento cicatrix, si quomodo potest vobis in memoriam redire. Habet hæc exornatio cùm vtilitatem, siquem velis ostendere: tum venustatem, si breuiter & dilucidè facta[g] est. 74 ¶ *Notatio* est, cùm alicuius natura certis describitur signis, quæ, sicuti notæ quædã naturæ sunt attributa: Vt si velis non diuitẽ, sed h ostẽtatorem pecuniosum describere: Iste, inquies, iudices, qui se dici diuitem, putat esse præclarũ, primùm nũc videte, quo vultu vos i intueatur. nõne vobis videtur dicere, Darem, si mihi molesti non essetis? eũm verò finistra mentum subleuat, existimat se gemmæ nitore, & auri splendore aspectus k omnium perstringere. Cùm puerum respicit hunc vnum, quem ego noui, (vos non arbitror nouisse,) alio nomine appellat, deinde alio atq; alio: Heus tu, inquit, veni Sannio, nequid isti Barbari perturbent: vt ignoti, qui audiunt, vnum putent eligi de multis: ei dicit in aurem, aut vt domi lectuli sternãtur, aut ab auũculo rogetur Æthiops, qui ad balneas veniant, afturconi [l] locus ante ostiũ suũ detur, aut aliquod fragile falsæ choragium [m] gloriæ cõparetur. Deinde exclamat, vt omnes audiant, Videto, vt[n] diligenter enumeretur, si potest ante noctem. Puer[o] qui iã bene hominis naturã nouit, Tu illò pluteis mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit, duc tecum Libanum, & Sosiam. Sanè. Deinde casu veniunt hospites homini, qui istũ splendidè, dum peregrinaretur, receperunt[p]. ex ea re homo hercle sanè conturbatur: sed tamen à vitio naturæ nõ recedit. Bene, inquit, facitis, cùm venitis: sed rectius feciſſetis, si ad me domum rectà abiisſetis. Id feciſſemus, inquiunt illi, si domum nouiſſemus. At istud quidem (inquit) facile fuit, vnde libet inuenire. Verũ ite mecum. Sequũtur illi. Sermo interea huius cõsumitur omnis in ostẽtatione. Quærit, in agris cuiusmodi frumenta sint: negat, se, quia villæ incensę sint, accedere posse, nec ædificare etiã nunc audere, tametsi in[r] Tusculano quidem cœpi insanire, & in iisdẽ fundamẽtis ædificare. Dum hæc loquitur, venit in ædes quasdã, in quibus sodalitium erat eodem die futurum: quò iste pro notitia domini ædium ingreditur cum hospitibus. Hic, inquit, habito. perspicit[s] argentum, quod erat expositum, visit triclinium stratũ, probat: accedit seruulus: dicit homini clarè, [a] dominũ iam venturum, si velit exire. Itáne, inquit? Eamus hospites, frater venit ex Salerno: ego illi obuiam pergam[b]: vos huc decima[c] venitote. hospites discedunt. Iste se raptim domum suã coniicit: illi decima, quò iusserat, veniũt. quærunt hunc. reperiunt. domus cuia sit: in[d] diuersorium derisi conferunt sese. Videt hominem postera[e] die: narrant, expostulant, accusant. ait iste, eos similitudine loci deceptos fangiporto[g] toto deerrasse: contra valetudinem suam se ad multam noctem exspectasse. Sannioni puero negotium dederat, vt vasa, vestimenta, pueros, corrogaret. seruulus non inurbanus satis strenuè, & concinnè comparat. iste hospites domũ deducit. Ait se ædeis maximas cuidam amico ad k nuptias accommodasse nuntiat interea puer argentum repeti (perimuerat enim qui commodarat) Apagete i, inquit, ædeis commodaui, familiam dedi: argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen vtatur licet, nos Samiis delectabimur. Quid ego, quę deinde efficiat, narrem? eiusmodi est hominis natura, vt, quæ singulis diebus efficiat k gloria atque ostentatione, ea vix anno sermone enarrare possim. Huiusmodi notationes, quæ describunt, quid cõsentaneum sit vniuscuiusq. naturæ, vehemẽter habent magnam delectationem. totam enim naturam cuiuspiam ponũt ante oculos, aut glorioſi, vt nos, exẽpli causa, cœperamus: l aut inuidi, aut timidi, aut auari: ambitioſi, amatoris, luxurioſi, furis, quadruplatoris[m], deniq. cuiusuis studiũ protrahi potest in medium tali notatione. 75 ¶ *Sermocinatio* est, cùm alicui personæ sermo attribuitur, & is exponitur cũ ratione dignitatis, hoc pacto: Cùm militibus vrbs redundaret, & omneis timore oppressi domi cõtinerentur, venit iste cũ sago, gladio succinctus, tenens iaculum[n]: quinque adolescentes hominem simili ornatu subsequũtur. irrũpit in ædeis subitò, deinde magna voce: Vbi est iste beatus, inquit, ædium dominus? quin mihi præstò fit? quid tacetis? Hìc alij omnes stupidi timore obmutuerunt. Vxor illius infeliciſſimi cũ maximo fletu ad [o] istius pedes abiecit sese. Parce, inquit, & per ea, quæ tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri: noli exstinguere extinctos. Fer mansuetè fortunam. nos quoque fuimus beati: nosce te esse hominem. At ille: Quin illum mihi datis, ac vos auribus meis opplorare definitis? non abibit. Illi nũtiatur interea veniſſe istum & clamore maximo mortẽ minari. Quod simul vt audiuit, Heus, inquit, Gorgia, pedisequa [p] puerorum, absconde pueros: defende: fac, vt incolumeis ad adolescentiam perducas. Vix hęc dixerat, cùm ecce iste præstò. Sedes, inquit, audax? nõ vox mea tibi vitã ademit? exple inimicitias[q] meas, & iracundiam satura tuo sanguine. Ille cum magno spiritu, Metuebam, inquit, ne planè victus essem. nunc[r] video in iudicio mecum contendere non vis, vbi superari turpissimum est, superare pulcherrimum: interficere me vis: occidar equidem, sed victus non peribo. At ille, In extremo vitæ tempore etiam sententiosè [s] loqueris? neque ei, quem vides dominari, vis supplicare? Tum mulier, Immò quidem iste rogat, & supplicat: sed tu quæso, commoueare [t]: & tu per deos, inquit, hunc amplexare. dominus est, vicit

a clam. & *ita Vrsinus.**
b L. perge:
c *al.* ad decimam.*
d L. in deuersorium.
e L. postero die:
f *al.* angiporto toto.
g Angiportus, vel angiportum Nonio c.3. in pr. iter compendiarium in oppido, quasi angustus portus seu aditus in portũ. Fest. quod nihil in eo agi possit. Varro. 5. de lingua.*
h L. ad nuptias commodasse.
i *al.* Apage te
k *al.* efferat.*
l *al.* cœperamus:
m Quadruplatores Festo, dicuntur qui eo quæstu se tuentur vt eas res persequatur, quarum ex legibus quadrupli erat actio.*
n *al.* bãculõ.*
o L. ad istius pedes abiiciens sese, Parce.*
p L. pedisequę p.
q L. meas inimicitias,
r L. nunc, vt video,
s L. sententias loqueris?
t *al.* commouere.

a L. ibat Turnus in pr. c. t. val. imp. leõ. ac. similis.
b L. aspectu venenato spiritu rabido, circ. *al.* aspectu rabido, spiritu venenato, circ.
c *al.* inuncare.*
d *al.* clamat, & delirat.
Atque ita R. Steph.
e L. cum domo sua come ditur, & aufertur. ‖ *al.* cum domo sua, vt comedatur, auferatur.*
f L. quod satis sit ad int.
g L. facta sit.
h L. sed ostẽtatorem pecuniæ suæ defer.
i *al.* nos int.
k L. ad spectus omnium præstinguere. ‖ &c. Est autẽ præstinguere, obtenebrare, *al.* præstringere. vt apud Nonium c. 4. in præstringere.*
l Afturco, equus ab Asturia oppido Hispaniæ.*
m Choragiũ Festo, instrumentum scenarum. Fulgentio Planciadi: fumus virginale.*
n L. vt diligẽter numeretur, si p.
o L. puer, qui bene hãc hominis nat. n.
p L. receperant. ex ea re homo hercle cont.
q *al.* At istud quidem facile fuit.
r L. in Tusculano quidem inquit, cœpi insanire.
s L. perspicitur arg. q. e. exp. visunt tricli. stratum probant.

est, vicit hîc te, vince tu nunc animum. Cur non desinis, inquit, vxor, loqui, quæ me digna non sunt? tace, & quæ curanda sunt, cura: tu cessas mihi vitam, tibi omnem bene viuēdi spem mea morte eripere? Iste mulie. ē repulit ad se lamentantem: illi nescio quid incipienti dicere, quod dignū videlicet illius virtute esset, gladium in latere defixit. Puto in hoc exemplo datos esse vnicuique sermones ad dignitatem accommodatos, quod oportet in hoc genere obseruare. Sunt itē sermocinationes consequentes hoc genus. Nā quid putamus illos dicturos, si hoc iudicauerint? nōne hac omnes vtentur oratione? deinde subiicere sermonē. 76 ¶ *Conformatio* est, cùm aliqua, quæ non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut cùm res muta, aut informis, fit eloquens, & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accōmodata, aut actio quædam, hoc pacto: Quòd si nunc hæc vrbs inuictissima vocem mittat, non hoc pacto loquatur? Ego illa plurimis trophæis ornata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata victoriis, nunc vestris seditionibus ô ciues. vexor: quam dolis malitiosa Karthago, virib. probata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patie mini nunc ab hominunculis deterrimis proteri, atque conculcari? Item, Quòd si nunc L. ille Brutus reuiuiscat, & hîc ante pedes vestros adsit, non hac vtatur oratione? Ego reges eieci, vos tyrannos introducitis: ego libertatem, quæ non erat, peperi: vos partam seruare non vultis: ego capitis mei periculo patriam liberaui, vos liberi sine periculo esse non curatis. Hæc conformatio, licet in plureis res mutas, atque inanimatas transferatur, proficit plurimùm in amplificationis partibus, & commiseratione. 77 ¶ *Significatio* est quæ plus in suspicione reliquit, quàm positū est in oratione. ea fit per exsuperationem, ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem. *Per exsuperationem*, cùm plus dictum est, quàm patitur veritas, augendæ suspicionis causa, sic: Hic de tanto patrimonio tā citò testam, qua sibi petat ignem, non reliquit. *Per ambiguum*, cùm verbū potest in duas, pluresve sententias accipi, sed accipitur in eam partem, quā vult is, qui dixit, vt dei eo si dicas, qui multas hæreditates adierit, Prospice tu, qui plurimū cernis. Ambigua quemadmodum vitanda sunt quæ obscuram reddunt orationem, ita hæc consequenda, quæ conficiunt huiusmodi significationem. Ea reperientur facilè, si nouerimus, & animaduerterimus verborum ancipitеis, aut multipliceis potestates. *Per consequentiam*, significatio fit, cùm res, quæ sequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, vt si falsamentarij filio dicas: Quiescе tu cuius pater cubito se emungere solebat. *Per abscisionem*, si, cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus, & ex eo, quod iam diximus, satis relinquitur suspicionis, sic: Qui ista forma, & ætate nuper alienæ domui, nolo plura dicere. *Per similitudinem*, cùm aliqua re simili allata, nihil amplius dicimus, sed ex ea significamus, quid sē tiamus, hoc modo: Noli, Saturnine, nimiùm populi frequentia fretus esse, inulti iacent Gracchi, hæc exornatio plurimū festiuitatis habet, interdū & dignitatis. Sinit enim quiddam, tacito oratore, ipsum auditorē suspicari.

78 ¶ *Breuitas*, est res ipsis tantummodò verbis necessariis expedita, hoc modo: Lemnum præteriens cepit: inde Thasi præsidium reliquit: pòst vrbem in Bithynia sustulit: inde pulsus in Hellespontum, statim potitur Abydo. Item, Modò consul, quondam tribunus, deinde primus erat ciuitatis. Tum proficiscitur in Asiam, deinde exsul, & hostis est dictus, pòst imperator, postremò consul factus est. Habet paucis comprehensa breuitas multarum rerum expeditionem. Quare adhibenda sæpe est, cùm aut res non egent longæ rationis, aut tempus non sinit commorari. 79 ¶ *Demonstratio* est, cùm ita res verbis exprimitur, vt geri negotium & res ante oculos esse videatur. Id fieri poterit. si, qui antè, & pòst, & in ipsa re facta erunt, comprehendemus, aut si à rebus consequentibus aut à circumstantibus non recedemus, hoc modo: Quod simul atque Gracchus prospexit, fluctuare populum, verentem, ne ipse auctoritate senatus commotus à sententia desisteret, iubet aduocari concionem. Iste interea scelere, & malis cogitationibus redundans, euolat ex templo Iouis, & sudans oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga, cum pluribus aliis ire celeriùs cœpit. Illi præco faciebat audientiam: hic subsellium quoddam calce premens, dextra & pedem defringit, & alios hoc idem jubet facere. Cùm Gracchus deos iueniret precari, cursim isti impetum faciunt: veri aliis, aliisque partibus cōuolant: atque è populo vnus, Fuge, inquit, Tiberi, fuge. Non vides? respice, inquā. Deinde vaga multitudo, subito timore perterrita, fugere cœpit. At iste spumans ex ore scelus, anhelans ex imo pectore crudelitatem, contorquet brachium, & dubitanti Graccho, quid esset, neque tamē locum in quo constiterat, relinquenti, percutit tempus. Ille nulla voce delibans insitam virtutem concidit tacitus. Iste viri fortissimi miserando sanguine adspersus, quasi facinus præclarissimum fecisset, circumspectans, & hilaris sceleratam gratulantibus manum porrigens, in templum Iouis contulit sese. Hæc exornatio in amplificanda & commiseranda re plurimùm prodest, & in huiusmodi narrationibus, statuit enim totam rem, & propè ponit ante oculos. 80 ¶ Omnes rationes honestandæ elocutionis studiosè collegimus, in quibus, Herenni, si te diligenter exerceueris, & grauitatem, & dignitatem, & suauitatē habere in dicendo poteris, vt oratoriè planè loquaris: ne nuda, atque inornata inuentio vulgari sermone efferatur. Nunc identidem nosmetipsi nobis instemus. res enim communis agitur, vt frequenter, & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione: quod alij cum molestia tribus de causis maximè faciunt: aut si, cum quibus libenter exerceantur non habent: aut si sibi diffidunt: aut si nesciūt, quam viā sequi debeant: quæ à nobis absunt omnes difficultates. Nam & simul libenter exercemur propter amicitiam, cuius initium cognatio fecit, cetera philosophiæ ratio confirmauit: & nobis non diffidimus, proterea quòd & aliquantulū proceſſimus: & alia meliora sunt, quæ multò intentiùs petimus in vita, vt, etiāsi nō peruenerimus in dicēdo, quò volumus, paruæ pars vitæ perfectissimæ desideretur, & viā, quā sequamur, habemus, propterea in his libris nihil præteritum

a L. vince tu tuū animum
b L. inquit ille, vx. loq.
c L. illa virtute esset,
d L. dd quod
e L. & informis,
f L. tropæis, orn. *sic autem scribendum, & ferendum hoc nomen, vt plurimus verbis alibi docuimus, non vt vulgo, trophæis.*
g L. viribus robusta. Num
h L. atque inanimas transf.
P. XLI.
i Vt si dicas de eo, qui m. L. Quemadmodum ambigua vit. s.
k L. & multipliceis,
l L. alienæ domi,
m L. inulti iacent etiam Gracchi.

a L. est cùm res ipsis tantummodo v. n expedita est, h. m.
b *vulg.* inde Tarsi, malè. Tarsus vrbs Ciliciæ: Thasus insula in mari Aegæo non longè à Lemno.
c L. inde appulsus in Hel.
d *al.* longa oratione,
e L. hoc modo: Simul atque Gr.
f L. audientiā P. E. faciebat:
g *al.* dextro pede defringit.
h subsellij, scilicet.*
i L. & ex aliis, aut. aliis part.
k *al.* commeant omnes, atque, &c.
l *al.* spumas ex ore eiciens*
m *al.* ex intimo,
n *al.* frontē.*
o id est violās *al.* delimans: *al.* nullam vocem edens, insita virtute concidit, *al.* nullam vocē edens insita virtute. indignam. Ego nihil mutandū censeo. Deliberare insitam virtutē, hic nihil aliud quàm vi naturali vitaq. destitui ac mori.*
p L. & hilarē fecit.
q L. prodest in huiusm. g.
r L. & proponit ante oculos.
s *al.* ornandę.
t L. paruæ pars tamen vitæ.

est rhetoricæ præceptionis. Demonstratum est enim, quomodo res in omnibus generib. causarum inueniri oporteat. Dictū est, quo pacto eas disponere conueniat. Traditum est, qua ratione esset pronuntiandū. Præceptum est, qua via meminisse possemus. Demonstratum est, quibus modis perfecta elocutio cōpararetur. Quæ si [a] sequamur, acutè & citò reperiemus: distinctè, & ordinatè disponemus: grauiter, & venustè pronūtiabim⁹: firmè, & perpetuò meminerim⁹: ornatè, & suauiter eloquemur. Ergo [b] in arte rhetorica nihil est amplius. Hęc omnia adipiscemur, si rationes præceptionis diligentia consequemur, & exercitatione.

a L. Si sequamur,

b L. Ergo amplius in arte rhetorica nihil est.

M. T. CICERONIS RHETORICORVM, [c] SEV DE INVENTIONE RHETORICA, LIBRI DVO, QVI RELIQVI sunt ex quattuor.

c Hæc inscriptione citatur hic liber à Prisciano lib. 9. Quint. 5. & passim.

LIBER PRIMVS.

Synopsis libri 1. de Inuentione.

1 ¶ De ELOQVENTIA eiúsque vtilitate, *si cum sapientia coniungatur.* 2 De Principio *eloquentiæ & quemadmodum nata & progressa.* 3 *De eius abusu,* 4 *& studio necessario.* 5 *Eloquentiam non modò natura, & exercitatione, sed & artificio quodam comparari.* 6 *Artem eloquentiæ seu artificiosam eloquentiam certu præceptis perfici.* 7 *Genus artificiosæ eloquentiæ, Ciuilem rationem seu πολιτικὴν esse:* 8 *Officium, dicere apposite ad persuadendum.* 9 *Finem, persuadere dictione seu dicendo.* 10 *Materiam, tria rerum, ad eas causarum genera.* Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale *(& quid ea parte senserit Gorgias, Aristoteles, Hermagoras.)* 11 *Partes, Inuentionem, Dispositionem, Elocutionem, Memoriam, Pronunciationē.* 12 *De Rhetoris officio, & Eum qui artem Rhetoricā scribat, de materia artis & partibus, potissimū, & quidē coniunctē scribere oportere.* 13 *& ab Inuentione, quæ princeps est omniū partiū, incipere.*

Priore autem loco definitur qualis esse debeat Inuentio in omni causarum genere. 14 *& quemadmodum* CONSTITVTIO *id est quæstio, seu id de quo agitur inter actorem & reum inueniri debeat.* 15 *Agitur autem inter actorem & reum vel de facto, (hac Constitutio* CONIECTVRALIS *appellatur.)* 16 *vel de nomine facti (hac constitutio* DEFINITIVA*)* 17 *vel de qualitate facti, (hac constitutio* GENERALIS*)* Cuius partes quatuor ab Hermagora constitutæ falsò, nimirum Deliberatiua, Demonstratiua, Iudicialis, cūi sint duæ tantùm, Iudicialis, in qua de æquo, recto, præmio & pœna: Negotialis in qua de iuris ciuilis constitutione quæritur. Ac prioris quidem partes duæ, Iuridicialis & Absoluta. Cuius partes rursus quatuor. Criminis concessio, cuius item duæ partes, Purgatio & Deprecatio, Remotio, quæ fit causæ vel facti translatione, Relatio, Comparatio, 18 *vel de actione: vt cùm quæritur quis, in quem, quomodo, apud quem, quo iure quāue lege, quo tempore, quo crimine, qua pœna, qua actione experiri debeat: Cuiusmodi quæstio seu constitutio* TRANSLATIVA *nominatur, cuius Hermagoras dicitur inuentor.* 19 *De quarum constitutionum omnium exemplis alio & quidem commodiore loco dicetur.* 20 *Et in hunc quidem modum constitutio causæ inueniunda: qua reperta considerandum, vtrum causa sit simplex an coniuncta.* 21 *An in ratione seu voluntate, an in scriptosit controuersia.* 22 *Ad hæc Quæstio, Ratio, Iudicatio, Firmamentum quari debet.* 23 *His repertis, singulæ partes totius causæ considerandæ: hoc est, excogitanda sunt ea quæ ad ordinandas singulas partes orationis pertinere possunt.* 24 *Sunt autem sex orationis partes: Exordium, Narratio, Partitio, Confirmatio, Reprehensio, Conclusio.*

25 ¶ EXORDIVM *principem esse orationis partem.* 26 *Quid exordium.* 27 *De hac ratione exordiri, idque pro varietate causæ generis. Aliud enim causæ genus Honestum, Admirabile, Humile, Anceps, Obscurum.* 28 *Partes exordij duas esse, Principium & insinuationem.* 29 ¶ PRINCIPIVM *eò spectare, vt benevolos, dociles, attentos auditores efficiamus. Hæc enim exordio contineri oportet.* 30 *Idque varie, pro varietate nimirum causæ generis. Aliter enim ea à nobis præstanda sunt in causæ genere honesto, quàm in admirabili, humili, ancipiti & obscuro.* 31 *Porrò* Benevolos *faciemus à persona nostra, aduersariorum, auditorum, à rebus ipsis.* Attentos *si magna, noua, incredibilia.* Dociles, *si aperte & breuiter polliceamur nos dicturos esse.* 32 INSINVATIONE *verò nobis vtendum est, si ineptè in ipsa causa turpitudo, si perfuasus aut defessus est audiendo auditor.* 33 PRINCIPII & INSINVATIONIS *hoc est Exordij generalia hæc & cōmunia præcepta: vt sententiarum & grauitatis, plurimum: splendoris, sollicitatis, concinnitatis, minimum.* 34 Vitia *verò cùm est Vulgare, Commune, Commutabile, Longum, Separatum, Translatū, Contra præcepta.*

35 ¶ NARRATIO *quid.* 36 *Genera tria: vnum ipsius causæ ac negotij, Alterum, Digressionis non alienæ ab ipso negotio, Tertium, Delectationis causa comparatum, quod vel in negotijs, vel in personis maximè versatur. Illud tres partes habet: Fabulam, Historiam, Argumentum rei quæ fieri potuit. Posteriore personarum sermones & animi subiiciuntur.* 37 *Ipsius causæ ac negotij expositionem seu narrationem tres habere res oportet: vt sit Breuis, Aperta, Probabilis.* 38 *Vitia Narrationis hæc sunt si obest, si nihil prodest, si non loco dicatur, si non quemadmodum causa postulat.*

39 ¶ PARTITIO *hanc vtilitatem parit, quòd illustrem & perspicuam totam efficit orationem.* 40 *Partes eius duæ: vna cum ostendimus quid nobis cū aduersario conueniat, quid non conueniat:* 41 ¶ *Altera, cùm breuiter exponimus quibus de rebus dicturi simus.* 42 *Priori parte id quod nobis cum aduersario conue-*

nit,

nit inclinare ad nostræ causæ commodum debemus: Quod non conuenit, in iudicationis expositione ponendum est. 43 *Posteriorem commodat breuitas sermonis, Absolutio seu partium vtilium enumeratio. Paucitas partium, seu in pauca partiri ea quæ dicturus sis.* 44 *Est & hoc in partitione considerandum, vt & prima quæque pars, vt exposita est in partitione, sic ordine transigatur.*

45 ¶ CONFIRMATIO *est qua argumentando nostræ causæ fidem & authoritatem adiungimus.*

46 ARGVMENTATIONVM *autem materia variáque sylua est.* 47 *Ducuntur tamen vel ex eo quod personis, vel ex eo quod negotiis attributum est.* 48 *A Personarum attributis ducimus argumentationem à Nomine, Natura, Victu, Fortuna, Habitu, Affectione, studio, consilio, factis, casibus, orationibus.* 49 A NEGOTIORVM *verò attributis varie.* 50 Continentia *sunt enim quædam cum ipso negotio.* 51 In gestione ipsius negotij *alia posita sunt, (vt est Locus, Tempus, Occasio, Modus, Facultas) adiuncta negotio alia sunt: vt Maius, Minus. Æquè magnum, Simile, Comparabile, Contrarium, Disparatum, Semus, Pars, Euentus.* 52 Consequentia negotium *& quæ illa.* 53 ARGVMENTATIONIS SPECIES *duæ. Est enim* NECESSARIA *vel* PROBABILIS. 54 NECESSARIVM *genus argumentandi dicendo tractamus per* Complexionem, Enumerationem, Simplicem Conclusionem. 55 PROBABILIS *verò argumentatio versatur in eo genere quod fiè solet fieri, quod in opinione positum, quod simile (similitudo autem maximè spectatur in contrariis partibus, & in quæ sub eandem rationem cadunt.* 56 *Partes Probabilis argumentationis, signum Credibile, Iudicatum, Comparabile. Huius rursus partes, Imago, Collatio, Exemplum.* 57 ARGVMENTATIONIS ORATORIAE PARTES, *seu* EXORNATIO, *Absolutio & Tractatio restat.* 58 *Tractantur autem variæ oratoriæ argumentationes.* 59 *Inductione nimirum.* 60 *vel Ratiocinatione.* 61 *apud Philosophos etiam aliis modis tractantur.*

62 ¶ REPREHENSIO *quid* 63 *eodem exfonte generaliter petenda, ex quo Confirmatio.* 64 *Et tamen specialia ad eam rem præcepta tradi possunt.* 65 *Primùm enim argumentatio reprehenditur, si ex iis, quæ ab aduersario sumuntur, aliquid non conceditur.* 66 *Vt siquis neget sumptum ab aduersario esse credibile.* 67 *signum.* 68 *Comparabile.* 69 *si iudicatum eleuatur aut omnino improbatur.* 70 *Et huiusmodi reprehensio probabilis est. Necessaria verò est, si complexio aut vna aut ex vtraque parte reprehenditur.* 71 *Si enumeratio falsa ostenditur.* 72 *Si simplex conclusio falsi aliquid continere demonstratur.* 73 ¶ *Secundo loco argumentatio reprehenditur, cùm his concessis quæ aduersarius sumpsit, negamus ex his quæ sumpsit complexionem confici.* 74 ¶ *Tertio argumentatio reprehendetur, si genus ipsum argumentationis ostendemus: vt si omnino falsum, si commune, vulgare, leue, remotum, si mala definitio, si controuersum, si perspicuum, si non concessum, si turpe, si offensum, si contrarium, si inconstans, si aduersum.* 75 ¶ *Quartò argumentatio reprehendetur si contra argumentationem aduersarij aliam æque firmam aut firmiorem ponemus.*

76 ¶ CONCLVSIO *pars vltima & sexta orationis reiecta opinione Hermagoræ, qui Digressionem partem, eamque sextam orationis constituebat.* 77 *Conclusio quid.* 78 *Conclusionis tres partes.* 79 *Enumeratio quæ & rerum repetitio.* 80 *Indignatio quæ & amplificatio.* 81 *Conquæstio seu Commiseratio, cuius conciliandæ sedecim loci hic enumerantur.* 82 ¶ *Transitio ad proximè sequentem librum.*

F. XLII.



ÆPE, & multùm hoc mecum cogitaui, bonine, an mali plus attulerit hominibus, & ciuitatibus copia dicendi, ac summum eloquentiæ studiũ. Nam cùm & nostræ reipublicę detrimenta considero, & maximarum ciuitatũ veteres animo colligo[a] calamitates, nõ minimã video per disertissimos homines inuectã esse partẽ incommodorum. Cùm autem res ab nostra memoria, propter vetustatem, remotas ex literarũ[b] monumentis repetere instituo: multas vrbeis cõstitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias intelligo cùm animi ratione, tum[c] facilius eloquentia cõparatas. Ac me quidem diu cogitantem, ratio ipsa in hanc potissimùm sententiam ducit, vt existimem *sapientiam sine eloquentia parũ prodesse ciuitatibus, eloquentiam verò sine sapientia nimium obesse plerunque, prodesse nunquam.* Quare siquis omissis rectissimis, atque honestissimis studiis rationis & officij, consumit omnẽ operã in exercitatione dicẽdi, is inutilis sibi, perniciosus[d] patrię ciuis alitur: qui verò ita sese armat[e] eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, sed pro his pugnare possit, is mihi vir & suis, & publicis rationibus vtilissimus atq. amicissimus ciuis fore videtur. ¶ Ac si volumus huius rei, quæ vocatur eloquẽtia, siue artis, siue studijs, siue exercitationis cuiusdam, siue facultatis à natura profectæ cõsiderare principium: rẽperiemus id ex honestissimis causis natũ, atque ab optimis rationibus profectum. Nam fuit quoddam tempus, cùm in agris homines passim bestiarum more [a] vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant, nec ratione animi quidquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur: nemo legitimas viderat[b] nuptias: non certos quisquã inspexerat liberos: nõ ius æquabile quid vtilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem, atque[c] insciitiam, cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explẽdam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis sagittis. Quo tempore quidam magnus vir delicet vir, & sapiens, cognouit, quæ materia esset, & quanta ad maximas res opportunitas animis[c] inesset hominũ, siquis eam posset elicere, &[f] præcipiendo meliorem reddere: qui dispersos homines in agris, & in tectis syluestrib. abditos, ratione quadam cõpulit[g] in vnũ locum, & cõgregauit, & eos in vnãquamque rem inducens, vtilem, atq. honestã, primò propter insolẽtiam reclamãteis, deinde propter rationẽ atque orationem studiosiùs audienteis. ex feris & immanibus, miteis reddidit & mansuetos. Ac mihi quidẽ videtur hoc nec tacita, nec inops dicẽdi sapientia perficere potuisse, vt homines à cõsuetudine subitò conuerteret, & ad diuersas vitæ rationes traduceret. Age verò, vrbibus cõstitutis, vt fidẽ colere, & iustitiã retinere disceret, & aliis parẽre sua voluntate cõsueſceret, ac nõ modò

a L. calamitates colligo

b forte litteratorum.*

c L. tum etiã facilius.

d al. pernicioſiſq. patriæ. e Ita legibus armari dicimur, Inſt. proœmio.* f Eloquentia, ars, ſtudium, exercitatio, facultas à natura profecta.* g ſic Iuriſprudentia ſtudiũ dicitur l. 1. §. 2. ff. de iuſtitia.*

a al. modo. b al. nuptias videratt. c L. atque inſcientiam, d Cicero hîc initium orãdi conditoribus vrbium ac legum latoribus tribuit quod Quintilianus 3. c. 2. in f. non probat. Eſſe enim quaſdã vagas & ſine vrbibus ac ſine legibus gentes, & tamen eos qui ſunt in his nati, & legationibus fungi & accuſare aliquã ac defendere, & denique alii alio melius loqui credere.*

P. B. e L. in animis ineſſet. f L. & mel. præc. red. g L. vnum in locum compulit, & congreg.

labores excipiendos, communis commodi causa, sed etiam vitam amittendam existimarent: qui tandē fieri potuit, nisi homines ea, quæ ratione inueniſſent, eloquentia persuadere potuiſſent? Profectò nemo, nisi graui, ac suaui commotus oratione, cùm viribus plurimùm posſet, ad ius voluiſſet sine vi descēdere: vt, inter quos posſet excellere, cū iis se pateretur æquari. & sua voluntate à iucūdiſſima cōsuetudine recederet, quæ[a] præſertim iam naturæ vim obtineret propter vetuſtatem. Ac primò quidem sic & nata, & progreſſa longiùs eloquentia videtur: & item postea maximis in rebus pacis, & belli cum summis hominum vtilitatibus esse versata. 3¶ Postquàm verò commoditas quædam, praua virtutis imitatrix, sine ratione officij, dicēdi copiam consecuta est: tum ingenio freta malitia, peruertere[c] vrbeis, & vitàs hominum labefactare assueuit. Atque huius quoque exordium mali, [d]quoniam principium boni diximus, explicemus. Verisimillimum mihi videtur, quodam tempore neque in publicis rebus infanteis & insipienteis homines solitos esse versari, nec verò ad priuatas causas magnos ac disertos homines accedere: sed cùm à summis viris maximæ res administrarētur, arbitror alios fuisse nō incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorū accederent. Quibus in controuerſiis cùm sæpe à mendacio contra verum homines stare consueſcerent, dicēdi assiduitas aluit audaciam: vt necessariò superiores illi propter iniurias ciuium resistere audacibus, & opitulari suis quisque neceſſariis cogeretur[e]. Itaq. cùm in dicendo sæpe par, nonnunquam etiam superior visus esset is, qui, omisſo studio sapiētiæ, nihil sibi præter eloquentiam, cōparasset, fiebat, vt & multitudinis, & suo iudicio dignus, qui frempublicā gereret, videretur. Hinc nimirum non iniuria, cùm ad gubernacula reipublicę, temerarij, atque audaces homines accesſerāt, maxima ac miſerrima naufragia fiebant. Quibus rebus tantū odij, atque inuidiæ ſuscepit eloquentia, vt homines ingenioſiſſimi, quasi ex aliqua turbida tēpestate in portum, sic ex seditioſa, & tumultuoſa vita se in ſtudium aliquod traderēt quietū. Quare mihi videntur postea cætera studia recta, atque honeſta per otium concelebrata ab optimis, enituiſſe: hoc verò à pleriſque eorū desertū obſoleuiſſe [g] eo tempore, quo multò vehementiùs erat retinendum, & ſtudioſiùs adaugendum. 4¶ Nam[h] quo indigniùs rem honeſtiſſimam, & rectiſſimam violabat ſtultorū & improborum temeritas, & audacia, ſummo cum reipublicæ detrimento: eo ſtudioſiùs & illis reſiſtendum fuit, & reipublicæ cōſulendum. Quod noſtrū illum nō fugit Catonem, neque Lælium, neque i horum (vt verè dicā) diſcipulum Africanum, neque Gracchos Africani nepotes: quibus in hominibus erat ſumma virtus, & ſumma virtute amplificata auctoritas, & quæ his rebus ornamento, & reipublicæ præſidio eſſet, eloquētia. Quare, meo quidem animo, nihilo minùs eloquentiæ ſtudēdum eſt, etſi ea quidā & priuatim, & publicè peruersè abuuntur: ſed[k] eò quidem vehementiùs, ne mali magno cū detrimento bonorū, & cōmuni omniū pernicie plurimùm poſſint: cùm præſertim hoc vnū ſit, quod ad omneis res, & priuatas, & publicas maximè pertineat: hoc tuta, hoc honeſta, hoc illuſtris, hoc eodem vita iucunda fiat. Nam *hinc ad rempublicam plurima commoda veniunt ſi moderatrix omnium rerum præſtò eſt ſapientia.* hinc ad ipſos, qui eam adepti ſunt, laus, honor[a], dignitas conſluit: hinc amicis quoque eorum certiſſimum, ac tutiſſimum præſidium cōparatur. Ac mihi quidem videtur homines cùm multis rebus humiliores & infirmiores ſint, *hac re maximè beſtiis præſtare, quòd loqui poſſunt.* Quare præclarum mihi quiddā videtur adeptus is, qui, qua re homines beſtiis præſtent, ea in re hominibus ipſis antecellat. 5¶ Hoc ſi fortè nō natura modò, neque exercitatione conficitur, verùm etiam artificio quodā cōparatur: non alienum eſt videre, quæ dicāt ij, qui quædā eius[b] rei præcepta nobis reliquerunt. 6¶ Sed antequàm de præceptis oratoriis dicamus, videtur dicendum de genere ipſius artis, de officio, de fine, de materia, de partibus. Nam, his rebus cognitis, faciliùs, & expeditiùs vniuſcuiuſq. animus ipſam rationem, ac viam artis conſiderare poterit.

7¶ Civilis[c] quædā ratio eſt, quæ multis, & magnis ex rebus conſtat. Eius quædā magna, & ampla *pars* eſt, artificioſa[e] eloquētia, quam rhetoricā vocant. Nam neque cum iis ſentimus, qui ciuilem ſcientiam eloquentia non putāt indigere, & ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi & artificio cōtineri, magnopere diſſentimus. Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, vt eam ciuilis[e] ſcientiæ partem eſſe dicamus. 8¶ *Officium* autem eius facultatis videtur eſſe, dicere appoſitè ad perſuaſionem. 9¶ *Finis*, perſuadere dictione. Inter officium[f] autem, & finem hoc intereſt, quòd in officio, quid[g] fieri: in fine quid officio conueniat, conſideratur: vt medici officiū dicimus eſſe curare appoſitè [h] ad ſanandū: finem, curatione ſanare. Item orator quid officium, & quid finē eſſe dicamus, intelligimus, cùm id, quod facere debet, officium eſſe dicimus: k illud cuius cauſa facere debet, finem[l] appellamus. 10¶ *Materiā* artis eam dicimus, in qua omnis ars, & ea facultas, quæ conficitur ex arte, verſatur, vt ſi medicinæ materiam dicamus morbos, ac vulnera, quòd in his omnis medicina verſetur: itē quibus in rebus verſatur ars, & facultas oratoria, eas res materiam artis rhetoricę nominamus. Has autem res, alij plureis,[m] alij pauciores exiſtimauerunt. Nam Gorgias Leontinus antiquiſſimus ferè rhetor, omnibus de rebus oratorē optimè poſſe dicere exiſtimauit. Hic infinitam, & immenſam huic artificio materiam ſubiicere videtur. Ariſtoteles autē, qui huic arti plurima adiumenta, atque ornamēta ſubminiſtrauit, tribus in generibus rerū[n] verſari rhetoris officium putauit: demōſtrativo, deliberativo, iudiciali. Demōſtratiuum eſt, quod tribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem, aut vituperationem. Deliberatiuum eſt, quod poſitum in diſceptatione, & cōſultatione ciuili, habet in ſe ſententiæ dictionem. Iudiciale eſt, quod poſitum in iudicio, habet in ſe accuſationem, * & defenſionem, aut petitionem & recuſationem. Et, quemadmodum noſtra quidem ſit opinio, oratoris ars & facultas in hac materia tripertita verſari exiſtimanda eſt. Nā Hermagoras quidem, nec, quid dicat, attendere, nec, quid polliceatur, intelligere videtur: qui oratoris

materiam

a L. quæ præſertim vim naturæ iam obt.
b al. vicem.*
c E. vrbeis peruertere, d Eloquētiæ abuſus vnde profluxerit.*
e L. cogerentur.
f al. qui rēp. regeret,
g Citatur hic locus à Priſciano, lib. 9.* P. XLIII.
h Eloquētiæ ſtudium cur retinendum*
i al. neque eorum,
k L. ſed eo ve hē veh.

a al. honos.
b al. eius artis. pr.
c πολιτικὴν intelligit, cuius partem aliquam eloquentiam eſſe ait. quod & Plutarchus in Themiſtocle. Ammianus 30. ex Platone πολιτικὴς μορίου εἶδωλον: vt autem ſeiuncta fuerit à ciuili ratione explicat Plutarchus illo loco.*
d Rhetorica igitur, nihil P. B. aliud eſt, quàm artificioſa eloquētia.*
e Eloquentia ciuilis ſcientiæ pars eſt.
f Officij & finis differentiæ.*
g al. quid ſit ni. Vrſin.*
h L. ad ſanandum appoſitè: finem, ſanare curatione.
i al. intelligemus, cùm id, q.
k al. dicemus il. c.
l al. appellabimus.
m Materia oratoris, Gorgiæ, res omnes: Ariſtoteles, genus demonſtratiuū, deliberatiuū, iudiciale: Hermagoræ, cauſa & quæſtio seu θέσις. Verùm hæc poſterior nihil ad oratorem pertinet, & ad Philoſophos magis referenda. Quintil. 5.*
n al. cauſarum.*
o L. aut accuſationem, &

materiam in cauſam,& in quæſtionem diuidat. Cauſam eſſe dicit rem,quæ habeat in ſe controuerſiam in dicendo poſitam,cum perſonarum certarum interpoſitione:quam nos quoque oratori dicimus eſſe attributam. nam treis ei parteis, quas antè diximus, ſupponimus,iudicialem,deliberatiuam,demonſtratiuam. Quæſtionem autem eam appellat, quæ habeat in ſe controuerſiam in dicēdo poſitam,ſine certarum perſonarum interpoſitione,ad hunc modum:vt,Quid[a] ſit bonū præter honeſtatem. Verſne ſint ſenſus. Quæ ſit mundi forma. Quæ[b] ſit ſolis magnitudo. Quas quæſtiones procul ab oratoris officio remotas[c],facilè omneis intelligere exiſtimamus. Nam,quibus in rebus ſumma ingenia philoſophorum plurimo cum labore conſumta intelligimus, eas, ſicut aliquas paruas res,oratori attribuere, magna amentia videtur. Quòd ſi magnam in his Hermagoras habuiſſet facultatem,ſtudio & diſciplina comparatam,videretur fretus ſua ſcientia,falſum quiddam conſtituiſſe de oratoris officio, & non,quid ars,ſed quid ipſe poſſet,expoſuiſſe. Nunc verò ea vis eſt in homine, vt ei multò rhetoricam citiùs quis ademerit, quàm philoſophiam conceſſerit. Neque eò dico,quòd eius ars,quam edidit,mihi mēdoſiſſimè ſcripta videatur. (Nam ſatis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniosè & diligenter electas res collocaſſe[d],& nonnihil ipſe quoque noui protuliſſe) verùm oratori minimum eſt de[e] arte loqui,quod hic fecit: multò maximum ex arte dicere, quod eum minimè potuiſſe, omnes videmus. Quare materia quidem nobis[f] rhetoricæ videtur ea,quam Ariſtoteli viſam eſſe diximus. 11¶ *Partes*[g] autem hæ ſunt, quas plerique dixerunt, inuentio, diſpoſitio, elocutio,memoria pronuntiatio[h]. Inuentio, eſt excogitatio rerum verarum,aut verisimilium,quæ cauſam probabilem reddant. Diſpoſitio, eſt rerum inuentarū in ordinem diſtributio. Elocutio,eſt idoneorū verborum, & ſententiarum ad inuentionem accommodatio. Memoria,eſt firma animi rerū ac verborum ad inuentionem perceptio. Pronuntiatio, eſt ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio. 12¶ Nunc his rebus breuiter conſtitutis, eas rationes, quibus oſtendere poſſimus genus,& officium,& finem huius artis, aliud in tēpus differemus. Nam & multorum verborum indigent,& nō tantoperè ad artis deſcriptionem & præcepta tradenda pertinent. Eum autem,qui artem[k] rhetoricam ſcribat, de duabus reliquis rebus,de materia artis,ac partibus ſcribere oportere exiſtimamus. Ac mihi quidem videtur coniunctè[l] agendum de materia ac partibus. 13¶ Quare inuentio , quæ princeps eſt omnium partium,potiſſimùm in omni cauſarum genere,qualis debeat eſſe,conſideretur.

14¶ Omnis[m] res,quæ habet in ſe poſitam in dictione,aut diſceptatione aliquā controuerſiā[n],aut facti,aut nomine, aut generis, aut actionis continet quæſtionē. Eam igitur quæſtionē,ex qua cauſa naſcitur,conſtitutionem appellamus. Conſtitutio,eſt primæ conflictio cauſarum,ex depulſione intētionis profecta, hoc modo:Feciſti,nō feci,aut iure feci. Cùm facti controuerſia eſt , quoniam coniecturis cauſa firmatur,*conſtitutio coniecturalis* appellātur. Cùm autē nominis,quia vis vocabuli definienda verbis eſt, conſtitutio *definitiua* nominatur. Cùm verò,qualis[a] ſit res, quæritur quia & de vi,& de genere negotij cōtrouerſia eſt,conſtitutio *generalis* vocatur. At cùm cauſa ex eo pēdet,quòd nō aut is agere videtur,quem oportet, aut nō cum eo, quicum oportet,aut non apud quos,quo tēpore,qua lege,quo crimine,qua pœna oportet.*translatiua* dicitur cōſtitutio : quia actio,translationis,& cōmutationis indigere videtur. Atq. hārū aliquam in omne cauſę genus incidere neceſſe eſt. Nam in quā non inciderit,in ea nihil eſſe poterit controuerſiæ. Quare eam nec cauſam quidem conuenit putari. 15¶ Ac *facti* quidē *controuerſia*, in omnia tempora poteſt diſtribui. Nam quid[c] factum ſit,poteſt quæri,hoc modo:Occideritne Aiacem Vlyſſes. Et[d] quid fiat,hoc modo: Bonóne animo ſint erga populū Romanū Fregellani. Et[e] quid futurū ſit, hoc modo:Si Karthaginē reliquerimus incolumem,num quid ſit incōmodi ad rempubli. eam peruenturum. 16¶ *Nominis* controuerſia eſt,cùm de facto conuenit,& quæritur , id quod factū eſt,quo nomine appelletur. Quo in genere,neceſſe eſt ideò nominis eſſe controuerſiā,nō[f] quòd de re ipſa non cōueniat, non[g] quòd de facto non conſtet,ſed quòd id, quod factū ſit,aliud alij videatur eſſe,& idcir co alius alio nomine id appellet. Quare in huiuſmodi generibus definiēda res erit verbis, & breuiter deſcribenda: vt,ſiquis ſacrum ex priuato ſurripuerit[h],vtrùm fur,an ſacrilegus ſit iudicandus. Nam id cùm quæritur,neceſſe erit definire vtrunque, quid ſit fur , quid ſacrilegus , & ſua deſcriptione oſtendere alio nomine illam rē de qua agitur, appellari oportere,atque aduerſarij dicunt. 17¶ *Generis* eſt controuerſia,cùm & quid[i] factū ſit,cōuenit,& quod id factū nomine appellari oporteat,conſtat: & tamen quantū,& cuiuſmodi, & omnino quale ſit,quæritur,hoc modo: Iuſtum,an iniuſtū:vtile,an inutile,& omnia,in quibus,quale ſit id, quod factū eſt, quæritur, ſine vlla nominis controuerſia. ¶Huic[k] generi Hermagoras parteis quatruor ſuppoſuit, deliberatiuā,demōſtratiuam, iuridicialē,negotialem. Quod eius,vt nos putamus,nō mediocre peccatū reprehendendū videtur : verùm breui[l],ne[m],ſi aut taciti prætermiſerimus,ſine cauſa nō ſecuti eū putemur:aut ſi diutius in hoc conſtiterimus,morā,atq. impedimentū reliquis præceptis intuliſſe videamur. Si deliberatio[n],& demōſtratio,genera ſunt cauſarum,nō poſſunt rectè partes alicuius generis cauſæ putari. Eadē enim res alij[o] genus eſſe,alij pars poteſt: eidē genus eſſe,& pars non poteſt. Deliberatio autē,& demōſtratio,genera ſunt cauſarū. Nam aut nullū cauſæ genus eſt, aut iudiciale ſolum,aut & iudiciale,& demōſtratiuū,& deliberatiuum. Nullū dicere cauſæ eſſe genus,cùm cauſas eſſe multas dicat,& in eas præcepta det,amētia eſt. Vnum autem iudiciale ſolū eſſe qui poteſt, cū deliberatio & demōſtratio,neq. ipſæ ſimiles inter ſe ſint, & ab iudiciali genere plurimùm diſſideāt, & ſuum quæque finem habeat , quò referri debeat? Relinquitur ergo , vt omnia[p] tria genera ſint cauſarum. Deliberatio igitur,& demonſtratio , non poſſunt rectè partes alicuius generis cauſæ putari. Malè igitur eas generalis cōſtitutionis parteis eſſe dixit. Quòd ſi generis cauſæ partes non poſſunt rectè pu-

a L. Ecquid ſit bonum in vita pr. ‖ *al.* Ecquid autē ſit.*
b L. Quæ ſolis m.
c L. eſſe remōtas,
d *al.* collegiſſe.*
e De arte loqui, & ex arte dicere differunt.*
f L. nobis artis rhet.
g *alij*, opera oratoris, *alij*, elemēta , ſeu στοιχεῖα
has partes appellarunt: minus pro-P. X L IIII. priē: de quo v. 3. Quint. 3.*
h orandi igitur rationis quinque partes. ſed Albutius tres tantum conſtituit, duabus poſterioribus detractis. Alij, quinque his partibus iudicium, alij, ordinem addiderunt. Alij Rhetoricæ partes dixerunt,laudatiuam,deliberatiuam,iudicialem. Vide 3. Quint. 3. vbi quid Dio, quid Theodorei , quid Hermogoras in ea re ſenſerint,referē*
i *al.* ad inuentionem idoneorū. Alias quidam hæc duo verba delenda exiſtimant. Alij legunt, verborum inuentionis.*
k Artificiam eloquētiā ſuperius appellauit.*
l *al.* coniunctim.
m Id eſt omnis controuerſia vel cauſa aut facti aut nominis, aut generis, aut actionis quæſtionem continet.*
n L. alij genus, alij pars eſſe poteſt.*
o L. alij genus, alij pars eſſe poteſt.*
p L. omnia tria genera.

P. XLV.

tari, multò minus rectè partis causæ partes putabuntur. Pars autem causę, constitutio est omnis. Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur. Sed[a] demõstratio & deliberatio, generis causæ partes non possunt rectè putari, quòd[b] ipsa sunt genera. Multò igitur minùs rectè partis[c] eius, quod hic dicit, partes putabuntur. Deinde si constitutio, & ipsa, & [d] pars constitutionis eius quælibet, intentionis depulsio est: quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. At si, quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est: demonstratio, & deliberatio, neque constitutio, nec[e] pars constitutionis est. Si igitur constitutio, & ipsa & [f] pars eius, intentionis depulsio est: deliberatio, & demonstratio, neque constitutio, neque pars cõstitutionis est. Placet[g] autem ipsi, intentionis esse depulsionem. Placeat igitur oportet, demonstrationem & deliberationem nec esse constitutionem, nec partem constitutionis. Atque[h] hoc eodem vrgebitur, siue constitutionem i primâ causæ, accusatoris confirmationem dixerit, siue defensoris primam deprecationem. Nam eum eadem omnia incommoda sequentur. Deinde coniecturalis causa nõ potest simul ex eadem parte, eodem in genere & coniecturalis esse, & definitiua. Rursus nec definitiua causa potest simul ex eadem parte, eodem in genere & definitiua esse, & translatiua. Et omnino nulla constitutio, nec pars constitutionis potest simul & suam habere, & alterius in se vim continere: ideò quòd vnaquæque ex se, & ex sua natura simpliciter consideratur: altera[k] assumta, numerus constitutionum duplicatur, non vis cõstitutionis augetur. At deliberatiua causa simul ex eadem parte, eodem in genere & coniecturalem, & generalem, & definitiuam, & translatiuam solet habere cõstitutionem, & [l] vnam aliquam, & pluribus nonnunquam, ergo ipsa nec constitutio est, nec pars constitutionis. Idem in demonstratione solet vsu[m] euenire. Genera igitur, vt antè diximus, hæc causarum putâda sunt, non partes alicuius constitutionis. ¶ Hæc ergo constitutio[n], quam generalem nominamus, parteis nobis videtur duas habere, iuridicialẽ, & negotialem. *Iuridicialis* est, in[o] qua æqui & recti natura, aut [p] præmij, aut pœnæ ratio quæritur. *Negotialis* est, in qua, quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit, consideratur: cuius diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimantur. Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur parteis, absolutam, & assumtiuã. *Absoluta* est, quæ ipsa in se continet iuris & iniuriæ quæstionẽ. *Assumtiua* est, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationẽ: foris autẽ aliquid defensionis assumit. Eius partes sunt quattuor, cõcessio, remotio criminis, relatio criminis, comparatio. *Concessio* est, cùm reus non id, quod factum est, defendit, sed [r] vt ignoscatur, postulat. (Hæc in duas parteis diuiditur, purgationem, & deprecationem. *Purgatio* est, cùm factum conceditur, culpa remouetur. Hæc parteis habet treis, imprudentiam, casum, necessitatem. *Deprecatio* est, cùm [s] & peccasse, & consultò peccasse reus se confitetur, & tamen, vt ignoscatur, postulat: quod genus perrarò potest accidere.) *Remotio criminis* est, cùm id crimen, quod infertur, ab se, & à sua culpa, vi, & potestate in alium reus remouere conatur. (Id dupliciter fieri poterit, si aut causa, aut factum in alium transferetur. *Causa transfertur*, cùm aliena dicitur vi, & potestate factum. *Factum* autẽ, cùm alius aut debuisse, aut potuisse facere dicitur.) *Relatio criminis* est, cùm[a] ideò iure factũ dicitur, quòd aliquis antè iniuria lacessierit. *Cõparatio* est cùm[c] aliud aliquod factũ rectũ, aut vtile contenditur, quod vt fieret, illud[d], quod arguitur, dicitur esse cõmissum. 18 ¶ In quarta constitutione, quam *translatiuã* nominamus, eius constitutionis est controuersia, cùm aut quẽ, aut quicũ, aut quomodo, aut apud quos, aut quo iure, aut quo tẽpore agere oporteat, quęritur, aut omnino aliquid de cõmutatione, aut infirmatione actionis agitur. Huius constitutionis Hermagoras inuentor esse existimatur, non quia non vsi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animaduerterint artis[e] scriptores eã superiores, nec retulerint in numerũ constitutionũ. Pòst autẽ ab hoc inuentã multi reprehenderunt, quos non tam imprudẽtia falli putamus, (res enim perspicua est) quàm inuidia, atq. obtrectatione quadã impediri. 19 ¶ Et constitutiones quidem, & earum parteis exposuimus: exempla autem cũiusque generis tunc commodiùs exposituri videmur, cùm in vnumquodque eorum argumentorum copiam dabimus. Nam argumentandi ratio dilucidior erit, cùm & ad genus, & ad exemplum causæ statim poterit accommodari. 20 ¶ Constitutione causæ reperta, statim placet considerare, *vtrùm causa sit simplex, an coniuncta*: & si cõiuncta erit, vtrum sit ex pluribus quæstionib. iuncta, an ex aliqua comparatione. Simplex est, quæ absolutam in se continet vnam quęstionem, hoc modo: Corinthiis bellum indicamus, an non. Coniuncta ex pluribus quæstionibus, in qua plura quæruntur. hoc[f] pacto: Vtrùm Karthago diruatur, an Karthaginiensibus reddatur, an eò colonia deducatur. Ex comparatione, in qua per contentionem, vtrum potius, aut quid potissimum sit, quæritur, ad hunc modum: Vtrùm exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, vt quàm maximæ contra Hannibalem copiæ sint. 21 ¶ Deinde considerandum[g] est, *an in ratione*[h], *an in scripto sit controuersia*. Nam scripti[i] controuersia est ea, quæ ex scriptionis genere nascitur. Eius autem genera, quæ[k] sunt separata à constitutionibus, quinque sunt. Nam[l] tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere, tum inter se duæ leges, aut plures discrepare, tum id, quod scriptum est, duas, aut plureis res significare: tum ex eo, quod scriptum est, aliud[m] quoque, quod non scriptum est, inueniri: tum vis verbi quasi in definitiua constitutione, in quo posita sit, quæri. Quare primum genus, de scripto & sententia: secundum, ex contrariis legibus: tertium, ambiguum: quartum, ratiocinatiuum: quintum, definitiuũ nominamus. Ratio est autem, cùm[n] omnis quæstio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit. 22 ¶ At tum considerato genere causæ, & cognita constitutione, cùm simplex ne, an coniuncta sit, intellexeris, & scripti, an rationis habeat controuersiam videris: deinceps erit videndum, quæ

quæstio

a L. At demonstr.
b L. quia ipsa s.
c L. partis eius quã hic dicit, *lege forsitàn legendum*, parteis eius, quod hic dicit.*
d L. & pars eius quælibet,
e L. neq. pars const.
f L. & pars eius quælibet, int.
g L. Placet autem ipsi, cõstitutionem, intentionis, &c.
h *al.* Atq. hoc eodem incõmodo vrgebitur, &c. vt *R. Steph.*
i Constitutio quid sit.*
k L. altera autem assumta,
l L. & vnam aliquando, & plureis n. *ita R. Steph.*
m L. vsu venire,
n Cõstitutionis generalis duas esse tãtum partes: Iuridicialem & negotialem.*
o In Iuridiciali parte tractatur de æquo, recto, præmio & pœna.*
p L. vel præmij, aut.
q Iurisconsultorum partes veteribus quæ fuerint.*
r L. sed vt ignoscatur sibi postul.
P. S.
s L. cùm & peccasse se reus, & consultò peccasse confit.

a *al.* quod ideo iure &c. *mendosè*.
b L. quod alius antè iniuria L.
c *al.* cum aliquod aliud ab illo de quo agitur, factum &c.*
d L. id, quod argu.
e *al.* eam artis scriptores superiores.
f *al.* hoc modo
g L. est, in ratione, an in scr.
h id est voluntate.*
i scripti controuersia, quid, quæq. eius genera.*
k L. quæ separata sunt à const.
l *fort.* Nam cum verba &c.
P. XLVI.
m *al.* aliud, quo non scrip.
n L. cùm quæstio non in scr.

quæstio,quæ ratio,quæ iudicatio,quod firmamentum causæ sit : quæ omnia à constitutione proficiscantur oportet. *Quæstio* est ea,quæ ex conflictione causarũ gignitur controuersia,hoc modo: Non iure feci?ti: iure feci. Causarum autem [a] hæc est conflictio,in qua constitutio constat. Ex ea igitur nascitur controuersia, quam quæstionem dicimus, hoc modo:Iuréne fecerit. *Ratio* est ea,quæ continet causam,quæ si sublata sit, nihil in causa controuersiæ relinquetur,[b] hoc modo, vt docendi causa in facili,& peruulgato exemplo consistamus : Oresten si accuset matricidij,nisi hoc dicat,Iure feci : illa enim patrem meum occiderat: non habet defensionem,qua sublata, omnis quoque controuersia sublata sit, Ergo eius causæ ratio est,quòd illa Agamemnonem occiderit. *Iudicatio* est, quæ ex infirmatione, & confirmatione rationis nascitur controuersia. Nam [c] sit ea nobis exposita ratio , quam paullo antè exposuimus. Illa enim, inquit, patrem [d] occiderat. At non,inquit aduersarius ,abste filio matrem necari oportuit : potuit enim sine tuo scelere illius factum puniri. Ex hac deductione rationis, illa summa nascitur controuersia, quam iudicationem appellamus. Ea est huiusmodi: Rectúmne fuerit,ab Oreste matrem occidi, cùm illa Orestis patrem occidisset. *Firmamentum*, est firmissima argumentatio defensoris, & aptissima ad iudicationem: vt si velit Orestes dicere , eiusmodi animum matris suæ fuisse in patrem suum,in [e] seipsum , in sorores,in regnum , in famam generis,& familię vt ab ea pœnas liberi sui potissimùm [f] petere, debuerint. Et in cæteris quidem constitutionibus ad hunc modũ iudicationes reperiuntur:in coniecturali autem constitutione,quia ratio non est (factum enim non conceditur) non potest ex deductione rationis nasci iudicatio. Quare necesse est eandem esse quæstionem,& iudicationem : vt factum est, factum non est,factúmne sit. Quot autem in causa constitutiones , aut earum partes erunt,totidem necesse erit quæstiones, rationes,iudicãtiones,firmamenta reperiri.

23 ¶ His omnibus in causa repertis, tunc [f] denique *singulæ partes totius causæ* considerandæ sunt.Nam non vt quidque dicendum primum , ita primùm animaduertendum videtur:ideò quòd illa,quæ prima dicuntur,si vehementer velis congruere , & cohærere cum causa,ex eis ducas oportet, quæ pòst dicenda sunt. Quare cùm iudicatio, & ea, quæ ad iudicationem oportet inueniri argumenta,diligenter erunt artificio reperta,cura & cogitatione pertractata : tum denique ordinandæ sunt cæterę partes orationis. 24 ¶ Hæ partes sex esse omnino nobis videntur : exordium, narratio, partitio , confirmatio, reprehensio, conclusio.

25 ¶ Nunc quoniam exordium princeps omnium esse debet , nos quoque primùm [g] in ratione exordiendi præcepta dabimus.

26 ¶ Exordium,est oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem:quod euenieri,si eum beneuolum [h], attentum,docilem fecerit. 27 ¶ Quare qui bene exorditi causam volet,eum necesse est genus suæ causæ diligenter antè cognoscere. Genera causarum sunt quinquei,honestum,admirabile,humile,anceps,obscurum. *Honestum*,[i] genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris fauet animus. *Admirabile*[a],à quo alienatus est animus eorum , qui audituri sunt. *Humile* , quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. *Anceps*,in quo aut iudicatio dubia est : aut causa,& honestatis , & turpitudinis particeps:vt & bene uolentiam [b] pariat:& offensionem. *Obscurum*, in quo aut tardi auditores sunt,aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa impli cita est.Quare [c],cùm diuersa sint genera causarum, exordiri quoque dispari ratione in vnoquoque genere necesse est. 28 ¶ Igitur exordium in duas parteis diuiditur , in principium,& insinuationem. 29 ¶ PRINCIPIVM, est oratio perspicuè , & [d] protinus perficiens auditorem beneuolum[e], aut docilem,aut attentum. *Insinuatio*,est oratio quadam dissimulatione, & circuitione obscurè subiens auditoris animum. 30 ¶ In admirabili genere causæ,si non omnino infesti auditores erunt, principio beneuolentiam [f] comparare licebit.sin erunt vehementer abalinati, confugere necesse erit ad insinuationem. Nam ab iratis si perspicuè pax,& beneuolentia [g] petitur , non modò ea non inuenitur, sed augetur,atque inflammatur odium.In humili autem genere causæ,contẽtionis tollendæ causa,necesse erit attentum efficere auditorem. Anceps genus causæ,si dubiã iudicationẽ habebit,ab ipsa iudicatione exordiendũ est.sin autẽ partẽ turpitudinis [h], & partẽ honestatis habebit, beneuolentiam [i] captare oportebit, vt in genus honestũ causa translata videatur. Cùm autẽ erit honestũ causæ genus, vel præteriri principiũ poterit.& , si cõmodum fuerit, aut à narratione incipiemus , aut à lege, aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictionis:vel,si vti principio placebit, beneuolentiæ [k] partibus vtendũ est,vt id,quod est,augeatur. In obscuro causæ genere,per principium docileis auditores efficere oportebit. 31 ¶ Nunc, quoniã, quas res exordio confice,e oporteat,dictũ est: reliquũ est,vt ostendatur, quibus quæque res rationibus confici possit, *Beneuolentia* [l] quattuor ex locis comparatur:ab nostra,ab aduersariorum, ab iudicum persona,ab ipsa re. *Ab* [m] *nostra*,si de nostris factis,& officiis sine arrogantia dicemus : si crimina illata , & aliquas minus honestas suspiciones iniectas diluemus : si, quæ incõmoda acciderint aut quæ instẽt difficultates, proferemus: si prece , & obsecratione humili , ac supplici vtemur. *Ab aduersariorum* autẽ, si eos,in odiũ, aut in inuidiam,aut in contemtionẽ adducemus.In [n] odiũ ducentur,siquid eorũ spurcè,superbè,crudeliter, malitiosè factũ proferetur. In inuidiam,si vis eorum, potentia,diuitiæ [o], cognatio,pecuniæ proferentur, atque eorum vsus arrogans , & intolerabilis , vt his rebus magis videantur,quàm causæ suæ confidere. In contemtionẽ adducentur , si eorum inertia,negligentia,ignauia,desidiosum studium, & luxuriosum otium proferetur. *Ab auditorum persona* beneuolentia [p] captabitur,si res ab his fortiter , sapienter , mansuetè gestæ proferentur , vt nequa assentatio nimia significetur : & si de bis , quàm honesta existimatio, quantáque eorum iudicij, & auctoritatis exspectatio sit,ostendetur. *Ab ipsis rebus*,si nostram causam laudando extollemus, aduersariorum [q] causam per contemtionem

a L. conflictio est,ex qua

b al.reliquatur. al.relinquitur.

c *fors.*Nã sit ea à nobis expositaratio, quam paullò antè posuimus,

d L. patrem meum occid.

e *al.*in seipsum,ac sorores,

f L.tum denique.

g L.primùm orationẽ exordiendi. *al.* in rationem P. B. exordiendi.¶ *sed fortè,illa duo:*in ratione *dispungenda,vt ita legamus*, nos quoque primùm exordij: præcepta dabimus.*

h *v.c.*beniuolum.

i Genera causarum hæc Græcis Ἔνδοξον, παράδοξον, ἀμφίδοξον, ἀσημαντον. 4. Quinque L. Honestũ causæ genus.

a L. Admirabile est,à quo

b *v.c.*beniuolentiam

c L. Quare quoniam,diuersa sunt gen. *R. Steph.* Quare,cùm tam diuersa sint &c.

d L. & protinus efficiens aud.

e *v.c.* beneuolum,

f *v.c.*beniuolentiam

g *v.c.*beniu.

h L.turpitudinis,partem hon.

i *v.c.* beniu.

k *v.c.* beniu. P. XLVI.

l *v.c.* Beniu. m L. Ab nostra pers.

n L. in odium adducentur,

o L. diuitiæ, gratiæ,cognatio,

p *v.c.* beniu.

q L. aduersariorum sunt per eos.

deprimemus. *Attentos* autem faciemus, si demonstrabimus, ea, quæ dicturi erimus, magna, noua, incredibilia esse, aut ad omneis, aut ad eos, qui audiunt, aut ad aliquos illustreis homines, aut ad deos immortaleis, aut ad summam reip.[a] pertinere: & si pollicebimur, nos breui nostram causam demonstraturos, atque exponemus iudicationem, aut iudicationes, si plures erunt. *Docilem* auditores faciemus, si apertè & breuiter summam causæ exponemus, hoc est, in quo consistat controuersia. Nam & cùm docilem velis facere, simul attentum facias oportet. Nam is maxime docilis est, qui attentissimè est paratus audire. 32 ¶ Núc INSINVATIONES quemadmodum tractari conueniat, deinceps dicendum videtur. Insinuatione igitur vtendum est, cùm admirabile genus causæ est, hoc[b] est, vt antè diximus, cùm animus auditoris infestus[c] est. Id autem tribus ex causis fit maximè: si aut ineſt in ipſa causa quædam turpitudo, aut si ab iis, qui antè dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur, aut eo tempore locus dicendi datur, cùm iam illi quos audire oportet, defessi sunt audiendo. Nam ex hac quoque re non minùs, quàm ex primis duabus, in orationem nonnumquam animus auditoris offenditur. *Si causa turpitudo* contrahet offensionem: aut[d] pro eo homine, in quo offenditur, alium hominem, qui diligitur, interponi oportet: aut pro re, in qua offenditur, aliam rem, quæ probatur: aut pro re hominē aut pro homine rem, vt ab eo, quod odit, ad id, quod diligit, auditoris animus traducatur, & dissimulare id te defensurum, quod existimetis defensurus: deinde, cùm iam mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem, & dicere, ea, quæ indignantur aduersarij, tibi quoque indigna videri: deinde[e], cùm lenieris eum, qui audiet, demonstrare, nihil eorum ad te pertinere, & negare te quidquam de aduersariis esse dictum, neque hoc, neque illud: vt neque apertè lædas eos, qui diliguntur, & tamen id obscurè faciēs, quoad possis, alienes ab eis auditorum voluntatem: & aliquorum iudicium simili de re, aut auctoritatem proferre imitatione dignam: deinde, aut eandem, aut consimilem, aut maiorem, aut minorem agi rem in præsentia demonstrare. *Sin oratio aduersariorum fidem videbitur auditoribus fecisse*, id quæ[g] ei, qui intelligit, quibus rebus fides fiat, facilè erit cognitu: oportet aut dē eo, quod aduersarij sibi firmissimum putarint, & maximè ij, qui audierint, probarint, primùm te dicturum polliceri, aut ab aduersarij dicto exordiri, & ab eo potissimùm, quod ille nuperrimè dixerit: aut dubitatione vti, quid primùm dicas, aut cui potissimum loco respondeas, cum admiratione. Nam auditor cùm eum, quem aduersarij perturbatum[h] putant oratione, videt animo firmissimo contrà dicere paratum, plerunque se potiùs temere assensisse, quàm illum sine causa confidere arbitratur. *Sin*[k] *auditoris studium defatigatio abalienauit à causa*, te breuius, quàm paratus fueris, esse dicturum, commodum est polliceri, non imitaturum aduersarium. Sin[l] res dabit, non inutile est ab aliqua re noua, aut ridicula incipere, aut ex tempore quæ nata sit: quod genus, strepitum[m], acclamationem: aut iam parata, quę vel apologum, vel fabulam, vel aliquā contineat irrisionem: aut, si rei dignitas adimet iocandi facultatē, aliquid triste, nouum, horribile, statim non incōmodum est iniicere. Nam VT cibi satietas, & fastidiū aut subamara aliqua[a] re releuantur, aut dulci mitigatur: sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. 33 ¶ Ac separatim quidem, quæ de principio, & insinuatione dicenda videbantur, hæc ferè sunt. Nunc quiddā breuiter, & cōmuniter de vtroq. præcipiendū videtur. Exordium, sententiarū, & grauitatis plurimum debet habere, & omnino omnia, quæ pertinent ad dignitatē, continere[b] in se, propterea quòd id optimè faciēdū est, quod oratorē auditori maximè cōmendat: splēdoris, & festiuitatis, & cōcinnitudinis minimū, propterea quòd ex his suspicio quędā apparationis, atq. artificiosæ diligentiæ nascitur, quæ maximè orationi fidē, oratori adimit auctoritatē.

34 ¶ Vitia verò hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vitare oportebit: vulgare, cōmune, cōmutabile, longū, separatū, trāslatū, contra præcepta. *Vulgare* est, quod in plureis causas potest accōmodari, vt conuenire videatur. *Commune* est, quod nihilominus in hanc, quàm in contrariam partē causæ, potest conuenire. *Commutabile*[c] est, quod ab aduersario potest, leuiter mutatū, ex contraria parte dici. *Longum* est, quod pluribus verbis, aut sententiis vltrà quàm satis est, producitur. *Separatum*[d] est, quod non ex ipsa causa ductū est, nec, sicut aliquod membrū, annexū orationi. *Translatum* est, quod aliud conficit, quàm causæ genus postulat: vt si quis docilem faciat auditorem, cùm beneuolentiam[e] causa desideret: aut si principio vtatur, cùm insinuationē res postulat. *Contra præcepta* est, quod nihil eorum efficit, quorum causa duexordiis præcepta traduntur: hoc est, quod eum, qui audit neque beneuolum[f], neque attentum, neque docilem efficit: aut, quo profectò nihil peius est, vt contrà sit, facit. Ac de exordio quidem satis dictum est.

35 ¶ NARRATIO, est rerum gestarum, aut, vt gestarum, expositio. 36 ¶ *Narrationum tria sunt genera.* Vnum genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controuersiæ continetur. ¶ Alterum, in quo digressio[g] aliqua extra causam aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis non alienæ ab eo negotio, quo[h] de agitur, aut amplificationis causa interponitur. ¶ Tertium genus, est remotum à ciuilibus causis, quod delectationis causa, non inutili cum exercitatione, dicitur, & scribitur. Eius partes sunt duæ, quarum altera in negotiis, altera in personis maximè versatur. ¶ Ea *quæ in negotiorum expositione* posita est, treis habet parteis, fabulam, historiam, argumentum. *Fabula* est, in qua nec veræ, nec verisimiles res continentur: cuiusmodi est:

Angues ingentes alites iuncti iugo.

Historia, est gesta res, ab ætatis nostræ memoria remotæ[i], quod genus, Appius indixit Karthaginiensibus bellum. *Argumentum* est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Huiusmodi[k] apud Terentium:

Nam ù postquàm excessit ex ephebis, Sosia.

¶ Illa autem narratio, *quæ versatur in personis*, eiusmodi est, vt in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones, & animi perspici possint, hoc modo:

Venit ad me sæpe clamitans, Quid agis Mitio?

Cur

---

a L. remp. [] quæ lectio maximè probanda est: similis est in l. 1. § *licet* 20. ff. *de exercitoria*. & in l. 14. ff. *ad municipalē vbi dixi.**

b L. & vt antè dixi

c *al.* infensus vel, offensus*

P. 3. d L. aut pro homine,

e L. deinde demonstrare, nihil eorum.

f L. id quod ei, qui intell.

g L. id est si persuasus auditor.*

h L. putent sua oratione i *al.* putat, & *sic Vrsinus.** k id est si defessus erit audiendo.*

l L. Sin autē res dabit *mal.* strepitu, acclamatione: *Vrsinus*, strepitum & acclamationē dicemus: *fortè Italę legendum*, strepitus acclamatio.*

a L. aliquæ re leuatur.

b L. in se obtinere.

c. XLVIII.

c *al. lib.* Commutabile

d *al. lib.* Separatum quod

e *v.c.* beniu.

f *v.c.* beniu.

g L. degressio

h *al.* quod agitur.

i L. propter vetustatem rem. Iz L. Cuiusmodi.

Cur perdis adolescentem nobis? cur amas?
Cur petas? cur tu his rebus sumtus[a] suggeras?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus[b] est, præter æquúmque & bonum.

a L. sumtum sugg. & ita Donat. P. B.
b al. durus, L. est durus,

Hoc in genere narrationis multa ineſſe debet feſtiuitas, cõfecta ex rerum varietate, animorum diſſimilitudine, grauitate, lenitate, ſpe, metu, ſuſpicione, deſiderio, diſſimulatione, errore, miſericordia, fortunæ cõmutatione, inſperato incommodo, ſubita lætitia, iucundo exitu rerum. Verùm hæc ex[c] his, quę poſtea de elocutione præcipientur, ornamẽta ſumuntur[d]. 37 ¶ Nunc *de narratione ea, quæ cauſæ continet expoſitionem*, dicendum videtur. Oportet igitur eam treis habere res, vt breuis, vt aperta, vt probabilis ſit. *Breuis* erit, ſi, vnde neceſſe eſt, inde initium ſumetur, & nõ ab vltimo repetetur, & ſi, cuius rei ſatis erit ſummam dixiſſe, eius partes non dicentur. nã ſæpe ſatis eſt, quod[e] factum ſit, dicere, non[f] vt enarres, quemadmodum ſit factum: & ſi non longiùs, quàm[g] quod ſcitu opus eſt, in narrãdo procedetur: & ſi nullã in rem aliam tranſibitur: & ſi ita dicetur, vt nonnunquam ex eo, quod dictum ſit, id, quod dictũ non ſit, intelligatur: & ſi non modò id, quod obeſt, verùm etiam id, quod nec obeſt, nec adiuuat, præteribitur: & ſi ſemel vnumquidque[h] dicetur: & ſi non ab eo, in quo proximè deſitum erit, deinceps incipietur. Ac multos imitatio decipit breuitatis, vt, cùm ſe breueis putent eſſe, longiſſimi ſint: cùm dent operam, vt res multas breuiter dicant, non vt omnino paucas res dicant, & non plureis, quàm neceſſe ſit. Nam pleriſque breuiter dicere videtur, qui ita dicit: Acceſſi ad ædeis, puerum euocaui: reſpondit: quæſiui dominum: domi negauit eſſe. Hic, tametſi tot res breuiùs nõ potuit dicere, tamen, quia ſatis fuit dixiſſe i, domi negauit eſſe, ſit rerum multitudine longus. Quare hoc quoque in genere vitanda eſt breuitatis imitatio, & non minùs rerum non neceſſariarum, quàm verborum multitudine ſupereſſe debet. *Aperta*[l] autem narratio poterit eſſe, ſi, vt[m] quodque primùm geſtum erit, ita primùm exponetur, & rerum ac temporum ordo ſeruabitur: vt ita narrentur, vt geſtæ res erunt, aut vt potuiſſe geri videbuntur. Hîc conſiderandum erit, nequid perturbatè, nequid contortè dicatur, nequam in aliam rem tranſeatur, ne ab vltimo repetatur, ne ad extremum prodeatur, ne quid, quod ad rem pertineat, prætereatur: & omnino, quæ præcepta de breuitate ſunt, hoc quoque in genere ſunt conſeruanda. Nam ſæpe res parum eſt intellecta longitudine magis, quàm obſcuritate narrationis. Ac verbis quoque diluci dis vtendum eſt: quo de genere dicendum eſt in præceptis elocutionis. *Probabilis*[n] erit narratio, ſi in ea videbũtur ineſſe ea, quæ ſolent apparere in veritate: ſi perſonarum dignitates ſeruabũtur, ſi cauſæ factorum exſtabunt, ſi fuiſſe facultates faciendi videbũtur, ſi tempus idoneum, ſi ſpatij ſatis, ſi locus opportunus ad[o] eandem rem, qua de re narrabitur, fuiſſe oſtendetur: ſi res & ad eorum, qui agent, naturam, & [p] ad vulgi rumorem, & ad eorum, qui audiunt, opinionem accommodabitur. Ac veri quidem ſimilis ex his rationibus eſſe poterit. 38 ¶ Illud autem prætereà conſiderare oportebit, ne aut, cùm obſit narratio, aut cùm nihil profit, tunc interponatur: aut non loco, aut non, quemadmodum cauſa poſtulat narretur. *Obeſt* tum, cùm ipſius rei geſtæ expoſitio magnam excipit offenſionem, quam argumentando, & cauſam agendo leniri oportebit. Quod cùm acciderit, membratim oportebit, parteis rei geſtæ diſpergere in cauſam, & ad vnamquamque confeſtim rationem accommodare, vt vulneri præſtò medicamentum ſit, & odium ſtatim defenſio mitiget. *Nihil prodeſt* narratio tunc, cùm, ab aduerſariis re expoſita, noſtra nihil intereſt iterum, aut alio modo narrare: aut cùm ab iis, qui audiunt, ita tenetur negotium, vt noſtra nihil interſit eos alio pacto docere. Quod cùm acciderit, omnino narratione ſuperſedendum eſt. *Non loco dicitur*, cùm non in ea parte orationis collocatur, in qua res poſtulat: quo de genere agemus tum, cùm de diſpoſitione dicemus. nam hoc ad diſpoſitionem pertinet. *Non quemadmodum cauſa poſtulat, narratur*, cùm aut id, quod aduerſario prodeſt, dilucidè & ornatè exponitur, aut[a] id, quod ipſum adiuuat, obſcurè dicitur, & negligenter. Quare, vt hoc vitium vitetur, omnia torquenda ſunt ad commodum ſuæ cauſæ, contraria, quæ præteriri poterũt, prætereundo, quæ illius erunt, leuiter attingendo, ſua diligenter, & enodatè narrando.

39 ¶ Ac de narratione quidem ſatis dictum videtur. Deinceps[b] *ad* PARTITIONEM trãſeamus. Rectè habita in cauſa partitio, illuſtrem, & perſpicuam totam efficit orationem.

40 ¶ *Eius partes duæ* ſunt, quarum vtraque magnopere ad aperiendam cauſam, & conſtituendam pertinet controuerſiam. *Vna*[c] *pars* eſt, quæ, quid cum aduerſariis conueniat, & quid in cõtrouerſia relinquatur, oſtendit: ex qua certum quiddam deſignatur auditori, in quę animum debere habere occupatũ. *Altera* eſt, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breuiter expoſitio ponitur diſtributa: ex qua conficitur, vt certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat ſo re peroratum. 42 ¶ Nunc vtroq. genere partitionis quemadmodum conueniat vti, breuiter dicendum videtur. *Qua partitio, quid cõueniat, aut quid non conueniat, oſtendit*: hæc debet illud, quod conuenit, inclinare ad ſuæ cauſæ commodum, hoc modo: Interfectam matrem eſſe à filio, conuenit mihi cum aduerſariis. Item contrà, Interfectum eſſe à Clytæmneſtra Agamemnonem, conuenit. Nam hîc vterque & id poſuit, quod conueniebat, & tamen ſuæ cauſæ commodo conſuluit. Deinde, quid[d] controuerſiæ ſit, ponendum eſt in iudicationis expoſitione: quę quemadmodum inueniretur, antè dictum eſt. 43 ¶ *Quæ autem partitio rerum diſtributam continet expoſitionem*, hæc[e] habere debet breuitatem, abſolutionem, paucitatem. *Breuitas* eſt, cùm, niſi neceſſarium, nullum aſſumitur verbum. Hæc in hoc genere idcircò vtilis eſt, quòd rebus ipſis & partibus cauſæ, nõ verbis, neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus eſt. *Abſolutio* eſt, per quam omnia, quæ incidunt in cauſam, genera, de quibus dicendum eſt, amplectimur[f]. In qua partitione videdũ eſt, ne aut aliquod genus vtile relinquatur, aut ſe rò extra partitionem, id quod vitioſiſſimũ, ac turpiſſimũ eſt, inferatur. *Paucitas* in partitiõe

a L. ex iis,
d L. ſumẽtur
e L. quid factum ſit, d. & ita R. Steph.
f L. vt non enarres, q.
g L. quàm quo adſcitu.
h lib. vul. vnũ quodque
i al. ita. Acceſſi ad ædeis, puerum euocaui, quæſiui dominum: domi negauit eſſe.
k L. ſupereſſe dendum.
l quæ & dilucida narratio.*
m L. vt quidque pr.
n quæ & veriſimilis. v. ad Heremium credibilis Quint. 4. c. 2.* P. XLIX.
o L. ad eam rem,
p L. & ad vulgi morem,
a al. aut id, quod ſeipſũ adiu.
b Quidam Narrationi ſubiungunt, egreſſionem, propoſitionẽ: eaſque ante partitionem collocant. v. 4. Quint. 3. 4. 5.
c L. Vna partitio eſt, quæ, ſed nihil neceſſariũ mutãdum. Nã aute cedit partes dũq; aut certè, hæc particula, pars, hic non neceſſaria.*
d L. quid in controuerſia ſit,
e al. hæc habere debet, br. abſ.
f al. lib. amplectimur partitione. In qua videnda.

seruatur si genera ipsa rerum ponuntur, neq. permistè cum partibus implicantur. Nam genus est, quod plureis parteis amplectitur, vt animal. Pars est, quæ subest generi, vt equus. Sed sæpe eadem res alij genus, alij pars est. Nam homo, animalis pars est: Thebani, aut Troiani genus. Hæc ideo diligentiùs inducitur præscriptio, vt, apertè intellecta generali partitione, paucitas generū in partitione seruari possit. Nam qui ita partitur, Ostēdam, propter cupiditatē, & audaciam, & auaritiam aduersariorū, omnia incōmoda ad remp. peruenisse: is non intellexit, in partitione, exposito genere, partem se generis admisceuisse. Nam genus est omnium nimirum libidinū, cupiditas: eius autem generis sine dubio pars est auaritia. Hoc igitur vitandum est, ne, cuius genus posueris, eius[a] secū aliquā diuersam ac dissimilem partem ponas in eadem partitione. Quòd si quod in genus plures incidēt partes, id cū in prima partitione causæ erit simpliciter expositum, distribuetur eo tēpore cōmodissimè, cùm ad ipsum ventum erit explicandum in causæ dictione post partitionē. Atque illud quoque pertinet ad paucitatem, ne aut plura, quàm satis est, demonstraturos nos dicamus, hoc modo: Ostendam, aduersarios, quod arguimus, & potuisse facere, & voluisse, & fecisse. nam fecisse ostendere satis est: Aut, cùm in causa partitio nulla sit, & [c] cùm simplex quiddam agatur, tamē vtamur distributione: idque perrarò potest accidere. Ac sunt *alia* quoque *præcepta partitionum*, quæ ad hūc vsum oratorium non tantopere pertinēt: quæ versantur in philosophia, ex quibus hæc ipsa transtulimus, quæ conuenire videbantur, quorum nihil in cæteris artibus inueniebamus. 44 ¶ Atque his de partitione præceptis, in omni dictione [d] meminisse oportebit, *vt & prima quæque pars vt exposita est in partitione, sic ordine transigatur:* & omnibus explicatis, peroratum [e] sit, hoc modo, vt nequid posteriùs præter conclusionem inferatur. Partitur apud Terentium breuiter & commodè senex in Andria, quę cognoscere libertum velit:

Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognoscet, & quid facere in hac re te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat, primùm gnatiᵍ vitam:

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas.

Deinde suum consilium, *Et nunc id operam do.* Deinde [h] quid Sosiam velit facere, id quod postremum posuit in partitione, postremum dicit:

Nunc tuum est officium.

Quemadmodum igitur hic [i] & ad primam quanque partem primùm accessit, & omnib. absolutis, finem dicendi fecit, sic nobis placet, & ad singulas parteis accedere, & omnibus absolutis, perorare.

45 ¶ Nunc de confirmatione deinceps, ita vt ordo ipse postulat, præcipiendum videtur. CONFIRMATIO est, per quam argumentando, nostræ causæ fidē, & auctoritatē, & firmamentū adiungit oratio. 46 ¶ Huius partis certa sunt præcepta, quæ in singula causārū genera diuidentur [k]. Verumtamen non incommodum videtur, quādam [l] syluam, atque materiam vniuersam antè permistam, & confusam exponere omnīū argumentationū: pōst autem tradere, quemadmodū vnumquodq. genus causæ, omnibus hinc argumētandi rationib. tractis, confirmare oporteat. 47 ¶ Omnes [a] res argumentando confirmātur, aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negotiis est attributū. 48 ¶ Ac [b] personis has res attribuetas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionē, studia, cōsilia, facta, casus, orationes. *Nomē* est, quod [c] vnicuiq. personæ datur, quo suo quæq. proprio; & certo vocabulo appellatur. *Naturam* ipsam definire difficile est: parteis autē eius enumerare eas, quarū indigemus ad hanc præceptionē, facilius est. Hæ autē partim diuino, partim mortali in genere versantur. Mortaliū autē pars in hominū, pars in bestiarum genere enumeratur [d]. Atq. hominum genus & in sexu consideratur, virile, an muliebre sit: & in natione, patria, cognatione [e], & ætate. Natione, Graius, an Barbarus: Patria, Athenienſis, an Lacedæmonius: Cognatione, quibus maioribus, quib. consanguineis: Ætate, puer, an adolescens, natu grandior, an senex. Præterea commoda, & incōmoda considerantur ab natura data animo, aut [f] corpori, hoc modo: Valens, an imbecillus: longus, an breuis: formosus, an deformis: velox, an tardus sit: acutus, an hebetior: memor, an obliuiosus: comis, officiosus, pudens [h], patiens, an contrà. Et omnino quę à natura data animo & corpori cōsiderabūtur, in natura cōsideranda sunt. Nam quæ industria cōparantur, ad habitum pertinēt, de quo posteriùs dicendum est. *In victu* considerare oportet, apud quos, & quo more, & cuius arbitratu sit educatus, quos habuerit artium liberalium magistros, quos viuendi præceptores, quibus amicis vtatur, quo in negotio, quęstu, artificio sit occupatus: quo modo ré familiarē administret, qua cōsuetudine domestica sit. *In fortuna* quæritur, seruus sit, an liber: pecuniosus, an tenuis: priuatus an cū potestate: si cū potestate: iure, an iniuria: felix, clar [i], an cōtrà: qualeis liberos habeat. Autiſi de nō viuo quęretur, etiā quali morte sit affectus, erit cōsiderandū. *Habitum* autē appellamus animi, aut corporis constantem, & absolutā aliqua in re perfectionē, vt virtutis, aut artis perceptionem alicuius, aut quamuis scientiam. Et item corporis aliquam commoditatem, non natura datam, sed studio & [k] industria partā. *Affectio*, est animi, aut corporis ex tempore, aliqua de causa, commutatio, vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & [l] alia, quæ genere in eodem reperiuntur. *Studium* autem, est animi assidua, & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio, vt [m] philosophiæ, poetriæ, geometriæ, litterarum. *Consilium*, est aliquid faciēdi, aut non faciendi verè excogitata ratio. *Facta* autem, & *casus*, & *orationes* tribus ex temporibus considerabuntur, quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut quid dixerit, aut quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat, aut quid facturus sit, quid ipsi casurum sit, qua sit vsurus oratione [n]. Ac personis quidem hæc videntur esse attributa. 49 ¶ Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in gestione negotij considerantur, partim adiuncta negotio, partim gestum negotium consequuntur.

50 ¶ *Continentia cum ipso negotio* sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea

a L. eius sicuti diuersam aliquam, ac diſſi.
b L. incidérint partes,
c L. & simplex quiddā agatur, tamē vtam. distributione: id quod perr.
d id est quoties aliquid dicturi sumus.*
P. L.
e L. peroratū sit, vt nequid posteriùs, præter conci uſi. Hoc modo partitur &c. f al. nati.
g al. nati.
h L. Post hæc quid Sosia v.
i L. hic ad fri.
k al. diuidantur.
l L. syluā quā dam, atque mat. vniu. pers. & cōſ. tate cap.
a al. Omnes res arg. confirmatur
b L. Ac personis quidem h. r.
c L. Nomen est certum, & proprium vniuscuiusque personæ vocabulum, quo quæq. appellatur.
d L. numeratur.
e L. cognatione, ætate.
f L. aut corpori. corpori, hoc m.
g L. an tardus sit. animo, acutus,
h L. patiens, pudens, an contrà. al. patiens, prudēs, an &c.
P. B.
i L. Atq;
k al. & industria compāratam.
l al. & aliæ, quæ
m L. vt philosophiā, poeticam, geometriam, litteras. al. vt philosophiæ, poeticæ, geometriæ, litt.
n al. rationes

ea possunt separari. Ex his prima est breuis cõplexio totius negotij, quæ summam continet facti, hoc modo: Parentis occisio, patriæ proditio. Deinde causa eius summæ, per quã, & quamobrem, & cuius rei causa factum sit, quæritur. Deinde ante rem gestam quæ[a] facta sunt continenter vsque ad ipsum negotium. Deinde, in ipso gerendo negotio quid actum sit. Deinde quid postea factum sit.

a L. quæ facta sunt,

51 ¶ *Ingestione* autem *negotij*, qui locus secundus erat de iis, quæ negotiis attributa sunt, quæreturb locus, tempusc, modus, occasio, facultas. *Locus* considerabitur, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negotium administrandum. Ea autem opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, natura ipsius loci, & vicinitate totius regionis. Ex his etiam attributionibus: sacer, an profanus: publicus, an d priuatus: alienus, an ipsius, de quo agitur, locus sit, ane fuerit. *Tempus* autem est, id quo nunc vtimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædamf æternitatis cum alicuius annui, menstrui, diurni, nocturnive spatij certa significatione. In hoc & quæ præterierunt[g], considerantur, & [h] eorum ipsorũ, quæ propter vetustatem obsoluerunti, vt incredibilia videantur, & iam in fabularum numerum reponanturk: & quæ iam diu gesta, & à memoria nostra remota, tamen faciant fidem, verè tradita esse, quòd eorum monumenta certa in litteris exstent[l]: & quæ nuper gesta sunt, quæ scire plerique possint: & item quæ[m] instẽt in præsentia, & quæ maximè fiãt, & quæ consequantur. In quibus potest considerari, quid ocyus, & quid seriùs futurum sit. Et item communiter in tempore perspiciendo longinquitas eius est considerãda. Nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & videre, potuerítne aut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo transigi tempore. Considerãtur autem tempus & anni, & mensis, & diei, & noctis, & vigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum. *Occasio* autẽ, est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Quare [n] cum tempore hoc differt. Nam genere quidem vtrunque idem esse intelligitur: verùm in tempore spatium quodã modo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte spectatur: in occasione, ad spatium temporis, faciendi quædam opportunitas intelligitur [o] adiuncta. Quare[p] cum genere idem sit, sit aliud, quod parte quadam, & specie, vt diximus, differat. Hæc distribuitur in tria genera, publicum, commune, singulare. Publicum est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat, vt ludi, dies festus, bellum, Commune, quod accidit omnibus eodem ferè tempore, vt messis, vindemia, calor, frigus. Singulare autẽ est, quod aliqua de causa priuatim solet alicui accidere, vt nuptiæ, sacrificium, funus, conuiuium, somnus. *Modus* autem est, in quo, quemadmodum, & quo animo factum sit, quæritur. Eius partes sunt, prudentia & imprudentia. Prudentiæ autem ratio quæritur ex iis, quæ clàm, palàm, vi, persuasione fecerit. Imprudentia autem in purgationem confertur, cuius partes sunt insciẽtia, casus, necessitas: & in affectionem animi, hoc est, molestiam, iracundiam, amo-

b L. quæritur loc.
c tempus, occasio, modus, ita legendum, sequentia satis declarant.*
d al. anne priuatus:
e L. aut fuerit.
f al. æternitatis quædam P. I. I.
g al. præterierint,
h L. & horũ ipsorum cum ea, quæ propter vet. &c.
i al. obsoleuerint, al. obsoluerunt.
k L. reponantur: tum ea, quæ tametsi iamdiu gesta, & am. n. r. sint, tamen faciunt fid.
l L. existent: tum quæ nuper gesta sunt,
m L. quæ instant in pr. & q. m. fiunt, & q. consequuntur.
n L. Quare à tempore differt.
o L. intelligitur esse adiuncta.
p L. Quare cùm genere idem sit, parte, & specie, vt diximus, differt. al. Quare cùm g. idem fi, specie, vt diximus, differt.

rem, & cætera, quæ in simili genere versantur. *Facultates* sunt, aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest.

52 ¶ *Adiunctum* autem *negotio* id intelligitur, quod maius, & quod minus, & quod simile erit ei negotio, quo de agitur, & quod æquè magnũ, & quod contrarium, & quod disparatum, & genus, & pars, & euentus. *Maius* & *minus*, & *æque magnum*, ex vi, & ex numero, & ex figura negotij, sicut ex natura corporis, consideratur. *Simile* autem ex specie comparabili: *comparabile* autẽ ex conferenda, atque assimilandab natura iudicatur. *Contrarium* est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimùm distat, vt frigus calori, vitæ mors. *Disparatum* autem est id, quod ab aliqua re per oppositionẽ negationis separatur, hoc modo, sapere & nõ sapere. *Genus* est, quod partes aliquas amplecti tur, vtc cupiditas. *Pars* est, quæ subest generi, vt amor, auaritia. *Euentus*, est alicuius exitus negotij, in quo quæri solet, quid ex quaque re euenerit, eueniat, euenturúmque sit. Quare hoc in genere, vt commodiùs, quid euenturum sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re soleat euenire, considerandum est, hoc modo: Ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia. 53 ¶ Quarta autem pars est ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas, *consecutio*. In hac ex re quæruntur, quæ gestũ negotium consequuntur. Primùm, quod factum est, quo id nomine appellari conueniat: Deinde, eius facti qui sint principes & inuentores, qui denique auctoritatis eius, & inuentionis comprobatores, atque æmuli: Deinde eequæ[f] ea de re, aut eius rei sit lex, consuetudo, actio, iudicium, scientia, artificium: Deinde natura eius euenire vulgò soleat, an insoleãt ac[g] rarò: Postea homines in sua auctoritate comprobare, an [h] offendi in his consueuerint, & cætera, quæ factũ aliquod similiter confestim, aut ex interuallo solent cõsequi. Deinde postremò attendendum est, nũ [k] quæ res ex iis rebus, quę sunt positæ in partibus honestatis, aut vtilitatis, cõsequantur: de quibus in deliberatiuo genere causæ distinctiùs erit dicendũ. Ac negotiis quidẽ ferè res eæ, quas cõmemorauimus, sunt attributæ. 54 ¶ Omnis autẽ argumentatio, quæ ex iis locis, quos cõmemorauimus, sumetur, autl probabilis[m], aut necessaria debebit esse. Etenim, vt breuiter describamus, argumentatio videtur esse inuentũ ex aliquo genere, rẽ aliquã aut probabiliter ostendẽs, aut necessariè[n] demonstrãs. 55 ¶ *Necessarie*[o] demonstrantur ea, quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt, hoc modo: Si peperit, cũ viro concubuit. Hoc genus argumẽtandi, quod in necessaria demonstratione versatur, maximè tractatur in dicẽdo, aut per cõplexionẽ, aut per enumerationẽ, aut per simplicẽ conclusionẽ. *Cõplexio* est, in qua, vtrũ concesseris, reprehendetur [p], ad hunc modũ: Si improbus est, cur vteris? si pro bus, cur accusas? *Enumeratio* est, in qua, plurib. rebus expositis, & cæteris infirmatis, vna reliqua necessariò cõfirmatur, hoc pacto: Necesse est aut inimicitiarũ causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia, aut, si horum nihil est, ab hoc non esse occisum. Nam sine causa maleficium suscepti esse non potest. Sed neque inimicitiæ fuerũt, nec metus vllus, nec spes ex [r] morte illius,

a al. cõparabili, aut ex conferenda &c.
b al. assimulanda.
c L. vt cupiditas, amorem, auaritiam.
d L. vt amor, auaritia, cupiditati.
e L. euenturum sit.
f fort. eequa-
g L. & raro:
h L. an offendi eo conf.
i al. sequi.*
k fort. num qua r.
l Argumentatio, alia necessaria, alia probabilis.*
m legendum, aut necessaria aut probabilis debebit esse. Hoc enim ordine argumenta hic tractantur.*
n al. necessario.
o al. Necessario
p al. reprehenditur,
q L. sin probis
r al. ex morte eius,

alicuius commodi, neque ad amicum huius aliquem mors eius pertinebat. relinquitur igitur, vt ab hoc non sit occisus. *Simplex* autē *conclusio* ex necessaria consecutione conficitur, hoc modo: Si [a] vos me istud eo tempore feciſſe dicitis, ego autem eo ꝺ ipso tempore trans mare fui: relinquitur [c], vt id, quod dicitis, non modò non fecerim, sed ne potuerim quidem facere. Atque hoc diligenter videre oportebit, nequo pacto genus hoc [e] fefelli possit, vtne confirmatio [e] modum in se argumētationis solùm habeat, & quandam similitudinem necessariæ conclusionis, verùm ipsa argumētatio ex necessaria ratione confiſtat.

a similis eſt locus infrà, vbi de ratiocinatione agitur.*
b *adde l. Pen. eod. de contr. ſtipul. & item verborū. l. ſi. de inutil. ſtipu. lat.* hoc casu teſtes aduersus ſcripturā admittūtur.*
c ἐλέγχος ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἀδύνατον. Arist. ad Alexandrum c. 14.*
d *al.* infirmatio.*
e L. & ne cōfirm.
f *al.* ad hoc g *lib. vulg.* ſi ue verum. Verū in eo. gen. q. ſ. *mendose. repetita enim fuerat uox,* Verum, *ex ea, quæ antecedit, ab errante librario.*
h *al.* paratas. *i quid. lib.* Nā vt locus in mari ſine portu ꝛc.

57 ¶ *Probabile* autem eſt id, quod ferè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad [f] hæc quandam ſimilitudinem, ſiue id falſum eſt, ſiue verum. *In eo genere, quod ferè ſolet* fieri, probabile huiuſmodi eſt: Si mater eſt, diligit filium: ſi auarus eſt, negligit iuſiurandum. In eo autem, *quod in opinione poſitum eſt*, huiuſmodi ſunt probabilia: Impiis apud inferos pœnas eſſe præparatas [h]. Eos, qui philoſophiæ dent operam, non arbitrari deoseſſe. *Similitudo* autem in contrariis, & paribus, & in iis rebus, quæ ſub eandē cadunt rationem, maximè ſpectatur. *In contrariis*, hoc modo: Nam ſi iis, qui imprudentes læſerunt, ignoſci conuenit, iis, qui neceſſariò profuerunt, haberi gratiam non oportet. *Ex pari*, ſic: Nā i vt locus ſine portu, nauibus eſſe non poteſt tutus: ſic animus ſine fide, ſtabilis amicis non poteſt eſſe. *In iis* rebus, *quæ ſub eandem rationem cadunt*, hoc modo probabile cōſideratur: Nam ſi Rhodiis turpe non eſt portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe eſt conducere. Hæc tum vera ſunt, hoc pacto: Quoniam cicatrix eſt, fuit vulnus: Tum veriſimilia, hoc modo: ſi multus erat in calceis puluis, ex itinere eum verire oportebat.

57 ¶ Omne autem, (vt certas quaſdam in partes diſtribuamus,) probabile, quod ſumitur ad argumentationem, aut ſignum eſt, aut credibile, aut iudicatum, aut cōparabile. *Signum* eſt, quod ſub ſenſum aliquē cadit, & quiddā ſignificat, quod ex ipſo profectū videtur, quod aut antè fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt fit conſecutū, & tamen indiget teſtimonij, & grauioris confirmationis: vt ruor, fuga, pallor, puluis, & quę his ſunt ſimilia. *Credibile* eſt, quod ſine vllo teſte, auditoris opinione firmatur, hoc modo: Nemo eſt, qui non liberos ſuos incolumeis, & beatos eſſe cupiat. *Iudicatum* eſt, res aſſenſione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum cōprobata. Id tribus in generibus ſpectatur, religioſo, communi, approbato. Religioſum eſt, quod iurati legibus iudicarunt. Commune eſt, quod omnes vulgò probarunt, & ſecuti ſunt, huiuſmodi: vt maioribus natu aſſurgatur [k], vt ſupplicum miſereatur [l]. Approbatū eſt, quod homines, cùm dubium eſſet, quale haberi oporteret, ſua conſtituerunt auctoritate: velut Gracchi patris factū, quē populus Rom. ob [m] id factū, quòd inſciente collega in cenſura nihil geſſiſſet, poſt cenſurā conſulem fecit. *Comparabile* autem eſt, quod in rebus diuerſis ſimilem aliquā rationē continet. Eius [n] ſunt partes tres, imago, collatio, exemplum. *Imago*, eſt oratio demonſtrans corporum, aut naturarum ſimilitudinem. *Collatio*, eſt oratio, rem cum re ex ſimilitudine conferens. *Exemplum* eſt, quod

P. B.

Iz *dixi ad l. ſemper in ciuitate noſtra. ſi. neceſſe eſt. de in ius vocando.*
l miſereatur hic impersonaliter ſumitur, quod rarò accurrit.* m L. ob id, quod inſc.
n L. Eius partes ſunt tres, *imago, ꝛc.*

rem auctoritate, aut caſu alicuius hominis, aut negotij confirmat, aut infirmat. Horū exempla, & deſcriptiones in præceptis elocutionis cognoſcentur. 57 ¶ Ac fons quidem confirmationis, vt facultas tulit, apertus eſt, nec minùs dilucidè, quàm rei natura ferebat, demōſtratus eſt. Quemadmodū autem quæq; conſtitutio, & pars conſtitutionis, & omnis controuerſia, ſiue in ratione, ſiue in ſcripto verſetur, tractari debeat, & quæ in quaſq. argumentationes conueniant, ſingillatim [a] in ſecundo libro de vnoquoq. genere dicemus. In præſentia tantummodò numeros, & modos, & parteis argumentandi confuſè, & permiſtè [b] diſperſimus. pòſt deſcriptè [c], & electè [d] in genus quodque cauſæ, quid cuique conueniat, ex hac copia digeremus. Atque inueniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit: inuentum exornari, & certas in parteis diſtingui & ſuauiſſimū eſt, & ſummè neceſſariū, & ab artis ſcriptoribus maximè neglectū. Quare & de ea præceptione nobis & in hoc loco dicendum viſum eſt, vt ad inuentionē argumenti [e], abſolutio quoque argumentandi adiungeretur. Et magna cum cura & diligentia locus hic omnis conſiderandus eſt, quòd [f] non rei ſolùm magna vtilitas eſt, ſed præcipiendi quoque ſumma difficultas.

57 ¶ Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda eſt, aut per ratiocinationē. 58 ¶ *Inductio*, eſt oratio, quæ rebus non dubiis captat aſſēnſionem eius, quicum inſtituta eſt: quibus aſſenſionibus facit, vt illi dubia quædā res, propter ſimilitudinē earū rerum, quibus aſſenſit, probetur: velut apud Socraticū Æſchinē demonſtrat Socrates, cū Xenophontis vxore, & cū ipſo Xenophonte Aſpaſiā locutā. Dic mihi, quæſo, Xenophontis vxor, ſi vicina tua melius habeat aurū, quàm tu habes, vtrùm illius, an tuū malis? Illius, inquit. Quòd ſi veſtē, & cæterū ornatū mulierem prētij maioris habeat, quàm tu habes, tuúmne, an illius malis? Illius verò, reſpōdit. Age, inquit, ſi virū illa meliorē habeat, quàm tu habeas, vtrúmne tuū, an illius malis? Hic mulier erubuit. Aſpaſia autem cū ipſo Xenophonte ſermonē inſtituit. Quæſo, inquit, Xenophon, ſi vicinus tuus meliorē [g] equū habeat, quàm tuus eſt, tuúmne equū malis, an illius? Illius, inquit. Quòd [m] ſi fundū melioré habeat quàm tu habes, vtrum tandē fundum habere malis? Illum, inquit, meliorem. Quòd [n] ſi vxorem meliorem habeat, quàm tu habes, vtrùm illius malis? Atq. hîc Xenophon quoque ipſe tacuit [o]. Pòſt Aſpaſia, Quoniam vterque veſtrū, inquit, id mihi ſolū nō reſpōdit, quod ego ſolum audire volueram, egomet dicam, quid vterque cogitet. Nam & tu mulier optimum virum mauis [p] habere, & tu Xenophon vxorem ¶ habere [q] lectiſſimam [r] maximè vis. Quare, niſi hoc perfeceritis, vt neque vir melior, neque fœmina lectior in terris ſit, profectò id ſemper, quod optimum putabitis eſſe, multò maximè requiretis, vt [s] & tu maritus ſis quam optimæ mulieris, & hæc quàm optimo viro nupta ſit. Hîc cùm rebus non dubiis eſſet aſſenſum, factum eſt propter ſimilitudinem, vt etiam illud, quod dubiū videbatur, ſi quis ſeparatim quęreret, id pro certo, propter rationem rogandi, concederetur. Hoc modo ſermonis plurimùm [u] Socrates vſus eſt, propterea quòd nihil ipſe afferre ad perſuadendum

a *al.* ſigillatim.*
b *al.* permiſtim. *al.* permiſtè.
c *lib. vet.* deſcriptè, & electè. *al.* diſcretè.*
d *lib. vet.* argumenti, argumentandi abſolutio ad inngeretur.
e *li. vet.* quòd non ſolum rei m. vtil.
f De numeris, modis & partibus argumentādi.*
P. LIII.
g L. quàm tu habes: illiúſne, an tuum malis?
h *lib. v.* malis? reſpōdit, Illius verò.
i *al.* Age, ſi, inquit, illa virū mel. hab. *Man.* Age ſit, inquit, ſi illa virum. ꝛc. L. Age verò, inquit, ſi virum illa
k L. tuúmne, an ill. m.
l L. equū meliorem.
m Quid ſi fundum.
n L. Quid ſi vxorem m.
o *al.* contiticuit.*
p *quid li. vul. nō habent hæc* mauis habere.
q L. vxorē lectiſſ. hab. maximè vis.
r *al.* electiſſimam.
s *al. vul.* & tu vt ma. ſ. q. opt. mul. & hæc q. opt. v. n. ſ.
t *al.* quàm optimæ fœminę. *lib. veteres* neque mulieris, *neque fœminæ, habent.*
u L. Socrates plurimùm

dendum volebat,sed ex eo,quod sibi ille dederat,qui cũ disputabat,aliquid conficere malebat,quod ille ex eo,quod iã concessisset,necessariò approbare deberet. Hoc in genere præcipiendũ nobis videtur,primùm, vt illud quod inducemus per similitudinẽ, eiusmodi sit,vt sit necesse concedi. Nã ex quo postulabimus nobis illud,quod dubium sit,concedi, dubium esse idipsum[a] non oportebit: Deinde illud, cuius confirmandi causa fiet inductio,videndum est,vt simile iis rebus sit,quas res,quasi non dubias,antè[b] induxerimus. Nã antè aliquid nobis cõcessum esse nihil prodesit,si ei dissimile erit id,cuius causa illud concedi primum voluerimus. Deinde non intelligat, quò spectent illæ primæ inductiones,& ad quem sint exitum peruenturæ.Nam qui videt,si ei rei,quæ[c] primò rogetur, rectè assenserit, illam quoque rem, quæ sibi displiceat, esse necessariò concedendã, plerunq; aut nõ respondendo,aut malè respondendo longius procedere rogationẽ[d] non sinit. Quare ratione rogationis imprudẽs ab eo, quod cõcessit, ad id,quod nõvult cõcedere, deducẽdus est. Extremũ autem aut taceatur oportet,aut concedatur,aut negetur. Si negabitur,aut ostendẽda est[e] similitudo earũ rerũ, quæ antè cõcessæ sunt,aut alia vtendum inductione. Si concedetur, concludenda est argumentatio. Si tacebitur, aut elicienda est[f] responsio,aut, quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo, ac si concessum sit, concludere oportebit argumentationem.Ita fit hoc genus argumentandi tripertitum.Prima[g] pars cõstat ex similitudine vna, plurib9ve: Altera ex eo, quod concedi volumus,cuius causa similitudines adhibitæ sunt: Tertia ex conclusione, quæ aut cõfirmat concessionẽ,aut,quid ex ea conficiatur,ostendit.Sed quia non satis videbitur alicui dilucidè demonstratum, nisi quod ex ciuili causarum genere exemplum subiecerimus:videtur huiusmodi quoque vtendum exemplo, non quo præceptio differat:aut aliter hoc in sermone,atque in dicendo fit vtendum: sed vt eorum voluntati satis[m] fiat,qui, quod aliquo in loco viderint,alio in loco,nisi demonstratum est, nequeunt cognoscere.ergo in hac causa,quæ apud Græcos est peruagata,quòd Epaminondas,Thebanorum imperator, ei,qui sibi ex lege prætor successerat, exercitum non tradidit, &, cùm paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedæmonios funditus vicit, poterit accusator argumentatione vti per inductionem, cùm scriptum legis contra sententiã defendat,ad hunc modum: Si,iudices,id, quod Epaminondas ait legis scriptorem sensisse, adscribat ad legem, & addat exceptionem hanc, EXTRA QVAM SIQVIS REIP. CAVSA EXERCITVM NON TRADIDERIT,patiemini[n] non opinor. Quòd si vosmetipsi,quod à vestra religione, &[n] sapientia remotissimum est, istius honoris causa hanc eandem exceptionem, iniussu populi, ad legem adscribi iubeatis, populus Thebanus patietúrne[o] id fieri?profectò nõ patietur. Quid ergo adscribi ad legem nefas est, id sequi, quasi adscriptum sit, rectúmne[p] vobis videtur? Noui vestram intelligentiam,non[q] potest ita videri,iudices. Quòd si litteris corrigi neque ab illo,neque à vobis scriptoris voluntas potest, videte ne multò indignius sit, id re, & iudicio vestro mutari, quod ne verbo quidẽ commutari potest.59[r] Ac de inductione quidem satis in præsentia dictũ videtur. Nunc deinceps ratiocinationis vim,& naturã consideremus. *Ratiocinatio*[a], est oratio ex ipsa re probabile[b] aliquod eliciens,quod expositum, & per se cognitum sua se vi,& ratione confirmet. Hoc de genere qui diligentiùs cõsiderandum putauerunt,cùm idem vsu[c] docendi sequerentur,paullum[d] in præcipiendi ratione dissenserunt.Nam partim quinque eius parteis esse dixerũt, partim nõ plus,quàm in treis parteis posse distribui putauerunt.Eo tũ controuersiam non incommodũ videtur cum vtrorumque ratione exponere. Nam & breuis est,& non eiusmodi, vt alteri prorsus nihil dicere putentur, & locus hic nobis in dicendo minimè negligendus videtur. Qui[e] putant in quinque distribui parteis oportere, aiunt primùm conuenire exponere summam argumentationis,ad hunc modum:Meliùs ac curantur[f] quæ consilio geruntur,quàm quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partem numerant: eam deinceps rationibus variis,& quàm copiosissimis verbis approbari putant oportere,hoc modo: Domus ea, quæ ratione regitur,omnibus[g] instructior est rebus,& apparatior quàm ea,quæ temere,& nullo consilio administratur.Exercitus is,cui præpositus est sapiens,& callidus imperator, omnibus partibus commodiùs regitur, quàm is, qui stultitia, & temeritate alicuius administratur.Eadẽ nauigij ratio est. Nam[h] nauis optimè cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cum[i] propositio sit hoc pacto approbata, & duæ partes transierint ratiocinationis,tertia in parte aiũt quod ostendere velis,id ex vi propositionis oportere[k] assumere,hoc pacto:Nihil autem omniũ rerum meliùs quàm omnis mundus administratur. Huius assumtionis quarto in loco aliã porrò inducunt approbationem,hoc modo:Nam & signorum ortus & obitus definitũ quendã ordinem seruant,& annuæ cõmutationes,non modò quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt: verùm ad vtilitates quoque rerum omnium sunt accommodatæ,& diurnæ, nocturnæque vicissitudines, nulla in re vnquam mutatæ quidquam nocuerunt. Quæ signo sunt omnia, non mediocri quodã consilio naturã mundi administrari.Quinto inducunt loco complexionem eam,quæ aut id infert solum , quod ex omnibus partibus cogitur,hoc modo:Consilio igitur mundus administratur: aut vnum in locum cùm conduxerit breuiter propositionem,& assumtionem,id[m] adiungit, quod ex his conficiatur,ad hũc modum:Quòd si meliùs geruntur ea[n], quæ consilio quàm quæ sine consilio administrantur: nihil autem omnium rerum meliùs[o], quàm omnis mundus administratur. consilio igitur mundus administratur. Quinque pertitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Qui autem tripertitã esse dicunt,ij[p] non aliter putant[q] tractari oportere argumentationẽ,sed partitionẽ horum reprehendunt. Negant enim neque à propositione,neque ab assumtione approbationes earum separari oportere,neque propositionem absolutam,neque assumtionem sibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata non sit.Quare quas illi duas parteis numerant, propositionem,

[a] quæ & ἐπιχείρημα *lib.* 2. ad Herennium dicitur ab enthymemate & ἀπὸ τοῦ εἶναι vide 5. Quintil. 10. constat quinque partibus, propositione, ratione, assumtione, complexione & 5. Quint 5.

[b] L. aliquid probabile.

[c] L. in vsu dicendi

[d] L. paullulũ in præc. *vita lib.* v.

[e] L. Qui putant distribui in quinque parteis op.

[f] *al.* gubernãtur ea quę cõsilio reguntur:ita legitur *apud Quint.* 5. c. 14.

[g] L. omnibus rebus instructior, & apparatior est,*l.* v. omnibus est instructior rebus & app.

[h] *al.* nauis nãq. opt. curs.

[i] *al.* Cùm propositio igitur sit h. p.

[k] L. assumere oportere.

[l] *al.* colligitur.*

[m] *v.c.* id iungit,q. *vnde quidam,* adiũgit quod ex his,*deleta vocula,* id[l] *al.* adiũgit quid ex his.*ita Quint.* 5. c. 14.*

[n] *deest particula,* ea, *Quintiliano illoloco*

[o] *vet. c.* melius administratur,quàm omnis mundus:conf.

[p] *vet. c.* hi nõ aliter.

[q] tractari putant oportere,sed part.

[a] *al.* idipsum quod inducimus.*

[b] *l.* v. antè diximus. *non pl.*

[c] L. quę primò rogetur, *& ita cod. v.*

[d] *al.* orationem.*

P. B.

[e] L. similitudo est.

[f] L. responsio est,

[g] L. Prima pars ex similit. constat vna,

[h] *al. lib. vulg.* constat ex simil.

[i] L. non satis dilucidè vid. alic. dem.

[k] *al.* nisi quid ex ciuili causarum genere exempli.*

[l] *al.* docẽdo.* *vel* L. fiat satis.

[m] *l.* v & à sup. rem.

[n] *lib. v.* id patietúrne f. p *al.* rectum vobis videtur?

[o] *lib. v.* non ita videri iudices, potest.

[p] L. omnibus est instructior rebus & app.

[q] L. assumere oportere.

[r] *al.* Cùm propositio igitur sit h. p.

[s] L. Quę putant distribui in quinque parteis op.

[t] *al.* gubernãtur ea quę cõsilio reguntur:ita legitur *apud Quint.* 5. c. 14.

[u] L. omnibus rebus instructior, & apparatior est,*l.* v. omnibus est instructior rebus & app.

[x] *al.* nauis nãq. opt. curs.

[y] *al.* Cùm propositio igitur sit h. p.

[z] L. assumere oportere.

[a] *al.* colligitur.*

[b] *v.c.* id iungit,q. *vnde quidam,* adiũgit quod ex his,*deleta vocula,* id[l] *al.* adiũgit quid ex his.*ita Quint.* 5. c. 14.*

[c] *deest particula,* ea, *Quintiliano illoloco*

[d] *vet. c.* melius administratur,quàm omnis mundus:conf.

[e] *vet. c.* hi nõ aliter.

[f] tractari putant oportere,sed part.

& approbationem, sibi [a] vnam partem videri, propositionem: quæ si approbata non sit, propositio non sit argumentationis. Item, quæ ab illis assumtio, & assumtionis approbatio dicitur, eandem sibi assumtionem solam videri. Ita fit, vt eádem ratione argumentatio tractata, aliis tripertita, aliis quinquepertita videatur. Quare éuenit, vt res non tam ad vsum dicendi pertineat, quàm ad rationem præceptionis. Nobis autem commodior [b] illa partitio videtur esse, quæ in quinque parteis distributa est, quam omnes ab Aristotele & Theophrasto profecti, maximè secuti sunt. Nam quemadmodum illud superius genus argumentandi, quod per inductionem sumitur, maximè Socrates, & Socratici tractauerunt: sic hoc, quod per ratiocinationem expolitur, summè est ab Aristotele, atque à [c] Peripateticis, & Theophrasto frequentatum: Deinde à rhetoribus iis, qui elegantissimi, atque artificiosissimi putati sunt. Quare autem nobis illa magis partitio probetur, dicendum videtur, ne temere secuti putemur: & breuiter dicendum, ne in huiusmodi rebus diutiùs, quàm ratio præcipiendi postulat, commoremur. Si quadam in argumentatione satis est vti propositione, & non oportet adiungere approbationem propositioni: quædam autem in argumentatione infirma est propositio, nisi adiuncta sit approbatio: separatum quiddam est à propositione approbatio. Quod enim adiungi, & separari ab aliquo potest, id non potest idem esse, quod est id, ad quod adiungitur, & à quo separatur. Est autem quædam argumentatio, in qua propositio non indiget approbatione: & [d] quædam, in qua nihil [e] valet absque approbatione, vt ostendemus. separata [f] est igitur à propositione approbatio. Ostendemus autem id, quod polliciti sumus, hoc modo: Quæ propositio in se quiddam [g] continet perspicuum, eò quòd constare inter omneis necesse est, hanc velle approbare & [h] firmare nihil attinet. Ea est huiusmodi: Si, i quo die ista cædes Romæ facta est, ego Athenis eo die fui, interesset in cæde non potui. Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet approbari. Quare assumi statim oportet, hoc modo: Fui autem Athenis eo die. hoc si non constat, indiget approbationis: qua inducta, complexio consequetur. igitur in cæde interesse non potui. Est igitur quædam propositio, quæ non indiget approbatione. nam [l] esse quandam, quæ indigeat, quid attinet ostendere, quod cuiuis facilè perspicuum est? Quod si ita est, ex hoc, & ex eo, quod proposueramus, hoc conficitur, separatum esse quiddam à propositione approbationem. Si autem ita est, falsum est non esse plus, quàm tripertitam argumentationem. Simili modo liquet [m] alteram quoque approbationem separatam esse ab assumtione. Nam [n] si quadam in argumentatione satis est vti assumtione, & non oportet adiungere approbationem assumtioni: quadam autem in argumentatione infirma est assumtio, nisi adiuncta sit approbatio: separatum [o] quiddam est extra assumtionem approbatio. Est autem argumentatio quædam, in qua assumtio non indiget approbationis, quædam autem, in qua nihil valet sine approbatione, vt ostendemus. separata est igitur ab assumtione approbatio. Ostendemus autem [a] id, quod polliciti sumus, hoc modo: Quæ perspicuam omnibus veritatem continet assumtio, nihil indiget approbationis. ea est huiusmodi. Si oportet sapere, dare operam philosophiæ conuenit. Hæc propositio indiget approbationis. Non enim perspicua est, neque constat inter omneis, propterea quòd multi nihil prodesse philosophiam, plerique etiam obesse arbitrantur. Assumtio perspicua est hæc: Oportet autem sapere. Hoc autem quia [b] ipsum ex re perspicitur, & verum esse intelligitur, nihil attinet approbari. Quare statim concludenda est argumentatio. igitur dare operam philosophiæ conuenit. Est ergo assumtio quædam, quæ approbationis non indiget. Nam quandam indigere perspicuum est. separata est igitur ab assumtione approbatio. Falsum ergo est, non esse plus quàm tripertitam argumentationem. Atque ex his illud iam perspicuum est, esse quandam argumentationem, in qua neque propositio, neque assumptio indigeat approbationis [c], huiusmodi, (vt certum quiddam, & breue, exempli causa, ponamus:) si summopere sapientia petenda est, summopere stultitia vitanda est. summopere [d] autem sapientia petenda est: igitur [e] summopere stultitia vitanda est. Hic [f] & assumtio, & propositio perspicua est. quare neutra quoque indiget approbatione. Ex [g] his omnibus illud perspicuum est, approbationem tum adiungi, tum non adiungi. Ex quo cognoscitur, neque in propositione, neque in assumtione contineri approbationem, sed vtramque suo loco positam, vim suam, tanquam certam & propriam obtinere. Quod si ita est, commodè partiti sunt illi, qui in quinque parteis distribuerunt argumentationem. Quinque [h] sunt igitur partes eius argumentationis, quæ per ratiocinationem tractatur: Propositio, per [i] quam breuiter locus [k] is exponitur, ex quo vis omnis oportet emanet ratiocinationis: Propositionis approbatio, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum [l], probabilius & apertius sit: Assumtio, per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur: Assumtionis approbatio per quam id, quod assumtum est, rationibus firmatur [m]: Complexio, per quam id, quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur. Quæ plurimas habet argumentatio parteis, ea constat ex his quinque partibus. Secunda est quadripertita. Tertia tripertita. Dein bipertita, quod in controuersia est [n]. De [o] vna quoque parte potest alicui videri posse argumentationem consistere. Eorum igitur, quæ [p] consistant, exempla ponemus: eorum, quæ dubia sunt, rationes afferemus. Quinque pertita argumentatio est huiusmodi: Omnes leges, iudices, ad commodum reipublicæ referri [q] oportet, & eas ex vtilitate communi, non ex scriptione, quæ in litteris est, interpretari. Ea enim virtute & sapientia maiores nostri fuerunt, vt in legibus scribendis nihil sibi aliud, nisi [r] salutem atque vtilitatem reipublicæ proponerent. Neque enim

[a] *al.* sibi vnã propositionẽ videri q.

[b] *quidam lib. vnig.* commodior ea part.

[c] *al.* atq. Peripat.

[d] L. quædam, in q.

[e] *l.v.* nihil valet sine appr.

[f] L. separata igitur est à pr.

[g] L. continet quidd.

[h] *al.* & confirmare

[i] Idem paulò antè dictum est, qua parte de simplici conclusione dicitur*

[k] L. in cæde interesse.

[l] *l.v.* Ni esse quidem quan dam,

[m] *al.* l. 21 est P. LV.

[n] *l.v.* Nam si satis est in quadam arg. vti.

[o] *sort.* separatum quiddã est ab assumtione appr.

[a] *al.* autem quod poll.

[b] L. quia ipsum ex se perspicitur, *al.* percipitur, *sic infrà.*

[c] L. approbationis. Ea est huiusmodi, vt c.

[d] L. summo autem opere sap. *& ita l.v.*

[e] L. summo igitur opere stult.

[f] L. Hic & propositio, & assumtio persp.

[g] L. Ex hisce omnibus illud.

[h] *l.v.* Quinq. partes igitur sunt argumẽtationis eius quæ

[i] *l.v.* per quã locus is breuiter exp.

[k] L. is locus ex.

[l] *al.* firmatũ,

[m] *al.* confirmatur.

P. . 2.

[n] Ex vna quo que parte pot. alicui vid. posse cõstare. Eo.

[o] *al.* siqui autẽ exvna quo que parte.*

[p] L. quæ consistant,

[q] L. referre

[r] L. quàm salutem.

BIBLIOTECA „ASTRA" SIBIU

enim ipsi, quod obesset, scribere volebant: &, si scripsissent, cùm esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant. Nemo enim leges legum causa saluas esse vult, sed reip. quod ex legibus omneis[a] respublicas optimè putant administrari. Quam ob rem igitur leges seruari oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit: hoc est, quoniam reip. seruimus, ex reip. commodo atque vtilitate leges interpretemur. Nã vt ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis vtilitatem spectat[b], quoniã eius causa est institutа: sic à legib. nihil cõuenit arbitrari, nisi quod reip. cõducat, proficisci, quoniam eius causa sunt comparatæ. Ergo in hoc quoque iudicio desinite litteras legis perscrutari, & legẽ, vt æquum est, ex vtilitate reip. considerate, quod[c] hic fecit. Quid enim magis vtile Thebanis fuit, quàm Lacedæmonios opprimi? Quid[d] magis Epaminondã, Thebanorum imperatorem, quàm victoriæ Thebanorum, consulere decuit? Quid hunc tanta Thebanorũ gloria[e], tã claro, atque exornato tropæo[f] carius, atq. antiquius habere conuenit? Scripto videlicet legis omisso, scriptoris sententiam considerare debebat. Atque[g] hoc quidem satis consideratum est, nullam esse legem nisi reip. causa scriptam. Summam igitur amentiam esse existimabat, quod scriptũ esset reip. salutis[h] causa, id non ex reip. salute interpretari. Quòd si leges omneis ad vtilitatẽ reip. referri cõuenit, hic autem saluti reip. profuit, profectò non potest eodem facto & communibus fortunis consuluisse, & legibus nõ obtemperasse. Quattuor autem partibus[i] constat argumentatio, cùm aut proponimus, aut assumimus sine approbatione. Id facere oportet, cùm aut propositio ex se intelligitur, aut assumtio perspicua est, & nullius approbationis indiget. Propositionis approbatione præterita, quattuor ex partib. argumentatio tractatur ad hunc modum: Iudices, quik ex lege iurati iudicatis, legibus obtẽperare debetis. Obtemperare autem legibus nõ potestis, non id, quod scriptum est in lege, sequamini. quod enim certius legis scriptor testimoniũ voluntatis suę relinquere potuit, quàm, quòd ipse magna cum cura, atque diligẽtia scripsit? Quòd si litteræ non exstarẽt, magnopere requireremus[l], vt ex his scriptoris voluntas cognosceretur: nec tamen Epaminõdæ permitteremus, ne[m] si extra iudicium quidem esset, vt is nobis sententiam legis interpretaretur, nedum nunc istud patiamur, cùm præsẽs lex sit, non ex eo, quod apertissimè scriptum est, sed ex eo, quod suæ causæ conuenit, scriptoris volũtatem interpretari. Quòd si vos, iudices, legibus obtemperare debetis, & id facere non potestis, nisi quod scriptum est in lege, sequamini, quid[n] causę est, quin istum contra legem feciſſe iudicetis? Assumtionis autem approbatione præterita, quadripertita sic fiet argumentatio? Qui sæpenumerò nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Siquid enim perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit, præter nosmetipsos, quem iure accusare possimus. Ac[o] primùm quidẽ decipi incõmodũ est: iterum, stultum: tertiùm[p] turpe. Karthaginienses autem persæpe iam nos fefellerũt. Summa igitur amẽtia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis.

Vtraque approbatione præterita, tripertita fit, hoc pacto: Aut metuamus Karthaginienseis oportet, si incolumeis eos reliquerimus: aut eorum vrbem diruamus[a]: ac metuere quidem non oportet. Restat igitur, vt vrbem diruamus. Sunt autem qui putant nonnunquam posse[b] complexione oportere superſederi, cùm id perspicuum sit, quod conficiatur ex ratiocinatione. quod si fiat, bipertitam quoque fieri argumentationem, hoc modo: Si peperit, virgo non est. peperit autem. hîc satis esse dicunt proponere, & assumere: quoniam perspicuum sit, quod[c] conficiatur, cõplexionis rem non indigere. Nobis autem videtur & omnis ratiocinatio concludenda esse, & illud vitiũ, quod illis displicet, magnopere vitandum, ne, quod perspicuum sit, id in complexionẽ inferamus. Hoc autẽ fieri poterit, si complexionum genera intelligantur[d]. Nam aut ita complectemur, vt in vnum conducamus propositionẽ, & assumtionem, hoc modo: Quòd si leges omneis ad vtilitatem reip. referri[e] conuenit, hic autem saluti reip. profuit: profectò non potest eodem facto, & saluti communi consuluisse, & legibus non obtemperasse. Aut[f] ita, vt ex contrario sententia conficiatur, hoc modo: Summa igitur amentia est in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis. Aut ita, vt id solum, quod conficitur, inferatur, ad hunc modũ: Vrbẽ igitur diruamus. Aut vt id, quod eam rem quæ cõficitur, sequatur necesse est. Id est huiusmodi: Si peperit, cum viro concubuit, peperit autem. Conficitur hoc: Concubuit igitur cum viro. Hoc si nolis inferre, & inferas id, quod sequitur, Fecit igitur incestum: & concluseris argumentationem, & perspicuam fugeris[g] complexionem. Quare in lõgis argumentationibus, exh cõductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in breuibus id solum, quod conficitur, exponere: in iis, in quibus exitus perspicuus est, consecutione vti. Si qui autem ex vna quoque parte putabunt constare argumentationem, poterunt dicere, sæpe satis esse hoc modo argumentationem facere: Quoniam peperit, cum viro concubuit: nam hoc nullius neque approbationis, neque assumtionis, vel eius approbationis, neque complexionis indigere. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Nam argumentatio nomine vno res[i] duas significat ideò, quòd & inuentum aliquam in rem probabile, aut necessarium, argumentatio vocatur, & eius inuenti artificiosa expolitio. Quando igitur proferent aliquid huiusmodi: Quoniam peperit, cum viro concubuit: inuentum proferent, non expolitionem. Nos autem de expolitionis partibus loquimur. Nihil igitur ad hanc rem ratio illa pertinebit: atque hac distinctione, alia quoq. quæ videbũtur officere huic partitioni, propulsabimus, siquik aut assumtionem aliquando tolli posse putent, aut propositionem. Quæ siquid habet probabile, aut necessarium, quoquo modo commoueat auditorem necesse est. Quod si solum spectaretur, ac nihil, quo[m] pacto tractaretur id, quod excogitatum esset, referret: nequaquã tantum inter summos oratores, & mediocreis interesse existimaretur. Variare autem orationem magnopere oportebit. Nam[n] omnibus in reb. similitudo est facietatis mater. Id fieri

a L. omnes remp. & ita lib. v.
b L. spectet, & ita lib. v. c absunt hæc, quod hîc fecit, à quibusdam & pòst legitur quid autem magis.*
d L. Cui rei magis Epa. e lib. v. gloria Theba.
f al. trophęo*
g L. At hoc quidem s. & ita lib. v.
h hæc particula salutis, deest quibusdam.*
i al. è part.
k lib. v. qui ex lege iurati estis, leg. P. L V I.
l lib. v. requireremus eas,
m lib. vulg. nisi extra iud. q.
n al. quid dubitatis, quin istum.*
o lib. vet. Ac primo quidem.
p lib. v. tertio, turpe.
a L. diruamus At metuere q. n. op.
b L. posse cõplexione superſederi, &c. R. Steph. posse compl. superſ. oportune, &c. Paul. Manut. posse compl. & oportere superſ. &c. Cæli. posse complex. opportunè superſ. &c. v. cod. nõ nunq. compl. oportere superſ. etr. & ad eram libri ad ſcriptum eadẽ manu, posse. Hinc fortaſſe nata tanta ſcripturæ varietas.
c lib. v. quod cõficiatur ex ratiocinatione. quod si fiat, compl. r. n. ind.
d lib. v. intelligentur. P. B.
e lib. vet. referre.
f al. aut contrarium conclusionis hoc modo.*
g al. secteris.*
h al. aut ex com.
i L. duas res.
k v. c. si quis aut assumtionem aliq. tolli posse putet aut.
l L. Quod si solũ id, quod inuentum est spectaretur, ac nihil, &c. & ita lib. v. al. Quod si solum argumentum spectaretur. &c. al. Quod si solum spectaretur quod inuctum esset, &c.
m L. quo pacto tractaretur, referret.
n L. Nam in reb. omnib.

275935

poterit, si non similiter semper ingrediamur in argumentationem. Nam primùm omnium generibus ipsis distinguere conuenit oratio-nem, hoc est, tum inductione vti, tum ratiocinatione. Deinde in ipsa argumentatione non semper à propositione incipere, nec [a] semper quinque partibus abuti, neq. eadem ratione expolire[b] partitiones: sed tum ab assumtione incipere licet, tum[c] ab approbatione alterutra, tum vtraq. tum hoc, tum illo genere complexionis vti. Id [d] vt perspiciatur, aut scribamus, aut in quolibet exemplo de iis, quæ proposita [e] sunt, hoc idem exerceamus, vt[f] quàm facile factu sit. 60 ¶ Ac de partibus quidem argumentationis satis nobis dictum videtur. Illud autem volumus intelligi, nos probè tenere, aliis quoque rationib. tractari argumẽtationes in philosophia multis, & obscuris, de quibus certum est artificium constitutum. Verùm illa nobis abhorrere ab [g] vsu oratorio videntur. Quæ pertinere autem[h] ad dicẽdum putamus, ea nos commodiùs, quàm ceteros, attendisse non affirmamus, sed perquisitiùs & diligentiùs conscripsisse pollicemur.

61 ¶ Nunc, vt instituimus, proficisci ordine ad reliqua pergemus. REPREHENSIO est, per quam argumentando aduersariorum cõfirmatio diluitur, aut infirmatur, aut [i] alleuatur. 62 ¶ Hæc fonte inuentionis eodem vtetur, quo vtitur confirmatio, propterea quòd, quibus ex locis aliqua res confirmari potest, iisdem[k] potest ex locis infirmari. Nihil enim considerandum est in his omnibus inuentionibus, nisi id, quod personis, aut negotiis attributum est. Quare inuentionem, & [l] argumentationum [m] expolitionem ex illis, quæ antè præcepta sunt, hanc quoq. in partem orationis transferri oportebit. Verumtamen, vt quædam præceptio detur huius quoque partis, exponemus [n] modos reprehensionis, quos qui obseruabunt, faciliùs ea, quę contrà dicẽtur, diluere, aut infirmare poterunt. 63 ¶ Omnis argumentatio reprehẽditur[o], si aut ex iis, quæ sumta sunt, non conceditur aliquod vnum, pluráve: aut[p], his concessis, complexio confici ex his negatur: aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur: aut si contra firmam argumentationem, alia æquè firma, aut firmior ponitur. 64 ¶ Ex iis[q], quæ sumuntur, aliquid non conceditur, cùm aut id, quod credibile dicunt, negatur esse eiusmodi [r]: aut quod comparabile putant, dissimile ostenditur: aut iudicatum aliam in partem traducitur, aut omnino iudiciũ improbatur: aut, quod signum esse aduersarij dixerunt, id eiusmodi negatur esse. In hanc sedem reuocandam esse hanc sententiam, sequentia satis ostendunt. 65 ¶ Quod *pro credibili* sumtum erit, id infirmabitur, si aut perspicuè falsum erit, hoc modo. Nemo est, qui non pecuniam, quàm sapientiam, malit. aut ex cõtrario quoque credibile aliquid habebit, hoc modo: Quis est, qui non officij cupidior[u] sit, quàm pecuniæ? Aut erit omnino incredibile, vt[x] si quis, quem cõstet esse auarum, dicat alicuius mediocris officij causa, se maximam pecuniam neglexisse. Aut si quod in quibusdã rebus, aut hominibus accidit, id omnibus dicatur vsu[a] euenire, hoc pacto: Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus est, in eo cædem factã esse oportet. In loco celebri homo occidi quî potuit? Aut si id, quod rarò fit, fieri omnino negatur[b]. vt Curius pro Fuluio: Nemo potest vno aspectu, neque præteriẽs in amorem incidere. 66 ¶ Quod autem *pro signo* sumetur, id ex iisdem locis, quibus [c] confirmatur, infirmabitur. Nam in signo, primùm verum esse ostendi oportet: Deinde eius[d] esse rei signum proprium, qua de re agitur, vt cruorem cædis: Deinde factum esse, quod non oportuerit: aut non factum, quod oportuerit: Postremò sciisse eum, [e] de qua quæritur, eius rei legem & consuetudinem. Nam cæ res sunt signo attributæ: quas diligentiùs aperiemus, cùm separatim de ipsa coniecturali constitutione dicemus. Ergo [f] horum vnumquodque in reprehensione, aut non esse signo, aut[g] parum magno esse, aut à se potiùs, quàm ab aduersariis stare, aut omnino falsò[h] dici, aut in aliam quoque suspicionem duci posse, demonstrabitur. 67 ¶ Cùm autem *pro comparabili* aliquid inducetur, quoniã id per similitudinem maximè tractatur, in reprehendendo conueniet simile id negare esse, quod conferetur, ei, quicum conferetur. Id fieri poterit, si demonstrabitur diuersum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione: ac si, quo in numero illud, quod per similitudinem afferetur, & quo in loco hoc genus, cuius causa afferetur, haberi conueniat, ostendetur. Deinde quid res cum re differat, demonstrabitur[k] ex quo docebimus aliud de eo, quod[l] comparabitur, & de eo, quicum comparabitur, existimari oportere. Huius facultatis maximè indigemus, [m] cùm ea ipsa argumentatio, quæ per inductionem tractatur, erit reprehendenda.

68 ¶ *Si iudicatum* aliquod inferetur, quoniam id ex locis maximè firmatur: laude eorum, qui iudicarunt: similitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem, qua de iudicatum est, commemorando non modò non esse reprehensum iudicium, sed ab omnibus approbatum: & demonstrando, difficilius, [n] & maius fuisse id iudicatum, quod afferatur, quàm id, quod infertur: ex contrariis locis, si res aut vera, aut verisimilis permitter, infirmari oportebit. Atque erit obseruandum diligenter, ne nihil ad [o] id, quod agatur, pertineat id, quod iudicatum sit: & videndum est, ne ea res proferatur, in qua sit offensum, vt de ipso, qui iudicarit, iudicium fieri videatur. Oportet autem animaduertere, ne, cùm aliter multa sint iudicata, solitarium aliquod, aut [p] rarum iudicatum afferatur. Nam his rebus auctoritas iudicati maximè potest infirmari. 69 ¶ Atque ea quidem argumenta, quæ quasi probabilia sumuntur [q], ad hunc modum tentari oportebit. Quæ verò sicuti necessaria inducẽtur, ea si fortè imitabuntur modò necessariam argumentationem, neque erunt eiusmodi: sic reprehendentur. Primùm *complexio*, quæ, vtrum conceſſeris, debet [r] tollere, si vera est, nunquam reprehendetur: sin falsa, duobus modis, aut conuersione, aut alterius partis infirmatione. *Conuersione*, hoc modo:

Nam

a L. nec semper q. p. vti, neque &c. & ita cod. v.
b L. partitiones expolire. c v.c. tum à probatione alterutra,
d v.c. Id vt perspiciamus &c. & ita Manut. non placet.
e al. posita.*
f L. hoc totum delet, vt q. facile f. sit. ‖ al. vt quàm faci le dictu sit, experiamur: al. id quod facile factu sit.*
P. LVII.
g v.c. ab vsu oratorio visa sunt.
h v.c. non habent, autem.
i al. aut leuatur. al. aut alleniatur. & ita codices v. quos hic non sequor: vt neq. alibi imerdũ.
k L. iisdem ex locis poteſt ea.
l al. & argumentationũ expolitionẽ sumtam ex illis, q. m al. argumẽtorum: al. & argumentationem.*
m L. exponemus omneis repr. modos, q. q.
o Reprehensionis quatuor modi de quibus sigillatim agit,*
p al. aut ex his concessis complexio cõfici negatur:
q Reprehensionis primus modus.*
r eiusmodi: aut quod signũ esse aduersarij dixerunt, id eiusmodi negatur esse. In hanc sedem reuocandam esse hanc sententiam, sequentia satis ostendunt.*
s L. aut vtraque ex p.
t al. argumẽtationem,
u lib. v. cupidior, quàm pecuniæ sit?
x al. vt si is, quem cõstat esse. &c. lib. vt si aliquem constat esse auarum. & d.

Nam[a] si veretur, quid eum accuſet, qui eſt probus?
Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet,
Quid eum accuſes, qui id parui auditu æſtimet?[b]

Hîc, ſi vereri dixeris, ſiue non vereri, concludendum[c] hoc putat, vt neges eſſe accuſandum. Quod conuerſione ſic reprehenditur: Immò verò accuſandus eſt. Nam ſi veretur, accuſes: non enim parui auditu æſtimabitd. Sin inuerecundum animi ingeniũ poſſidet, tamen accuſes. non enim probus eſt. *Alterius* autem *partis infirmatione*, hoc modo reprehenditur: Verùm ſi veretur, accuſatione tua correctus, ab errato recedet. 70 ¶ *Enumeratio* vitioſa intelligitur, ſi aut præteritum quiddam dicemus, quod velimus concedere, aut infirmum aliquid annumeratum, quod aut contrà dici poſſit, aut cauſa non ſit, quare[e] non honeſtè poſſimus concedere. Præteritur quiddam in eiuſmodi enumerationibus: Quoniam habes iſtum equum, aut emeris oportet, aut hæreditate poſſideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus ſit: aut, ſi horum nihil eſt, ſurripueris neceſſe eſt. ſed neque emiſti, neque hæreditate vênit, neque domi natus eſt, neq; donatus eſt: neceſſe eſt ergo ſurripueris. Hoc commodè reprehenditur[f], ſi dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus, cuius[g] prædæ ſectio non venierit: quo illato, infirmatur enumeratio, quoniam id ſit inductum, quod præteritum ſit in enumeratione. Altero autem modo reprehendetur, ſi aut contrà aliquid dicetur: hoc eſt, ſi, exempli cauſa, vt in eodem verſemur, poterit oſtendi hereditate veniſſe. aut ſi extremum[h] illud non erit turpe concedere: vt ſi quis, cùm dixerint aduerſarij, aut inſidias facere voluiſti, aut amico morem geſſiſti, aut cupiditate elatus es, amico ſe morẽ geſſiſſe fateatur. 71 ¶ *Simplex* autem *concluſio* reprehenditur[i], ſi id, quod ſequitur, non videatur neceſſariò conſequi eo, quod anteceſſit, cohærere. Nam hoc quidem; ſi ſpiritum ducit, viuit: ſi dies eſt, lucet: eiuſmodi eſt, vt cum priore neceſſariò poſterius cohærere videatur. Hoc autẽ, ſi mater eſt, diligit[k] ſi aliquando peccauit, nunquam corrigetur, ſic conueniet reprehendi, vt demonſtretur non neceſſariò cum priore poſterius cohærere. Hoc genus, & cætera neceſſaria, & omnino omnis argumẽtatio, & eius reprehẽſio maiorem quandam vim continet[l], & latius patet, quàm hîc exponitur: ſed eius artificij cognitio huiuſmodi eſt, vt nõ ad huius artis partẽ aliquam adiungi poſſit, ſed ipſa ſeparatim longi tẽporis, & magnæ atque arduæ cognitionis indigeat. Quare illa nobis alio tẽpore, atque ad aliud inſtitutũ, ſi facultas erit, explicabuntur. Nunc his præceptionibus rhetorum ad vſum oratorium contentos nos eſſe oportebit. Cùm igitur ex iis, quæ ſumuntur aliquid non conceditur, ſic infirmabitur.

72 ¶ Quũ autem, his conceſſis, *complexio*[m] *ex his non conficitur*: hæc erũt conſideranda, num aliud conficiatur, aliud dicatur, hoc modo: Si, quum aliquis dicat ſe profectum eſſe ad exercitum, contráque eum quis velit hac argumentatione[n] vti: Si veniſſes ad exercitum, à tribunis militaribus viſus eſſes. non es autem ab his viſus. non[o] es igitur profectus ad exercitum. Hîc, cùm conceſſeris propoſitionem, & aſſumtionem, complexio eſt infirmãda. Aliud enim, quàm cogebatur[p], illatũ eſt. At nunc quidem, quò faciliùs res cognoſcetur, perſpicuo, & grandi vitio præditum poſſumus exemplum: ſed ſæpe obſcurius poſitum vitium pro vero probatur, cùm aut parum memineris quod conceſſeris, aut ambiguum aliquod pro certo conceſſeris. Ambiguum ſi conceſſeris ex ea parte, quam ipſe intellexeris, eam[a] partem ſi aduerſarius ad aliã partem per complexionem velit accommodare: demonſtrare oportebit, nõ ex eo, quod ipſe conceſſeris, ſed ex eo, quod ille ſumſerit[b], confici complexionem, ad hunc modũ: Si pecuniæ indigetis, pecuniam non habetis. ſi pecuniam non habetis, pauperes eſtis. Indigetis autem pecunię, mercaturę enim, niſi ita eſſet, operã non daretis, pauperes igitur eſtis. Hoc ſic reprehenditur: Cùm dicebas, Si indigetis pecuniæ, pecuniam non habetis: hoc intelligebam, Si propter inopiam in egeſtate eſtis, pecuniam non habetis: & idcircò concedebam, Cùm autẽ hoc ſumebas[c], Indigetis autem pecuniæ: illud accipiebam. Vultis autem pecuniæ plus habere. Ex quibus conceſſionibus non conficitur hoc, Pauperes igitur eſtis. conficeretur autem, ſi[d] tibi primò quoque hoc conceſſiſſem, Qui pecuniam maiorem vellet habere, eum pecuniam non habere. Sæpe autem oblitum putant, quid[e] conceſſeris, & idcircò id, quod non conficitur, quaſi conficiatur, in concluſione infertur, hoc modo: Si ad illum hereditas veniebat, veriſimile eſt ab illo eſſe necatum. Deinde hoc approbant plurimis[f] verbis. pòſt aſſumunt. Ad illum autem heredita veniebat, deinde infertur, Ille igitur occidit. Id ex iis, quæ ſumſerant, non conficitur. Quare obſeruare diligenter oportet, & quid ſumatur, & quid ex his cõficiatur.

73 ¶ Ipſum autem *genus*[h] *argumentationis, vitioſum* his de cauſis oſtendetur, ſi aut in ipſo vitium erit, aut ſi non ad id, quod inſtituitur, accommodabitur. Atque in ipſo vitium erit, ſi omnino totum falſum erit, ſi commune, ſi vulgare, ſi leue, ſi remotum, ſi mala definitio, ſi controuerſum, ſi perſpicuum, ſi non cõceſſum, ſi turpe, ſi offenſum, ſi contrarium, ſi inconſtans, ſi aduerſum. *Falſum* eſt, in quo perſpicue mendacium eſt, hoc modo: Nõ poteſt eſſe ſapiens, qui pecuniam negligit. Socrates autem pecuniam negligebat, non igitur ſapiens erat. *Commune* eſt, quod nihilo magis ab iaduerſariis, quàm à nobis facit, hoc modo, ideircò, iudices, quia verã cauſam habebã, breui[k] peroraui. *Vulgare* eſt, quod in aliã quoque rem non probabilem, ſi nunc conceſſum ſit, transferri poſſit, hoc modo: Si verã cauſam non haberet, vobis ſe, iudices, non commiſiſſet. *Leue* eſt, quod aut poſt tempus dicitur, hoc modo: Si in mentem veniſſet, non commiſiſſet: aut perſpicuè rem turpem leui tegere vult defenſione, hoc modo:

Cùm te expetebant omnes florentiſſimo[l]
Regno, reliqui: nunc deſertum ab omnibus,
Summo[m] *periclo, ſola vt reſtituam, paro.*

Remotum eſt, quod vltra quàm ſatis eſt, petitur[n], hoc modo: Quòd ſi nõ P. Scipio Cornelium filiam T. Graccho collocaſſet, atque ex ea duos Gracchos procreaſſet, tantæ ſeditiones natæ non eſſent. Quare hoc incommodum Scipioni adſcribendum videtur. Huiuſmodi eſt illa quoque conqueſtio:

Vtinam[o] *ne in nemore Pelio ſecuribus*
Cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes,[p]

Longiùs enim repetita eſt, quàm res poſtu-

a Idem verſus, paulo tamen aliter recitatur l. 2. ad Herennium ſuprà.
b al. exiſtimet?
c v.c. concedendum hoc putat, vt.
d al. exiſtimabit.
e v.c. quare honeſtè non poſ.
f L. reprehenditur,
g al. cuius prædæ ſectio venierit. v.c. cuius prædæ ſectione venierit. ‖ *ſed legendum*, qui prædæ ſectione venerit: *aut potius* qui ue prędę ſectione venerit. Prædam enim milites captam, inter ſe ſecabant & diuidebant. Cæſar. 1. *de bello Gallico*: ſectionem opidi vniuerſi Cæſar vendidit. Deo autẽ illa rectè ſeparantur, equæ exhoſtib. captus, & qui ex prædæ ſectione venit.
h illud extremum.
i al. reprehenditur,
k l. diligit ſi linm.
l L. obtinet
m Reprehenſionis modus ſecundus.
n L. vti argumentatione:
o L. non igitur es pr.
p al. conficiebatur,
a *fort.* & eam part. ſi aduer.
b al. aſſumſerit,
c al. aſſumebas,
d L. ſi tibi primò hoc quoque conc.
e al. quod cõceſſeris,
f al. plurib. verbis,
g L. & quæ ſumantur,
h Reprehenſionis modus tertius.
i al. cum aduerſariis, quę nobiſcum f.
k al. breuiter
l al. florentiſſimo in r.
m al. Summo in periclo,
n L. repetitur
o Verſus ex Enniii Medea repetuntur autem lib. 2. ad Herennii ſuprà & 3. de Natura deorum.
p antiquè protrabs.

labat. *Mala definitio* est, cùm aut communia describit, hoc modo: Seditiosus est is qui malus atque inutilis est ciuis. Nam hoc non magis seditiosi quàm ambitiosi, quàm calumniatoris, quàm alicuius improbi hominis vim describit. Aut falsum quiddã dicit, hoc pacto:

a L. est pecuniæ quærendæ int.
b L. nec magnũ continet
c L. Est hæc quidẽ stult.

Sapientia, est[a] pecuniæ acquirendæ intelligẽtia. Aut aliquid non graue, nec[b] magnũ continens, sic: Stultitia est immensæ gloriæ cupidi tas. Est[c] hæc quidem stultitia, sed ex parte qua dam, non ex omni genere, definita. *Controuersum* est, in quo ad dubium demonstrandum, dubia causa affertur, hoc modo:

Eho tu, diỹ, quibus est potestas motus superũ, atque inferũ,
Pacem[d] *inter sese conciliant, conferunt concordiam:*

d L. Pacẽ inter se concil. & ita v.c.

Perspicuum est, de quo non est controuersia: vt, si quis, cùm Oresten accuset, planum faciat, ab eo matrẽ esse occisam. *Non concessum* est, cùm id, quod augetur, in controuersia est, vt, si quis, cùm Vlysses accuset, in hoc maximè commoretur: Indignum esse, ab homine ignauissimo virum fortissimum, Aiacem, necatum. *Turpe* est, quod aut eo loco, in quo dicitur: aut eo homine, qui dicat: aut eo tempore, quo dicitur: aut iis, qui audiunt: aut ea re, de[e] qua agitur, indignum, propter inhonestam rem, videtur. *Offensum* est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem lædit: vt, si quis apud equites Romanos, cupidos iudicandi, Cæpionis legem iudiciariam laudet. *Contrarium* est, quod contra ea dicitur, quæ ij, qui audiunt, fecerunt: vt, si quis apud Alexandrum Macedonem contra aliquem vrbis expugnatorem diceret, nihil esse crudelius, quàm vrbeis[f] diruere, cùm ipse Alexander Thebas diruisset. *Inconstans* est, quod ab eodem de eadem re, diuersè dicitur: vt, si quis, cùm dixerit, qui virtutem habeat, eum nullius rei ad bene viuendum indigere, neget postea sine bona valetudine[g] posse bene viuere: Aut se amico adesse propter beneuolentiam[h]: sperare enim aliquid cõmodi ad se peruenturũ. *Aduersum* est quod ipsi causæ aliqua ex parte officit, vt si quis hostium vim, & copias, & felicitatem augeat, cùm iad pugnam milites hortetur. Si non ad id, quod[k] instituitur, accommodabitur aliqua pars argumentationis, horum aliquo in vitio reperietur. Si plura polli citus, pauciora demonstrabit: aut, si, cùm totum debebit ostendere, de parte aliqua loquatur, hoc modo: Mulierum genus auarum est. nam Eriphyle auro viri vitam vendidit. Aut si non id, quod[m] accusabitur, defendet: vt, si quis, cùm ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet: vt Amphion apud Euripidem. Item apud Pacuuium: qui, vituperata musica, sapientiam laudat. Aut si res ex hominis vitio vituperabitur, vt, si quis doctrinam ex alicuius docti vitiis reprehendat[n]. Aut, si quis, cùm aliquem volet laudare, de felicitate eius, non de virtute dicat[o]. Aut, si quis rem cum re ita comparabit, vt alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperarit: aut si alteram ita laudet[p], vt alterius non faciat mentionem: vt, si quis, cùm aliqui deliberent, bellum[q] geratur, an non, pacem laudet omnino, non illud bellum inutile esse de monstret. Aut si, cùm de certa re quæretur, de communi instituetur oratio. Aut, si ratio alicuius rei reddetur falsa, hoc modo: Pecunia bonũ est, propterea quòd ea maximè vitã beatam efficiat. Aut si infirma: vt Plautus,[a]

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immane[b] *est facinus. verùm in atate vtile*
Et conducibile.
Nam ego amicum hodie meum
Concastigabo[c] *pro commerita noxia,*
Inultus, ni id me inuitet vt faciam, fides.

a *in Trinũmo*
b L. Immœnæ id est magnum & improbũ. *Festus in Immanis.*
c Idem versus *lib 2. ad Herennii. vbi de vitiosa vatione tractat*
d *lib. vulg.* Nõ castigabo.

Aut eadem, hoc modo: Maximum malum est auaritia. multos enim magnis incommodis afficit pecuniæ cupiditas. Aut parum idonea, hoc modo: Maximum bonum est amicitia. plurimæ enim delectationes sunt in amicitia. 74 ¶ Quartus[e] modus erat reprehensionis, per quem contra firmam argumentationem, quæ firma, aut firmior ponebatur. Hoc genus in deliberationibus maximè versatur, cùm[f] aliquid, quod contrà dicatur, æquum esse concedimus, sed id, quod nos defendimus, necessarium esse demonstramus: Aut cùm id, quod illi defendant, vtile esse fateamur:[g] quod nos dicamus, demonstremus[h] esse honestum. Ac de reprehensione hæc quidem existimauimus esse dicenda.

e Reprehensionis quartus modus.*
f L. aut cùm aliq.
g L. fatemur:
h L. demonstramus.
P. LX.
i L. quidem hæc.

75 ¶ Deinceps[k] nunc de CONCLVSIONE ponemus[l]. Hermagoras[m] digressionem[n] deinde, tum postremam conclusionem ponit. In hac autem digressione[o] ille putat oportere quandam inferri orationem, à causa, atque à iudicatione ipsa remotam, quæ aut sui laudem, aut aduersarij vituperationẽ contineat, aut in aliam causam deducat, ex qua cõficiat aliquid confirmationis, aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quandã amplificationem. Hanc si quis partem putarit[p] orationis, sequatur Hermagoram licebit. Nã & augendi, & laudandi, & vituperandi præcepta à nobis partim data sunt, partim suo loco dabuntur. Nobis autẽ non[q] placet, hanc partem in numero reponi, quòd de causa digredi[r], nisi per locum communem, dispiicet, quo de genere posteriùs est dicendum. Laudes autẽ, & vituperationes non separatim placet tractari, sed in ipsis argumentationib. esse implicitas[s]. Nunc de conclusione dicemus.

k L. Deinceps nunc conclusionem ponemus, & ita v.c.
l *vet cod.* Hermagoras autem digr.
m L. degressio nem.
n Digressio pars orationis Hermagoræ, at non Ciceroni.
o L. degressione
p L. putarit esse or.
q L. non placuit, hanc part. in numerum rep.
r L. degredi,
s *v.c.* implicitas.

76 ¶ CONCLVSIO, est exitus, & determinatio totius orationis. 77 ¶ Hæc habet partes treis, enumerationem, indignationem, conquestionem. 78 ¶ *Enumeratio*[t] est, per quam res dispersè, & diffusè dictæ, vnum in locum cogũtur, & reminiscẽdi causa, vnũ sub aspectũ subiiciuntur. Hæc si semper eodem modo tractabitur, perspicuè ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur. Sin variè fiet, & hãc suspicionem, & satietatẽ vitare poterit. Quare tum oportebit ita facere, vt plerique faciunt propter facilitatem, singillatim vnamquamque rem attingere, & ita omneis transire[u] breuiter argumentationes: tum autem id, quod difficilius est, dicere, quas parteis exposueris in partitione, de quibus te pollicitus sis dictũrum, & reducere[x] in memoriam, quibus rationibus vnamquãque partem confirmaris[y]: tum ab iis, qui audiũt, quærere, quid sit, quod sibi velle debeant demonstrari, hoc[z] modo: Docuimus hoc, illud planum fecimus. ita simul & in memoriam redibit auditor, & putabit nihil esse præterea, quod debeat desiderare. Atq; in his generibus (vt antè dictũ est) tũ tuas argumẽtationes transire[aa] separatim, tũ id, quod artificiosius est, cum tuis contrarias conjungere: &, cùm tuam argumentationem

t quæ & rerum repetitio seu congregatio, & ἀνακεφαλαίωσις, Q. lib. 6. c. 1.*
u *fort. legendũ* tranligere breuiter.
x L. redigere*
y L. confirmaueris:
z *l. v.* Hoc modo illud docuimus, illud pl. f.
aa *fort.* transigere.

a L. est pecuniæ quærendæ int.
b L. nec magnũ continet
c L. Est hæc quidẽ stult.
d L. Pacẽ inter se concil. & ita v.c.
e L. qua de agitur, & ita v.c.
f v.c. vrbis
g v.c. valitudine
h v.c. beniuolentiam.
i L. cùm ad pugnandum milites cohortẽtur. & q.l.v. cùm ad pugnandum milites adhortetur.
k L. quod institutũ est.
l L. loquetur,
m *al.* de quo acc.
n L. reprehender.
o L. dicet
p L. laudabit.
q *l.v.* bellum gerant, an non.
```
```

nem dixeris,tum cõtra eam quod afferebatur,quemadmodũ diuersis oſtendere. Ita per breuem comparationem,auditoris memoria & de cõfirmatione,& de reprehẽſione redintegrabitur. Atque hæc aliis actionis quoque modis variare oportebit. Nam cùm [a] ex tua perſona enumerare poſſis, vt, quid, & quo quidque loco dixeris,admoneas:tũ verò per ſonam,aut rem aliquam inducere,&enumerationẽ ei totã attribuere. Perſonam,hoc modo:Nam ſi legis ſcriptor exſiſtat,quærat à vobis,quid dubitetis, quid poſſitis dicere, cùm vobis hoc, & hoc ſit demonſtratum. Atque hîc, itẽ vt in noſtra perſona,licebit aliàs ſingillatim tranſire[b] omneis argumentationes: aliàs ad partitiones ſingula genera referre,aliàs ab auditore,quid deſideret,quærere,aliàs hæc facere per comparationem ſuarũ,& cõtrariarum argumentationum.Res autem inducetur,ſi alicui rei huiuſmodi,legi,loco,vrbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem,hoc modo: Quid ſi leges loqui poſſent? nónne hæc apud vos quererentur? Quídnam amplius deſideratis, iudices, cùm vobis hoc,& hoc planũ factũ ſit?In hoc quoque genere omnibus eiſdem[c] modis vti licebit. Commune autẽ præceptum hoc datur ad enumerationem,vt ex vnaquaque argumentatione,quoniam tota iterum dici nõ poteſt, id eligatur:quod erit grauiſſimum,&[d] vnumquodque quàm breuiſſimè trãſeatur[e],vt memoria,nõ oratio renouata videatur. 79 ¶ *Indignatio*,[f] eſt oratio,per quã conficitur,vt in aliquem hominẽ magnum odium, aut in rem grauis offenſio concitetur. In hoc genere illud primùm intelligi volumus, poſſe omnibus ex locis iis,quos[g] in confirmandis præceptis poſuimus,tractari indignationem. Nam ex iis rebus, quæ perſonis, atque negotiis attributæ ſunt,quæuis amplificationes,& indignationes naſci poſſunt:ſed tamen ea,quę ſeparatim de indignatione præcipi poſſunt,cõſideremus. *Primus* locus ſumitur ab auctoritate, quum commemoramus, quantæ curæ res ea fuerit aut Diis immortalibus, aut eis, quorum auctoritas grauiſſima debeat eſſe. Qui locus ſumetur ex ſortibus,ex[h] oraculis, vatibus, oſtentis, prodigiis, reſponſis, ſimilibus[i] rebus. Item ex maioribus noſtris, regibus, ciuitatibus, gentibus, hominibus ſapientiſſimis,ſenatu,populo, legum ſcriptoribus. *Secundus* locus eſt, per quem, illa res ad quos pertineat, cum amplificatione, per indignationem, oſtenditur, an[k] ad omneis, an ad maiorem partem,quod atrociſſimum eſt: an ad ſuperiores, quales ſunt ij, quorum ex auctoritate indignatio ſumitur,quod indigniſſimum eſt:an ad pareis animo, fortuna, corpore,quod iniquiſſimũ eſt: an ad inferiores, quod ſuperbiſſimum eſt. *Tertius* locus eſt, per quem quærimus,quídnam ſit euenturum, ſi idem cæteri faciant: & ſimul oſtendimus, huic ſi cõceſſum ſit,multos æmulos eiuſdem audaciæ futuros:ex quo,quid mali ſit euenturum, demonſtrabimus. *Quartus* locus eſt, per quem demonſtramus,multos alacreis[l] exſpectare, quid ſtatuatur, vt ex eo, quod vni conceſſum ſit, ſibi quoque tali de re quid liceat, intelligere poſſint. *Quinctus* locus eſt, per quem oſtendimus, ceteras res perperam cõſtitutas, intellecta veritate, cõmutatas corrigi poſſe:hanc eſſe rẽ,quæ ſi ſit ſemel iudicata,neque alio cõmutari iudicio, neq. vlla pateſtate corrigi poſſit. *Sextus* locus eſt,per quẽ conſultò,& de induſtria factum eſſe demonſtratur,& illud adiungitur,voluntario maleficio veniam dari non oportere: imprudẽtiæ concedi[a] nonnunquam conuenire. *Septimus* locus eſt,per quem indignamur,quòd tætrũ, crudele, nefarium, tyrannicum factum eſſe dicamus,per vim, per manum opulentam[b], quæ res ab legibus, ab[c] æquabili iure remotiſſima ſit. *Octauus* locus eſt, per quem demonſtramus,non vulgare,neque facilitatũ eſſe,ne ab audaciſſimis quidem hominibus, id maleficium, de quo agitur, atque id à feris quoque hominibus,& à barbaris gentibus,& immanibus beſtiis remotum eſſe.Hæc erunt, quæ in parenteis,liberos, coniuges, conſanguineos, ſupplices, crudeliter facta dicentur: & deinceps ſiqua proferantur[d] in maiores natu,in hoſpites,in vicinos,in amicos,in eos, quibuſcum vitam egeris,in eos,apud quos educatus ſis,in eos,à quibus eruditus, in mortuos, in miſeros, & miſericordia dignos, in homines claros,nobileis, & honore vſos, in eos,qui neq. lædere alium,nec[e] ſe defendere potuerunt,vt in pueros,ſenes,mulieres:quib. omnibus acriter excitata indignatio, ſummum in eum,qui violarit horum aliquid, odium commouere poterit. *Nonus* locus eſt, per quẽ,eum aliis,quæ[f] cõſtare eſſe peccata, hoc,quo de quæſtio eſt,cõparatur: & ita per contentionem,quantò atrocius, & indignius ſit illud,de[g] quo agitur, oſtenditur. *Decimus* locus eſt,per quẽ omnia, quæ in negotio gerendo acta ſunt,quæque[h] poſt negotium cõſecuta ſunt, cũ vniuſcuiuſq. indignatione, & criminatione colligimus.&rẽ verbis quã maximè ante oculos eius,apud quẽ dicitur,ponimus,vt id,quod indignũ eſt,perinde[i] illi videatur indignũ,ac ſi ipſe interfuerit,ac præſens viderit.*Undecimus* locus eſt,per quẽ oſtẽdimus,ab eo factum, à quo minimè oportuerit,& à quo,ſi alius faceret,prohiberi conueniret. *Duodecimus* locus eſt, per quem indignamur,quòd nobis hoc primis acciderit,nec alicui vnquam vſu[k] euenerit. *Tertiusdecimus* locus eſt,ſi cũ iniuria contumelia iuncta demonſtratur,per quem locũ in ſuperbiã & arrogantiam odium concitatur. *Quartusdecimus* locus eſt, per quem petimus ab iis, qui audiunt,vt ad ſuas res noſtras iniurias referant:ſi ad pueros pertinebit[l], de liberis ſuis cogitẽt: ſi ad mulieres,de vxorib.ſi ad ſenes,de patribus,[m] aut parentibus. *Quintusdecimus*[n] eſt[o] locus, per quem dicemus, inimicis quoque & hoſtibus, ea, quæ nobis acciderint, indigna videri ſolere.Et indignatio quidem his[p] ferè de locis grauiſſimè ſumetur. 80 ¶ *Cõqueſtionis*[q] autem huiuſmodi de rebus parteis petere oportebit. Conqueſtio, eſt oratio, auditorum miſericordiã captans. In hac primùm animũ auditoris mitem, & miſericordem conficere oportet,quòd faciliùs cõqueſtione commoueri poſſit.Id locis communibus efficere oportebit,per quos fortunæ vis in omneis, & hominum infirmitas oſtẽditur:qua[r] ratione habita grauiter, & ſententioſè, maximè dimittitur [ſ] animus hominum, & ad miſericordiam comparatur,cùm in alieno malo ſuam infirmitatem conſideratur. Deinde primus locus eſt miſericordiæ, per quem, quibus in bonis fuerint,& nunc quibus in malis

[a] L. tum
[b] ſæp. tranſigeret
[c] L. iiſdem
[d] & vnumquidq.
[e] al. tranſigatur.
[f] quæ & Amplificatio dicitur *li. 2. ad Herennium.*
[g] L. quos in confirmationis pr.
[h] L. oraculis.
[i] L. & ſimilib.
[k] L. an ad omneis, aut ad maiorẽ partem,
[l] v. c. alacris
P. L X I.
[a] L. nonnunquã concedi conu.
[b] *al.* opulentam, c L. & ab æquabili.
[d] *al.* prolerentur.
[e] *al.* neq. ſe
[f] L. quæ conſtat eſſe p.
[g] L. quo de
[h] *al.* quæque negotium*
[i] L. proinde
[k] *lib. v.* vſq venerit.
[l] *ſort.* pertinebunt,
[m] v. c. de parentib. aut patrib.
[n] Decem tãtum loci enumerantur *lib. 2. ad Herennium.**
[o] *al.* locus eſt,
[p] *al.* his ferè
[q] P. B. quæ & Cõmiſeratio dicitur *libro 2. ad Herennium**
[r] *al.* qua oratione.
[ſ] L. animus auditoris.

sint, ostenditur. Secundus, qui in tempora tribuitur, per quem, quibus in malis fuerint, & sint, & futuri sint, demonstratur. Tertius, per quem vnumquodque deploratur incommodum, vt in morte filij, pueritiæ delectatio, amor, spes, solatium, educatio, &, si qua simili in genere, quolibet de incommodo per conquestionem dici poterunt. Quartus, per quē res turpes, & humiles, & illiberales proferentur[a], & indignæ ætate, genere, fortuna, pristino honore, beneficiis: quas passi, perpessurúve sint. Quintus est, per quem omnia ante oculos singillatim incommoda ponentur, vt videatur is, qui audit, videre, & re quoque ipsa, quasi adsit, non verbis solùm, ad misericordiam ducatur. Sextus, per quē præter spem in miseriis demonstratur esse, & b, cùm aliquid exspectaret, non modò id non adeptum[c] esse, sed in summas miserias incidisse. Septimus, per quē ad ipsos, qui audiunt, similem casum conuertimus, & petimus, vt de suis liberis, aut parentibus, aut aliquo, qui illis carus debeat esse, nos cùm videāt, recordentur. Octauus, per quem aliquid dicitur esse factum, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit, hoc modo: Non affui, non vidi, nō postremam eius vocem audiui, non extremum eius spiritum excepi. Item, inimicorum in manibus mortuus est, hostili in terra turpiter iacuit insepultus, à feris diu vexatus, communi quoque honore in morte caruit. Nonus, per quem oratio ad mutas, & experteis animi res refertur[d]: vt ad equum, domum, vestem, sermonem alicuius accommodes, quibus animus eorum, qui audiunt, & aliquem dilexerunt, vehementer commouetur. Decimus, per quem inopia, infirmitas, solitudo demonstratur. Vndecimus, per quem aut liberorum, aut parentum, aut sui corporis sepeliendi, aut alicuius eiusmodi rei commendatio fit. Duodecimus, per quem disiunctio[e] deploratur ab aliquo cùm[f] deducaris ab eo, quicum libentissimè vixeris, vt à parente, filio, fratre, familiari.[g] Tertiusdecimus, per quem cum indignatione conquerimur, quòd ab iis, à quibus minimè conueniat, malè tractemur, propinquis, amicis, quibus benefecerimus, quos adiutores fore putauerimus, aut à quibus indignum[h] est, vt seruis, libertis, clientibus[i], supplicibus. Quartusdecimus, qui per obsecrationem sumitur: in quo orātur modò illi, qui audiunt, humili & supplici oratione, vt misereantur. Quintusdecimus, per quem non nostras, sed eorum, qui cari nobis debent esse, fortunas conqueri nos demonstramus. Sextusdecimus est, per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostēdimus, & tamen amplum, & excelsum, & patientem incommodorum esse, & futurum, si quid acciderit, demonstramus. Nam sæpe virtus, & magnificentia, in qua grauitas, & auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendā, quàm humilitas, & obsecratio. Commotis autem animis, diutiùs in conquestione morari nō oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, LACRYMA NIHIL CITIVS ARESCIT. 81 ¶ Sed quoniam &[k] satis, vt videmur, de omnibus partib. orationis diximus, & huius voluminis magnitudo longiùs processit, quæ l sequuntur deinceps, in secundo libro dicemus.

a v.e. proferantur, & ind.

b v.e. & cùm aliquid exspectaretur, c L. adeptus.

d al. referetur.

e al. diiunctio f al. cùm deducaris.

g Familiaris dicitur, libertus, seruus, P. LXII. colonus adscriptitius, susceptus: l. 6. § 5. Cod. de his qui ad Eccles. confug. l. si quis ex familiaribus vel ex seruis. 20. Cod quò ac cause l. 25. § 2. ff. de adilitio. l. 1. § 18. ff. de vi & vi arma. Seneca. 6. epistol. 47. Macrob. 1. Saturnal. 11.*

h al. indignū sit

i hi susceptī dicuntur, vti scripsi ad l. 13. ff. de verbor. oblig.*

k L. & satis videmur de omnib. par. orationis diximus, l al. quæ sequuntur, de inceps in sec. l. d.

M. TVLLII CICERONIS RHETORICORVM, SEV DE INVENTIONE RHETORICA, LIBER SECVNDVS.

Synopsis libri 2. de Inuentione.

1 ¶ *Cur exemplis externis vtatur.* 2 *Quibus de rebus superiore libro dixerit: & de quibus nunc dicturus sit.*

3 ¶ *De* IVDICIALI *genere causarum,* 4 *&* CONIECTVRALI *constitutione.* 5 *& quibus locis seu argumentationibus coniecturales controuersiæ tractari possint.* 6 *Coniecturam omnem capi ex causa, persona, facto ipso.* 7 Ex causa *coniecturam dupliciter sumi: vt si actor dicat, aliquid Impulsione, aut Ratiocinatione, seu certo animi proposito factum esse. Quo in genere non tantùm perueſtigat quod in veritate, sed & quod in opinione (tametsi opinio dupliciter fallat, vel quia res eiusmodi est, vel euentus defuit) sed & inquirit Causam, Potestatem, facultatem, voluntatem. Contrà defensor ac Reus Impulsionis & ratiocinationis suspiciones aut negat, aut minuit.* 8 Ex persona *aduersarij coniecturam capimus variè: nimirum ex eius nomine & cognomine, ex eius natura, victu, fortuna, habitu animi vel corporis, studio, factis, casibus, orationibus. Contrà Defensor ac Reus ex iisdem locis contrarias coniecturas ducet.* 9 Ex facto *ipso coniecturas & suspiciones ducimus dupliciter. Primùm ex ipso negotio separatim (quo in genere perueſtigamus quæ ante rem, quæ in re, quæ rei adiuncta, quæ post rem consequuta sint confestim, aut ex interuallo.) Deinde cōmuniter ex ipso negotio & personis suspiciones ducimus: sed & quæstionibus, testimoniis, rumoribus: qua tria actor & reus simili via præceptorum, torquere solent ad suum commodum.* 10 *De* NOMINIS *controuersia seu* DEFINITIVA *constitutione.* 11 *De* ACTIONE *seu* TRANSLATIVA *Constitutione.* 12 *De* GENERALI *Constitutione, cuius duæ partes.* 13 Negotialis *qua in ipso negotio, iuris ciuilis implicitam & absconditam habet controuersiam. In hac quæritur de Iure natura: (cuius exempla Religio, pietas, gratia, vindicatio, Obseruantia, Veritas) vel ciuili, & consuetudine, Iure ciuili, Edicto, pacto, pari & aqua,*

aquo, Iudicato. 14 Iurídicialis. 15 Eáque vel Abſoluta, in qua æquum, iniquum, præmium & pœna non abſcondité vt in negotiali (de quo nunc diximus) ſed patentius & expeditius continetur. 16 vel Aſſumptiua cùm ipſum ex ſe factum probari non poteſt, aliquo autem foris adiuncto argumento definditur. 17 Huius quatuor partes. 18 Criminis comparatio, 19 Relatio, 20 Remotio, 21 Conceſſio, 22 Huius partes duæ. 23 Purgatio (cuius partes Imprudentia, Caſus, Neceſſitudo) 24 Deprecatio, 25 De PRAEMIIS & POENIS. 26 De SCRIPTI controuerſiis. 27 Naſcuntur autem ex ambiguo, 28 ex ſcripto & ſententia, 29 Ex contrariis legibus, 30 Ex Ratiocinatione, 31 ex Definitione. 32 ¶ De reliquis generibus cauſarum.

33 ¶ & de genere DELIBERATIVO. 34 De Honeſto, per ſe expetendo ſeu virtute. 35 Prudentia, (cuius partes Memoria, Intelligentia, Prouidentia) 36 Iuſtitia, Natura, ius (Religio, Pietas, Gratia, Vindicatio, Obſeruantia, Veritas) Conſuetudine (partes, Par, Iudicatũ) Lege ius. 37 Fortitudo (eius partes Magnificentia, Fidentia, Patientia, Perſeuerantia,) 38 Temperantia (eius partes Continentia, Clementia, Modeſtia.) 39 ¶ De Honeſto cui vtilitas adiuncta: quo in genere eſt Gloria, Dignitas, Amplitudo, Amicitia. 40 De vtilitate (Huius partes Incolumitas & Potentia. 41 De Honeſti & vtilitatis antithetis Neceſſitudine, 42 & Affectione. 43 De genere DEMONSTRATIVO ſeu laude & vituperatione. Quod genus cauſæ in genere tractari poteſt ex hu locu qui perſonu ſunt attributi: diſtribuuntur autem, ex virtutibus Animi, Corporis, & Externis. 44 ¶ De INVENTIONE prima, & maxima parte Rhetorica hæc dicta ſint.



a de Crotoniensium potentia vide Iuſtinum lib. 20.*

ROTONIATAE quondam, cùm[a] florerent omnib. copiis, & in Italia cum[b] in primis beati numerarẽtur, tẽplum Iunonis, quod religioſiſſimè colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Itaq. Heracleotẽ[c] Zeuſim, qui tum lõgè cæteris excellere pictoribus. exiſtimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas[d] complureis pinxit, quarum nonnulla pars vſque ad noſtram memoriam propter fani religionem, remanſit[e]: &, vt excellentem muliebris formæ pulcritudinem muta in ſeſe imago cõtineret, Helenę ſe pingere ſimulacrum velle dixit. Quod Crotoniatæ, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præſtare ſæpe acceſſent, libenter audierunt. Putauerunt enim, eumſ, ſi, quo in genere plurimùm poſſet, in eo magnopere elaborâſſet, egregium ſibi opus illo in fano relicturum. Neque[f] tum eos illa opinio fefellit. Nam Zeuſis[h] illico quæſiuit ab eis, quáſnam[k] virgines formoſas haberẽt. Illi autem ſtatim hominem duxerũt in palæſtrã, atque ei pueros oſtenderunt multos, magna præditos dignitate: (Etenim quodam tempore Crotoniatæ multùm omnibus, corporum viribus & dignitatibus anteſteterunt[l], atque honeſtiſſimas ex gymnico certamine victorias domum cum maxima laude retulerunt.) Cùm puerorũ igitur formas, & corpora magno hic opere miraretur: Horũ, inquiunt illi, ſorores ſunt apud nos virgines. Quare, qua ſint illæ dignitate[m], potes ex his ſuſpicari. Prębete igitur mihi, quęſo, inquit, ex iſtis virginib. formoſiſſimas, dum pingo id, quod pollicitus ſum vobis, vt mutum in ſimulacrum ex animali exẽplo veritas tranſferatur. Tunc Crotoniatę publico de conſilio virgines vnũ in locum conduxerunt[n], & pictori, quas vellet, eligẽdi poteſtatem dederunt. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt[o], quòd eius eſſent iudicio probatæ[p], qui veriſſimum pulchritudinis habere[q] iudicium debuiſſet. Neque enim putauit, omnia, quæ quæreret ad venuſtatem, vno in corpore ſe reperire poſſe, ideò quòd *nihil ſimplici in genere omnibus[r] ex partibus perfectum natura expoliuit.* Itaque, tanquam cęteris non ſit habitura quod largiatur, ſi vni cuncta conceſſerit, aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Quod quoniam nobis quoque [a] voluntatis accidit, vt artem dicendi perſcriberemus, non vnum aliquod propoſuimus exemplum, cuius omnes partes, quocunque eſſent in genere, exprimendæ nobis neceſſariò viderentur: ſed, omnibus vnum in locum coactis ſcriptoribus, quod quiſque commodiſſimè præcipere videbatur, excerpſimus, & ex variis ingeniis excellentiſſima quæque libauimus. Ex his enim, qui nomine & memoria digni ſunt, nec nihil optimè, nec omnia præclariſſimè quiſquã dicere nobis videbatur. Quapropter ſtultitia nobis[b] viſa eſt, aut à bene inuẽtis alicuius[c] recedere, ſiquod[d] in[e] vitio eius offenderemur, aut ad vitia quoque eius accederemur, cuius aliquo bene[f] præcepto duceremur. Quòd ſi in cæteris quoque ſtudiis à[g] multis eligere homines commodiſſimum quodque, quàm ſeſe vni alicui certo vellent[h] addicere, minus in arrogantiam offenderentur: non tantopere in vitiis perſeuerarent: aliquanto ex i inſcitia leuiùs laborarent. Ac ſi par in nobis huius artis, atque in illo picturę, ſcientia fuiſſet, fortaſſe magis hoc ſuo in genere opus noſtrum quàm[k] ille in ſua pictura nobilis eniteret. Ex maiore enim copia nobis, quã illi, fuit exemplorum eligendi poteſtas. Ille vna ex vrbe, & ex eo numero virginum, quæ tum erant, eligere potuit: nobis omnium, quicunque fuerunt, ab vltimo principio huius præceptionis, vſque ad hoc tempus expoſitis copiis, quodcumque placeret, eligendi poteſtas fuit. Ac veteres quidem ſcriptores [l] artis vſque à principe illo, atque inuentore Tiſia[m], repetitos, vnum in locum conduxit[n] Ariſtoteles, & nominatim cuiuſq. magna cõquiſita cura perſpicuè ſcripſit[o], atque enodata diligenter expoſuit: ac tantùm inuentoribus ipſis ſuauitate, & breuitate dicendi præſtitit, vt nemo illorum præcepta ex ipſorũ libris cognoſcat, ſed omnes, qui[p], quod illi præcipiant, velint intelligere, ad hunc, quaſi ad quendam multò commodiorem explicatorem, reuertantur[q]. Atque hic quidem ipſe, & ſeſe ipſum nobis, & eos, qui ante ſe fuerãt, in medio poſuit, vt cæteros[r], & ſeipſum per ſe cognoſceremus. Ab hoc autẽ qui profecti ſunt, quamquã in maximis philoſophię partibus operæ plurimùm conſumpſerunt, ſicut & ipſe, cuius inſtituta ſequebantur, fecerat: tamen permulta nobis præcepta dicendi reli-

a *lib. v. non habent*, quoq.

b *lib. v. non habent*, nobis.

c *forsè legendum* alicuius omnino recedere.*

d L. ſi quo vitio eius off- *al.* ſi quo inuento eius off.

e *al.* inuẽto.*

f *al.* bono.*

g L. è multis elig. ho. com. quidque.

h L. mallent.

i L. ex inſcientia leu. l. & *ita R. Steph. lib. v.* leuius. ex inſcientia laborarent

k L. quàm illius picturę nobilis.

l De ſcriptoribus artis Rhetoricæ vide 3. Quin. 1.*

P. LXIII.

m Tiſias hic Siculus fuit, cuius ſæpiſſime meminit Cicero.*

n L. *cum* γε, ‖ vt, ſuprà vnum in locũ conduxerãt.*

o L. conſcripſit, *& ita lib. v.*

p L. qui, quid illi pr.

q *al.* conuertantur.*

r L. vt & cæteros.

a L. Heracleotem Zeuxim,

d L. complureis tabulas

e *al.* permanſit.*

f *deeſt hæc pars. cula quibuſdam.**

g *al.* Neq. eos illa op.

h L. Zeuxis ſi *al.* ab his,

k *al.* ecquáſnam.*

P. B.

l *al.* antiſteterunt,

m *fort.* venuſtate.

n L. *cum* γε. ‖ Eadem forma, populum in forum conducere ſcripſit Varro *in Manio.* apud Nonium c. 4. *in conducere.**

o *al.* prodiderunt,*

p *al.* comprobatæ,

q *fort.* facere iudic.

r L. omni ex parte perf. *& ita lib. v.*

querunt. Atque alij quoque alio ex fonte præceptores dicendi emanauerũt, qui item permultum ad dicendum, siquid ars proficit, opituiati sunt. Nam fuit tempore eodem, quo Aristoteles, magnus & nobilis rhetor Isocrates: cuius ipsius quam constet esse artem, non inuenimus. Discipulorum autem, atq. eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus. Ex his duabus diuersis sicuti familiis, quarum altera cùm versaretur in philosophia, nonnullam rhetoricę quoque artis sibi curam assumebat, altera verò omnis in dicendi erat studio, & præceptione occupata: vnum quoddam est conflatũ genus à posterioribus, qui ab vtrisq. ea, quæ commodè dici videbantur, in suas arteis contulerunt: quos ipsos simul, atque illos superiores, nos nobis omneis, quoad facultas tulit, proposuimus, & ex nostro quoq. nonnihil in commune contulimus. Quòd si ea, quę in his libris exponuntur, tantopere [a] eligẽda fuerunt, quãto studio electa sunt, pro fectò neq. nos, neque alios industriæ nostræ pœnitebit. Sin autem temere aliquid alicuius præteriisse, aut nõ satis elegãter secuti videbimur: docti ab aliquo, facilè & libenter sententiam cõmutabimus. *Non enim parum cognosse, sed in parum cognito stultè, & diu perseuerasse, turpe est:* propterea quòd alterũ cõmuni hominum infirmitati, alterũ singulari vniuscuiusque vitio est attributum. Quare nos quidem sine vlla affirmatione simul quærentes dubitanter vnumquidque dicemus, ne, dum parumlum hoc consequimur, vt satis commodè hæc perscripsisse videamur: illud amittamus, quod maximum est, vt [b] ne cui rei temere atque arrogãter assenserimus. Verùm hoc quidem nos, & in hoc tempore [c], & in omni vita studiosè, quoad facultas feret, consequemur. 2 ¶ Nunc autem, ne longiùs oratio progressa videatur, de reliquis, quæ præcipienda videntur esse, dicemus. Igitur primus liber exposito genere huius artis, & officio, & fine, & materia, & partibus, genera controuersiarum, & inuentiones, & [d] constitutiones continebat. Deinde parteis orationis, & in eas omneis omnia præcepta. Quare cùm in eo cæteris de rebus distinctiùs dictũ sit, dispersè autẽ de confirmatione, & de reprehensione: nunc certos confirmandi & reprehendendi in singula causarum genera, locos, tradendos arbitramur. Et quia, quo pacto tractari cõueniret argumẽtationes, in libro primo nõ indiligẽter expositũ est, hic tantum in ea inuenta vnãquamq. in rẽ exponẽtur simpliciter sine vlla exornatione, vt ex hoc inuenta ipsa, ex superiore autẽ expolitio inuentorũ petatur. Quare hæc quæ nunc præcipientur, ad cõfirmationis & reprehẽsionis parteis referre oportebit. 3 ¶ Omnis & demõstratiua, & deliberatiua, & iudicialis causa, necesse est in aliquo eorũ, quæ antè exposita sunt, cõstitutionis genere, vno, pluribusve versetur. Hoc quanquam ita est, tamen cùm cõmuniter quædã de omnib. præcipi possint, separatim quoq. aliæ sunt cuiusq. generis, & diuersæ præceptiones. Aliud enim laus, aut vituperatio, aliud sentẽtiæ dictio, aliud accusatio, aut recusatio conficere debet. In iudiciis, quid æquũ sit, quæritur: In demonstrationibus, quid honestũ: In deliberationibus, vt nos arbitramur, quid honestũ sit, & quid vtile. Nam cæteri vtilitatis modò [e]

finem in suadendo, & in dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt. Quorum igitur generum fines, & exitus diuersi sunt, eorum præcepta eadem esse non possunt. Neque nunc hoc dicimus, non [a] easdem incidere constitutiones: veruntamen oratio quædam ex ipso fine, & genere causæ nascitur, quæ pertineat ad [b] vitæ alicuius demonstrationem, aut ad sententiæ dictionem. Quare nunc in exponendis controuersiis, *in iudiciali [c] genere* causarum & præceptorum [d] versabimur. Ex quo pleraque in cætera quoque causarum genera simili implicita [e] controuersia nulla cum difficultate transferentur: pòst autem separatim de reliquis dicemus.

4 ¶ Nunc [f] à *coniecturali constitutione* proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositum: In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam, & secum aliquantum nummorum ferentem, est comitatus. cum hoc, vt ferè fit, in via sermonem contulit, ex quo factum est, vt illud iter familiariùs facere vellent. Quare cùm in [h] quandam tabernam diuertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere voluerunt. Cœnati discubuerunt ibidem. Caupo autem (nam ita dicitur pòst inuentum, cùm in alio maleficio deprehensus esset) cùm illum alterum [i], videlicet qui nummos haberet, animaduertisset: noctu, postquàm illos arctiusk, vt fit, iam ex lassitudine dormire sensit, accessit, & alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter [l] appositum è vagina eduxit, & illum alterum occidit: nummos abstulit, gladium cruentum [m] in vaginam recondidit, ipse sese in [n] lectum suum recepit. Ille autem, cuius gladio occisio erat facta, multò ante lucem surrexit, comitem illum suum inclamauit semel & [o] sæpius illum somno impeditum non respondere existimauit: ipse [p] gladium, & cætera, quæ secum attulerat, sustulit, solus profectus est. Caupo non multo pòst conclamauit [q], hominem esse occisum, & cum quibusdam diuersoribus [r] illum, qui antè exierat, cõsequitur, in itinere hominem comprehendit, gladium eius è vagina educit, reperit cruentum [s]: homo in vrbem ab illis deducitur, ac reus fit. In hac intentio est criminis, Occidisti. Depulsio, Non occidi. Ex quibus constitutio est. Quæstio eadem in coniecturali, quæ iudicatio, Occiderítne.

5 ¶ Nunc exponemus locos, quorum pars aliqua in omnem coniecturalem incidit cõtrouersiam. Hoc autem & in horum locorum expositione, & in cæterorum, oportebit attẽdere, non omneis in omnem causam cõuenire. Vt enim omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus litteris scribitur: sic omnem in causam non omnis argumentorum copia, sed [t] eorum necessaria pars aliqua conueniet. 6 ¶ Omnis igitur, ex causa, ex persona, ex facto ipso, cõiectura capienda est.

7 ¶ *Causa* [u] distribuitur in impulsionem, & in ratiocinationem. ¶ *Impulsio* est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ægritudo, vinolentia, & omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, vt rem perspicere cum consilio & cura non potuerit: & id, quod fecit, impetu quodam animi potiùs, quàm cogitatione fecerit. *Ratiocinatio* autem, est diligens, & considerata faciendi

a L. quantopere eligenda fuerunt, tanto studio electa f.

b al. ne cui r.

c hæc vox deest quibusdam.*

d L. & constitutiones, & iudicationes cont.

e id est, ad ipsam vtilitatem.*

a L. non eadem in vnũquodq. genus causæ incid.

b L. aut ad vitæ alicuius demonstra. aut sent. dict. aut iudicationem. Quare al. aut ad iudicium.

c al. iuridicia li.*

d al. præceptionum.*

e L. implicata

f L. Nunc ad coniecturalẽ constitutionẽ prof.

g v. c. ferentem, est consecutus:

h v. c. in eandem tab. deuertissent,

i al. alterum nummos habere animaduertisset.*

k v. c. artiùs, id est iuxta. P. LXIIII. *vide Nonium c. 4. in propter.**

l al. cruentatum.*

m lib. v. in suũ lectulum recepit.

n L. ac sæpius

o L. ipsum gladium,

p v. c. conclamat, al. clamat,

q L. deuersoribus ill. & ita v. c.

r al. cruentatũ, vt suprà,*

s lib. ver. sed eorum necessariò pars aliq.

t ulib. v. Causa tribuitur in imp.

ciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur tum [a] interfuisse, cùm aliquid faciendum, aut non faciendum, certa de causa vitasse, aut securus esse animus videtur, vt, si amicitiæ quid causa factum dicetur, si inimici vlciscendi, si metus, si gloriæ, si pecuniæ, si denique, vt omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendíve commodi, aut contrà reiiciendi[b], diminuendi, deuitandíve incommodi causa. Nam[c] horum in genus alterutrum illa quoque incident, in quibus aut incommodum aliquod maioris vitandi incommodi causa, aut [d] maioris adipiscendi commodi suscipitur: aut commodum aliquod, maioris adipiscendi commodi, aut [e] maioris vitandi incommodi, præteritur. Hic locus sicut aliquod fundamentum est huius constitutionis. Nam nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur. Ergo accusator, cum [f] aliquid impulsione factum esse dicet, illum impetum, & quandam commotionem animi, affectionémque verbis & sententiis amplificare debebit, & ostendere, quanta vis amoris sit, quanta animi perturbatio ex iracundia fiat, aut [g] ex aliqua causa earum, qua impulsum aliquem id fecisse dicet. Hîc & exemplorum commemoratione, qui simili impulsu aliquid commiserint, & similitudinum collatione, & ipsius animi affectionis explicatione, curandum est, vt non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit. Cùm autem non impulsione, verùm ratiocinatione aliquem commisisse quid dicet, quid commodi sit secutus, aut quid incommodi fugerit, demonstrabit, & id augebit quàm maximè poterit, vt, quoad eius fieri possit, idonea [h] quàm maximè causa ad peccandum hortata videatur. Si gloriæ causa, quantam gloriam consecuturam existi marit. Item si dominationis, si pecuniæ, si amicitiæ, si inimicitiarum, & omninò quicquid erit, quod causæ fuisse dicet, id summè augere debebit. Et hoc cum magnopere considerare oportebit, non quid in veritate modò, verùm etiam vehementiùs, quid in opinione eius, quem arguet, fuerit. Nihil enim refert, non fuisse, aut non esse aliquid commodi, aut incommodi, si ostendi potest, ei visum esse, qui arguatur. Nam opinio dupliciter fallit homines, cùm aut res aliúsmodi est, ac putatur, aut non is euentus est, quem arbitrati sunt. Res aliúsmodi est tum, cùm aut id, quod bonum est, malum putant: aut contrà, quod malum est, bonum: aut quod nec malum est, nec bonum, malum, aut bonum: aut quod malum, aut bonum est, nec malum, nec bonum. Hoc intellecto, si quis negabit, vllam esse pecuniam, fratris, aut amici vita, aut denique officio suo antiquiorem, aut suauiorem, non erit hoc accusatori negandum. Nam in eum culpa, & summum odium transferetur, qui id, quod tam verè, & piè dicetur, negabit. Verùm illud dicendum erit, illi non esse ita visum: quod [k] sumi oportet ex iis, quæ ad personam pertinent, de quo pòst dicendum est. Euentus autem tum fallit, cùm aliter accidit, atque ij, qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur: vt, si quis dicatur alium occidisse, ac voluerit, quòd aut similitudine, aut suspicione, aut demonstratione falsa deceptus sit: aut eũ necasse, cuius testamẽto non sit hæres, quòd eius testamento se hæredem arbitratus sit. Non[a] enim ex euentu[b] cogitationem spectari oportere: sed qua cogitatione[c], & spe ad maleficiũ profectus sit, considerare[d]: & quo animo quid quisq. faciat, non quo casu vtatur, ad rem pertinere. In hoc autem loco, caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, alij nemini causam fuisse faciendi: Secundariũ, si tantã, aut tam idoneam nemini. Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur: aut potestas aliis defuisse demonstranda est, aut facultas, aut volũtas. Potestas, si aut nescisse, aut nõ affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicetur. Facultas, si ratio, adiutores, adiumenta, & cætera, quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur. Voluntas, si animus à talibus factis vacuus, & integer esse dicetur. Postremò, quas ad defensionem rationes reo dabimus, iis accusator ad alios ex culpa eximendos, abutetur. Verùm id breui faciendũ est, & in vnum multa sunt conducenda, vt[e] ne alterius defendendi causa hunc accusare, sed huius accusandi [f] causa defendere alterum videatur. Atque accusatori quidem hæc ferè sunt in causa facienda, & considerauda. *Defensor* autem ex contrario primùm impulsionem aut nullam fuisse dicet, aut, si fuisse concedet, extenuabit, & paruulã quandam fuisse demonstrabit, aut non ex ea solere huiusmodi facta nasci docebit. Quo[g] erit in loco demonstrandum, quæ vis, & natura eius sit affectionis, qua impulsus aliquid reus commisisse dicetur: in quo & exempla, & similitudines erunt proferendæ, & ipsa diligenter natura eius affectionis, quàm leuissimè[h] quietissimam ad partem explicanda, vt & res ipsa à facto crudeli, & turbuléto ad quoddam mitius, & tranquillius traducatur, & oratio tamen ad animum eius, qui audiet, & ad animi quendam intimum sensum accommodetur. Ratiocinationis autem suspiciones infirmabit, si aut commodum nullum fuisse, aut paruum, aut aliis magis fuisse, aut nihilo sibi magis quàm aliis: aut incommodum sibi maius, quàm commodum dicet: vt nequaquam fuerit illius commodi, quod experitũ dicatur, magnitudo, aut cum eò incommodo, quod acciderit, aut cũ illo periculo, quod subeatur, cõparanda: qui omnes loci similiter incommodi quoque vitatione tractabuntur. Sin accusator dixerit, eum id esse secutum, quod ei visum sit commodum, aut id fuisse, quod putarit esse incõmodũ, quanquam in falsa fuerit opinione: demonstrandũ erit defensori, neminem tantæ[i] esse stultitiæ, qui tali in re possit veritatem ignorare. Quòd[k] si id concedatur, illud non concessum iri. nel dubitasse quidem hunc, quid eius iuris esset, sed id, quod falsum fuerit, sine vlla dubitatione pro falso: quod verũ, pro vero probasse. Quòd si dubitauerit, summę fuisse amẽtiæ, dubia spe impulsum, certum in periculũ se committere. Quemadmodum autem accusator, cùm ab aliis culpã dimouebit[m], defensoris locis vtetur: sic iis locis, qui accusatori dati sunt, vtetur reus, cùm in alios ab se crimen volet transferre. 8[n] *Ex persona* autem *coniectura capietur*, si eæ res, quæ personis attributæ sunt, diligenter considerabuntur, quas omneis in primo libro exposuimus. nam & *de nomine* nonnunquam aliquid suspicionis nascitur. Nomen autẽ cùm dicimus, cognomen

a L. interfuisse tum, cùm.
b lib. v. reiiciendi, deminuendi.
c L. Nam in horum genus.
d L. vel maioris adip.
e L. vel maioris vitandi.
f L. cum impulsione aliquid.
g L. aut ex alia aliqua causa, qua P. E.
h al. quàm maximè idoneas. c.
i L. vllam pecuniam esse fr.
k al. quod sumi oportebit ex
a Vulgus ab euentu iudicia notanda putat.
b v. l. aut facta 16. §. cuius. ff. de pœnis.
c al. cogitatione animus & spe. al cogitatione animi & spe.
d L. considerari.
P. LXV.
e L. vt non alt.
f L. accusandi alterum defendere.
g al. Quo in loco erit.
h al. quàm leuissimè: vel quàm leuissimã & quietissimam.
i L. tanta esse stultitia, qui &c. & ita v. c.
k L. Quòd si hoc cõcedatur.
l lib. vnl. nec dubitasse q.
m L. demouebit.

quoque [a] intelligatur oportet. De hominis enim certo, & proprio vocabulo agitur: vt, si dicamus idcircò aliquem Caldum [b] vocari quòd temerario & repentino consilio sit: aut [c] si ea de re hominibus Græcos imperitis verba dedisse, quòd Claudius, aut Cæcilius, aut Mucius vocarentur. Et *de natura* licet aliquantulum ducere suspicionis. omnia enim hæc, vir, an mulier: huius an illius ciuitatis sit: quibus sit maioribus, quibus consanguineis, qua ætate, quo animo, quo corpore, quæ naturæ sunt attributa, ad aliquâ coniecturam facien dam pertinebunt. Et *ex victu* multæ trahuntur suspiciones, cùm, quemadmodum, & apud quos, & à quibus educatus & eruditus sit, quæritur, & quibuscũ viuat, qua ratione vitæ, quo more domestico viuat. Et *ex fortuna* sæpe argumentatio nascitur, cùm seruus, an liber: pecuniosus, an pauper: nobilis, an ignobilis: felix, an infelix: priuatus, an [d] cum potestate sit, aut fuerit, aut futurus sit, consideratur: aut denique aliquid eorum quæritur, quæ fortunæ esse attributa intelliguntur. *Habitus* autem quoniã in aliqua perfecta & constanti animi aut corporis absolutione consistit, quo in genere est virtus, scientia, & quę contraria sunt: res ipsa, causa posita, docebit, ecquid hic quoque locus suspicionis ostendat. Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet præ se gerere coniecturam, vt amor, iracundia, molestia: propterea quòd & ipsorum vis intelligitur, &, quæ res harum aliquam rem consequantur [f], faciles cognitu sunt. *Studium* autem quoniam est assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, facilè ex eo ducetur argumentatio, res ipsa desiderabit in causa. Item *ex consilio* sumetur aliquid suspicionis. Nam consilium est, aliquid faciendi non faciendíve excogitata ratio. Item [g] *facta*, & *casus*, & *orationes*, quæ sunt omnia (vt in confirmationis præceptis dictum est) in tria tempora distributa, facile erit videre, ecquid afferant ad coniecturam confirmandam suspicionis. Ac personis quidem res ex sunt attributæ, ex quibus omnib. vnum in locum co actis, accusatoris erit improbatione hominis vti. Nam causa facti, parum firmitudinis habet, nisi animus eius qui insimulatur, in eam suspicionem adducetur [h] vt à tali culpa non videatur abhorruisse. Vt enim animum alicuius improbare nihil attinet, cùm causa, quare peccauerit, non [i] intercesserit: sic causam peccati intercedere leue est, si animus nulli minùs honestæ rationi affinis ostenditur. Quare vitam eius quem arguit, ex antè factis accusator improbare debebit, & ostendere, si quo impari antè peccato conuictus sit. Si id non [k] poterit: si quam in simílem antè suspicionem venerit. ac maximè, si fieri poterit, simili aliquo in genere eiusmodi causa aliqua commotum peccasse, aut in æquè magna re, aut in maiore, aut in minore: vt [l] si quis pecunia dicat inductum fecisse, possit demonstrare, aliqua in re eius aliquod factum auarum. Itẽ in omni causa naturam, aut victum, aut studium, aut fortunam, aut aliquid eorũ, quæ personis attributa sunt, ad eã causam. qua commotum peccasse dicet, adiungere, atque ex dispari quoque genere cuiusque patum, si ex pari sumendi facultas non erit, improbare animũ aduersarij oportebit: vt si auaritia inductum arguas fecisse, & auarum

a L. quoq. & agnomea incert.

b L. Calidiũ vocari &c. & ita *R. Steph.* Caldum ex *P. B.* *men habent lib. v.*

c L. aut si ea de re hominibus Græcis imperitis, v. ded.

d v. c. an in potestate sit, statque ita loquitur Iurisconsultus in l. 13. §. 1. ff. de Iurisdict. Magistratus, inquit, vel is qui in potestate aliqua est, vt puta proconsul, prætor, vel alij qui prouincias regunt, *

e al. præ se ferre.

f al. consequuntur.

g al. iam. *

h L. adducatur.

i L. non intercessit:

k L. non poterit:

l L. vt si quę pecun. d. iud. vel. cod. vt si quidem, &c. non pl.

§. LXVI.

A

B

C

D

E

F

G

H

eum, quem accuses, demonstrare non possis, aliis affinem esse vitiis doceas, & ex ea re nõ esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re eũ deliquisse. Quantum enim de honestate & auctoritate eius qui arguitur, detractũ est, tantũ [a] de facultate totius est defensionis diminutum. Si [c] nulli affinis poterit vitio reus antè admisso demõstrari, locus inducetur ille, per quem hortandi iudices erunt, vt veterem famam hominis nihil [d] ad rem putent pertinere. Nam eum antè celasse, nunc manifestò teneri. Quare non [e] oportere hanc rem ex superiori vita spectari, sed superiorem vitam ex hac re improbari, & aut potestatem antè peccandi non fuisse, aut causam. Aut, si hæc dici non poterunt, dicendum erit illud extremũ, non esse mirum, si nunc primùm deliquerit. Nam [f] necesse est, eum, qui velit peccare, aliquando primùm delinquere. Sin vita antè acta ignorabitur, hoc [g] loco præterito, & cur prætereatur, demonstrato, argumentis accusationem statim confirmare oportebit. ¶ *Defensor* autem primùm, si poterit, debebit vitam eius, qui insimulabitur, quàm honestissimam demonstrare. Id faciet, si ostendet aliqua eius nota, & communia officia: quod genus, in parenteis, cognatos, amicos, affineis, necessarios [h]: etiam quæ magis rara, & eximia sunt, si ab eo cum magno aliquo labore, aut periculo, aut vtraque re, cùm necesse non esset, officij causa aut in remp. aut in parenteis, aut in aliquos eorũ, qui modò expositi sunt, facta esse dicet. Deinde si nihil deliquisse, nulla cupiditate impeditũ ab officio necessisse. Quòd eò confirmatius erit, si cùm potestas impunè aliquid faciendi minusi honestè fuisse dicetur, volũtas ei faciendi demõstrabitur abfuisse. Hoc autẽ ipsũ genus erit eò firmius, si eo ipso in genere, quo arguetur, integer antea fuisse demonstrabitur: vt si, cùm auaritiæ causa feciſſe arguatur, minimè omni in vita pecuniæ cupidus fuisse doceatur. Hìc illa magna cum grauitate inducetur indignatio, iuncta conquestioni, per quam miserum facinus esse, & indignum demonstrabitur, cùm animus omnis omni in vita fuerit à vitiis remotissimus, eam causam putare, quæ homines audaces in fraudem rapere soleat, castissimum quoque hominem ad peccandũ potuisse impellere: aut iniquum esse, & optimo cuique pernicios issimum, non vitam honestè actam tali in tẽpore quàm plurimùm prodesse, sed subita ex criminatione, quæ confingi facilè possit, non ex antè acta vita, quæ neque ad tẽpus fingi, neque vllo modo immutari possit, facere iudiciũ. Sin autẽ in antè acta vita aliquæ turpitudines erunt: aut falsò venisse in eam existimationem [m] dicẽtur, aut ex aliquorum inuidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione, aut imprudentiæ, necessitudini, aut persuasioni, adolescentiæ, aut alicui non malitiosæ animi affectioni attribuentur, aut dissimili in genere vitiorum, vt animus non omnino integer: sed à tali culpa remotus esse videatur. Ac si nullo modo vitæ turpitudo, aut infamia leniri poterit oratione negare oportebit de vita eius & morib. quæri: sed de eo crimine, quo [n] de arguatur: quare, antè factis omissis, illud, quod instet, agi oportere. 9 ¶ *Ex factis* autem *ipsę suspiciones ducentur*, si totius administratio negotij ex omnibus partibus pertẽtabitur

a L. tantum dem de f.

b L. diminutum.

c al. si nullis affinis poterit peccato ante admisso reus demonstrari. *forte ita legendum*, si nulli affinis vitio antè admisso, potest reus demonstrari. *

d L. nihil putent ad r.

e L. v. oportere non hanc rem ex superiore vita spectari. f L. Nam necesse esse, eũ gl. v. hoc præterito,

h L. necessarios: quæque magis rara, &c. & ita l. v.

i minus honestum f. dic. & ita l. v.

k L. afuisse.

l *forte* per quæ miserum esse & indignum facinus dem.

m L. dicetur,

n al. de quo

bitur: atq. hæ suspiciones partim ex negotio separatim, partim communiter ex personis, atque ex negotio proficiscentur. *Ex negotio* duci poterunt, si eas res, quę negotiis attributę sunt, diligenter considerabimus. Ex iis igitur in hanc constitutionem conuenire videtur genera eorum omnia, partes generum pleræque[a]. Videre igitur primùm oportebit, quæ sint continentia cum ipso negotio, hoc est, quæ ab re separari non[b] possunt. Quo in loco satis erit diligenter considerare, quid sit ante rem factum, ex quo spes perficiendi nata, & faciendi facultas quæsita videatur: quid in ipsa re gerenda, quid postea consecutum sit. Deinde ipsius est negotij gestio pertractãda. Nam hoc genus earum rerum, quæ negotio attributæ[c] sunt, secundo in loco nobis est expositum. Hoc ergo in genere spectabitur locus, tẽpus, occasio, facultas: quorum vniuscuiusque vis diligenter in cõfirmationis præceptis explicata est. Quare, ne aut hîc non admonuisse, aut ne eadem iterum dixisse videamur, breuiter demõstrabimus, quid quaque in parte considerari oporteat. In loco igitur opportunitas, in tempore longinquitas, in occasione commoditas ad faciẽdum idonea, in facultate copia & potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, aut sine quibus omnino confici non potest, considerandã est. Deinde videndum est, quid adiunctũ sit negotio, hoc est, quid maius, quid minus, quid æquè, magnum sit, quid simile: ex quibus coniectura quædam ducitur, si, quemadmodum res maiores, minores, æquè magnæ, similésque agi soleant, diligenter considerabitur. Quo in genere euẽtus quoque videndus erit: hoc est, quid ex vnaquaque re soleat euenire, magnoperè considerãdum[e] est: vt metus, lætitia, titubatio. Quarta autem pars erat ex iis, quas negotiis dicebamus esse attributas, cõsecutio. In ea quæruntur ea, quæ gestum negotium confestim, aut ex interuallo consequuntur. In qua videbimus ecquę[f] consuetudo sit, ecquæ[g] lex, ecquæ actio, ecquod eius rei artificium sit, aut vsus, aut exercitatio hominũ, aut approbatio, aut offensio: ex quibus nonnunquã elicitur aliquid suspicionis. Sunt autem aliquę suspiciones, quæ communiter & *ex negotiorum, & ex personarum attributionibus* sumuntur. Nam & ex fortuna, & ex natura, & ex victu, studio, factis, casu, orationibus, consilio, & ex habitu animi, aut corporis pleraque pertinent ad easdem res, quæ rem credibilem, aut incredibilem facere possunt, & cum facti suspicione iunguntur. Maximè enim quæri oportet in hac cõstitutione: Primũ potuerítne aliquid fieri: Deinde ecquod[h] ab alio potuerit. Deinde facultas, de qua antè diximus: deinde vtrũ id facinus sit, quod i pœnitere fuerit necesse: Item quod spem cedi nõ haberet: Deinde necessitudo: in qua, nũ necesse fuerit id aut fieri, aut ita fieri quęritur. Quorũ pars ad cõsilium pertinet, quod personis attributũ est, vt in ea causa, quã exposuimus. Antè rem erit, quòd in itinere se tam familiariter applicauerit, quòd sermonis causam quęsierit, quòd simul diuerterit[k], de hinc[l] cœnarit. In re, nox, somnus. Post rem, quòd solus exierit, quòd illũ tam[m] familiarẽ comitatũ tam æquo animo reliquerit, quòd cruentum gladium habuerit. Horum pars ad cõsilium pertinet. Quæritur enim, vtrùm videatur diligẽter ratio faciendi esse habita, & excogitata, an[a] ita temerè, vt[b] non verisimile sit, quẽquam tam temerè ad maleficium accessisse. In quo quæritur, num quo alio modo commodiùs potuerit fieri, vel à fortuna administrari. Nam sæpe si[c] pecuniæ adiumenta, si adiutores desint[d], facultas fuisse faciendi non videtur. Hoc modo si diligenter attendamus, apta inter se intelligimus hæc, quæ negotiis, & illa quæ personis sunt attributa. Hîc neque facile est, neque necessarium distinguere, vt in superioribus partibus, quo pacto quidque accusatorẽ, & quomodo defensorem tractare oporteat. Non necessariũ, propterea quòd, causa posita, quid in quamq. cõueniat, res ipsa docebit eos, qui nõ omnia hîc se inuẽturos putabunt, sed ad ea, quæ præcepta sunt, comparationis modo quandam in commune mediocrem intelligẽtiam conferent. Non facile autem, quod & infinitum est tot de rebus vtramque in partem singillatim de vnaquaque explicare, & aliàs aliter hęc in vtramq. partem causæ solent cõuenire. Quare considerare hæc, quæ exposuimus, oportebit. Facilius autem ad inuentionem[e] animus incedet[f], si gesti negotij & suam, & aduersarij narrationem sæpe & diligenter pertractabit, & quid quæque pars suspicionis habebit, eliciens, considerabit. Quare, quo cõsilio, qua spe perficiendi quidque factum sit: cur hoc modo potiùs, quàm illo: cur ab hoc potiùs, quã ab illo: cur nullo adiutore, aut cur hoc: cur nemo sit conscius, aut cur sit, aut cur hic sit: cur hoc anteà factũ sit: cur hoc antè factũ non sit: cur hoc in ipso negotio: cur hoc post negotium: aut quid factum de industria, aut quid rem ipsam consecutum sit: constétne oratio aut cum re, aut ipsa secum: hoc huiúsne rei sit signum, an huius & illius, & vtrius potius: quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit. Cùm animus hac intẽtione omneis totius negotij partes cõsiderabit, tum illi ipsi in medium cõseruati loci procedent, de quibus antè dictũ est: & cùm[g] ex singulis, tum ex coniunctis argumenta certa nascentur. Quorum argumẽtorum pars probabili, pars necessario in genere versabitur. *Accedũt* autem *ad coniecturã* sæpe *quæstiones, testimonia, rumores:* hquæ icõtra omnia vterque simili via præceptorum torquere ad suæ causæ commodũ debebit. Nam & ex quęstione suspiciosior, & ex testimonio, & ex rumore aliquo pari ratione, vt ex causa & ex persona, & ex facto duci oportebit. Quare nobis & ij videntur errare, qui hoc genus suspicionum, artificij non putant indigere, & ij, qui aliter hoc de genere, ac de omni coniectura præcipiendum putant. Omniskenim iisdem ex locis coniectura sumenda est. Nam & eius, qui in quæstione aliquid dixerit, & eius, qui in testimonio, & ipsius rumoris causa, & veritas ex iisdẽ attributionibus reperietur. Omni autem in causa pars argumẽtorum est adiuncta ei causæ solùm, quę dicetur, & ab ipsa ita ducta, vt ab ea separatim in omneis eiusdẽ generis causas transferri non satis commodè possit: pars autem est peruagatior, & aut in omneis eiusdem generis, aut in pleraſque causas accommodata. Hęc ergo argumenta, quæ trãsferri in multas causas possunt, locos[l] cõmuneis nominamus. Nã locus communis aut[m] certæ rei quandam continet.

a *al.* pleræque, non omnes.*
b L. non possint.
c *al.* sunt attributæ,
d *al.* per quas aliquid f. *sed omnes li. vet. habẽ, propter quas, & plerique in presti.*
e L. considerandum erit.
f. LXVII. *f. fort.* ecqua.
g *al.* ecqua lex, id est, nũ aliqua.*
h *al.* ecquid ab alio p.
i *al.* cuius.*
k L. deuerterit,
l L. dehinc, *abest à li. vet. in al.* tam familiarem comitem.
a *al.* ita, an temere ad maleficium accessisse.*
b *hæc* vt non v. s. q. t. a. m. accessisse *desunt quibusdam.**
c *al.* si pecuniæ, si adiumenta.
d *lib. v.* desunt.
e *fortè legendum*, suspicionem: vel vt infra, intẽtionem: vt intentio nihil P. B. aliud sit quã accusatio, aut accusationis confirmatio.*
f *al.* incidet.*
g *lib. v.* & ex singulis,
h *al.* quæ omnia vterq. s.
i id est, Loci, qui dicuntur communes in his tribus maximè versantur, quæstionibus, testimonijs, rumoribus.*
k L. Omnis enim coniectura iisdem ex locis sum.
l Locus communis quis.**

amplificationē:(vt[a] si quis hoc velit ostendere, eū, qui parentē necarit, maximo supplicio esse dignū: quo loco, nisi perorata, & probata causa, non est vtendum.) Aut dubiæ, quæ ex contrario quoq. habeat probabileis rationes argumentandi: vt suspicionibus credi oportere, & contrà, suspicionibus credi non oportere. Ac pars locorum communium, aut [b] per indignationem, aut per conquestionem inducitur, de quibus antè dictum est: pars per aliquam probabilē vtraq. ex parte rationem. Distinguitur[c] autem oratio, atque illustratur maximè, rarò inducendis locis communibus, & aliquo loco iam certioribus[d] illis auditoribus, & argumentis confirmatis. Nam & tum conceditur commune quiddam dicere, cùm diligenter aliquis proprius causæ locus tractatus est, & auditoris animus aut renouatur ad ea, quæ restant, aut omnibus iam dictis exsuscitatur. Omnia enim ornamēta elocutionis, in quibus & suauitatis, & grauitatis plurimùm consistit, & omnia, quæ[e] in inuentione verborum, & sententiarum aliquid habēt dignitatis, in communeis locos conferuntur. Quare, non vt causarum, sic oratorum quoq. multorum communes loci sunt. Nam nisi ab iis, qui multa exercitatione magnam sibi & verborum, & sententiarum copiam comparauerint, tractari non poterunt ornatè, & graniter, quemadmodum natura ipsorum desiderat. Atque hoc sit nobis dictum communiter de omni genere locorum communium. Nunc exponemus, *in[f] coniecturalem constitutionem qui loci communes incidere soleant:* suspicionibus credi oportere, & nō oportere: Rumoribus credi oportere, & non oportere: Testibus credi oportere, & non oportere: Quæstionibus credi oportere, & non oportere: Vitam antè actam spectari oportere, & non oportere: Eiusdem esse, quis[g] in illa re peccarit, & hoc quoque admisisse, & non esse eiusdem: Maximè spectari causam oportere, & non oportere. Atque hi quidem, & siqui eiusmodi ex proprio argumento communes loci nascentur, in contrarias parteis diducentur[h]. Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem: & alter, per quem negat malorum misereri oportere. Defensoris, per quem calumniai[i] accusatorum cum indignatione ostenditur, & per quem cum conquestione misericordia captatur. Hi, & cęteri omnes loci communes, ex iisdem præceptis sumuntur, quibus cæteræ argumentationes: sed illæ tenuiùs, & acutiùs, & subtiliùs tractantur: hi autem grauiùs, & ornatiùs, & cùm verbis, tum etiam sententiis excellentibus. in illis enim finis est, vt id, quod dicitur, verum esse videatur: in his, tametsi hoc quoque videri oportet, tamen finis est amplitudo.

10 ¶ Nunc ad aliam constitutionem transeamus. CVM *est[k] nominis controuersia*, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiua dicitur. Eius generis exemplo nobis posita sit hæc causa: C. Flaminius is, qui cōsul temp. malè gessit bello Punico secundo, cùm tribunus plebis esset, inuito senatu, & omnino contra voluntatem omnium optimatum[l], per seditionem ad populum legem Agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit: accersitur[m] maiestatis. Intentio est, Maiestatem minuisti, quòd tribunum plebis de templo deduxisti. Depulsio est, Non minui maiestatem: Quæstio est, Maiestatémne minuerit. Ratio, In filium enim quam habebam potestatem, ea vsus sum. Rationis infirmatio. At enim, qui patria potestate, hoc est, priuata quadam, tribunitiam potestatem, hoc est, populi potestatem infirmat, minuit is maiestatem. Iudicatio est, Minuátne is maiestatem, qui in tribunitiam potestatem patria potestate vtatur. Ad hanc iudicationem argumentationes omneis afferri oportebit. Ac, nequis fortè arbitretur nos non intelligere aliam quoque incidere constitutionem in hanc causam, eam nos partem solam sumimus, in[a] qua præcepta nobis danda sunt. Omnibus autem partibus hoc in libro explicatis, quiuis omni in causa, si diligenter attendet, omneis videbit constitutiones, & earum parteis, & controuersias, siquæ fortè in eas incidēt. Nam de omnibus perscribemus. Primus ergo accusatoris locus est, eius nominis, cuius de vi quæritur, breuis & aperta, & ex hominum opinione definitio, hoc modo: Maiestatem minuere, est de dignitate, aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorū, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare. Hoc sic breuiter expositum, pluribus verbis est, & rationibus confirmandum, & ita esse, vt descripseris, ostendendum. Postea ad id, quod definieris, factum eius, qui accusabitur, adiungere oportebit, & ex eo, quod ostēderis, esse, verbi[b] causa, Maiestatem minuere, docere, aduersarium maiestatem minuisse, & hunc locum totum communi loco confirmare, per quem ipsius facti atrocitas, aut indignitas, aut omnino culpa cum indignatione augeatur. Pòst erit infirmanda aduersariorum descriptio. Ea autem infirmabitur, si falsa demonstrabitur. Hoc ex opinione hominum sumetur, cùm, quemadmodū, & quibus in rebus homines in consuetudine scribendi, aut sermocinandi eo verbo, vti soleant, considerabitur. Item infirmabitur, si turpis, aut inutilis esse ostēdetur eius descriptionis approbatio, & si, quæ incommoda consecutura sint, eo[c] concesso, ostendetur. Id autem ex honestatis & vtilitatis partibus sumetur: de quibus in deliberationis præceptis exponemus. Et si cum definitione nostra aduersariorum definitionem conferemus, & nostram, veram, honestam, vtilem esse demonstrabimus: illorum, contrà. Quæremus autem res, aut maiori, aut minori, aut pari in negotio simileis, ex quibus affirmetur[d] nostra descriptio. Iam si res plures erunt definiēdæ: vt, si quęratur, fur sit, an sacrilegus, qui vasa ex priuato sacra surripuerit[e], erit[f] vtendū pluribus definitionibus: deinde simili ratione causa tractāda. Locus autē cōmunis in eius malitiā, qui non modò rerū, verùm etiā verborū potestatem sibi arrogare conetur, vt & faciat quod velit, & [g] id, quod fecerit, quo velit nomine appellet. Deinde defensoris primus locus est, item nominis breuis, & aperta, & ex opinione hominum descriptio, hoc modo: Maiestatem minuere, est aliquid de republica, cùm potestatem non habeas, administrare: Deinde [h] huius cōfirmatio est similibus, & exemplis, & rationibus: Postea sui facti ab illa definitione separatio: Deinde locus communis, per quem facti vtilitas, aut honestas adaugetur: Deinde sequitur aduersariorum definitio-

a L. in quam præcepta n. d. & ita l. v.

b hæc duo verbi causa, videntur delenda.*

c al. eius cōcessis: al. ea concessa.*

d al. firmetur al. confirmetur.

e al. subripuerit:

f L. vtendum erit plurib.

g L. & quod fecerit, quo P. LXIX. velit n.

h L. Deinde huius confirmatio similib. & exemplis & al. Deinde huius confir. è similib. & exempl.

i L. sequetur.

a al. vt si quis velit ostend.

b Locus communis inducitur per indignationē, conquestionē, P. LXVIII. & probabilem vtraque ex parte rationem.*

c Locis communibus quādo distinguēda, atque illustranda oratio.*

d L. certioribus illis argumentis auditorib. confirmatis. lib. v. certioribus illis auditoribus argumentis conf.

e L. quæ in inuentione verb.

f Loci communes qui in coniecturalē constitutionē incidant.*

g L. qui in illo pecc.

h L. deducentur.

i v. c. Kalumnia

k Loci communes qui in nominis controuersiam seu constitutionem definitiuā incidant.*

l q. lib. v. optimatium, in t. arcessitur maiest. & ita lib. v.

finitioni reprehensio, quæ iisdem ex locis omnibus, quos accusatori præscripsimus, confi citur: & cætera pòst eadem præter communem locum inducentur. Locus autem communis erit defensoris is, per quem indignabi tur, accusatorem[a] sui[b] periculi causa, non res solùm conuertere, verùm etiam verba commutare conari. Nam illi quidem communes loci, qui aut[c] calumniæ accusatorum demonstrandæ, aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi, aut à misericordia deterrendi causa sumuntur, ex periculi magnitudine, nõ ex causæ genere, ducuntur. Quare[e] non in omnem causam, sed in omni causæ genus incidunt. Eorum mentionem in coniecturali constitutione fecimus. Inductione autẽ eorum, cùm causa postulabit, vtemur. 11 ¶ Cvm autem actio *translationis*, aut commutationis indigere videtur, quòd non aut is agit, quem oportet, aut cum eo, quicum oportet, aut apud quos, qua[f] lege, qua pœna, quo crimine, quo tempore oportet, constitutio translatiua appellatur. Huius nobis exempla permulta opus sunt, si singula translationũ genera quæramus: sed quia ratio præceptorum similis est, exemplorum multitudine supersedendum est. Atque in nostra quidem consuetudine multis de causis fit, vt rariùs incidant translationes. Nam[g] & prætoriis[h] exceptionibus multæ excluduntur actiones, & ita ius ciuile habemus constitutum, vt causai cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit. Quare in[k] iure plerunque versantur. Ibi enim & exceptiones postulantur[l], & quodammodo agendi potestas datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur. In ipsis autem iudiciis rariùs incidunt, & tamen si quando incidunt, eiusmodi sunt, vt per se minus habeant firmitudinis: confirmentur autem assumta alia aliqua constitutione. Vt in quodam iudicio, cùm venefici cuiusdam nomen esset delatum, &, quia parricidij[m] causa subscripta esset, extra[n] ordinem esset acceptum, cùm in accusatione alia quædam crimina testibus & argumentis confirmarentur, parricidij[o] autem solùm mentio facta esset: defensor in hoc ipso multum[p] oportet, vt diu consistat: cùm de nece parentis nihil demonstratum sit, indignum facinus esse ea pœna afficere eũ, qua parricidæ[q] affieiuntur: Id autem, si damnaretur, fieri[r] necesse esset, quoniam & id causæ subscriptum, & ex ea re nomen extra ordinem sit acceptum. Ea igitur pœna si affici reum non oportet, damnari quoque non oportere, quoniam ea pœna dãnationem necessariò consequatur. Hic defensor pœnæ commutationem ex translatiuo genere inducendo, totam infirmabit accusationem. Veruntamen cæteris quoque criminibus defendendis coniecturali constitutione translationem cõfirmabit. Exemplum autem translationis in causa nobis positum sit huius modi: Cùm ad vim faciendam quidam arma ti venissent, armati contrà præstò fuerunt, & cuidam equiti Romano quidam ex armatis resistenti, gladio manum præcidit. Agit is, cui manus præcisa est, iniuriarum. postulat[t] is, quicum agitur, à prætore exceptionem[t]. Extra[u] qvam in revm capitis praeivdicivm fiat. Hic is, qui agit, iudicium purum[x] postulat: Ille, quicum agitur, exceptionem[y] addi ait oportere. Quæstio est, excipiendum, sit an non. Ratio, Non enim oportet, in recuperatorio[a] iudicio, eius maleficij, de quo inter sicarios quæritur, præiudicium fieri. Infirmatio rationis, Eiusmodi sunt iniuriæ, vt de his indignũ sit non primo quoque tempore iudicari. Iudicatio, Atrocitas iniuriarum satisne causæ sit, quare, dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, præiudicetur. atque exemplum quidem hoc est. In omni autem causa ab vtroque quæri oportebit, à quo, & per quos, & quo modo, & quo tempore aut agi, aut iudicari, aut quid statui de ea re conueniat. Id ex partibus iuris, de quibus pòst dicendum est, sumi oportebit, & ratiocinari, quid in similibus rebus fieri soleat, & videre, vtrùm malitia quid agatur, aliud simulatur[c], an stultitia, an necessitudine, quòd alio modo agi non possit, an occasione agendi sic sit iudicium, aut actio constituta, an rectè sine vlla re eiusmodi res agatur. Locus autem communis contra eum, qui translationem inducet, fugere iudicium ac pœnam, quia causæ diffidat. A translatione autem, omnium fore perturbationem, si non ita res agatur, & in iudicium veniat [e] quo pacto oporteat: hoc est, si aut cum eo agatur, quicum non oporteat, aut alia pœna, alio crimine, alio tempore: atque hanc orationem ad perturbationem iudiciorum omnium pertinere. Tres igitur ex constitutiones, quæ parteis non habent, ad hunc modum tractabuntur.

12 ¶ Nunc *generalem constitutionem*, & parteis eius consideremus. Cùm & facto, & facti nomine concessio, neque vlla actionis illata controuersia, vis, & natura, & genus negotij ipsius quæritur: constitutionem generalem appellamus. Huius primas esse parteis duas nobis videri diximus, *negotialem*, & *iuridicialem*.

13 ¶ Negotialis est, quæ in ipso negotio iuris ciuilis habet implicitam[f] controuersiam. Ea est huiusmodi: Quidam pupillum hæredem fecit: pupillus autem antè[g] mortuus est, quàm in[h] suam tutelam veniret. De hæreditate ea, quæ pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli hæredes secundi sunt, & inter agnatos pupilli controuersia est. possessio hæredum secundorum est. Intentio est agnatorum, Nostra pecunia est, de qua is, cuius agnati sumus, testatus non est. Depulsio est, Immò nostra, qui hæredes secundi testamento patris sumus. Quæstio est, Vtrorum sit. Ratio est, Pater enim & sibi, & filio testamentum scripsit, dum is pupillus esset. Quare, quæ filij fuerunt, testamento patris nostra fiant necesse est. Infirmatio est rationis, Immò pater sibi scripsit, & secundum hæredem non filio, sed sibi iussit esse. Quarek, præterquàm quod ipsius fuit in testamento, vllius vestrũm esse non potest. Iudicatio, Possitne quisquam de filij pupilli re testari. An hæredes secundi, ipsius patrisfamiliâs, nõ filij quoq. eius pupilli hæredes sint. Atq. hoc non alienum est, quòd ad multa pertineat, ne aut nusquã, aut vsquequaq. dicatur, hîc l admonere. Sunt causæ, quæ plureis habent rationes in simplici cõstitutione: quod fit, cùm id quod factũ est, aut quod defenditur, pluribus de causis rectũ aut probabile videri potest, vt in hac ipsa causa. Supponatur enim ab hæredibus hæc ratio, Vnius enim pecuniæ plures dissimilibus de causis hæredes esse nõ possunt, nec vnquã fu-

a Recuperatorium iudicium est quod per iudices datos à Prætore exercetur, cuius exemplũ est in Oratione pro Cæcinna quam apud recuperatores habuit: de Recuperatoribus adde Theophilum §. eodem 4. inst. Quib. ex causis manumit.*

b *al.* dum de ea iudicatur*

c plerique enim dementiã vel furorẽ fingunt, vt ea ratione se pœnis legum eximant. *l. cõgruit. 11. §. furiosi ff. de offic. præsid. l. 6 ff. de curatore furiosi, & alijs**

d *al.* res agantur.

e *al.* veniant.

f *lib. v.* impiratam contr.

g L. mortuus est antè, q. h id est antequam pubes esset & testari posset: in suã enim tutelã venire, vel suæ tutelæ fieri, nihil aliud, quàm ad pubertatem peruenire. *v. l. si filia familias 51. ff. delegat. 3. l. 5 §. 2. ff. quibus ex causis in possessionem.*

i Hæredes secundi, qui & substituti: Primi enim hæredes dicuntur instituti *l. 1. ff. de vulgari & pupillari substit.**

k *al.* Quare, præt. quam quod ipsius fuit testamento, vll. *fort.* Quare præterquã quod ipsius patrisfamilias in testamento fuit, vll. vers. *l lib. v.* hîc admonitũ esse.

a L. accusatorem in sui periculi causa, *bal.* in suo periculo.*

b Lori communes calũniæ, misericordiæ, indignationis.*

c *v. c.* Kalumniæ.

d L. Quare nõ in omne causæ genus incidunt.

e L. aut qua lege, aut qua pœna, aut quo er. aut quo temp.

f *lib. v.* Nam & prætoris *exc. mendoiè.*

g *adde* §. 7. *Inst. de exceptionib.**

h *adde* § *si quib. agent. 33. Inst. de actionib.**

i a in iure. *hoc est, apud prætorem urbanum qui non iudicat, sed dat iudices, & iudicia, seu actiones, &c.*

k In iure, hoc est, apud prætorem, exceptiones & agendi formæ postulabãtur à Prætore: Hoc facto, translationis controuersiã actoribus auferebat prætor.*

l L. patricidij.

m Extraordinem nomen rei accipere*

n L. patricidij

o L. multum oportet, & diu consistat:

p L. parricidæ

q L. fieri necesse esse.

P. B.

r *nam vt antea dixit, agẽdi* potestatẽ quodãmodo dari: ita hîc postulari exceptionem.*

s L. *Budæum secutus*, extrà quàm si in re id est, vt in hoc maleficio, non fiat præiudicij.*

t Purum iudicium dicitur, quoties purè & sine vlla cõditione agitur.*

u L. exceptionẽ illam addi

ctum est, vt eiusdem pecuniæ alius testamento, alius lege hæres esset. Infirmatio autem hæc erit, Nō est vna pecunia, propterea quòd altera iam erat pupilli aduentitia: cuius[a] hæres non, illo in tempore, in testamento quisquam scriptus erat, siquid pupillo accidisset: & de altera, patris[b] etiā nunc mortui voluntas plurimùm[c] valebat, quæ[d] iam mortuo pupillo suis hæredibus concedebat[e]. Iudicatio est, Vnáne pecunia fuerit: ac, si hæc erant vsi infirmatione, Posse plureis esse vnius[g] hæredes pecuniæ dissimilibus de causis: de eo ipso iudicatio nascitur, Possintne eiusdem pecuniæ plures dissimilibus generibus esse[h] hæredes. Ergo vna in constitutione intellectum est, quomodo & rationes, & rationum infirmationes, & præterea iudicationes plures fiāt. ¶ Nūc huius generis præcepta videamus. Vtrisque, aut etiam omnibus, si plures ambigent, ius ex quibus rebus constet, est considerandum. Initium ergo eius ab natura ductum videtur: quædā autem ex vtilitatis ratione aut perspicua nobis, aut obscura, in consuetudinem venisse: pòst autem, approbata quædam à consuetudine, aut, verò vtilia visa, legibus esse firmata. ¶ Ac *naturæ* quidem *ius*, est quod nobis non opinio, sed quædam innata vis asserat, vt[k] religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. *Religionem*, eā, quæ in metu, & ceremonia deorū sit, appellār. *Pietatem*, quæ erga patriā, aut parenteis, aut alios sanguine cōiunctos officiū conseruare moneat. *Gratiam*, quæ[l] in memoria, & remuneratione officiorum, & [m] honorum, & amicitiarum, obseruantiam teneat. *Vindicationem*, per quā, vim, & contumeliā, defendendo, aut vlciscendo propulsamus à nobis, & à nostris, quæ nobis esse[n] cari debēt, & per quam peccata punimus. *Obseruantiam*, per quā ætate aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedenteis reueremur[o], & colimus. *Veritatem*, per quam damus operam, nequid aliter, quàm confirmauerimus, fiat, aut factum, aut futurū sit. Ac naturæ quidē iura minus ipsa quærūtur ad hanc controuersiā, quòd neque in hoc ciuili iure versantur, & à vulgari intelligentia remotiora sunt: ad si militudinē verò aliquā, aut ad rē amplificandā sæpe sunt inserenda. ¶ *Consuetudinis*[p] autem *ius* esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit. In ea autē iura sunt quædam ipsa iam certa propter vetustatem. Quo in genere & alia sunt multa, & eorum multò maxima pars, quæ[q] prætores edicere consueuerunt. Quædam autem genera iuris, iam certa consuetudine facta sunt. Quod genus, factum, par[r], iudicatum. *Factum*[s] est, quod inter aliquos conuēnit, quod iam ita iustum putatur, vt iuri præstare dicatur. *Par*, quod [t] in omneis æquabile est. *Iudicatum*, de quo iam antè sententia alicuius, aut aliquorum constitutum est. Iam iura legitima ex legibus cognosci oportebit. His ergo ex partib. iuris, quidquid aut ex ipsa re, aut ex simili, aut ex maiore, aut ex minore nasci videbitur [u], quēque[x] attendere, atque[y] elicere pertentando vnamquamque partem iuris oportebit. ¶ Locorum autem communium, quoniā (vt antè dictum est) duo sunt genera, quorum alterum dubiæ rei, alterum certæ continet amplificationem, quid ipsa causa det, & quid augeri per communem locum possit, & oporteat, considerabitur. Nam certi, qui in omneis[a] incidant, loci, præscribi non possunt: in plerisque fortasse ab[b] auctoritate iurisconsultorum, & contra auctoritatem dici oportebit. Attendendum est autem & in hac, & in omnibus, num quos locos communeis, præter eos, quos exposuimus, ipsa res ostendat. 14 ¶ Nunc iuridiciale genus, & parteis eius considerēmus.

IVRIDICIALIS est, in qua æqui & iniqui natura, & præmij aut pœnæ ratio quæritur. Huius[c] partes sunt duæ, quarum alteram absolutam, alteram [d] assumtiuam nominamus. 15 ¶ *Absoluta* est, quæ ipsa in se, non vt negotialis, implicitè & absconditè, sed patentiùs, & expeditiùs recti & non recti quæstionem continet. Ea est huiusmodi: Cùm Thebani Lacedæmonios bello superauissent [d], & ferè mos esset Graiis, cùm inter se bellum gessissent, vt ij, qui vicissent, tropæum [f] aliquod in finibus statuerent, victoriæ modò in præsentia declarandæ causa, nonvt in perpetuū belli memoria maneret: æneum statuerunt tropæum. Accusantur apud Amphictyonas, id est, apud commune Græciæ concilium. Intentio est, Non oportuit. Depulsio est, Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est, Eam enim ex bello gloriam virtute peperimus, vt eius æterna insignia posteris nostris relinquere vel lemus. Infirmatio est, Attamen æternū inimicitiarum monumentum Graios de Graiis statuere non oportet. Iudicatio est, Cùm summę virtutis celebrandæ causa Graij de Graiis æternum inimicitiarum monumentum statuerint, recténe, an contrà fecerint. Hanc ideo rationem subiecimus, vt hoc causæ genus ipsum, de quo agimus, cognosceretur. Nam si eam suppositionem fecissemus, qua fortasse vsi sunt: Nō enim iustè, neque piè bellum gessissent: in relationem criminis dilaberemur [i], de qua pòst loquemur. Vtrumque autem causæ genus in hanc causam incidere perspicuū est. In hanc argumentationes ex iisdem locis sumendæ sunt, atque in causam negotialē, de qua antè dictum est. Locos autem communeis & ex causa ipsa, siquid inerit indignationis aut conquestionis, & ex iuris vtilitate, & natura multos, & graueis sumere licebit, & oportebit, si causæ dignitas videbitur postulare. 16 ¶ Nunc *assumtiuam* partem iuridicialis considēremus. Assumtiua igitur tunc dicitur, cùm ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur. 17 ¶ Eius partes sunt quattuor: comparatio, relatio criminis, remotio criminis, concessio.

18 ¶ *Comparatio* est, cùm aliquod factum, quod per se ipsum non sit probandum, ex eo, cuius id causa factum est, defenditur. Ea est huiusmodi: Quidam imperator, cùm ab hostibus circunsideretur [l], neque effugere vllo modo posset, depactus est cum eis, vt arma & impedimenta relinqueret, milites[m] educeret: itáque fecit: armis & impedimentis amissis, præter spem milites conseruauit. Accusatur maiestatis. Incurrit [n] huc definitio, quido sit lædere maiestatem. sed nos hunc locum, de quo agimus, considēremus. Intentio est, Non oportuit arma, & impedimenta relinquere: Depulsio est, Oportuit. Quæstio est, Oportueritne. Ratio est. Milites enim omnes periissent: Infirmatio est, aut [p] coniecturalis, Non periissent: aut altera coniecturalis, Non ideò feciſti. Ex quibus sunt iudicationes,

Periis-

---

a Vt cuius hæres non, illo tempore, in testamento quis. al. cuius hæres non illo in testamento quis. scr.

b al. patris etiam num

c lib. v. pluri mùm valet, d al. quā iam mortuo eal. cedebat.* f lib. v. aut, si hæc erunt vsi infirm.

g L. vnius pecuniæ h.

h lib. v. hæredes esse.

i lib. v. quæ dā aut à consue.

p. 2. 4. 1. veluti. ff. de iustitia & iure.*

k al. quæ memoria, & remun. m l. v. & honoris, & amicitiarum.

n lib. v. cari esse d.

o al. veremur.*

p v. l. de quibus 32 & seq. ff. de legibus.* q Edicta prætorum, iuris ciuilis portio l. 7. 5. ff. de iustitia. & Prætorū. Instit. de iure naturali.*

r iocos.

s v. l. 1. 5. 2. ff. de pactis.* t vide titul. Vt quod quisque iuris in alium constituerit eo ipso vtatur.*

u al. videbitur, quisq. attendere, atq. elicere pertē zando vnamquamque partem iurit, debebit.

x L. vox quēque, absit à sed. vel. y al. atque eligere pertent. vo. &c. non probo.

a al. in omnes causas.* b al. pro auct.

c legendum. Illius, vel ita, Huius, in qua æqui & iniqui natura quæritur. partes sunt duæ* p. 1. XXI.* d L. assumtiuam alteram. e L. superassent, f vulg. trophæum aliq. meadosè.

g hæc quæ sequuntur id est apud commune Græciæ cōcilium, videatur additiua.*

h L. statuerunt,

i L. delaberemur, de qua p.

k L. qua de

l al. circunsederetur, m al. milites abduceret. n al. Incurret h.

o L. dele hoc totum, quid sit læd. maiestatē. & neque putat Latines & in his Ciceronem, ita loqui: lædere maiestatis ac cusari, aut, lædere maiestatem, Barbarè dici: Latinè, verò lege maiestatis aut maiestatis ac cusari. Atqui Papinianus l. 8. ff. ad legem Iul. maiestatis. Læsæ maiestatis crimen dixit.*

p L. aut hæc coniect.

P. B.

Periisséntne:&,Ideóne fecerit: aut hæc cõparatiua,cuius nunc indigemus.At enim satius fuit amittere milites, quàm arma, & impedimenta hostibus concedere.Ex qua iudicatio nascitur, Cũ omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, vtrũ satius fuerit amittere milites,an ad hanc conditioñem venire.Hoc causæ genus ex his locis tractari conueniet[a]. Oportebit adhibere ceterarũ quoque constitutionum rationem, atque præcepta,ac maximè coniecturis faciẽdis infirmare illud,quod eum eo,quod crimini dabitur, ij, qui accusabuntur, cõparabunt. Id fiet,si aut id, quod dicent defensores futurum fuisse, nisi id factum esset, quo de facto iudicium est,futurum fuisse negabitur: aut si alia ratione,&[b] aliam ob causam,ac dicet se reus fecisse,demonstrabitur esse factum.Eius rei confirmatio,& itẽ contraria de parte infirmatio ex coniecturali constitutione sumetur.Sin autem certo nomine maleficij vocabitur in iudicium sicut in hac causa(nam manifestatis arcessitur[c]:) definitione & definitionis præceptis vti oportebit.Atque[d]hæc quidẽ plerunque in[e]hoc genere incidunt, vt coniectura & definitione vtendũ sit.Sin aliud quoque aliquod genus incidet, eius generis præcepta licebit huc pari ratione transferre. Nã accusatori maximè est in hoc elaborandum, vt id ipsum factũ,propter quod sibi reus concedi putat oportere, quàm plurimis infirmet rationibus. Quod facile est,si quàm plurimis constitutionibus aggrediatur id improbare. Ipsa autem cõparatio [f]parata à ceteris generibus controuersiarũ sic ex sua vt considerabitur,si illud,quòd cõparabitur, aut non honestũ,aut non vtile,aut non necessariũ fuisse, aut non tantopere vtile, aut non tantopere honestũ,aut non tantopere necessarium fuisse demonstrabitur. Deinde oportet accusatorẽ,illud,quod ipse arguat,ab eo,quod defensor cõparat [f], seperare. Id autẽ faciet,si demonstrabit non ita fieri solere, neque oportere,neque esse rationem,quare hoc propter hoc fiat, vt propter salutem militum; ea, quæ salutis causa comparata sunt, hostibus tradantur.Postea comparare oportebit cum beneficio maleficiũ,&omnino id,quod arguitur,cũ eo,quod factum [g] ab defensore laudatur,aut faciendum fuisse demonstratur,contendere, & hoc extenuando,maleficij magnitudinem simul adaugere. Id fieri poterit,si demonstrabitur,honestius,vtilius,magis necessariũ fuisse illud, quod vitarit reus, quàm illud, quod fecerit. Honesti autem,& vtilis & necessarij vis & natura,in deliberationis præceptis cognoscetur. Deinde oportebit ipsam [h] illam comparatiuam iudicationem exponere tanquam causam deliberatiuam,& de ea ex deliberationis præceptis deinceps dicere. Sit enim hæc iudicatio, quam antè exposuimus: Cùm omnes perituri milites essent, nisi ad hanc pactionem venissent, vtrùm satius fuerit perire milites, an ad hanc pactionem venire. Hoc ex locis deliberationis, quasi aliquam in consultationem res veniat, tractari oportebit. Defensor autẽ, quibus in locis ab accusatore aliæ cõstitutiones erunt inductæ, in iis ipse quoque ex iisdem constitutionibus defensionem comparabit:ceteros autem omneis locos,qui ad ipsam comparationem pertinebunt,ex contrario tractabit.Locis autem cõmunes erunt,Accusatoris,in eum,qui cùm de facto turpi aliquo, aut inutili,aut vtroque fateatur,quærat tamen aliquam defensionẽ[a], & facti inutilitatem , aut turpitudinem cum indignatione proferre. Defensoris [b] est,nullum factum inutile, neque turpe, neque item vtile, neque honestum putari oportere, nisi, quo animo, quo tempore, qua de causa factũ sit,intelligatur. Qui locus ita communis est, vt bene tractatus in hac causa, magno ad persuadendum momento futurus sit.Et alter locus,per quem magna cum amplificatione,beneficij magnitudo ex vtilitate,aut honestate, aut facti necessitudine demonstratur[c].Et tertius, per quem res expressa verbis,ante oculos eorum,qui audiunt,ponitur,vt ipsi se quoque idem facturos fuisse arbitrentur,si sibi illa res,atque ea faciendi causa per idem tempus accidisset. 59 ¶ *Relatio* criminis est,cùm reus id, quod arguitur , confessus, alterius se inductum peccato , iure fecisse demonstrat. Ea est huiusmodi: Horatius[e]occisis tribus Curiatibus[f],& duobus amissis fratribus,domum se victor recepit. Is animaduertit sororẽ suã de fratrum morte non laborantem : sponsi autem nomen appellantem identidem Curiatis[g]cum gemitu & lamentatione indignèh passus,virginem occidit.accusatur. Intentio est,iniuria sororem occidisti. Depulsio est, Iure occidi.Quæstio est,Iuréne occiderit. Ratio est , Illa enim hostium mortem lugebat, fratrum negligebat:me & populum R.vicisse moleste ferebat. Infirmatio est, Tamen à fratre indemnatam necari non oportuit.Ex qua iudicatio fit , Cùm Horatia fratrum mortem negligeret,hostium lugeret,dei fratris,& populi R.victoria non gauderet , oportuerit̃e eã à fratre indemnatã necari. Hoc in genere causæ,primùm si quid ex ceteris dabitur constitutionibus sumi oportebit,sicut in comparatione præceptum est: Postea si qua facultas erit, per aliquam constitutionem illum, in quem crimen transfertur,defendere:Deinde leuius esse illud , quod in alterum peccatum reus transferat,quàm quod ipse susceperit:Postea translationis partibus vti,& ostendere,à quo,& per quos, & quo modo, & quo tempore aut agi,aut iudicari,aut statui de ea re conueneritac simul ostendere, non oportuisse antè supplicium,quàm iudicium,interponere.Tum leges quoque & iudicia demonstranda sunt, per quæ potuerit id peccatum, quòd sponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio vindicari : Deinde negare debebit[l] audiri oportere id,quod in eum crimin̄is cõferatur,de quo is ipse,qui conferat,iudicium fieri noluerit: & id, quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere:Postea impudentiam demonstrare eorum , qui eum nunc apud iudices accusent , quem sine iudicibus ipsi condemnarint : & de eo iudiciũ faciant, de quo iam ipsi supplicium sumserint.Postea perturbationem iudicij futurã dicemus[m], & iudices longiùs, quàm potestatẽ habeãt,progressuros,si simul & de reo,& de eo,quẽ reus arguat,iudicarint.Deinde,hoc si cõstitutũ sit, vt peccata homines peccatis,& iniurias iniuriis vlciscantur , quantum incommodorum consequatur.Ac si idem facere ipse,qui nunc accusat, voluisset, ne hoc quidem ipso quidquã opus [n] fuisset iudicio: si verò ceteri quoque idem faciant[o], omnium iudiciũ nullum

a t. defensionẽ,facti inutilitatem, aut: b t. defensorit,nullum factum inutile, neque turpe, neque item vtile, neque honestum putari oportere, nisi, quo animo, quo tempore, qua de causa factũ sit,intelligatur.

c lib. v. demõstrabitur.

d t. atque eadem faciendi.

e Vide t. iuiũ libro t.*

f t. Curiatius

g t. Curiatii.

h t. hoc modi. p.

i t. non agnoscit præpositionem, de, neque habẽs cod. ver.

k t. al. sumi ab accusatore oportebit.

l lib. duo v. nõ habẽt verbum debebit.

m nonnulli lib. v. non habent verbum, dicemus.

n t. opus fuisse iudicio: ita lib. v.

o al. faciant vt sine iudicio eos puniant, quos accusant, omnium.*

a al. tractari oportebit, &c. al. tractari oportebit, & adhibere, &c.*

b lib. v. & alia causa.

c lib. v. accersitur, misdeed. al. atque hoc quidem plerumque in genere accidit, vt & cõiectura, vel ita. Atq. hoc quidem plerunque in genere accidit.* e al. in hoc genere accidunt.

f al. comparat.

g l. v. factum ab defensore laudabitur, aut f. f. demõstrabitur cõt.

h t. illam ipsam.

i t. milites perire.

P. LXXII.

k t. Loci cõmunes er.

futurum. Postea demonstrabitur,ne si iudicio quidem illa damnata esset,in quam id crimen ab reo conferatur, potuisse hunc ipsum de illa supplicium sumere. Quare esse indignū,eum, qui ne de dānata quidē pœnas[a] sumere potuisset,de ea supplicium sumsisse,quę ne adducta quidē sit in iudiciū. Deinde postulabit, vt legem, qua lege fecerit,proferat. Deinde quemadmodum in cōparatione prę cipiebamus,vt illud quod comparabatur,extenuaretur ab accusatore quàm maxime : sic in hoc genere oportebit illius culpam,in quē crimen transferetur, cū huius maleficio, qui se in iure fecisse dicat,comparare. Postea demonstrandum est,non esse illud eiusmodi,vt ob id hoc fieri conuenirer[b]. Extrema est, vt in comparatione,assumtio iudicationis,& de ea per amplificationē ex deliberationis præceptis dictio. Defensor autem quæ per alias constitutiones inducentur, ex iis locis, qui traditi sunt,infirmabit. Ipsam autem relationem comprobabit,primùm augendo eius,in quem referr[c] crimen, culpam & audaciam,& quàm maximè per indignationem, si res feret,iuncta conquestione, ante oculos ponendo. Postea leuius demonstrando reū punitū, quàm sit ille promeritus [d], & suum suppliciū cum illius iniuria conferendo.Deinde oportebit eos locos,qui ita erūt ab accusatore tractati,vt refelli,& contrariam in partem conuerti possint, quo in genere sunt tres extremi,contrariis rationibus infirmare. Illa autē acerrima accusatorum criminatio, per quam perturbationem fore omnium iudiciorū demonstrant,si de indemnato supplicij sumēdi potestas data sit,leuabitur[e]. Primùm si eiusmodi demonstrabitur iniuria,vt non modò viro bono,verùm [f] etiam homini libero videatur non fuisse tolerāda:Deinde ita perspicua,vt ne ab ipso quidē,qui fecisset,in dubium vocaretur:Deinde eiusmodi,vt in eam is maximè debuerit animaduertere, qui animaduerterit:vt non tam rectū, non tam fuerit honestum , in iudicium illam rem peruenire,quàm eo modo, atque ab eo vindicari, quomodo , & à quo sit vindicata : Postea sic rem fuisse apertam,vt iudicium de ea re fieri nihil attinuerit.Atque hīc demonstrandū est rationibus, & rebus similibus , permultas ita atroceis , & perspicuas res esse, vt de his non modò non necesse sit , sed ne vtile quidem, quin mox iudiciū fiat,exspectare. Locus communis accusatoris[g] in eum,qui cùm id,quod arguitur, negare non possit,tamen aliquid sibi spei comparet ex iudiciorum perturbatione.Atque hīc vtilitatis [h] iudiciorum demonstratio,& de eo conquestio, qui suppliciū dederit indemnatus:in eius autem , qui sumserit,audaciam & crudelitatē,indignatio. Abi defensore,in eius, qué vltus sit,audaciā [k] fuit conquestione:rem non ex nomine ipsius negotij,sed ex consilio eius,qui fecerit,& causa, & tempore considerari oportere : quid mali futurum sit,aut ex iniuria, aut ex scelere alicuius, nisi tanta, & tam perspicua audacia ab eo,ad cuius famam,aut ad parenteis,aut ad liberos pertinuerit,aut ad aliquam rem, quam [m]caram esse omnibus,aut necesse est , aut oportet esse,fuerit vindicata. 20 ¶ *Remotio criminis* est,cùm eius intentio facti, quod ab aduersario infertur, in alium, aut [n] in aliud dimouetur.Id fit bipertitò[o]. Nam tum causa, tum res ipsa remouetur. *Causæ remotionis* hoc nobis exemplo sit:Rhodij quosdam legarunt Athenas.Legatis quæstores sumtum,quem oportebat dari,non dederunt. Legati profecti non sunt. Accusantur.Intentio est,Proficisci oportuit.Depulsio est,Non oportuit.Quæstio est,Oportuerítne. Ratio est,Sumtus enim,qui de publico dari solet,is[a] ab quæstore non est datus.Infirmatio est, Vos tamen id,quod publicè vobis datum erat negotij , conficere oportebat. Iudicatio est, Cùm iis,qui legati erant,sumtus,qui[b] de publico debebatur,non daretur,oportuerítne eos [c] conficere nihilominus legationem. Hoc in genere primùm, sicut in ceteris , si quid aut [d] ex coniecturali, aut ex alia constitutione sumi possit, videri oportebit. Deinde pleraq.ex cōparatione, & ex relatione criminis in hāc quoque causam conuenire poterunt.Accusator autem illum, cuius culpa id factum reus dicet,primùm defendet,si poterit. sin minus poterit:negabit[e], ad hoc iudicium, illius,sed huius, quem ipse accuset, culpam pertinere. Postea dicet,suo quemque officio consulere oportere : nec ,si ille peccasset,hunc oportuisse peccare. Deinde, si [f] ille deliquerit , separatim illum,sicut hunc accusari oportere,& non cum huius de fensione coniungi illius accusationē.Defensor autem cùm cetera,si qua ex aliis incident constitutionibus, pertractarit, de ipsa remotione sic argumentabitur.Primùm cuius acci derit culpa,demonstrabit: Deinde,cùm id aliena culpa accidisset,ostendet se aut non potuisse,aut non debuisse id facere,quod accusator dicat oportuisse.Quòd non potuerit,ex vtilitatis partibus, in quibus est necessitudinis vis implicata,demonstrabit[g]. Quòd non debuerit, ex honestate considerabitur.De vtroq.distinctiùs in deliberatiuo genere dicetur. Deinde omnia facta esse ab reo,quæ in ipsius fuerint potestate.quòd minus, quàm cō uenerit,factum sit,culpa id alterius accidisse. Deinde in alterius culpa exponenda demonstrandum est , quantum voluntatis , & studij fuerit in ipso: & id signis confirmandū huiusmodi, ex cetera diligentia, ex antè factis,aut dictis: atq.hoc ipsi vtile fuisse facere , inutile autē non facere,& cū cetera vita magis [h] hoc fuisse consentaneū,quàm quod propter alterius culpā non fecerit. Sin autem non in hominē certum, sed in rem aliquā causa dimouebitur[i],vt in hac eādē re,si quęstor mortuus esset , & idcirco legatis pecunia data non esset,accusatione alterius, & culpæ depulsione demta,ceteris similiter vti locis oportebit,& ex concessionis partibus,quæ conuenient,assumere:de quibus pòst nobis dicendū [k] erit. Loci autem communes,iidem[l] vtrisque ferè, qui superioribus assumtiuis,incident. Hi[m] tamen certissimi:Accusatoris,facti indignatio: Defensoris,cùm in alio culpa sit,aut[n] in ipso non sit , supplicio reum affici non oportere. *Ipsius* autem *rei sit remotio*, cùm id, quod datur crimini , negat neque ad se,neque ad officiū suum reus pertinuisse : nec si [o] quod in eo sit delictum,sibi attribui oportere.Id genus cau se est huiusmodi:In eo fœdere[p],quod factum est quondā cum Samnitibus , quidam adolescens nobilis porcam[q] sustinuit iussu imperatoris. Fœdere autem ab senatu improbato,& imperatore Samnitibus dedito,quidam in senatu cū[r] quoque dicit, qui porcam tenuerit, dedi

a *lib.vi.* pœnas sumere ipse pot.

b *al.* conueneritit.

c L. referet.

d *al.* meritus.

e *al.* leuabitur sic:Pr.

f L. verùm omnino homini lib.

P. LXXXIII.

g *al.* ab accusatore in eū, *& ita* L.

h *fort. legendū:* vtiliter sit demonstratio iudiciorum.* *al.* A defens. la L. andaciā conquestionem.

i *fort. legendū* sit cōquestio.*

m L. quā cara omnibus aut necesse est, *&c.*

n L. aut in aliud demouetur.

o bipartitò.

a L. is abs quæ. *& ita lib. v.*

b *al.* qui debebatur de publico.

c adde L. 1. §. vtrum quis deseruerit le gationem. ff. de legationi bus.*

d L. aut ex cō iecturali, aut ex definitiua, aut ex alia c.

e *al.* negabit hoc ad iudiciū illius,sed ad huius,quē ipse accusat. *al.* ille fi.

P. B.

g L. *dele vē bum*, demonstrabit.

h L. hoc stiffe magis.

i demouebitur, vt *&c. al.* remouebitur, vt *&c.*

l L. erit dicēdum.

l L. iidē vtrique ferē.

m *al.* Hi autē c.

n L. & in ipso non sit,supp. *al.* si quid, *&c.* vt delictū quod sequitur sit particip.*

p Huius fœderis infamis iniussu popu li à Coss. fa cti meminit Liuius lib. 9. quem vide.*

q cōsēso bello, inter quos pax fieret, sæ pe porca fœdus firmari solebat. vide Festū in Porci effigies.*

r *l. v.* cum id cum, qui,

dedi oportere. Intẽdo est, Dedi oportet. Depulsio est. Nõ oportet. Quæstio est, Oporteátne. Ratio est, Non enim meum fuit officium, nec mea potestas, cùm & id ætatis [a], & priuatus essem, & esset summa cum auctoritate, & potestate imperator, qui videret vt satis honestum fœdus feriretur. Infirmatio est, Attamen[b], quoniam tu particeps factus es in turpissimo fœdere summæ religionis, dedi te cõuenit. Iudicatio est, Cùm is, qui potestatis nihil habuerit, iussu[c] imperatoris in fœdere, & in tanta religione interfuerit, dedendúsue sit hostibus, nécne. Hoc genus causę à superiore hoc differt, quòd in illo cõcedit se reus oportuisse facere id, quod fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei, aut homini causam attribuit, quæ voluntati suæ fuerit impedimento sine cõcessionis partibus. Nã earũ quædã[d] maior[e] vis est: quod paullo pòst intelligetur. In hoc autem non accusare alterum, nec culpam in alium trãsferre debet, sed demonstrare, eam[h] rem nec ad se, nec ad potestatẽ, neque ad officium suum pertinuisse, aut pertinere. Atque in hoc genere hoc accidit noui, quòd accusator quoque sæpe ex remotione criminationem conficit. Vt si quis eum accuset, qui, cùm prætor esset, in expeditionẽ ad arma populum vocarit, cùm coss. adessent. Nã vt in superiore exemplo reus ab suo officio, ac potestate factum dimouebat [i]: sic in hoc ab eius officio ac potestate, qui accusatur, ipse accusator factum remouendo, hac ipsa ratione confirmat accusationem. In hac ab vtroque ex [k] omnibus partibus honestatis, & omnibus vtilitatis partibus exemplis, signis, ratiocinando, quid cuiusque officij, iuris, potestatis sit, quęri oportebit, & fuerítne ei, de [l] quo agitur, id iuris, officij, potestatis attributum, nécne. Locos autem communes ex ipsa re, si quid indignationis, ac cõquestionis habebit, sumi oportebit. 21 ¶ *Cõcessio* est, per quã nõ factũ ipsum improbatur ab reo: sed vt ignoscatur, id petitur. 22 ¶ Cuius partes sunt duæ, purgatio, & deprecatio. 23 ¶ *Purgatio* est, per quam eius, qui accusatur, nõ factũ ipsum. sed volũtas defenditur. Ea habet parteis treis, imprudentiam, casum, necessitudinem. *Imprudentia* est, cùm scisse aliquid is, qui arguitur, negatur: Vt apud quosdam lex erat, Ne quis Dianæ vitulum immolaret. Nautæ quidam, cùm aduersa tempestate in alto iactarentur, vouerunt, si eo portu, quem conspiciebãt, potiti essent, ei deo, qui ibi esset, se vitulum immolaturos. Casu erat in eo portu fanum Dianæ eius, cui vitulum immolari non licebat. Imprudẽtes legis, cùm exissent, vitulum immolauerunt. Accusantur. Intentio est. Vitulũ immolastis ei deo, cui non licebat. Depulsio est in cõcessione posita. Ratio est, nescíui nõ licere. Infirmatio est, Tamen, quoniam feciſti quod nõ licebat, ex lege supplicio dignus es. Iudicatio est, Cùm id fecerit, quod non oportuerit, & id nõ oportere nescierit. sit ne supplicio dignus. *Casus* autẽ inferetur in concessionem, cùm demonstrabitur aliqua [m] fortunæ [n] vis volũtati obstitisse, vt in hac: Cùm Lacedæmoniis lex esset, vt [o] hostias nisi ad sacrificium quoddam redẽptor prębuisset, capitale esset: hostias is, qui redemerat, cùm sacrificij dies instaret, in vrbẽ ex agro cœpit agere. tum subitò magnis cõmotus [p] tempestatibus fluuius [q] Eurotas is, qui propter Lacedæmoné fluit, ita magnus & vehemens factus est, vt eò [a] traduci victimæ nullo modo possent. Redẽtor, suæ voluntatis ostendendæ causa, hostias cõstituit omneis in litore, vt, qui trans flumẽ essent, videre possẽt. Cùm omnes studio eius subitam fluminis magnitudinem scirẽt fuisse impedimento, tamen quidã capitis accessierũt [b]. Intentio est, Hostiæ, quas debuisti, ad sacrificium præstò non fuerunt. Depulsio est, Ratio, Flumen enim subitò accreuit, & ea re traduci non potuerũt. Infirmatio est, Tamen, quoniam, quod lex iubet, factum nõ est, supplicio dignus es. Iudicatio est, Cùm in ea re redemptor contra legẽ aliquid fecerit, qua in re studio eius subita fluminis obstiterit magnitudo, suppliciõne dignus sit. *Necessitudo* [c] autem infertur, cùm vi quadã reus id, quod fecerit, fecisse [e] defenditur, hoc modo: Lex est apud Rhodios [f], vt, si qua rostrata in portu nauis deprehẽsa sit, publicetur. Cùm magna in alto tempestas esset: vis ventorum, inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit. Quæstor nauim populi vocat. Nauis dominus negat publicari oportere. Intentio est, Rostrata nauis in portu deprehensa est. Depulsio est, concessio. Ratio, Vi & necessariò sumus in portũ coacti. Infirmatio est, Nauim ex lege tamen populi esse oportet. Iudicatio est, Cùm rostratam nauim in portu deprehensam lex [h] publicarit, cùmq. hæc nauis, inuitis nautis, vi tempestatis in portũ cõiecta isit: opotteátne eam publicari. Horum trium generũ idcirco vnũ in locũ cõtulimus exẽpla, quòd similis in ea præceptio argumentũ traditur. Nam in his omnibus primùm, si quid res ipsa dabit facultatis, cõiecturam ab [l] accusatore induci oportebit, vt id, quod voluntate factũ negabitur, cõsultò factũ suspicione aliqua demõstretur: Deinde inducere definitionẽ necessitudinis, aut casus, aut imprudentiæ, & exẽpla ad eam definitionẽ adiungere, in quibus imprudẽtia fuisse [m] videatur, aut casus, aut necessitudo, & ab his id, quod reus inferat, sperare. i. ostẽdere dissimile, quòd leuius, facilius, nõ ignorabile, nõ fortuitũ, non necessarium fuerit. Postea demonstrare, potuisse euitari [n], & hac ratione prouideri potuisse [o], si hoc, aut illud feciſset, aut [p] nisi feciſset, præcaueri: & definitionibus ostẽdere, non hanc imprudẽtiam, aut casum, aut necessitudinẽ, sed inertiã, negligentiã, fatuitatẽ nominari oportere. Ac si qua necessitudo turpitudinẽ videbitur habere, oportebit, per locorũ cõmunium implicationẽ redarguentem demõstrare, quiduis perpeti, mori denique satius fuisse, quàm eiusmodi necessitudini obtẽperare. Atq. tum ex his locis, de quib. in negotiali parte dictũ est, iuris & æquitatis naturam oportebit quærere, &, quasi in absoluta iuridiciali, per se hoc ipsum ab [q] rebus omnibus seperatim considerare. Atq. hoc in loco, si facultas erit, exemplis [r] vti oportebit, quibus in simili excusatione nõ sit ignotum: & contentione, magis illis ignoscẽdum fuisse: & ex deliberationis partib., turpe, aut inutile esse concedi eam rem, quæ ab aduersario commissa sit: permagnum esse, & magno futurũ detrimẽto, si ea res ab iis, qui potestatem habent iudicãdi [f], neglecta sit. Defensor autẽ conuersis omnibus his partibus poterit vti. Maximè autẽ in voluntate defendẽda commorabitur, & in ea re adaugenda, quæ volun-

a ætatis nõ haberem.*

b L. At enim, quoniam tu &c. *vita lib. v.*

c adde l. 167. §. qui iussu l. ie damnum dat 169 ff. de regul. iuris sic Mithridates Arcilium sibi insidiantem tollit, ac non eius seruos administros. Appian. LXXIIII. mus in Mithridatico.* d L. dedendus sit hostib.

e L. qui voluntati §. f L. maior quædam. g de vi maiore vide *l.* 21. §. 6 *ff. loca zi.** h *lib. v.* illam i L. demouebat.

k L. ex omnibus honestatis, & vtilitatis p.

l L. quo de agitur, *& ita lib. v.*

m L. aliqua vis fortunæ. n adde exemplum l. Cæsar ff. de publicanis.* o L. vt nisi hostias ad. p *al.* commotis.* q succurritur ei qui tempestate, aut vi fluminis pro habitus nõ venit l. 2. §. 6 *ff.* si quis cautionib. in iudicio sistẽdi causa nõ venerit l. 19. ff. de probationibus.*

a *al.* est.

P. S.

b *lib. vulg.* ac certiorit. *nedose.* Accersit enim qui vocat: Accessit, qui accusat.*

c Necessitudo hic similitur pro necessitate.* d *lib. v.* inferetur. e *lib. v.* feciſse defendẽtur f De legibus Rhodiorum nauticis vide titul. Digest. ad l. Rhodiã de iactu. & z. Harmenop. 11.*

g *V. l. Cæsar 15. ff. de publicanis.** h *lib. v.* lex imbeat publicari, cùmq. &c. *ita* L. i *lib. v.* cõiecta est.

k L. traditur argumentorum.

l L. induci ab accusatore op.*

m *lib. v.* videtur fuisse.

n *al.* vitari. o L. *delet.* potuisse. p l. ac ne sic facerer, præcaueri.

q *al.* à rebus. P. LXXV. r *al.* exemplis vti eorũ hominum oper.

f *al.* habeant vindicandi.

rati fuerit impedimẽto:& ſe plus,quàm fecerit,facere non potuiſſe:& in omnibus rebus voluntatem ſpectari oportere:& ſe conuinci non poſſe, quòd non abſit à culpa: & ex ſuo nomine communem hominum infirmitatẽ poſſe damnari. Deinde nihil indignius eſſe, quàm eum,qui culpa careat,ſupplicio nõ carere. Loci autem communes accuſatoris,vnus in confeſſione, & alter, quanta poteſtas peccandi relinquatur,ſi ſemel inſtitutum ſit, vt non de facto, ſed de facti cauſa quæratur.

a *lib.vet. non habent*, autẽ.

Defenſoris autem [a], conqueſtio calamitatis eius, quæ non culpa, ſed vi maiore quadam acciderit, & de fortunæ poteſtate, & hominum infirmitate,& vti ſuum animum,non euentum conſiderent.In quibus omnibus cõqueſtionem ſuarum ærumnarum,& crudelitatis aduerſariorum indignationem ineſſe oportebit. Ac neminem mirari conueniet, ſi aut in his,aut in aliis exemplis ſcripti quoque controuerſiam adiunctam videbit. Quo de genere pòſt erit nobis ſeparatim dicendum, propterea quòd quædam genera cauſarum, ſimpliciter, & ex ſua vi conſiderantur: quædam autem ſibi aliud quoque aliquod controuerſiæ genus aſſumunt. Quare omnibus cognitis, nõ erit difficile in vnamquamque cauſam transferre. quod[b] ex eo quoque genere conueniet:vt in his exemplis conceſſionis ineſt[c] omnibus ſcripti controuerſia ea, quæ ex ſcripto & ſententia nominatur: ſed quia de cõceſſione loquebamur,in eam præcepta dedimus. Alio autem loco de ſcripto & ſententia dicemus.24 ¶ Nunc in alterã cõceſſionis partem conſiderationem[d] intendemus.*Deprecatio* eſt,in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio[e] continetur. Hoc genus vix in iudicio probari poteſt, ideo quòd conceſſo peccato,difficile eſt ab eo,qui peccatorum vindex eſſe debet, vt ignoſcat, impetrare. Quare[f] parte eius generis,cùm cauſam non in eo conſtitueris,vti licebit. Vt ſi pro aliquo claro, aut forti viro, cuius in remp.multa ſint beneficia, dixeris: poſſis [g], cùm videaris non vti deprecatione,vti tamẽ, ad hunc modũ. Quòd ſi,iudices, hic pro ſuis beneficiis,pro ſuo ſtudio,quod in vos habuit ſemper, tali ſuo tẽpore, multorũ ſuorum retẽtè factorum cauſa, vni delicto vt ignoſcere tis,poſtularet,tamen dignum veſtra manſuetudine,dignum virtute huius eſſet, iudices,à vobis hanc rem, hoc poſtulante, impetrari. Deinde augere beneficia licebit, & iudices per locum communem ad ignoſcendi volũtatem ducere[h]. Quare hoc genus,quanquam in iudiciis non verſatur,niſi quadam ex parte:tamẽ quia & pars ipſa inducenda nonnunquam eſt, & in ſenatu, aut i concilio ſæpe omni in genere tractãda, in id quoque præcepta ponemus.Nam in ſenatu, &[k] in concilio de Siphare[l] diu deliberatũ eſt,& de Q.[m] Numitorio Pullo apud L.Opimium,&[n] eius cõſilium diu ductum[o] eſt. Et magis in hoc quidem ignoſcendi,quàm cognoſcendi poſtulatio valuit. Nam[p] ſemper animo bono ſe in populũ Rom.fuiſſe non tam facilè probabat, cùm cõiecturali cõſtitutione vteretur, quàm vt propter poſterius beneficium, ſibi ignoſceretur, cùm deprecationis parteis adiũgeret[q]. Oportebit igitur eum,qui,ſibi vt ignoſcatur, poſtulabit, commemorare[r] ſi qua ſua poterit beneficia, & ſi poterit, oſtendere, ea maiora eſſe, quàm hæc, quæ deliquerit, vt plus ab eo boni, quàm mali profectum eſſe videatur: deinde maiorum ſuorum beneficia,ſi qua exſtabunt,proferre: Deinde oſtendere, non odio, neque crudelitate feciſſe[a] quod fecerit,ſed aut ſtultitia, aut impulſu alicuius,aut aliqua honeſta,aut probabili cauſa: Poſtea polliceri,& confirmare, ſe & hoc peccato doctum,& beneficio eorum,quibſibi ignouerint, confirmatum, omni tempore à tali ratione abfuturum[c]. Deinde ſpem oſtendere,aliquo ſe in loco,magno iis,qui ſibi cõceſſerint,vſui futurum. Poſtea, ſi facultas erit, ſe aut conſanguineum, aut iam à maioribus in primis amicum eſſe demonſtrabit, & amplitudinem ſuæ voluntatis,&nobilitatem generis eorum,qui ſe ſaluum velint,& dignitatem oſtẽdere,& cetera ea, quæ perſonis ad honeſtatem,& amplitudinem ſunt attributa, cum conqueſtione,ſine arrogantia in ſe eſſe demõſtrabit[e],vt honore,potiùs aliquo,quàm vllo ſupplicio dignus eſſe videatur: Deinde ceteros proferre[f],quibus maiora delicta cõceſſa ſunt. Ac multùm proficiet,ſi ſe miſericordem in poteſtate, & propenſum ad ignoſcendum fuiſſe oſtendet. Atque ipſum illud peccatum erit extenuandum, vt quàm minimùm obfuiſſe videatur,& aut turpe,aut inutile demonſtrandum,tali de homine ſupplicium ſumere. Deinde locis cõmunibus miſericordiam captare oportebit ex iis præceptis,quæ in primo libro ſunt expoſita.Aduerſarius autem malefacta augebit:nihil imprudenter, ſed omnia ex crudelitate, & malitia facta[g] dicet. Ipſum immiſericordem, & ſuperbum fuiſſe, &, ſi poterit, oſtendent ſemper inimicum fuiſſe, & amicum fieri nullo modo poſſe. Si[h] beneficia proferet:aut aliqua de cauſa facta[i],non propter beneuolẽtiam[k] demonſtrabit,aut poſtea odium eſſe acre[l] ſuſceptum, aut illa omnia maleficiis eſſe delata: aut leuiora beneficia, quàm maleficia, aut[m], cùm beneficiis honos habitus ſit, pro maleficio pœnam ſumi oportere. Deinde turpe eſſe,aut inutile,ignoſci.Deinde,de quo vt poteſtas eſſet,ſæpe optarint, in eum poteſtate non vti,ſummam eſſe ſtultitiam: & cogitare oportere, quem animum in eum, vel quale odiũ[n] habuerint. Locus[o] autem communis erit, indignatio maleficij, & alter,eorum miſereri oportere, qui propter fortunã, non propter malitiam in miſeriis ſint. Quoniam igitur in generali conſtitutione tamdiu propter eius partium multitudinem commoramur, ne fortè varietate, & diſſimilitudine rerum deductus[p] alicuius animus in quendam errorem deferatur:quid etiam nobis ex eo genere reſtet, & quare reſtet, admonendum videtur. 25 ¶ Iuridicialem cauſam eſſe dicebamus,in qua æqui & iniqui natura, præmij aut pœnæ ratio quæreretur. Eas cauſas,in quibus de æquo & iniquo quæritur,expoſuimus. Nunc[q] reſtat,vt *de præmio, & de pœna* explicemus.Sunt enim multę cauſæ,quæ ex præmij alicuius petitione conſtãt. Nam & apud iudices de[r] præmio ſæpe accuſatorum quæritur,& à ſenatu, aut[s] concilio aliquod præmium ſæpe petitur.Ac neminem conueniet arbitrari,nos,cùm aliquod exemplum ponamus,quod in ſenatu agatur,ab[t] iudiciali genere exemplorum recedere. Quicquid enim de homine probando,aut improbando

a *fort. feciſſe quod fecerit,ſed.*

b *lib.v.* qui ſibi ignoſcerent,con.

c L. afuturũ, ‖ *al.* cauſam futurum, *al.* cauturum.*

d L.ſe aut cõſanguineum maioribus in prim.eorum, qui ſe ſaluũ velint, aut amicum eſſe demõſtrabit: & amplit.ſuę vol.& no.gẽ. & dign.oſtendet,&c.

e *al.* demonſtrare.

f L. proferet.

g L. facta eſſe d.

h L. ſi beneficia ſua reus proferet.

i facere beneficium dixit pro dar & conferre.

k *lib.v.*beniuolentiam.

l *al.*hac re.

m L.aut,cùm pro beneficiis honos h.

n *al.*& odium *al.*vel odiũ.*

o *al.* Locus communis erit hic, indigno.

p *Sic quidam v.c Lamb.* ducius.

q L. Reſtat nunc.

r L. de præmio accuſ. ſæpe quæri.

s L. aut à cõſilio aliquod Pr. t *al.*à iudic.

a *lib.vet. non habent*, autẽ.

b L. quod ex vno quoque gen.

c L. omnibus ineſt.

d *exiſtim.*

e *cõiecturis.*

f L. Quare parte eius generis, cùm cauſam non in eo, vt depreceris,conſtitueris,vlicebit.*al.* Quare parte eius generis, cum cauſam in eo cõſtitueris vt depreceris: Alij, quare partib. eius generis.*

g *al.* poſſis vti deprecatione ad hunc modum.*

h *al.* deducere.

i *id.* aut conſilio ſæpe

k L. & in cõſilio de Siph. Virum ſcilicet, Siphaci indulgenda eſſet venia quamuis deprecati.*

P. B.

m Meminit Cicero huius Q. Numitorij libro 5. de finibus.*

n L.& eius cõſilium diu ductum eſt.

o *al.*dictum*

p *al.* Nam ſemper animo bono in

q L.adiungeret, petebat. Op.*al.*adiungeret, poſtulabat.Opo.

r L. commemorare ſua,ſi qua poterit, b.

bando dicitur, cùm ad eam dictionem, sententiarum quoque ratio accommodetur[a], id non, si per sententiæ dictionem agitur, deliberatiuum est: sed quia de homine statuitur, iudiciale est habendum. Omnino autem qui diligenter omnium causarum vim, & naturam cognouerit, cùm [b] genere primò, tum etiam forma eas[c] intelliget dissidere. Ceteris autem partibus aptas inter se omneis, & aliam in aliam implicatam videbit. Nunc de præmiis consideremus. L. Licinius Crassus cos. quosdam in citeriore Gallia, nullo illustri, neque certo duce, neque eo nomine[d], neque numero[e] præditos, vt digni essent, qui hostes populi R. esse dicerentur: quòd tamen excursionibus, & latrociniis infestam prouinciam redderent, consectatus[g] est, & confecit: Romam rediit: triumphum ab[h] senatu postulat. Hîc, vt & i in deprecatione, nihil [k] ad nos attinet, rationibus & infirmationibus rationum supponendis, ad iudicationem peruenire: propterea quòd nisi alia quoque incidet constitutio, aut pars constitutionis, simplex erit iudicatio, & in quæstione ipsa continebitur. In deprecatione, huiusmodi, Oporteáne pœna affici: in hac huiusmodi, Oporteáne præmium dari. Nunc ad præmij quæstionem appositos locos exponemus. Ratio igitur præmij quattuor [l] est in parteis distributa: in beneficia, in hominem, in præmij genus, in facultates. *Beneficia* ex sua vi, ex tempore, ex animo eius, qui [m] fecerit, ex [n] causa considerantur. Ex [o] sua vi quærentur, hoc modo: Magna, an parua: facilia: an difficilia: singularia sint, an vulgaria: vera an falsa quadam ex oratione [p] honestentur. Ex tempore autem, Si tum, cùm indigeremus: cùm ceteri non possent, aut nollent opitulari, si tum, cùm spes deseruisset, opitulatus sit. Ex animo, Si non sui commodi causa, sed eo consilio fecit omnia, vt hoc conficere posset. Ex casu. Si nō fortuna, sed industria factum videbitur, aut si industriæ fortuna obstitisse. *In hominem* autem, Quibus rationibus vixerit, quid sumtus in eam rem aut laboris insumserit: & [q] si quid aliquando tale fecerit, num alieni laboris, aut deorum bonitatis præmium sibi postulet: num aliquando ipse talem ob causam aliquem præmio affici negarit oportere: aut num iam satis pro eo, quod fecerit, honos [r] habitus sit: aut num necesse fuerit ei facere id, quod fecerit: aut num huiusmodi sit factum, vt, nisi fecisset, supplicio dignus esset, non, quia fecerit, præmio: aut num ante tempus præmium petat, & spem incertam certo venditet pretio: aut num, quò [s] supplicium aliquod vitet, eò præmium postulet, vti de se præiudicium factum esse videatur. *In præmij* autem *genere*, quid, & quantum, & quamobrem postuletur, & quo, & quanto quæque res præmio digna sit, considerabitur. Deinde, apud maiores quibus hominibus, & quibus de causis talis honos sit habitus, quæretur. Deinde ne is honos nimiùm peruagetur[t]. Atque hic eius, qui contra aliquem præmium postulantem dicet, locus erit communis, præmia virtutis & officij, sancta & casta esse oportere: neque ea aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Et alter, minus homines virtutis cupidos fore, virtutis præmio peruulgato. Quæ [u] enim rara, & ardua sint, ea ex præmio [a] pulchra, & iucunda hominibus videri. Et tertius, si exsistant, qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt, nónne de sua gloria, cùm pari præmio taleis homines affici videāt, deliberarib[b] putent? & eorum enumeratio, & cū eis, quos cōtra dicat, comparatio. Eius autem, qui præmium petet, facti sui amplificatio, & eorū, qui præmio affecti sunt, cum suis factis contentio. Deinde ceteros à virtutis studio repulsum iri, si ipse præmio non sit affectus. *Facultates* autem considerātur, cùm aliquod pecuniarum[c] præmium postulatur: in quo vtrùm copiáne sit agri, vectigalium, pecuniæ, an penuria, consideratur. Loci communes, facultates augere, non minuere, oportere, & imprudentem esse, qui pro beneficio non gratiam, verùm mercedem postulet: cōtrà autē de pecunia ratiocinari[d], sordidum esse, cùm de gratia referenda deliberetur: *& se non pretium pro facto, sed honorem, ita vt fecit atum sit, pro beneficio postulare.* 26 ¶ Ac de constitutionibus quidem satis dictum est: nūc de iis cōtrouersiis, quæ in scripto versantur, dicendū videtur. *In scripto*[e] versatur *controuersia*, cùm ex scriptionis ratione aliquid dubij nascitur. Id fit ex ambiguo, ex scripto & sententia, ex contrariis legibus, ex ratiocinatione, ex definitione. 27 ¶ *Ex ambiguo* autem nascitur controuersia, cùm, quid senserit scriptor, obscurum est, quòd scriptū duas, plureſsve res significat, ad hunc modum: Paterfamiliās, cùm filium heredem faceret, vasorum argenteorum centum[f] pōdo vxori suæ sic legauit: HERES MEVS VXORI MEAE VASORVM ARGENTEORVM PONDO CENTVM, QVAE[h] VOLET, DATO. Post mortem eius vasa magnifica, & pretiosè cælata petit à filio mater. ille se, quæ ipse vellet, debere dicit. Primùm, si fieri poterit, demonstrandum est, non esse ambiguè scriptū, propterea quòd omnes in consuetudine sermonis sic vti solent eo verbo vno, pluribúsve in [i] ea sententia, in qua is, qui dicet, accipiendum esse demonstrabit. Deinde ex superiore, & ex inferiore scriptura docendum, id, quod quæratur, fieri perspicuum. Quare si ipsa separatim ex se verba considerentur, omnia, aut pleraque, ambigua visum iri. Quæ autem ex omni considerata scriptura perspicua fiant, hæc ambigua nō oportere existimari. Deinde qua in sententia scriptor fuerit, ex cæteris eius scriptis, factis, dictis, animo, atque [l] vita eius sumi oportebit, & eam ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus ex partibus pertentare[m], si quid, aut ad id appositū sit, quod nos interpretemur, aut ei, quod aduersarius intelligat, aduersetur. Nam facilè, quid verisimile sit eum voluisse, qui scripsit, ex omni scriptura, & ex persona scriptoris, atque iis rebus, quæ personis attributæ sunt, considerabitur. Deinde erit demonstrandum, si quid ex ipsa re dabitur facultatis, id quod aduersarius intelligat, multò minus commodè fieri posse, quàm id, quod nos accipimus, quòd illius rei neque administratio, neque exitus vllus exsteat: nos quod dicamus, facilè & cōmodè transigi posse: vt in hac lege (nihil enim prohibet [n] fictam[o] exempli loco ponere, quò facilius res intelligatur) MERETRIX CORONAM AVREAM

a L. accommodatur

b v. c. cùm genere tum e. tiam f.

c *al.* intelligat eas dif.

d Hostes eum sunt qui bus P. Romanus bellum publice decreuit, vel ipsi populo Romano: Ceteri latrúculi vel prædones appellantur. l. hostes 24. ff. de captiuis.*

e Hoc ideo additū, quia lege cautum erat, vt ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostiū vna acie cecidisset: pœnaque Imperatori cōstituta, qui p. R. aut hostium occisorū, aut amissorum ciuium falsum numerū litteris senatui ausus esset referre. 2. *Vel.* 8. *de iure triūphandi.**

f populi R. dicerentur.

g *al.* infectatus est.

h *al.* a senatu

i L. nec in depr.

k L. nihil attinet, rat.

l L. in parteis quattuor est d.

m L. qui fecit n *al.* ex casu.

o Ex sua vi considerabitur, h. m.

p *al.* ratione*

q L. ecquid aliq.

r *fort.* honoris.

s *al.* quòd.

t *al.* peruulgetur, & vt paulo post.*

u *fort.* Quæ enim amara, & ardua sint, ea ex præm. prochuia, & iucu

a *al.* experiet dom. *al.* experiē da.*

b L. deliberaris 9. Videst de testam. vt metaphora ducatur à libro & cortice arborum. vide Noniū *c. 1. in de libratum, de conficiendum* 314 & ita quæ in fine huius lib. 2. quidā legendum putant: nisi quis malit hîc legere deliberari, quod & verbum iuris est *l. legati* 116. *ff. de legatis.** P. LXXVII.

c L. pecuniarium præ.

d αμικρολογίαν.

e De controuersiis scripti.*

f L. pondo centum.

g Idem 1. ad Herennium.*

h hinc dubitatio oritur. Est enim dubiū quæ pondo debeātur, an quæ volet heres, an quę vxor testatoris.*

i *al.* in eam sententiam in quam.* Ex *Vl.* 50. *ff. de legat.* 1. *l. est filius* 77. 9. *cū imperfecta*, 21. *ff. de leg.* 2. *l.* 75. *ff. de leg.* 3. *l.* 44. *ff. de manumiss. test. l.* 15. *Cod. de fideicōmiss.*

l L. atque vita sumi op.

m *fort.* pertentari.

n L. fictā legē exempli l. p.

o Ficta lex, quæ & rhetorica.

NE HABETO. SI HABVERIT, PVBLICA ESTO, contra eum, qui meretricem publicari dicat ex lege oportere, posset[a] dici, ne que administrationem[b] esse vllam publicæ meretricis, neque exitum legis in meretrice publicanda at in auro publicando & administratione, & [c] exitu facilem esse, & incommodi nihil inesse. Ac diligéter illud quoque attendere oportebit, num, illo probato, quod aduersarius intelligat, vtilior [d] res, aut honestior, aut magis necessaria, à scriptore neglecta videatur. Id fiet, si id, quod [e] nos demonstrabimus, honestũ, aut vtile, aut necessarium demõstrabimus: &, si id, quod ab aduersariis dicetur, minimè eiusmodi dicemus [f] esse. Deinde si in lege erit ex ambiguo controuersia, dare operã oportebit, vt de eo, quod aduersarius intelligat, alia in lege cautum esse doceatur. Permultum autem proficiet illud demonstrare, quemadmodum scripsisset, si id, quod aduersarius accipiat, fieri, aut intelligi voluisset: vt in hac causa, in qua de vasis argenteis quæritur, possit mulier dicere, nihil attinuisse adscribi, quę volet, si heredis volũtati permitteret. Eo enim nõ adscripto nihil inesse dubitationis, quin hæres, quæ ipse vellet, daret. Amentiæ [g] igitur fuisse, cùm heredi vellet cauere, id adscribere, quo non adscripto, nihilominus heredi caueretur. Quare hoc genere magnopere talibus in causis vti oportebit: si hoc modo scripsisset, isto verbo vsus nõ esset, non isto loco verbũ istud collocasset. Nã ex his sententia scriptoris maximè perspicitur. Deinde quo tempore scriptũ sit, quærendum est, vt [h], quod eum voluisse in eiusmodi tempore verisimile sit, intelligatur. Pòst ex deliberationis partibus, quid vtilius, & quid honestius, & illi ad scribendum, & his ad comprobandum sit, demonstrandũ: & ex his, si quid amplificationis dabitur, cõmunibus vtrumque [i] locis vti oportebit.

28 ¶ *Ex scripto & sententia* controuersia consistit, cùm alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, vtitur: alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit [k] dictionem. *Scriptoris* autem *sententia* ab eo, qui sententia se defendet, tum semper ad idem spectare, & idé velle demonstrabitur: tum aut ex facto, aut ex euentu aliquo ad tempus id, quod instituit, accommodatur [l]. Semper ad idem spectare hoc modo: Paterfamiliãs cùm liberorum nihil haberet, vxorem autem haberet, in testamento ita scripsit: SI [m] MIHI FILIVS GENITVS [n] FVERIT VNVS, PLVRESVE, IS MIHI HERES ESTO, Deinde quæ assolent. Postea, SI FILIVS ANTE MORITVR, QVAM IN TVTELAM SVAM VENERIT [o], TV MIHI, DICEBAT, SECVNDVS HERES ESTO. Filius non est natus, ambigunt agnati cum eo, qui est hæres, si filius antè, quam in suam tutelam veniat, mortuus sit. In hoc genere non potest hoc dici, ad tempus, aut ad euentum aliquem sentẽtiam scriptoris oportere accommodari: propterea quòd ea sola demonstratur, qua fretus ille, qui contra scriptum dicet [p], suam esse hereditatem defendit. Alterum autem genus est eorum, qui sententiam inducunt. in quo non simplex voluntas scriptoris ostẽditur, quæ in omne tempus, & in omne factũ idem valeat: sed ex quodam facto, aut euentu ad tempus interpretanda dicitur. Ea partibus iuridicialis assumtiuæ maximè sustinetur. Nam tum inducitur comparatio, vt [b] in eum, qui, cùm lex aperiri portas noctu vetaret, aperuit quodam in bello, & auxilia quædam in oppidum recepit, ne ab hostibus opprimerẽtur, si foris essent, quòd prope muros castra [b] hostes haberent. Tum relatio criminis, vt [c] in eod, qui, cùm communis lex omnium hominem occidere [e] vetaret, tribunum militum [f] suum, qui vim sibi inferre conaretur [g], occidit. Tũ remotio criminis, vt in eo, qui, cùm lex, quibus diebus in legatione proficisceretur, præstituerat [h]: quia sumtũ non dedit quæstor, profectus non est. Tũ concessio per purgationem, & iper imprudentiam, vt [k] in vituli immolatione: & per vim, vt in nauí rostrata: & per casum, vt in [m] Eurotæ fluminis magnitudine. Quare aut ita sententia inducetur, vt vnũ quiddam voluisse scriptor demonstretur: aut sic, vt in eiusmodi re, & tempore hoc voluisse doceatur. Ergo is, *qui scriptum defendit* [n], his locis plerunque omnibus, maiore [o] autem parte semper poterit vti: Primùm scriptoris collaudatione, & loco communi, nihil eos, qui iudicent, nisi id, quod scriptum sit, spectare oportere.: & hoc eo magis, si legitimum scriptum proferetur, id est, aut lex ipsa, aut ex lege aliquid. Postea quod vehementissimum est, facti, aut intentionis aduersariorum cum ipso scripto contentione, quid scriptum sit, quid factum. quid iuratus iudex: quem locum multis modis variare oportebit. Tum ipsum secum admirantem, quidnam contrà dici possit: tum ad iudicis officium reuertentem, & ab eo quærentẽ, quid præterea audire, aut exspectare debeat: tum ipsum aduersarium, quasi [q] intentantis loco, producendo, hoc [r] interrogando, vtrùm scriptum neget esse eo modo, an ab se contrà factum esse, aut contrà contendi [s] neget: vtrum [t] negare ausus sit, se dicere desiturum. Si neutrum neget, & contrà tamen dicat: nihil [u] esse, quò hominem impudentiorem quisquã se visurum arbitretur. In hoc ita commorari conueniet, quasi præterea nihil dicendum sit, & quasi contrà [x] dici nihil possit, sæpe id, quod scriptum est, recitando, sæpe cum scripto factum aduersarij confligendo, atque interdum acriter ad iudicem ipsum reuertendo. Quo in loco iudici demonstrandum est, quid iuratus sit, quid sequi debeat: duabus de causis iudicem dubitare oportere, si aut scriptum sit obscurè, aut neget aliquid aduersarius. Cùm [y] & scriptum sit apertè, & aduersarius omnia confiteatur, tum iudicem legi parẽre, non interpretari legem oportere. Hoc loco confirmato, tum diluere ea, quæ contrà dici poterant [z], oportebit. Contrà autem dicetur, si aut prorsus aliud sensisse scriptor, & scripsisse aliud demonstrabitur, vt in illa de testamento, quam posuimus, controuersia, aut causa assumtiua inferetur, quamobrem scripto non potuerit, aut non oportuerit obtemperari. Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicetur, is [aa], qui scripto vtetur, hoc [bb] dicet, non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui, ne id facere possemus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis: multa incommoda consequi, si instituatur, vt à scripto recedatur. Nam & eos, qui aliquid scribant, non existimaturos, id, quod scripserint, ratum futurum: & eos, qui iudicent,

a L. possit d. b Nulli esse administrationem nullúmque esse exitum legis in meretrice publicanda quod aut nihil aliud significat quã, legem noluisse meretrices publicari, ne alioqui videretur aliquod ex meretricibus vectigal sperare.* c L. & exitum legis facil. d L. res vtilior. e L. quod nos dicemus, h. f L. esse dicemus.

g al. Amentiã igitur: vel, amentiis igitur.*

h L. vt, quid cum vol.

i al. vtrinque

k al. adiũget.

l al. accõmodabitur. m L. Si mihi filius genitor vnus, pl. n al. Genitur ἐφχαικῶς. Antiquis enim genor pro gignor. Tantundem autẽ est genitur, atque genitus erit. Hìc tamen nonnulli legunt gignitur. o L. venerit, tũ mihi ille secundus h. r. p L. dicit.

P. LXXVIII. a L. vt in eo, qui. b L. hostes ea stra hab. c al. vt in eo milite, qui. d Trebonio qui C. Clodiũ tribunũ vim sibi inferentem sustulit: meminit Cicero pro Milone: & Plutarchus in Mario. e L. occidere vetet. f al. militarem.* g L. conabatur. h al. præstituerat. i lib. v. & per imprudentiã facti, vt in vit. l De qua antè dictũ est.* l Rhodiorum l. de quo suprà. m Et hic quoque casus superius allatus est ac pertractatus.* n al. defẽdet. o L. maiorem autem partẽ fvt sit ἐξαιρετικῶς quo etiã vsus Cicero de perfecto oratore. Cæsar 4. de Bello Gallico: Lucretius 3. & 6.* p L. aut aliquid ex lege q al. intẽdentis loco: al. quasi producendo.* r L. hoc est in ter. s al. contendi posse puteral. dici posse neget, aliꝰ expungunt hæc omnia aut cõtrà contendi neget.* t L. virũcumque negare auf. u L. nihil esse, quòd hominem impud. x L. nihil cõtrà dici p. y lib. v. Cùm & scriptum apertè sit. z al. poterãt. P. B.

aa fort. is qui scripto nitetur. bb L. hæc dicet.

a L. quod seq. cent, certum, quid [a] sequantur, nihil habituros, si semel à scripto recedere consueuerint. Quòd si voluntas scriptoris conseruanda sit, se, non aduersarios, à voluntate eius stare. Nam multò propiùs accedere ad scriptoris voluntatē eum, qui ex ipsius eam litteris interpretetur, quàm illum, qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet, quod ille suæ voluntatis quasi imaginē reliquerit, sed domesticis suspicionib. perscrutetur. Sin causam afferet is, qui à sententia stabit, primùm

b al. obseruanda.* erit contrà dicendum: quàm [c] absurdum, non negare contra legē fecisse, sed quare fecerit, causam aliquā inuenire [d]. Deinde conuersa [e] omnia esse: antè solitos esse accusatores iudicibus persuadere, affinē esse alicuius culpę eum, qui accusaret: causam esse, quæ eum ad peccandum impulisset: nunc ipsum reum causam afferre, quare deliquerit. Deinde hanc inducere partitionem, cuius in singulas parteis multæ conuenient argumentationes. Primùm nulla in lege vllam causam contra scriptum accipi conuenire: Deinde si in ceteris legibus cōueniat, hanc esse huiusmodi legē, vt in ea non oporteat: Postrēmò si in hac quoque lege oporteat, hanc quidem causam accipi minimè oportere. Prima pars his ferè locis confirmabitur, scriptori neque ingenium, neque operam, neque vllā facultatem defuisse, quò minùs posset [f] apertè perscribere id, quod cogitaret: non fuisse ei graue, nec difficile, eam causam excipere, quam aduersarij proferant, si quicquam excipiendū putasset: consueuisse [g] eos, qui leges scribant, exceptionibus vti. Deinde oportet recitare leges cum exceptionibus scriptas, & maximè videre, si qua in ea ipsa lege, qua [h] de agitur, sit exceptio aliquo in capite, aut apud eundē legis scriptorē, quò magis eū probetur fuisse excepturum, si quid excipiendum putaret: & ostēdere, causam accipere, nihil aliud esse, nisi legē tollere: ideò quòd, cùm semel causa consideretur, nihil attineat eam ex lege considerare, quippe quæ in lege scripta non sit. Quod si sit institutū: omnibus causam i dari, & potestatē peccandi, cùm intellexerint, vos ex ingenio eius, qui contra legem fecerit, nō ex lege, in quā iurati sitis, rē iudicare. Deinde & ipsis iudicibus iudicādi, & ceteris ciuibus viuēdi rationes perturbatum iri, si semel à legibus recessum sit. Nam & iudices neque quid [k] sequātur, habituros, si ab eo quod scriptum sit, recedāt: neque l, quo pacto aliis improbare possint, quod [m] contra legem iudicarint: & ceteros ciueis, quid agāt, ignoraturos, si ex suo quisque consilio, & ex ea [n] ratione, quæ in mentem, aut in libidinem venerit, nō ex communi præscripto ciuitatis vnamquāque rem administrabit. Postea quærere à iudicibus ipsis, quare in alienis detineātur negotiis: cur reip. munere impediātur, cùm sæpius suis rebus, & commodis seruire possint: cur in certa verba iurent: cur certo tempore conueniant, certo discedant: nihil quisquam afferat causæ, quò minùs frequenter operam reipub. det, nisi quę [o] causa in lege excepta sit: an se legibus obstrictos in tātis molestiis esse æquū cēseant, aduersarios nostros leges negligere concedant. Deinde item quærere ab iudicibus, si [p] eius rei [q] causam, propter quam se reus contra legem fecisse dicat, exceptionem ipse in lege adscribat, passurine sint. Postea hoc, quod faciat, indignius & impudentius esse, quàm si adscribat. Age porrò, quid [a] si ipsi velint iudices adscribere? passurúsne sit populus? atque hoc esse indignius, quàm rem verbo & litteris mutare non posse, eam re ipsa, & iudicio maximè commutare. Deinde indignum esse de lege aliquid derogari, aut [b] legem abrogari, aut aliqua ex parte commutari, cùm populo cognoscendi, & probandi, aut improbandi potestas nulla fiat: hoc ipsis iudicibus inuidiosissimum futurū, non hunc locum esse, neque hoc tempus legum corrigendarum: apud populum hoc, & per populum agi cōuenire, quòd si nunc id agāt, velle se scire, qui lator [c] sit, qui sint accepturi: sē [d] actiones videre, & dissuadere velle. Quòd si hæc cùm summè inutilia, tū multò turpissima sint, legem, cuiusmodi [e] sit, in [f] præsentia conseruari à iudicibus: pòst, si displiceat, à populo corrigi cōuenire. Deinde si scriptū nō exstaret, magnopere quæreremus: neque isti, ne si extra periculum quidē esset, crederemus. Nunc cùm scriptum sit, amentiam esse, eius, qui peccarit potiùs, quàm legis ipsius verba cognoscere. His, & huiusmodi rationibus ostenditur, causam extra scriptum accipi non oportere. Secūda pars est, in qua est ostendēdum, si in ceteris legibus oporteat, in hac nō oportere. Hoc demōstrabitur, si lex aut ad res maximas, vtilissimas, honestissimas, religiosissimas videbitur pertinere: aut inutile, aut turpe, aut nefas esse tali in re nō diligentissimè legi obtemperare: aut [g] ita lex diligenter perscripta demōstrabitur [h], ita cautum vnaquaque de re, ita quod oportuerit, exceptum, vt minimè conueniat quidquam in tam diligēti scriptura præteritum arbitrari. Tertius locus est ei, qui pro scripto dicet, maximè necessarius, per quem ostendat oportet, si [i] cōueniat causam contra scriptum accipi [k], eam tamen minimè oportere, quæ ab aduersarijs afferatur [l]. Qui locus idcirco est huic necessarius, quòd semper is, qui contra scriptum dicit, æquitatis aliquid afferat oportet. Nam summa impudentia [m] est, eum, qui contra quod scriptum sit, aliquid probare velit, non æquitatis præsidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa quippiam accusator deroget, omnibus partib. iustiùs, & probabilius accusare videatur. Nam [n] superior oratio hoc omnis faciebat, vti iudices, etiam si nollēt, necesse esset: hæc autem, etiam si necesse non esset, vt vellent contrà iudicare. Id autem fiet, si, quibus ex locis culpa [o] demonstrabitur non esse in eo, qui comparatione, aut remotione, aut relatione criminis, aut concessionis partibus se defendit, de quibus antè, vt potuimus, diligēter perscripsimus: si [p] de his locis quæ res postulabit, ad causam aduersariorum improbandam transferemus: aut causæ & rationes afferentur, quare, & quo consilio ita sit in lege, aut in testamento scriptum, vt sententia quoque, & voluntate [q] scriptoris, non ipsa solùm scripturæ causa confirmatum [r] esse videatur. aut aliis quoque constitutionibus factum coarguetur. Contra scriptum autem qui dicet, primùm [s] eum indicet locū, per quem æquitas causæ demonstretur: aut ostendet, quo animo, quo consilio, qua de causa fecerit: &, quamcunque causam assumet, assumtionis partibus se defenderet, de quibus antè dictum est. Atq. hoc in loco cùm diutius cō-

a L. quid si velint ipsi

b Hæc omnia aut legem abrogari, quibusdam desunt.*

c al. qui legis lator sit: al. qui lator legis.

d al. eas se actiones. al. eas se rogationē al. eam se actionem.*

e L. cuius cuiusmodi sit, & c al. cuiuscunque modi sit, al. cuicuimodi.

f al. conseruari in præs. à iud.

g L. aut si ita

h L. ostenderetur, ita c.

i lib. vulg. si eò veniat.

k al. accipere

l lib. v. infertur. P. B.

m lib. v. imprudentia sit eum qui cōtrà quàm scriptum sit, & ita 2.

n L. Nam superior omnis oratio hoc facieb.

o al. culpa de monstrabitur esse in eo.

p L. si de iis locis.

q al. voluntas.*

r al. Confirmata.*

s L. primùm inducet eum loc.

i i. Dari causam.

P. LXXIX.

k al. quod sequantur, hab. / L. neq. quo pacto in aliis amp.

m al. quid.*

n lib. v. sua.

o L. quæ causa lege excep.

p L. si eius causæ, propter q.

q al. causæ,*

moratus,sui facti rationem, & æquitatē causæ exornauerit, tum ex his locis ferè contrà aduersarios dicet oportere causas accipi.demonstrabit,nullam esse legem, quæ aliquam rem inutilem,aut iniquam fieri velit: omnia supplicia,quæ à legibus proficiscātur[a],culpę, ac malitiæ vindicandæ causa constituta esse. Scriptorem ipsum,si existat, factum hoc probaturum:& idem ipsum,si ei talis res accidisset,facturum fuisse: & ea re legis scriptorem certo ex ordine iudices,certa ætate præditos constituisse,vt essent,non qui scriptum suum recitarent, quod quiuis puer facere posset, sed qui[b] cogitationem [c] assequi possent, & voluntatem interpretari. Deinde illum scriptorem, si scripta sua stultis hominibus, & barbaris iudicibus committeret,omnia summa diligentia perscripturum fuisse:nunc verò,quòd intelligeret, quales viri iudicaturi essent, idcirco eum, quæ perspicua videret esse,non adscripsisse: neque enim vos scripti sui recitatores,sed volūtatis interpretes fore putauit.Postea quærere ab aduersariis,quid si hoc fecissem? quid si hoc accidisset? eorum aliquid,in quibus, aut causa sit honestissima, aut necessitudo certissima: tūmne accusaretis? Atqui[d] lex nusquam excepit. Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt, taceitis exceptionibus caueri. Deinde nullam rem neque legibus, neque scriptura vlla, deniq.[e] ne in sermone quidē quotidiano,atque imperiis domesticis rectè posse administrari,si vnusquisque velit verba spectare,& non ad voluntatem eius, qui verba habuerit,accedere.Deinde ex vtilitatis&honestatis partibus ostendere, quàm inutile, aut quàm turpe sit id,quod aduersarij dicāt fierī oportuisse,aut oportere: & id, quod nos fecerimus, aut postulemus, quàm vtile, aut quàm honestum sit. Deinde[g] leges nobis caras esse non propter litteras, quæ tenues & obscuræ noxæ[h] sint voluntatis, sed propter earum rerum, quibus[i] descriptum est, vtilitatem,& eorum,quik scripserint, sapientiam & diligentiam. Posteà,quid sit lex, describere,vt ea videatur īnl sententiis,non in verbis consistere : & iudex is videatur legi obtemperare,qui sententiam[m] eius,non qui scripturam sequatur. Deinde,quàm indignum sit, eodem affici supplicio eum , qui propter aliquod scelus & audaciam contra legem fecerit,&eum,qui honesta,aut necessaria de causa,non ab sentētia, sed ab litteris legis recesserit: atque his, & huiusmodi rationibus, & accipi causam , & in hac lege accipi , & eam causam, quā ipse afferat, oportere accipi demonstrabit. Et quemadmodum ei[n] dicebamus,qui à scripto diceret,hoc fore vtilissimū, si quid de æquitate ea, quæ cum aduersario staret,derogasset: sic huic,qui contra scriptū dicet, plurimum proderit , ex ipsa scriptura, aliquid ad suam causam conuertere,aut ambiguè aliquid scriptum ostēdere : Deinde ex illo ambiguo eam partem,quæ sibi profit,defendere, aut verbi definitionem inducere,& illius verbi vim,quo vrgeri videatur, ad suæ causæ commodum traducere , aut ex scripto non[o] scriptum aliquod inducere per ratiocinationem , de qua pòst dicemus. Quacunque[p] autem in re,quamuis leuiter probabili scripto ipso defenderit , etiam cùm æquitate causa abundabit, necessariò multùm proficiet, ideò quòd,si id, quo nititur aduersariorum causa , subduxerit , omnem illam eius vim,& acrimoniam lenierit,ac diluerit.Loci autem communes certis ex assumtionis partibus in vtramque partem conuenient. Præterea eius,qui à scripto dicet,leges ex se,non ex eius,qui contrà commiserit, vtilitate spectari oportere,&legibus antiquius haberi nihil oportere.Contra scriptum,leges in consilio scriptoris, & vtilitate communi, non in verbis consistere. Quàm indignum sit,æquitatem litteris vrgeri , quæ voluntate eius,qui scripserit,defendatur. 29 ¶ *Ex contrariis* autē *legibus* controuersia nascitur,cùm inter se duæ videtur leges,aut plures discrepare,hoc modo: Lex est , QVI TYRANNVM OCCIDERIT,OLYMPIONICARVM PRAEMIVM CAPITO, ET QVAM VOLET SIBI REM A MAGISTRATV DEPOSCITO, ET MAGISTRATVS EI CONCEDITO. Et altera lex, TYRANNO OCCISO , QVINQVE EIVS PROXIMOS COGNATIONE , MAGISTRATVS NECATO. Alexandrum[a] , qui apud Pheræos in Thessalia tyrannidem occupārat, vxor sua, cui Thebe nomen fuit , noctu, cùm simul cubaret,occidit.Hęc filium suum, quem ex tyranno habebat,sibi[b] præmij loco depoposcit.Sunt qui ex lege puerum occīdi dicant oportere. Res in iudicio est. In hoc genere vtramque[c] in partem iidem loci, atque eadem præcepta cōuenient, ideò quòd vterque suam legem confirmare, contrariam infirmare debebit.Primùm igitur leges oportet contendere, consideranda, vtra lex ad maiores , hoc est,ad vtiliores, ad honestiores ac magis necessarias res pertineat. Ex quo conficitur,vt,si leges duæ,aut[e] si plures,aut,quotquot erunt, conseruari non possint , quia discrepent inter se: ea maximè conseruanda putetur,quę ad maximas res pertinere videatur. Deinde vtra lex posteriùs lata sit. Nā postrema quæque grauissima est, Deinde vtra lex iubeat aliquid , vtra permittat. Nam id, quod[f] imperatur[g], necessariū:illud,quod permittitur,volūtariū est. Deindehin vtra lege, si non obtemperatum sit,pœnai afficiatur,aut in vtra maior pœna statuatur. Nam maximè conseruanda,est ea, quæ[k] diligentissima, & sanctā,est.Deinde vtra lex iubeat,vtra vetet. Nā sæpe ea,quæ vetat, quasi exceptione quadā corrigere videtur illā,quæ iubet. Deinde vtra lex de genereomni,vtra de parte quadā: vtra cōmuniter in plureis,vtra in aliquā certam rem scripta videatur. Nam quæ in partē aliquam,& quæ in certam quādam rem scripta est,promtiùs[m] ad causam accedere videtur,&[n] ad iudicium magis pertinere. Deinde ex lege vtrūm ſtatim fieri necesse sit: vtrūm [o] habeat aliquam moram,& sustentationem. Nam id , quod ſtatim faciendum sit , perfici prius oportet : Deinde operam dare , vt sua lex ipso scripto videatur[p] niti. Contraria autem aut per ambiguum,aut per ratiocinationem,aut per definitionem induci , quò sanctius & firmius id videatur esse, quod apertius descriptum [q] sit : Deinde suæ legis ad scriptum[r],ipsam sententiam quoque adiungere,cōtrariam legem item ad aliam sententiam traducere, vt, si fieri poterit, ne discrepare quidem videamur[s] inter se : Postremò facere, si causa dabit[t] facultatem , vt nostra ratione vtraque lex conseruari videatur: & aduer-

[a] *lib. v.* proficiscuntur.

[b] *fort.* cogitatione sententiam assequi poss.

[c] hoc est mēcem legis.*

[d] L. Atqui hoc lex n. P. LXXX.

[e] L. denique æ ferm. q.

[f] L. fieri potuisse, aut oportuisse: & id, q.

[g] L. Deinde locus communis , leges nobis caras esse, *&c. & infra l v.*

[h] L. notæ sunt vol.

[i] *al.* quibus de reb. scr.

[k] L. qui scripserunt.

[l] Leges non verbis, sed rebus imponūtur *l. 2. in fi. Cod. comm. de legat.**

[m] adde l. 29. & l. 30. ff. de legibus.*

[n] *fort.* dicebamus, ei, qui à scr.

[o] L non scriptū aliquid, *ind. fort.* aliquid nō scriptum ind.

[p] L. Quacunque autem in re scripto ipso quamuis leniter prob. sęd.

[a] Huius etiā meminit Cicero 3. de officiis.*

[b] *al.* sibi in præmij locum , *al.* in præmium.

[c] L. in vtranque partem.

[d] *fort.* inter se contendere.

[e] L. aut plures.

[f] *fort.* id, quod imperatur, necessariū.

[g] adde L. legis virtus. ff. de legibus.*

[h] L. Deinde vtra l.

[i] L. pœna statuatur, aut vtra.

[k] L. quæ diligentissimè sancta est, *&c. ita l. v.*

[l] *al.* sanctissima, *al.* sancita , sed hæc sancta , idem quod sancita.

[m] L. propiùs ad caus.

[n] L. & magis ad iud. pert.

[o] L. an habeat al.

[p] *fort.* niti videatur.

[q] L. scriptum sit

[r] L. ad scriptum ipsum sententiam quoque adiung.

[s] *fort.* inter se videantur.

[t] L. facultatē dabit, vt a

aduersariorum ratione, altera sit necessariò negligẽda. Locos autem communeis,& quos ipsa causa det,videre[a] oportebit,& ex vtilitatis & honestatis amplissimis partibus sumere, demonstrantem per amplificationem, ad vtram potius legem accedere oporteat.

30 ¶ *Ex ratiocinatione* nascitur controuersia, cùm ex eo, quod vspiam est,ad id, quod nusquam scriptum est,peruenitur,hoc pacto: Lex est, Si [b] PVRIOSVS EST [c], AGNATORVM, GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Et lex, PATERFAMILIAS [d] VTI [e] SVPER FAMILIA, PECVNIAQVE SVA LEGAVERIT, ITA IVS ESTO. Et lex [f], Si [g] PATERFAMILIAS INTESTATO MORITVR, FAMILIA, PECVNIAQVE EIVS AGNATORVM [h], GENTILIVMQVE ESTO. Quidam iudicatus est parentem occidisse. ei statim, quòd i effugiendi potestas non fuit, ligneæ soleæ in[k] pedes inductę sunt: os autem obuolutum est folliculo [l], & præligatum: deinde est in carcerem deductus, vt ibi esset tantisper,dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur,compararetur. Interea quidam eius familiares in carcerem tabulas afferunt,& testeis adducunt. Heredes, quos ipse iubet,scribunt: tabulæ obsignantur. De illo pòst supplicium sumitur. Heredes in tabulis scripti sunt, & inter agnatos,de hereditate controuersia est. Hìc certa lex,quæ testamẽti faciendi iis[m],qui in eo loco sint[n],adimat potestatem, nulla profertur. Ex ceteris legibus,& quæ hunc ipsum supplicio huiusmodi afficiunt, & quæ ad testamẽti faciendi potestatem pertinent,per ratiocinationem veniẽdum est ad eiusmodi rationẽ, vt quæratur, habuerítne testamenti faciendi potestatem. Locos[o] autem in hoc genere argumentandi,hos,& huiusmodi quosdam esse arbitramur. Primùm,eius scripti,quod proferas,laudationem & confirmationem: Deinde eius rei, qua de quæratur [p], cum eo, de quo constat,collationem eiusmodi,vt id, de quo quæritur, rei [q], de qua constet,simile esse videatur. Postea admirationem[r] percontatione,qui fieri possit,vt,qui hoc æquum esse cõcedat,illud neget,quod aut æquius,aut eodẽ sit in genere: Deinde idcirco de hac re nihil esse scriptum,quòd, cùm de illa esset scriptũ, de hac re is,qui scribebat, neminem dubitaturum arbitratus sit: Postea multis in legibus multa esse præterita, quæ idcirco præterita nemo[s] arbitretur,quòd ex ceteris,de quibus scriptum sit,intelligi possint: Deinde æquitas rei demonstranda est,vt in iuridiciali absoluta. Contrà autem qui dicet,similitudinem infirmare debebit: quod faciet,si demonstrabit,illud, quod conferatur, ab eo, cui conferatur, diuersum esse genere,natura,vi,magnitudine,tempore,loco, persona, opinione: si, quo in numero illud, quod per similitudinẽ affertur,&quo in loco illud,cuius causa affertur, haberi conueniat, ostendetur: Deinde, quid res[t] cum re differat,demonstrabitur,vt non idem videatur de vtraque existimari oportere. Ac,si ipse quoque poterit ratiocinationibus vti, iisdem[u] ratiocinationibus, quibus[x] antè prædictum est,vtetur: si non poterit, negabit oportere quidquam, nisi quod scriptum sit, considerare: periclitari omnia iura,si similitudines accipiantur: nihil[y] esse penè, quod non alteri simile esse videatur: multis[z] dissimilibus rebus,in vnamquamque rem tantùm singulas esse leges: omnia posse inter se vel similia,vel dissimilia demonstrari. Loci communes à ratiocinatione,oportere coniectura ex eo,quod scriptũ sit,ad id,quod non scriptum sit,peruenire: & neminem[b] posse omneis res per scripturã amplecti,sed eum commodissimè scribere,qui curet,vt quędam ex quibusdam intelligantur. Contra ratiocinationem,huiusce modi[c]: coniecturam diuinationem esse,& stulti scriptoris esse,nõ posse omnibus de rebus cauere,quibus velit.

31 ¶ Definitio est,cùm in scripto verbum aliquod est positum, cuius de vi quæritur,hoc modo[d]: Lex [e], QVI IN ADVERSA TEMPESTATE NAVIM RELIQVERINT, OMNIA AMITTVNTO: EORVM NAVIS ET ONERA SVNTO, QVI IN NAVI REMANSERINT. Duo quidam, cùm iam in alto nauigarent,& eorum alterius nauis,alterius onus esset,naufragum quendam natantem, & manus ad se tendentem animaduerterunt: misericordia commoti,nauim ad eum applicauerunt[f]: hominem ad se sustulerunt. Posteaq aliquanto,ipsos quoque tempestas vehementiùs iactare cœpit, vsq.adeò, vt dominus nauis,cùm idem gubernator esset, in scapham confugeret,& inde funiculo, qui à puppi religatus scapham[h] annexam trahebat, nauim, quoad posset,moderaretur: ille autem,cuius merces erant, in gladium in naui ibidem incumberet. Hìc ille naufragus ad gubernaculũ acceßit, & naui,quoad potuit,est opitulatus. Sedatis autem fluctibus,& tẽpestate iam commutata,nauis in portum prouehitur. Ille autem,qui in gladiũ incubuerat,leuiter saucius facilè est ex vulnere recreatus. Nauim cum onere,horũ trium suam quisq.esse dicit. Hinc omnes scripto ad causam accedunt, & ex nominis vi nascitur controuersia. Nam & relinquere nauem[k], & remanere in naui,denique nauis ipsa quid sit,definitionibus quęritur. Iisdem autem ex locis omnibus,quibus definitiua constitutio,tractabitur.

32 ¶ Nvnc, expositis iis argumentationibus,quæ in iudiciale causarum genus accommodantur,deinceps in deliberatiuum genus & demonstratiuum, argumentandi locos & præcepta dabimus, non [l] quò non in aliqua cõstitutione omnis sẽper causa versetur, sed quia proprij tantũ harum causarum quidam loci sunt,non à constitutione separati,sed ad fineis horum generum accõmodati. Nã placet,in[m] iudiciali genere finem esse æquitatẽ, hoc est,partem quandam honestatis. In deliberatiuo autem Aristoteli placet vtilitatem, nobis & honestatem,& vtilitatem. In demõstratiuo autẽ,honestatem. Quare in hoc quoque genere causæ quædam argumentationes communiter,ac similiter tractabuntur: quædam separatiùs[n] ad finẽ, quò referri omnem rationem oportet,adiungentur. Atque vniuscuiusque constitutionis exemplũ supponere non grauaremur,nisi illud videremus,quemadmodum res obscuræ,dicẽdo fierent apertiores,sic res apertas,obscuriores fieri oratione. 33 ¶ Nunc *ad deliberationis* præcepta pergamus. Rervm expetendarum tria genera sunt. Par autem numerus vitãdarum ex contraria parte. Nam est quiddam, quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento ca-

---

a L. oportebit videre,

b dixi de hac lege ad leges XII. tabularum *titulo de Tutelis.** c *al.* exiſtit, *vt libro 1. ad Herennium supra.** d *supra libro 1. ad Herẽnium dixi quoq. ad* P. LXXXI. *leges XII Tabularum Titu. de testamentis & legatis.** e L. vti legassit,suæ familiæ, pecuniæ q. suæ,ita &c. f L. Si patersamilias intestatus mor. g Idem *supra libro 1 ad Herennium dixi plenius ad eas dẽ leges. XII. Tabularũ titulo de hæredit. ab intestato. C. de legitima agnatorum successione.** h extat huius legis fragmentum *in l. sæpe 51. ff. de verborum significat.** i *forte legendum*, quò effugiendi potestas non esset.* k *al.* in pedes inditæ sunt: ¶ *al.* indutæ, *al.* ligneæ soleæ pedes inducti vt *ligneæ soleæ* numeri sit singularis* l *al.* folliculo lupino *supra libro 1. de inuentione.** m *hoc totum*, iis, qui in eo loco sint, *abest à* MS. n L. sunt, o L. locos autem communeis in hoc p L. quæritur, q *al.* ei, de quo constet, r L. admirationem cum percõtatione, s L. nemo nõ arbitrabitur. t *fort.* res à re diff. u L. iis rat. x L. quibus antè dictum est &c. *& ita Rob Steph li. v.* tamẽ, prædictum est. y L. nihil pænè esse, q.

a *lib. v.* multis de diſſimilibus reb. P. Æ. b *l. nõ possunt. ff. de legibus.** c L. huiusmodi

d L. lex est, e *vide 1. ad Herennium.** f *al.* applicuerunt: *l. v.* applicarunt: g L. Pòst aliquanto, h huiusmodi funiculus scaphæ esse videtur. *arg. l. scapham 44. ff. de euictionibus.** i L. Hìc omnes k L. nauim,

l *al.* nõ quò

m Finis iudicialis generis æquitas ſſ honestũ; deliberatiui, vtilitas & honestas: demonstratiui honestas.* n *al.* separatim.*

ptans aliquo,sed trahens sua dignitate:quod genus,virtus,scientia,veritas est. Aliud autē non propter suam vim & naturam, sed propter fructum, atque vtilitatem, petendum[a], quod[b] genus, pecunia est. Est porrò quiddā ex horum partibus iunctum,quod[c],& sua vi, & dignitate nos inductos[d] ducit,&[e] præ se gerit quādam vtilitatem, quò magis expetatur, vt amicitia, bona existimatio. Atque ex his horum contraria facilè, tacentibus nobis,intelligentur.Sed vt expeditiùs ratio tradatur, ea[f],quæ posuimus,breuiùs nominabuntur. Nā in primo genere quæ sunt honesta appellabuntur.Quæ autē in secundo,vtilia.Hæc autem tertia,quia[h] partem honestatis continēt, & quia maior est vis honestatis,iunctæ res omnino ex duplici genere intelligētur: sed in meliorem partem vocabuli conferantur, & honesta nominentur.Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes sint,honestas & vtilitas: vitādarum,turpitudo & inutilitas. His igitur duabus rebus duæ res grādes sunt attributæ,necessitudo,& affectio: quarum altera ex vi,altera ex re & personis consideratur.De vtraque pòst apertiùs perscribemus.

a *al.* expetendum:
b L. quod genus pecunia. Est
c L. quod & sua dignitate nos ducit,&
d L. *delet vocē*, inductos,
e L. & quād. vtil. præ se gerit,
f L. ea, quæ proposuimus,
g *al.* breuiter: *sed* breui, *habent omnes libri manuscr.*
h L. quia partem honestatis,& vtilitatis cont. *& ita Carol. Steph. fort.* quia parteis

34 ¶ Nunc *honestatis* rationes primùm explicemus.Quod autem totum,aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. Quare cùm eius duę partes sint,quarum altera simplex, altera iuncta sit, simplicem priùs consideremus. Est igitur in eo genere omneis res vna vi,atque vno nomine amplexa virtus.Nam *virtus*,est animi habitus naturæ modo,rationi cōsentaneus. Quamobrem omnib.eius partib.cognitis, tota vis erit simplicis honestatis cōsiderata.Habet igitur partēis quattuor: prudentiam,iustitiam,fortitudinem,temperantiam. 35 ¶ *Prudentia*,est rerum bonarum[k],&malarū,&vtrarumq.scientia.Partes eius,memoria,intelligentia,prouidentia. *Memoria* est,per quā animus repetit illa,quæ fuerunt. *Intelligentia* est,per quam ea perspicit,quæ sunt. *Prouidentia* est,per quam futurum aliquid videtur antè quàm factū sit.

i *al.* naturæ, modo, rationi conf. *al.* naturæ modo, atque rat. conf.
k L. bonarū, & malarum, neutrarúmque sc.

36 ¶ *Iustitia*, est habitus animi, communi vtilitate cōseruata;suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est ab natura profectum: deinde quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt:postea res & l ab natura profectas, & ab consuetudine probatas,legū metus,& religio sanxit. *Natura*[m] ius est,quod non opinio genuit,sed quædam innata vis inseruit[n], vt religionem, pietatem, gratiam,vindicationem, obseruantiam,veritatem. *Religio* est, quæ superioris cuiusdam naturæ(quam diuinam vocant) curam,cæremoniámque affert. *Pietas*,per[o] quam sanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus. *Gratia*,in qua amicitiarum,& officiorum,alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas cōtinetur. *Vindicatio* est,per quam vis & iniuria, & omnino omne,quod obfuturū est, defendendo, aut vlciscēdo propulsatur. *Obseruantia* est,per quā homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, & honore dignantur. *Veritas* est,per quam,immutata Pea,quæ sunt, aut antè fuerunt,aut futura sunt,dicūtur. *Consuetudine ius* est,quod aut leuiter à natura tractum aluit,& maius fecit vsus,vt religionem:aut siquid eorum, quæ antè diximus, ab[q] natura profectum, maius factum propter consuetudinem videmus, aut quod in morē vetustas vulgi approbatione perduxit[a]: quod genus, pactum,par,iudicatum.*Pactum* est,quod inter aliquos cōuēnit.*Par*,quod inter omneis æquabile est.*Iudicatū*,de quo alicuius, aut aliquorum iam sententiis constitutū est.*Lege ius* est, quod in eo scripto, quod populo expositum est,vt obseruet,continetur. 37 ¶ Fortitudo, est considerata periculorum susceptio,& laborum perpessio.Eius partes, magnificētia,fidentia,patientia,perseuerātia. *Magnificentia*, est rerum magnarum,&excelsarum cum animi amplaquadam,&splendida propositione agitatio,atque administratio.*Fidentia* est,per quam magnis & honestis in rebus multū ipse animus in se fiduciæ certa cū spe collocauit. *Patientia*,est honestatis, aut vtilitatis causa,rerum arduarum,ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio.*Perseuerantia*,est in ratione bene considerata stabilis & perpetua permāsio. 38 ¶ Temperantia,est rationis in libidinē, atq.in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. Eius partes sunt,continentia,clementia,modestia. *Continentia* est,per quam cupiditas,consilij gubernatione regitur.*Clemētia*,per quam animi temere in bodium alicuius inuectionis[c] cōcitati,comitate retinentur. *Modestia*,per quā pudor honestus,claram & stabilē comparat auctoritatē.Atque hęc omnia propter se solùm, vt nihil adiungatur emoluméti petēda sunt. Quod vt demonstretur,neque ad hoc nostrū institutum pertinet,& à breuitate præcipiēdi remotum est.Propter se autem vitanda sunt, non ea modò,quæ his cōtraria sunt,vt fortitudini ignauia,&[d] iustitiæ iniustitia : verùm etiam illa,quæ propinqua[e] videntur & finitima esse,absunt autem lōgissimè:quod genus, fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est.Audacia non cōtrarium,sed appositum[f] est, ac propinquum, & tamen vitium est.Sic vnicuique virtuti finitimū vitium reperietur, aut certo iam nomine appellatum: vt audacia,quæ fidentiæ:pertinacia,quæ perseuerantiæ finitima est:superstitio, quæ religioni propinqua est:aut sine vllo certo nomine. Quæ omnia item vti contraria rerum bonarum,in rebus vitandis reponemus[g]. Ac de eo quidem genere honestatis,quod omni ex parte propter se petitur,satis dictum est.

a *al.* produxit, *vel*, produxit.*
b L. in odium alicuius inferioris cōc.
c *al.* iniectionis: *al.* inferioris vt suprà dictum est, *al.* iniectio concitata.*
d L. *delet* tot *pulsam*,&
e L. propinqua & finitima videntur esse,
f *al.* oppositum est, *non placet* L. appositum, ac propinquū, & tamen vitium.§.
g L. reponuntur.

39 ¶ Nunc de eo,in quo *vtilitas* quoque adiungitur, quod tamē honestum vocamus,dicendū videtur.Sunt igitur multa,quæ nos cū dignitate,tum fructu quoque suo ducunt[h] ad se:quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo,amicitia. *Gloria*,est frequēs de aliquo fama cum laude. *Dignitas*,alicuius honesta[i],& cultu,& honore,& verecūdia digna auctoritas.*Amplitudo*[k], potentiæ,aut maiestatis, aut aliquarum copiarū magna abundātia. *Amicitia*, volūtas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius causa,quem diligit,cum eius pari voluntate.Hīc,quia de ciuilibus causis loquimur,fructus ad amicitiam adiungimus:vt eorum quoque causa petēda videatur:ne fortè qui nos de omni amicitia dicere existimant, reprehendere incipiant. quanquam sunt qui propter vtilitatem modò petēdam putant amicitiam:sunt qui propter se solùm: sunt qui propter se,& vtilitatē : quorum quid verissimè cōstituatur,alius[l] locus erit cōsiderādus. Nūc hoc sic ad vsum oratorium relinquatur,

h L. ducunt: quo in g.
i *al.* honesti
k L. Amplitudo, est p.
l L. alius locus erit considerandi,

vtramque

p *id est*, non contata
q L. à nat. prof.

a L. propter vtramque tē

vtramque[a] propter rēm amicitiam eſſe expetendam. Amicitiarum autem ratio, quoniam partim ſunt religionibus iunctæ, partim non

b al. ſunt veteres, p.

ſunt: & quia partim veteres [b] ſunt, partim nouæ, partim ab illorū, partim ab noſtro beneficio profectæ, partim vtiliores, partim minùs vtiles: ex cauſarum dignitatibus, ex temporū opportunitatibus, ex officiis, ex religionibus, ex vetuſtatibus habebitur. 40 ¶ *Vtilitas* autem aut in corpore poſita eſt, aut in extraneis rebus: quarū tamen rerū multò maxima pars ad corporis commodum reuertitur, vt in republica quædam ſunt, quæ (vt ſic dicā) ad corpus pertinēt ciuitatis, vt agri, portus, pecunia, claſſes, nautæ, milites, ſocij: quibus rebus incolumitatē, ac libertatem retinent ciuitates: Alia verò quæ iam quiddam magis amplum, & minus neceſſariū conficiunt, vt vrbis egregia exornatio, atque amplitudo, vt quędā excellens pecuniæ magnitudo, amicitiarum ac ſocietatū multitudo. Quibus rebus non illud ſolùm cōficitur, vt ſaluæ & incolumes, verū etiam, vt amplæ, atque potentes ſint ciuitates. Quare vtilitatis duæ partes videntur eſſe, incolumitas, & potentia. *Incolumitas*, eſt ſalutis tuta, atque integra conſeruatio. *Potentia*, eſt ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda, idonearum rerū facultas. Atque in iis omnibus, quæ antè dicta ſunt, quid[c] difficulter fieri, & quid facilè fieri poſſit, oportet conſiderare. *Facilè* fieri id dicimus, quod ſine magno, aut ſine vllo labore, ſumtus, moleſtia, quàm breuiſſimo tēpore confici poteſt. *Difficile* autē fieri, quod quanquā laboris, ſumtus, moleſtiæ, longinquitatis indiget, atque aut omneis, aut plurimas, aut maximas cauſas habet difficultatis: tamen, his[d] ſuſceptis difficultatibus, cōpleri, atq; ad exitū perduci poteſt. 41 ¶ Quoniā ergo de honeſtate, & de vtilitate diximus, nunc reſtat, vt de iis rebus, quas his attributas eſſe dicebamus, *neceſſitudine & affectione* perſcribamus. Puto igitur eſſe hanc *neceſſitudinem*[e] cui nulla vi reſiſti poteſt: quæ neque mutari, neque leniri poteſt. Atque, vt apertius hoc ſit, exēplis licet vim rei, qualis & quāta ſit, cognoſcamus. vti poſſe flamma ligneā[f] materiā neceſſe eſt. Corpus mortale aliquo tēpore interire neceſſe eſt: atque ita ne ceſſe, vt vis ea poſtulat, quā modo deſcribebamus, neceſſitudinis: cui nulla vi reſiſti poteſt, quæ neque mutari, neque leniri poteſt. Huiuſmodi neceſſitudines, cùm in dicendi rationes incidūt, rectè neceſſitudines appellabūtur. Sin aliquæ res incidēt difficiles, in illa ſuperiori, poſsítne fieri, quæſtione cōſiderabimus. Atque eriā[g] hoc mihi videor videre, eſſe quaſdā cū adiunctione neceſſitudines, quaſdā ſimpliceis & abſolutas. Nā aliter dicere ſolemus, neceſſe eſt Caſſilinenſeis[h] ſe dedere Annibali: aliter autē, neceſſe eſt Caſſilinū venire in Annibalis poteſtatē. illic in ſuperiore adiunctio eſt hæc, niſi malint fame perire. ſi enim id malūt, nō eſt neceſſe. Hock inferius non item, propterea quòd ſiue velint Caſſilinenſes ſe dedere, ſiue famem perpeti, atque ita perire, neceſſe eſt Caſſilinū venire in Annibalis poteſtatē. Quid igitur perficere poteſt hæc neceſſitudinis diſtributio? Propè dicam, plurimùm, cùm is locus neceſſitudinis videbitur incurrere. Nam cùm ſimplex erit neceſſitudo, nihil erit quòd multa dicamus, cùm eam nulla ratione lenire poſſimus. Cùm autē ita neceſſe erit, vt aliquid effugere, aut adipiſci velimus, tum adiunctio illa, quid habeat vtilitatis, aut[a] quid honeſtatis, erit conſiderandum. Nam ſi velis attendere, ita tamen, vt id quæras, quod conueniat ad vſum ciuitatis, reperias nullam eſſe rem, quam facere neceſſe ſit, niſi propter aliquam cauſam, quam adiunctionem nominamus. Pariter[b] autem inuenias eſſe multas res neceſſitudinis, ad quas ſimilis adiunctio non[c] accedit. Quod genus, vt [d] homines mortaleis neceſſe eſt interire, ſine adiunctione: vt cibo vtantur, non neceſſe eſt, niſi cū illa exceptione[e], EXTRA QVAM, SI nolint fame perire. Ergo, vt dixi, illud, quod adiungitur, ſemper, cuiuſmodi ſit erit conſiderandū. Nam omni tempore id[g] pertinebit, vt aut ad honeſtatem hoc modo exponenda neceſſitudo ſit: neceſſe eſt hoc faciamus, ſi honeſtè volumus viuere: aut ad incolumitatem, hoc modo: neceſſe eſt, ſi incolumes volumus eſſe: aut ad commoditatem, hoc modo: neceſſe eſt, ſi ſine incommodo volumus viuere. Ac ſumma quidem neceſſitudo videtur eſſe honeſtatis: huic proxima, incolumitatis: tertia ac leuiſſima, commoditatis: quæ[h] cum his duabus nunquam poterit cōtendere. Haſce[i] autē inter ſe ſæpe neceſſe eſt comparari, vt, quanquam præſtet honeſtas incolumitati, tamen[k], vtri potiſſimùm conſulendum ſit, deliberetur. Cuius rei certum quiddam præſcriptum videtur in perpetuum dari poſſe. Nam, qua in re fieri poterit, vt, cùm incolumitati conſuluerimus, quod ſit in præſentia de honeſtate delibatum[l] m, virtute aliquando, & induſtria recuperetur, incolumitatis ratio videbitur habenda: cùm autē id non poterit honeſtatis. Ita in eiuſmodi quoque re, cùm incolumitati videbimur conſulere, verè poterimus dicere, nos honeſtatis rationem habere, quoniam ſine incolumitate eam nullo tēpore poſſumus adipiſci. Qua in re vel concedere alteri vel ad conditionē alterius deſcendere, & in præſentia quieſcere, atque aliud tempus exſpectare oportebit. In commoditatis verò ratione, modò illud attendatur, dignáne cauſa videatur ea, quæ ad vtilitatem pertinebit, quare aut de magnificentia, aut de honeſtate quiddā [n] derogetur. Atque in hoc loco mihi caput illud videtur eſſe, vt quæramus, quid ſit illud, quod ſi adipiſci, aut effugere velimus, aliqua res nobis ſit neceſſaria, hoc eſt, quę ſit adiūctio, vt proin de, vti quæque res erit, laboremus, & grauiſſimam quanque cauſam vehementiſſimè neceſſariam iudicemus. 42 ¶ *Affectio*, eſt quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut [o] adminiſtratione, aut ſtudio hominum, commutatio rerum, vt non tales, quales antè habitæ ſint, aut plerunque haberi ſoleant, habendæ videantur eſſe: vt ad hoſteis tranſire videatur eſſe: at non illo animo, quo Vlyſſes tranſiit: & pecuniam in mare deiicere, inutile: at non eo cōſilio, quo [p] Ariſtippus fecit. Sunt igitur res quædam ex tempore, & ex conſilio, nō ex ſua natura conſiderandæ: quibus in omnibus, quid tēpora petant, aut quid perſonis dignum ſit, conſiderandum eſt: & non quid, ſed quo quidque animo, quicum, quo tempore, quandiu fiat, attendendum eſt. His ex partibus ad ſententiam dicendam, locos ſumi oportere arbitramur.

43 ¶ Laudes aūt, & vituperationes ex his locis

a al. aut honeſtatis,

b L. Præter has autem, inuenies multas neceſſitudines, ad q. al. Præter hæc autem inuenias eſſe mores neceſſitudinis, &c. & ita Steph. & Paul. Manut.

c hæc particula negationis quibuſdam deeſt.*

d L. vt homines mortales intereant: neceſſe eſt ſine adiunct.

e L. extra quam, ſi velint fame perire.

f Extra quā, ſi nolint, id eſt, niſi velint ſic ſupra, vbi de tranſlatiua conſtitutione agitur, ſimilis formula exceptionis occurrit, Extra quàm in reū capitis prædicium fiat.*

g L. id pertinebit aut ad honeſtatē, vt hoc mod. exp.

h L. quæ cum his nunquā poterit dnab. cont. & ita lib. ver.

i L. Haſce autem ſæpe neceſſe eſt inter ſe compr.

k malim legi, tamen, vtri potius conſ.

l L. certum quoddam præſcr.

m L. delibratum, vt ſupra lectū eſt ea parte qua de præmio, & vbi de pœna agitur: ſed tamen hīc delibatum, quod fortaſſe certius eſt, nihil aliud quàm deminutum: ſic legatum, hereditatis delibatio dicitur, *vt l. legatum* 116. ff. *de leg.* 1.

n L. quidquā.

o L. aut ex adminiſtr. aut ex hominum ſtudio,

p A. quo Ariſtippus deiecit. *& ita libri.*

sumentur, qui loci personis sunt attributi, de quibus antè dictum est. Sin distributiùs tractare quis volet: partiatur in animum, & corpus, & [a] extrarias res licebit. *Animi* est, *virtus*, cuius de partibus paullò antè dictum est: *Corporis*, valetudo, dignitas, vires, velocitas. *Extraneæ*[b], honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, & [c] cetera, quæ similia esse in genere intelligentur. Atque in his, id, quod in omnia valet, valere oportebit: contraria quoque, & quæ, & qualia sint, intelligentur. Videre autē in laudando, & in vituperando oportebit, non tam quæ in corpore, aut in extraneis rebus habuerit is, de quo agetur, quàm quo pacto his rebus vsus sit. Nam fortunam quidem & laudare, stultitia, & vituperare, superbia est. Animi autem, & laus honesta, & vituperatio vehemens est.

[a] ad. & extrameas, lib. v. extrarias

[b] lib. v. Extrarias, honos, &c. L. Extraneæ, honos, &c.

[c] L. & ceteræ,

44 ¶ Nunc quoniam omne in causæ genus argumentandi ratio tradita est, de inuentione, prima ac maxima parte rhetoricæ, satis dictum videtur. Quare quoniam & vna pars ad [d] exitum hunc ab superiore libro perducta est, & hic liber non parum continet litterarum, quæ restant, in reliquis[e] dicemus.

[d] L. ad exitū hoc, & superiore lib.

[e] videtur ex hoc loco posse colligi Ciceronem plures de inuentione libros scripsisse.

M. TVLLII CICERONIS AD Q. FRATREM DIALOGI TRES DE ORATORE.

DIALOGVS, SEV LIB. I.

Q. MVC. SCÆVVLA: L. CRASSVS: M. ANTONIVS: P. SVLPICIVS: C. COTTA.

Synopsis libri primi de Oratore.

1 ¶ *Se in suo hoc otio ad scribendum conferre velle.* 2 *& quidem de omni ratione dicendi, atque adeò arte scribere.* 3 *Se interea mirari, quòd tam pauci oratores: atque adeò plures imperatores, philosophi, Mathematici, Musici, Grammatici, poetæ plures sint, quàm oratores.* 4 *Idque cò magis se mirari, quod eloquentiæ vsus in medio sit positus, summa delectatio, summa præmia.* 5 *Causam hanc vnam sibi videri, artis oratoriæ incredibilem magnitudinē & difficultatem. In oratore enim requiri in plurimarum rerū scientiam, verborum electionem & constructionem, lepōrem, vim mouendi, historiæ, iurisque cognitionem, actionem oratoriam, memoriam.* 6 *Vt hæc ita sint, se de ea tantùm dicendi parte, quæ in forensibus disceptationibus versetur, dicturum: non ex Græcorum præceptis: sed quæ acceperit à Cotta, quondam in elegantissimorū & ornatissimorū principum Romanorum disputatione in Tusculano tractata.* 7 *L. Crassi, Q. Mucij Scæuolæ, M. Antonij, C. Cottæ, P. Sulpicij.* 8 *Scæuolam disputationis illius initium fecisse, ad consedendum inuitasse.* 9 *Crassum de studio dicendi sermonem intulisse. Nihil præstabilius, nihil tam admirabile, iucundum cognitu atque auditu, potens, magnificū, regium, liberale, munificum, necessarium, iucundius, magu proprium humanitatis esse, quàm eloquentiam: Eloquentia vna nos præstare brutis: Dispersos homines ab agresti vita ad humanum cultum & ciuilem deductos: oratoris moderatione vel vniuersæ Reipublicæ salutem maximè contineri.* 10 *Contrà Scæuolam prudentium consiliis vrbes constitutas: non dissertorum oratione, imò euersas potius: Cæteras disciplinas etiam sine eloquentia posse consistere, puta Pythagoricorum, Democriticorum, Socraticorum, Academicorum, Stoicorum, Peripateticorum, Mathematicorum, Grammaticorum, Musicorum. Munus hoc tantùm esse, vt prudentibus disertè: stultis etiam verè dicat.* 11 *Tum Crassum, Græcis quidē ita videri philosophis, sed eis, si velint ornatè dicere, ad oratoris facultatem necessariò confugiendum. Itaque oratoris esse quacunque de re, prudenter, compositè, ornatè, & memoriter dicere: sed & ornatius & melius quàm ipsi, quorum sunt ea artes: aut à quibus, id de quo agitur, verbi gratia, à C. Mario de re militari: à Sexto Pōpeio de philosophia didicerit: Ad summam, oratorem non esse qui non sit omnibus in artibus, quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus.* 12 *Tum Scæuolā. Id vel Apollonio Rhodio, vel Crasso oratori summo, rem autē & veritatem ipsam aliā videri:* 13 *Tum Crassum, eam ita esse: & ea omnia studio magu parari posse.* 14 *Tum Antonium, Idem sibi videri, oratorem locupletiorem fore si his omnibus sit ornatus, sed & difficile factu, & consuetudini populariter dicendi repugnare. Ac si Mnesarcho, Carneadi, Menedemo Athenien sibus credatur, aut nullam esse artem dicendi: aut sanè à philosophis petendam.* 14.15.16.17.18.19.20.21.22.23. *Ab his primæ partes disputandi Crasso demandantur.* 24 *Tū Crassius, Dicendi nullam aut pertenuē artem sibi videri.* 25.26.27.28.29.30. *Naturam atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam. Permulta esse, quæ orator, nisi à natura habeat, non multum à magistro adiuuetur: Natura sine arte quosdam dicendi laudem consecutos: in his Cœlium & Varium fuisse. Qui optimè dicant in exordienda oratione perturbari & exalbescere* 31.32.33. *Caput artis esse, decere, seu decorum.* 34.35.36. *Studium & ardorem amoris ad hoc studium afferri oportere.* 37 *In his ferè artificialis eloquentiæ doctrinam versari, vt intelligamus quod sit ora-*

sit oratorij officium: quæ materia, quot genera causarum: quæ oratoriæ facultatis, quæ orationis partes: quæ verborum & sententiarum figuræ. Hæc omnia in præceptis consistere. Sic, esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia. His exercitationem adiungendam esse. 38. 39. in qua linguam ipsam & vocem exerceamus themate aliquo nobis ficto atque proposito: sed & plurimum scribendum esse. Ab his studium collocandum. Vt sententias & verba seligamus, eáq. rectè collocemus. Vtilissimam esse exercitationem. siquis quæ à summo oratore, vel poeta Latinè scripta sunt, alijs verbis Latinis conetur reddere: & tamen summorum oratorum Græcas orationes Latinè reddi utile esse. Laborem insumendum in vocis, spiritus, corporis, linguæ motu & exercitatione in memoria exercenda: educendam esse dictionem in aciem forensem, legendos esse poetas, historicos, & bonarum artium scriptores: disputandū de omni re in contrarias partes, probabilia eliciendа. Perdiscendum ius ciuile. Lepores facetias sales adhibendos esse. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. Iis qui perfecti oratores esse volunt, iuris ciuilis priuati, & publici cognitionem esse necessariam: eáq. ignorata, oratorē errare ac labi. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. Tum Antonium sibi delatū ac susceptū dicendi partibus, dixisse, videri sibi, non vno oratoris officio, omnium rerum & artium scientiam comprehendi: Oratorem esse, qui verbis iucundis, & sententijs ad probandum accommodatis vtatur, voce, actione, lepore adiunctis. Non si ista omnia Pericli vel Crassō adfuerint, continuò cæteris oratoribus necessaria: & tamen se eum oratorem probare, cui iucunda rerum varietas insit, qui multa audierit, viderit, animo, legendove percurrerit, oratorem esse posse etiamsi rerum omnium naturam, mores hominum, atque rationes penitus non perspexerit: satis esse, si ea de moribus hominum sciat & dicat, quæ non abhorrent ab hominum moribus. Naturæ & vsu callidum esse oportere qui sagaciter perueſtiget, qui sui ciues viue apud quos dicturus, cogitent, sentiant, opinentur, expectent: quique cuius generis, ætatis, ordinis, mentis, sensus: philosophica sibi ad otium seponat Iurisconsultus sine eloquentia: eloquentem ius in controuersijs impunè ignorare posse: eloquentes Iurisconsultos sæpe obstitisse. Viros bonos iure ciuili non fieri. Oratorem sine iuris scientia causis satisfacere posse: satis videri si Iurisperitū seu pragmaticum aliquem habeat à quo ius mutuetur: subsidium senectutis malè collocari à Crasso in iuris ciuilis cognitione, cùm in pecuniæ magnitudine, & otio constitui posset. Oratorem, historias, prudentiam iuris publici, antiquitates & exempla ab earum rerum peritis petere: se interea quod à Crasso dictum esset, Oratori omnia legenda & audienda, probare. si modò id quis sponte facere velit: sed & exercitationum præcepta à Crasso tradita sibi placere. At illud non æquè, Oratorem in suo genere esse oportere, quasi quendam Roscium: sed & illud, prauа citius in oratore, quàm in histrionibus deprehendi. Igitur, Oratorem eum sibi videri qui accommodatè ad persuadendum dicat, qui nocteis & dieis ea tantùm quæ in vsu ciuitatis vulgari & forensi vigent, quique perfectos oratores imitandos sibi proponat. 55. 56. 57. 58. His ita peroratis in diem sequentem de arte oratoria disputatio omnium consensu reiicitur.

P. LXXXV.

OGITANTI mihi sæpenumerò, & memoria vetera repetenti, *perbeati fuisse*, Quincte frater, *illi videri solent, qui in optima republica, cùm & honoribus, & rerum gestarum gloria florerent, eum vitæ cursum tenere potuerunt, vt vel in negotio sine periculo, vel in otio cum dignitate esse possent.* Ac [a] fuit tempus illud, cùm mihi quoque initium requiescẽdi, atque animum ad vtriusque nostrûm præclara studia referendi, fore iustum, & prope [b] ab omnibus concessum esse [c] arbitrarer, fidinfinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu honorum [e], etiam ætatis flexu constitisset. Quam spem cogitationum, & consiliorū meorum, cùm [f] gradues communium temporū, tum varij nostri casus fefellerunt. Nam qui locus, quietis, & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximæ [g] moleſtiarum & turbulentiſſimæ tempeſtates exſtiterunt. Neque verò nobis cupientibus, atque exoptantibus fructus otij datus eſt ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, intérque [h] nos recolendas. Nã prima ætate incidimus in ipſam perturbationem diſciplinæ veteris: & [k] conſulatu deuenimus in medium rerū omnium certamen [l], atque diſcrimen: & hoc tempus omne poſt cõſulatum obiecimus iis fluctibus [m], qui per nos à communi [n] peſte depulſi, in noſ metipſos redundarunt. Sed tamen in his vel aſperitatibus rerum, vel anguſtiis temporis, obſequar ſtudiis noſtris: &, quãtum mihi vel fraus inimicorum, vel cauſæ amicorum, vel reſpublica tribuet otij, ad ſcribendum potiſſimùm cõferam. Tibi verò, frater, neque hortanti deero, neque roganti. Nam neque auctoritate quiſquam apud me plus valere te poteſt, neque voluntate. 2 ¶ Ac mihi repetenda eſt veteris cuiuſdam memoriæ non ſanè ſatis explicata recordatio, ſed, vt arbitror, apta ad id, quod requiris, vt cognoſcas, quę [a] viri omnium eloquentiſſimi, clariſſimíque ſenſerint de omni ratione dicendi. Vis enim, vt mihi ſæpe dixiſti, quoniam [b] quædam pueris, aut adoleſcentulis nobis ex commẽtariolis [c] noſtris inchoata, atque [d] rudia exciderunt, vix hac ætate digna, & hoc vſu, quem ex cauſis, quas diximus, tot, tantíſque, conſecuti ſumus, aliquid iiſdem de rebus politius à nobis, perfectiúſque proferri: ſoléſque nonnunquã hac de re à me in diſputationibus noſtris diſſentire, quòd [e] ego eruditiſſimorũ hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuam: tu autem illam ab elegantia doctrinæ ſegregandã putes, & in quodam ingenij, atque exercitationis genere ponendam. 3 ¶ Ac [f] mihi quidem ſæpenumerò [g] in ſummos homines, ac ſummis ingeniis præditos intuenti, quærendum eſſe viſum eſt, quid eſſet, cur plures in omnibus artibus [h], quàm in dicendo admirabiles exſtitiſſent. nam, quocumque te animo, & cogitatione conuerteris, permultos excellenteis in quoque genere videbis, non mediocrium artium, ſed propè maximarum. Quis enim eſt, qui, ſi clarorum hominũ ſcięntiam, rerum geſtarũ, vel vtilitate, vel magnitudine metiri velit, non anteponat oratori imperatorem? Quis autem dubitet, quin belli duces ex hac vna ciuitate præſtantiſſimos pænè innumerabileis, in dicendo autem excellenteis vix paucos proferre poſſimus? Iam verò, conſilio, ac [k] ſapientia qui regere, ac [l]

a *al.* Ac fuit quidem rẽp.
‖ *al.* ac fuit quondam tempus.*
b *al.* propè omnibus &c.*
c L. *delet*, esse
d L. finitus
e fuit enim Augur, ædilis, quæstor, prætor, Proconsul Asiæ, Cõsul.*
f *al.* tum graues.
g L. Maximæ moles moleſt. ‖ *Vict.* ſic moles inuidiæ *Catilin.* 3. moles maior 4. *Tuſculana ferè legendã* maximè.
h *al.* interpóſque rec. & *ita lib. v.*
i tempora Syllana & Marij, quibus mores corruptos intelligit.*
lz L. & in cõſulatu
l Catilinarium.*
m id eſt, P. Clodio.*
n *al.* à communi depulſi.*

a *al.* quid viri.
b *al.* quoniã quæ pueris, &c. *mendoſè.*
c Rhetoricorum libris quos regeſta & ſcholas vocat ab adoleſcente compoſitas. Quintil. 3. c. 6.*
d L. ac rudia
e Cicero eloP. B. quẽtiam artem cõſtituebat. Quinctius ingenio tanrũ & exercitatione peritiſci.*
f Plures in aliis artibus quàm in dicendo admirabiles: & cur.*
g *al.* ſæpenumero ſummos.*
h *al.* rebus.*
i *al.* permultos, & excelleteis
lz *al.* & ſententiã.*
l L. & gubernare

gubernare rempubl. possent, multi nostra, plures patrum memoria, atque etiam maiorum exstiterunt, cùm boni perdiu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur. Ac, nequis fortè cum aliis studiis, quæ reconditis in artibus, atque in quadam varietate litterarum versentur, magis hanc dicendi rationem, quàm cum *imperatoris* laude, aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet: conuertat[a] animum, & ea ipsa artium genera circumspiciat, quique in iis floruerint, quámque[b] multi sint: facillimè, quanta oratorum sit, sempérque fuerit paucitas, iudicabit. Neque enim te fugit, laudatarum[c] artium omnium procreatricem quandam, & quasi parentem, eam, quam φιλοσοφίαν Græci vocant, ab hominibus doctissimis iudicari, in qua difficile est enumerare, quot viri, quanta scientia, quantáque in suis studiis varietate, & copia fuerint: qui nõ vna aliqua in re separatim elaborarint[d], sed omnia, quæcunque essent[e], vel scientiæ perquestigatione, vel differendi fratione comprehenderint[f]. Quis ignorat, ij, qui *mathematici* vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recóndita in arte, & multiplici, subtilíque versentur? quo tamen in genere ita multi perfecti homines exstiterunt, vt nemo ferè studuisse ei scientiæ vehementiùs videatur, quin, quod voluerit, consecutus sit. Quis *musicus*[h], quis huic studio litterarum, quod profitentur ij, qui *grammatici* vocantur, penitus se[i] dedidit, quin omnẽ illarum artium pænè infinitam vim, & materiam, scientia, & cognitione comprehẽderit? Verè mihi hoc videor esse dicturus, ex omnibus iis, qui in harum artium studiis liberalissimis sint, doctrinísque versati, minimam copiam *poetarum* egregiorum exstitisse: atque in hoc ipso numero, in quo perraro exoritur aliquis excellens, si diligenter & ex nostrorum, & Græcorum copia comparare voles, multo tamen pauciores oratores, quàm poetæ boni reperientur.

4 ¶ Quod hoc etiam mirabilius debet[k] videri, quia[l] ceterarum artium studia ferè recónditis, atque abditis è fontibus hauriuntur: dicendi[m] autem omnis ratio in medio posita, communi quodam in vsu, atque in hominum more & sermone versatur: vt in ceteris id maximè excellat, quod lõgissimè sit ab imperitorum intelligentia, sensúque disiunctũ: in dicendo autem vitium vel maximum sit, à vulgari genere orationis, atque à cõsuetudine communis sensus abhorrere. Ac ne illud quidẽ verè dici potest, aut plureis ceteris artibus inseruire, aut maiore delectatione, aut spe vberiore, aut præmiis ad perdiscendum amplioribus commoueri. Atque[n], vt omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas omniũ doctrinarum[o] inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta est, & perfecta: in[p] hac ipsa ciuitate profectò [nulla][q] vnquam vehementiùs, quàm] eloquentię studia viguerunt. Nam posteaquàm, imperio omnium gentium constituto, diuturnitas pacis otium confirmauit, nemo ferè laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio[r] omni enitendum putauit. Ac primò quidem totius rationis ignari, qui neque exercitationis vllâ viâ, neque aliquod præceptum artis esse arbitrarentur tantum, quantum ingenio & cogitatione poterant, consequebantur. Pòst autem auditis oratoribus Græcis, cognitísque eorum litteris, adhibitísque doctoribus, incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagrauerunt[a]. Excitabat[b] eos magnitudo & varietas, multitudóque in omni genere causarum, vt ad eam doctrinam, quam suo quisq. studio assecutus[c] esset, adiungeretur vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superaret. Erant autem huic studio maxima, quæ nunc quoque sunt, proposita præmia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem. Ingenia verò (vt[e] multis rebus possumus iudicare) nostrorum hominum, multùm ceteris hominibus omnium gentium præstiterunt. Quibus de causis, quis non iure miretur, ex omni memoria ætatum, temporum, ciuitatum, tam exiguum oratorum numerum inueniri?

5 ¶ Sed nimirum maius est hoc quiddam, quàm homines opinantur, & pluribus ex artibus, studiísque collectum. Quis enim aliud in maxima discentium multitudine, summa magistrorum copia præstantissimis hominũ ingeniis, infinita causarum varietate, amplissimis eloquentiæ propositis præmiis, esse causæ putet, nisi[f] rei quandam incredibilem magnitudinem, ac difficultatem? Est[g] enim & scientia comprehendenda *rerum plurimarum*, sine qua verborum volubilitas, inanis, atque irridenda est: & ipsa oratio, conformanda non solùm *electione*[h], sed etiam *constructione verborum*: & omnes animorum *motus*, quos hominum generi rerumi natura tribuit, penitus pernoscẽdi, quòd omnis vis, ratióque dicendi, in eorum, qui audiunt, mẽtibus, aut sedandis, aut excitandis exprimenda[k] est. Accedat eódem oportet *lepos* quidam, facetiæque & eruditio libero digna, celeritásque, &[l] breuitas & respondendi, & lacessendi, subtili venustate, atque vrbanitate coniuncta. Tenenda præterea est omnis antiquitas, exemplorúmque[m] vis: neque legum, *aut iuris*[n] *ciuilis scientia negligenda est*. Nã quid ego de[o] *actione*[p] ipsa pluta dicam? quæ motu corporis, quæ gestu, quæ vultu, quæ vocis conformatione, ac varietate moderanda est: quæ sola per se ipsa quanta sit, histrionum leuis ars, & scena[q] declarat: in qua cùm omnes in oris, & vocis, & motus moderatione elaborent, quis ignorat, quàm pauci sint, fuerintque quos animo æquo spectare possimus? Quid dicam de thesauro rerum omnium *memoria*, quæ nisi custos inuentis, cogitatísque rebus, & verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiam si præclarissima fuerint, in oratore peritura. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis, cùm ex iis rebus vniuersis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est, hortemúrque potiùs líberos nostros, ceterósque, quorum gloria nobis, & dignitas cara est, vt animo rei magnitudinem complectantur, neque iis aut præceptis, aut magistris, aut exercitationibus, quibus vtuntur omnes, sed aliis quibusdã, se id, quod expetunt, consequi posse confidant. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omniũ rerum magnarum, atque artium scientiam cõsecutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat, & redũdet oportet oratio: quę, nisi[r] subest res ab oratore percepta, & cognita, inanem quandam

a *quidam lib. vet.* conuertat animum ad ea ipsa art. gen. circumspiciátque, qui in iis floruerint, *&c. & ita L.*
b L. quámque multi. sic facil. *& ita Steph.*
c L. omnium laudatarum artium
d L. elaborarunt,
e *al.* possent.*
f *al.* describendi.*
g L. comprehenderunt.
h *al.* musicus.*
i *al.* se dedit,
P. LXXXVI. k L. videri debet,
l *al* quòd ceterarum
m Eloquentiæ vsus quasi publicus, delectatio, præmia.*
n *al.* Namque vt omitt.
o Eloquentiæ studium Athenis.*
p Eloquentiæ studium Romæ, initio, solutum ac sine arte, post, Græcis præceptoribus arte perfectum & vsu comparatũ.*
q inclusa absunt quibusdam *vv. ll.*
r *l.* omni studio
a *al.* fœgrauerunt.*
b *al.* Excitabat.*
c L. consecutus esset,
d Eloquentię stimuli.*
e *al.* vt multis è rebus p.
f Oratores ideo pauci, quòd artis oratoriæ incredibilis sit magnitudo & difficultas.*
g Oratoris supellex scientia rerum plurimarum: verborum electio & exornatio: vis mouendi, lepos, antiquitas, exempla, iuris scientia, actio (quæ in corporis, gestu, vultu, bene) memoria.*
h *al.* lectione.*
i L. natura rerum tr.
k L. expromenda est.
l *al.* & breuitas resp.
m vide 12. Quintil. 4.*
n vide 12. Quint. 3.*
o L. de ipsa actione
p Actio oratoria in quibus versetur: eiúsque vtilitas.*
q v. c. scæna.
r *al.* nisi subsit res

quandam habet elocutionem,&[a] pænè pueri lem. Neque verò ego [b] hoc tantum oneris imponam noſtris [c] præſertim oratoribus in hac tanta occupatione vrbis,ac vitæ, nihil vt iis putem licere neſcire. quanquam vis oratoris,profeſſióque ipſa bene dicendi,hoc ſuſcipere,ac polliceri videtur[d],vt[e] omni de re, quæcunque[f] ſit propoſita,ab eo ornatè, copioſéque dicatur. 6 ¶ Sed quia non dubito, quin hoc pleriſque immenſum,infinitúmque videatur,& quòd Græcos homines nõ ſolùm ingenio,& doctrina, ſed etiam otio,ſtudióque abundanteis,partitionem[g] quandam artium feciſſe video,neque in vniuerſo genere ſingulos elaboraſſe,ſed ſepoſuiſſe à ceteris dictionibus,eam[h]partem dicendi, quæ in forenſibus diſceptationibus iudiciorum,aut de liberationum verſaretur, & id vnum genus oratori reliquiſſe: non [i] complectar in his libris amplius,quàm quod huic generi,re quæſita,& multùm diſputata , ſummorum hominum propè conſenſu eſt tributum: repetámque non ab incunabulis noſtræ veteris,pueriliſque doctrinę quendam ordinem præceptorum,ſed ea, quæ quondam accepi in noſtrorum hominum eloquentiſſimorum, & omni dignitate principum, diſputatione eſſe verſata:non quòd illa contemnam,quæ Græci, dicendi artifices, & doctores reliquerunt: ſed cùm illa pateant, in promtúque ſint omnibus,neque ea interpretatione mea aut ornatiùs explicari, aut planiùs exprimi poſſint,da bis hanc veniam,mi frater, vt opinor, vt eorũ, quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus conceſſa eſt auctoritatem,Græcis anteponam. 7 ¶ Cvm igitur vehementius inueheretur[k] in cauſam principumconſul Philippus,Druſíque[m] tribunatus pro ſenatus auctoritate[n] ſuſceptus, infringi iam,ac debilitari videretur:dici[o] memini,ludorum Romanorum diebus L.Craſſum P, quaſi colligendi ſui cauſa,ſe in Tuſculanũ contuliſſe. veniſſe eõdem, ſocer eius qui fuerat , Quintus Mucius dicebatur,& M.Antonius, homo & conſiliorum in republica ſocius,& ſumma cum Craſſo familiaritate coniunctus. Exierant autem cum ipſo Craſſo adoleſcentes [q] & Druſi maximè familiares, & in quibus magnam tum ſpẽ maiores natu dignitatis ſuæ collocarent, C.Cotta,qui tum tribunatum plebis petebat, & P.Sulpicius, qui deinceps eum magiſtratũ petiturus putabatur.Hi ptimo die de[r] temporibus illis, déque vniuerſa rep.quam ob cauſam venerant , multùm inter ſe vſque ad extremum tempus diei collocuti ſunt. Quo quidem in ſermone multa diuinitus à tribus illis conſularibus Cotta deplorata,& commemorata narrabat,vt nihil inciditſet poſtea ciuitati mali, quod non impendêre illi tantò antè vidiſſent.Eo autem omni ſermone confecto , tantam in Craſſo humanitatem fuiſſe, vt,cùm lauti accubuiſſent, tolleretur omnis illa ſuperioris triſtitia ſermonis : eáque eſſet in homine iucunditas,& [s] tantus in iocando lepos,vt dies inter eos curiæ[t] fuiſſe videretur conuiuium Tuſculani. Poſtero autem die, cùm illi maiores natu ſatis[u] quieſſent,in ambulationem ventum eſſe dicebat.

8 ¶ Tum Scæuulam duobus ſpatiis , tribúſque factis , dixiſſe , Cur non imitamur, Craſſe, Socratem illum, qui eſt in Phædro Platonis? Nam me hæc tua platanus admonuit : quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis , quàm illa , cuius vmbram ſecutus eſt Socrates: quæ mihi videtur non tam ipſa aquula[a], quæ deſcribitur,quàm Platonis oratione creuiſſeb:ſed,quod ille duriſſimis pedibus fecit , vt ſe abiiceret in herbam, atque ita illa, quæ philoſophi diuinitus ferunt eſſe dicta , loqueretur , id meis pedibus certè concedi eſt æquius. 9 ¶ Tum Craſſum, Immò verò commodius etiam : puluinóſque popoſciſſe , & omneis in iis ſedibus, quæ erant ſub platano , conſediſſe dicebat[c]. Ibi, vt ex priſtino ſermone relaxarentur animi omnium, ſolebat Cotta narrare , Craſſum ſermonem quendam de ſtudio dicendi intuliſſe.Qui cùm ita eſſet exorſus : Non ſibi cohortandum Sulpicium & Cottam , ſed magis vtrunque collaudandum videri , quòd tantam iam eſſent facultatem adepti , vt non æqualibus ſuis ſolùm anteponerentur , ſed[d] cum maioribus natu compararentur:Neque[e] verò mihi quidquam , inquit , *præſtabilius* videtur,quàm poſſe dicendo tenere hominum cœtus, menteis allicere , voluntates impellere quò[f] velit: vnde autem velit,deducere. Hæc vna res in omni libero populo , maximéque in pacatis , tranquilliſque ciuitatibus, præcipuè ſemper floruit , ſempérque dominata eſt. Quid enim eſt aut tam *admirabile*, quàm ex infinita multitudine hominum exiſtere vnum , qui id , quod omnibus natura ſit datum , vel ſolus , vel cum paucis facere poſſit? aut tam *iucundum cognitu, atque auditu*, quàm ſapientibus ſententiis , grauibúſque verbis ornata oratio , & [h] perpolita? aut tam *potens*, támque *magnificum* , quàm populi motus,iudicum religiones, ſenatus grauitatem, vnius orationeconuerti.Quid[i] tam porrò *regium*,tam *liberale*,tam *munificum*, quàm opem ferre ſupplicibus,excitare afflictos,dare ſalutem, liberare periculis , retinere homines in ciuitate?Quid autem tam *neceſſarium*,quàm tenere ſemper arma,quibus vel[k] tectus ipſe eſſe poſſis, vel prouocare improbos , vel te vlciſci laceſſitus? Age verò,ne ſemper forum, ſubſellia,roſtra,curiámque mediteris [l], quid eſſe poteſt in otio aut *iucundius*,aut magis *proprium humanitatis*,quàm ſermo facetus,ac nulla in re rudis ? Hoc enim vno præſtamus vel maximè feris,quòd colloquimur inter nos,& quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Quamobrẽ quis hoc nõ iure miretur, ſummé que in eo elaborãdũ eſſe arbitretur,vt, quo[m] vno homines maximè beſtiis præſtent,in hoc hominibus ipſis antecellat? Vt verò iam ad illa ſumma veniamus , *quæ vis alia potuit aut diſperſos homines vnum in locum congregare, aut à fera,agreſtique vita ad hunc humanum cultum,ciuilémq. deducere,aut iam conſtitutis ciuitatibus,leges,iudicia,iura deſcribere*? Ac, ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia,conſecter, compre hendam breui[n]. ſic enim ſtatuo, *perfecti oratoris moderatione,& ſapientia non ſolùm ipſius dignitatem , ſed & priuatorum plurimorum, & vniuerſa reip.ſalutem maximè contineri.* Quamobrem[o] pergite, vt facitis,adoleſcentes: atque in id ſtudium,in quo eſtis, incumbite,vt & vobis honori, & amicis vtilitati, & reip.emolumento eſſe poſſitis. 10 ¶ Tũ Scæuula comiter,vt ſolebat,Cetera,inquit, aſſẽtior Craſ-

a *al.*& pænè dicẽs pueril. b L.ego tantũ oneris imp. c *al.*noſtris oratoribus,in hac præſertim tanta occupatione.* d L.videatur, e Vis oratoris,de re quæcunque ſit propoſita,oratè: copioſéque dicere.* f L. quæcunque ſit poſita, g *al.*partitionem iam quand. h De dicendi parte quæ in forenſibus diſceptationib. verſatur dicturũ ſe polliceturnon ex præceptisGrecorum,ſed eorum qui P.LXXXVII. Romæ eloquentiſſimi & in dignitate poſitas.* i *fort.* non cõplectar his libris & ſegnitiẽ ſenatui exprobraret,aliòque ſibi ſenatu opus eſſe diceret.6. Val.2.* k id eſt ſenatorum.* m Vide Liuij Epitom.70.& 71.Florum. 17. Plinij de viris illuſtribus c.66.Appianum 1. de bello ciuil. Oroſ 5.c.18.* n atque adeò ita ipſũ Druſum ſenatui fauentẽ: ſed in ipſum. L. Craſſũ & 6. *Valer.*2.de quo his libris agitur:* o *al.*dicit mihi memini, p in quem ipſe Philippus Conſul manus inferre iuſſerat per lictorem.Val. 6.c.2.* q L.duo adoleſc. r *al.* de temporibus,déq; vniuerſa ſL. tantus in hoc. t id eſt, vt cõuiuium Tuſculani, videretur fuiſſe dies,quo Curiales vnà epulantur.* u L.ſatis quieſſent, & in ambulatione ventum eſſe.tum Scæuulam d. ſp.

p.LXXXVIII

so,ne aut de C.Lælij soceri mei,aut de huius generi aut arte,aut gloria detraham: sed illa duo,Crasse,vereor,vt tibi possim concedere. Vnũ,quòd ab oratoribus ciuitates & ab initio constitutas,& sæpe conseruatas esse dixisti:alterum,quòd,remoto foro, concione,iudiciis,senatu,statuisti,oratorem in omni genere sermonis, & humanitatis esse perfectũ.

¶Quis enim tibi hoc concesserit, aut initiò genus hominũ in montibus ac lyluis dissipatum , non prudentium consiliis compulsum potius,quàm dissertorum oratione delinitũ, se oppidis,mœnibúsque sæpsisse?aut verò reliquas vtilitates,aut[a] instituendis,aut conseruandis ciuitatibus,non à sapientibus,& fortibus viris,sed à disertis , & ornatè dicentibus esse [b]constitutas? An verò tibi Romulus ille aut pastores,& conuenas congregasse,aut Sabinorum connubia cõiunxisse,aut finitimorum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio,& sapiẽtia singulari? Quid? in Numa Pompilio,quid?in Ser.Tullo,quid? in ceteris regibus,quorum multa sunt eximia ad cõstituendam remp.numquod eloquentiæ vestigiũ appãret? Quid? exactis regibus , (tametsi ipsam exactionem mente, non lingua,perfectam, L. Bruti esse cernimus)sed deinceps omnia,nónne plena consiliorum , inania verborum videmus? Ego verò si velim & nostræ ciuitatis exemplis vti , & aliarum,plura proferre possim detrimẽta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata:sed , vt reliqua [c] prætermittam, omniũ mihi videor,exceptis,Crasse , vobis duobus,eloquentissimos audisse Ti [d].& C.Sẽpronios,quorum pater [e],homo prudẽs, & grauis, haudquaquam eloquens,& sæpe aliàs,& maximè censor,saluti reip.fuit, atque is non accurata quadam orationis copia, sed nutu,atque verbo libertinos[f]in vrbanas[g] tribus trãstulit.quod nisi fecisset , rempublicam,quam nunc vix tenemus, iã diu nullã haberemus. At verò eius filij deserti, & omnibus vel naturæ,vel doctrinæ præsidiis:haud dicendũ parati,cùm ciuitatem vel paterno consilio , vel auitis armis florentissimam accepissent,ista præclara gubernatrice, vt ais, ciuitatum,eloquentia,rempublicam dissipauerunt [i].Quid? leges veteres,morésque maiorum:quid? auspicia,quibus & ego,& tu,Crasse,cum magna reip.salute præsumus,quid? religiones & cæremoniæ,quid?hæc iura ciuilia, quæ iãpridẽ an nostra familia sine vlla eloquentiæ laude versantur,num aut inuenta sunt,aut cognita, aut omnino ab oratorum genere tractata? Equidem & Ser.[k]Galbam memoria teneo, diuinum hominem in dicendo,& M.Æmilium Porcinam,&[l] Cn.ipsum Carbonem, quem tu adolescentulus perculisti[m], ignarum legum, hæsitantem in maiorum institutis , rudem in iure ciuili:& hæc ætas nostra,præter te,Crasse,qui tuo magis studio,quàm proprio munere aliquo disertorũ , ius à nobis ciuile didicisti,quod interdum pudeat,iuris ignara est.

¶Quòd verò in extrema oratione, quasi tuo iure sumsisti.oratorem in[n] omnis sermonis disputatione copiosissimè posse versari,id nisi hic in tuo regno [o]essemus non tulissem, multísque [p] præsessem,qui aut interdicto tecũ contenderent ,aut te ex iure manu [q] cõsertũ vocarent,quòd in alienas possessiones tã temerè irruisses. Agerét enim tecum lege primùm Pythagorei omnes,atque Democritici, ceteríque [a] in suo genere physici vindicarẽtque ornati homines in dicẽdo & graues,quibuscum tibi iusto sacramento [b] contendere non liceret. Vrgerét præterea philosophorũ greges.iam ab illo fonte, & capite Socrate,nihil te de bonis rebus in vita, nihil de malis, nihil de animi permotionibus,nihil de hominum moribus , nihil de ratione vitæ didicisse,nihil omnino quæsisse,nihil scire conuinceremur:&, cùm vniuersi in te impetum fecissent, tum singulæ familiæ litem tibi intenderent.Instaret Academia,quæ,quidquid dixisses,id [c]ipsum negare cogeret. Stoici verò nostri disputationũ suarum,atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent.Peripatetici autẽ etiam hæc ipsa, quæ propria oratorũ putas [d] esse adiumenta , atque ornamenta dicendi,ab se peti vincerent[e]oportere:ac nõ solùm meliora,sed etiam multò plura Aristotelem,Theophrastúmque de his rebus,quàm omneis dicendi magistros scripsisse ostenderent. Missos facio mathematicos , grammaticos,musicos,quorum artibus vestra ista dicẽdi vis ne minima quidem societate coniungitur[f].Quamobrem ista tanta,támque multa, profitenda, Crasse,non censeo.satis id est magnum, quod potes præstare , vt in iudiciis ea causa,quamcunque tu dicis,melior & probabilior esse videatur:vt in concionibus.& sententiis dicendis ad[g]persuadendum tua plurimum valeat oratio : denique vt prudentibus disserẽ,stultis etiamverè dicere videaris.hoc amplius siquid potes is , non id mihi videbitur orator , sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse.

11[h] Tum ille,Non sum,inquit,nescius,Scæuolah, ista inter Græcos dici,& disceptari solere.audiui enim summos homines,cùm quę stor ex Macedonia venissem Athenas,florẽte Academia, vt tẽporibus illis ferebatur, quòd eam Carneades, & Clitomachus,& Æschines obtinebant, erat etiam Metrodorus,qui cum illis vnà ipsum illum Carneadem diligentiùs audierat, hominem omnium in dicendo , vt ferebant,acerrimum & copiosissimum.vigebat auditor Panætij illius tui Mnesarchus: & Peripatetici Critolaus,& Diodorus:multi erãt præterea præclarikin philosophia,& nobiles, à quibus omnibus vna pẽnè se pellí|voce oratorem à gubernaculis ciuitatum , excludi ab omni doctrina,rerúmque maiorum scientia, ac tantũ in iudicia,& conciunculas,tanquam in aliquod pistrinum , detrudi & compingi videbam.Sed ego neque illis assentiebar,neque harum disputationũ inuentori.&[m]principi longè omnium in dicendo grauissimo,& eloquentissimo , Platoni , cuius tum Athenis diligentiùs legi cum Carneade Gorgiã: quo[n] in libro in hoc maximè admirabar Platonẽ, quòd mihi in oratoribus itridendis ipse esse orator summus videbatur. verbi enim controuersia iamdiu torquet Græculos homines, contentionis cupidiores,quàm veritatis.Nam si quis hunc statuit esse oratorem[o],qui [p] tantummodò in iure,aut in iudiciis possit,aut apud populum, aut in senatu copiosè loqui,tamen huic ipsi multa tribuat, & concedat necesse est. Neque enim sine multa pertractatione omnium [q] rerump.neque sine legum, moris[r],iuris scientia,neque natura hominum incognita , ac moribus, in his ipsis rebus satis callidè

a *fort.* aut cõstituendis,

b *fort.* esse institutas?

c *al.* reliquos: vide in Bruto, Liuii Epitomen 58.59. 60.j. Florus 14.15.*

d Tib. Gracchus Plutar. in Gracchis 7. Gell. 19.*

e hoc etiam antea fecerat Q.Fab. Max.

f Tribus vrbanæ quatuor: eæque rusticis postpositæ.Varro 2.de re rustica in pr.adde eundem 4.de linguã.

g *al.* vocibus.*

h L. dissipauerunt ‖ *al.* disperuerunt.*al.* dispararunt. id est, disiunxerunt,dispersuerunt.*

i *alii quidã l.* Sergius Galba. *mendosè.*

k L.& C. ipsũ Carb.

l *al.* perpulisti,*mẽdosè.*id est peruertisti.

m L. in omni sermone cop. o Regna sua docti vsurpãt pro suis bonis & possessionibus.sic Virgil. in Eclog. *Mea regna videns.**

n L. multisque præsiem,

o L. manus consertum voc. *vel*, manum conf. voc ‖ manum vel manu cõserere , quid, alio loco explicauit.

a *al.* ceteri ‖ suo iure physici vindicarent, ornati homines.*

b sacramento contendere quid, alias dixi.*

c L. id ipsum scire negare cogeret *al.* id ipsũ scire negaret.

d L. putasses adiumenta.

e *al.* diceret.*

f *quidam l.* contingitur.

g *quidam l.* non habent, ad persuadendum.

h L. Scæuola, & ita sæpe.

i Græci vocant P. LXXXIX. *peripatetor.**

k clari in philosophia, l. voce repelli

l. quo in libro, hoc maxime.

m *fort.* & longè omnium principi in dicendo.

n L. qui tum posset in iure, aut in iud. ap. pop. ql. *ad agnoscit vocem*, omnium

o Orator quis dicendus.*

p L. qui tantum posset in iure, aut in iud. ap. pop. ql. *ad agnoscit vocem*, omnium

q *al.* morum,

callidè versari, & peritè potest. qui autem hæc cognouerit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam rectè tueri potest, quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil vis esse, nisi compositè, ornatè, copiosè eloqui: quæro, idipsum qui possit assequi sine ea scientia, quam ei non conceditis? dicendi enim virtus, nisi ei, qui dicit, ea, de quibus dicit, percepta sint, exstare non potest. Quamobrem si ornatè locutus est, sicut fertur, & mihi videtur, physicus ille Democritus: materies illa, fuit physici, de qua dixit: ornatus verò ipse verborum, oratoris putandus est. Et, si Plato de rebus à ciuilibus controuersiis remotissimis diuinitus est locutus, quod ego concedo: si ité Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis, de quibus disputauerunt eloquentes, & in dicendo suaues, atque ornati fuerunt: sint hæ res, de quibus disputant, in aliis quibusdam studiis: oratio quidem ipsa, propria est huius vnius rationis, de qua loquimur, & quærimus. Etenim videmus, iisdem de rebus ieiunè quosdam, & exiliter, vt eum, quem acutissimum ferunt Chrysippum, disputauisse, neque ob eam rem philosophiæ non satisfecisse, quòd non habuerit hanc dicendi[a] ex arte alienam facultatem. Quid ergo interest? aut qui discernes eorum, quos nominaui, vbertatem in dicendo, & copiam, ab eorum exilitate, qui [b] hac dicendi varietate, & elegantia non vtuntur? Vnum erit profectò, quod [c] ij, qui bene dicunt, afferunt proprium, compositam orationem, & ornatam, & artificio quodam, & expolitione distinctam. Hæc autem oratio si res non subest ab oratore percepta, & cognita: aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. Quid est enim tam furiosum, quàm verborum vel optimorum, atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subiecta sententia, nec scientia? Quicquid erit igitur quacunque ex arte, quocunque de genere, id orator, si, tanquam clientis causam, didicerit, dicet melius & ornatius, quàm ille ipse eius rei inuentor, atque artifex. Nam si quis erit, qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, & certarum rerum forensibus [d] cancellis circumscriptam scientiam: fatebor equidem in his magis assiduè versari hanc nostram dictionem: sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quæ isti magistri, qui rhetorici vocantur, nec tradunt, nec tenent. Quis enim nescit, maximam[e] vim exsistere oratoris in hominum mentibus vel ad iram, aut [f] ad odium, aut dolorem incitandis, vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiámque reuocandis? Quæ[g] nisi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, causásque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet, perficere non poterit. Atqui totus hic locus philosophorum putatur proprius: neque orator, me auctore, vnquam repugnabit: sed, cùm illis cognitionem rerum concesserit, quòd in ea solùm illi voluerint[h] elaborare: tractationem orationis, quæ sine illa scientia nulla est, sibi assumet. Hoc enim est proprium [i] oratoris, quod sæpe iam dixi, oratio grauis, & ornata, & hominum sensibus, ac mentibus accommodata. Quibus de rebus Aristotelem, & Theophrastum scripsisse fateor. Sed vide, ne hoc Scæuola[a], totum sit à me. nam ego, quæ sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis: isti quæ de his rebus disputant, oratorum esse concedunt. Itaque cæteros libros, artis[b] isti suæ nomine, hos rhetoricos & inscribunt, & appellant. Etenim cùm illi in dicendo inciderint loci (quod persæpe euenit) vt de diis immortalibus, de pietate, de cõcordia, de amicitia, de cõmuni ciuium[c], de hominum, de gentium iure, de æquitate, de temperantia, de magnitudine animi, de omni virtutis genere sit dicendum, clamabunt, credo: omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria, nihil omnino ad oratorem pertinere. Quibus ego, vt de his rebus omnibus in angulis, consumendi otij causa, disserãt, cùm concesserò, illud tamen oratori tribuam, & dabo, vt[d] eadem, de quibus illi tenui quadã[e], & exiguo sermone disputant, hic cum omni grauitate & iucunditate[f] explicet. Hæc ego cum ipsis Philosophis tum Athenis disserebam. Cõgebat enim me Marcus Marcellus hic noster, qui nunc ædilis curulis est: & profectò, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset, ac[g] iam tũ erat adolescentulus his studiis mirificè deditus. Iam verò de legibus instituendis[h], de bello, de pace, de fociis, de vectigalibus, de iure ciuiũ generatim in ordines, ætatésque descripto i, dicant[k] vel Græci, si volunt. Lycurgũ, aut Solonem (quanquam illos quidé censemus in numero eloquentium reponendos) scisse meliùs, quàm Hyperidem, aut Demosthenẽ, perfectos iam homines in dicendo, & perpolitos: vel [l] nostros decemuiros, qui XII. tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudenteis, anteponant in hoc genere & Ser. Galbæ, & socero tuo C. Lælio, quos constat dicendi gloria præstitisse. Nunquam enim negabo, esse quasdam arteis proprias eorum, qui in his cognoscendis, atque tractandis studium [m] suum omne posuerunt: sed oratorem plenum, atque perfectum esse eum dicam, qui de omnibus rebus possit variè copioséque dicere. Etenim sæpe in iis causis, quas omneis[n] proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex vsu forensi, quem solùm oratoribus concediti, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum, &[o] assumendum. Quæro enim, num possit aut contra imperatorem, aut pro imperatore dici sine rei militaris vsu, aut sæpe etiam sine regionum terrestrium, aut maritimarum scientia: num apud populum de legibus iubẽdis, aut vetandis, num in senatu de[p] omni reip. genere dici sine summa rerum ciuilium cognitione, & prudentia: num admoueri possit oratio ad sensus animorum, atque motus vel inflammãdos, vel etiam exstinguendos, (quod vnum in oratore dominatur) sine diligentissima peruestigatione earum omnium rationum, quæ de naturis humani generis, ac moribus à philosophis explicantur. Atque haud scio an minùs hoc vobis sim probaturus. equidem non dubitabo, quod sentio dicere. physica ista ipsa, quæ paullo antè, & mathematica, & cæterarum artium propria posuisti, scientiæ sunt eorum, qui illa profitentur. illustrare autem oratione siquis istas ipsas arteis velit, ad oratoris [q] ei confugiendum est facultatem. Neque

a *al.* dicendi, ex arte aliena,
b L. qui hac varietate, & eleg.
c L. quòd ij, qui bene dicunt, proprii afferunt, composita oratio, & ornata, & artificio quodam, & expolitione distincta.
d L. forensib. quasi cancellis.
e *al.* maximã vim consistere. *al.* maximè vim.*
f L. aut odiũ.
g L. Quare nisi
h *al.* voluerunt.
i oratoris proprium.*
a L. Scæuola.
b L. artis suæ modò nomine,
c *al.* ciuium, de hominum iure: *al.* ciuis de gentium iure.*
d L. vt ea, de quib.
e L. quodam, & exsangui serm.
f *al.* fœcunditate.*
g *al.* at eum erat adol. P. X C.
h *al.* tuẽdis.*
i *al.* de scriptorum.*
k L. vel Græci dicant,
l L. vel nostri decẽuiros, q.
m L. studium omne suum.
n v. c. omnis.
o L. atque assumendum.
p *al.* de omnã rep.
q *al.* oratoris, tanquam ad architecti cõfugiendum est.*

enim, si Philonem[a] illum architectum, qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat perdiſertè populo rationem operis ſui reddidiſſe. exiſtimandum eſt architecti potiùs artificio diſertum, quàm oratoris, fuiſſe. Nec, ſi huic Marco Antonio pro Hermodoro fuiſſet de naualium operum ratione dicendum, non, cùm ab illo cauſa didiciſſet, ipſe ornatè de alieno artificio, copioſéque diſſiſſet. Neque verò Aſclepiades is, quo nos medico, amicóque vſi ſumus, tum, cùm eloquentia vincebat cæteros medicos, in eo ipſo, quod ornatè dicebat, medicinæ facultate vtebatur, non eloquentiæ. Atque illud eſt probabilius, neque tamen verũ, quod Socrates dicere ſolebat, omnes in eo, quod ſcirent, ſatis eſſe eloquenteis. Illud verius, neque quenquam in eo diſertum eſſe poſſe, quod neſciat, neque, ſi id optimè ſciat, ignarúſque ſit faciundi[b], ac poliendæ orationis, diſertè idipſum poſſe, de quo ſciat, dicere. Quam ob rẽ ſiquis vniuerſam, & propriam oratoris vim definire, complectíque vult, is orator erit, mea ſententia, hoc tam graui diſertus nomine, qui[c], quacunque res inciderit, quæ ſit dictione explicanda, prudenter, & cõpositè, & ornatè, & memoriter dicat, cũ quadam etiam actionis dignitate. Sin cuipiam ni mis infinitũ videtur, quod[d] ita propoſui, quacunque de re, licet hinc, quantũ cuique videbitur, circuncidat, atque amputet: tamen illud tenebo, ſi quæ cæteris in artibus, aut ſtudiis ſita ſunt, orator ignoret, tantúmque ea te neat, quæ ſint in diſceptationibus, aut in[e] vſu forenſi: tamen his de rebus ipſis ſi ſit ei dicendum, cùm cognouerit ab iis, qui tenent, quæ in quaque re ſint multò oratorem meliùs, quàm ipſos illos, quorum eæ ſunt artes, eſſe dicturum. Ita ſi de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quæret à C. Mario affini noſtro, &, cùm acceperit, ita pronuntiabit, vt[f] ipſi C. Mario pœnè hic meliùs, quam[g] ipſe ille ſcire videatur. Sin de iure ciuili, tecum cõmunicabit, téque hominẽ prudentiſſimũ, & peritiſſimum in iis ipſis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte ſuperabit. Sin[h] quę res inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum ſit: forſitan, ſi ei ſit viſum, (& ſi hæc quidem noſſe debet orator) cũ Sex. Põpeio, erudito homine in philoſophia, communicabit. Hoc profectò efficiet, vt, quancunque rem à quoque cognouerit, dei ea multo dicat ornatiùs, quàm ille ipſe, vnde cognorit. Sed ſi me audierit, quoniã[k] philoſophia in treis parteis eſt diſtributa[m], in naturæ obſcuritatẽ, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores: duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ noſtræ: tertiũ verò, quod ſemper oratoris fuit, niſi tenebimus, nihil oratori, in quo magnus eſſe poſſit, relinquemus. Quare hic locus de vita & moribus totus eſt oratori perdiſcendus: cætera ſi non didicerit, tamen poterit, ſiquando[n] volet, ornare dicendo, cùm[o] erunt ad eum delata, & [p] tradita. Etenim ſi conſtat inter doctos, hominem ignarũ aſtrologiæ, ornatiſſimis, atque optimis verſib. Aratum, de cœlo, ſtellíſque dixiſſe: ſi de rebus ruſticis hominem ab agro remotiſſimũ, Nicandrum Colophonium, poetica quadam facultate, non ruſtica, ſcripſiſſe præclarè: quid eſt, cur non orator de rebus iis eloquentiſſimè dicat, quas ad certam cauſam, tempúſque cognorit? Eſt enim finitimus[a] oratori poeta, numeris adſtrictior paullo, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandi generibus ſocius, ac pænè par: in[b] hoc quidem certè propè idem nullis vt terminis circumſcribat, aut definiat ius ſuum, quominus ei liceat eadem illa facultate, & copia vagari, qua velit. Namque illud quare, Scæuula[c], negaſti te fuiſſe laturũ, niſi in meo regno eſſes, quòd in omni genere ſermonis, in omni parte humanitatis dixerim oratorẽ perfectum eſſe debere? Nunquam mehercule hoc dicerem, ſi eum, quem fingo, meipſum eſſe arbitrarer. ſed, vt ſolebat C. Lucilius ſæpe dicere, homo tibi ſubiratus, mihi propter eã ipſam cauſam minùs, quàm volebat, familiaris, ſed tamẽ & doctus, & perurbanus: ſic[d] ſentio, neminem eſſe in oratorum numero habendum, qui non ſit omnibus iis artibus, quæ ſunt libero dignæ, perpolitus: quibus ipſis ſi in dicẽdo non vtimur, tamen apparet, atque exſtat, vtrum ſimus earũ rudes, an didicerimus: Vt, qui pila ludũt, non vtuntur in ipſa luſione artificio proprio palæſtræ, ſed indicat ipſe motus, didicerintne palæſtrã, an neſciant: & [e] qui aliquid fingunt, etſi tum pictura nihil vtuntur, tamen, vtrùm ſciant pingere, an neſciant, non obſcurũ eſt: ſic in orationibus hiſce ipſis iudiciorum, concionum, ſenatus, etiam ſi propriæ cæteræ non adhibentur[f] artes, tamen facilè declaratur, vtrùm is, qui dicat, tantummodò in hoc declamatorio ſit opere iactatus, an ad dicendum omnib. ingenuis artibus inſtructus acceſſerit.

12 ¶ Tum ridens Scæuola[g], Non luctabor, inquit, tecum, Craſſe, amplius, id enim ipſum, quod contra me locutus es, artificio quodam es conſecutus, vt & mihi, quæ ego vellem non eſſe oratoris, concederes: & ea ipſa neſcio quomodo rurſus detorqueres, atque oratori propria traderes. Hæc, cùm ego prætor Rhodum veniſſem, & cum ſummo illo doctore iſtius diſciplinæ Apollonio[h], ea, quæ à Panætio acceperam, contuliſſem: irriſit ille quidem, vt ſolebat, philoſophiam, atque contemſit, multáque non tam grauiter dixit, quàm facetè. tua autem fuit oratio eiuſmodi, non vt vllam artem, doctrinámve contemneres, ſed vt omneis[i], comites ac miniſtras oratoris eſſe diceres, quas ego, ſi quis ſit vnus complexus omneis, idémque ſi ad eas facultates iſtam ornatiſſimæ[k] orationis adiunxerit, non poſſum dicere: eum non egregium quendam hominem, atque admirandum fore: ſed is, ſi quis eſſet, aut ſi etiam vnquam fuiſſet: aut verò ſi eſſe poſſet, tu eſſes vnus profectò, qui & meo iudicio, & omniũ, vix vllam ceteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquiſti. Verùm ſi tibi ipſi nihil deeſt, quod in forenſibus rebus, ciuilibúſque verſetur, quin ſcias, neque eam tamen ſcientiam, quam adiungis oratori, complexus es: videamus, ne plus ei tribuas, quàm res & veritas ipſa concedat. 13 ¶ Hic Craſſus, Memento, inquit, me non de mea, ſed de oratoris facultate diviſſe. Quid enim nos aut didicimus, aut ſcire potuimus[l] qui antè ad agendum, quàm ad cognoſcendum venimus, quos in foro, quos in ambitione, quos in republica, quos in amicorum negotiis res ipſa antè confecit, quàm poſſemus aliquid de rebus tantis ſuſpicari. Quod ſi tibi tantum in nobis videtur eſſe, quibus etiam ſi ingeni um[a],

a meminit Valer. 8, c. 12. in fine 7. Plin. 37.*

b L. faciendę,

c vis oratoris in quo conſiſtat.*

d L. quod ita poſui, q.

e L. atque in vſu for.

f L. vt ipſi Mario.

g L. quàm ille ipſe.

h L. Sin quæ res incid.

i L. de ea re multo d. lz L. quoniã philoſophia ipſa

l Philoſophiæ tres partes.* mal. tributa*

n L. ſi quando opus erit.

o al. ſi modò erunt

p L. & ei tradita.

a oratoris & P. XCI. poetæ affinitas.*

b L. in hoc quidem certè idem,

c al. Scæuola

d L. ſic ſentio hominem ne minem eſſe

e L. & vt, qui aliq.

f L. adhibeatur

g L. Scæuola,

h Apollonio Rhodium intelligit.*

i v. c. omnis,

k ſort. ornandæ oratoris. vt ſubintelligat facultatem.*

P. 2.

nium[a], vt tu putas, non maximè defuit, doctrina certè, & otium, & hercule etiam ſtudium: illud dicendi acerrimum defuit: quid cenſes, ſi ad aliculus ingeniũ vel maius illa, quæ ego nõ attigi, acceſſerint? qualem illum, & quantum oratorem futurum? 14 ¶ Tum Antonius, Probas mihi, inquit, iſta, Craſſe, quę dicis. nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus ſit, ſi quis omnium rerum, atque artium rationem, naturámque cõprehenderit. Sed primùm id difficile factu eſt, præſertim in hac noſtra vita, noſtríſque occupationibus: deinde illud etiam verẽdum eſt, ne abſtrahamur ab hac exercitatione, & cõſuetudine dicendi populari, & forenſi. Aliud enim mihi quoddã genus orationis eſſe videtur eorum hominũ, de quibus paullò antè dixiſti, quamuis illi ornatè, & grauiter aut de natura rerum, aut de humanis rebus loquantur. Nitidum quoddam genus eſt verborum, & lætum, ſed paleſtræ magis, & olei; quàm huius ciuilis turbæ, ac fori. Namque egomet, qui ſerò, ac leuiter Græcas litteras attigiſſem, tamen cùm[c] pro conſule in Ciliciam proficiſcens Athenas veniſſem, complureis[d] tum ibi dies ſum propter nauigãdi difficultatem cõmoratus: ſed, cùm quotidie mecum haberem homines doctiſſimos, eos ferè ipſos, qui abs te modò ſunt nominatim, cúmque hoc, neſcio quomodo, apud eos increbruiſſet, me in cauſis maioribus, ſicuti te, ſolere verſari, pro [e] ſe quiſque vt poterat, de officio & ratione oratoris diſputabat. Horum alij, ſicut iſte ipſe *Mnęſarchus*, hos, quos nos oratores vocarem[f], nihil eſſe dicebat, niſi quoſdã operarios, lingua celeri, & exercitata: oratorem autem, niſi qui ſapiens eſſet, eſſe neminem: atque ipſam eloquentiam, quòd ex bene dicendi ſcientia conſtaret, vnam quandam eſſe virtutem: &, qui vnam virtutem haberet, omneis habere. eáſque[f], ipſas eſſe inter ſe æqualeis, & pareis, ita, qui eſſet eloquens, eum virtutes omneis[g] habere, atque eſſe ſapientẽ. Sed hæc erat ſpinoſa quædam, & exilis oratio, longéque à noſtris ſenſibus abhorrebat. *Carneades* verò multò vberiùs iiſdem de rebus loquebatur, non quò aperiret ſentẽtiam ſuam (hic enim mos erat patrius Academiæ, aduerſarij ſemper omnibus in diſputando) ſed tum maximè tamen hoc ſignificabat eos, qui rhetores nominarentur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil planè tenere, neque poſſe quẽquam facultatem aſſequi dicẽdi, niſi qui philoſophorum inuenta didiciſſet. Diſputabant contrà diſerti homines, Athenienſes, in repub. cauſíſque verſati, in quibus erat etiam is, qui nuper Romæ fuit, *Menedemus* hoſpes meus: qui cùm diceret eſſe quandam prudentiam, quæ verſaretur in perſpiciendis rationibus cõſtituendarum, & regendarum rerum publicarum, excitabatur[k] homo promtus, ab homine abundanti doctrina, & quadã incredibili varietate rerum, & copia. Omneis enim partes illius ipſius prudentię, petẽdas eſſe à philoſophia docebat, neque ea, quæ ſtatuerentur in repub. de diis immortalibus, de diſciplina iuuentutis, de iuſtitia, de patientia, de temperantia, de modo rerum omnium, cæteráque, ſine quibus ciuitates aut eſſe, aut bene moratæ eſſe non poſſent, vſquam in eorum libris iuueniri. Quod ſi tantã vim rerum maximarum arte ſua rhetorici illi doctores complecterentur: quærebat, cur de proœmiis, & de epilogis, & de huiuſmodi nugis (ſic enim appellabat) referti eſſent eorum libri: de[a] ciuitatibus inſtituendis, de ſcribẽdis legibus, de æquitate, de iuſtitia, de fide, de frangẽdis cupiditatibus, de conformandis hominum moribus, littera in eorũ libris nulla inueniretur. Ipſa verò præcepta ſic illudere ſolebat, vt oſtenderet, non modò eos illius experteis eſſe prudentiæ, quam ſibi aſciſcerent[b], ſed ne hãc quidem ipſam dicendi rationem, ac viam noſſe. Caput enim eſſe arbitrabatur oratoris, vt & ipſis, apud quos ageret, talis, qualem ſe ipſe optaret, videretur. id fieri vitę dignitate, de qua nihil rhetorici iſti doctores in præceptis ſuis reliquiſſent: & vti eorũ, qui audirẽt, ſic afficerẽtur animi, vt eos affici vellet orator: quod[c] itẽ fieri nullo modo poſſe, niſi cognoſceret is, qui diceret, quot modis hominũ mẽtes, & quibus rebus, & quo genere orationis in quamque partem mouerentur. Hæc autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa, atque abdita, quę iſti rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent. Ea Menedemus exemplis magis, quàm argumẽtis, conabatur[d] refellere. memoriter enim multa ex orationibus Demoſthenis præclarè ſcripta pronuntians, docebat, illum in animis vel iudicum, vel populi, in omnem partem dicendo permouẽdis, nũ fuiſſe ignarum, quibus ea rebus cõſequeretur, quæ negaret ille ſine philoſophia quemquã ſcire poſſe. Huic reſpõdebat, non ſe negare, Demoſthenem ſummam prudentiam, ſummámque vim habuiſſe dicẽdi: ſed ſiue ille hoc ingenio potuiſſet, ſiue, id quod conſtaret, Platonis ſtudioſus audiendi fuiſſet: non, quid ille potuiſſet, ſed, quid iſti docerent, eſſe quærendum. Sæpe etiã in eam partẽ ferebatur[e] oratione, vt omnino diſputaret, nullã artem eſſe dicẽdi: idque cùm argumentis docuerat, quòd ita nati eſſemus, vt & [f] blandiri, & ſuppliciter inſinuare iis à quibus eſſet petendum, & aduerſarios minaciter terrere poſſemus, & rem geſtã exponere, & id, quod intenderemus, confirmare, & id, quod contrà diceretur, refellere[g], & ad extremum deprecari aliquid, & conqueri, quibus in rebus omnis oratorum verſaretur facultas: & quòd conſuetudo, exercitatióque & intelligendi prudentiam acueret, & eloquẽdi celeritatem incitaret: tum etiam exemplorũ copia nitebatur. nam primùm quaſi dedita opera neminem ſcriptorem artis ne mediocriter quidem diſertum fuiſſe dicebat, cùm repeteret vſque à Corace neſcio quo, & Tiſia, quos artis[h] illius inuẽtores, & principes fuiſſe conſtaret: eloquentiſſimos autem homines, [i] qui iſta nec didiciſſent, nec omnino ſciſſe curaſſent, innumerabileis quoſdam nominabat: in quibus etiam ſiue ille irridens, ſiue quòd ita putaret, atque ita audiſſet: me [k] in illo numero, qui illa non didiciſſem, & tamen (vt ipſe dicebat) poſſem aliquid in dicendo, proferebat. Quorum illi alterum facilè aſſentiebar, nihil me didiciſſe, in altero autẽ me illudi ab eo, aut etiam ipſum errare arbitrabar. Artem verò negabat eſſe vllã, niſi quæ cognitis, penitúſque perſpectis, & in vnum exitum ſpectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur. Hæc autem omnia, quæ tractarentur ab oratoribus, dubia eſſe, & incerta: cùm & dicerentur ab iis, qui

a Isocratis hic opponit doctrinam vt alibi.*
b L. ſtudium illud diſcendi acerr. ‖ eſt autem diſcendi ſtudium φιλομάθεια.*
c al. cùm pro conſul. d v.c. complures
e L. pro ſe quiſque eorũ vt quiſq; poterat, de off. ‖ al. pro ſe quiſque potebat. al. pro ſe quiſque eorum, vt quiſque poterat*
f al. eáſq. eſſe inter ſe g v.c. omnis.
h Academicorum mos aduerſari ſemper omnibus in diſputando.*
P. XCII. i L. Athenienſes, & in rep.
k L. excipiebatur homo pr. ‖ id eſt, Menedemus excipiebatur à Carneade: id eſt Menedemo reſpõdebat Carneades.*
l L. atq. copia
a al. de ciuitatibus conſtituendis,
b al. adſcribercet.*
c L. quod ita f.
d L. refellere conabatur.
e al. ferebat orationem.* P. B.
f L. & blandiri ſuppliciter iis, à quibus. ‖ al. & blandiri ſupplicíter & ſubtilíter inſinuare.*
g L. refellere, ad ext.
h vide 3. Qu. 7.*
i L. ſcire curaſſ.
k hæc verba, me in illo numero, diſpunxit Lambinus.*

a al. cernere.*

ea omnia non planè tenerent[a], & audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certè obscura opinio. Quid multa? sic mihi tum persuadere videbatur, neque artificium vllum esse dicendi, neque quemquam posse, nisi qui illa, quæ à doctissimis hominibus in philosophia dicerentur, cognosset, aut callidè, aut copiosè

b L. Quib. ad iicere Carnea des soleb.

dicere. Quibus[b] dicere Carneades solebat, ingenium tuum, Crasse, vehementer admirans,

c al. dicēdo.*

me sibi perfacilem in audiendo[c], te perpugnacem in disputando esse visum. Túmque ego hac eádem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente, & inuito excidit, & peruēnit in manus

d Diserti & eloquentis discrimen,*

hominum, Disertos[d] me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem: quòd eum statuebam disertum, qui posset satis acutè, atque dilucidè apud mediocreis[e] homines ex communi quadam hominum opinione dicere: eloquentem verò, qui mirabiliùs, & magnificentiùs augere posset, atque ornare quæ vellet, omnésque[f] omnium rerum, quæ ad dicēdum pertinerent, fonteis[g] animo ac memoria contineret. Id si est difficile nobis, qui antè, quàm ad discendum[h] ingressi sumus, obruimur ambitione, & foro: sit tamen in re positum, atque natura. Ego enim, quantùm auguror coniectura, quantáque ingenia in nostris hominib. esse video, nō despero fore aliqué aliquando, qui & studio acriore, quàm nos sumus, atque fuimus, & otio ac facultate discendi maiore, ac maturiore, & labore atque industria superiore, cùm se ad audiendum, legendū, scribendúmq. maior[i] opera dedideritk, exsistat talis orator, qualem quærimus: qui iure non solùm disertus, sed etiam eloquens dici possit: qui tamē mea sentētia, aut hic est iā Crassus, aut, si quis pari fuerit ingenio, pluráq. quàm hic, & audierit, & lectitarit, & scripserit, paullū huic aliquid poterit adde re. 15 ¶ Hoc loco Sulpicius, Insperanti mihi, inquit, & Cottæ, sed valde optanti vtriq. nostrūm, cécidit, vt in istū sermonē, Crasse, dela beremini. Nobis enim huc veniētibus iucūdū[l] satis fore videbatur, si, cùm vos de rebus aliis loqueremini, tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignū excipere possemus. vt verò penitus in eā ipsam totius huius vel studij, vel artificij, vel facultatis disputationē pænè intimam peruenire tis, vix optandum nobis videbatur. Ego enim, qui ab ineunte ætate incēsus essem studio vtriusq. vestrūm. Crassi verò etiā amore, cùm ab eo nusquā[m] discederē, verbū ex eo numquā elicere potui de via ac ratione dicendi, cùm & per[n] me ipsum egissem, & per Drusum sæpe tētassem: quo in genere, tu Antoni, (verè loquar) numquā mihi percontanti[o], aut quærenti aliquid, defuisti, & persæpe me, quæ soleres in dicendo obseruare, docuisti. Nunc, quoniam vterq. vestrūm patefecit earū[p] rerum ipsarum aditum, quas quærimus, & quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi fuit, date nobis hanc veniā, vt ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter persequamini. Quod quidē si erit à vobis impetratū, magnam habebo, Crasse, huic palæstræ, & Tusculano tuo

q al. Lyceo.

gratiam, & longè Academiæ illi, ac Lycio ¶ tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. 16 ¶ Tum ille, Immò verò, inquit, Sulpici, rogemus Antonium, qui & potest facere id, quod requiris, & consueuit, vt te audio dicere. Nam[a] me quidem semper à genere hoc toto sermonis refugisse, & tibi cupienti atq. instāti sæpissimè negasse, tute paullo antè dixisti. Quod ego non superbia, neq. inhumanitate faciebam, neq.[b] quò tuo studio rectissimo, atq. optimo nō obsequi vellē, præsertim cùm te vnum ex omnibus ad dicendū maximè natū, aptúmq. cognosserem: sed meherc[c] le istius disputationis insolētia, atq. earū rerum, quæ[q] quasi traduntur in arte, insciti a. 17 ¶ Tū Cotta, Quoniā id, quod difficillimū nobis videbatur, vt omnino de his rebus, Crasse, loquerere, assecuti sumus: de reliquo iā nostra culpa fuerit, si te nisi omnia, quæ percunctati erimus, explicaris, dimiserimus. 18 ¶ De his, credo, rebus, inquit Crassus, vt in cōditionib.[d] scribi solet, QVIBVS[e] SCIAM, POTERO QVE.

a L. Nam mē quidem & fateor semper. b al. neq. qđ c L. quę quasi in arte tradūtur, insciētia. d L. cretionibus scribi solet, & antea legebatur certionibus. al. Crassi orationibus, al. certioribus. Est verò Cretio temporis spatiū quod datur hęredi ad deliberandum, vtrum ei expediat hæreditatem adire, nēne. Vlp. Vitul. 22 Isidor. 5 Varro 5. de lingua. & Cicero lib. 13 ad Attic. 44. Est autē cernere, non modò constituere se hæredē esse (vt Var. 6 de lingua explicat.) verūm etiam legitima cretionis verba dicere, hunc in modum, Cūm me Męnius hęredē instituerit eā hæreditatē cernō, adēoq. Vlp. 22. e Cretio duplex: vulgaris, in qua adiiciebātur hæc verba, quibus sciam poterōque. Cōtinua in qua non adiiciebantur. Vlp. tit. 23. Vnde his verbis, quibus sciam poteróque tēpus bonorum possess. admittendæ vtile, nec continuū ostenditur l. 2 ff. quis ordo in bonorum possess.* f L. ista verò cond. g al. in maxima. h Idē initio 2. de finibus.* i L. de qua nō se omn. k al. qui vos l al. adolescētē, huic stud. m Stasęæ Neapolitani Peripatetici meminit lib. 5. de finibus Cicero.* n L. mihi, inquit, o al. vestigia persequi.*

19 ¶ Tum ille, Nam q. quod tu non poteris, aut nescies, quis nostrūm tam impudens est, qui se scire, aut posse postulet? 20 Iam[f] verò, ista conditione, dum mihi liceat negare posse quod nō potero, & fateri nescire quod nesciā, licet, inquit Crassus, vestro arbitratu percunctemini. 21 Atque, inquit Sulpicius, hoc primùm ex te, de quo modo Antonius exposuit, quid sentias, quærimus: existiméne artem aliquā esse dicendi. 22 Quid? mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquā alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto, atq. erudito, quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Quādo enim me ista curasse, aut cogitasse arbitramini, & nō semper irrisisse potiùs eorū hominū impudentiā, qui cùm in schola assedissent, ex[g] magna hominū frequentia dicere iuberēt, si quis quid quæreret? quod primū ferunt Leontinū fecisse Gorgiā: qui permagnū quiddā susc ipere, ac profiteri videbatur, cùm[h] se ad omnia, de quib. quisq. audire vellet, esse paratū denuntiaret. Postea verò vulgò hoc facere cœperunt, hodiéque faciunt, vt nulla sit res, neq. tanta, neq. tā improuisa, neq. tam noua, de qua se non omnia quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. Quod si te, Cotta, arbitrarer, aut te, Sulpici, de iis rebus audire velle, adduxissem huc Græcum aliquem, qui[k] nos istiusmodi disputationibus delectaret: quod ne nunc quidem difficile factu est. Est enim apud M. Pisonem, adolescentem[l] iam huic studio deditū, summo hominem ingenio, nostrique cupidissimum, Peripateticus Stasea[m], homo nobis sanè familiaris, &, vt inter homines peritos cōstare video, in illo suo genere omnium princeps. 23 ¶ Quem tu, inquit[n] mihi, Mucius, Stasēam, quē Peripateticum narras? gerendus est tibi mos adolescentibus, Crasse: qui nō Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt: sed ex homine omnium sapientissimo, atque eloquentissimo, atq. ex eo, qui non in libellis, sed in maximis causis, & in hoc domicilio imperij & gloriæ, sit consilio, linguáque princeps: cuius vestigia[o] qui persequi cupiūt, eius sententiam scisc itantur. Equidem te cùm in dicendo semper putaui deum, tum verò tibi nunquam eloquentiæ maiorem tribui laudem, quàm humanitatis: qua nunc te vti vel maximè decet, neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentis ingenij adolescentes cupiunt accedere. 24 ¶ Ego verò, inquit, istis obsequi studeo, neque gra-

grauabor breuiter meo more, quid quaque de re sentiam, dicere. Ac primùm illud (quoniam auctoritatem tuam negligere, Scæuola[a] fas mihi esse non puto) respondeo, mihi dicendi aut nullam[b] artem, aut pertenuem videri, sed[c] omnem esse contentionē inter homines doctos in verbi controuersia positam[d]. Nam si ars ita definitur, vt paullo antè exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis, planéque cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiunctis, scientiáque comprehensis: non mihi videtur ars oratoris esse vlla. Sunt enim varia, & ad vulgarem, popularémque sensum accōmodata omnia genera huius forensis nostræ dictionis. Sin autem ea, quæ obseruata sunt in vsu, ac ratione dicendi, hæc ab hominibus callidis, ac peritis animaduersa, ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt: (id quod fieri potuisse video) non intelligo, quamobrem non, si minùs illa subtili definitione, at hac vulgari opinione, ars esse videatur. Sed siue est ars, siue artis quædam similitudo, non est quidem ea negligenda: verùm intelligendum est, alia quædam ad eam consequendam eloquentiam esse maiora.

25 ¶ Tum Antonius vehementer se assentiri Crasso dixit, quòd neque ita amplecteretur[e] artem, vt ij solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursùm eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret. Sed existimo, inquit, gratum[f] te his esse, Crasse, facturum, si ista exposueris, quæ putas ad dicendum plus, quàm ipsam artē, posse prodesse. 26 ¶ Dicam equidem, quoniam instituisti, petámque à vobis, inquit, ne has meas ineptias efferatis: quanquam[g] moderabor ipse, ne, vt quidā magister, atque artifex, sed quasi vnus è togatorum numero, atque ex forensi vsu homo mediocris, neque omnino rudis, videar non ipse aliquid à me promsisse, sed fortuitò in sermonem vestrū incidisse. Equidē, cùm peterem magistratus, solebā in prensando dimittere à me Scæuolam[h], cùm ei ita dicerē, me velle esse ineptum. Id erat petere blandiùs: quod [i] ni si ineptè fieret, bene non posset fieri. Hunc autē esse vnum[k] hominē ex omnibus, quo præsente ego ineptus esse minimè vellem: quem quidē nunc mearum ineptiarū testem, & spectatorem fortuna constituit. Nam quid est ineptius, quàm de dicendo dicere, cùm idipsum, dicere, nunquam sit nō ineptum, nisi cùm est necessariū? 27 ¶ Perge verò, Crasse, inquit Mucius. Istam enim culpam, quam vereris, ego præstabo. 28 ¶ Sic igitur censeo, inquit Crassus, naturam[l] primùm atque ingenium ad dicendum vim afferre maximā: neque verò istis, de quibus paulò antè dixit Antonius, scriptoribus artis, rationem dicendi & viam, sed naturam defuisse. Nam & animi, atque ingenij celeres quidam motus esse debent, qui[m] ad excogitandum acuti, & ad explicandum, ornandúmque sint vberes, & ad memoriā firmi, atque diuturni. &[n] si quis est, qui hæc putet arte accipi posse, quod falsum est (præclarè[o] enim se res habeat, si hæc accendi, aut commoueri arte possint: inferi quidem, & donari ab arte non possunt omnia: sunt enim illa dona naturæ) quid de illis dicet, quæ certè cum ipso homine nascuntur? linguæ solutio, vocis sonus, latera, vires, conformatio quædam & figura totius oris, & corporis? Neque[p] hæc ita dico, vt ars aliquid limare, possit: (neque enim ignoro, & quę bona sint, fieri meliora posse doctrina, &, quæ non optima, aliquo modo acui tamen, & corrigi posse) sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motúque corporis vasti, atque agrestes, vt, etiamsi ingeniis, atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Sunt[a] autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo deo fictib esse videantur. Magnum quiddam est onus, atque munus, suscipere, atque profiteri, se esse, omnibus silentibus, vnum maximis de rebus, magno in conuentu hominum, audiendum. *Adest*[c] enim *fere nemo, quin*[d] *acutius, atque acrius vitia in dicente, quàm recta, videat.* ita, quicquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, obruit. Neque hæc in eam sententiam disputo, vt homines adolescentes, si quid naturale fortè non habeant, omnino à dicendi studio deterream. Quis enim non[e] videat, C. fCæcilio æquali meo, magno honori fuisse, homini nouo: illam ipsam, quamcunque assequi potuerit, in dicendo mediocritatem? quis verò strūm æqualem meum, Q. Varium[g], vastum hominem, atque fœdum, non intelligit, illa ipsa facultate, quamcunque habuit[h], magnam esse in ciuitate gratiam consecutum? Sed quia de oratore quærimus, fingendus est nobis oratione nostra, detractis omnibus vitiis, orator, atque omni laude cumulandus, [i] Neque enim, si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turbā, & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc, quod quærimus, omittemus. Itaque in iis artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, quàm diligenter, & quàm propè fastidiosè iudicamus? Nullæ enim lites neque controuersiæ sunt, quæ cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Est igitur oratori diligenter prouidendum, non vti illis satisfaciat, quibus necesse est: sed vt iis admirabilis esse videatur, quibus liberè liceat iudicare. Ac, si quæritis, planè, quid sentiam, enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, & tacendum putaui. Mihi etiam quisque[k] optimè dicunt. quique id facillimè, atque ornatissimè facere possunt, tamen, nisi timidè ad dicendum accedunt, & in exordienda oratione perturbantur, pænè impudentes videntur, tametsi id accidere non potest. Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variósque euentus orationis, exspectationémque [l] hominum pertimescit. Qui verò nihil potest[m] dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere, atque edere, is mihi, etiam si commouetur in dicendo, tamen imprudens videtur. *non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. Quem verò non pudet* (id quod in plerisque video) *hunc ego nunc reprehensione solùm, sed etiam pœna dignum puto.* Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in meipso sæpissime experior, vt[n] exalbescam in principiis dicendi, & tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Ado lescentulus verò sic[o] in initio accusationis exanimatus sum, vt hoc summum beneficium

a L. Scæuola, b Eloquentiæ ars aut nulla aut perpetuis. * c L. sed omp. XCIIII. nē contentio nem int. d L. esse positam.

e L. artē amplecteretur,

f L. gratum te his Crasse, facturum,

g L. quanquam moderabor ipse mihi nunc, vt q.

h L. Scęuola, i Multa sunt, quæ nisi ineptè fiant bene non possunt fieri. * le al vnum ex omnib. l L. hominē vnum ex omnib.

l Natura atq. ingenium ad dicendum vim maximā adferunt. *

m L. qui & ad eloq.

n L. sed, si quis est,

o ἀγαπητὸν p. k. γὰρ ἂν ἐπ.

p al. Neq. vero ita d.

A

B

C

D

E

F

G

H

a L. Sunt autem, quidam ita in iisdem reb. habilibus, ita naturæ muneribus ornati, vt n.

b al. facti.

c al. Est enim. *

d al. qui non acut.

e L. nō videt, fC. Cœlij, meminit in Bruto. *

g Q. Varij meminit non vno loco in Bruto. *

h L. habet,

i L. cumulatus.

l z L. qui optimè dicunt,

P. XCV. l L. hominū q. exspectationem m al. potest, dignum nomine: vt distinguantur hæc duo, dignum re. *

n al. vt expalleſcam

o L. sic initio cc.

cium Q. Maximo debuerim, quòd continuò consilium dimiserit, simul ac me fractum, ac debilitatum metu viderit. 29¶ Hîc[2] omnes assensi, significare inter sese, & colloqui cœperunt, fuit enim mirificus quidam in Crasso, pudor, qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. 30¶ Tum Antonius, Sæpe, vt dicis, inquit, animaduerti, Crasse. & te, & cætero, summos oratores, quanquam tibi par, mea sententia, nemo vnquam fuit, in dicendi exordio permoueri. Cuius quidem rei cùm causam quærerem, quidnam esset, cur vt in quoque oratore plurimùm esset ita maximè is pertimesceret, has causas inueniebam duas: Vnam, quòd intelligerent ij, quos vsus, ac natura docuisset, nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententia euentum dicendi procedere. ita non iniuria, quotiescum que dicerent, id, quod aliquando posset accidere, ne[b] tum accideret, timere. Altera est hæc, de qua queri sæpe soleo[c]: cæterarum[d] hominum artium spectati, & probati, siquando aliquid minus bene fecerint, quàm solent, aut noluisse, aut valetudine impediti non potuisse consequi, id quod scirent, putantur. Noluit, inquiunt, hodie agere Roscius, aut crudelior fuit. Oratoris peccatum, siquod est animaduersum, stultitiæ peccatum videtur. stultitia autem excusationem non habet: quia nemo videtur, aut quia crudus fuerit, aut quòd ita maluerit, stultus fuisse quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus. quoties enim dicimus, toties de nobis iudicatur. & qui semel in gestu peccauit, non continuò existimatur nescire gestum. cuius autem in dicendo aliquid reprehensum est: aut æterna in eo, aut certè diuturna valet opinio tarditatis. Illud verò, quod à te dictum est, esse permulta, quæ orator, nisi à natura haberet, non multùm à magistro adiuuaretur: valde tibi assentior, inque eo vel maxime probaui summum illum doctorem Alabandensem[e] Apollonium, qui cùm mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud sese perdere, dimittebátque: & ad quancunque artem putabat esse aptum, ad eam impellere, atque hortari solebat. Satis est enim cæteris artificiis perciendis, tantummodò similem esse hominis, & id, quod tradatur, vel etiam inculcetur, si quis fortè sit tardior, posse percipere animo, & memoria custodire. non quæritur mobilitas linguæ, non celeritas verborũ, non denique ea, quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. *In oratore autem acumen dialecticorum, sententiæ philosophorum, verba poetarum, memoria iurisconsultorum, vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum est requirendus.* Quamobrem nihil in hominũ genere ratius perfecto oratore inueniri potest: quæ enim singularum rerum artifices singula si mediocriter adepti sunt, probantur, ea, nisi omnia summa sunt in oratore, probari non possunt. 31¶ Tum Crassus, Atqui vide, inquit, in artificio perquàm tenui, & leui, quantò plus adhibeatur diligentiæ, quàm in hac re, quàm cõ stat esse maximam. Sæpe enim soleo audire Roscium, cùm ita dicat: se adhuc reperire discipulum, quẽ quidem probare, potuisse neminem: non[h] quò non essent quidam probabiles, sed quia si quid aliud modò esset vitij,

[2] L. Hîc oẽs assoo assẽsi, significare, & colloqui inter sese cœp.

[b] al. ne tum illud ipsum acc.

[c] al. soleo, quod cæter. hom.

[d] al. quod cæterarum.

[e] Apollonius Alabandensis.

P. E. [f] L. & ad quẽ quenque artem p. g L. posse animo percipere & m.e.

[h] al. nõ quòd

A id ferre ipse non posset. Nihil est enim tam insigne, nec tã ad diuturnitatẽ memoriæ stabile, quàm id, quo aliquid ostenderis. Itaq. vt ad hanc similitudinẽ huius histrionis, oratoriã laudẽ dirigamus, videtisne, quàm nihil ab eo, nisi perfectè[n], nihil nisi cũ summa venusta te fiat? nihil nisi ita, vt deceat, & vt[o] omneis[b] moueat, atq. delectet? Itaq. hoc iã diu est cõsecutus, vt, in quo quisq. artificio excelleret, is[c] in suo genere Roscius diceretur. Hãc ego absolutionẽ, perfectionémque in oratore desiderans, à qua ipse longè absum, facio impudenter. mihi enim volo ignosci, cæteris ipse non ignosco. Nam qui non potest, qui vitiosè facit, quẽ deniq. non decet, hũc (vt Apollonius iubebat) ad id, quod facere possit, detrudendũ puto. 32¶ Nũ tu igitur, inquit Sulpicius me, aut hunc Cottam, ius ciuile, aut rem militarẽ iubes discere? nã quis ad ista summa, atq; in omni genere perfecta potest peruenire?

B 33¶ Tum ille, Ego verò, inquit, quòd in vobis egregiam quandam, ac præclarã indolem ad dicendum esse cognoui, idcirco hæc exposui omnia: nec magis ad eos deterrendos, qui non possent, quàm ad vos, qui possetis, exacuendos accommodaui orationem meam: & quanquã in vtroque vestrũm summum esse ingenium, studiúmque perspexi, tamen hæc, quæ sunt in specie posita, de quib. plura fortasse dixi, quàm solent Græci dicere, in te, Sulpici, diuina sunt. Ego enim neminẽ, nec motu corporis, neque ipso habitu[p], atque forma aptiorem, nec voce pleniorẽ, aut suauiorem mihi videor audisse, quæ, quibus à natura minora data sunt, tamen illud assequi possunt, vt iis, quæ habeant, modicè & scienter vtantur, & vt ne dedeceat. Id enim est maximè vitandum, & de hoc vno minimè est facile præcipere, nõ mihi modò, qui sicut vnus paterfamiliãs, his de rebus loquor, sed etiam ipsi illi Roscio: quem sæpe audio dicere, [q] ARTEM esse artiũ, decere: quod tamen vnũ id esse, quod tradi arte non possit. Sed, si placet, seruemonem alió transferamus, & nostro more aliquando, non rhetorico, loquamur. 34¶ Mihi mè verò, inquit Cotta. nunc enim te iam exoremus necesse est, quoniã retines nos in hoc studio, nec ad alia dimittis artẽ, vt nobis explices, quidquid est, istud, quod tu in dicendo potes. neque enim sumus nimis auidi: ista tua mediocri eloquentia contenti sumus, idque ex te quærimus (vt ne plus nos assequamur, quàm quãtulum tu in dicendo assecutus es) quoniam, quæ à natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis, quid præterea esse assumendum putes? 35¶ Tum Crassus arridens, Quid censes, inquit Cotta, nisi studium, & ardorem quendã amoris? fine quo cùm in vita nihil quidquã egregium, tum certè hoc, quod tu expetis, nemo vnquam assequetur. Neque verò vos ad eam rem video esse cohortãdos: quos, cùm mihi quoque fitis molesti, nimis etiam flagrare intelligo cupiditate. Sed profectò studia nihil prosunt peruenienti aliquò, nisi illud, quod eò, quò intendas, ferat, deducátque, cognoris. Quare, quoniam mihi leuius quoddam onus imponitis, neque ex me de oratoris arte, sed de hac mea quantulacunque est, facultate quæritis exponam vobis, non [g] quandam aut perreconditam, aut valde difficilem, aut magnificam, aut grauem rationem consuetudinis meæ,

[n] a al. perfectũ

[o] b. e. omnia

[c] L. is in eo genere R. d Roscius in suo genere.

[p] P. X C V S

[q] ὀχήματι

[f] Decere quod πρέπον Græcis. Cicero in Oratore.

[g] L. quandam non per reconditam, aut valde dif.

qua

qua quondam ſolitus ſum vti, cùm mihi in iſto ſtudio verſari adoleſcenti licebat. 36 ¶ Tũ Sulpicius, O diem, Cotta, nobis, inquit, optatum! quod enim neque precibus vnquam, nec[a] inſidiando, nec ſpeculando aſſequi potui, vt, quid Craſſus ageret, meditandi, aut dicendi cauſa, nõ modò videre mihi, ſed ex eius ſcriptore, & lectore Diphilo ſuſpicari liceret, id ſpero nos eſſe adeptos, omniáq. iam ex ipſo, quæ diu cupimus, cognituros. 37 ¶ Tũ Craſſus, Atqui[b] arbitror, Sulpici, cùm audieris, non tam te hæc admiraturum, quæ dixero, quàm exiſtimaturum, tum, cùm ea audire cupiebas, cauſam, cur cuperes, non fuiſſe. Nihil enim dicam reconditum, nihil exſpectatione veſtra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquã nouum. Nã principiò illud, quod eſt homine ingenuo, liberalitérque educato dignum, non negabo me iſta omnium[c] communia, & cõtrita præcepta didiciſſe: Primùm oratoris officium [d] eſſe, dicere ad perſuadendum accommodatè: deinde eſſe omnem orationé aut[e] de infinitæ rei quæſtione, ſine deſignatione perſonarum, & temporum, aut de re certis in perſonis, ac temporibus locata. In vtraque autem re, quidquid in controuerſiã veniat, in eo quæri ſolere, aut factúmne ſit, aut, ſi eſt factum, quale ſit, aut etiam quo nomine vocetur, aut, quod nonnulli addunt, recténe factum eſſe videatur. Exſiſtere[f] autem controuerſias etiam ex ſcripti interpretatione, in quo aut ambiguè quid ſit ſcriptum, aut contrariè, aut ita, vt à ſententia ſcriptum diſſideat[g]: his autem omnibus partibus ſubiecta quædam eſſe argumenta propria. Sed cauſarum, quę ſint à communi quęſtione ſeiunctę, partim in iudiciis[h] verſari, partim in deliberationibus: eſſe etiam genus tertiũ, quod in laudandis, aut vituperandis hominibus poneretur: certóſque eſſe locos, quibus in iudiciis vteremur, in quibus æquitas quæritur: aliosiin deliberationibus, qui omnes ad vtilitatẽ diti gerentur eorũ, quibus conſilium daremus: alios item in laudationibus, in quibus ad perſonarum dignitatem omnia referrẽtur. Cúmque eſſet omnis oratoris vis [l], ac facultas in quinque parteis diſtributa, vt deberet reperire primùm, quid diceret, deinde inuenta non ſolùm ordine, ſed etiam momento quodam, atque iudicio diſpenſare, atque diſponere: tũ ea denique veſtire, atque ornare oratione: pòſt memoria ſæpire: ad extremum agere cũ dignitate, & venuſtate: etiam illa cognoram, & acceperam, antè quàm de re diceremus, initiò[m] conciliandos eorum eſſe animos, qui audirent: deinde rem demõſtrandam: poſtea controuerſiam conſtituẽdam[n], tum id, quod nos intenderemus, confirmandum: pòſt, quæ contrà dicerentur, refelléda: extrema autem oratione, ea, quæ pro nobis eſſent, amplificanda, & augẽda, quæque eſſent pro aduerſariis, infirmanda, atque frangenda. Audierã etiam, quæ de orationis ipſius ornamentis[o] traderentur, in qua præcipitur primùm, vt purè & Latinè loquamur: deinde vt planè & dilucidè tum vt ornatè: poſt ad rerum dignitatem aptè & quaſi decorè: ſingularúmque rerum præcepta cognoram. Quinetiam, quæ maximè propria eſſent naturæ, tamen his ipſis artem adhiberi videram. nam de actione, & de memoria quædam breuia, ſed magna cum exercitatione præcepta guſtaram. In his enim ferè rebus omnis iſtorum artificum[a] doctrina verſatur, quam ego ſi nihil dicam adiuuare, mentiar. habet enim quædam quaſi ad commonendum oratorem, quò quidque referat, & quò intuens, ab eo, quodcumque ſibi propoſuerit, minùs aberret. Verùm ego hanc vim intelligo eſſe in præceptis omnibus, non vt ea ſecuti oratores, eloquentiæ laudem ſint adepti, ſed, quæ ſua ſponte homines eloquentes facerent, ea quoſdam obſeruaſſe, atque[b] id egiſſe. ſic eſſe non eloquentiam ex artificio, ſed artificium ex eloquẽtia natum: quod tamen, vt antè dixi, nõ[c] eiicio. Eſt enim etiam ſi minùs neceſſarium ad bene dicendum, tamen ad cognoſcẽdum non illiberale. Ea[d] exercitatio[e] quædam ſuſcipienda vobis eſt: quanquam vos quidem iampridem eſtis in curſu: ſed iis, qui [f] ingrediuntur ad ſtudium, quíque ea, quæ agenda ſunt in foro, tanquam in acie, poſſunt etiam nunc exercitatione quaſi ludicra prędiſcere, ac meditari. 38 ¶ Hanc ipſam, inquit Sulpicius, noſſe volumus: attamen iſta, quæ abs te breuiter de arte decurſa [g] ſunt, audire cupimus, quanquam ſunt nobis quoque non inaudita. Verùm illa mox: nunc de ipſa exercitatione quid ſentias, quærimus. 39 ¶ Equidem probo iſta, Craſſus inquit, quæ vos facere ſoletis, vt [h], cauſa aliqua poſita conſimili cauſarum earum, quæ in forum deferuntur, dicatis quàm maximè ad veritatem accommodatè: ſed plerique in hoc vocem modò, neque eam ſcienter, & vireis exercent ſuas, & linguæ celeritatem incitãt, verbórúmque frequentia delectãtur. in quo fallit eos, quod audierunt, dicendo, homines, vt dicant, efficere ſolere. Verè enim etiam illud dicitur, *Peruerſè dicere, homines, Peruerſè dicẽdo, facillimè cõſequi.* Quamobrẽ in iſtis ipſis exercitationibus, etſi vtile eſt, etiã ſubitò ſæpe dicere, tamẽ illud vtilius, ſumto ſpatio ad cogitãdũ, paratiùs, atq. accuratiùs dicere. Caput autem eſt, quod (vt verè dicã) minimè facimus (eſt enim magni laboris, quẽ pleriq. fugimus) quàm plurimùm ſcribere. *Stilus optimus, & præſtantiſſimus dicendi effector, ac magiſter:* neq. iniuria. Nã ſi ſubitã, & fortuitam orationem commentatio, & cogitatio facilè vincit: hanc ipſam profectò aſſidua, ac diligens ſcriptura ſuperabit. omnes enim ſiue artis ſunt loci, ſiue ingenij cuiuſdam, atque prudentiæ, qui modò inſunt in ea re, de qua ſcribimus, anquirentibus nobis, omníque acie ingenij contemplantibus, oſtendunt ſe, & occurrunt: omnéſque ſententiç, verbáque omnia, quæ ſunt cuiuſque generis, maximè illuſtria, ſub acumen ſtili ſubeant, & ſuccedãt neceſſe eſt: tum ipſa collocatio, conformatióq. verborum perficitur in ſcribẽdo, non poetico, ſed quodam oratorio numero, & modo. Hæc ſunt, quæ clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiunt, neq. ea quiſquã, niſi [i] diu, multúmq. ſcriptitarit, etiam ſi vehementiſſimè ſe in his ſubitis dictionibus exercuerit, cõſequetur: & qui à ſcribendi conſuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, vt, etiam ſubitò ſi dicat, tamen illa, quæ dicantur, ſimilia ſcriptorum eſſe videantur: atque etiam, ſiquando in dicendo ſcriptum attulerit aliquid, cùm ab eo diſceſſerit, reliqua ſimilis

[a] al. neque in fidiãdo, neq. ſp.

[b] L. Atquin arb.

[c] Græcorum ſcilicet, quod P. 3. illi obiicit Antonius *lib.* 2. num. 22.*

[d] officium oratoris.*

[e] materia oratoris infinita & finita quæſtio: eáque factí, qualitatis, nominis, ſcripti.*

[f] L. Exſiſtere etiam controuerſias ex ſcripti.

[g] al. diſſentiat.*

[h] Genera cauſarum varia. iudiciale, deliberatiuũ, demonſtratiuum, & quibus locis ſingula tractentur.*

[i] L. alios, qui bus in deliberationib.

[l] L. alios itẽ, quibus in laudationib.

[l] Oratoriæ facultatis quinque partes, Inuentio, Diſpoſitio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio ſeu actio.*

[m] Orationis partes Exordium, Narratio, Partitio, Confirmatio, Refutatio, Concluſio.*

[n] Conſtitutio igitur cauſæ idẽ eſt quod partitio.*

[o] De figuris verborum & ſententiarũ.*

[a] Artis oratoriæ ſumma.*

P. XCVII.

[b] L. atq. in arte redegiſſe.

[c] L. non reiicio.

[d] L. Præterea exercitatio quædam.

[e] al. exercitatio ſuſcipienda.*

[f] L. qui ingrediuntur ad ſtudium.

[g] infrà dixit percurſa. *numero 49.*

[h] De exercitatione, oratoria.*

[i] L. niſi qui diu, tm.

P. 2.

oratio consequetur. VT concitato nauigio, cùm [a] remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum, & cursum suum, intermisso impetu, pulsúque remorum: sic in oratione perpetua, cùm scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine, & vi cõcitata. In quotidianis autem [b] cogitationibus equidem mihi adolescẽtulus proponere solebam *illam exercitationem* maximè, qua C. Carbonem, nostrũ illum inimicum solitum esse vti sciebam, vt aut versibus propositis quàm maximè grauibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finẽ, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quammaximè possem lectis pronuntiarem. sed pòst animaduerti, hoc esse in hoc vitij, quòd ea verba, quæ [c] maximè cuiusque rei propria, quæque essent ornatissima, atque optima, occupasset, aut Ennius, si ad eius versus me exercerem, aut Gracchus, i eius orationem mihi fortè proposuissem. ita, si iisdẽ verbis vterer, nihil prodesse: si [d] aliis, etiã obesse, cùm minus idoneis vti consuescerem. Postea mihi placuit, eósque sum vsus adolescens, *vt summorum oratorum Græcas orationes explicarem:* quibus lectis hoc assequebar, vt, cùm ea, quæ legerem Græcè, Latinè redderẽ, non solùm optimis verbis vterer, & tamen vsitatis, sed etiam exprimerem quædam verba imitãdo, quæ noua nostris essent, dummodo essent idonea. Iam *vocis*, & *spiritus*, & totius *corporis*, & ipsius *linguæ motus*, & *exercitationes*, non tam artis indigent, quàm laboris: quibus in rebus habenda est ratio diligenter, quos imitemur, quorum similes velimus esse. Intuendi nobis sunt non solùm oratores, sed etiam actores, ne mala cõsuetudine ad aliquã deformitatem, prauitatémque veniamus. *Exercenda* est etiam *memoria*, ediscendis ad verbum quàm plurimis & nostris scriptis, & alienis. Atq. in ea exercitatione non sanè mihi displicet adhibere, si [e] cõsuẽris, etiam istam locorum, simulacrorúmque rationem, quæ in arte traditur. *Educẽda* deinde *dictio* est ex hac domestica exercitatione, & vmbratili, mediũ in agmen, in puluerem, in clamorem: in castra, atque [f] aciem forensem, subeundus vsus omnium, & periclitandæ vires ingenij: & illa commentatio inclusa, in veritatis lucẽ proferenda est. *Legendi* etiam *poetæ*, cognoscenda historia, omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi, & peruolutandi, & exercitationis causa laudãdi, interpretãdi, corrigendi, vituperandi, refellendi: disputandúmque de omni re in contrarias partes, &, quidquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eliciendum atque dicendum. *Perdiscendum ius ciuile*, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo, disciplina reip. iura sociorum, fœdera, pactiones, causa imperij cognoscenda est: *libandus* [h] est etiam *ex omni genere vrbanitatis facetiarum quidam lepos:* quo, tanquam sale, perspergatur omnis oratio. Effudi vobis omnia, quæ sentiebam, quæ i fortasse, si quemcunque patrem familiãs artipuissetis ex aliquo circulo, eadem k vobis percontantibus respondisset. 40 ¶ Hæc cùm Crassus dixisset, silentium est consecutum. Sed, quamquam satis iis, qui aderant, ad id, quod erat propositum, dictum videbatur, tamen sentiebãt celeriùs esse multò, quàm ipsi vellent, ab eo peroratum. 41 ¶ Tum Scæuula, Quid est, Cotta? inquit, quid tacetis? nihilne vobis in mentem venit, quod præterea à Crasso requiratis? 42 ¶ Immò id mehercule, inquit, ipsum attendo. tantus enim cursus verborum fuit, & sic euoluit oratio, vt eius vim, atque incitationem adspexerim: vestigia ingressúmque vix viderim, &, tãquam in aliquam locupletem, ac refertam domum venerim, non explicata veste, neque proposito argento, neque tabulis, & signis propalàm collocatis, sed his omnibus multis, magnificisq. rebus constructis [b], ac reconditis: sic modò in oratione Crassi diuitias, atque ornamenta eius ingenij per quædam inuolucra, atque integumenta perspexi: sed ea cùm cõtemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit. ita neque hoc possum dicere, me omnino ignorare, quid possideat, neq. planè nosse, ac vidisse.

43 ¶ Quin tu igitur facis idem, inquit Scæuula, quod faceres, si in aliquam domum plenam [c] ornamentorum illam venisses? si ea sepositа, vt dicis, essent, túqued valde spectandi cupidus esses: non dubitares rogare dominum, vt proferri iuberet, præsertim si esses familiaris: similiter [e] nunc petes à Crasso, vt [f] eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam [g] vno in loco, quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat, &[k] suo quidque loco collocet.

44 ¶ Ego verò, inquit Cotta, à te peto, Scæuula (me enim, & hunc Sulpicium, impedit pudor ab homine omnium grauissimo, qui genus huiusmodi disputationis semper contemserit, hæc, quæ isti forsitan puerorum elementa videantur, exquirere) sed tu hoc nobis da, Scæuula, [m] & perfice, vt Crassus hęc, quę coarctauit [n], & perangustè referšit in oratione sua, dilatet nobis, atque explicet. 45 ¶ Ego mehercule, inquit Mucius, antea vestra magis hoc causa volebam, quàm mea. Neque enim tantopere hanc à Crasso disputationẽ desiderabã, quãtopere eius in causis oratione delector: nũc verò, Crasse, mea quoq. etiã causa rogo, vt, quoniã [o] tantũ habemus otij, quantũ iãdiu nobis nõ cõtigit, ne grauere exædificare id opus, quod instituisti. Formã enim totius negotij opinione maiorẽ, meliorémq. video: quam vehementer probo. 46 ¶ Enimverò, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiã te hæc, Scæuola [p], desiderare, quæ neque ego teneo, vti [q] ij, qui docent, neq. sunt eius generis, vt, si optimè tenerẽ, digna essent ista [r] sapientia, ac tuis auribus. 47 ¶ An tu, inquit ille, si de istis communibus, & peruagatis vix huic ætati audiendũ putas, etiámne illa negligere possumus, quæ tu oratori cognoscẽda esse dixisti, de naturis hominũ, de moribus, de ratione iis, quibus hominũ mentes & incitarẽtur & reprimerẽtur, de historia, de antiquitate, de administratione reip. deniq. de nostro ipso iure ciuili? hãc enim ego omnẽ scientiam, & copiam rerũ in tua prudẽtia sciebam inesse: in oratoris verò instrumento tam lautam supellectilem numquã videram. 48 ¶ Potes igitur, inquit Crassus, (vt [t] alia omittã, quæ innumerabilia, & immensa, & vt ad ipsum tuũ ius ciuile veniam) oratores putare eos, quos multas horas exspectauit, cùm in campũ properaret & ridens, & stomachans Scæuula, cùm Hypseus maxima voce, plurimis verbis

a L. cùm remiges sustinuerunt, retinet, &c.

b al. In quotidianis autẽ concertationib. eq. m. al. In quotidianis autem exercitationib. equidem &c.

c L. quæ maximè essent cuiusq. rei propr. quæq. orn.

d L. sin aliis, etiam

e al. si consueueris.

f L. atque in aciem for.

g al. eligendum atque discẽdum. al. eliciendum. P. XCVIII. Perdiscendũ, &c.*

h al. liberandus. al. librãdus.*

i L. quæ fortasse, quemcumq. patrẽf.

k al. eadem vobis percontantibus.

a al. requiratis? Id mah.

b L. constructis,

c L. plenã ornamẽtorum, vel in villam venisses?

d L. tu, qui valde spectãdi cupidus es fes, non d.

e L. similiter qui nunc petis à Crasso,

f L. vt illam

g al. constrictã, vt suprà.*

h L. quã constrictã vno in

i al. quasi nauem prætereuntem strictim adspeximus. malè. Nonius c. 1. ita hunc locum legit vti hîc impressus. Transennam autem fenestram interpretatur.*

k L. ac suo quidque loco collocet?

l L. nobis hoc da, ‖ al. hanc nobis veniã da. Scæuula.*

m vul. Scæ-

P. R.

uola

n v. c. coartauit.

o L. quando tantum h.

p L. Scæuula,

q al. vt ij, qui

r L. ista sapiẽtia tua, ac tuis.

s L. Ais? to-

quit ille, si de &c.

t L. (vt alia omittã, quæ sunt immensa, & vt adipsi. al. (vt alia omittam, quæ sunt innumerabilia, & immensa, & vt &c. al. (vt alia omittam, quæ sunt innumerabilia & immensa, &c.

à M.Crasso prætor.contenderet, vt [a] ei, quem defendebat, causa cadere liceret: Cn.autem Octauius,homo consularis non minus longa oratione recusaret,ne aduersarius causa caderet,ac ne is,pro quo ipse diceret,turpi[b] tutelæ iudicio atque omni molestia; stultitia aduersarij,liberaretur? 49 ¶ Ego verò istos,inquit, (memini enim mihi narrare Mucium) non modò oratoris nomine,sed ne foro quidem dignos[c] putarem. 50 ¶ Atqui non defuit illis patronis,inquit Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio,aut copia,sed iuris ciuilis prudentia:quòd alter plus,lege agêdo,petebat, quàm quantum lex [d] in XII. tabulis permiserat: quod cùm impetrasset, causa caderet:alter iniquum putabat plus secum agi, quàm quod esset in actione:neque intelligebat,si ita esset actum,litem aduersarium perditurum. Quid? his paucis diebus,nónne,nobis in tribunali Qu.Pompeij, prætor.vrbani,familiaris nostri,sedentibus,homo ex numero disertorum postulabat,vt[e] illi, *vnde[f] peteretur*, vetus atque vsitata exceptio daretur, CVIVS PECVNIAE DIES FVISSET? quod petitoris causa comparatum esse non intelligebat: vt,si ille inficiator probasset iudici,ante petitam esse pecuniam,quàm esset cœpta deberi, petitor rursus cùm peteret,ne exceptione excluderetur, *quòd ea res in iudicium antea[g] non venisset*. Quid ergo hoc fieri turpius,aut dici potest,quàm eum, qui hanc personam suscepit,vt amicorum controuersias, causásque tueatur,laborátibus succurrat, ægris medeatur,afflictos excitet: hunc in minimis,tenuissimísque rebus ita labi,vt aliis miserandus,aliis irridendus esse videatur? Equidé propinquum nostrum P.[h] Crassum illum diuité,& multis aliis in rebus elegantem hominem& ornatum,& præcipuè in hoc ferendũ & laudãdum puto,quòd,cùm P.Scæuulæ frater esset, solitus est ei persæpe dicere,neque illum in iure ciuili satis illi arti facere posse,nisi dicendi copiam assumsisset:(quod quidem hic, qui mecum Co s.fuit,) neque se antè causas amicorũ tractare, atq.agere cœpisse,quàm ius ciuile didicisset. Quid verò ille M.Cato? nónne & eloquentia tanta fuit,quantam illa tempora,atque illa ætas in hac ciuitate ferre maximam potuit, & iuris ciuilis omnium peritissimus? Verecundiùs hac de re iamdudũ loquor, quòd adest vir in dicendo summus, qué ego vnum oratorem maximè admiror:sed tamen idẽ i hoc semper ius ciuile cõtemsit. Verùm quoniam sententiæ,atque opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo, & quoad potero, vobis exponam, quid de quaque re sentiam. Antonij incredibilis quẽdam & propè singularis,& diuina vis ingenij, videtur, etiam [k] si hac scientia iuris nudata fit,posse facilè ceteris armis prudentiæ causas tueri, atque l defendere. quamobrem hic nobis sit exceptus: ceteros verò non dubitabo primùm inertiæ condemnare sententia mea, pòst etiam impudentiæ. Nam volitare in foro, hærere in iure,ac prætr.tribunalibus,iudicia priuata magnarum rerum obire,in quibus sæpe non de facto,sed de æquitate ac iure certetur:iactare se in causis centũuiralibus,in[a] quibus vsucapionũb,tutelarum,gentilitatum[c],agnationũ, alluuionum,circumluuionum,nexorum,mãcipiorum, parietum, luminum, stillicidiorũ, testamentorum ruptorum,aut ratorum,ceterarúmque rerũ innumerabilium iura versẽtur,cùm omnino,quid suum,quid[d] alienum: quare denique ciuis,an[e] peregrinus[f]:seruus, an liber quispiam sit,ignoret,insignis est impudentiæ. Illa verò deridẽda arrogantia est, in minoribus nauigiis rudẽ esse se confiteri, quinqueremeis autem, aut [g] etiam maiores gubernare didicisse.Tu mihi cùm in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula &, cùm obsignes tabellas clientis tui,quibus in tabellis id sit scriptũ,quo ille capiatur:ego tibi vllam causam maiorẽ committendã putem?citiùs hercule is,qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit,in Euxino põto Argonautarũ nauem gubernarit. Quid si ne paruæ quidem causæ sunt, sed sæpè maximæ, in quibus certatur de iure ciuili? quod tandem os est illius patroni,qui ad eas causas sine vlla scientia iuris audet accedere? Quæ potuit igitur esse causa maior, quàm illius militis? de cuius morte, cùm domum falsus ab exercitu nuntius venisset,& pater eius,re credita,hæreditate,gente ad se rediisse diceret, nónne in ea causa fuit oratoribus de toto stirpis, ac gentilitatis iure dicendum? Quid quod item in centumuirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romã in[m] exsilium venisset, cui Romæ exsulare ius esset, si se ad aliquem [n] quasi patronum applicuisset[o], intestatóq.esset mortuus,nónne in ea causa ius?applicationis, obscurum sanè, & ignotum, patefactum est in iudicio, atque illustratum à patrono? Quid? nuper,cùm ego C.[p] Sergij Auratæ contra hunc nostrum Antonium iudicio priuato causam defenderem,nónne omnis nostra in iure versata defensio est? Cùm enim Marius [r] Cratidianus ædeis Auratæ [s] vendidisset: neque seruire quandam earum ædium partem in[t] mãcipij lege dixisset: defẽdebamus,quidquid fuisset imcommodi in[u] mancipio,id si[x] venditor scisset, neque declarasset, præstare debere. Quo quidẽ in genere familiaris noster M.Bucculeius,[y] homo neque meo iudicio stultus,& suo valde sapiens,& à iuris studio non abhorrens,simili[z] in re quodam modo nuper errauit. Nam cùm ædeis L.[aa] Fusio vẽderet:in[bb] mancipio[cc] lumina,[dd] vti tũ essent,ita recepit.Fusius[ee] autem,[ff] simulatque

a Imperitiam duorum patronorum ridet hoc loco Scæuula, Hyspæus pro pupillo, cuius nomine agebat, actione de rationibus distrahendis (q æ lege xii. Tabularum in duplum concepta erat.l. tres tutores 55.ff.de admin ist.tutorũ) à prætore postulabat, vt sibi liceret triplum vel quadruplum petere à tutoribus pupilli, hoc est, plus quàm quantum lex in xii. Tabulis permiserat petere, hoc est, vt verbo dicãlitẽ perderet.(Apud veteres enim qui plus petiissent, causa cadebant. v.§ si quis ageus. Inst.de Actionibus. & Codic. de plus petitionib.l.1. ff.de interrogat.in iure, vbi dixi)Cũ litem ita perdere vellet Hypæus, Octauius, pro tutore contendebat,nõ nisi in duplum, actionem dari oportere, P. XCIX. neque intelligebat, si in triplum actionem ab Hypæo impetrari posset, hoc solo, se tutelæ actione liberatum iri.*

b tutelæ dãari more ciuitatis probri & infamiæ l.1. ff.de his qui not. inf.l.42. ff.de verborum signif.*

c L.dignos putarim.

d *fort.* lex xii. tabularum p. e similis est hæc duorum patronorum imperitia superiori. Petitor ante diem, puram actionem sibi dari postulabat, id est plus petere purè sine vlla exceptione volebat: atque ita, litem perdere ac causa cadere, ob eam, de qua superius diximus, rationem, qua qui plus petebant, causa cadebant. Defensor, iuris ignarus, stultè contendebat, sine vlla exceptione, Cuius pecuniæ dies fuisset, ante diem quidquam peti non posse: neque intelligebat, si purè aduersarium ante diem agere posset, aduersarium litem amissurum: contrà, si sub illa exceptione egisset, non amissurum.* f Vnde petitur id est verus debitor. *adde 7 familiar.11.** g L.antea venisset. h L.P.Crassum illum Diuité, cùm multis aliis in r.el.ho.& ornatum præc.in hoc offerendum,& l. 1 Eadem semper hos ius. k L.etsi hæc sc. l L.hæc defendere.

a Centumuirales causæ quæ fuerint* b L.vsucapionum,

c gẽtiles qui adde *l 33.ff. de verb. sign. Ciceronem in Topicis.**

d L.quid alienum : deniq.ciuis an peregrinus:seruus an liber quispiam sit, *etc. al.* quid alẽnũ quare deniq.ciuis aut peregr. seruus, aut liber quisp.sit, e *al.* aut*

f Peregrinus quid, dixi ad l.1. Cod.de heredib. instit.*

g L. aut etiãmaiores nauicis gub.

h videl.28.ff. de inofficioso testamẽto. l. vlt.ff.de hæredib. instituendis.*

i L. heredem feciſſet,*

k *quidam hæc voce testamẽto exheres filius, expunguntur : agitur enim hic de filio præterito.*

P. R. *to, non de exheredè : alij hanc vocem* Testamento, *expunguunt.**

l L. eiusdem nominis.

m L. in exsilium

n *al.* aliquem patronum.*

o hi erant clientes quos veteres etiam aduersus cognatos defendebant. 5. Gell.13.*

p lus applicationis, id est ius succedendi clienti qui se ad nos applicuerit.*

q *al.* C.Sergij Oratæ.

r *al.* M.Marius.

s *al.* Oratæ t *v.c.* in mancupij.l. u *v.c.* in mãcup.

x vide 3. officiorum.*

y *al.* Bubulcus.*

z L. simili quodam modo n.

aa L.L. Fusio bb *v.c.* in mancupio. cc id est in mancipij lege.*

dd Seruitutes ita recipiebantur, *vide l.cum in lege 33.ff.de 27.§ 3 l.25 l.3.ff. de ſer.vrb.* Varro 4.de ling.* ee L.Fusius. *contr. empt. l. ff.al.vero.**

ædificari cœptum est in quadam parte vrbis, quæ modò ex illis ædibus conspici posset, egit statim cum Bucculeio, quòd, cuicumque particulę cœli officeretur, quamuis esset procul, mutari lumina putabat. Quid verò[a] clarissima M[a]. Curij causa, & M. Coponij nuper apud centumuiros, quo concursu hominum, qua exspectatione defensa est? cùm Q. Scęuola, æqualis, & collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus, & ingenio, prudentiáq. acutissimus, & oratione maximè limatus, atq. subtilis, atque, vt ego solco dicere, iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum iura defenderet, negarétque, nisi posthumus, & natus, & antequàm in suâ tutelam veniret[b], mortuus esset, heredem eũ esse posse, qui esset secúdum postumum & natum, & mortuum heres institutus: ego autem defenderem, hac eum mente fuisse, qui testamentum fecisset, vt, si [c] filius non esset qui in tutelam veniret, M[d]. Curius esset heres. Num destitit vterque nostrûm in ea causa, in auctoritatibus, in exemplis, in testamentorum formulis, hoc est, in medio iure ciuili versari? Omitto iam plura exempla causarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia. capitis nostri sæpe potest accidere vt causæ versentur in iure. Etenim sic C. Mancinum, [e] nobilissimũ atque optimum virum, ac[f] consularem, cùm eum propter inuidiam Numantini fœderis paterpatratus ex S.C. Numantinis dedidisset, eúmque illi non recepissent, posteáque Mancinus domũ reuenisset, neque in senatum introire dubitasset: P. Rutilius, M. filius, tribun. pleb. de senatu iussit educi, quòd eum ciuem negaret esse: quia memoria sic esset proditũ, quem[g] pater suus, aut populus vendidisset, aut paterpatratus[h] dedidisset, ei nullum esse postliminium[i]. Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam, contentionem? maioré, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis cõsularis, præsertim cùm hæc nõ in crimine aliquo, quod ille posset inficiari, sed in ciuili iure consisteret? Similíque in genere, inferiore ordine si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, [k] seséque liberasset, ac posteà domum reuenisset: quæsitum est apud maiores nostros, num is ad suos postliminio rediisset, & amisisset hanc ciuitatem. Quid? de libertate, quod iudicium grauius esse nullum potest: nónne ex iure ciuili potest esse contentio, cùm quæritur, is, qui domini voluntate census sit, [l] sim modò sit conditum lustrum, sitne liber? Quid, quod vsu, memoria patrum, venit, vt paterfamiliãs, qui [n] ex Hispania Romam venisset, cùm vxorem prægnãtem in prouincia reliquisset: Romęque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset, mortuúsque esset intestatò[o], & ex vtraque filius natus esset, mediocrisne res in controuersiam adducta est? cùm quæreretur de duobus ciuiũ capitibus, & de puero, qui ex posteriore natus erat, & de eius matre: quæ, si iudicaretur, certis quibusdam verbis, non nouis nuptiis, fieri cum superiore diuortium[p], in cõcubinæ locum duceretur. Hæc igitur, & horum similia iura suę ciuitatis ignorantem, erectum & celsum, alacri, & promto ore, ac vultu, huc atque illuc intuentem, vagari magna cum caterua toto foro, præsidium clientibus, atque opem amicis, & propè cunctis ciuibus lucem ingenij, & consilij sui porrigentem, atque tendentem, nónne in primis flagitiosum putandũ est? Et, quoniam de impudentia[a] dixi, castigemus etiamb segnitiem hominum, atque inertiam. Nam si esset ista cognitio iuris, magna, ac difficilis, tamé vtilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laboré impellere. Sed, ô dij immortales, non diceremb hoc, audiente Scæuula, [c] nisi ipse dicere soleret, nullius d sibi artis faciliorem cognitionem videri. Quod quidem certis de causis à pleriſq. aliter existimatur: primùm[e] quia veteres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinendæ, atque augendæ potentiæ suæ causa, peruulgari artem suam noluerũt: deinde, posteaquàm est editum, expositis à [f] Cn. Flauio primum actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta generatim componerent. nihil est enim, quod ad artem redigi possit, nisi ille priùs, qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habeat illam scientiã, vt ex iis rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere possit. Hoc video, dum breuiter voluerim dicere, dictum à me esse paullo obscuriùs: sed experiar, & dicam, si potero, planiùs. Omnia ferè, quæ sunt conclusa nũc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt, vt in musicis, numeri, & voces, & modi: In geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: In astrologia, cœli conuersio, ortus, obitus, motúsque siderum: In grammaticis, poetarũ pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus: In hac denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quondã omnibus, & diffusa latè videbantur. Adhibita est igitur ars quędã extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt, quæ rem dissolutam, diuulsámque conglutinaret, & ratione quadã cõstringeret. Sit ergo in iure ciuili[g] finis hic, legitimę, atque vsitatæ, in rebus, causisque ciuium, æqualitatis[h] conseruatio. Tum, sunt notanda genera, & ad certum numerum paucitatémque reuocanda. Genus autem est id, quod sui similes communione quadam, specie autem differentes, duas, aut plureis complectitur partes. Sit. Partes autem sunt, quæ[i] generibus iis, ex quibus emanant, subiiciuntur. omniáque, [k] quæ sunt vel genera, vel partium nomina, definitionibus, quam vim habeãt, est exprimendum. Est enim definitio, earum rerum, quæ sunt eius rei propriæ, quã definire volumus, breuis, & circũscripta quędam explicatio. His ce ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. nunc complectar quod proposui, breui[l]. Si enim aut mihi facere licuerit, quod iamdiu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito, occuparit, aut mortuo effecerit, vt primùm [m] omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt: deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat: tum propriam cuiusque vim definitione declaret: perfectam artem iuris ciuilis habebitis, magis magnam, atque vberem, quàm[n] difficilem, & obscuram. Atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sunt, cogantur, vel passim licet carpentem, & colligentem vndique, repleri[o] iusta iuris ciuilis scientia. Nónne videtis, equitem Roma-

a L. M. Curij.

b L. veniſſet,

c L. si ei filius
d L. M. Cur.
e de quo infrà adde Ciceronem in Topicis: pro Cæcina: l. vlt. ff. de legationibus.*

P. C.
f L. & consularem.
g idem pro Cæcina inf.*
h pater, paratus fecialium princeps Seruius 9. Aenetid.*
i Postliminio tamen redeunt qui ita hostibus dediti, si tamen à populo recepti l. 4. ff. de captiuis. adde pro Cæcina in f.*
k adde l. 7. ff. de captiuis.*
l Inde libertas ἐξαιτίμωτος, καὶ πράγματα ἐξαιτίμωτα dicitur Theophilo §. vlt. Inst. quibus ex causis manumit. Harmenopuli t. tit. 18. §. 10. & adde l. 106. & 176. ff. de regulis iuris. Hinc libertatis summum pretium Terentio Andriæ 4. 1. Scena 2. libertate Nihil gratius, l. 39. in f. ff. de fideic. libert.*
m al. si non fit conditum lustr. &c. & ita habent exempla nonnulla vulg. in vide Nouel hã 117. c. 1.*
n al. intestatus.
o deuortã im, à concubinæ loco ducer.

a al. imprudẽtia. & ita apud Nonium c. 2. in segnitas. vbi hic locus citatur.*
b al. segnitiẽ h. al. segnitatem h. ita Nonius, in Segnitas.*
c lib. vnl Scæuola,

P. B.
d L. nullius artis faciliorem sibi.
e Iuris ciuilis cognitio difficilis & cur.*
f v. l. 2. ff. de origine iuris.*

g Iuris ciuilis finis, æquitas.
h L. æquabilitatis.
i v.c. partis
k L. Omnia, quæ sunt vel &.
l βραχέως λόγῳ.
m Ius ciuile in artem redigi posse.*
n L. quàm difficilẽ, atque obscuram.
o al. reperi ista iuris ciuilis scientia, fal. replere istam iuris ciuilis scientiam.*

P. C I.

num,hominem acutissimo omnium ingenio, sed minimè ceteris artib.eruditum, C.Aculeonem,qui mecum viuit,sempérque vixit,ita tenere ius ciuile, vti[a],cùm ab hoc discesseritis,nemo de iis,qui peritissimi sunt,anteponatur? Omnia enim sunt posita ante oculos collocata in vsu quotidiano,in congressione hominum,atque in foro:neque ita multis litteris, aut voluminibus magnis continentur. eadem enim sunt elata primùm à pluribus: deinde,paucis[b] commutatis verbis, etiam ab iisdem scriptoribus scripta sunt sæpius. Accedit verò quò faciliùs percipi,cognosciue ius ciuile possit,(quod minime plerique arbitrantur)mira quædam in cognoscendo suauitas, & delectatio. Nam siue quem aliena[c] studia delectant[d],plurima est &[e] in omni iure ciuili,& in pontificum libris,& in XII.[f] tabulis, antiquitatis effigies: quod & verborum prisca vetustas cognoscitur,& actionum genera quædam, maiorũ consuetudinem, vitámque declarant: siue quis ciuilem scientiam contempletur,quam[g] Scæuula non putat oratoris esse propriam, sed cuiusdam ex alio genere prudentiæ,totam hanc descriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus,ac partibus,XII.tabulis cõtineri videbiris: siue quem ista p.æpotens, & gloriosa philosophia delectat[h],(dicam audaciùs,) hosce habet fonteis omnium disputationum suarum,qui iure ciuili & legibus continentur. ex his enim & dignitatem maximè expetendam videmus, cùm verus, iustus, atque honestus labor honoribus, præmiis atque splendore decoratur: vitia autem hominum,atque fraudes,damnis, ignominiis, vinculis,verberibus,exsilis[i], morte multantur: & docemur non infinitis, concertatiõnúmque plenis disputationibus, sed auctoritate, nutúque legum domitas habere libidines, coercere omneis[k] cupiditates,nostra tueri,ab alienis menteis[l], oculos, manus abstinere. Fremant omnes licet: dicam quod sentio,bibliothecas mehercule omniũ philosophorũ vnus mihi videtur XII.tabularum libellus,si quis legũ fonteis,& capita viderit,& auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superare. Ac,si nos, id quod maximè debet, nostra patria[m] delectat,cuius[n] rei tanta est vis,ac tanta natura,vt Ithacã illã,in asperrimis saxulis,tanquam nidulum, affixam, sapientissimus[o] vir immortalitati anteponeret, quo amore tandem inflãmati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis,imperij,dignitatis? Cuius primùm nobis mens,mos,disciplina,nota esse debet,vel quia est patria, parens omnium nostrũm,vel quia tanta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est,quanta fuit in his tantis opib. imperij comparandis, Percipietis etiam illã ex cognitione iuris lætitiam, & voluptatem, quòd, quantum[p] præstiterint nostri maiores prudentia ceteris gentibus,tum facillimè intelligetis si cum illorum Lycurgo,& Dracone, & Solone nostras leges conferre volueritis. Incredibile est enim,quàm sit omne ius ciuile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pænè ridiculum: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere, cùm hominum nostrorum prudentiam ceteris hominibus, & maximè Græcis,antepono. His ego de causis dixeram[r], Scæuola,iis,qui perfecti oratores esse vellent, iuris ciuilis cognitionem esse necessariam. Iam verò ipsa per sese quantum afferat iis,qui ei præsunt,honoris,gratiq, dignitatis,quis ignorat? Itaque,vt apud Græcos infimi homines, mercedula adducti,ministros se præbent in iudiciis oratoribus, ijs qui apud illos πραγματικοὶ[a] vocantur: sic in nostra ciuitate contrà amplissimus quisque, & clarissimus vir,vt ille,qui propter hanc iuris ciuilis scientiam sic appellatus à summo poeta est,

Egregiè[c] cordatus homo, Catus[d] Ælium Sextus:

Multíque præterea, qui cùm ingenio sibi auctore dignitatem reperissent[e],perfecerunt,vt in respondendo iure, auctoritate plus etiam quàm ipso ingenio,valerent. Senectuti verò celebrandæ, & ornandæ quod honestius potest esse perfugium,quàm iuris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium iam ab adolescentia comparaui, nõ solùm ad causarum vsum forensem, sed etiam ad decus atque ornamentum senectutis,vt,cùm me vires(quod ferè iam tẽpus aduentat)deficere cœpissent[f], ista ab solitudine domum meam vindicarẽ. Quid est enim præclarius, quàm honoribus, & reip.muneribus perfunctum senem, posse suo iure dicere idem,quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo,se esse eum,*vnde fibi,*[g] si non *populi, & reges*,at omnes sui ciues *consilium expetant*,

Suarum rerum incertis? quos ego mea ope ex
Incertu certos,compotésque consili
Dimitto,vt ne res temere tractent turbidas.

Est enim sine dubio domus iurisconsulti, totius oraculum ciuitatis. Testis est huiusce Q. Mucij ianua,& vestibulum,quod in eius infirmissima[k] valetudine, affectáque iam ætate, maxima quotidie frequentia ciuium ac summorum hominum splendore celebratur.Iam verò illa non longam orationem desiderant, quamobrem existimem[i] publica[k] quoque iura,quæ sunt propria ciuitatis,atque imperij, tum monumenta rerum gestarum, & vetustatis exempla, oratori nota esse debere. Nam vt in rerum priuatarum causis,atque iudiciis depromenda sæpe oratio est ex iure ciuili,& idcirco, vt antè diximus, oratori iuris ciuilis scientia necessaria est, sic in causis publicis iudiciorum, concionum, senatus omnis hæc & antiquitatis memoria, & publici iuris auctoritas, & regendæ reip.ratio ac scientia,tanquam aliqua materies,iis oratoribus,qui versantur in rep.subiecta esse debent[l]. Nõ enim causidicum nescio quem,neque proclamatorem,[m]aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus,sed eum virum, qui[n] primùm sit eius artis antistes, cuius cùm ipsa natura magnam homini facultatem daret, tamen[o] esse deus putatur[p],vt & ipsum,quod erat hominis proprium non partum per nos, sed diuinitus ad nos delatum videretur: deinde qui possit non tam caduceo[q], quàm nomine oratoris ornatus,incolumisvel inter[r] hostium tela versaritur qui scelus, fraudémq; nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium,supplicióque constringere : idémque ingenij præsidio, aut incitatum in bonos, mitigare: qui denique quemcunque in animis hominum populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos, mitigare: qui denique quemcunque in animis hominum

a *πραγματικοὶ*, Quint.3. c.6.iuris interpretes dicuntur. adde numerum 52.infrà.*
b id est Ennio.*
c citatur idẽ versus Tusculana.1.*
d L.catus Aeliu' Sextus.*
e *non,id est prudens,acutus.*
f peperissent*
f L.cœpissent tum ab solitudine dom.
g *al.* sibi populi & reges cõsilium expetunt vt hîc in clusus videatur versus Ennianus.*
h v.c.valetudine.
i L. cum publica iura,
k Iuris publici cognitio oratori necessaria.*
l L.debet.
m *al.* clamatorem.*
n L. primùm qui.
o locus si nõ corruptus,obscurus certè: si obscurus, hoc velle videtur, Iurisprudentiæ facultatem dari quidem à naturâ sed ab ipso deo magis: est enim Iurisprudẽtia ars, cuius cũ natura homini facultatẽ daret, tamen ipse(ita huic locum emendo)Deus putatur: subaudi dedisse hãc facultatẽ:vnde mox adiicit diuinitus delatam: Alij (inter quos Auratus)artẽ iuris Deum dici hîc putãt. Alij subaudiunt parens vel auctor.Alij,à Deo data putatur legunt.*
p *al.* putaretur.
q *al.* caduceo à Græco κηρυκείον 1.8.§.4. ff.de rerum diuis.*
r v.d.*vis ff. de legationibus.**
r v.l.aduocati 14.Cod.de aduocat.diu. iud.cior.*
r L.labamémque

motum res & causa postulet, eũ dicendo vel excitare possit, vel sedare. Hãc vim siquis existimat, aut ab iis, qui de dicendi ratione scripserunt, expositam esse, aut à me posse exponi tã breui, vehementer errat: neque[a] solùm insciti am meã, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem vobis, quoniam ita voluistis, fonteis, vnde hauriretis, atque itinera ipsa, ita putaui esse demonstranda: nõ vt ipse dux essem, (quod & infinitum est, & non necessarium,) sed vt commonstrarẽ tantùm viam, &, vt fieri solet, digitum [b] ad fonteis [c] intenderem. 48 ¶ Mihi verò, inquit Mucius, satis, supérque abs te videtur istorum studiis, si modò sunt studiosi, esse factũ, nam vt Socratem illum solitum aiunt dicere, *perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus [d] cohortatione sua ad studium cognoscendæ, percipiendæque virtutis:* quibus enim id persuasum est, vt nihil mallent se esse, quàm bonos viros, iis reliquã facilé esse doctrinã) sic ego intelligo, si in hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis: facillimè vos ad ea, quæ cupitis, peruenturos ab hoc aditu, ianuáque patefacta. 49 Nobis verò, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata, pérque iucunda: sed pauca etiam requirimus, in primísque ea, quæ valde breuiter à te, Crasse, de ipsa arte percursa sunt, cùm illa te & non contẽnere, & didicisse confitere ea si paullo latiùs dixeris, explecturum [e] exspectationem diuturni desiderij nostri. Nã nunc, quibus studendũ rebus esset, accepimus, quod ipsum est tamen magnũ: sed vias earum rerum, rationémque cupimus [g] cognoscere. 50 ¶ Quid si, inquit Crassus, quoniam ego, quò facilius vos apud me teneremur, vestræ potiùs obsecutus sum voluntati, quàm aut consuetudini, aut naturæ meæ, petimus ab Antonio, vt ea, quæ continet, neque adhuc protulit, ex quibus vnum libellum sibi excidisse iamdudum questus est, explicet nobis, & illa dicendi mysteria enuntiet? 51 ¶ Vt videtur, inquit Sulpicius. nam Antonio dicente, etiam quid tu intelligas, sentiemus. 52 ¶ Peto igitur, inquit Crassus, à te, quoniam id nobis, Antoni, hominibus id ætatis, oneris ab horum adolescentium studiis imponitur, vt exponas, quid iis de rebus, quas à te quæri vides, sentias. 53 ¶ Deprehensum equidẽ me, inquit Antonius, planè video, atque sentio, non solũ quòd ea requiruntur à me quorum sum ignarus, atque insolens [h], sed quia, quod in causis valde fugere soleo, ne tibi, Crasse, succedam, idi me nunc isti vitare nõ sinunt. Verùm hoc ingrediar ad ea, quæ vultis, audaciùs, quòd idem mihi spero vsu esse venturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, vt nulla exspectetur ornata oratio. neque enim sum de arte dicturus quam nunquam didici, sed de mea consuetudine: ipsáque illa, quæ in cõmentarium meum retuli, sunt eiusmodi, non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum vsu causísque tractata: quæ si vobis, hominibus eruditissimis, non probabuntur, vestrã iniquitatem accusatote, qui ex me ea quæsieritis, quæ ego nescirem: meam facilitatem laudatote, cùm vobis non meo iudicio, sed vestro studio inductus non grauatè respondero.

53 ¶ Tum Crassus, perge modò, inquit, Antoni. nullum est enim periculum, ne quid tu eloquare, nisi ita prudenter, vt neminem nostrùm pœniteat ad hunc te sermonem impulisse. 54 ¶ Ego verò, inquit, pergam: & id faciam, quod [a] in [b] principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo: vt, quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari, & errare cogatur oratio, si ij, qui inter se dissenserint [c], non idé esse illud, de quo agitur, intelligent. Nam si fortè quæreretur, quæ esset *ars [e] imperatoris* constituendum putarem principiò, quis esset imperator: qui [f] cùm esset constitutus administrator quidam belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu, de insidiis faciendis, atque vitandis, de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi: quarũ qui essent animo, & scientia cõpotes, eos esse imperatores diceré: vterq. exemplis Africanorum, & Maximorum: Epaminondam, atque Annibalem [g], atque eius generis homines nominarem. Sin autem quæremus, quis esset is, *qui ad rempub. [h] moderandam vsum, & scientiam & studium suum contulisset*, definirem hoc modo: Qui quibus rebus vtilitas reip. parareturi, augeretúrque, teneret, [i] ísque vteretur: hunc reip. rectorẽ, & consilij publici auctorem esse habendum: prædicarémque P. Lentulum, principem illum, & T. Gracchum patrem, & Qu. Metellum, & P. Africanum, & C. Lælium, & innumerabileis alios cùm ex nostra ciuitate, tum ex cæteris. Sin autem quæreretur, quísnam *iurisconsultus* [k] verè nominaretur: eum dicerem, qui legum, & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, & ad respondendum, & ad agendũ, & ad cauendum, peritus esset: & ex eo genere Sex. Ælium, M. Manilium, P. Mucium nominarem. Atque, vt iam ad leuiora artium studia veniam, si *musicus*, si *grammaticus*, si *poeta* quæratur, possim similiter explicare: quid eorum quisque profiteatur: & quo non amplius ab quoque sit postulandum. *Philosophi* [l] denique ipsius, qui [m] de sua vi, ac sapientia vnus omnia pænè profitetur, est tamen quædam descriptio, vt is, qui studeat omnium [n] rerum diuinarum, atque humanarum vim, naturam, causásque nosse, & omnem bene viuendi rationẽ tenere, & persequi, nomine hoc appelletur. Oratorem [o] autem, quoniam de eo quærimus, equidem non facio eundem, qué Crassus: qui mihi visus est omnem omnium rerum, atque artium scientiam comprehendere vno oratoris officio, ac nomine: atque eum puto esse, qui verbis ad audiendum iucundis, & sententiis ad probandum accommodatis vti possit in causis forensibus, atque communibus. hunc ego appello oratorem, eúmque esse præterea instructum voce, & actione, & lepõre quodam volo. Crassus [p] verò mihi noster visus est oratoris facultatẽ non illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis [q] pænè, describere. nam & ciuitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit: in quo permihi mirum visum est, Scæuola [r], te hoc illi concedere, cùm sæpissimè tibi senatus breuiter, impolitéque dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. verò Scaurus quem non [s] longè ruri apud se esse audio, vir regendę reip. scientissimus, si audierit, hanc auctoritatem grauitatis, & consilij sui vindicari [t] à te, Crasse, quòd eam oratoris

pro

a L. neque solum in scientiam, &c. & ita N. Step.

b digitum ad fontes intendere est demonstrare, sic dicitur digito ostendere. l. 8 ff. de certa. c v. c. fontis. d L. incitatus

e superiùs dixit decursa numero 38.* f al. expleturis.

g fort. cognoscere cupimus.

F. E.

h vide Nonii c. 4. in Inscitus 2. i L. id nunc vitare me iam non &

a fort. quod principio. b Disputationis initiis cõstituendum est quid illud sit de quo disputetur.* c L. dissentiût d al. quo de agitur, e artis imperatoriæ tractatio seu rei militaris loci communes & generales* f Imperator* g L. Hannibalem, h Rector Reipublicæ i al. parereturi. k Iurisconsultus quis.* l Philosophus quis.* m L. qui sua vi, n t. 10. §. 2. ff. de Iustitia.* o Orator quis.* p al. Crassus verò noster, mihi visus est or. q fort. pænè immensis, r L. Scæuola, s L. non longè rure apud se t al. vendicari

propriam esse dicas: iam, credo. huc veniat, & hanc loquacitatē nostrā vultu ipso, aspectúque [a] conterreat: qui quanquam est in dicendo minimè contemnendus, prudentia tamen rerum magnarum magis, quàm dicendi arte, nititur. Neque verò, si quis vtrumque potest, aut ille consilij publici auctor, ac senator bonus, ob eam ipsam causam orator est: aut hic disertus, atq. eloquēs, si est idē in procuratione ciuitatis egregius[b], aliquā scientiā dicendi copia est consecutus, multum inter se distāt istæ facultates, longéq. sunt diuersæ, atq. seiunctæ, neque eādem ratione, ac via M. Cato, P. Africanus, Q. Metellus, C. Lælius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationē suam, & reip. dignitatem exornabant. neque enim est interdictum aut à rerū natura, aut à lege aliqua, atq. more, vt singulis hominibus ne amplius, quàm singulas artes, nosse liceat. Quare[c] non etsi eloquētissimus Athenis Pericles, idémque in ea ciuitate plurimos annos princeps cōsilij publici fuit, idcirco eiusdem hominis, atque artis vtraque facultas existimanda est: nec, si P. Crassus idem fuit eloquens, & iuris peritus, ob eam causam ineſt in facultate dicendi iuris ciuilis scientia. nam [d] si quisque, vt in aliqua arte, & facultate excellens aliam quoque artem sibi assumserit, is perficiet, vt quod præterea sciet, id eius, in quo excellet, pars quædam esse videatur: licet ista ratione dicamus, pila bene, & [e] duodecim scrupis ludere proprium esse iuris ciuilis, quoniam vtrumq. eorum P. Mucius optimè fecerit: eadémque ratione dicantur, & quos φυσικὸς Græci nominant, iidem poetę, quoniam Empedocles physicus egregiū poema fecerit. At hoc ne philosophi quidē ipsi, qui omnia, sicut propria, sua esse, atque à se possideri volunt, dicere audent, geometriam, aut musicam, philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse fateantur. Ac, si iam placet, omneis [f] arteis oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere, vt, quoniam dicendi facultas non debeat esse ieiuna, atque nuda, sed aspersa, atq. distincta multarum rerum iucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa audisse, accepisse, multa vidisse, multa animo, & cogitatione, multa etiā legēdo percurrisse: neque ea, vt sua, possedisse, sed vt aliena, libasse. Fateor enim, callidum[g] quendam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem, nec peregrinum, atque hospitem in agendo esse debere. Neque verò istis tragœdiis tuis, quibus vti philosophi maximè solent, Crasse, perturbor, quòd ita dixisti, neminem posse eorum menteis qui audirent, aut inflammare[h] dicendo, aut inflammatas restinguere, cùm eo maximè vis oratoris magnitudóque cernatur, nisi qui rerum omnium naturam, mores hominum, atque rationes penitus perspexerit: in quo philosophia sit oratori necessariò percipiēda quo in studio, hominum quoque ingeniosissimorū, otiosissimorúmque totas ætates videmus esse contritas: quorū ego copiam magnitudinémque cognitionis, atque artis non modò non contemno, sed etiam vehementer admiror: nobis tamen, qui in hoc populo, foróque versamur, satis [i] est ea de moribus hominum & scire, & dicere, quæ non abhorrent ab hominum moribus. Quis enim vnquam orator magnus, & grauis, cùm iratum aduersario iudicem facere vellet, hæsitauit ob eam causam quòd nesciret, quid esset iracundia, feruórne mentis, an cupiditas puniēdi doloris? Quis, cùm ceteros animorum motus aut iudicibus, aut populo dicendo miscere, atque agitare vellet, ea dixit quæ à philosophis dici solent? qui partim omnino motus negāt in animis vllos esse debere, quíque eos in iudicum mentibus concitent, scelus eos nefarium facere: partim, qui tolerabiliores volunt esse, & ad veritatem vitæ propiùs accedere, permediocreis, ac potiùs leueis motus debere esse dicunt. Orator autem omnia hæc, quæ putantur in communi vitæ consuetudine, mala, ac molesta & fugiēda, multò maiora, & acerbiora verbis facit: P. CIIII. ítémque ea, quæ vulgò expetenda, atque optabilia videntur, dicendo amplificat, atque ornat, neque vult ita sapiens inter stultos videri, vti qui audiant, aut illum ineptum, aut Græculum putent: aut etiam si valde probēt ingenium oratoris, sapientiam admirētur, se esse stultos molestè ferant: sed [a] ita peragrat per animos hominum, ita sensus, menteísque pertractat, vt non desideret philosophorum descriptiones, neq. [b] exquirat orationē, summum illud bonum in animóne sit, an in corpore: virtute, an voluptate definiatur: an hæc inter se iungi, copularíque possint: an verò, vt quibusdam[c] visum[d], nihil certum [e] sciri, nihil planè cognosci, & percipi possit: quarum rerum fateor magnam, multiplicémque esse disciplinam, & multas, copiosas, variásque rationes. Sed aliud quiddam, longè aliud, Crasse, quærimus acuto homine nobis opus est, & natura, vsúque callido, qui sagaciter perueſtiget, quid sui ciues, ísque homines, quibus aliquid dicēdo persuadere velit, cogitēt, sentiant, opinentur, expectent. Teneat oportet venas cuiusque generis, ætatis, ordinis, & eorum, apud quos aliquid aget, aut erit acturus, menteis, sensúsque degustet. Philosophorum autē libros reseruet sibi ad huiusce modi Tusculani requiem, atque otium, ne, si quando ei dicendum erit de iustitia & fide, mutuetur à Platone, qui, cùm hæc exprimenda verbis arbitraretur, nouam quādam finxit in libris ciuitatem: vsque eò illa, quæ dicenda de iustitia putabat, à vitæ consuetudine, & à ciuitatum moribus abhorrebant. Quòd si ea probarentur in populis, atque in ciuitatibus: quis tibi, Crasse, concessisset, clarissimo viro, & amplissimo principi ciuitatis, vt illa diceres in maxima concione tuorum ciuium, quæ dixisti? ERIPITE [f] NOS EX MISERIIS, ERIPITE [g] NOS EX FAVCIBVS EORVM, QVORVM CRVDELITAS NOSTRO SANGVINE NON POTEST EXPLERI: NOLITE SINERE NOS CVIQVAM SERVIRE, NISI VOBIS VNIVERSIS, QVIBVS ET POSSVMVS ET DEBEMVS. Omitto miserias, in quibus, vt illi aiunt, vir fortis esse non potest: omitto fauceis, ex quibus te eripi vis, ne iudicio iniquo exsorbeatur sanguis tuus: quod sapienti negant accidere posse: seruire verò non modò te, sed vniuersum senatū, cuius tum causam agebas, ausus es dicere? Potéstne virtus, Crasse, seruire, istis auctoribus quorum tu præcepta oratoris facultate complecteris? quæ & semper, & sola libera est, quæq. etiā, si corpora capta sint armis, aut cōstricta vinculis, tamen suum

a al. perterreat:

b L. egregius illam scientiam, dicendi copia est cons.

c L. Quare non si eloq.

P. B. d al. Nam si vt quisque in aliqua.

e L. & duodecim scriptis ludere, ‖ rect. est enim scriptus lapis vel calculi genus quo vtebantur veteres in hoc ludi genere. Nonius t. in scripta 179. adde Festum in Scripsum lapidem.* f v.c. omnis artis

g L. δεινὸν

h v.c. inflammare d. aut inflammatas e.

i al. est satis

a L. sed ita peragrat animos h.

b L. neque exquirat rationē.

c L. Academicos intelligit. vide 3. de Orat.*

d L. visum est

e al. certò

f probat Antonius Crassum in suis orationibus nō sequutum ea quæ antea dixerit, Oratorem philosophia præcepta sequi debere.*

g L. eripite ex faucib.

ius,atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat. Quæ verò adiudicasti,nō modò senatum seruire posse populo,sed etiā debere, quis hoc philosophus tam mollis,tā languidus, tam eneruatus, tam omnia ad voluptatem corporis,doloremque referens,probare posset? Senatum seruire populo,cui populus ipse moderandi, & regendi sui [a] potestatem,quasi quasdā habenas,tradidisset? Itaque hęc cùm à te diuinitus & ego dicta arbitrarer,P. Rut. Rufus,homo doctus,& philosophiæ deditus,non modò parum cōmodè,sed etiam turpiter,& flagitiosè dicta esse dicebat. Idémque Ser. [b] Galbā, quem hominem probè nosse,& commeminisse se aiebat,pergratum fuit reprehendere solebat,quòd is,L. Scribonio quæstionem in eum ferente,populi misericordiā concitasset,cùm M. Cato,Galbæ grauis atq. acer inimicus, asperè apud populum R. & vehementer esset locutus: quam orationem in Originibus suis exposuit ipse. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpicij Galli, propinquis [d] sui Q. pupillum filiū ipse pene in humeros suos extulisset, qui patris clarissimi recordatione, & memoria flectum populo moueret, & duos filios suos paruos tutelæ populi commendasset, ac se, tanquam in [e] procinctu testamentū faceret, sine libra, atque tabulis populum R. tutorem instituere dixisset illorum orbitati. Itaque cùm & inuidia, & odio populi tum Galba premeretur, his quoque eum tragœdiis liberatū ferebat, quod item apud Catonem scriptum esse video, nisi pueris & lacrymis vsus esset, pœnas eum daturum fuisse. Hæc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat vel [f] exsilium fuisse, vel mortem anteponendam. Neque verò hoc solùm dixit, sed ipse & sensit, & fecit. nam [g] cùm esset ille vir exemplum, vt scitis, innocentiæ: cúmque illo nemo neq. integrior esset in ciuitate, neque sanctior, nō modò supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatiùs quidē, aut liberiùs causam dici suā, quàm simplex [h] ratio veritatis ferebat. Paullum huic Cottæ tribuit partium, dissertissimo adolescēti, sorori suę filio. Dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius, more suo, nullo apparatu, purè & dilucidè. Quid [i] si tu tunc, Crasse, dixisses, qui subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus philosophi vtūtur, ad dicendi copiam, petendum esse paullo ante dicebas, &, si tibi pro P. Rutilio non philosophorum more, sed tuo licuisset dicere [k], quamuis sceleratī illi fuissent, sicuti fuerunt, pestiferi ciues, supplicióque digni, tamē omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset vis orationis tuæ: nūc talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquā doluit, nemo est questus, nemo remp. implorauit, nemo supplicauit. Quid multa? *pedem* [l] *nemo* in illo iudicio *supplosit*, credo, ne Stoicis renūtiaretur. [m] Imitatus est homo Romanus, & consularis veterem [n] illum Socratem, qui, quum omnium sapientissimus esset sanctissimēque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt nō supplex, aut reus, sed [o] vt magister, aut dominus videretur esse iudicum. Quineriam, quum ei scriptam [p] orationem dissertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, ediceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, nō inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit: sed [a], inquit, vt, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles: sic illā orationem disertam tibi, & oratoriam videri: fortem, & virilem non videri. Ergo ille quoque damnatus est: neq. solùm primis sententiis, quibus tantùm statuebant iudices, damnarent, an absoluerent, sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. Erat enim Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi [b] pœnæ æstimatio [c]. ex sententia, cùm iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse fe maximè confiteretur: quod cùm interrogatus Socrates esset, respondit, sese meruisse, vt amplissimis honoribus, & præmiis decoraretur, & vt ei victus quotidianus in Prytanéo publicè præberetur: qui honos apud Græcos maximus haberetur. Cuius responso sic iudices exarserunt, vt capitis hominem innocentissimū cōdemnarent. qui quidem si absolutus esset, (quod mehercule etiam si nihil ad nos pertinet, tamen propter eius ingenij magnitudinem vellem) quónam modo istos philosophos ferre possemus, qui nunc, cùm ille damnatus est nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi [d] insciti am, tamen à se oportere dicunt peti præcepta dicendi? Quibus cum ego non pugno, vtrum sit melius, aut verius: tantùm dico, & aliud illud esse, atque hoc, & hoc sine illo summum esse posse. Nam quòd ius ciuile, Crasse, tam vehementer amplexus es, video quid egeris, tum, quum dicebas, videbam [e]. Primùm Scæuolæ [f] te dedidisti, quē omnes amare meritissimò, pro eius eximia suauitate debemus: cuius artem cùm indotatam esse, atque [g] incomitatam, & incomtam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Deinde quòd in ea tu plus operæ, laborisque consumseras, cùm eius studij tibi & hortator, & magister esset domi, veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. sit sanè tanta, quantam tu illam esse vis. etenim sine controuersia & magna est, & latè patet, & ad multos pertinet, & summo in honore semper fuit, & clarissimi ciues ei studio [h] etiā hodie præsunt: sed vide, Crasse, ne, dum nouo, & alieno ornatu velis ornare iuris ciuilis scientiam, suo quoq. eam, concesso, & tradito spolies, atque denudes. Nam, si ita diceres, qui iurisconsultus esset, esse eum oratorem, itémque qui esset orator, iuris eundem esse consultum, præclaras duas artes constitueres, atque inter se pareis, & [i] eiusdem socias dignitatis. nunc verò iurisconsultum sine hac eloquētia, de qua quærimus, fateris esse posse, fuisséque plurimos: oratorem negas, nisi illam scientiam assumserit, esse posse: ita & tibi iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidā cautus [k], & acutus, præco actionum, cantor [l] formularum, auceps syllabarum: sed quia sæpe vtitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istā iuris sciētiam eloquentiæ tanquam ancillulam, pedisequámque adiunxisti. Quòd verò impudentiam admiratus [m] es eorum patronorum, qui aut, cùm parua nescirent, magna profiterentur, aut ea, quæ maxima essent in iure ciuili, tractare auderent in causis, cùm ea nesci-

P. B.

[a] *al.* regendi sui quasi quasdam habenas.*

[b] *al.* Ser. Sulpicium Galbam, *&* [c] *al.* habè. cō memminisse se aiēb.

[d] L. propinqui sui filiū Q. pupillum, ipse. P.

[e] *vide* S. 1. *& ibidem Theophilum, Inst. de testā mentis Vlpianum* to. 5 2 14. *Gell.* 27.*

[f] L. vel exsilium f.

[g] *Idem in Brut.* 6. *Valerius* 4. *numero* 4. *Liuius* 70. 5. 5 20. 17. *adde quædam alia huius Rutilij ex* 2. *Val.* 3. *numero* 2 *&* 2. *cap.* 10. *numero* 5. *Senecam epist.* 81. *Athenæum* 4.*

[h] *al.* simplex oratio veritatis f.

[i] Quòd si tu tunc,

[k] L. dicere:

[l] pedem *supplodere.** [m] Renuntiare amicitiæ certato veteres solitos aliàs dixi.* [n] *fort.* Athenien sem ill. o L. sed 182 gis. [o] apologeticam scilicet. P. C V. Paulò aliter hæc historia recitatur à Valerio 6. c. 8. *adde* Laertium *in Socrate.**

[a] L. sed, vt si mihi, inquit, cale.

[b] Interrogatus Socrates, quid illum potius cōueniret pati aut pendere vigenti (alij centum dicunt) quinq. drachmas se soluturum dixit: verùm tumultuantibus iudicib. Eorū, inquit, gratia, quæ à me gesta sunt, Censeo me in Prytaneo publicè ali debere. Laertius in Socrate.*

[c] L. æstimatio. Hæc sententia cùm

[d] L. dicendi scientiam,

[e] L. non videbam.

[f] L. Scæuolæ te dedidisti, q.

[g] *hæc duo,* atque insomnitatam *quidem disiungunt.**

[h] *al.* studio & semper præfuerunt, & etiam hodie præsunt.*

[i] L. & eiusdē P. B. modi socias

[k] *al.* catus, & acutus, pr.

[l] *al.* cantor.*

[m] *al.* demiratus es

ea neſcirent, numquámq. didiciſſent: vtriuſque rei facilis eſt, & prompta defenſio. Nam neque illud eſt mirandum, qui, quibus verbis coemptio[a] fiat, neſciat, eundem eius mulieris, quæ coemtionem fecerit, cauſam poſſe defendere. Nec ſi parui nauigij, & magni eadem eſt in gubernando ſcientia, idcirco qui, quibus[b] verbis herciſceri oporteat, neſciat, idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit. Nam quòd maximas centumuiraleis cauſas in iure poſitas protuliſti: quæ tandem earum cauſa fuit, quæ ab homine eloquenti, iuris imperito, non ornatiſſimè potuerit dici? quibus quidem in cauſis omnibus, ſicut in ipſa M.[c] Curij, quæ abs te nuper eſt dicta, & in[d] C. Hoſtilij Mancini[e] controuerſia, atque in eo puero, qui ex altera natus erat vxore, non remiſſo nuntio ſuperiori, fuit inter peritiſſimos homines ſumma de iure diſſenſio. Quæro igitur, quid adiuuerit oratorem in his cauſis iuris ſcientia, cùm[f] hic iuriſconſultus ſuperior fuerit diſceſſurus, qui eſſet non ſuo artificio, ſed alieno, hoc eſt, non iuris ſcientia, ſed eloquentia, ſuſtentatus. Equidem hoc ſæpe audiui, cùm æd litatem P. Craſſus peteret, eúmque maior natu, etiam conſularis, Ser.[g] Galba aſſectaretur, quòd Craſſi filiam C. filio ſuo deſponſiſſet, acceſſiſſe[h] ad Craſſum conſulendi cauſa quendam ruſticanum: qui cùm Craſſum ſeduxiſſet, atque ad eum retuliſſet, reſponſúmque ab eo verum magis quàm ad ſuam rem accommodatum abſtuliſſet: vt eum triſtem Galba vidit, nomine appellauit, quæſiuítque, qua de re ad Craſſum retuliſſet, ex quo vt audiuit, commotúmque vt vidit hominem, Suſpenſo, inquit, animo, & occupato, Craſſum tibi reſponditſe video: deinde ipſum Craſſum manu prehendit: Et, heus tu, inquit, quid[i] tibi in mentem venit ita reſpondere? Tum ille fidenter, homo peritiſſimus, confirmare, ita ſe rem habere, vt reſpondiſſet: nec dubium eſſe poſſe. Galba autem alludens variè, & copioſè multas ſimilitudines afferre, multáque pro æquitate contra ius dicere: atque illum, cùm diſſerendo par eſſe non poſſet (quanquam[k] fuerit Craſſus in numero diſertorum, ſed par Galbæ nullo modo) ad auctores confugiſſe, & id, quod ipſe diceret, & in P. Mucij, fratris ſui libris & in Sex. Ælij commentariis ſcriptum protuliſſe: ac tamen conceſſiſſe Galbæ diſputationem ſibi probabilem, & propè veram videri. Attamen quæ cauſæ ſunt eiuſmodi, vt de earum iure dubium eſſe non poſſit, omnino in iudicium vocari non ſolent. Num quis eo teſtamento, quod paterfamiliâs antè fecit, quàm ei filius natus[l] eſt, hereditatem petit? nemo: quia conſtat, agnoſcendo[m] rumpi teſtamentum. Ergo in hoc genere iuris iudicia nulla ſunt. Licet igitur impunè oratori omnem hanc partem iuris[n] in controuerſiis ignorare, quæ pars ſine dubio multo maxima eſt. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non[o] eſſe difficile oratori, eius partis, quamcunque defendat[p], auctorem ali quem inuenire: à quo cùm amentatas[q] haſtas acceperit, ipſe eas oratoris lacertis, viribúſq; torquebit. Niſi verò (bona venia huius optimi viri dixerim Scæuolæ[r]) tu libellis, aut præceptis ſoceri tui cauſam M.[s] Curij defendiſti. nónne arripuiſti patrocinium æquitatis, & defenſionem teſtamentorum, ac voluntatis mortuorum? Ac mea quidem ſententia, (frequens enim te audiui, atque affui) multo maiorem partem ſententiarum ſale tuo, & lepóre, & politiſſimis facetiis pellexiſti, cùm & illud nimium acumen illuderes, & admirare ingenium Scæuolæ[a], qui excogitaſſet, naſci prius oportere, quàm emori: cúmque multa colligeres ex legibus, & ex ſenatuſconſultis, & ex vita, ac ſermone communi, non modò acutè, ſed etiam ridiculè ac facetè: vbi ſi verba, non ré ſequeremur, confici níl poſſet. Itaque hilaritatis plenum iudicium, ac lætitiæ fuit: in quo quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit, non intelligo: dicendi vis egregia, ſumma feſtiuitate, & venuſtate coniuncta profuit. Ipſe ille Mucius paterni iuris defenſor, & quaſi patrimonij propugnator ſui, quid in illa cauſa, cùm contra te diceret, attulit, quod[b] de iure ciuili depromptum videretur? quam legem recitauit? quid patefecit dicendo, quod fuiſſet imperitis occultius? népe eius omnis oratio verſata eſt in eo, vt ſcriptum[c] plurimùm valere oportere defenderet. At in hoc genere pueri apud magiſtros exercentur omnes, cùm in eiuſmodi cauſis aliàs ſcriptum, aliàs æquitatem defendere docentur. Et credo in illa militis cauſa, ſi tu aut hæredem aut militem defendiſſes, ad Hoſtilianas te actiones, non ad tuam vim, & oratoriam facultatem contuliſſes. tu verò vel ſi teſtamentum defenderes, ſic ageresvt omne omnium teſtamentorum ius in eo iudicio poſitum videretur: vel ſi cauſam ageres militis, patrem eius, vt ſoles, dicendo à[d] mortuis excitaſſes: ſtatuiſſes ante oculos: complexus eſſet filium, flénſque eum centumuiris commendaſſet: lapides mehercule omneis fiere ac lamentari coegiſſet, vt eorum illud, *Vti lingua[e] nuncupaſſet*, non in XII. tab. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur. Nam[g] quòd iniam accuſas adoleſcentium qui[h] iſtam artem primùm facillimam non ediſcant: quæ quàm ſit facilis, illi[i] viderint, qui eius artis arrogantia, quaſi difficillima ſit, ita ſubnixi ambulant: deinde etiam tu ipſe videris, qui eam artem facilem eſſe dicis, quam concedis adhuc artem omnino non eſſe, ſed aliquando, ſiquis aliam artem didicerit, vt hanc attè efficere poſſit, tum eſſe illam artem futuram: deinde quòd ſit plena delectationis, in[k] qua tibi remittunt omnes iſtam voluptatem, & ea ſe carere patiuntur, nec quiſquam eſt eorum, qui, ſi iam ſit ediſcendum ſibi aliquid, non Teucrũ Pacuuij malit, quàm Manlianas[m] venalium vendendorum leges ediſcere. Tu[n] autè quòd amore patriæ cenſes nos noſtrorũ maiorum inuenta noſſe debere, non vides, veteres leges aut ipſas ſua vetuſtate conſenuiſſe, aut nouis legibus eſſe ſublatas? *Quòd ve*[o] *ro vires bonas iure ciuili fieri putas*, quia legibus & præmia[p] propoſita ſint virtutibus, & ſupplicia vitiis: equidé putabam, virtutem hominibus (ſi modò tradi ratione poſſit) inſtituendo & perſuadendo, nõ minis, & vi, ac metu tradi. Nã ipſum quidem illud, etiã *ſine cognitione iuris quàm ſit bellum cauere malum*[q], ſcire poſſumus. De me autem ipſo, cui vni tu concedis, vt ſine vlla iuris ſcientia tamen cauſis ſatisfacere poſſim, tibi hoc, Craſſe, reſpondeo,

a Coemptio certis verbis fiebat. Ea autem refert Boet in Top. Cicer. Coemptio, inquit ille, certis ſolemnitatibus peragebatur, & ſeſe coemendo ita interrogabant, vir ita, an ſibi mulier materfamiliâs eſſe vellet? Illa reſpondebat, velle: Itẽ mulier interrogabat, an vir ſibi pater familiâs eſſe vellet? Reſpõdebat, velle: Itaque mulier, viri conueniebat in manum.*

b L. quib. verbis ercíſci, cieri oporteat, neſc. idẽ ercíſcun. fam. *vel ſit*, quib. verbis erectũ cieri oporteat, iidem er eſſe. fa.

c L. M.ᵗ Curij, d *al.* in P. Lucilij Mãcini* e de quo, ſuprà adde Ciceronem in Topicis. & pro Cęcina: l. vlt. ff. de legationibus.* f *al.* cùm hinc iuriſe. *al.* cũ hĩc iuriſe.

g *l. v.* Sergius Galba *mendoſe.*

h quidã tale de Sulpicio & Mutio extat in l. 2. §. 43. *ff. de origine iuris.**

i L. qui tibi venit in m. l. 2 L. quãquã fuit Craſſ. l *al.* natus eſſet, hered. p. *mv. l. 1. & par ſimi ff. de iniuſto rupto & irrito teſtamẽto** n L. iuris in controuerſiã. ibene. Ius in controuerſum idem quod certũ.* o L. non eſt difficile'or. p L. defender, q amentum ſquod & gloſſis amentum ἄμμας λόγχας. corrigia ad iactum. ad de Iſidorum. l. 16. c. 24.* r Scæuolæ ſ L. M.ᵗ Curij

a L. Scæuolæ

b *fort.* quod è iure ciui.

c Id eſt pro ſcripto dixit aduerſus æquitatem.* d *fort.* ab inferis exc.

e nũcupaſſit. f Feſtus in Nuncupato. Cùm nexum faciet mancipiúmque, vti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto. Cicero 3. de offic. xii. Tabulis ſatis cautum ea P. Z. præſtari quæ lingua eſſent nuncupata. Porrò Nuncupatum hîc eſt nominatum promittere, adſeuerare, ſcripto. vti ſcripſi ad leges xii. tab. tit. de pactis e. pacta ſeruãda.*

g *fort.* Nam primùm q. h L. qui tibi artem facill. non ediſcat: quàm ſit. f. i L. primùm illi viderint, iz *l. delta* in qua, *v. v. c. auctoritate.* l L. & ea ſe carere facilẽ patiuntur, m *al.* Mamilianas. *al.* Manilianas. *quod & vetũ. vide Varronẽ 2. de re ruſtica 3. & 5. & 7.* Manilię tres libri citantur *l. 2. §. 39. ff. de origine iuris 2.** n L. Tum autem quòd o viri boni qua arte ſiſ.* p *l. 1. §. 10. ff. de iuſtitia.** q *fort.* malo.

neque me vnquam ius ciuile didicisse,neque tamen in iis causis,quas in iure possim[a] defendere, vnquam istam scientiam desiderasse. Aliud est enim esse artificem cuiusdam generis,atque artis,aliud in communi vita,& vulgari hominum consuetudine nec hebetem, nec rudem. Cui nostrûm non licet fundos nostros obire, aut res rusticas vel fructus ea sa, vel delectationis,inuisere? tamen nemo tam sine oculis,tã sine mente viuit,vt,quid sit sementis,ac messis,quid arborum putatio,ac vitium,quo tẽpore anni,aut quo modo ea fiant omnino nesciat.Num igitur,si cui fundus inspiciendus aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit,Magonis[b] Karthaginiensis sunt libri per discendi:an hac communi intelligentia contenti esse possumus? Cur ergo non[c] iidem in iure ciuili,præsertim,cùm in causis,&in negotiis,& in foro conteramur,satis instructi esse possimus ad hoc dũtaxat, ne in nostra patria peregrini,atque aduenæ esse videamur? Ac si iã sit causa aliqua ad nos delata obscurior: difficile,credo,sit cum hoc Scæuola[c] communicare:quanquam ipsi omnia,quorum negotium est, consulta ad nos, & exquisita deferunt. An verò si de re ipsa,si de finibus,cũ in[g] rem præsentem non venimus,si [h] de tabulis, & præscriptionibus controuersia est, contortas res, & sæpe difficileis necessariò perdiscimus:si leges nobis, aut si hominum peritorũ responsa cognoscenda sunt,veremur,ne ea,si ab adolescentia iuri ciuili minus studuerimus,non queamus cognoscere? Nihilne igitur prodest oratori iuris ciuilis scientia? Non possum negare prodesse vllam scientiam, ei præsertim,cuius eloquentia copia rerum debeat esse ornata:sed multa,& magna,& difficilia sunt ea , quæ sunt oratori necessaria , vt eius industriã in plura studia distrahere nolim.Quis neget opus esse oratori in hoc oratorio motu statúque,Roscij gestum,& venustatem?tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus in gestu discendo histrionũ more elaborare.Quid est oratori tã necessariũ,quàm vox?tamen me auctore nemo dicendi studiosus,Græcorũmore,& tragœdorũ voci seruiet,qui & annos cõplurẽis sedentes declamitant,& quotidie, antequàm pronuntient,vocẽ cubantes sensim exeitant,eandémque,cùm egerunt, sedentes ab acutissimo sono vsque[k] ad grauissimũ sonum recipiunt,& quasi quodammodo colligunt.hoc nos si facere velimus , antè condemnentur ij , quorum causas receperimus,quàm toties,quotiesl per scribitur,Pæanẽ,aut Munionem[m] citarimus[n]. Quòd si in gestu,qui multùm oratorem adiuuat,& in voce,quæ vna maximè eloquentiam vel commendat,vel sustinet,elaborare nobis non licet:ac tantùm in vtroque assequi possumus quantum, in hac acie quotidiani muneris,spatij nobis datur:quanto minus est ad iuris ciuilis perdiscendi occupationem descendum?quod & summatim percipi sine doctrina potest,& hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quod vox,& gestus subitò sumi,& aliunde[o] arripi non potest:iuris vtilitas, ad quamque causam quamuis repentè vel à peritis , vel de libris depromi potest. Itaque illi [p] disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos , cùm ipsi sint peritissimi[q], & qui,vt abs te paullo[r] antè dictum est, pragmatici[a] vocantur. In quo nostri omnino meliùs multò,quòd clarissimorum hominum auctoritate leges,& iura tecta esse voluerunt. Sed tamen non fugisset hoc Græcos homines, si ita necesse esse arbitrati essent , oratorem ipsum erudire in iure ciuili, non ei pragmaticum adiutorem dare. Nam quod dicis *senectutem à solitudine vindicari iuris ciuilis scientia*, fortasse etiam pecuniæ magnitudine. sed nos non quid nobis vtile,verùm quid oratori necessarium sit,quærimus.quanquam,quoniam multa ad oratoris similitudinem ab vno artifice sumimus, solet idem Roscius dicere,se,quò plus sibi ætatis accederet [b] , eò tardioris tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.Quòd si ille,adstrictus certa quadam numerorum moderatione, & pedum , tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos,sed totos mutare possumus?Neque[e] enim hoc te,Crasse,fallit,quàm multa sint,& quàm varia genera dicendi[d], & quod aut sciam,an tu primus ostenderis,qui iamdiu multo dicis remissiùs,& leniùs,quàm solebas: neque minus hæc tamen tua grauissimi sermonis lenitas,quàm illa summa vis,& contentio probatur: multíque oratores fuerunt, vt illum Scipionem audiuimus,& Lælium,qui omnia sermone conficerent paullo intentiore,nunquã vt[f] Ser. Galba, lateribus,aut clamore contenderent.Quod[g] si iam hoc facere non poteris, aut noles:vereris , ne tua domus,talis & viri, & ciuis,si à litigiosis hominibus non colatur, à ceteris deseratur? Equidem tantum absum ab ista sententia, vt non modò non arbitrer subsidium senectutis in eorum, qui consultũ veniant,multitudine esse ponendum,sed tãquam portum aliquem, exspectem istã quam tu times,solitudinem.Subsidium enim bellissimũ existimo esse senectuti,otium. Reliqua verò etiam si adiuuant,*historiam* dico, & *prudentiam iuris publici*,& *antiquitatis vsum*, & ex emplorum copiam , siquando opus erit, à viro optimo, & istis rebus instructissimo, familiari meo,Longo[h], mutuabor. Neque repugnabo, quo minus (id quod modò hortatus es) *omnia legant, omnia audiant*, in omni recto studio,atque humanitate versentur,sed mehercule non ita multum spatij mihi videtur, si modò ea facere , & persequi volent, quæ à te Crasse,præcepta sunt : qui mihi propè etiã nimis duras leges imponere visus es huic ætati:sed tamen adi id,quod cupiunt,adipiscendum propè necessarias.Nam & subitæ ad propositas causas *exercitationes*,& accuratæ,& meditatæ commentationes , ac stilus ille tuus, quem tu verè dixisti perfectorem dicendi esse,ac magistrum,multi sudoris est,& illa orationis suæ[k] cum scriptis alienis comparatio, & de alieno scripto subita vel laudandi , vel vituperandi,vel comprobandi,vel refellendi causa, disputatio, non mediocris contentionis est,vel ad memoriam,vel ad imitandum. Illud verò fuit horribile,quod mehercule vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit,quàm ad cohortandum. *Voluisti* enim in suo genere *vnumquemque nostrûm quasi quendam esse Roscium*: dixistíque,*non tam ea,quæ recta essent , probari , quàm quæ prauæ sunt fastidiũ adhiberescere*: quod ego non tam fastidiosè in nobis,quàm in histrionibus,spectari puto.Ita que nos raucos sæpe attẽtissimè audiri video.

tenẽ

a L. possem def.

b Magonis de re rustica libros citat Plinius.*

c L. non iidẽ iure ciuili, d L. possumus e L. Scæuola. f L. omnia g In rem præsentem olim veniebant,cũ locum oculo ac digito designare volebant. adde Cicer. 1. officiorum. Plin. 3. epist. 9. Quint. 11. & 6 c. 2. dicitur etiã in re præsenti consistui. 7. Quint. 11. 9 c. vlt. l. P. CVII. 5. § 3. § 4. ff. de noui operis nuntiatione.*

h L. si de tabulis, & perscriptionib. controuer.‖ vt 4. ad Atticum vlti. & Philipp. 5.*

i L. Græcorũ more tragœdorum k L. vsque ad grauissimum recipiunt,& quodammodo colligunt. l L. quoties, præscribitur, Pæanem, aut Miuritionẽ citarimus.

m *al.* munychionem. *Vide Florum*: est autem genus pedis incognitum: *al.* minutione vt si cantio quæ leui, tenui & remissiore voce edatur. Festo minuritiones, minorũ animum canunt: Græcis autem *μινυρίσεις* est canere,minuritio itaq. ad remissionem vocis pertinebit: Pæan ad contentionem *Turneb. 1. adverss 12.* Alij hîc legunt Nomiõ quod genus carminis,& cantionis *refte Asheam. 14.** n *al.* cantatimus.*

o *al.* alicunde p *al.* illis, *id est Græci.** q L. imperitissimi,‖ r numero 47. circa finem*

a qui & iuris interpretes 3. *Quint. 6.*

P. 2.

b L. accederet, eò tardiores tibicinis m.

c L. Neque enim te, Crasse, f. d L. dicendi: quod haud sciam,

e *lib. vulg.* vt Sergius Galba, *mendosè.* f L. Quod si iam facere non pot.

g *al.* scientiã*

h *al.* Lõgino, ‖ vide quæ scripsi in oratione pro Plancio*

i L. ad id, quod cupiũt apiscendum. ‖ Ita veteres locuti. Nonius cap. 2. in Apisci. exempla frequẽ tissima in iure.*

k L. tuæ

P. CVIII.

tenet enim res ipſa, atque cauſa, ut Æſopum, ſi a paullum irrauerit explodi. A quibus enim nihil præter voluptatem aurium quæritur, in iis offenditur, ſimulatque imminuitur aliquid de voluptate. In eloquentia autem multa ſunt, quæ teneant, quę ſi omnia ſumma non ſunt, (& pleraque tamen magna ſunt,) neceſſe eſt, ea ipſa, quæ ſunt, mirabilia videri, Ergo, vt ad primum illud reuertar, *ſit orator nobis is*, qui, vt Craſſus deſcripſit, accommodatè ad perſuadendum poſſit dicere. is autem concludatur in ea, quæ ſunt in vſu ciuitatum vulgari, ac forēſi: remotiſque ceteris ſtudiis b, quamuis ea ſunt ampla, atque præclara, in hoc vno opere, vt ita dicam, noctes & dies vrgeatur: imitetúrque illū, cui ſine dubio ſumma vis dicendi conceditur. Atheniēſem Demoſthenem, in quo tantum ſtudiū fuiſſe, tantúſque labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ diligentia, induſtriáque ſuperaret c: cúmque ita balbus eſſet, vt eius ipſius artis d, cui ſtuderet, primam litteram non poſſet dicere, perfecit meditando, vt nemo planiùs eo locutus putaretur. Deinde cùm ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſecutus, vt vna continuatione verborum (id quod eius ſcripta declarant) binæ ei contentiones vocis, & remiſſiones continerentur. Qui etiam (vt memoriæ proditum eſt) coniectis e in os calculis, ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat, neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque adſcenſu ingrediens arduo. Hiſce ego cohortationibus, Craſſe, ad ſtudium, & ad laborem incitandos iuuenes vehementer aſſentior. cætera, quæ collegiſti ex variis, & diuerſis ſtudiis, & artibus, tametſi ipſe es omnia conſecutus, tamen ab oratoris proprio officio, atque munere ſeiuncta eſſe arbitror.

55 ¶ Hæc cùm Antonius dixiſſet: ſanè dubitare viſus eſt Sulpicius, & Cotta, vtrius oratio propiùs ad veritatem videretur a accedere. 56 ¶ Tum Craſſus, Operarium b nobis quendam, Antoni, oratorem facis, atque haud ſcio an aliter ſentias, & vtare tua illa mirifica ad refellendum conſuetudine, qua tibi nemo vnquam præſtitit: cuius quidem ipſius facultatis exercitatio, oratorū propria eſt, ſed iam in philoſophorum conſuetudine verſatur, maximéque eorum, qui de omni re propoſita in vtramque partem ſolent c copioſiſſimè dicere. Verùm ego non ſolū arbitrabar, his præſertim audientibus, à me informari oportere, qualis eſſe poſſet is, qui habitaret in ſubſelliis, neque quidquam amplius afferret, quàm quod cauſarum neceſſitas poſtularet: ſed maius quiddam videbam, cùm cenſebam, oratorem præſertim d in noſtra repu. nullius ornamenti expertem eſſe oportere. Tu auté, quoniam exiguis quibuſdam finibus totum oratoris munus circumdediſti, hoc faciliùs nobis expones ea, quæ abs te de officiis, præceptíſque oratoris quæſita ſunt: ſed opinor, ſecundum hunc diem. ſatis enim multa à nobis hodie dicta ſunt. Nunc & Scæuola e, quoniam in Tuſculanum ire conſtituit, paullum requieſcet, dum ſe calor frangat, & nos ipſi quoniam id temporis eſt, valetudini demus operam. 57 ¶ Placuit ſic omnibus. 58 ¶ Tum Scæuola f, Sanè, inquit, vellem non g conſtituiſſe in Tuſculanum me hodie venturum eſſe, Lælio, libenter auditem Antonium. &, cùm exſurgeret, ſimul arridens, Neque enim, inquit, tam mihi moleſtus fuit, quàd ius noſtrum ciuile peruellit, quàm iucundus, quòd ſe id neſcire confeſſus eſt.

a L. ſi pabliū irrauſerit, expl. ſi ita legitur apud Priſcianum lib. 10. vbi de 4. coniugatione. eſt autem ab irrauio.*

b quamuis ea ſint

c L. ſuperarit. d id eſt Rhetorices, cuius priorem litteram p, pronūtiare oratura non poterat*

e Idem Plutarchus *in Demoſthene.* & id.*

a *forte* accedere videretur.

b & ita lib. 2. de oratore numero 21. ſcribit remigem baiuli, inopem humanitatis & inurbanum.*

c L. copioſiſſimè dicere ſoleat.

d Orator quo reſpublica ornatior eſt, eo P. B. nullius ornamenti expers eſſe debet.*

e L. Scæuola,

f L. Scæuola, g *al.* non conſtituiſſem.

M. TVLLII CICERONIS DE ORATORE, LIBER SECVNDVS.

CRASSVS: CATVLVS: C. IVL. CAESAR: ANTONIVS: Sulpicius: Cotta.

Synopſis libri ſecundi de Oratore.

1. *ad* 14. *Antonius ſuſcepto dicendi onere.* 15. 16. 17. 18. *Artificium ſiue ſtudium dicendi nullum eſſe poſſe ait, niſi os acceſſerit. Rem facultate præclaram eſſe, arte mediocrem, cùm ars ſit rerum quæ ſciantur, oratoris autem actio opinione contineatur: cùm & apud eos qui ſciant, & ab iis ipſis qui neſciant, dicatur.* 19. *Et tamen præcepta quædam peracuta dicendi dari poſſe ad pertrahendos animos hominum & commouendas eorum voluntates. Ea ſi ſimul collecta ſint, magnam quandam artem aut quaſi artem efficere, vt qui ea fuerit aſſecutus, perfectus ſit orator, quo nihil neque præclarius, neque iucundius, plenius, ſubtiliùs. Oratorem illum verſari in conſiliis rerum maximarum dandis, in inuitandis hominum animis, moderandis, cohortandis, dehortandis, in vituperatione, accuſatione, conſolatione, hiſtoriæ cognitione. Cæterarum artium homines ornatiùs ſua dicere,*

ſiquid ab hac arte didicerint. Oratorem ſine eloquentia munus ſuum præſtare, aut nomen ſuum obtinere non poſſe: tametſi ſine eloquentia cætera artes poſſint. 20. 21. 22. Materiam oratoris quæſtionem eſſe vel infinitam ſeu generalem: & finitam, ſeu certam. Hoc genus quæſtionis vltimum verſari vel in lite ordinanda (hinc iudiciale genus cauſæ) aut in conſilio dando (hinc deliberatiuum.) In laude (vnde demonſtratiuum) quod conſiſtit, minus neceſſarium eſſe. 23. 24. Ex ſuperioribus enim facilè peti poſſe. 25. 26. æquè vt ſi de teſtimonio. 27. 28. mandato aliquo ſit dicendum, ſi obiurgandum, cohortandum, conſolandum. 29. 30. 31. 32. 33. aut hiſtoria ſcribenda (34. 35. 36. 37. 38. 39. quo loco hic ab Antonio de hiſtoriæ legibus, & ſcriptoribus cùm Latinis, tum & Græcis quædam interſeruntur) Infinitum genus cauſæ non rectè à multis explicari. 40. 41. Iudiciale genus cauſæ omnium eſſe difficillimum. 42. 43. Græcos id cauſæ genus minus bene tractaſſe. Nam de infinito genere cauſæ nulla dant præcepta. Ac licet rectè quinque quaſi membra eloquentiæ faciant. (Inuentionem, Diſpoſitionem, Elocutionem, Memoriam, Pronunciationem) vt & quinque, ſex, ſeptémve orationis partes (Exordium, Narrationem, Partitionem, Confirmationem, Confutationem, Digreſſionem, Concluſionem) quæ tamen præcepta principiorum & narrationum eſſe voluerunt, eadem ſunt & aliarum quoque partium, quum omnibus partibus beneuolum, attentum & docilem auditorem facere oporteat, veriſimiliter & apertè & breuiter ſit dicendum. Hoc vtilius tradi, vt orator futurus primùm tinctus ſit litteris, & optima ab optimis diſcat, vt quid deceat in omnibus ſequatur, vt valeat viribus, ſpiritu, lingua. Imò vt ſit vir bonus (In perfectis enim oratoribus ſuperiora requiri, vt & mediocri permittenda quæ velit: Abſurdum oratorem, ad aliud ſtudium transferendum eſſe) Eum qui perfectus orator eſſe velit debere, ſorum diſcendi ludum putare: ſed & magiſtrum, quem imitetur, optimum eligere, & cùm optimis ſe exercere (44. 45. Tametſi poſſit accidere, vt nullius imitatione ſibi propoſita quidam laudem, ſed cum periculo obtineant) AD INVENTIONEM hæc quæ ſequuntur pertinere cauſa genus ei vel ab initio ſpectandum eſſe. Quæſtionem facti inficiatione: Qualitatis, futuri perſpicatia: Nominis definitione: ſcripti controuerſias perſpicuitate tolli atque expelli. Cauſæ genere cognito, Probationes oratori quærendas eſſe, quarum quæ contra rem ſunt, collocandæ tantum: quæ in re inſitæ, etiam inueniendæ, & ex ſuis quaſi locis eruendæ. 46. 47. 48. 49. ad 56. Vim oratoris, in auditore conciliando, docendo, mouendo totam poſitam eſſe, quæ orationis lenitatem, acumen, vimque deſiderent. Argumentis fidem fieri, quæ ex locis ſuis eruenda acumine, ratione, diligentia. Acumen ingenij, primas: diligentiam ſecundas obtinere. 57. 58. 59. Artem non eſſe oſtentandam. 60. Locorum alios ex ſua vi & natura: alios foris aſſumi. Vel medioeris eſſe ingenij iudicare, quod argumentorum genus cuique cauſarum generi conueniat. Argumenta ita reperta rectè atque ordine tractari oportere. Inuentis quæ ad docendum auditorem efficiant, quærenda eſſe quæ ad conciliandum, 61. 62. 63. 64. & mouendum. Nominem ſue oratorem ſue hiſtrionem, ſine poetam mouere, niſi ipſe primùm motus ſit. Animos conciliari concitatione, & commendatione. 65. 66. Motus non paſſim adhibendos, ſed ſi cauſa poſtulet: Amorem enim, odium, timorem: Item, Latitiam, moleſtiam, Inuidiam, miſericordiam aliter atque aliter excitari. Refutationem ex iiſdem locis, quibus confirmatio petatur, quæri. Locos & facetias plerunque admoueri oportere. 67. ad 75. Facetiarum aliam æquabiliter fuſam in omni ſermone, (quæ & cauillatio) alteram acutam & breuem, quæ & dicacitas. 76. Tum Iulius ſermone ſuſcepto. De Riſu diſputans, in riſu quinque potiſſimùm quæri, quid & vnde riſus, cuius ſit riſum mouere, & an oratoris: quatenus mouendus, & quæ eius genera. Facetias in re aut dicto ſeu verbo conſiſtere, eáſque variè tractari poſſe. In verbo ſunt ridicula, vt cùm aliud expectamus, aliud dicitur, cùm ab aduerſario verbum exceptum, in eundem inſtigimus: cùm paronomaſia vtimur: verſum aliquem vel prouerbium interponimus, verba immutamus vel inuertimus. In rebus verò facetiæ erunt, ſi rem ipſam ridiculam aptiſſimè ponemus, ſi apologo, hiſtoria, ſimilitudine, imagine, ridiculis vtemur: ſi obſcuritate adhibita alium pungemus: ſi quid diſſimulabimus, ſi honeſto verbo rem vitioſam appellabimus: ſi ex aduerſarij oratione aliud exceperimus, quàm ille velit: ſi videri intelligere nolimus, quod ipſi intelligimus.. ſiquid proferemus, in quo ridiculi ſit ſuſpicio. Huc pertinent ſtomachoſa, ſubmoroſa, lenta, ſtultitia falſa reprehenſio, coniecturæ falſæ: ſi videntur diſcrepantia, ſi reprehendemus quaſi errantem: ſi admonebimus, aut conſilium dabimus, ſiquid aduerſario vel rei conſentaneum dicemus, ſiquid rapiemus præter exſpectationem, ſi id facetè aduerſario concedemus facilè quod nobis detrahit, ſi ſententia adhibita ridiculum quid dicemus, ſi poſſe, quæ fieri non poſſunt, optabimus: ſi lentè per contantibus aliud reſpondebimus. Huc referri poſſunt exſecrationes, adiurationes, minationes, & ſimilia. 77. ad 82. Tum Antonius receptis dicendi partibus, iiſque quæ ad Inuentionem pertinent explicatis, DISPOSITIONIS præcepta afferens, monet initio cogitandum eſſe, quid primùm ſit dicendum, ac quidem de Exordio, Narratione, Partitione, Confirmatione, Refutatione, Concluſione. Hæc in genere cauſarum Iudiciali, & Deliberatiuo ſpectari. Laudatiuum occupari in teſtimoniis & funeribus. Laudari hæc, genus, formam, vires, opes, diuitias, & cætera quæ à fortuna, vel virtute corporis, morum, animi. 83. 84. Hic explicatis de MEMORIA diſputat. 85. ad 86. ac tandem diſputationi finis imponitur. iis quæ ad ELOCVTIONEM & PRONVNTIATIONEM pertinent in librum ſequentem reiectis.

MAGNA

MAGNA nobis pueris, Quincte frater, si memoria tenes, opinio fuit, L. Crassum non [a] plus attigisse doctrinæ, quàm quantum prima illa puerili institutione potuisset: M. autem [b] Antonium omnino [c] omnis eruditionis expertem, atque ignarum fuisse: erántque multi, qui [d], quanquam ita se rem habere arbitrarentur, tamen, quo facilius nos incensos studio dicendi à doctrina deterrerent, libenter id, quod dixi, de illis oratoribus prædicarent, vt, si homines non eruditi summam essent prudentiam, atque ingredibilem eloquentiam consecuti, inanis omnis noster esse labor, & stultum in nobis erudiendis patris nostri, optimi, ac prudentissimi viri, studium videretur. Quos tum, vt pueri, refutare domesticis testibus, patre, & C. Aculeone, propinquo nostro, & L. Cicerone, patruo, solebamus, quòd de Crasso pater, & Aculeo, quorum erat nostra matertera, quem Crassus dilexit ex omnibus plurimùm: & patruus, qui cum Antonio in Ciliciam profectus vnà decesserat: multa nobis de eius studio, doctrináque sæpe [e] narrauit: cúmque nos cum consobrinis nostris, Aculeonis filiis, & ea discereremus, quæ Crasso placerent, & ab his doctoribus, quibus ille vteretur, erudiremur, etiam illud sæpe intelleximus (cùm [f] essemus eiusmodi: quod vel pueri sentire poteramus) illum & Græcè sic loqui, nullam vt nosse aliam linguam videretur, & doctoribus nostris ea ponere in percontando [g], eáque ipsum omni in sermone tractare, vt nihil esse ei nouum, nihil inauditum videretur. De Antonio verò, quanquam sæpe ex humanissimo homine, patruo nostro, acceperamus, quemadmodum ille vel Athenis, vel Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus, dedisset [h]: tamen ipse adolescentulus, quantum illius ineuntis ætatis meæ patiebatur pudor, multa ex eo sæpe quæsiui. Non erit profectò tibi, quod [i] scribo, hoc nouum (nam iam tum ex me audiebas,) mihi illum ex multis, variisque sermonibus, nullius rei, quæ quidem esset in his artibus, de quibus aliquid existimare possem, rudem, aut ignarum esse visum. Sed fuit hoc in vtroque [k] eorum, vt Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quàm illa despicere, & nostrorum hominum in omni genere prudentiam Græcis anteferre, Antonius autem probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse nunquam putaretur: atque ita se vterque grauiorem fore, si alter contemnere, alter ne nosse quidem Græcos videretur. Quorum consilium quale fuerit, nihil sanè ad hoc tempus. Illud autem est huius institutæ scriptionis, ac temporis, *neminem eloquentia, non modò sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia, florere vnquam, & præstare potuisse.* Etenim cæteræ ferè artes se ipsæ per se tuentur singulæ: *bene dicere autem, quod est scienter, & peritè, & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius* [a] *termino sepia teneatur.* Omnia, quæcumque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur, aut eloquentiæ nomen relinquendum est. Quare equidem & in nostra ciuitate, & in ipsa Græcia, quæ semper hæc summa duxit, multos & ingeniis, & magna laude dicendi sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor: talem verò exsistere eloquentiam, qualis fuerit in Crasso, & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ [b] in tantam prudentiam pertinerent, tantámque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo. Quo etiam feci libentiùs, vt eum sermonem, quem illi quondam inter se de his rebus habuissent, mandarem litteris: vel vt illa opinio, quæ semper fuisset, tolleretur, alterum [c] non doctissimum, alterum [d] planè indoctum fuisse: vel vt ea, quæ existimarem à summis oratoribus de eloquentia diuinitus esse dicta, custodirem litteris, si vllo modo assequi, complectíque potuissem: vel [e] mehercule etiam vt laudem eorum iam propè senescentem, quantum ego possem, ab obliuione hominum, atque à silentio vindicarem. Nam si ex scriptis cognosci ipsi suis potuissent, minus hoc fortasse mihi esset putassem laborandum: sed cùm alter non multùm, (quod quidem exstaret,) & idipsum adolescens, alter nihil admodum scripta reliquisset: deberi hoc à me tantis hominum ingeniis putaui, vt, cùm etiam nunc viuam illorum memoriam tenerem, hanc immortalem redderem, si possem. Quod hoc etiam spe aggredior maiore ad probandum, quia non de Seruij [g] Galbæ, aut C. Carbonis eloquentia scribo aliquid, in quo liceat mihi fingere, siquid velim, nullius memoria iam refellente: sed edo hæc iis cognoscenda, qui eos ipsos, de quibus loquor, sæpe audierunt: vt duos summos viros, iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi oratores cogniti fint, viuorum & præsentium, memoria teste, commendemus. Nec verò te, carissime frater, atque optime, rhetoricis nunc quibusdam libris, quos tu agrestcis putas, insequor vt erudiam: (Quid enim tua potest oratione aut subtilius, aut ornatius esse?) sed quoniam siue iudicio, vt soles dicere, siue, vt ille pater eloquentiæ de se Isocrates scripsit ipse, pudore, à dicendo, & timiditate ingenuah quadam refugisti, siue, vt ipse iocari soles, vnum putasti satis esse non modò in vna familia rhetorem, sed pænè in tota ciuitate: non tamen arbitror tibi hos libros in eo fore genere, quod meritò, propter eorum, qui de dicendi ratione disputarunt, ieiunitatem i bonarum artium, possit illudi. Nihil enim mihi quidem videtur in Crassi, & Antonij sermone esse præteritum, quod quisquam summis ingeniis, acerrimis studiis, optima doctrina, maximo vsu cognosci, ac percipi potuisse arbitraretur: quòd tu facillimè poteris iudicare, qui prudentiam rationémq. dicendi, per te ipsum, vsum autem, per nos, percipere voluisti. Sed, quò citiùs hoc quod suscepimus, non mediocre munus, conficere

a Crassum paulò pòst, quorundam opinione, nō doctissimum falsò habitū scribit.*
b L.M. verò Antonium
c Antonius omnino omnis eruditionis expers, iguarus, & planè indoctus habitus, sed vt paulò pòst ait, falsò.*
d L. qui, quāquam non ita fecerā hab.
e sæpe narrauit.
f L. *delendum putat hoc totum*, cùm essemus eiusmodi:
g *al.* in percunctando. P. 114.
h *al.* dedidisset:
i L. quod scribo, nouum (nam hoc iam t. ex me audiebas,
k Crassi & Antonij diuersa ingenia. Ille Græcos authores contemnere viderit: hic ne nosse quidem videri volebat.*
a L. cuius termini sæptum
b quæ ad eā tam.
c *id est* Crassum.*
d *id est* Antonium.*
e L. vel mehercule vt laud.
f L. putassem esse lab.
P. 2.
g *lib. vulg.* Sergij Galbæ mendosè.
h *fort.* quadā ingenua.
i Frontoni, ieiunitas, cùi abstinentia: Ieiunio dies ipsa.

a *fort.* cohortatione.

possimus, omissa nostra abhortatione[a] ad eorum, quos proposuimus, sermonem, disputationémque veniamus. 2 ¶ Postero igitur die, quàm illa erant acta, hora ferè secunda, cùm etiam tum in lecto Crassus esset, & apud[b] eum Sulpicius sederet, Antonius autè inambularet cũ Cotta in porticu, repentè eò Quintus Catulus senex cum C. Iulio fratre venit: quod vbi audiuit, cõmotus Crassus surrexit, omnésque admirati, maiorem aliquam esse causam eorum aduentus suspicati sunt. Qui cùm inter se, vt ipsorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent, Quid vos tandem? Crassus, numquidnam, inquit, nouí? 3 ¶ Nihil sanè, inquit Catulus. etenim vides esse ludos: sed vel tu nos ineptos licet, inquit, vel molestos putes, cùm ad me in Tusculanum, inquit, heri vesperi venisset Cęsar de Tusculano suo,

b Id est inter ea: ita hunc locum interpretatur Nonius *cap. 2. in Apud.*

c L. Scæuula à se hinc

dixit mihi, à[c] se Scæuolam hinc euntem esse conuentum: ex quo mira quædam se audisse dicebat, te, quem ego toties omni ratione

d *al.* ducere.

tentans ad disputandum elicere[d] non potuissem, permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse, & tanquam in schola propè ad

P. C X. e *fort.* Rhetorum.

Græcorum[e] consuetudinem disputasse. Itaque frater exorauit me ipsum, non quidem à studio audiendi nimis abhorrentem, sed mehercule verentè tamen, ne molesti vobis in

f L. Itaque me frater exorauit, non ipsum quidẽ à studio audiendi nimis ab.

terueniremus, vt huc secum venirẽ. Scæuulà enim ita dicere aiebat, bonam partẽ sermonis in hũc diem esse dilatam. Hoc si tu cupidiùs factum existimas, Cæsari attribues: si familiariùs, vtrique nostrũm. nos quidem, nisi fortè molesti interuénimus, venisse delectat.

4 ¶ Tum Crassus, Equidem, quæcunque causa vos huc attulisset, lętarer, cùm apud me viderem homines mihi carissimos, & amicissimos: sed tamen verè dicam, quæuis mallem fuisset, quàm ista, quam dicis. Ego enim, (vt, quemadmodum sentio, loquar) numquã mi-

g C. magisq. adeò id.

hi minus, quàm hesterno die, placui: magis[g] adeò id facilitate, quàm alia vlla culpa mea cõtigit, qui dum obsequor adolescẽtibus, me senem esse fum oblitus: fecíque id, quod ne adolescens quidem feceram, vt iis de rebus, quæ doctrina aliqua continerentur, disputarem. Sed hoc tamẽ cecidit mihi peropportunè, quòd, transactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum venistis. 5 ¶ Tum Cæ-

h L. ita fum cupidus in illa longiore oratione te, as perp.

sar, Equidem, inquit, Crasse, ita[h] sum cupidus te in illa longiore, ac perpetua disputatione, audiendi. vt, si id mihi minus contingat, vel hoc fim quotidiano tuo sermone contentus. Itaque experiar equidẽ illud, vt ne Sulpicius, familiaris meus, aut Cotta, plus quàm ego apud te valere videantur, & te exorabo profectò, vt mihi quoque, & Catulo tuæ suauitatis aliquid impertias. Sin tibi id minus libebit:

i L. vt, dum vereare tu, ne fis inept.

non te vrgebo, neque committam, vt[i], dum vereare ne tu fis ineptus, me esse iudices.

6 ¶ Tum ille. Ego mehercule, inquit Cæsar, ex omnibus Latinis verbis huius verbi vim vel maximã semper putaui, quẽ enim nos ineptum[k] vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non sit aptus, idq.

k Ineptus quis dicatur. Hic locus à Nonio cap. 2. in Ineptus. 192.*

in sermonis nostri cõsuetudine perlatè patet. Nam qui aut, tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibus cum est, vel dignitatis, vel cõmodi rationem nõ habet, aut denique in aliquo genere aut incõcinnus, aut multus est, is ineptus esse dicitur. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. itaque quòd vim huius mali Græci non vident, ne nomẽ quidem ei vitio imposuerũt. vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. Omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud[a] scio an vlla sit maior, quàm illorũ, qui solent quocumq. b in loco, quoscumque inter homines visum est, de rebus aut difficillimis, aut nõ necessariis argutissimè disputare. hoc nos ab istis adolescẽtibus facere, inuiti & recusãtes, heri coacti sumus. 7 ¶ Tum Catulus, Ne Græci quidem, inquit, Crasse, qui[c] in ciuitatib. suis clari & magni fuerunt, sicuti tu es, nósque omnes in nostra republica volumus esse, horũ Græcorum, qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt: nec tamen in otio sermones huiusmodi, disputationésq. fugiebant. Ac si tibi videntur, qui temporis, qui loci, qui hominũ rationẽ non habent, inepti, sicut debent videri, num tandem aut locus[d] hic nõ idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, vbi ambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum[e], & Græcarum disputationum memoriam quodammodo cõmouent? aut[f] importunum tempus in tanto otio, quod & rarò datur, & nũc peroptatò nobis datum est? aut homines ab hoc genere disputationis alieni, qui[g] omnes hi sumus, vt sine his studiis nullã vitam esse ducamus? 8 ¶ Omnia ista, inquit Crassus, ego alio modo interpretor, qui primùm palæstram[h], & sedes, & porticus, etiam ipsos, Catule, Græcos, exercitationis, & delectationis causa, non disputationis, inuenisse arbitror. Nã & sæculis multis antè gymnasia in uenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt, & hoc ipso tépore, cùm omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discumi audire, quàm philosophum, malunt: qui simul vt increpuit, in media oratione de maximis rebus, & grauissimis disputantem philosophum omnes vnctionis causa relinquunt. ita leuissimam delectationẽ grauissimæ, vt ipsi ferunt, vtilitati anteponunt. Otium[k] autem quòd dicis esse assentior. verùm *otij fructus est, non cõtentio animi, sed relaxatio.* Sæpe ex socero meo audiui, cũ is diceret, socerũ suum Lælium semper ferè cũ Scipione solitũ rusticari eósque incredibiliter repuerascerel esse solitos, cùm rus ex vrbe, tanquã è vinculis, euolauissent[m]. Non audeo dicere de talibus viris, sed tamen ita solet narrare Scæuula, conchas eos, & vmbilicos[n] ad Caietam, & [o] ad Laurentũ legere consuesse, & ad omnẽ animi remissionem, ludúmque descendere. Sic[p] enim se res habet. VT, quemadmodum volucreis videmus procreationis, atque vtilitatis suæ causa fingere, & construere nidos, easdem autem, cùm aliquid effecerint, leuandi laboris sui causa, passim ac liberè solutas opere volitare: sic nostri animi foréſib. negotiis, atque vrbano opere defessi, gestiunt, ac volitare cupiunt vacuiq cura, atque labore. Itaq. illud, quod ego in causa Curiana Scæuulæ dixi, non dixi secus, ac sentiebam. Nam si, inquam, Scæuola[r], nullum erit testamentum rectè factum, nisi[s] quod tu scripseris, omnium testamenta tu[t] scribes vnus. Quid igitur? inquam: quando ages negotium publicum? quan-

a L. haud scio an nulla sit m.

b *fort.* quoq. in loco, quos que inter h.

c L. ij qui In

P, B.

d Cotta disputationem efflagitat argumentis cõquisitis, à loco, tempore & personis.*

e L. gymnasiorum Græcorum, & disp. m.

f *fort.* aut in opportunum tempus.

g L. quiomnes ij sumus.

h Palæstra & gymnasia cur inuenta.*

i discus laudi genus. Horat. seu pila velox, seu te discus agit.*

k Otio quẽ admodum vtendum.*

l Ita apud Nonium legitur cap. 2. in Repuerascere. Alij legunt, Repuerescere.*

m L. euolassent.

n 8. Valer. 8. vbi in ora. obeliscos legitur.*

o L. & ad Laurentum. *al.* & ad Lucrinum. *mendosè.*

p L. Sic enim se res habet. Quemadmodum vol.

q L. Vacui cura, ac laborẽ,

r L. Scæuula

s Testamenta scribere veteres solebant adhibito iurisperito. adde l. Lucius 88. in f. ff. de legat. 2.*

t *al.* meritò tu scr.

BIBLIOTECA „ASTRA"
SIBIU

cum? quando amicorum? quando tuum? quando denique nihil ages? Tum illud addidit. *mihi enim liber esse non videtur, qui non aliquando nihil agit.* in qua permaneo, Catule, sententia, méque cùm huc veni, hoc ipsum nihil agere, & planè cessare delectat. Nam, quòd addidisti tertium, vos[a] eos esse, qui vitam insuauem sine his studiis putareris, id me nō modò non hortatur ad disputādum, sed eriam deterret. Nam vt C. Lucilius, homo doctus, & perurbanus, dicere solebat, *ea, quæ scriberet neque[b] ab indoctissimis neque ab doctissimis legi velle, quòd alter nihil intelligerent, alter iplus fortasse, quàm[c] ipse de se*: quo etiam scripsit, Persium non curo legere: (hic enim fuit, vt noramus, omniū ferè nostrorum hominum doctissimus:) Lælium, Decimum volo, quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium: sic ego, si[e] iam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos, sed multò minùs apud vos. malo enim non intelligi orationem meam, quàm reprehendi. 9 ¶ Tum Cæsar, Equidem, inquit, Catule, iam mihi videor nauasse operā, quòd huc venerim. nam hæc ipsa recusatio disputationis, disputatio quædam fuit mihi quidem periucunda. Sed cur impedimus Antonium, cuius audio esse parteis, vt de tota eloquentia disserat, quémque iamdudum Cotta, & Sulpicius exspectant? 10 ¶ Ego verò, inquit Crassus, neque Antonium verbum facere patiar, & ipse obmutescam, nisi priùs à vobis impetraro[f]. 11 ¶ Quidnam? inquit Catulus. Vt hîc sitis hodie. 12 ¶ Tum cùm ille dubitaret, quòd ad fratrem[g] promiserat, Ego, inquit Iulius, pro vtroque respondeo: sic faciemus: atque ista quidem conditione, vel vt verbum nullum faceres, me teneres. 13 ¶ Hic Catulus arrisit: & simul, præcisa, inquit, mihi quidem dubitatio est, quoniam neque[h] domi imperaram: & hîc, apud quem eram futurus, sine mea sententia tam facilè promisit. 14 ¶ Tum omnes oculos in Antonium coniecerunt. 15 ¶ Et ille, Audite verò, audite, inquit. hominem enim audietis de i schola, atque à magistro, & Græcis litteris eruditū, & eò quidē loquorkconfidentiùs, quòd Catulus auditor accessit: cui non solùm nos Latini sermonis, sed etiam Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem[l], elegantiámque concedere. Sed tamen, quoniam hoc totum, quidquid est, siue artificium, siue studium dicendi, nisi accessit[m] os, nullum potest esse, docebo[n] vos, discipuli, id, quod ipse non didici, quid de omni genere dicendi sentiam. 16 ¶ Hic posteaquam arriserunt. 17 ¶ Res mihi videtur esse, inquit, facultate præclara, arte mediocris. Ars[o] enim, earum rerum est, quæ sciuntur. Oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur. Nam & apud eos dicimus, qui nescíunt, & ea dicimus, quæ nescimus ipsi: itaque & illi aliàs aliud iisdem de rebus & sentiunt, & iudicant, & nos contrarias sæpe causas dicimus, non modò vt Crassus contra me dicat aliquando, aut ego contra Crassum, cùm P alterutri necesse sit falsum dicere, sed etiam vt vterque nostrûm eadem de re aliàs aliud defendat, cùm plus vno verum esse non possit. Vt igitur in eiusmodi re quæ mendacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perueniat, quæ opiniones hominum, & sæpe errores aucupetur, ita dicam, si causam putatis esse cur audiatis. 18 ¶ Nos verò, & valde quidem, Catulus inquit, putamus, atque eò magis, quòd nulla mihi ostentatione videtis esse vsurus. Exorsus es[a] enim non gloriosè magis[h], vt tu putas, à veritate, quàm à nescio qua dignitate. 19 ¶ Vt igitur de ipso genere sum confessus, inquit Antonius, artem esse non maximam: sic illud affirmo, præcepta posse quædam dari[c] peracuta ad pertractandos animos hominum, & ad excipiendas[d] eorum voluntates. Huius rei scientiam siquis volet magnam quandam artem esse dicere, non repugnabo. Etenim cùm plerique temere, ac nulla ratione causas in foro dicāt, nonnulli autem propter exercitationem, aut propter consuetudinem aliquam callidiùs id faciant, non est dubium, quin, siquis animaduerterit, quid sit, quare alij meliùs, quàm alij dicant, id possit notare. Ergo id qui toto in genere fecerit, is si non planè artē, at quasi artē quandam inuenerit. Atque vtinam, vt[e] mihi illa videre videor in foro, atque in causis: ita nunc, quemadmodum ea reperirentur, possim[f] vobis exponere. Sed de me videro: nunc hoc propono, quod mihi persuasi, quāuis ars non sit: tamen nihil esse perfecto oratore præclarius. Nam, vt *vsum* dicendi omittam, qui in omni pacata, & libera ciuitate dominatur[g], tanta *oblectatio* est in ipsa facultate dicendi, vt nihil hominum aut auribus, aut mentibus iucundius percipi possit. Qui enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest? quod carmen artificiosa verborum conclusione[h] aptius? quis actor in imitanda, quàm orator in suscipienda veritate iucundior? Quid autem subtilius, quàm acutæ, crebræq; *sententiæ*? quid admirabilius, quàm[k] res splendore illustrata *verborum*? quid plenius, quàm omni *rerum* genere cumulata oratio? Neque enim vlla non propria oratoris est res, quæ quidem ornatè dici, grauitérque debeat. Huius est in dando *consilio* de maximis rebus cum dignitate explicata sententia eiusdem & languentis populi *incitatio*, & effrænati *moderatio*. Eádem facultate fraus hominum ad *perniciem*, & integritas ad *salutem* vocatur. Quis *cohortari ad virtutem* ardentiùs, quis à *vitiis acriùs reuocare*, quis *vituperare* improbos asperiùs, quis *laudare* bonos ornatiùs, quis cupiditatem vehementiùs frangere *accusando* potest? quis mœrorem leuare mitiùs *consolando*? *Historia*[m] verò testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Nam siqua est ars alia, quæ verborum aut faciendorum, aut deligendorum[n] scientiam profiteatur: si quisquam dicitur, nisi orator, formare orationem, eámque variare, & distinguere quasi quibusdam verborum, sententiarúmque insignibus: aut si via vlla, nisi ab hac vna arte, traditur aut argumentorum, aut sententiarum, aut denique descriptionis, atque ordinis: fateamur aut hoc, quod hæc ars profiteatur, alienum esse, aut[o] cum aliqua alia arte esse commune. sed si in hac vna est ea ratio, atque doctrina: non siqui aliarum artium bene locuti sunt, eò minùs id est huius vnius proprium. sed vt orator de iis rebus, quæ ceterarum artium sunt, si modò eas cognorit[p], (vt heri Crassus dicebat) optimè potest dicere: sic ceterarum artium homines ornatiùs

P. CXI.

a Apud quos dicendum sit maximè.*

b L. neque se ab indoctis. neque à d.

c L. quàm ipse de se. intelligi velle. vt de quo etiam scr. sed. quàm ipse, de quo etiam.*

d Persius.*

e *al.* si iis dis putandum sit

fal. impetrabo.

g se iturum scilicet. *Alij* apud fratrē. *malè. nec. n. Cæsar ad fratrem Catulum se iturum promiserat.* sed, vt sequentibus constat, Catulus apud Cæsarem legendum itaque videtur, quòd fratri promiserat, fratri inquā Catulo, qui cœnam Cæsari condixerit.*

h *al.* ne qui domi paraue ram. *malè.* Domi autē hîc imperare, est cœnam suis imperare.*

i Ironia, aut certè legendum non de schola, neque à magistro, neque à Græcis.

lz L. loquar. i *sort.* subtilitate, elegantiáque.

P. R.

m *al.* accesserit.*

n *al.* docebo vos, discip.

o Ars propriè quid.*

p *al.* cùm alterutrum necesse sit.

a L. enim es

b L. magis & veritate, vt tu putas.

c *al.* peracco modata.* d *al.* captandas.*

e L. vt illa mihi videre

f L. posſem

g Vis Oratoriæ vtilitas & oblectatio.*

h *al.* constructione.*

i L. qui actor imitanda quam orator fuse.

k L. quàm res splend. illustratæ vor.

l L. & fraus

m Historiæ laus.*

P. CXII.

o *al.* diligendorum: sic dilectus militum Iuri & Festo.*

o L. aut ei cō aliqua

p *al.* cognouerit.

illa sua dicunt, siquid ab hac arte didicerũt. Neque enim si de [a] rusticis rebus agricola quippiam, aut etiam id, quod multi, medicus de morbis, aut de pingendo pictor aliquis disertè dixerit, aut scripserit, idcirco illius artis putanda sit eloquentia: in qua quia vis magna est in hominum ingeniis, eò multi etiã sine doctrina aliquid omnium generum, atque artium consequuntur: sed, quid cuiusque sit proprium, etsi ex eo iudicari potest, cùm videris, quid [b] quæque doceant, tamen hoc certius nihil esse potest, quàm quòd omnes artes aliæ sine eloquentia suum munus præstare possunt, orator sine ea nomen suum obtinere non potest: vt ceteri, si diserti sint, aliquid ab hoc habeant: hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit. 20 ¶ Tum Catulus, Etsi, inquit, Antoni, minimè impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuæ, patiere tamen, mihíque ignoscès. Non enim possum, quin exclamem, vt ait ille in Trinummo. ita mihi vim oratoris cùm exprimere subtiliter visus es, tum laudare copiosissimè: quod quidem eloquentem vel optimè facere oportet, vt eloquentiam laudet. debet enim ad eam laudandam ipsam illam adhibere, quam laudat. Sed perge porrò: tibi enim assentior, vestrum esse hoc totum, disertè dicere, idque siquis in alia arte faciat, eum assumto aliunde vti bono, non proprio, nec suo. 21 ¶ Et Crassus, Nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliuit, hominémque reddidit. nam hesterno [c] sermone vnius cuiusdam operis, vt ait Cæcilius, remigem aliquem, aut baiulum, nobis oratorem describeras, inopem quendam humanitatis, atque inurbanum. 22 ¶ Tum Antonius, Heri enim, inquit, hoc mihi proposuerã, vt, si te refellissem, hos à te discipulos abducerem: nunc, Catulo audiente, & Cæsare, videor debere non tã pugnare tecum, quàm quid ipse sentiam, dicere. Sequitur igitur, quoniam nobis est hic, de quo loquimur, in foro, atque in oculis ciuium constituendus, vt videamus, quid ei negotij demus, cuíque eum muneri velimus esse præpositum. Nam Crassus heri [e], cùm vos Catule, & Cæsar, non adessetis, posuit breuiter in artis distributione idem, quod Græci plerique posuerunt: neque sanè quid ipse sentiret, sed quid ab illis diceretur, ostendit: duo[f] prima genera quæstionum esse, in quibus eloquentia versaretur: vnum infinitum, alterum certum. Infinitum mihi & videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur, hoc modo: Expetendáne esset eloquentia: expetendíne honores. Certum autem in hquo quid in personis, & in constituta re, & definita quæreretur: cuiusmodi sunt quæ in foro, atque in ciuium causis, disceptationibúsque versantur. Ea mihi videtur aut [i] in lite ordinanda [k], aut in consilio dando esse posita: nam illud tertium, quod à Crasso tactum est, &, vt audio, ille ipse Aristoteles, qui hæc maximè illustrauit, adiunxit, etiam si opus est, tamen minus est necessarium. 23 ¶ Quidnam? inquit Catulus, an laudationes? id enim video poni genus tertium. 24 ¶ Ita, inquit Antonius, & in eo quidem genere scio & me, & omneis, qui affuerũt, delectatos esse vehementer, cùm abs te est Popilia [l] mater vestra, laudata: cui primùm mulieri hunc honorem in nostra ciuitate tributum puto: sed non omnia quæcũque loquimur, mihi videntur ad artem, & ad præcepta esse reuocanda. Ex his enim fontibus, vnde omnia ornatè dicendi præcepta sumuntur, licebit etiam laudationem ornare, neque illa elementa desiderate, quæ vt nemo tradat, quis est, qui nesciat, quæ [a] sint in homine laudanda? possitis enim iis rebus, quas Crassus in illius orationis suæ, quam contra collegam censor habuit, principio dixit, quæ natura, aut fortuna darentur hominibus, inb iis rebus se vinci posse animo æquo pati: quæ ipsi sibi homines parate possent, in iis rebus se pati vinci, non posse: qui laudabit quempiam, intelliget, exponenda [c] sibi esse fortunæ bona. Ea sunt, generis, pecuniæ, propinquorũ, amicorum, opum, valetudinis, formæ, virium, ingenij, ceterarúmque rerum, quæ sunt aut corporis, aut extraneæ: si habuerit, bene his vsum: si non habuerit, sapienter de caruisse: si amiserit, moderatè tulisse. Deinde quid sapienter is, quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid iustè, quid magnificè, quid piè, quid gratè, quid humaniter, quid denique cum aliqua virtute aut fecerit, aut tulerit. Hæc, & quę sint eius generis, facilè videbit, qui volet laudare quempiam: & qui vituperare, contraria. 25 ¶ Cur igitur dubitas, inquit Catulus, facere hoc tertium genus, quoniam ineſt in ratione [e] rerum. non enim si est facilius, eo de numero quoque est excerpendum. 26 ¶ Quia nolo, inquit, omnia, quæ cadunt aliquando in oratorem [g], quamuis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine præceptis suis. Nam & *testimonium* sæpe dicendum est, ac nonnun quam etiam accuratiùs, vt mihi necesse fuit in Sex. Titium, seditiosum ciuem, & turbulentum: explicaui in eo testimonio dicendo, omnia consilia consulatus mei, quibus illi tribuno plebis pro republica restitissem, quæq; ab eo contra rempublicam facta arbitrarer, exposui. diu retentus sum, multa audiui, multa respondi. Num igitur placet, cùm de eloquentia præcipias, aliquid etiam de testimoniis dicendis [g], quasi in arte tradere? 27 ¶ Nihil sanè, inquit Catulus, necesse est. 28 ¶ Quid si (quod sæpe summis viris accidit *mandata* sint exponenda, aut in senatu ab imperatore, aut ad imperatorem, aut ad regem, aut ad populum aliquem à senatu? num quia genere orationis in huiusmodi causis accuratiore est vtendum, idcirco pars [h] etiam hæc causarum numeranda videtur, aut propriis præceptis instruenda? 29 ¶ Minimè verò, inquit Catulus. non enim deerit homini diserto in eiusmodi rebus facultas ex ceteris rebus, & causis comparata. 30 ¶ Ergo item, inquit, illa, quæ sæpe disertè agenda sunt, & quæ ego paullo antè (cũ eloquentiam laudarem) dixi oratoris esse, neque habent suum locum vllum in diuisione partium, neque certum præceptorum genus, & agenda sunt non minùs disertè, quàm quæ in lite dicuntur. *obiurgatio, cohortatio, consolatio*: quorum nihil est, quod non summa dicendi ornamenta desideret: sed ex artificio res istæ præcepta non quærunt. 31 ¶ Planè, inquit Catulus, assentior. 32 ¶ Age verò, inquit Antonius, qualis oratoris: & quantii hominis in dicendo putas esse *historiam* scribere? 33 ¶ Sicut [k] Græci scripserunt, summi, inquit Catulus: sicut [l] nostri, nihil opus est oratore, satis est non esse mendacem. 34 ¶ Atqui, ne no-

a L. de rebus rusticis.

b L. quid quæque doceat,

a operarium oratorem ab Antonio constitui superiori libro dixerat Crassus numero 55.*

d L. atque vt humanitas.

P. B. e vide lib. 1. num. 37.*

f Materia oratoris quæstio Infinita, & finita.*

g L. mihi videbatur dicere,

h *al.* in quo aliquid in pers.

i Causarum genera duo præcipua statuit Antonius in lite ordinanda (quod & iudiciale) alterum in consilio (quod & deliberatiuum) Laudationis, seu demonstrationis, aut minus esse necessarium.*

k *al.* oratã* l L. Popillia,

a Laudationis seu generis demonstratiui exornatio, quibus ex locis petenda.*

b *al.* in iis rebus vinci, se posse animo æquo p. q. i. s. h. p. poss. in iis r. se pati non posse vinci.

c L. exp. sibi esse naturæ, & fortunæ b.

d L. patienter caruisse: sic Horat. 1. saty. 1. illis vtitur Quæsitis patiens.*

e *al.* natura *vel legendum* ineſt in oratore. *vel* ineſt oratori non enim &c. nã & mox dicit, P. CXIII. cadere in oratorem.* f *al.* oratiõnem.*

g *al.* dicendũ arte tradere, sed, quasi in arte tradere, hîc more eorum qui in scholis docent.*

h L. etiam pars h.

i DE HISTORIA: & à quibus Historiã scribi oporteat.*

k L. si, vt Græci scr.

l L. si, vt nostri *et. & ita R. Steph. vtique.*

ne nostros contemnas, inquit Antonius, Græci[a] ipsi sic initiò scriptitarunt, vt noster *Cato*, vt *Pictor*, vt *Piso*. Erat enim historia[b] nihil aliud, nisi annalium confectio: cuius rei, memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mucium, pontificem maximum, res omneis singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus, efferebátque[c] in album[d], & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi, ijs[e] qui etiam nunc Annales[f] maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine vllis ornamentis monumenta solùm temporum, hominum, locorum, gestarúmque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, Acusilas[g] fuit, aliíque permulti, talis noster Cato, & Pictor, & Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornatur[h] oratio (modò enim huc ista sunt importata) &, dum intelligatur, quid dicant, vnam dicendi laudem putant esse, breuitatem. Paullulum se erexit, & addidit historiæ maiorē sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, *Antipater*, ceteri non exornatores rerum, sed tantummodò narratores fuerunt. 35 ¶ Est, inquit Catulus, vt dicis: sed iste ipse Cœlius neque distinxit historiam varietate locorum, neque verborum collocatione: & tractu orationis leni, & æquabili perpoliuit[i] illud opus: sed vt homo neq. doctus, neq maximè aptus ad dicendū, sicut potuit, dolauit: vicit tamen, vt dicis, superiores. 36 ¶ Minimè mirum, inquit Antonius, si ista res adhuc nostra lingua illustrata non est. Nemo enim studet eloquentię nostrorum hominum, nisi vt in causis, atque in foro eluceat: apud Græcos autem eloquentissimi homines, remoti à causis forensibus, cùm ad ceteras res illustreis, tum ad scribendam historiam maximè se applicauerūt. Nāque & *Herodotum*[k] illum, qui princeps genus hoc ornauit, in causis nihil omnino versatū esse accepimus, atqui tanta est eloquentia, vt me quidem, quantum ego Græcè scripta intelligere possim, magnopere delectet. Et post illum *Thucydides* omneis dicendi artificio, mea sententia, facilè vicit: qui ita creber est rerum frequentia, vt verborum prope numerum, sententiarum numero consequatur: ita porrò verbis aptus, & pressus, vt nescias, vtrùm res oratione, an verba sententiis illustrentur. Atqui ne hunc quidem, quanquam est in republica versatus, ex[l] numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt: & hos libros tum scripsisse dicitur, cùm à republica remotus, atque, id quod optimo cuiq. Athenis accidere solitum est, in[m] exsilium pulsus esset. Hunc cōsecutus est Syracusius *Philistus*, qui cùm Dionysij tyranni familiarissimus esset, otium suum consumsit in historia scribenda, maximéque Thucydidē est, sicut mihi videtur, imitatus. Postea verò, quasi ex clarissima rhetoris officina, duo præstates ingenio, *Theopompus*, & *Ephorus*, ab Isocrate magistro impulsi, se ad historiam cōtulerunt: causas omnino nunquam attigerunt. Denique etiam à philosophia profectus princeps *Xenophon*, Socraticus ille, pòst ab Aristotele *Callisthenes*, comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem rhetorico pænè more: ille autem superior, leniore quodam sono est vsus: & qui illum impetum oratoris non habeat, vehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen est, vt mihi quidem videtur, dulcior. Minimus natu horum omnium *Timæus*, quantum autē indicare possum, longè eruditissimus, & rerum copia, & sententiarum varietate abūdantissimus, & ipsa compositione verborum non impolitus, magnā eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum vsum forensem. 37 ¶ Hæc cùm ille dixisset: Quid est, inquit, Catule, Cæsar? vbi sunt, qui Antonium Græcè negāt scire? quot historicos nominauit? quàm scienter? quàm propriè de vnoquoque dixit? 38 ¶ Id mehercule, inquit Catulus, admirans, illud iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar, hunc, cùm hæc nesciret, in dicendo posse tantum. 39 ¶ Atqui, Catule, inquit Antonius, non ego vtilitatem aliquam ad dicendum aucupans, horum libros, & nōnullos alios, sed delectationis causa, cùm est otium, legere soleo. Quid[a] ergo est? fatebor aliquid tamen: Vt, cùm in sole ambulem, etiā si aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, vt colorer: sic, cùm istos libros ad Misenum (nam Romę vix licet) studiosiùs legerim, sentio orationem meam illorum cantu quasi colorari. Sed ne latiùs hoc vobis patēre videatur, hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi, qui scripserunt, voluerūt à vulgo intelligi. In philosophos vestros[b] siquando incidi, deceptus indicibus librorum, quòd sunt ferè inscripti de reb. notis, & illustribus, de virtute, de iustitia, de honestate, de voluptate, vetbum prorsus nullum intelligo: ita sunt angustis, & concisis disputationibus illigati. Poetas omnino, quasi[c] aliena quadam lingua locutos, non conor attingere, cum his me (vt dixi) oblecto, qui res gestas, aut dqui orationes scripserunt suas, aut qui ita loquūtur, vt videantur voluisse esse nobis, qui non sumus eruditissimi, familiares. Sed illuc redeo, Videtísne, quantum munus sit oratoris historia? haud scio, an flumine orationis, & varietate maximum. neque tamen eam reperio vsquam separatim instructam rhetorum præceptis. sita sunt enim ante oculos. Nam quis nescit, *primam*[e] *esse historiæ legem, nequid falsi dicere audeat?* deinde *nequed*[f] *verè non audeat? nequa suspicio gratiæ sit in scribendo? nequa simultatis?* Hæc scilicet fundamenta, nota sunt omnib. Ipsa autem exædificatio[g], posita est in rebus, & verbis. Rerum[h] ratio ordinem *temporum* desiderat, *regionum* descriptionē: vult etiam, quoniam i in rebus magnis, memoriáque dignis *consilia* primùm, deinde *acta*, postea *euentus* expectantur, & de consiliis significari quid scriptor probet, & in reb. gestis declarari nō solùm quid actum, aut dictum sit, sed etiam quomodo: & cùm de euētu dicatur, vt causæ explicentur omnes, vel casus, vel sapientiæ, vel temeritatis: hominúmque ipsorum non solùm res gestæ, sed etiam, qui fama, ac nomine excellant[k], de cuiusque vita, atque natura. Verborum[l] autem ratio, & genus orationis, fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluēs, sine hac iudiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis prosequendum[m] est. ¶ Harum tot, tantarúmque rerum videtísne nulla esse præcepta, quæ in artibus rhetorū reperiantur? In eodem silentio multa alia oratorū officia ia-

a L. Græci quoque ipsi
b historia quemadmodum initio à Latinis scripta.*
c L. referebátque
d quod Græcis λεύκωμα* e hinc etiā nunc annales m.
f Annales illi maximi citantur à Gellio 4 c. 9 Festo autem annales maximi dicuntur, nō magnitudine, sed quod eos Pōtifex maxi-
P. B. mus conscrāsset.
g L. Acusilaus
h al. ornatur
i L. illud opus perpoliuit
k Historici Græci.*
l L. ex numero fuisse accepimus eorum,
m L. in exsilium p.

a L. Quid ergo? est, fateor aliq. tamen.
b L. verè vestros
c al. quasi alia vt alia lingua sit, alia, quàm qua populus Romanus vsus sit.*
d L. aut orationis scr.
e Historię suprema lex, veritas.*
f L. ne quid veri nō aud.
g Historiæ exædificatio posita in rebus & verbis.*
h Res quæ ad historiam pertinent, tempora, regiones, consilia, acta, euentus causæ, casus*
i L. quod in
k L. excellat, cuiusq. vita
l Historia quo genere dicendi tractanda.*
m L. persequendum est

cuerunt,cohortationes[a],cõsolationes,*præcepta*,*admonita* [b],quæ tractanda sunt omnia diligentissimè: sed locũ suum in illis artibus,quæ traditæ sunt,habent nullum. ¶Atque in hoc genere illa quoq.est infinita sylua quòd oratori pleriq.(vt etiam Crassus oſtẽdit) duo genera ad dicendum dederunt: Vnum de certa,definitáque causa,quales sunt,quæ in litibus,quæ in deliberationib.versantur. addat, siquis volet,etiam laudationis[c]:Alterũ,quod appellant omnes ferè scriptores,explicat nemo,*infinitam* generis sine tempore,& sine persona,quæstionem. hoc quid, & quantum sit, cùm dicunt, intelligere mihi non videntur. Si enim est oratoris, quæcumque res infinitè posita sit,de ea posse dicere,dicẽdum erit ei, quanta sit solis magnitudo,quæ forma terræ: de mathematicis,de muſicis rebus non poterit,quin dicat, hoc onere suſcepto, recuſare. Denique ei,qui profitẽtur esse suum,non solùm de iis controuersiis,quæ temporibus, & personis notæ[e] sunt, hoc est, de omnibus forensibus : sed etiam de generũ infinitis quæstionibus dicere,nullum potest esse genus orationis, quod sit exceptum. Sed si illam quoque partem quæstionum oratori volumus adiungere vagam, & liberam, & latè patentem,vt de rebus bonis,aut malis : expetendis,aut fugiendis : honestis, aut turpibus: vtilibus,aut inutilibus:de virtute,de iustitia, de continentia,de prudentia,de magnitudine animi,de liberalitate,de pietate, de amicitia,de fide,de officio,de ceteris virtutibus, contrariisque vitiis, dicendum oratori putemus:itémque de republica,de imperio,de re militari,de disciplina ciuitatis,de hominum moribus ? assumamus eam quoque partem, sed ita, vt sit circumscripta modicis regionibus.Equidem omnia,quæ pertinent ad vsum ciuium,morem hominum, quæ versantur in consuetudine vitæ, in ratione reipublicæ, in hac societate ciuili,in sensu hominum communi,in natura,in moribus,comprehendenda esse oratori puto:si minus vt separatim de his rebus philosophorum more respondeat, at certè, vt in causa prudenter possit intexere:hisce autem ipsis de rebus vt ita loquatur, vt ij,qui iura, qui leges, qui ciuitates constituerunt,locuti sunt simpliciter & splendidè, sine vlla serie disputationum, & sine ieiuna concertatione verborum. Hoc loco, nequa sit admiratio,si tot,tantarúmque rerum nulla à me præcepta ponentur:sic statuo,Vt in ceteris artibus cùm tradita sunt cuiusque artis difficillima,reliqua, quia aut faciliora,aut similia sint,tradi non necesse est:Vt in pictura, qui hominis speciẽ pingere perdiderit[f],posse eum cuiusuis[h] vel formæ,vel ætatis, etiãsi nõ didicerit,pingere : neque esse periculum, qui leonẽ, aut taurum pingat egregiè, ne idẽ in multis aliis quadrupedibus facere nõ possit:nequeest omnino ars vlla,in qua omnia, quæ illa arte effici possunt,à doctore tradantur:sed qui primarum &certarum rerum genera ipsa didicerunt,reliqua non ineo immodè persequuntur.similiter arbitror[l],in hac siue ratione,siue exercitatione dicendi:qui illam vim adeptus sit, vt eorũ menteis,qui aut de rep.aut de ipsius rebus, aut de iis, contra quos, aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi [m] potestate audiant, ad suum arbitrium mouere possit,hunc de toto illo genere reliquarum orationum non plus quæsiturum esse quid dicat,quàm Polycletum illum, cùm Herculem fingebat, quemadmodum pellem, aut hydram fingeret, etiam si hęc nunquam separatim facere didicisset.

40 ¶Tum Catulus:Præclarè mihi videris, Antoni,posuisse ante oculos,quid discere oporteret eum,qui orator esset futurus,qui[a] etiam si non didicisset,ex eo,quod didicisset,assumeret : deduxistib enim totum hominem in duo solùm genera causarum,cetera innumerabilia exercitationi, & similitudini reliquisti. Sed[c] videto,ne in istis duobus generibus hydra tibi sit,& pellis: Hercules[d] autem,& alia opera maiora, ne in illis rebus, quas prætermittis,relinquantur. Non enim mihi minus[e] operis videtur de vniuersis generibus rerum, quàm de singulorum causis,ac multò etiam maius de natura deorum,quàm de hominum litibus dicere. 41 ¶ Non est ita, inquit Antonius. dicam enim tibi,Catule,non tam doctus, quàm (id quod est maius) expertus.Omnium[f] ceterarum rerum oratio,mihi crede,ludus est homini nõ hebeti,neque inexercitato , neque cõmunium litterarum, & politioris humanitatis experti. in causarum[g] contentionibus magnum est quoddam opus, atq.haud sciam, an de humanis operibus lõgè maximum:in quibus vis oratoris plerumque ab imperitis exitu , & victoria iudicatur, vbi adest armatus aduersarius,qui sit &feriẽdus,& repellendus:vbi sæpe is,qui rei dominus futurus est,alienus, atque iratus,aut etiã amicus aduersario,& inimicus tibi est,cùm[h] aut docendus is est, aut dedocendus aut reprimendus , aut incitandus , aut omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus:in quo sæpe beneuolentiai ad odium, odium autem ad beneuolentiam[k] deducendum est: qui tanquam machinationel aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionẽ animi,tum ad tristitiam, tum ad lætitiã est conторquendus.Omnium sententiarum grauitate, omnium verborum ponderibus est vtendum.accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi,plena spiritus,plena doloris,plena veritatis. In his operibus siquis illam artem comprehenderit,vt,tanquã Phidias, Mineruæ signum efficere possit:nõ sanè, quemadmodum in clypeo idem ille[m] artifex minora illa opera facere discat, laborabit.

42 ¶Tum Catulus:Quò ista maiora,ac mirabiliora feci ſti, eò me maior exspectatio tenet, quibúsnam rationibus,quibusve præceptis ea tanta vis comparetur,non[n] quò mea quidem iam interſit(neque enim ætas id mea desiderat,&aliud quoddã genus dicendi nos secuti sumus , qui nunquam sententias de manibus iudicum vi quadam orationis extorsimus, ac potiùs placatis eorum animis, tantum, quantum ipsi patiebantur, accepimus) sed tamen ista tua, nullum ad vsum meum, tantum cognoscẽdi studio adductus requiro. Nec mihi opus est Græco[o] aliquo doctore, qui mihi peruulgata præcepta decantet, cùm ipse nunquam forum, nunquam vllum iudicium adspexerit, vt Peripateticus ille dicitur Phormio : cùm[p] Hãnibal Carthagine expulsus Ephesũ ad Antiochũ veniſſet exsul: próq.eo,quòd eius nomen erat magna apud

a fortè *legendũ* vt cohortationes & cõsolationes, præcepta & admonita.nã duas priores

P. B.

superius attigit numero 30. in f.

b L. monita, c L.laudationes.Alt. § *al.* laudationib. *al.*quæ in laudationibus. * d INFINITVM genus causæ quemadmodũ pertractandum.*

e L. notatæ sunt, ¶similis locus est in partitionib.*

§ L.perdidicerit, poterit eũ cuiusuis vel f. vel æt. etiã fin. did.p.neque est periçul.

g *al.* potest eam,eum,inquam, id est hominem.*

h v.c.cuiusq. i L. neque enim est omnino ars vlla

k L. reliqua per se nõ incomm.p. *lib.* v. reliqua persequitur: simil.

l. CXV. id est, statuo.*

m hoc est iudicandi & censendi.*

a L.quid etiã si non did. & *ita R. Steph.*

b *al.* diduxisti.

c *al.* Sed vide & L. Hercules & alia op. & *ita* v.c.

e L. minus opus vid. *al.* minoris operis vid.

f Iudiciale genus causæ omnium difficillimũ esse, adde infrà numerũ 45.*

g id est iudiciali genere.*

h L. cùm aut docendus est,

i v.c. beniuolentia

k v.c. beniuol.

l machina & liqua.*

m vide in Oratore. & 2. *Vitr.* 13.*

n *al.* non quòd

P. B.

o DE GRAEC 15 Rhetoribus Iudiciũ & censura.* p v. Stobęum sermone 52.*

apud omneis gloria,inuitatus esset ab hospitibus suis, vt eum quem dixi,si vellet, audiret:cúmque se non nolle dixisset,locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de imperatoris officio & de omni re militari.Tú [a], cùm cæteri, qui illùm audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Hannibale, quídnam ipse de illo philosopho iudicaret. hìc Pœnus, non optimè Græcè, sed tamen liberè breuíter pósse dixisse fertur,*multos se delirare senes sæpe vidisse: sed qui magis, quàm Phormio,deliraret,vidisse neminem.* Neque mehercule iniuria. quid enim aut arrogantiùs, aut loquaciùs fieri potuit, quàm Hannibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset,numquam denique minimam partem vllius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? Hoc mihi facere omnes isti, qui de arte dicendi præcipiunt,videntur. quod enim ipsi experti non sunt, id docent cæteros. sed hoc minùs fortasse errant,quòd non te, vt Hannibalem, sed pueros,aut adolescentulos docere conãtur. 43 ¶Erras Catule,inquit Antonius. nam egomet in multos iam Phormiones incidi. Quis enim est istorum Græcorum,qui quemquam nostrùm quidquam intelligere arbitretur?Ac mihi quidem non ita molesti sunt. facilè omneis perpetior,& perfero. nam aut aliquid afferunt, quod mihi non displiceat: aut efficiunt, vt me non didicisse minùs pœniteat.dimitto autem eos non tam contumeliosè,quàm philosophum illum Hannibal,& eo fortasse plus habeo etiam negotij: sed tamen est eorum doctrina, quantum ego iudicare possum,perridicula. Diuidunt enim totam rem in duas partes, in *causa* controuersiam,& in *quæstionis*. Causam appellant, rem positam in [c] disceptatione rerum, & controuersia: Quæstionem autem, rem positam in infinita dubitatione.De causa præcepta dant: ded altera parte dicendi mirum filétium est. Denique *quinque* [e] faciunt quasi membra eloquentiæ,inuenire quid dicas,inuenta disponere, deinde ornare verbis, pòst memoriæ mandare,tum ad extremum agere,ac pronũtiare: rem sanè non reconditam. Quis enim hoc non sua sponte viderit, neminem posse aptè dicere, nisi & quid diceret, & quibus verbis, & quo ordine diceret, haberet, & ea meminisset? Atque hæc ego non reprehẽdo: sed ante oculos posita esse dico, vt eas item *quattuor* [f], *quinque*, *sexve partes*, *vel etiam septem* (quoniam aliter ab aliis digeruntur) in quas est ab his omnis oratio distributa. Iubẽt enim exordiri ita,vt eum, qui audiat,beneuolum [g] nobis faciamus, & docilem,& attentum:Deinde rem narrare,ita vt verisimilis narratio sit,vt aperta,vt breuis:Pòst autem diuidere causam,aut proponere: nostra confirmare argumentis, ac rationibus: deinde cõtraria refutare. Tum autem alij conclusionem orationis, & quasi peroratiõem collocant: alij iubẽt,antequàm peroretur,ornãdi, aut augendi causa,digredi [h]: deinde cõcludere,ac perorare. Ne hæc quidem reprehendo. Sunt enim conçinnè distributa: sed tamen, id quod necesse fuit hominib.expertibus veritatis, non peritè. Quæ enim præcepta *principiorum* [i],& narrationum esse voluerunt, ea

a L. Tum cæteri,qui illiũ audierant, vehem. est d. q. ab Hann. quidnam ipse de illo. b *al.* Græcè. ita Gruchius.*

in totis [a] orationibus sunt conseruanda. Nam ego mihi beneuolumbiudicem faciliùs facere possum in cursu orationis, quàm cùm omnia sunt inaudita:docilem autem,non cùm polliceor me demonstraturum,sed tum cùm doceo,& explano: attentum verò,crebrò tota actione excitandis mentibus iudicum, nõ prima denuntiatioue efficere possumus. Iam verò *narrationem* [c] quòd iubent verisimilem esse, & apertam, & breuem, rectè nos admonent.quòd hæc narrationis magis putant esse propria,quàm totius orationis, valde mihi videntur errare.Omniuóque in hoc omnis est error, quòd existimant, artificium esse hoc quoddam nõ dissimile cæterorum, cuiusmodi de ipso iure ciuili hesterno die Crassus cõponi posse dicebat:vt genera rerum primùm exponerentur, in quo vitium est,si genus vllum prætermittatur: deinde singulorum generum partes,in quo & deesse aliquam partem,& superare,mendosum est: tum verborum omnium definitiones, in quibus neque abesse quidquam decet,neque redúdare. Sed hoc si in iure ciuili,si etiam in paruis,aut mediocribus rebus doctiores [d] assequi possunt: non idem sentio tanta hac in re,támque immensa posse fieri. Sin autem qui arbitrantur: deducẽdi sunt ad eos,qui hæc docent,omnia iam explicata,& perpolita assequentur. Sunt enim innumerabiles de his rebus libri, neq. abditi, neq.obscuri.Sed videãt,quid [e] velint ad ludendúmne, an ad pugnandum arma sint sumturi. Aliud enim pugna, & acies: aliud ludus,campúsque noster desiderat. Attamen ars [f] ipsa ludiera armorum, & gladiatoria, & militi prodest aliquid: sed animus acer, & præsens, & acutus idem atque versutus inuictos viros efficit,non difficiliùs arte coniuncta. Quare ego tibi oratorem sic iam instituam, si potuero, vt quid efficere possit,antè perspiciam. Sit enim mihi tinctus litteris,audierit aliquid,legerit,ista ipsa præcepta acceperit: tentabo quid [g] *deceat*, quid voce, quid viribus, quid spiritu, quid lingua efficere possit. Si intelligam posse ad *summos* peruenire: non solùm hortabor, vt elaboret,sed etiam,si i vir quoq.mihi bonus videbitur,k obsecrabo. tantum ego in [l] excellente oratore, & eodem viro bono, pono esse ornamenti vniuersæ ciuitati. Sin videbitur, cùm [m] omnia summa fecerit,tamen ad *mediocrem* oratores esse venturus: permittam ipsi, quid velit, molestus [n] magnopere non ero. Sin planè abhorrebit, & erit *absurdus*: vt se contineat,aut ad aliud studium trãsferat admonebo. nam neque is, qui optimè potest, deserẽdus vllo modo est à cohortatione nostra, neque is, qui aliquid potest, deterrendus: quod alterum,diuinitatis mihi cuiusdã videtur: alterum, vel non facere quod non optimè possis, vel facere quod non pessimè facias,humanitatis: tertiũ verò illud,clamare contrà quàm deceat. &[o] quàm possit, hominis est,vt tu Catule, de quodã declamatore dixisti, stultitiæ suæ quàm plurimos testeis domesticos præconio colligẽtis. De hoc igitur,qui erit talis,vt cohortandus,adiuuandúsque sit, ita loquamur, vt ei tradamus eadem tantùm,quæ nos vsus docuit, vt nobis ducibus veniat eò, quo sine duce ipsi peruenimus, quoniam meliora docere nõ possumus. Atque, vt à familiari nostro exordiar, hunc

a *forte*, in totius orationis partibus.* b v.c. beneuolum.

c Narratio non modò verisimilis, aperta & breuis esse debet,sed & cæteræ orationis partes.*

d *nonnulli lib. vul.* doctores

e *lib. vul.* qui velint,

P. B.

f L. Vt tamen ars ipsa lud. arm. & gladiatoria mil. pr. aliq. sic animus &c.

g L. quid eũ deceat

h L. ad summos posse peruen.

i *fort. legendum* vt vir quoque mihi bonus videatur, obsecrabo.*

k L. videbitur esse, obsecr.

l v.c. in excellenti.

m *fort.* cùm omnia fecerit, tamen ad m.

n L. molestus ei m.

o *al.* & quàm possis,

ego, Catule, Sulpicium, primùm [a] in causa parvula adolescentulum audiui, voce & forma, & motu corporis, & reliquis rebus aptum [b] ad hoc munus, de quo quærimus: oratione autẽ celeri & concitata, (quod erat ingenij:) & verbis efferuescentibus, & paullo nimiùm redundantibus, (quod erat ætatis:) non sum aspernatus. Volo enim se efferat in adolescente fœcunditas. nam faciliùs SECVR in vitibus reuocantur [c] ea, quę sese nimium profuderũt, quàm si nihil vălet materies, noua sarmenta cultura excitantur: ita volo esse in adolescẽte, vnde aliquid amputem: *non enim potest in eo esse* [d] *succus diuturnus, quod nimiũ celeriter est maturitatem assecutum.* Vidi statim indolem, neque [e] dimisi tempus, & eum sum cohortatus, vt *forum sibi ludum putaret* esse ad discendum: *magistrum* autem, quem vellet, *eligeret:* me quidem si audiret, L. Crassum. quod iste arripuit, & ita sese facturum confirmauit, atque etiam addidit, gratiæ scilicet causa, me quoque sibi magistrum futurum. Vix annus interciderat ab hoc sermone cohortationis meæ, cùm iste accusauit C. Norbanũ, defendẽte me. nõ est credibile, quid interesse, mihi sit visum inter eum, qui tum erat, & qui anno antè fuerat. omnino in illud genus [f] eũ Crassi magnificum, atque præclarum natura ipsa ducebat: sed ea non satis proficere [g] potuisset, nisi eodem studio, atque [h] imitatione incidisset, atque ita dicere consuesset, vt tota mente Crassum, atque omni animo intueretur. Ergo hoc sit primum in præceptis meis, vt demonstremus, quem *imitetur*, atque ita, vt, *quæ maximè excellant in eo, quem imitabitur*, ea diligentissimè persequatur. tum accedat *exercitatio*, qua illum, quem antè delegerit, imitando effingat, atque ita exprimat, non vt multos imitatores sæpe cognoui, qui aut ea, quæ facilia sunt, aut etiam illa, quæ insignia, ac pænè vitiosa, consectãtur imitando. Nihil est faciliùs, quàm amictũ imitari alicuius, aut statum, aut motum. Si verò etiam vitiose [i] aliquid est, id sumere, & in eo vitiosum esse, nõ magnum est, vt ille, qui nũc etiam, amissa voce, furit in rep. Fusiusk, neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos [l] tamen habuit ille, non assequitur: oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur. sed tamẽ ille nec deligere sciuit, cuius potissimùm similis esset, & in eo ipso, quem delegerat, imitari etiã vitia voluit. Qui autem ita faciet, vt oportet, primùm vigilet necesse est in deligendo: deinde, quem probauit, in eo quæ maximè excellẽt, ea diligẽtissimè [m] prosequatur. Quid enim causæ cẽsetis esse, cur ętates extulerint singulę singula propè genera dicendi? quod nõ tam facile in nostris oratoribus possumus iudicare, quia scripta, ex quibus iudicium fieri posset, non multa sanè reliquerunt, quàm in Græcis: ex quorum scriptis, cuiusque ætatis quę dicendi ratio, voluntásque fuerit, intelligi potest. Antiquissimi ferè sunt, quorum quidem scripta constent [n], Pericles, atque Alcibiades, & eadẽ ætate Thucydides, subtiles, acuti, breues, sententiis [o] magis, quàm verbis, abundantes. Non potuisset accidere, vt vnum esset omnium genus, nisi aliquem sibi proponerent ad imitandum. Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. multa Lysiæ scripta sunt, non-nulla Critiæ, de Theramene audiuimus. omnes etiam tum retinebant illum Periclis [a] succum, sed erant paullo vberiore filo, Ecce tibi exortus est Isocrates, magister [b] istorum omnium, cuius è ludo, *tanquam* [c] *ex equo Troiano*, innumeri principes exierunt: sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Itaque [d] & illi, Theopompi, Ephori, Philisti, Nauecratæ, multíque alij naturis differunt: volũtate autem similes sunt inter sese, & magistri, & ij, qui se ad causas contulerunt, vt Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Æschines, Dinarchus, alíque complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandæ genere versati, quorum quandiu manfit imitatio, tandiu genus illud dicendi, studiúmque vixit. Posteaquàm, exstinctis his, omnis eorum memoria sensim obscurata est, & euanuit: alia quædam dicendi molliora, ac remissiora genera viguerunt. Inde Demochares, quem aiunt sororis filium fuisse Demosthenis: tum Phalereus ille Demetrius, omnium istorum, mea sententia, politissimus, aliíque eorum similes exstiterunt. Quæ si volemus vsque ad hoc tempus persequi: intelligemus, vt hodie Alabandẽsem illum Meneclem, & eius fratrem Hieroclem, quos ego audiui, tota [e] imitetur Asia: sic semper fuisse aliquem, cuius se similes plerique esse vellent. Hanc igitur similitudinem qui imitatione assequi volet, tum exercitationibus crebris atque magnis, tum scribendo maximè persequatur. quod si hic noster Sulpicius faceret, multò eius oratio esset pressior: in qua nunc interdum, vt in herbis rustici solent dicere, in summa vbertate inest luxuries quædam, quæ stilo depascenda est. 44 ¶ Hic Sulpicius: Me quidem, inquit, rectè mones, idque mihi gratum est: sed ne te quidẽ, Antoni, multùm scriptitasse arbitror. 45 ¶ Tum ille: Quasi verò, inquit, non ea præcipiam aliis, quæ mihi ipsi desunt: sed tamen ne tabulas quidem conficere existimo: verùm & in hoc, ex re familiari mea, & in illo, ex eo, quod dico, quãtulum id cúmque est, quid faciam, iudicari potest. Atque esse tamen multos videmus, qui neminem imitentur, & suapte natura, quod velint, sine cuiusquam similitudine consequantur: quod & in vobis animaduerti rectè potest, Cæsar, & Cotta, quorum alter inusitatum [f] quidem nostris oratoribus [g] lepõrem quendam, & salem: alter acutissimum, & subtilissimum dicendi genus est consecutus. Neque verò vester [h] æqualis, Curio, patre, mea sententia, vel eloquentissimo temporibus illis, quemquam mihi magnopere videtur imitari: qui tamen verborum grauitate, & elegantia, & copia, suam quandam expressit quasi formam, figurámque dicendi: quod ego maximè potui iudicare in ea causa, quam ille contra me apud centumuiros pro fratribus Cossis dixit. In qua nihil illi defuit, quod non modò copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet. Verùm, vt aliquando ad causas deducamus illum, quem constituimus, & eas quidem in quibus plusculum i negotij est, iudiciorum, atque litium (tuerit aliquis fortasse hoc præceptum: est enim non tam acutum, quàm necessarium, magísque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri) hoc [k] enim primùm præcipiemus, quascumque causas erit acturus, vt eas diligenter, penitúsque cognoscat.

a L. cùm primùm in causa

b L. aptis ad h. & ita v. c.

c L. resecãtur.

d L. succus esse

e al. neque dimisi ipsum perdere tempus. al. neque dimisi & eum sum cohortatus: al. neque eum dimisi, & sum cohortatus. sed si nihil hîc mutabitur dimittere tem- P. CXVII. pus dicetur, vt Philipp. 7. sed quid si legamus, neque dimisi ad tẽpus. vel ita, neque dimisi, tenui, & eum sum cohortatus.*

f forte legendum, omnino in illud genus Crassi cùm magnificũ atque præclarum. *

g forte legẽdũ perficere.*

h L. atque imitatione intendisset, & c. al. incepisset. al. incubuisset. al. se incitasset.*

i L. vitiosi aliq.

k L. Purius,

l L. quos habuit ille.

m L. ea diligentissimè persequatur

n L. exstent,

o al. sententiisque magis

a L. Pericli sita veteres declinarunt*

b quidam expungunt hæc verba, magister istorum omniũ: sunt tamen apud Nonium cap. 4 in Metũ.*

c L. tanquam ex equo Troiano, meri principes ex. sita legitur apud Nonũ cap. 4. in Me- P. B. rum 295. idque interpretatur hoc loco syncerũ.*

d al. Atqui & illi, Theopõpus, Ephorus, Philistus, Naucrates,

e L. tota imitatur Asia.

f al. inauditum.*

g al. aurib.*

h al. nosters

i adde supra numerum, 41.*

k L. hoc ei primùm. & ita P. Steph. Gryph. & al.

P.CXVIII.

Hoc in ludo non præcipitur. faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Lex peregrinum vetat in murum adscendere : adscendit: hosteis repulit: accusatur. Nihil est negotij huiusmodi causam cognoscere. Rectè igitur nihil de causa dicenda præcipiunt. Hæc est enim in ludo, causarum ferè formula. At verò in foro, tabulæ, testimonia, pacta[a], conuenta, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum, qui in causa versantur, tota cognoscenda est: quarum rerum negligentia plerasque causas, & maximè priuatas (sunt enim multo sæpe obscuriores) videmus amitti. Ita nonnulli, dum operam suam multam[b] existimari volunt, vt toto foro volitare, & à causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas. In quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ, susceptis rebus: vel perfidiæ, receptis: sed etiam illa maior opinione, quòd nemo potest de ea re, quàm non nouit, non turpissimè dicere. ita dum inertiæ[c] vituperationem, quæ maior [d] est, contemnunt, assequuntur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt, tarditatis. Equidem soleo dare operam vt de sua quisque re me ipse doceat, &, vt nequis alius adfit, quo liberiùs loquatur, & agere aduersarij causam, vt ille agat suã, &, quidquid de sua re cogitarit, in medium proferat. Itaque cùm ille discessit, treis personas vnus sustineo summa animi æquitate, meam, aduersarij, iudicis. Qui locus est[e] talis, vt plus habeat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico esse dicendum: vbi plus mali, quàm boni, reperio: id totum abiudico, atque reiicio. Ita assequor, vt alio tempore cogitem quid dicam, & alio dicam: quæ duo plerique, ingenio freti, simul faciunt. sed certè iidem illi meliùs aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent. Cùm rem penitus, causámque cognoui, statim occurrit animo, quæ sit causa ambiguif. Nihil est enim, quod [g] inter homines ambigatur, siue [h] ex crimine causa constet, vt facinoris: siue i ex controuersia, vt hereditatis: siue ex deliberatione, vt belli: siue ex persona, vt laudis: siue ex disputatione, vt de ratione viuendi: in quo non [k] aut quid factum sit, aut fiat, futurúmve sit, quæratur, aut quale sit, aut quid vocetur. Ac nostræ ferè causæ, quæ quidem sunt [l] criminum, plerunque *infitiatione* defenduntur. Nam & de pecuniis repetundis, quæ maximæ sunt, neganda ferè sunt omnia : & de ambitu rarò illud datur, vt possis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione seiungere. de sicariis, de veneficiis, de peculatu, inficiari necesse est. Id est igitur genus primum causarum in iudiciis, ex controuersia facti. In deliberationibus plerunque ex futuri, rarò etiam ex instantis, aut facti. Sæpe autem res non, sit, nécne, sed *qualis* sit, quæritur: vt cùm L. Opimij[m] causam defendebat apud populum, audiente me. C. Carbo consul, nihil de C. Gracchi nece negabat : sed id iure, pro salute patris, factum esse dicebat, vt eidem Carboni tribuno pl. alia cum mente remp. capessenti, P. Africanus de Ti. Graccho interroganti, responderat[n], iure cæsum videri. Iure autem omnia defenduntur, quæ sunt eius generis, vt aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentia, aut casu facta esse videantur. Iam *quid vocetur*, quæritur, cùm, quo verbo quid appellandum sit, contenditur: vt mihi ipsi cum hoc Sulpicio fuit in [a] Norbani causa summa contentio. pleraque enim de iis, quæ ab isto obiiciebantur, cùm confiteretur, tamen ab illo maiestatem imminutam negabam: ex quo verbo lege [b] Apuleia tota illa causa pendebat. Atque in hoc genere causarum nonnulli præcipiunt, vt verbum illud, quod causam facit, lucidè[c], breuitérque vterque definiat. Quod mihi quidem perquàm puerile videri solet: alia est enim, cùm inter doctos homines de iis ipsis rebus, quæ versantur in artibus, disputatur, verborum definitio: vt, cùm quæritur, quid sit ars, quid sit lex, quid sit ciuitas. In quibus hoc præcipit ratio, atque doctrina, vt vis eius rei, quam definias, sic exprimatur, vt neque absit quidquam, neque superfit. Quod quidem in illa causa neque Sulpicius fecit, neque ego facere conatus sum. Nam, quantum vterque nostrûm potuit, omni copia dicendi dilatauit, quid esset maiestatē minuere. Etenim definitio primùm de reprehenso verbo vno, aut addito, aut demto, sæpe extorquetur è manibus: deinde genere ipso doctrinā redolet, exercitationémque pænè puerilem: tum [c] in sensum, & in mentem iudicis intrare non potest. antè enim præterlabitur, quàm percepta est. Sed in eo genere, in quo quale sit quid, ambigitur, exsistit etiam ex *scripti*[f] *interpretatione* sæpe contentio, in quo nulla potest esse, nisi ex ambiguo, controuersia. Nam illud ipsum, cùm scriptum à sententia discrepat, genus quoddā habet ambiguitatis: quod tum explicatur, cùm ea verba, quę desunt, suggesta sunt: quibus additis defenditur, sententiam scripti perspicuam fuisse, & ex contrariis scriptis siquid ambigitur, non nouum genus nascitur, sed superioris generis causę duplicatur. itaque aut nunquam diiudicari poterit, aut ita diiudicabitur, vt referendis præteritis verbis, id scriptum, quodcunque defendimus[g], suppleatur. Ita fit, vt vnum genus in iis causis, quæ propter scriptum ambiguntur: relinquatur, si est scriptum aliquid ambiguè. Ambiguorum autem complura [h] genera sunt, quæ mihi videntur ij meliùs nosse, qui dialectici appellantur: iji autem nostri ignorare, qui non minùs nosse debent[k]: tum illud est frequentissimum in omni consuetudine vel sermonis, vel scripti, cùm idcircò aliquid ambigitur, quòd aut verbum, aut verba sint prætermissa. Iterum autem peccant, cùm genus hoc causarum, quod in scripti interpretatione versatur, ab illis causis, in quibus, qualis quæque res sit, disceptatur, seiungunt. nusquam enim tam quæritur, quale sit genus ipsum rei, quàm in scripto, quod totum à facti controuersia separatum est. Ita tria sunt omnino genera, quæ in disceptationem, & controuersiam cadere possunt: quid fiat, factum, futurúmve sit: aut quale sit, aut quomodo nominetur. nam & illud quidem, quod quidam Græci adiungunt, *recténe* factum sit, totum in eo est quod quale sit, quærimus. Sed iam ad[m] in stitutum reuertar meum. Cùm igitur, accepto causæ genere [n], & cognito, rem tractare cœpi, nihil prius constituo, quàm, quid [o] sit illud, quò mihi referenda sit omnis illa oratio, quæ sit propria quæstionis, & iudicij: deinde illa duo diligentissimè considero, quo

a Norbanum maiestatis accusauit P. Sulpicius, defendit M. Antonius: testimonium dixit in Norbanum Scaurus infrà numero 65.8. *Val.* 5. quo tamen Norbanus absoluitur. de quo paulò post, infrà.*

b Lege Apuleia minuens maiestatem plectebatur: adde infrà numero 64. in f. c *al.* dilucidè, d l. 1. & l. omnis definitio. ff. de regulis iuris* e *al.* tum & in sensum.

f DE SCRIPTI CONTROVERSIIS.*

g *al.* defendemus,

h L. cùm plura genera sunt, i *al.* hæ autem nostri. l *al.* debebant:

P.CXIX.

k L. quo quale sit, q. m *fort.* ad institutum meū reuertar. n *al.* genere cogitam rē tractare cœpi.* o Probationes intellexit.*

a L. pacta conuenta, b L. multi æstimari vol. *al.* multi existimari vol. *mendosè.* c *al.* multum, hoc sensu, Qui operam suam multam existimari volunt, à causa ad causam eunt. Inde fit vt multitudine causarum plerunque in cognitas dicant: ea re negligentes & perfidi fiue causam fuscepe runt. Ita dum perfidiæ vituperationē (ita enim lego, non inertiæ.) contemnunt, hoc est quàm minimum curant, vt perfidi habeantur etiam illam, quam ipsi fugiunt, tarditatem assequuntur. vix est enim vt incognitas causas possint citò ad exitum perducere.* d quæ hîc separatur à tarditate: inertiam autem hîc interpretantur vel negligentiam, vel imperitiam: sed puto legendum esse perfidiæ* d *al.* minor * e L. talis est, f L. ambigendi. g *al.* quo de inter.* h Ambiguum est vel in crimine, vel in controuersia, vel in deliberatione, vel in disputatione.* i *al.* siue ex re controuersia.* k Quæstio aut facti, qua P. B. litatis, nominis.* l *fort.* sint m Vide Philip. 8. & pro Plancio.* n L. respondebat,

rum alterum cõmendationem [a] habet noſtram aut eorum, quos defendimus: alterum eſt accommodatum ad eorum animos, apud quos dicimus, ad id, quod [b] volumus, commouendos. Ita [c] ratio omnis dicendi tribus ad perſuadendum rebus eſt nixa [d]. vt probemus vera eſſe ea, quæ defendimus: vt concilienmus nobis eos, qui audiunt: vt animus eorum, ad quemcunque cauſa poſtulabit motum, vocemus. Ad *probandum* [e] autem *duplex* eſt oratori ſubiecta *materies: vna* rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore, ſed in re poſitæ, ratione tractantur: vt tabulæ, teſtimonia, pacta conuenta, quæſtiones, leges, ſenatuſconſulta, res iudicatæ, decreta, reſponſa, & reliqua, ſi [f] quæ ſunt, quæ non ab oratore pariuntur, ſed ad oratorem à cauſa, atque à reis deferuntur. *Altera* [g] eſt, quæ tota in diſputatione [h] & argumentatione oratoris collocata eſt. Ita in ſuperiore genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inueniendis cogitandũ eſt. Atque iſti quidem, qui docẽt, cùm cauſas in plura genera ſecuerunt, ſingulis generibus argumentorum copiam ſuggerunt, quod ſi ad inſtituendos adoleſcentulos magis aptũ eſt, vt, ſimulac poſita ſit cauſa, habeant quò ſe referant, vnde ſtatim expedita poſſint argumenta depromere, tamẽ & tardi ingenij eſt. riuulos conſectari, fonteis rerum non videre: & iam ætatis eſt, vſúſque noſtri, à capite, quod velimus, arceſſere, &, vnde omnia manant, videre. Et *primum genus* illud earum rerum quæ ad oratorem deferuntur, meditatũ nobis in perpetuum ad omnẽ vſum ſimilium rerũ eſſe debebit. nam pro tabulis & cõtra tabulas, pro teſtibus & contra teſteis, pro quæſtionibus & contra quæſtiones, & itẽ de cæteris rebus eiuſdẽ generis, vel ſeparatim dicere ſolemus de genere vniuerſo, vel definitè de ſingulis tẽporibus, hominibus, cauſis: quos quidẽ locos (vobis hoc, Cotta, & Sulpici, dico) multa cõmentatione, atq; meditatione paratos, atq. expeditos habere debetis. Longũ eſt enim nunc me explicare, qua ratione aut cõfirmare, aut infirmare teſteis, tabulas, quæſtiones oporteat. Hæc ſunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autem maximæ: artem quidẽ, & præcepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur. *itémque illa, quæ ſunt alterius generis*, quę tota ab oratore pariuntur, excogitationẽ non habent difficilem, explicationem magis illuſtrẽ. perpolitámque deſiderant. Itaq. cum hæc duo nobis quærenda ſint in cauſis, primũ, quid: deinde, quomodo dicamus: alterũ, quod totũ arte tinctum videtur, tametſi artem requirit, tamen prudentiæ eſt pænè mediocris, quid dicendũ ſit, videre: alterum eſt, in quo oratoris vis illa diuina, virtúſque cernitur, ea, quæ dicenda ſunt, ornatè, copioſè, variéque dicere. Quare illam partẽ ſuperiorem, quoniã ſemel ita vobis placuit, non recuſabo, quo minus perpoliam, atque conficiam: quantum conſequar, vos iudicabitis: quibus ex locis ad eas treis res, quæ ad fidẽ faciendã ſolæ valent. ducatur oratio, vt & concilientur animi, & doceantur, & moueantur. hæc ſunt enim tria numero: ea verò quemadmodum illuſtrentur præſtò eſt qui omneis docere poſſit, qui hoc primus in noſtros mores induxit, qui maximè auxit, qui ſolus effecit. Namque ego, Catule, (dicam enim non [m] reuereus aſſen-

a L. confirmendationem habet aut noſtri aut eor.
b al. quo.*
c L. ita omnis ratio.
d v. eniſa:
e DE PROBATIONIBVS & ARGVMENTIS, & eorum diuiſione & tractatione.*
f al. ſi qua
g L. Altera, eſt tota in diſput. & arg. collocata. Ita in ſup.
h huiuſmodi probationes ab oratore excogitãdæ.*
i locos communes intelligit.*
k L. quod etiam ſi ad
p. 2.
l L. operteat.
m fort. non vereor aſſ.

tandi ſuſpicionem) neminem eſſe oratorem paullo illuſtriorem arbitror, neque Græcum, neque Latinum, quem ætas noſtra tulerit, quem non & ſæpe, & diligenter audierim. Itaque, ſiquid eſt in me, quod iam ſperare videor, quoniam quidem vos [a], his ingeniis homines, tantum operæ mihi ad audiendum datis, ex eo eſt, quòd nihil quiſquam vnquam me audiente egit orator, quod non in memoria mea penitus inſederit. Atque ego is, qui ſum, quantuſcunque ſum ad [b] iudicandum, omnibus auditis oratoribus, ſine vlla dubitatione ſic ſtatuo, & iudico, neminem omnium tot, & tanta, quanta ſunt in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi. Quamobrem ſi vos quoque hoc idem exiſtimatis, non erit, vt opinor, iniqua partitio, ſi, cùm ego hunc oratorem, quem nunc fingo, vt inſtitui, crearo, aluero, confirmaro [c], tradam eum Craſſo & veſtiendum, & ornandum. 46 ¶ Tum Craſſus: Tu verò, inquit, Antoni, perge, vt inſtituiſti. Neque enim boni [d] eſt, *neque* [e] *liberalis parentũ, quem procreauit, & eduxerit, eum non & veſtire, & ornare*, præſertim cùm te locupletem eſſe negare non poſſis. Quod enim ornamentum, quæ vis, qui animus, quæ dignitas illi [g] oratori defuit, qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare rerum conſularem, & eius dilorica re tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſenis imperatoris oſtendere? qui [h] idem, hoc accuſante Sulpicio, cùm hominem ſeditioſumi, futioſúmque defenderet, non dubitauit ſeditiones ipſas ornare, ac demonſtrare grauiſſimis verbis, *multos ſæpe impetus populi nõ iniuſtos eſſe*: quos præſtare nemo poſſit? multas etiam è republica ſeditiones ſæpe eſſe factas, vt, cùm reges eſſent exacti, vt cùm tribunitia poteſtas eſſet conſtituta? illam Norbani ſeditionem, ex luctu ciuium [i], & ex Cæpionis odio, qui exercitum amiſerat, neque reprimi potuiſſe, & iure eſſe conflatam? Potuit hic locus tam anceps, tam inauditus, tam lubricus, tam nouus, ſine quadam incredibili vi, ac facultate dicendi tractari? Quid ego de Cn. Manlij, quid de Q. [k] Regis commiſeratione dicam? quid de aliis innumerabilibus? in quibus hoc non maximè enituit, quod tibi omnes dant, acumen quoddam ſingulare, ſed hæc ipſa, quæ nunc ad me delegare vis, ea ſemper in te eximia, & præſtantia fuerunt. 47 ¶ Tum Catulus: Ego verò, inquit, in vobis hoc maximè admirari ſoleo, quòd, cùm inter vos in dicendo diſſimillimi ſitis, ita tamen vterque veſtrûm dicat, vt ei nihil neq. à natura denegatũ, neque à doctrina non delatũ eſſe videatur. Qua re, Craſſe, neq; tu tua ſuauitate nos priuabis, vt, ſiquid ab Antonio aut prętermiſſum, aut relictũ ſit, nõ explices: neque te, Antoni, ſi quid non dixeris, exiſtimabimus non potuiſſe potiùs, quàm à Craſſo dici maluiſſe. 48 ¶ Hîc Craſſus: Quin tu, inquit, Antoni, omittis iſta, quæ [l] propoſuiſti, quæ nemo horũ deſiderat: quibus [m] ex locis ea, quæ dicenda ſint in cauſis, reperiãtur? quæ quanquã abs te nouo quodãmodo, præclaréque dicuntur, ſunt tamẽ & re faciliora, & præceptis peruagata [n]: illa deprome nobis, vnde afferas quæ ſæpiſſime tractas, ſempérque diuinitus. 49 ¶ Depromã equidem, inquit Antonius, &, quò faciliùs id à te exigam, quod peto, nihil tibi à me poſtulanti recuſabo. Meæ totius orationis, & iſtius ipſius in dicendo facultatis, quam mo-

a al. vos, eius ingenij homines,
b al. adiudicandus. alij de hac duo, ad ea dicendum.*
c al. conformaro.*
d L. eſt boni, e L. l. 5. & poſſit ff. de agnoſc. liberis.* f facit d. l. 5. §. 13. & 14. l. 5. §. 5. Cod. de bonis quæ liberis.*
g Ipſum Antonium intelligit, qui cum M. Aquilius de pecuniis repetendis P. C. X X. cauſam diceret, ipſe rogare iudices noluit. M. autẽ Antonius qui pro eo perorabat, tunicam à pectore eius diſcidit vt honeſtas citationes oſtenderet, quibus conſpectis, abſolutus eſt. Epitome Liui. 70. meminit & eiuſdẽ infrà nu. 64.*
h Iidem infrà numero 64.*
i C. Norbanum.*
k Q. Martiũ regem intelligit, de quo vide 5. Val. 10. huius etiam meminit 13. Gell. 19.*
l L. quæ poſuiſti, m fort. quib. in locis &c. vel, quibus ex loc. ea, q. d. ſ. in can. de promãtur? vel, quibus ex loc. ea. q. d. ſ. in can. eruantur? n al. peruulgata:

dò Craſſus in cælum verbis extulit, tres ſunt rationes, vt antè dixi: vna conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium prima lenitatem orationis, ſecunda acumen, tertia vim deſiderat. nam hoc neceſſe eſt, vt is, qui nobis causâ adiudicaturus[a] ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut[b] defenſionis argumẽtis adducatur, aut animi permotione cogatur. Sed quoniam illa pars, in qua rerum ipſarum explicatio, ac defenſio poſita eſt, videtur omnem huius generis quaſi doctrinam continere, de ea primùm loquemur, & pauca dicemus. Pauca enim ſunt, quæ vſu iam tractata, & animo quaſi [c] habere notata videamur. Ac tibi ſapienter monenti, L. Craſſe, libenter aſſentiemur, vt ſingularum cauſarum defenſiones, quas ſolent magiſtri pueris tradere, relinquamus: aperiamus autem ea capita, vnde omnis ad omnem & cauſam, & orationem diſputatio ducitur. Neque enim, quoties verbum aliquod eſt ſcribendum nobis, toties eius verbi litteræ ſunt cogitatione cõquirẽdæ: nec, quoties cauſa dicẽda eſt, toties ad eius cauſæ ſepoſita argumẽta reuolui nos oportet: ſed habere *certos locos*, qui, vt litteræ ad verbũ ſcribẽdum, ſic illi ad cauſam explicandam, ſtatim occurrant. Sed hi loci ei demum oratori prodeſſe poſſunt, qui eſt verſatus in rebus, vel vſu, quem ætas deniq. affert: vel auditione, & cogitatione, quæ ſtudio & diligentia præcurrit ætatem. Nam ſi tu mihi quamuis eruditum hominẽ adduxeris, quãuis acrem & acutum in cogitando, quamuis ad pronũtiandum expeditum, ſi erit idem in conſuetudine ciuitatis, in exẽplis, in inſtitutis, in moribus ac voluntatibus ciuium ſuorũ hoſpes[d], non multùm ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur. ſubactio [e] mihi ingenio opus eſt, vt agro non ſemel aranto, ſed nouato, & iterato, quo meliores fœtus poſſit, & grandiores edere. Subactio autem, eſt vſus, auditio, lectio, litteræ. Ac primùm naturam cauſæ videat, quæ numquam lateat: factúmne ſit, quæratur, an, quale ſit, an, quod nomen habeat: quo perſpecto, ſtatim occurrit naturali quadam prudentia, non his ſubductionibus, quas iſti docent, *quid faciat cauſam*, id eſt, quo ſublato controuerſia ſtare nõ poſſit: deinde, *quid veniat in iudicium*, quod iſti ſic iubent quærere: interfecit Opimius Gracchum. quid facit cauſam? quòd reipublicæ cauſa, cùm ex ſenatuſconſulto ad arma vocaſſet: hoc tolle, cauſa non erit. Ad id ipſum negat cõtra leges licuiſſe Decius. Veniet igitur in iudicium, licuerítne ex ſenatuſconſulto, ſeruãdæ reipublicæ cauſa. Perſpicua ſunt hæc quidem, & in vulgari prudentia ſita, ſed illa quærenda, quæ ab accuſatore & defenſore argumenta ad id, quod in iudicium venit, ſpectãtia, debeant afferri. Atque hîc illud videndum eſt, in quo ſummus eſt error iſtorum magiſtrorum, ad quos liberos noſtros mittimus, non [h] quòd hoc quidem ad dicendum magnopere pertineat, ſed tamen vt videatis, quàm ſit genus hoc eorum, qui ſibi eruditi videntur, hebes, atque impolitum. Cõſtituunt enim in partiendis orationũ modis *duo*[i] *genera cauſarum*, vnum appellant, in quo ſine perſonis, atque temporibus de vniuerſo genere quæratur: alterũ[k], quod perſonis certis, & temporibus definiatur: ignari omneis controuerſias ad vniuerſi generis vim & naturam referri. Nam *in ea ipſa cauſa*[a], *de qua antè dixi*, nihil pertinet ad oratoris locos Opimij perſona, nihil Decij. De ipſo enim vniuerſo genere infinita quæſtio eſt, num pœna videatur eſſe affligendus, qui ciuem ex ſenatuſconſulto patriæ conſeruandæ cauſa interemerit[b], cùm id per leges non liceret. Nulla denique eſt cauſa, in qua id, quod in iudiciũ venit, ex reorum perſonis, ac[c] non generum ipſorũ vniuerſa diſputatione quæratur. Quin etiam in iis ipſis, *vbi de facto ambigitur*, ceperítne contra leges pecunias P. Decius, argumenta & criminum, & defenſionis reuocentur oportet ad genus, & ad naturam vniuerſam: quòd ſumtuoſus, de luxuria: quòd alieni appetens, de auaritia: quòd ſeditioſus, de turbulẽtis, & malis ciuibus: quòd à multis arguitur, de genere teſtium: cõtráque, quæ pro reo dicentur, omnia neceſſariò à tempore, atque homine ad communeis rerum, & generum ſummas reuoluentur. Atque hæc forſitan homini, non omnia, quæ ſunt in natura rerum, celeriter animo comprehendenti, permulta videãtur, quæ veniant in iudicium tum, cùm de facto quæratur: ſed[d] tamen criminum eſt multitudo, nõ defẽſionũ, aut locorũ infinita. Quæ verò, cùm de facto nõ ambigitur, quæruntur, *qualia ſint*: ea ſi ex reis numeres, & innumerabilia ſunt, & obſcura: ſi ex rebus, valde & modica, & illuſtria. Nam ſi Mãcini[e] cauſam in vno Mancino ponimus, quotieſcunq. is, qué paterpatratus[f] dediderit, receptus non erit, toties cauſa noua naſcetur. Sin illa cõtro uerſia cauſam facit, videatúrne ei, quem paterpatratus dediderit, ſi is non ſit receptus, poſtliminium eſſe: nihil ad artẽ dicendi, nec ad argumenta defenſionis, Mancini nomen pertinet. Ac, ſiquid affert præterea hominis aut dignitas, aut indignitas, extra quæſtionẽ eſt, & ea tamen ipſa oratio ad vniuerſi generis diſputationem referatur neceſſe eſt. Hæc ego non eo conſilio diſputo, vt homines eruditos redarguam, quanquam reprehendẽdi ſunt[g], qui in genere definiẽdo iſtas cauſas deſcribunt[h] in perſonis, & in temporibus poſitas eſſe. Nam etſi incurrunt tempora, & perſonæ, tamen intelligẽdum eſt, non ex iis, ſed ex genere quæſtionis pẽdere cauſas. Sed hoc nihil ad me. Nullum enim nobis certamen cum iſtis eſſe debet. tantũ ſatis eſt intelligi, ne, hoc quidem eos conſecutos, quod in tãto otio, etiam ſine hac forenſi exercitatione efficere potuerunt, vt genera rerum diſcerneren, eáque paullo ſubtiliùs explicarent. Verùm hoc (vt dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos, Cotta noſter, & Sulpici. Quomodo nunc ſe iſtorum artes habent, pertimeſcẽda eſt multitudo cauſarum. eſt[k] enim infinita. Si in perſonis ponitur: quot homines, tot cauſæ. ſin ad generũ vniuerſas quæſtiones referuntur: ita modicæ & paucæ ſunt, vt[l] omneis eas, diligentes, & memores, & ſobrij oratores percurſas animo, & propè decantatas habere debeant: niſi forte exiſtimatis, à[m] Manio Curio cauſam didiciſſe L. Craſſum, & [n] ea re multum attuliſſe, quamobrem poſtumo non nato Curium tamen hæredem Coponij eſſe oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad cauſę vim, ac naturam nomen Coponij, ac[o] Curij, pertinuit. in genere erat vniuerſo rei, negotiique, non

a hoc eſt iudiciali & criminibus.*

b *al.* interſecerit,

c I. ac nõ ex generum ipſ.

d *al.* ſed tamẽ hominum eſt multitudo, non criminũ aut defenſionum, aut locorum infinita.*

e de Mancino dixi l. vlt. ff. de legationibus.*

f Fecialium princeps: aliàs dixi.*

g *al.* fuerũt, qui

h *fort.* ſcribunt. *al.* tradunt. *al.* docent.*

i L. nobis cũ iſtis certamen eſſe debet.

k L. eſt enim infinita, ſi ad perſonis ponuntur, quia quot homines, tot cauſæ: ſin ad generum, &c.

l L. vt eas omneis, dil. m L. à M'. Curio ‖ *al.* à M. Curij nomine cauſã diſſe L. Craſſum.*

n *al.* & ea re multa attuliſſe.

o L. aut Curij

a Is eſt iudex.*

b *al.* aut criminum aut defenſionis argumentis, *vt paullò poſt legitur.**

c L. quaſi notata habere

P. S.

d hoc eſt ignarus.*

e citat hunc locum Nonius ca. 4. in ſubigere. 419. quod hîc exercere, mollire.* *al.* lateat:

f *fort.* ſeruandæ patriæ cauſa.

g *al.* nõ quòd i Cauſarum genera intelligit.*

h L. alterum, quod propriis nominibus perſonarum, locorũ, ac temporum diſtinctũ eſt: in quo vno illi occupati ſunt. Superius verò illud, quod totum eſt in ratione generis poſitum, quaſi nõ neceſſarium ſit, nullis præceptis aperiunt, ignari omneis contr. &c.

P. CXXI.

in tempore, ac nominibus omnis quæstio, cùm scriptū ita sit, SI MIHI FILIVS GIGNITVR[a], ISQVE PRIVS MORITVR[b], & cætera, TVM[c] VT MIHI ILLE SIT HERES: Si natus filius non sit, videatúrne is, qui filio mortuo institutus hæres sit, hæres esse. Perpetui iuris, & vniuersi generis quæstio non hominum nomina, sed rationem dicendi, & argumentorū fonteis desiderat. In quo etiam isti nos iurisconsulti impediunt, à discendó- que deterrēt. Video enim in Catonis, & Bruti libris nominatim ferè referri, quid alicui de iure viro, aut mulieri responderint: credo, vt putaremus, in hominibus, nō in re, cōsultatio nis aut dubitationis causam aliquā fuisse, vt, quòd homines essent, innumerabiles, debilitati à iure cognoscendo, voluntatem discēdi simul eum spe perdiscendi abiiceremus. Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet, & exponet descripta generatim. Est enim, ne fortè nescias, heri nobis ille hoc, Catule, pollicitus, sedius ciuile, quod nunc diffusum, & dissipatum est, in certa genera coacturum, &[e] ad artem facilè redacturum. 50 ¶ Et quidem, inquit Catulus, haudquaquam id est difficile Crassō, qui & quod disci potuit de iure, didicit: & quod iis, qui eum docuerunt, defuit, ipse afferet, vt, quæ sint in iure, velf acutè describere, vel ornatè illustrare possit. 51 ¶ Ergo ista, inquit Antonius, tum à Crasso discemus, cùm se de turba, & à subselliis in otiū, (vt cogitat) solitudinémq. contulerit. 52 ¶ Iā id quidem sæpe, inquit Catulus, ex eo audiui, cùm diceret, sibi certum esse, à iudiciis, cauſisque discedere: sed, vt ipsi soleo dicere, non licebit. neq. enim ipse auxilium suum sæpe à viris bonis frustrà implorari patietur, neque id æquo animo feret ciuitas: quæ si voce L. Crassi carebit, ornamento quodā sese spoliatā putabit. 53 ¶ Nam hercle, inquit Antonius, si hæc verè Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodē est pistrino, Crasse, viuendum, &[h] istam oscitantem, & dormitantem sapientiam, Sæuularum, & cæterorum beatorum otio concedamus. 54 ¶ Arrisit hic Crassus leniter, &, Pertexe modò, inquit, Antoni, quod exorsus es. me tamen ista oscitans sapientia, simulatq. ad eam confugero, in libertatem vindicabit.

56 ¶ Huius quidem loci, quem modò sum exorsus, hic est finis, inquit Antonius: quoniam[i] intelligitur, non in hominum innumerabilib. personis, neq. in infinita temporū varietate, sed in generum causis, atque naturis omnia sita esse, quæ in dubium vocarētur: genera autem esse definita non solùm numero, sed etiam paucitate: vt eam materiem orationis, quæ cuiusque esset generis studiosi qui essent dicendi[k], omnibus locis descriptā, instructam, ornatámque comprehenderent, rebus dico, & sententiis. Ea[l], vi sua verba parient, quæ semper satis ornata mihi quidem videri solent, si eiusmodi sunt, vt ea, res[m] ipsa peperisse videatur. Ac, si verū quæritis, quod mihi quidē videatur (nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam, & opinionem meam) hoc instrumentum causarum, & generum vniuersorum in forum deferre debemus, neque, vt quæq. res delata ad nos erit, tū deniq. scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus: quæ quidē omnibus, qui ea mediocriter modò considerarint, studio adhibito, & vsu, pertractata esse possunt. sed tamē animus referendus est ad ea capita, & [a] ad illos, quos sæpe iam appellaui, locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inuenta ducuntur. Atque hoc totum est siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones, intra quas venire debeas, vt perueſtiges quod quæras. Vbi eum locū omnem cogitatione sæpseris: si modò vsum[b] rerum percalleueris, nihil te effugiet: atque omne, quod erit in re, occurret, atque incidet. Et sic, cùm ad inueniendū in dicendo tria sint, *acumen*[c], deinde *ratio*, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium *diligentia*: non possum equidem non *ingenio* primas concedere: sed tamen ipsum ingenium diligentia etiam extarditate incitat.[d] *Diligentia*[e], inquam, cùm omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimùm valet. hæc præcipuè colēda est nobis: hæc semper adhibēda, hæc nihil est, quod non assequatur. Causa vt penitus, quod initio dixi, nota sit, diligentia est[f]: vt aduersarium attentè audiamus, atque vt eius non solùm sententias, sed etiam verba omnia excipiamus, vultus deniq. perspiciamus omneis, qui sensus animi plerunq. indicant, diligētia est. Id tamen dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere[g] videatur, prudētia est. Dein de vt in iis locis, quos proponam paullo pòst, peruoluatur animus, vt se penitus insinuet in causam, vt sit cura & cogitatione intentus, diligentia est: vt his rebus adhibeat, tanquam lumen aliquod, memoriam, vt vocem, vt vireis[h]: hæc magna sunt. Inter ingenium quidem, & diligentiam perpaullulum loci reliquum i est arti, *ars* demonstrat tantùm, vbi queras, atque vbi sit illud, quod studeas inuenire: reliqua, sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, assiduitate, labore: cōplectar vno verbo, quo sæpe iam vsi sumus, diligentia: qua vna virtute omnes virtutes reliquæ continentur. Nam orationis quidem copia videmus vt abundent philosophi, qui vt opinor (sed tu hæc, Catule, meliùs) nulla dant præcepta dicendi, nec idcirco minus, quæcumq. res proposita est, suscipiunt, de qua copiosè, & abundanter loquantur. 57 ¶ Tum Catulus: Est, inquit, vt dicis, Antoni, vt pleriq. philosophi nulla tradant præcepta dicendi, & habeant paratum tamen, quid de quaq. re dicant. Sed Aristoteles is, quem maximè ego admiror, proposuit quosdam locos, ex[k] quib. omnis[l] argumentatio, non modò ad philosophorum disputationem, sed[m] etiam ad hanc, qua in causis vtimur, inueniretur: à quo quidem homine iamdudum, Antoni non aberrat oratio tua, siue tu similitudine illius diuini ingenij in eadem incurris vestigia, siue etiam illa ipsa legisti, atq. didicisti: quod quidem magis verisimile videtur. Plus enim te operę Græcis dedisse reb. video, quàm putarā. 58 ¶ Tum ille, Verum, inquit, ex me audies, Catule: semper ego existimaui, iucundiorem, & probabiliorem huic populo oratorem fore, qui primùm quàm minimā artificij alicuius, deinde nullam Græcarum rerum significationem daret. atq. ego idem existimaui, pecudis esse, non hominis, cùm tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent, sesēque & videndi res obscurissimas, & bene viuendi, & copiosè dicendi rationē hominibus daturos pollicerentur, nō admouere aurem, & [n] si palā audire eos nō auderes, ne minueres apud tuos

a L. genitur, & adde, quàm in suam tutelam venerit: tum mihi ille sit hæres. Institut. de pupillari. l. vlt. ff. de iure delib. l. 50. l. 51 ff. de leg. 3. 7. Qu. 5. in f.*

c L. tum mihi ille hæres esto.

d Ius ciuile in artem redigere.* e *hæc* & ad artem facilè redacturum, *quibusdam desunt.** f L. vel aptè describere, *fort.* discribere, g *al.* & subselliis

h L. vt istam oscitantem,

i L. quoniam intelligitur,

P. CXXII. k *al.* discēdi*

l L. Etenim ex vi sua, &c. *fortè* res ipsæ peperisse videantur.*

a *al.* & ad eos quos f.

b *al.* vsu.*

c *fort.* primū acumen,

d L. Diligentia, inquam, quæ cùm omnib.

e Diligentiæ laus.* f *forte legendum* efficit.*

g *al.* officere.*

h *al.* aureis.*

i L. relictum est.

P. B.

k *fort.* in quibus l L. omnis argumentandi ratio, nō modò, *al.* argumentandi via.*

m *fort.* sed etiam ad hanc orationem, qua in c.

n *al.* nec, si pal.

tuos clueis auctoritatem tuam, ſubauſcultando tamen excipere voces eorum, & procul, quid narrarent, attendere: itáque feci, Catule, & iſtorum omnium ſummatim cauſas, & genera ipſa guſtaui. 59 ¶ Valde hercule, inquit Catulus, timidè, tanquam[a] ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti: quam hæc ciuitas aſpernata nunquam eſt. Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum, cùm erat in hac gente magna[b] Græcia: ex quo etiam quidem Numam Pompilium[c], regem noſtrum, fuiſſe Pythagoreum ferunt, qui annis permultis antè[d] fuit, quàm ipſe Pythagoras: quo etiam maior vir habendus eſt, cùm illam ſapientiam conſtituendæ ciuitatis duobus propè ſæculis antè cognouit, quàm eam Græci natam eſſe ſenſerunt, & certè non tulit vllos hæc ciuitas aut gloria clariores, aut auctoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Africano, C. Lælio, L. Furio, qui ſecum eruditiſſimos homines ex Græcia palàm ſemper habuerunt. Atque[e] ego ex iſtis ſæpe audiui, cùm dicerent, pergratum Athenienſeis & ſibi feciſſe, & multis principibus ciuitatis, quòd, cùm ad ſenatũ legatos deſuis maximis rebus mitterent, treis[f] illius ætatis nobiliſſimos[g] philoſophos miſiſſent, Carneadem, & Critolaum, & Diogenem. Itaque eos, dum[h] Romæ eſſent, & à ſe, & ab aliis frequenter auditos: quos tu cùm haberes auctores, Antoni, miror, cur philoſophiæ ſicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. 60 ¶ Minimèi, inquit Antonius: ac ſic decreui *philoſophorum potiùs*, vt Neoptolemus apud Enniũ, *paucis*. Nam omnino haud placet. Sed tamen hæc eſt mea ſententia, quã videbar expoſuiſſe. ego iſta ſtudia non improbo, moderata modò ſint: opinionem iſtorum ſtudiorum, & ſuſpicionem artificij apud eos, qui res iudicent: oratori aduerſariam eſſe arbitror. imminuit enim & oratoris auctoritatem, & orationis fidem. Sed, vt eò reuocetur, vnde huc declinauit oratio, ex tribus iſtis clariſſimis philoſophis, quos Romam veniſſe dixiſti, videſne[k] *Diogenem*[l] fuiſſe, qui diceret, artem[m] ſe tradere bene diſſerendi, & vera, ac falſa diiudicandi, quam verbo Græco διαλεκτικὴν appellaret? In hac arte, ſi modò eſt hęc ars, nullum eſt præceptum, quo modo verum inueniatur, ſed tantùm eſt, quo modo iudicetur. Nam & omne, quod eloquimur, ſic[n] vt aut eſſe dicamus id, aut non eſſe: &, ſi ſimpliciter dictum ſit, ſuſcipiunt dialectici, vt iudicent, verúmne ſit, an falſum: &, ſi coniunctè ſit elatũ, & adiuncta ſint alia, iudicent, recténe adiuncta ſint, & veráne ſumma ſit: vniuſcuiuſque rationis: & ad extremum ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, & multa quærendo, reperiunt non modò ea, quæ iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus antè exorſa, & [o] potiùs detexta propè retexantur. Hic nos igitur Stoicus iſte nihil adiuuat, quoniã quemadmodum inueniam quid dicam, non docet: atque idem etiam impedit, quòd & multa reperit, quæ neget vllo modo poſſe diſſolui, & genus ſermonis affert non liquidũ[p], non fuſum, ac profluens, ſed exile, aridum, conciſum ac minutum. quòd [q] ſi quid probabit, ita probabit, vt oratori tamen aptum non eſſe fateatur. Hæc enim noſtra oratio, multitudinis eſt auribus accommodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatéra, ſed quadam populari trútina examinantur. Quare iſtam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium eſt, in iudicandis nimiùm loquax[a]. *Critolaum*[b] iſtum, quem ſimul cum Diogene veniſſe commemoras, puto plus huíc ſtudio noſtro prodeſſe potuiſſe. Erat enim ab[c] iſto Ariſtotele, à cuius inuentis tibi ego videor non longè aberrare. atque[c] inter hunc Ariſtotelem, cuius & illum legi librum, in quo expoſuit dicendi arteis omnium ſuperiorum, & illos, in quibus ipſe ſua quædam de eadem arte dixit, & hos germanos huius artis magiſtros, hoc mihi viſum eſt intereſſe, quòd ille eadẽ acie mentis, qua rerum omnium vim, naturámque viderat, hæc quoque adſpexit, quæ ad dicendi artem, quam ille deſpiciebat, pertinebant. Illidautẽ, qui hoc ſolùm colendum ducebant, habitarunt[d] in hac vna ratione tractanda, non eadẽ prudentia, qua ille, ſed vſu in hoc vno genere, ſtudióque maiore. *Carneadu*ſ verò vis incredibilis illa dicendi, & varietas, perquàm eſſet optanda nobis: qui nullam vnquam in illis ſuis diſputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit. Sed hoc maius eſt quiddam, quàm ab iis, qui hæc tradunt, & docent, poſtulandum ſit. Ego autem, ſi [g] quem nunc planè rudem inſtitui ad dicendum velim, his potiùs tradam aſſiduis vno h opere eandem incudẽ diem noctémque tundentibus, qui omneis te nuiſſimas particulas, atque omnia minima manſa, vt nutrices infantibus pueris, in os inſerant. Sin ſit is, qui & doctrina mihi liberaliter inſtitutus, & aliquo iam imbutus vſu, & ſatis acri ingenio eſſe videatur: illuc eũ rapiã, vbi non ſecluſa aliqua aquula[i] teneatur, ſed vnde vniuerſum flumen erumpat: qui illi ſedes, & tanquam domicilia omnium argumentorum commonſtret, & ea breuiter illuſtret, verbíſque definiat. Quid enim eſt, in quo hæreat, qui viderit, omne, quod ſumatur in oratione aut ad probandum, aut ad refellendũ, aut [k] ex ſua ſumi vi, atque natura, aut aſſumi foris? *Ex ſua vi*, cùm aut res, quæ ſit tota, quæratur, aut pars eius, aut vocabulũ, quod habeat, aut quippiam, rem illam quod attingat. *extrinſecus* autẽ, cùm ea quæ ſunt foris: neque inhærent in rei natura, colliguntur. Si res tota quæritur, *definitione* vniuerſa vis explicanda eſt, ſic: Si maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hoſtibus populi Rom. tradidit, non qui eum, qui id feciſſet, populi Ro. poteſtati tradidit. Sin pars: *partitione*, hoc modo: Aut ſenatui parendum de ſalute reip. fuit, aut aliud conſilium inſtituendum, aut ſua ſponte faciendum aliud conſiliũ, ſuperbum: ſuũ, arrogans. vtendum igitur fuit conſilio ſenatus. Sin *ex vocabulo*, vt Carbo: Si cos. eſt, qui conſulit patriæ, quid aliud fecit Opimius? Sin ab eo, quod [l] rem attingat, plures ſunt argumentorum ſedes ac loci. Nam & *coniuncta* quærimus: & genera, & parteis generibus ſubiectas, & ſimilitudines, & diſſimilitudines, & contraria, & conſequentia, & conſentanea, & quaſi præcurrentia, & repugnantia: & cauſas rerum veſtigabimus[m], & ea, quæ ex cauſis orta ſunt, & maiora, paria, minora quæremus. *Ex coniunctis* ſic argumenta ducuntur: Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, debetis moueri, cùm

a *fort.* tanquã ad aliquem Sirenum ſcopulum,

b L. magna in Italia Græcia:

c L. Pompiliũ illum reg. n. d Ex libris qui Chronici vocãtur. Gellius refert Pythagoram Samum in Italiam veniſſe Tarquinij filio regnante, cui cognomẽ ſuperbus fuit. 17. c. 21. adde Tuſc. in pr.*

d *al.* Atq. ego hoc ex iſt.

e L. Furio, qui ſecum eruditiſſimos homines ex Græcia palàm ſemper habuerunt. Atque ego ex iſtis ſæpe audiui, cùm dicerent, pergratum Athenienſeis & ſibi feciſſe, & multis

f 17. Gell. vltimo.*

g *al.* maximos

h *al.* cùm Romæ eſſ.

P. CXXIII.

i Minimè verò, inquit Ant.

k Diogenem eum fuiſſe, l Diogenes.* m διαλεκτικὴν quid.*

n ſic, vt id aut eſſe dicamus, aut non eſſe:

o L. *fort.* ſeu potiùs.

p Sermonis genus liquidum, fuſum, profluens, exile, arduum, conciſum, minutum.*

q *al.* quod ſi quis probabit, ita pr.

a *fort.* Critolaum, quem

b Critolaus*

c L. atque inter hõc, cuius & illũ legi. l.

d L. hi autem qui hoc ſolùm

P. B.

e L. laborarunt

f Carneades*

g Argumenta di ſcientia pro varietate diſcentium variãda.*

h *fort.* vna opera.

i ſic ſuprà. 7. de oratore numero 8.*

k locorum alij ex ſua vi & natura, alij foris aſſumũtur.*

l *al.* quod rẽ attingit, & ita v. ſe

m *al.* inueſtigabimus.

Qu. Metellum tam piè lugere videatis. *Ex genere* autem: Si magistratus in populi Ro. potestate esse debent, quid Norbanum accusas, cuius tribunatus voluntati paruit ciuitatis? *Ex parte* autem ea, quæ est subiecta generi: Si omnes, qui reip. consulunt, cari nobis esse debent, certè in primis imperatores, quo
P. CXXIIII. rum consiliis, virtute, periculis, retinemus & nostram salutem, & imperij dignitatem. *Ex similitudine* autem: Si feræ partus suos diligũt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? At *ex dissimilitudine*: Si barbarorum est in diem viuere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. Atque vtroque in genere & similitudinis, & dissimilitudinis, exempla sunt ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis, & fictæ narrationes sæpe ponendæ. Iam *ex contrario*: Si Gracchus nefariè, præclarè Opimius. *Ex consequentibus*, Si & ferro interfectus ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus es in illo ipso loco, & nemo præter te ibi visus est, & causa nemini, & tu semper audax: quid est, quod de facinore dubitare possimus? *Ex consentaneis*, & præcurrentibus, & repugnantibus, vt olim Crassus adolescens: Non si Opimium defendisti, Carbo, idcirco te isti bonum ciuem putabunt. simulasse te, & aliud quid quęsisse perspicuum est, quòd Ti. Gracchi mortem sæpe in concionibus deploraſti, quòd P. Africani necis socius fuisti, quòd eam legem in tribunatu tulisti. quòd semper à bonis dissensisti. *Ex causis* autem rerum sic: Auaritiam si tollere vultis, matter eius est tollenda, luxuries. *Ex iis* autem, *quæ sunt orta de causis*: Si ærarij copiis & ad belli adiumenta, & ad ornamenta pacis vtimur, vectigalibus seruiamus. Maiora autẽ, &
a Imò hic locus est ex minore. minora, & paria comparabimus, sic. *Ex*[a] *maiore*: Si bona existimatio diuitiis præstat, & pecunia tantopere expetitur, quanto gloria magis est expetenda? *Ex minore* sic:

-hic paruæ consuetudinis
Causa huius[b] *mortem fert tam familiariter:*
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?

b L. mortem huius f.

Ex pari sic: Est eiusdem & eripere contra rempub. & largiri pecunias. *Foris* autem assumuntur ea quæ non sua vi, sed extranea subleuantur, vt hæc: Hoc verum est: dixit enim Qu. Lutatius. Hoc falsum est: habita enim quæstio est. Hoc sequi necesse est: recito enim tabulas, de quo genere toto paullo antè dixi. Hæc, vt breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt[c]. Vt enim si[d] aurum
c al. sint. d L. si cui aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa, & notas ostenderem locorum, quibus cognitis ille sibi ipse foderet, & id, quod veller, paruulo labore nullo errore inueniret: sic has ego argumentorum nóui notas, quæ illa mihi quærenti demonstrant, vbi sint: reliqua, cura, & cogitatione eruũtur. *Quod* autẽ *argumentorum genus cuique causarum generi maximè conueniat*, non est artis exquisitæ præscribere, sed est mediocris ingenij iudicare.
P. B. Neque enim nunc id agimus, vt artem aliquam dicendi explicemus, sed vt doctissimis
e L. quædam quasi monita ex Sal. admixta.* hominibus vsus nostri quasi[e] quædam monita tradamus. His igitur locis in mente, & cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita excitatis, nihil erit, quod oratorem effugere possit, non modò in forensibus disceptationibus, sed omnino in vllo genere dicendi. Si verò assequetur, vt talis videatur, qualem se videri velit, & animos eorum ita afficiet, apud quos aget, vt eos, quocunque velit, vel trahere, vel rapere possit: nihil profectò præterea ad dicendum requiret. Iam illud videmus, nequaquam satis esse, reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare[a] possis. *Tractatio* autem varia esse debet, ne aut cognoscat artem qui audiat, aut defatigetur similitudinis[b] satietate. Proponi oportet, quid afferas, & id quare ita sit, ostendere: & ex iisdem illis locis interdum concludere, relinquere[c] aliàs, alióque transire: sæpe non proponere ac ratione ipsa afferenda, quid proponendum fuerit, declarare: sicui quid simile dicas, prius vt simile confirmes: deinde quod agitur, adiungas: puncta argumentorũ plerunque vt oculas, nequis ea numerare possit, vt re distinguantur, verbis confusa esse videantur. Hęc vt & properans, & apud doctos, & semidoctus ipse percurro, vt aliquando ad illa maiora veniamus. Nihil est enim in dicẽdo, Catule, maius, quàm *vt* [d] *faueat* [e] *oratori is, qui audiet*, vtque ipse sic moueatur, vt impetu quodam animi: & perturbatione magis quàm iudicio, aut consilio, regatur. Plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lętitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. Quare, nisi quid vobis aliud placet, ad illa pergamus. 61 ¶ Paullum, inquit Catulus, etiam nunc deesse videtur iis rebus, Antoni, quas exposuisti, quod sit tibi antè explicandum, quàm illuc proficiscare, quò te dicis intendere. 62 ¶ Quidnam, inquit? 63 ¶ Quis ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumẽtorũ, in qua tu mihi semper deus videri soles. 64 ¶ Vide quàm sim in isto genere, inquit, Catule, deus. non mehercule mihi, nisi admonito, venisset in mentẽ: vt possis existimare, me in ea, in quibus nonnunquã aliquid efficere videor, vsu solere in dicendo, vel casu potius incurrere. Ac res quidem ista quam ego, quia non noram, sic, tanquã ignotũ hominẽ, præteribam, tantum potest in dicendo, vt ad vincendum nulla plus possit. Sed tamen mihi videris ante tempus à me rationẽ ordinis, & disponendarum rerum requisisse. Nam si ego omnẽ vim oratoris in argumentis, & in re ipsa per se cõprobanda posuissem, tempus esset iam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere: sed cùm tria[g] sint à me proposita, de vno dictum: cùm de duobus reliquis dixero, tũ[h] erit denique de disponẽda tota oratione quærendum. Valeti igitur multùm ad vincendũ, probari mores, instituta, & facta, & [k] vitã eorum, qui agent causas, & eorum, pro quibus: & item improbari aduersariorũ, animósq. eorũ, apud quos agituri, conciliari quàm maximè ad[m] beneuolentiã cùm erga oratorẽ, tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione vitæ: quæ faciliùs ornari possunt, si modò sunt quàm fingi, si nulla sunt. Sed hæc adiuuant in oratore, lenitas vocis, vultus, pudoris significatio, verborum comitas: si quid perseuerare acriùs, vt inuitus, & coactus facere videare. facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non auidi;

a DE TRACTATIONE inuento ſi.* b vt ſi quis ſemper eadẽ dicat.*

c L. aliàs relinquere.

d al. faueat oratori qui audiet.

e DE CONCILIANDIS AVDITORIBVS.*

f al. Qui ordo tibi placeat, al. Quis ordo, &c.

g Docere, cõciliare, mouere.* P. CXXV.

h vide infrà, numero. 77.*

i Conciliare auditorem quemadmodum possimus.*

k L. & vitam & eorum, qui agent, &c. & ita v.c.

l fort. agetur, m.v.c. ad beniuol.

auidi, signa proferri perutile est: eáque omnia, quę proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde beneuolentiam [a] conciliant, abalienántque ab iis, in quibus hęc non sunt. Itaque eadem sunt in aduersarios ex cõtrario conferenda. Sed genus hoc totum orationis in iis causis excellet, in quib. minus potest inflammari animus iudicis acri & vehementi quadam incitatione. Non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maximè cõmendat reos. Reos [b] autem appello non eos modò, qui arguuntur, sed omneis, quorum de re disceptatur. Sic enim olim loquebantur. Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferenteis iniurias, mirum quiddã valet: & hoc vel in principiis, vel in re narranda, vel in peroranda, tãtam habet vim, si est suauiter, & cum sensu [c] tractatum, vt [d] sæpe plus, quàm causa, valeat. Tantum autem efficitur sensu quodam, ac ratione dicendi, vt quasi mores oratoris effingat oratio. Genere enim quodam sententiarum, & genere verborum, adhibita etiam actione leni, facilitatéque [e] significandi, efficitur, vt probi, vt bene morati, vt boni viri esse videantur. Huic autem est illa dispar adiuncta ratio orationis, quæ alio quodam genere menteis iudicum [f] permouet, impellítque, vt aut oderint, aut diligant, aut inuideãt, aut saluum velint, aut metuant, aut [g] spernãt, aut cupiant, aut abhorreant, aut lætentur, aut mœreant, aut misereantur, aut punire velint, aut ad eos motus abducantur [h], si qui finitimi sunt, & propinqui his ac talibus animi perturbationibus. Atque illud optandum est oratori, vt aliquam permotionem animorum sua sponte ipsi afferant ad causam iudices, ad id, quod vtilitas oratoris feret, accommodatam. Facilius est enim currentem (vt aiunt) incitare, quàm commouere languentem. Sin id aut nó erit, aut erit obscurius. SICVT medico diligẽti, priusquàm conetur ægro adhibere medicinam, non solùm morbus eius, cui mederi volet, sed [i] etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est: sic equidem cùm aggrediar ancipitem causam, & grauem ad animos iudicum pertractandos, omni mente in ea cogitatione, curáque versor, vt odorer quàm sagacissimè possim, quid sentiant, quid existiment, quid exspectent, quid velint quò deducti oratione facillimè posse videantur. Si se dant, &, vt antè dixi, suak sponte, quò impellimus, inclinant, atque propendent: accipio quod datur, & ad id, vnde aliquis flatus ostenditur, vela do. Sin est integer, quietúsque iudex: plus est operis. Sunt enim omnia dicendo excitanda, nihil adiuuante natura. Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono poeta dicta est *flexamina, atque [l] omnium regina rerum oratio*, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem, & [m] repugnantem, vt imperator bonus ac fortis, capere possit. Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus modò flagitabat, quæ [n] à me diuinitus tractari solere diceret, & in causa M°. Aquilij, Caiíque Norbani, nonnullíque aliis, quasi præclarè acta, laudaret: quæ meherc ule ego, Crasse, cùm à te tractantur in causis, horrere soleo. tanta vis animi, tantus impetus, tãtus dolor, oculis, vultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet: tantũ est flumen grauissimorum, optimorúmque verborum, tam integræ sententiæ, tam veræ [2], tã nouæ, tam sine pigmentis, fucóque puerili, vt mihi non solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris. Neque fieri potest, vt doleat is, qui audit, vt oderit, vt inuideat, vt pertimescat aliquid, vt ad fletum, misericordiámque [b] deducatur [c], nisi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse, atque inusti videbuntur. Quòd si fictus aliquis dolor suscipiendus esset, & si in eiusmodi genere orationis nihil esset, nisi falsum, atque imitatione simulatú, maior ars aliqua forsitan esset requirenda. nunc ego, quid tibi, Crasse, quid ceteris áccidat, nescio: de me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos, atque amicissimos mentiar. non mehercule vnquã apud iudices, aut dolorem, aut misericordiam, aut inuidiã, aut odium excitare dicendo volui, quin ipse in commonendis iudicibus. iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permouerer. Neque enim facile est perficere, vt [d] irascatur, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lentè ferre videare: neque vt oderit eum, quem tu velis, nisi teipsum flagrantem odio antè viderit: neque ad misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui verbis, sententiis, voce, vultu, collacrymatione denique ostenderis. Vt enim nulla materies tam facilis ad exardescendũ est, quæ, nisi admoto igni, ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad cõprehendã vim oratoris parata, quæ possit incendi, nisi [e] inflãmatus ipse ad eam, & ardens accesseris. Ac, ne fortè hoc magnum, ac mirabile esse videatur, hominem toties irasci, toties dolere, toties omni animi motu concitari, præsertim in reb. alienis, magna vis est earum sententiarum, atque eorum locorum, quos agas, tractéque dicendo [f], vt nihil opus sit simulatione & fallaciis. Ipsa enim natura orationis eius, quæ suscipitur ad aliorum animos permouendos, oratorem ipsum magis etiã, quàm quenquã eorum, qui audiũt, permouet. Et ne hoc in causis, in iudiciis, in amicorum periculis, in concursu hominum, in ciuitate, in foro accidere miremur [g], cùm agitur non solùm ingenij nostri existimatio (nã id esset leuius: quanquã, cùm professus sis, te id posse facere, quod pauci, ne id quidem negligendum est) sed alia sunt maiora multò fides, officium, diligentia: quibus rebus adducti, etiam cùm alieniſſimos defendimus: tamen eos alienos, si ipsi viri boni volumus [h] haberi, existimare nõ possumus. Sed, vt dixi, ne hoc in nobis mirũ esse videatur, quid potest esse tam fictũ, quàm versus, quàm i scœna, quàm fabulæ? tamen in hoc genere sæpe ipse vidi, cùm ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur spondaliakilla dicentis,

Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi?
Neque paternum adspectum es veritus?

Nunquam illum [i] adspectum dicebat, quin mihi Telamon iratus furere luctu filij videretur. Vt idem inflexa ad miserabilẽ sonũ voce,

Quem atate exacta indigem [m]
Liberũm laceraſti, orbaſti, extinxiſti: neque fratrũ necẽ,
Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelam est traditus:

a *p. c. beniu.*
b *Rei dicuntur quorum de re agitur.*
c *al. sensa iucundo al. & sensim tracta tam.* d *al. vt persæpe*
e *l. facilitatémque significanti, al. facilitatéque significanda* DE MOTIBVS.
g *l. aut spernat, & ita v. c.*
h *l. deducantur, & ita v. c.*
P. B. i *al sed & cons.*
k *l. si sua sponte,*
l *& atque, deest quibusdam.*
m *hæc duo & repugnantẽ quibusd am desunt.* n *al. cùm à me.*
o *L. M'. Aquilij,*
2 *al. varię.*
b *al. adducatur,*
c *Mouere nõ potest orator histrio poeta, nisi ipse motus sit.*
d *l. vt irascatur ei, cui tu, &c. vitaui.*
e *l. nisi ipse ad eam inflamm. & ard. P. C. XXVI.*
f *al. in dicendo,*
g *al. miremur. videm. etiam id euenire in aliis quibusdam rebus conflictis à nobis, & nostra cogitatione adinuentis, cùm agitur &c.*
quæ sanè omnia ab imperito videntur temere adiecta.
h *L. haberi volumus.*
i *l. v. quàm scœna,*
k *an quod versus spondaici sequantur, atqui Trochaici sunt, an spondialia legendum cũ Turnebo 20. aduers. 17. sunt enim l. fid. t. c. 16. spõdiales Mario victorinę spõdiale qui in sacris gentilium canebãt: an potius Sophoclea legendum: quòd hi versus ex Sophoclis Teucro, à Pacuuio Latinis facti, vt putat Auratus.*
l *l. illud aspm. indigũ*

fiens ac lugens dicere videbatur. Quæ si ille histrio,quotidie cùm ageret, tamen rectè agere fine dolore non poterat, quid ? Pacuuium putatis in scribendo leni animo, ac remisso fuisse?Fieri nullo modo potuit.Sæpe enim audiui,*poetam bonum neminem* (id quod à Democrito, & Platone in scriptis relictum esse dicunt) *sine inflammatione animorum exsistere posse,& sine quodam afflatu quasi furoris*.Quare nolite existimare meipsum,qui non heroum veteres casus,fictósque luctus vellem imitari,atque adumbrare dicendo : neque actor essem alienæ personæ, sed auctor meæ, cùm mihi Mb. Aquilius c in ciuitate retinendus esset, quæ in illa causa peroranda fecerim,fine magno dolore fecisse. Quem enim ego cos.fuisse,imperatorem ornatũ à senatu,ouantem in Capitoliũ ascendisse meminissem, hunc cùm afflictum,debilitatum,mœrentem,in summũ discrimen adductum viderem,non priùs sum conatus misericordiã aliis cõmouere, quàm misericordia sum ipse captus. Sensi quidem tum magnopere moueri iudices, cùm excitaui mæstum ac sordidatum senem,& cùm ista feci,quæ tu,Crasse,laudas,nõ arte,de qua quid loquar nescio , sed motu magno animi, ac dolori,vt discinderem tunicam,vt cicatrices ostenderem cùm C.Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multùm lacrymis suis adiuuaret:cúmque ego illum crebrò appellans,collegam ei suum commendarem,atque ipsum aduocatum ad communem imperatorum fortunam defendendam inuocarem: non fuit hæc sine meis lacrymis, non sine dolore magno miseratio, omniúmque deorum,& hominum,& ciuium,& sociorum imploratio:quibus omnibus verbis,quæ à me tum sunt habita,si dolor abfuisset meus,non modò non miserabilis , sed etiam irridenda fuisset oratio mea. Quamobrem hoc vos doceo,Sulpici,bonus ego videlicet,atque erudi tus magister,*vt in dicendo irasci,vt dolere,vt flere postis*.quanquam te quidem quid hoc doceam, qui in accusando sodali e & quæstore meo, tantũ incendium non oratione solùm, sed multo etiam magis vi,& dolore,& ardore animi concitaras, vt ego ad id restinguendũ vix conarer accedere? Habueras enim tũ omnia in causa superiora:vim,fugam,lapidationem,crudelitatem tribunitiam in Cæpionis graui,miserabilíque casu, in iudiciũ vocabas:deinde principem & senatus,& ciuitatis, M.Æmiliũ , lapide percussum esse constabat: vi pulsum ex templo L.Cottam,& T.Didium, cùm intercedere vellent rogationi,nemo poterat negare. Accedebat,vt hæc tu adolescẽs pro rep.queri summa cum dignitate existimarere:ego homo censorius vix satis honestè videre seditiosum ciuẽ, & in hominis consularis calamitate crudelem,posse defendere. Erant optimi ciues iudices,bonorum virorum plenũ forum, vix vt mihi tenuis quædam venia daretur excusationis.quòd tamen eũ defenderem,qui mihi quæstor fuisset. Hic f ego quid dicam me artem aliquam adhibuisse? quid fecerim,narrabo,si placuerit,vos meam defensionem in aliquo artis loco reponetis. Omnium seditionum genera, vitia, pericula collegi,eámque orationem ex omni reip.nostræ tẽporum varietate repetiui,conclusíque ita,vt dicerẽ,etsi omnes molestæ g semper seditiones fuissent,iustas tamẽ fuisse nónullas, & propè necessarias.Tũ illa,quæ modò Crassus commemorabat, egi , neque reges ex hac ciuitate exigi , neque tribunos pl.creari,neq; plebiscitis toties consularem potestatem minui,neque prouocationem[a], patronam illam ciuitatis , ac vindicem libertatis,populo Ro. dari sine nobilium dissensione potuisse : ac, si illæ seditiones saluti huic ciuitati fuissent, non continuò,si quis motus populi factus esset,id C.Norbano in nefario crimine , atque in fraude capitali esse ponendum.Quòd si vnquam populo Ro.concessum esset,vt iure cõcitatus videretur,id quod docebam sæpe esse concessum, nullam illa causam iustiorẽ fuisse. Tum omnem orationem traduxi,& conuerti in increpandã Cæpionis fugam , in deplorandũ interitum exercitus.sic & eorũ dolorem,qui lugebant suos, oratione refricabã, & animos equitum Romanorum, apud quos tum iudices causa agebatur,ad Qu. Cæpionis odium , à quo erant ipsi propter iudicia abalienati,renouabam,atque[b] reuocabam.Quòd vbi sensi me in possessione iudicij, ac defensionis meæ constitisse , quod & populi beneuolentiam[c] mihi conciliaram,cuius ius etiam cum seditionis coniunctione defenderam,& iudicum animos totos vel calamitate ciuitatis,vel luctu,ac desiderio propinquorum,vel odio proprio in Cæpionem ad causam nostram conuerteram:tunc admiscere huic generi orationis vehementi,atque atroci genus illud alterum, de quo antè disputaui,lenitatis & mansuetudinis cæpi,me pro meo sodali, qui mihi in liberũm loco more maiorum esse deberet, & [d] pro mea omni fama propè, fortunísque decernere : nihil mihi ad existimationem turpius, nihil mihi ad dolorem acerbius accidere posse, quàm si is,qui sæpe alieníssimis à me,sed meis tamen ciuibus,salu ti existimater fuisse,sodali meo auxilium ferre non potuissem.Petebam à iudicibus,vt illud ætati meæ,vt honoribus,vt rebus gestis,si iusto , si pio dolore me esse affectum viderẽt, concederent:præsertim si in aliis causis intel lexissent , omnia me semper pro amicorum periculis, nihil vnquam pro meipso deprecatum.Sic in illa omni defensione,atque causa, quod esse in arte positum videbatur,vt de lege [f] Apuleia dicerem, vt, quid esset minuere maiestatem,explicarẽ,perquàm breuiter perstrinxi,atque attigi. His duabus partibus orationis,quarum altera concitationem[g] habet, altera commendationem , quæ minimè præceptis artium sunt perpolitæ , omnis est à me illa causa tractata , vt & acerrimus in Cæpionis inuidia renouanda,& in meis moribus erga meos necessarios declarandis mansuetissimus viderer.Ita magis affectis animis [h] iudicum,quàm doctis,tua i, Sulpici,est à nobis tũ accusatio victa. 65 ¶Hic Sulpicius, Verè hercule,inquit, Antoni, ista commemoras. nam ego nihil vnquam vidi, quod tam è manibus elaberetur,quàm mihi tum est elapsa illa causa.Cùm enim(quemadmodum dixisti)tibi ego non iudicium , sed incendiũ tradidissem, quod tuum principium, dij immortales, fuit? qui timor ? quæ dubitatio ? quanta hæsitatio, tractúsque verborum? Vt[k] illud initio, quod tibi vnum ad ignoscẽdum homines dabant, tenuisti,te pro homine perneccessario,quæsto re tuo,dicere! quam tibi primùm munisti ad te audiendum viam? Ecce autẽ,cùm te nihil aliud

a Ἐνθουσιασμῶ.

b L.M'. Aquilius

c de quo dixi suprà numero 46.vide Epitom.Liuianam,numero 64.*

P. B.

d L.si dolor abfuisset mẽi,

e C.Norbano, quem seditiosum defendit Antonius.adde suprà numero 46.*

f L. Hic quid ego dicam

g L.semper molest.

a adde l. 2 §. 16.ff.de origine iuris.* P.CXXVII.

b *hæc duo* atque reuocabam *quibus-dam desunt.** c *v.c.* beniu.

d L. & pro mea omni propè fama, fort.

e L. possem,

f Lege Apuleia minuens maiestatem plectebatur: adde suprà numerũ 45.*

g Conciliandi animi genera duo:concitatio & cõmendatio.*

h L. iudicum animis.

i L. tua tum, Sulpici, est à nob. accu.

k L.Vt tu illud P. B.

aliud profeciſſe arbitrarer, niſi vt homines tibi, ciuem improbum defendẽti, ignoſcẽdum propter neceſſitudinem arbitrarentur, ſerpere[a] occultè cœpiſti, nihil dum aliis ſuſpicãtibus, me verò iam pertimeſcente, vt illam nõ Norbani ſeditionem, ſed billam populi Rom. iracundiam, neque eam iniuſtam, ſed meritã ac debitam fuiſſe defenderes. deinde qui locus abs te prætermiſſus eſt in Cæpionem? vt tu illa omnia odio, inuidia, miſericordia miſcuiſti? Neque hęc ſolùm in defenſione, ſed etiã in Scauro [c], ceteríſque meis teſtibus, quorum teſtimonia non refellendo, ſed ad eundem impetum populi cõfugiendo, refutaſti. Quæ cùm abs te modò commemorarentur, equidem nulla præcepta deſiderabam. Iſtam enim ipſam demonſtrationem defenſionum tuarum abs te ipſo commemoratam, doctrinamdeſſe non mediocrem puto. 66 ¶ Atqui, ſi ita placet, inquit Antonius, trademus etiã, quæ nos ſequi in dicendo, quæque maximè [e] ſpectare ſolemus. docuit enim iam nos lõga vita, vſúſque rerum maximarum, vt, *quibus rebus animi hominum mouerentur*, tenerémus. Equidem primùm conſiderate ſoleo, poſtulétne[f] cauſa. nã neque paruis in rebus adhibẽdæ ſunt hæ dicendi faces, neque ita animatis hominibus, vt nihil ad eorum mentis oratione flectendas proficere poſſimus, ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, aut conuellere adoriamur ea, quæ non poſſint commoueri. Nam quoniam hæc ferè maximè ſunt in[g] iudicum animis, aut, quicumque illi erunt, apud quos agemus, oratione molienda, amor, odium, iracũdia, inuidia, miſericordia, ſpes, lætitia, timor, moleſtia: ſentimus *amorem* conciliari, ſi id velle videare, quod ſit vtile ipſis, apud quos agas, defendere: ſi aut pro bonis viris, aut certè pro iis, qui illis boni, atq. vtiles ſint, laborare. namq. hęc res amorẽ magis cõciliat, illa virtutis defenſio caritatẽ: pluſque proficit, ſi proponitur ſpes vtilitatis futuræ, quàm præteriti beneficij commemoratio. Enitendũ eſt, vt oſtendas, in ea re, quam defendas, aut dignitatem ineſſe, aut vtilitatẽ: eúmque, cui cõcilies hunc amorem, ſignifices nihil ad vtilitatem ſuam retuliſſe, ac nihil omnino feciſſe[h] cauſa ſua. Inuidetur enim commodis hominum ipſorum. ſtudiis autem eorum ceteris commodandi fauetur. Videndúmq. hoc loco eſt, ne, quos ob benefacta diligi volemus, eorum laudẽ, atque gloriam, cui maximè inuideri ſolet, nimis efferre videamur. Atque iiſdem his ex locis & *odium* in alios ſtruere diſcemus, & à nobis, ac noſtri dimouerei: eadémque hæc genera tractãda ſunt in iracundia vel excitãda, vel ſedanda. Nam ſi, quod ipſis, qui audiunt, pernicioſum, aut inutile ſit, id factum augeas: odium creatur. ſin[k], quod aut in bonos viros, aut in eos, in quos quiſque minimè debuerit, aut in rempub. tũ excitatur ſi non tam acerbum odium, tamen aut inuidiæ, aut odij nõ diſſimilis offenſio. Item *timor* incutitur aut ex ipſorum periculis, aut ex cõmunibus. interior eſt illè proprius: ſed hic quoque cõmunis ad eandem ſimilitudinem eſt perducendus. Par, atque vna ratio eſt *ſpei, lætitiæ, moleſtiæ*. Sed haud ſciam, an acerrimus longè ſit omnium motus inuidiæ. nec minus virium opus ſit in ea comprimenda, quàm in excitanda. *Inuident* autem homines maximè paribus, aut inferioribus cùm ſe relictos ſentiunt, illos autem dolẽt euolaſſe. ſed etiam ſuperioribus inuidetur ſæpe vehementer, & cò magis, ſi intolerantiùs ſe iactãt, & [a] æquabilitatem communis iuris, præſtantia dignitatis, aut fortunæ ſuæ tranſeunt: quæ ſi inflammanda ſunt, maximè dicẽdum eſt, nõ eſſe virtute parta: deinde etiam vitiis, atque peccatis. tum ſi erunt honeſtiora, atque grauiora, tamen non eſſe tãti vlla merita, quanta inſolentia hominis, quantúmque faſtidiũ. Ad ſedãdum autem, magno illa labore, magnis periculis eſſe parta, nec ad ſuum commodum, ſed ad aliorum eſſe collata, ſeſéque, ſi quam gloriam peperiſſe videatur, tametſi ea non ſit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari, totámque abiicere, atq. deponere: omninóque perficiendum eſt, (quoniam plerique ſunt inuidi, maximéque eſt hoc commune vitium, & peruagatum: inuidetur autẽ præſtanti, florentíque fortunæ) vt hæc opinio minuatur, & illa excellens opinione fortuna cum laboribus, & miſeriis permiſta eſſe videatur. Iam [c] *miſericordia* mouetur, ſi is, qui audit, adduci poteſt, vt illa, quæ de altero deploretur, ad ſuas res reuocet, quas aut tulerít acerbas, aut timeat, aut intuens alium, crebrò ad ſeipſum reuertatur. Ita cùm ſinguli caſus humanarum miſeriarum grauiter accipiũtur, ſi dicuntur dolenter, tum afflicta, & proſtrata virtus maximè luctuoſa eſt: &, vt illa altera pars orationis, quæ probitatis commendatione, boni viri debet ſpeciẽ tueri, lenis, (vt ſæpe iam dixi) atque ſummiſſa: ſic hæc, quæ ſuſcipitur ab oratore ad cõmutandos animos, atque omni ratione flectẽdos, intenta, ac vehemens eſſe debet. Sed eſt quædã in his duobus generibus, quorum alterum lene, alterũ vehemens eſſe [d] volumus, difficilis ad diſtinguendũ ſimilitudo. Nam ex illa lenitate, qua conciliamur iis, qui audiunt, ad hanc vim acerrimam, qua eoſdem excitamus, influat oportet aliquid, & ex hac vi nonnunquam animi [e] aliquid infuẽdum eſt illi lenitati: neque eſt vlla temperatior oratio, quàm illa, in qua aſperitas contentionis, oratoris ipſius humanitate conditur: remiſſio autem lenitatis, quadam grauitate & contentione firmatur. In vtroque autem genere dicendi, & illo, in quo vis atque cõtentio quæritur. & hoc, quod ad vitam, & mores accommodatur. *& principia* tarda ſunt, *& exitus* tamen [g] ſpiſſi & producti eſſe debent. Nam neque aſſilicndum ſtatim eſt ad illud genus orationis, (abeſt enim totum à cauſa) & homines prius ipſum illud, quod propriù ſui iudicij eſt, audire deſiderant, nec cùm in eam rationem ingreſſus ſis, celeriter diſcedendum eſt. Nõ enim, ſicut argumentum, ſimul atque poſitum eſt, arripitur, alterúmque, & tertium poſcitur: ita miſericordiam, aut inuidiam, aut iracundiam, ſimulatque intuleris, poſſis i commouere. Argumentum enim ratio ipſa confirmat, quæ ſimulatque emiſſa eſt, adhæreſcit. Illud autem genus orationis non cognitionẽ iudicis, ſed magis perturbationem requirit, quam conſequi, niſi multa, & varia, & copioſa oratione, & ſimili contentione actionis, nemo poteſt. Quare qui aut breuiter, aut ſummiſsè dicunt, docere iudicem poſſunt, commouere non poſſunt, in quo ſunt omnia. Iã illud perſpicuum eſt, omnium rerum in contrarias

a L. ſerpere cõ occ.
b L. ſed populi R. iuſc.
c 8. Valer. 5.*
d L. doctrinam non med. eſſe p. e *fort* ſpectare maximè ſolemus.
f Motus non paſſim admouendi: ſed ſi cauſa tantum poſtulet.*
g L. in animis iudicũ,
h L. ſua cauſa feciſſe.
i L. demouere.
k L. ſin, P. CXXVIII. quòd aut bonis viris, aut iis, quos quiſque minimè lædere debuerit, aut reip. tum excit.
a L. & æquabilitatem iuris, præſt.
b L. tanta
c L. At miſericordia m.
d *al.* eſſe debet,
e *vt* animi quibuſdam deeſt.*
P. B.
f *fort.* aliquid infundẽdum eſt. [*al.* inſtillandum. *al.* inſpergendũ. *al.* inflammãdum.*
g ita legitur apud Nonũ cap. 4. in Spiſſum*.
h *al.* item legunt ſpiſſi, id eſt denſi. Nonius *al.* loco.*
i *fort.* commouere poſſis.

parteis facultatem ex iisdem ſuppeditari locis. Sed *argumento reſiſtendum*[a] eſt, aut iis, quæ cõprobandi eius cauſa ſumũtur, reprehendẽdis, aut demonſtrando, id, quod concludere illi velint, non effici ex [b] propoſitis, nec eſſe conſequens: aut, ſi ita non refellas, afferendũ eſt in contrariam partem, quod ſit aut grauius, aut æquè graue. Illa autem, quæ aut cõciliationis cauſa leniter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus inferẽda ſunt, vt odio, beneuolẽtia[c], miſericordiâ inuidia tollatur. Suauis autem eſt, & vehemẽter ſæpe vtilis *iocus*[d], *& facetiæ*: quę etiam ſi alia omnia tradi arte poſſunt, naturę ſunt propria certè, neque vllam arte deſiderant: in quibus tu longè aliis, mea ſententia, Cæſar, excellis[e]: quò magis mihi etiam teſtis eſſe potes, aut nullam eſſe artem ſalis, aut, ſi qua eſt, eam nos tu potiſſimùm docebis.

67 ¶ Ego verò, inquit Cæſar, omni de re facetiùs [f] puto poſſe ab homine non inurbano, quàm de ipſis facetiis, diſputari. Itaque cùm quoſdam Græcos inſcriptos libros eſſe vidiſſem de ridiculis, nonnullâ in ſpem venerã, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere. inuẽni autem ridicula, & falſa multa Græcorum. nã & Siculi in eo genere, & Rhodij, & Byzantij, & præter ceteros, Attici excellunt: ſed qui eius rei rationem quandam conati ſunt, artémque tradere, ſic inſulſi exſtiterunt, vt nihil aliud eorum, niſi ipſa inſulſitas rideatur. Quare[k] mihi nullo videtur modo doctrina iſta res poſſe tradi. Etenim cùm *duo*[i] *genera ſint facetiarum*, alterum æquabiliter in omni ſermone fuſum, alterum peracutũ & breue: illa à veteribus ſuperior, *cauillatio*, hæc altera, *dicacitas* nominata eſt. Leue nomen habet vtraque res: quippe[k] leue enim eſt totum hoc, riſum mouere. Veruntamen (vt dicis Antoni) multùm in cauſis perſæpe lepõre, & facetiis profici vidi. Sed cùm in illo genere perpetuæ feſtiuitatis ars non deſideretur: natura enim fingit homines & creat, imitatores & narratores facetos, & vultu adiuuante, & voce, & ipſo genere ſermonis: tùm verò in hoc altero dicacitatis, quid habet ars loci, cũ antè illud facetum[l] dictum emiſſum hærere debeat, quàm cogitari potuiſſe videatur? Quid enim hic meus frater[m] ab arte adiuuari potuit, cùm à Philippo interrogatus, quid latraret, Furẽ[n] ſe videre reſpondit? Quid in omni oratione Craſſus vel apud centumuiros contra Scæuolam[o], vel contra accuſatorem Brutũ, cùm pro Cn. Planco diceret? Nam id, quod tu mihi tribuis, Antoni, Craſſo eſt, omnium ſententia, concedendum. Non enim ferè quiſquam reperitur, præter hunt, in vtroque genere lepõris excellens, & illo, quod in perpetuitate ſermonis, & hoc, quod in celeritate, atque dicto eſt. Nam hæc perpetua contra Scæuolam[p] Curiana defenſio, tota redundauit hilaritate quadam, & ioco: dicta illa breuia nõ habuit. Parcebat enim aduerſarij dignitati, in quo ipſo ſeruabat ſuam, quod eſt hominibus facetis, & dicacibus difficillimum, habere hominum rationem, & temporum, & ea, quæ occurrãt, cùm falſiſſimè dici poſſint, tenere. Itaque nõnulli ridiculi homines hoc ipſum nõ inſulsè interpretãtur. Dicere enim aiunt Ennium, *flammam à ſapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona*[q] *dicta teneat*: hæc ſcilicet bona dicta, quæ falſa ſint. Nam ea dicta appellãtur proprio iam nomine. Sed vt in Scæuolam[a] continuit ea Craſſus, atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, cauſam illam, diſputationémque luſit[b]: ſic in Bruto, quem oderat, & quem dignum contumelia iudicabat, vtroque genere pugnauit. Quàm multa de balneis, quas nuper ille vendiderat, quàm multa de amiſſo patrimonio dixit? atq. illa breuia, cùm ille diceret, ſi ſine cauſa ſe dare: Minimè mirum, inquit, modò enim exiſti de [c] balneis. Innumerabilia huiuſcemodi fuerunt, ſed non minùs illa iucunda perpetua. Cùm [d] enim Brutus [e] duos lectores excitaſſet, & alteri de colonia Narbonenſi Craſſi orationem legendam deciſſet, alteri de lege Seruilia, & cùm contraria inter ſeſe de rep. capita contuliſſet, noſter hic [f] facetiſſimè treis patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legẽdos dedit. Ex libro primo, Fortè euenit, vt in Priuernati eſſemus. Brute, teſtificatur pater ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. Deinde ex libro ſecũdo, In Albano eramus ego, & Marcus filius. Sapiens videlicet homo cum primis noſtræ ciuitatis: norat hunc gurgitem: metuebat, ne, cùm is nihil haberet, niſi eſſet ei relictũ putaretur. Tum ex libro tertio, in quo finẽ ſcribendi fecit (tot enim, vt audiui Scæuolã [g] dicere, ſunt veri Bruti libri) In Tiburti fortè aſſedimus ego, & Marcus filius. Vbi ſunt ij fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis cõſignatos reliquit? Quòd niſi puberẽ te, inquit, iam haberet: quartum librum compoſuiſſet, & ſe etiam in [h] balneis locutum[l] cum filio, ſcriptum reliquiſſet. Quis eſt igitur, qui nõ fateatur, hoc lepõre, atque his facetiis nõ minus refutatum eſſe Brutum, quàm illis tragœdiis, quas egit idẽ, cùm caſu ink eãdẽ cauſa cum funere efferretur anus Iunia? Prò, dij immortales, quæ fuit illa, quãta vis? quàm inexſpectata? quàm repentina? cùm, conie ctis oculis, geſtu omni imminẽti, ſumma grauitate, & celeritate verborum, Brute, quid ſedes? quid illam anum patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? quid maioribus tuis? quid L. Bruto, qui hunc populum dominatu regio liberauit? quid te facere? cui rei, cui gloriæ, cui virtuti ſtudere? Patrimoniõne augendo? at id non eſt nobilitatis, ſed faceſſe, nihil ſupereſt, libidines totũ diſſipauerunt[l], an iuri ciuili? eſt paternũ. ſed dicet, te, cùm ædeis vẽderes, ne in [m] rutis quidem, & cæſis ſolium tibi paternũ recepiſſe[n]. an rei militari? qui nunquam caſtra videris. an eloquẽtiæ? quę nulla eſt in te: &, quidquid eſt vocis ac linguæ, omnem in iſtũ turpiſſimũ calumniæ [o] quæſtum contuliſti. Tu lucem aſpicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in vrbe, tu in ciuium eſſe cõſpectu? tu illã mortuam, tu imagines ipſas nõ perhorreſcis? quibus non modò imitandis, ſed ne collocandis quidem tibi vllum locum reliquiſti. Sed hęc tragica, atque diuina: faceta autem & vrbana, innumerabilia ex vna concione meminiſtis. nec enim concio maior vnquã fuit, nec apud populũ grauior orãtio, quàm huius cõtra collegam in cẽſura nuper, neque lepõre, & feſtiuitate conditior. Quare tibi, Antoni, vtrumq. aſſentior, & multũ facetias in dicẽdo prodeſſe ſæpe; & eas arte nullo modo poſſe tradi? & illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuiſſe tantũ, & non huius rei quoq. palmã, vt cæ-

a Refutatio quædam ex locis comparanda.*
b L. expoſitis. Ariſtoteles dixit ἐκ τῶν κειμένων.*
c v. c. beniuolentia,
d DE IOCIS & FACETIIS, DICTIS, & RISV.*
e al. excelles al. antiquè excelleo.*
f al. facilius*
g περὶ γελοίων,
h L. Quare mihi quidem videtur nullo modo d. P. CXXIX.
i L. duo ſint genera facet. & al. quippe: leue enim *Paſſeratius*. Quippini? leue eſt hoc totum.*
k L. facetè dictum,
l Catulus.*
m 6. Quintilianus 3.*
n L. Scæuulam,
o L. Scæuulã q. *fortè* legendum bene dicta. Huiuſmodi enim liber Caſellij Bene dictorum citatur l. 2. §. 45. ff. de origine iuris niſi quis Caſellij librum ad ius potius referat. Dictorũ librũ ab Afro Domitio editum citat Quintilianus 6. cap. de riſu.*
p L. Scæuulã
a L. Scæuula
b L. eluſit:
c v. c. de balineis,
d citatur à Quintiliano 6. c. 3.*
e in accuſatione Cn. Plãci.*
f Craſſus.*
g L. Scæuulã
h v. c. in bapt. B. lineis
i al. lotum*
k L. in eadem cauſa funere eſſ.
l fort. diſſipauerunt.
m Ruta cæſa, quæ neque fundi, neque ædium eſſent, à venditore ferè recipiebantur. Cicero in partit. & in Topicis. l. 17. §. ſi ruta. l. 18. l. 38. in f. ff. de act. empti: l. 66. ff. de cõtr. empt. l. 2. Cod. de act. empt. l. 5. §. 7. ff. ad exhib. Feſtus, Nonius in Ruta.*
n Recipere hoc loco nihil aliud quàm excipere: quod & monet Nonius 1. num. 267. citans hunc locum, vbi receptitium ſeruum interpretatur quem in data dote aut donatione quis excepſit, & idem quoque ſentit Gell. 17. c. 6. vterque author reprehendit Verrium, exiſtimantem receptitium ſeruum eſſe qui ob vitium redhibitus ſit: adde Feſtũ in Receptitium ſeruũ.*
o v. c. Kalumniæ
p L. tradi. Illud quidem admiror, &c.

vt ceterarum, Crasso detulisse. 68¶Tum Antonius, Ego verò ita fecissem, inquit, nisi interdum in hoc, Crasso paullum [a] inuiderem. nam esse quamuis facetum, atque salsum, nõ nimis est per se ipsum inuidendum: sed, cùm omnium sis venustissimus, & vrbanissimus, omnium grauissimũ, & seuerissimum & esse, & videri, quod isti contigit vni, id mihi vix ferendum videbatur. 69¶ Hîc cùm arrisisset ipse Crassus, Attamen, inquit Antonius, cùm artem esse facetiarum, Iuli, negares: aperuisti quiddam: quod præcipiendum videretur. Haberi enim dixisti rationem oportere hominum, rei, temporis, nequid iocus de grauitate decerperet, quod quidem in primis à Crasso obseruari solet. Sed hoc præceptum prætermittendum est facetiarum, quòd [b] his nihil opus sit, nos autem quomodo vtamur, cùm opus sit, quærimus: vt in aduersarium, & maximè si eius stultitia poterit agitari, in testẽ stultum, cupidum, leuem, si facilè homines audituri videbuntur. Omnino probabiliora sunt, quæ lacessiti dicimus, quàm quæ priores [c]. nã & ingenij celeritas maior est, quæ appãret in respondendo, & humanitatis est responsio. Videremur [d] enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti, vt in ista ipsa concione nihil ferè dictum est ab hoc, quod quidem facetiùs dictũ videretur, quod non prouocatus respon derit. Erat autem tanta grauitas in Domitio [e], tanta auctoritas, vt, quod esset ab eo obiectũ, lepõre magis eleuandum, quàm contentione frangendum videretur. 70¶Tum Sulpicius, quid igitur? inquit, patiemur, Cæsarem, qui quanquam Crasso facetias concedit, tamen multo in eo studio magis ipse elaborat, non explicare totum [f] nobis genus hoc iocandi, quale sit, & [g] vnde deducatur, præsertim cùm tantam vim, & vtilitatem salis, & vrbanitatis esse fateamur? 71¶Quid si, inquit Iulius, assentior Antonio, dicendi nullam esse artẽ salis?

72¶Hîc cùm Sulpicius reticuisset, Quasi verò, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius tamdiu [h] loquitur, ars vlla sit, obseruatio quædam est, vt ipse dixit, earum rerũ, quæ in dicendo valent: quæ si eloquentem facere posset, quis esset non eloquens? Quis enim hæc vel non facilè, vel certè aliquo modo posset, edisscere? Sed ego in his præceptis hanc vim, & hanc vtilitatem esse arbitror, nõ vt ad reperiendum, quid dicamus, arte ducamur, sed vt ea, quæ natura, quæ studio, quæ exercitatione consequimur, aut recta esse cõfidamus, aut praua intelligamus, cùm, quò referenda sint, didicerimus. Quare, Cæsar, ego quoque à te hoc peto, vt, si tibi videtur, disputes de hoc toto iocandi genere, quid sentias, nequa fortè dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone præterita esse videatur. 73¶Ego verò, inquit ille, quoniam collectam [i] à conuiua, Crasse, exigis, non committam, vt, si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. quanquam soleo sæpe mirari eorum impudẽtiam, qui agunt in scena gestũ, spectante Roscio. quis enim sese commouere potest, cuius ille vitia non videat? Sic ego nunc Crasso audiente primùm loquar de facetiis, & docebo sus (vt aiunt) oratorem eum, quem cùm Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. 74¶Tum ille, Iocabatur, inquit, Catulus, præsertim cùm ita dicat ipse, *vt ambrosia*

alendus esse videatur. verũ te, Cæsar, audiamus, vt ad Antonij reliqua redeamus. 75¶Et Antonius, Perpauca quidem mihi restant, inquit: sed tamen defessus iam labore, atque itinere disputationis [a], requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo peropportuno [b] diuersorio [c]. 76¶Atqui, inquit Iulius, non nimiùm liberale hospitium meũ dices, nam te in viã, simul ac perpaullulum gustaris, extrudam, & eiiciam. Ac, ne diutius vos demoretur, de omni isto genere, quid sentiam, perbreuiter exponam. *De risu* [c] quinque sunt, quæ quærantur: vnum, *quid* sit: alterum, *vnde* sit: tertium, *sitne oratoris velle risum mouere*: quartum, *quatenus*: quintum, *qua sint genera ridiculi*. Atque illud primum, *quid sit ipse risus*, quo pacto concitetur, vbi sit, *quomodo existat*, atque ita repentè erumpat, vt eũ cupientes, tenere nequeamus, & quomodo simul latera, os, venas, vultum, oculos occupet, viderit Democritus, neque enim ad hunc sermonẽ hoc pertinet: &, si pertineret, nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi quidẽ illi scirent, qui [f] pollicentur. Locus autem, & regio [g] quasi ridiculi (nam id proximè quæritur) turpitudine, & deformitate quadam continetur. Hæc enim ridentur vel sola, vel maximè, quæ notant, & designãt turpitudinẽ aliquam non turpiter. Est autem, vt ad illud tertium veniam, *est plani oratoris mouere risum*: vel quòd ipsa hilaritas beneuolentiã [h] conciliat ei, per quem excitata est: vel quod admirantur omnes acumen vno sæpe in verbo positum, maximè respondentis, nõnunquam etiam lacessentis: vel quòd frangit aduersariũ, quòd impedit, quòd eleuat, quòd deterret, quòd refutat, vel quòd ipsum oratorẽ, politum esse hominem significat, quòd eruditum, quòd vrbanum, maximéque quòd tristitiam, ac seueritatem mitigat, & relaxat, odiosásque res sæpe, quas argumentis dilui nõ facile est, ioco, risúque dissoluit. *Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori*, perquàm diligenter videndum est, id quod in quarto loco quærendi posueramus. nam nec insignis improbitas, & scelere iuncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. facinorosi maiore quadã vi, quàm ridiculi, vulnerari volunt: miseros illudi nolunt, nisi [k] si se fortè iactant. Parcendum est autem maximè caritati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur. Hæc igitur adhibenda est primùm in iocando moderatio, itaque ea facillimè luduntur, quæ neque odio magno, neque [l] misericordia maxima digna sunt. Quamobrem materies omnis ridiculorum est in istis vitiis, quę sunt in vita hominum neque carorum, neque calamitosorum, neque eorum, qui ob facinus ad supplicij rapiendi videntur: eáque bellè agitata ridentur. Est etiam deformitatis, & corporis vitiorum satis bella materies ad iocandũ. Sed quærimus idem, quod in ceteris rebus maximè quærendum est, quatenus. In quo nõ modò illud præcipitur, nequid insulsè, sed etiam si quid perridiculè possis, vitandum est oratori vtrumque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. Quæ cuiusmodi sint, facilius iã intelligemus, cùm ad ipsa ridiculorum *genera* venerimus. Duo enim sunt genera facetiarũ: quorũ, alterũ re tractatur, alterũ dicto. *Re* [m], si quando quid, tanquam aliqua fabella, narratur, vt olim tu, Crasse, in Memmium, comedisse eum lacertum Largij [n], cùm esset cum e

a L. paullulũ

b L. cùm his nihil

c id est, non lacessiti.*

d L. Videmur

e Domitium Afrum intelligit, cuius facetias commẽdat Quintilianus 6. c 3. cuius etiam liber Dictorum, id est facetiarum ab eodem citatur.*

f L. nobis totum

g L. & vnde ducatur,

h al. iam diu

P. CXXX.

P. B.

a L. disputationis meæ req.

b L. deuersorio.

c citatur à Nonio c. 1. in Diuersoria, lor. adde infrà ad merum 76. in fin.*

d L. non animis liberale e Hæc pars Græcis περὶ γελοίου inscribitur 6. Quintil. 3.*

f L. qui pollicerentur.

g Idẽ Quintil. 6. c. 3.*

h v. c. benignam loquitur

i L. facinorosos enim m. lz al. nisi se fortè iactant, & ita v. c.

l al. nec misericordia.

P. CXXXI.

m Facetiæ quemadmodum RE tractentur.*

n al. Largij

Tarraeinæ de amicula rixatus. falsa[a], attamen à teipso ficta tota narratio, addidisti clausulã, tota Tarracina, tum omnibus in parietibus in scriptas fuisse litteras, tria LLL. duo MM. Cùm quæreres, id, quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse, Lacerat lacertum Largii[b] mordax Mémius. Perspicitis, hoc genus quàm sit facetum, quàm elegans, quàm oratorium, siue habeas verè, quòd narrare possis, quod tamen est mendaciunculis adspergendum, siue fingas. Est autem hæc huius generis virtus, vt ita facta demõstres[c], vt moreseius, de quo narres, vt sermo, vt vultus omnes exprimãtur, vt iis, qui audiunt, tũ geri illa, fierique videãtur. Inere est item ridiculum, quod ex quadã deprauata imitatione sumi solet, vt idẽ Crassus. Per tuam nobilitatem, per vestram familiam. Quid aliud fuit, in quo concio rideret, nisi illa vultus & vocis imitatio? Per tuas statuas verò cùm dixit, & extẽto brachio paullulũ etiã de gestu addidit, vehemẽtiùs risimus. Ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis,

Tibi ego Antipho, assero[c], inquit, senium est, cùm audio.

Atque ita est totum hoc ipso genere ridiculum, vt acutissimè tractandum sit. Mimorum est enim ethologorum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas orator surripiat oportet imitationẽ, vt is, qui audiat, cogitet plura, quàm videat: præstet idem ingenuitatem, & ruboré suum, verborum turpitudine, & rerum obscœnitate vitanda. Ergo hæc duo genera sunt eius riduculi, quod in re positum est: quæ sunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus describuntur hominũ mores, & ita effinguntur, vt aut, re narrata aliqua, quales[g] sunt intelligantur: aut, imitatione breuibus iniecta, in aliquo insigni ad irridendum vitio reperiantur. *Indicto*[i] autem ridiculum est, id, quod verbi, aut sententiæ quodã acumine mouetur, sed, vt in illo superiore genere vel narrationis, vel imitationis, vitanda est mimorum etholo gorum similitudo: sic in hoc, scurrilis[k] oratori dicacitas magnopere fugienda est. Qui igitur distinguemus à Crasso, à Catulo, à ceteris familiarem vestrum, Granium, aut Vargulam, amicum meum? non mehercule in mentem mihi quidem venit: sunt enim dicaces: Granio quidem nemo dicacior. Hoc, opinor, primùm, ne, quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Pusillus testis processit. Licet[m], inquit, rogare, Philippus? Tũ quæsitor properans, Modò breuiter. Hîc ille, Non accusabis, per pusillum rogabo. Ridiculè. Sed sedebat iudex L. Aurifex, breuior etiam, quàm ipse testis. omnis est risus in iudicem conuersus. visum est totum scurrile iudiciũ. Ergo hæc, quæ cadere possunt in quos nolis, quamuis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia: vt iste, qui [n] se vult dicacem, & mehercule est, Appius, sed nonnunquam in hoc vitiũ scurrile delabitur. Cœnabo, inquit, apud te, huic luscо, familiari meo, C. Sextio. vni enim locũ esse video. Est hoc scurrile, & [o] quod sine causa lacessiuit: & tamẽ id dixit, quod in omneis luscos conueniret. Ea, quia meditata putantur esse, minùs ridentur. Illud egregiũ Sextij, & ex tẽpore, Manus laua, inquit, & cœna. Temporis igitur ratio, & ipsius dicacitatis moderatio, & temperantia, & raritas dictorũ, distinguet oratorem à scurra: &, quod nos cũ causa dicimus, non vt ridiculi videamur, sed vt proficiamus aliquid, illi[a] totum diẽ, & sine causa. Quid enim est Vargula assecutus, cũ eum candidatus A. Sempronius cũ Marco suo fratre complexus esset? Puer abige museas. Risum quæsiuit qui est mea sentẽtia, vel tenuissimus ingenij fructus. Tẽpus igitur dicendi, prudentia, & grauitate moderabimur: quarum vtinam artem aliquam haberemus: sed domina natura est. ¶ *Nunc exponamus genera ipsa summatim quæ risum maximè mouẽt.* Hæc igitur sit prima partitio, quod facetè dicatur, id alias[b] in re habere, alias in verbo facetias: maximè autem homines delectari, si quando risus cõiunctè re, verbóque moueatur. Sed hoc mementote, quoscunque locos attingam, vnde ridicula ducantur, ex iisdem locis ferè etiam graueis sentẽtias posse duci. tãtum interest, quòd grauitas honestis in rebus seuerè, iocus in turpiculis, & quasi deformibus ponitur: velut [c] in iisdẽ verbis & laudare frugi, seruum possimus, &, si est nequã, iocari. Ridiculum est illud Neronianũ vetus in furace seruo, Solũ esse, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum: quod idẽ in bono seruo dici solet: [d] sed hoc iisdẽ etiam verbis. Ex iisdem autem locis omnia nascũtur. Nam [e] quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob rempub. accepto, & ob eã causam verecundãti in publicũ prodire, mater dixit, Quin prodis, mi [f] Spuri? quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarũ virtutum veniat in mentem: præclarum & graue est. Quod Caluino Glaucia claudicãti, vbi est vetus illudnũ claudicat? at hic clodicat: hoc ridiculum est: & vtrumque ex eo, quod in claudicatione animaduerti potuit, est ductum. Quid hoc Næuio ignauius? seuerè Scipio. At in malè olentem, Video me à te [h] non conueniri, sed circumueniri, subridiculè Philippus. At vtrumque genus continet verbi ad litteram immutati similitudo. Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur, sed non semper in ioco, sæpe etiã in grauitate versantur. Africano illi maiori, coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti, cùm ea sæpius rumperetur P. Licinius Varus, Noli mirari, inquit, si non conuenit. caput enim magnũ est. laudabile, & honestum. At ex eodem genere est. Caluus [i] satis est, quòd dicit. Parúmne multa? Nullum genus est ioci, quo non ex eodem seuera & grauia sumantur. Atque hoc etiam animaduertendum, non esse omnia ridicula, faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum, quàm Sannio [k] est? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, deniq; corpore ridetur [l] ipso. falsum hunc possum dicere, atque ita, non vt eiusmodi oratorem esse velim, sed vt mimũ. Quare primum genus hoc, quod risum vel maximè mouet, non est nostrum. morosum, superstitiosum, suspiciosum, gloriosum, stultum. naturæ ridentur ipsæ, quas personas agitare solemus, non sustinere. Alterum genus est imitatione admodum ridiculum, sed nobis tantùm licet furtim, si quando, & cursim. Alterum minimè est liberale. Tertium, oris deprauatio, non digna nobis. Quartum, obscœnitas, non solùm non foro digna, sed vix conuiuio liberorum. Detractis igitur tot rebus ex [m] hoc oratorio loco, [n] facetiæ reliquæ sunt, quæ aut in re, vt antè diuisi, positæ videntur esse, aut in verbo. Nam quod, quibuscunque verbis dixeris, facetum tamen est, re conine-

a L. falsa tota, ac tamen à teipso ficta narr.

b L. Largi

c al. demonstreatur, vt m.

d al. in re ineest item

e Verba Antiphontis filij, patris senis orationem imitantis.* f L. has sero, & ita v.c.

g L. quales sint, intell.

h L. breuiter

i Facetiæ quæ admodum DICTO tractentur.* k L. scurrilis dicacitas or. P. B.

l al. nostrum

m al. Licet inquit Philippus, rogare?

n al. qui se esse vult dicacem,

o L. quod & sine causa l.

a al. id illi totum d.

b facetia aut in re aut in verbo.*

c L. velut iisdem verb.

d L. soler: & hoc iisdem etiam verb.

e al. Namque quod Sp.

f L. mi Spuri, vt quotiescũque gradum faciet, (al. facias) toties tibi t. vir. ven. in mentem?

g L. At hic claudicat: hoc P. CXXXII.

h al. te circumueniri.*

i L. Caluus satis est, quòd dicit parum. Ne multa, multũ g. ‖ al. Caluus satis est quod dicit. Parúmne multa?*

k L. Sannio à sanna dictus fuit. Nonius v. in sannionem 302. vbi citatur hic locus.*

l L. ipso ridetur.

m L. ex hoc oratorio loco,

n al. ioco.*

continetur: quod mutatis verbis salem amittit, in verbis habet lepôrem omnem. ¶ *Ambigua*, sunt in primis acuta, atq; *in verbo* posita, non in re: sed non sæpe magnum risum mouent, magis[a] vt bellè, & litteratè dicta laudãtur: vt in illum Titium, qui cùm studiosè pila luderet, & idem signa sacra noctu frangere putaretur, gregaléſque[b] eum in campum non venisse requirerent[c], excusauit Vespa Terêtius, quòd eum brachium fregisse diceret. Vt illud Africani, quod est apud Lucilium:

Quid? Decius, Naeulam an consixum vis facere?

inquit. Vt tuus amicus, Crasse, Granius, nõ esse sextãtis. Et, si quæritis, is, qui appellatur dicax, hoc genere maximè excellit: sed risus mouent alia maiores. Ambiguũ per se ipsum probatur id quidé, vt antè dixi, vel maximè. ingenioſi enim videtur, vim verbi in aliud, atque ceteri accipiant, posse ducere: sed admirationem magis, quàm risum mouet, nisi si quando incidit in[d] aliud genus ridiculi. Quę genera percurram equidẽ: sed scitis esse notissimũ ridiculi genus *cùm aliud exſpectamus, aliud dicitur*. hîc nobiſmetipſis noſter error risum mouet. quòd si admixtum est etiã ambiguum, fit salsius: vt apud Næuium, videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci[e] videt, percunctatur ita,

Quanti addictus? mille nummũm.

Si addidisset tantummodò. Ducas licet: esset illud genus ridiculi præter exſpectationem: sed quia addidit. *-Nihil addo, ducas licet:* addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, vt mihi quidem videtur, salsissimus: Hoc tum est venustissimum, *cùm in altercatione arripitur ab aduersario verbum, & ex eo*, vt à Catulo in Philippũ, *in eum ipsum aliquid, qui laceſſiuit, inſtigitur*. Sed cùm plura sint ambigui genera, de quibus est doctrina quædam subtilior, attendere, & aucupari verba oportebit: in[f] quo, vt ea, quæ[g] sint *frigidiora, vitemus*, (etenim cauẽdum est, ne arcessitum dictum putetur) permulta tamen acutè dicemus. Alterum genus est, *quod habet paruam verbi immutationẽ*, quod in littera positum, Græci vocant παρ' ὁμοίαν, vt Nobiliorem, mobiliorem Cato: aut, vt idem cùm cuidam dixisset, Eamus deambulatum: & ille, Quid opus fuit de[h] immò verò, inquit, Quid opus fuit te? aut eiusdem respõſio illa, Si tu & aduersus[h], & auersus impudicus es. Etiam *interpretatio nominis habet* i *acumen*, cùm ad ridiculum conuertas, quamobrẽ ita quis vocetur, vt ego nuper, Nummium diuisorem, vt Neoptolemum ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen inuenisse. Atque hæc omnia verbo cõtinentur. Sæpe etiã *versus facetè interponitur*, vel vt est, vel paullulum immutatus, aut aliqua pars versus, vt Statius Scauro ſtomachãti: ex quo sunt nõnulli, qui tuam legẽ de ciuitate, natã, Crasse, dicãt,

St, tacete, quid hoc clamoris est? quibus nec k *pater, nec mater sit,*

Tanta cõſidẽtia est? Auferre istã enim superbiã. Nã in Cœlio sanè etiam ad causam vtile fuit tuũ illud, Antoni, cùm[l] ille à se pecuniã profectam diceret testis, & haberet filium delicatiorem: abeunte iam illo.

Sentin' senem esse tactum triginta minis?

In hoc genus coniiciuntur *prouerbia*: vt illud Scipionis, cùm Asellus[m] omneis prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur, Agas[n] Asellum, & cætera. Quare ea quoque, quoniam mutatis verbis nõ possunt retinere eandem venustatem, non in re, sed in verbis posita ducãtur. Est etiam in verbo positũ non insulsum genus, ex eo, *cùm ad verbũ, non ad sententiã rem accipere videare*: ex quo vno genere totus est Tutor, minus vetus, oppidò ridiculus. Sed abeo à mimis, tãtùm genus huius ridiculi insigni aliqua, & nota re notari volo. Est autem ex hoc genere illud, quod tu, Crasse, nuper ei, qui te rogasset, num tibi molestus esset futurus, si ad te bene ante lucẽ venisset: Tu verò, inquisti, molestus nõ eris: Iubebis igitur te, inquit, susciſtari? & tu, Certè negaras te molestum futurum. Ex eodẽ hoc vetus illud est, quod aiunt Maluginensem illũ M. Scipionem, cùm ex centuria sua renuntiaret Accidinũ[a] cos. præcóque dixisset, Dic de L. Manlio: Virum bonum, inquit, egregiúmq. ciuem esse arbitror. Ridiculè etiã illud L. Porcius Nasica censorib. Catoni, cùm ille, Ex[c] tui animi sentẽtia tu vxorem habes? Non hercule, inquit, ex[d] animi tui sentẽtia. Hæc aut frigida sunt, aut tum falsa, cùm aliud est exſpectatũ, natura enim nos (vt antè dixi) noſter delectat error: ex quo cùm quaſi decepti sumus exſpectatione[e], ridemus: In verbis etiam illa sunt quæ aut ex immutata oratione ducũtur, aut ex vnius verbi *tranſlatione, aut ex inuerſione verborum*. *Ex immutatione*, vt olim Rusca cùm legẽ ferret annalem, diſſuasor M. Seruilius, Dic mihi, inquit, M. Pinnari, num si cõtra te dixero, mihi malè dicturus es, vt ceteris fecisti? Vt ſementem feceris, ita metes, inquit. *Ex tranſlatione* autẽ, vt, cùm Scipio ille maior Corinthiis ſtatuam pollicẽtibus eo loco, vbi aliorum essent imperatorum, turmaleis dixit disſplicere. *Inuertuntur* autem *verba*, vt Crasius apud[g] M. Perpennam, iudicem, pro Aculeone cùm diceret, aderat cõtra Aculeonẽ Gratidianus[h] L. Heluius Lamia i, deformis, vt noſtis, qui cùm interpellaret odiosè: Audiamus, inquit, pulcellũ puerum, Crasſus. Cùm esset arrisum, Non potui mihi, inquit Lamia, formã ipse fingere, ingeniũ potui. Tum hic, Audiamus, inquit, dilertũ: multo etiã arriſum est vehementiùs. Sunt etiam illa venusta, vt in gravibus sententiis, sic in facetiis. Dixi enim dudum, materiã aliã esse ioci, aliam seueritatis: grauium autẽ, & iocorum vnam esse rationẽ. Ornãt igitur in primis orationẽ verba relata contrariè: quod idẽ genus sæpe est[k] etiã facetũ, vt Ser. ille Galba, cùm iudices[l] L[m]. Scribonio, tribuno pleb. ferret familiareis suos, & dixisset Libo, Quando tandẽ, Galba, de tricliniotuo exibis? Cùm tu inquit, de cubiculo alieno. A quo genere ne illud quidem plurimum distat, quod Glaucia Metello, Villam in Tiburte habes, cortem[n] in palatio. ¶ Ac verborũ quidẽ genera quæ essent *facета*, dixisse me puto: rerũ plura sunt, eáque magis (vt dixi antè) ridentur, in quibus est narratio: res sanè difficilis. Exprimenda enim sunt, & ponenda ante oculos ea[o], quæ videantur & verisimilia, quod est propriũ narrationis, & quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia: cuius exemplũ, vt breuissimum, sit sanè illud, quòd antè posui, Crassi de Mẽmio. Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorũ,

a L. Acidinũ *& ita v.c.*

b Censoris mutus erat celibes prohibere. Cicero de legibus. * P. CXXXIII.

c Idem refert Gellius, 4. c. 20.*

d L. ex animẽ mei sententia. ¶ vt sit locus ex ambiguo. Iubebat Censor vti Cato ex animi sui sententia, iurare, haberet vxorem nẽne. Cato iurabat non quidem sibi non esse vxorem: sed nec sibi vxorem ex animi sui sententia. ita Lipsius hûc locũ interpretatur l. *Var.* 1. sed tamen & ũſc & apud Gellium *d. loco* legitur Catoiurasse, se ex animi Naſicæ sententia vxorem non habere: quo loco verisimilius est Catonem, lasciuisse in Naſicam, vxori Catonis adſectam. proin de intempestiua illa lasciuia Catonem in ærarios relatum refert Gellius.*

e L. exſpectatione rei. rid.

f Idem prouerbium Aristotel. 3. Rhetor.*

g apud M. Perpernam.

h *al.* Cratidiano.

i *al.* Ælius.*

k L. est sæpe etiam

l Iudicẽ ferente aduersario olim dicebatur, qui ad iudicium prouocabat, vt hîc, & paulò post infrà, vbi de M. Flacco & P. Mucio. Liuius P. B. 3. & 8. vbi de Q. Fabio & Papyrio Cursore.*

m *fere* l. Scribonio Libone, tr.

n *al.* cohortẽ in. Sid est hominesarmatos siue inermes in palatio. ita Lãbinus hunc locũ interpretatur, Lipſ. 2. Variarum, cortem *legi*. vt Metellus hîc rideatur quòd villã Tyburte haberet magnificã. in vrbe cortẽ, hoc est, domũ ruſticã. Cortes enim Festo *in Mapalia* genus ædificij ruſtici, mapaliis simile. adde Nonium cap. 2. in Cortes. m.*

o L. ea, & quæ videantur verisi.*

a L. magiſq. vt bellè, & litt.

b L. gregaléſq. eũ, cùm in campum non veniſſet, req.

c *al.* quererentur.*

P. B. d L. in aliud quoq. genus *c. & ita v.c.*

e L. duci videns, percunctatur.

f *al.* inquio, & ita Priſcianus libro 10. *ſed vſus* est deprauato codice Priſcianus.*

g *al.* quæ sunt frig.

h videtur reſpexiſſe ad iſſud Accesilai quod refert Plutarchus. μηδὲν διαφέρειν ὅτε σχῆμα τινὰ ἢ ἐμπόδιον ἔχοι ἀποδοθὲν ἢ μὴ.*

i L. habet acumen, ſi ad ridic.

k L. nec mater nec pater, T.

l L. cùm ille pecuniam à ſe prof.

m *al.* Aſella n. verſus integer eſt Agas aſellum eurſum non docebitur.*

Trahitur etiam aliquid *ex historia*, vt cùm Sex. Titius se Cassandram esse diceret, Multos, inquit Antonius, possum tuos Aiaces Oileos [a] nominare. Est etiã *ex similitudine, qua* aut *collationem habet*, aut tanquam imaginem. Collationem: vt ille Gallus olim testis in Pisonẽ, cùm innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixisset datam idque Scaurus tenuitate Magij redargueret: Erras, inquit, Scaure. ego enim Magium non cõseruasse dico, sed tam quam nudus nuces legeret, in vẽtrem abstulisse. Vt [b] illud M. Cicero senex, huius viri opti mi, nostri familiaris, pater, nostros homines similes esse Syrorum venalium: vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimũ. Valde autem ridentur etiam *imagines*, quæ ferè in deformitatẽ, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: vt meum illud in Helmium [c] Manciam [d]. Iã ostẽdam, cuiusmodi sis: cùm ille, Ostende, quæso: demonstraui digito pictũ Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub [e] nodis distortum, eiecta lingua, buccis fluentibus: Risus est commotus. nihil tam Mancię simile visum est. vt cùm Testio [f] Penario momentum in dicẽdo intorqueti, tum vt diceret, siquid vellet, si nucẽ fregisset. Etiam illa, quæ minuendi, aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur, velut tu, Crasse, in concione, ita sibi ipsum magnum videri Memmium, vt [h] in forum descendens caput ad fornicem Fabij demitteret. Ex quo genere etiã illud est, quod Scipio apud Numantiam, cùm stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, Si quinctum pareret mater eius, asinum fuisse pariturum. Arguta etiam significatio est, *cùm parua re, & sæpe verbo res obscura, & latè illustratur*: vt, cùm C. Fabricio P. Cornelius, homo, vt existimabatur, auarus & furax, sed egregiè fortis, & bonus imperator, gratias ageret, quòd se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim mogno i, & graui: Nihil [k] est, quò mihi gratias agas, inquit, si malui compilari, quàm venire. Vt Asello [l] Africanus obiicienti lustrum illud infelix, Noli, inquit, mirari. is enim, qui te ex ærariis [m] exemit, lustrum condidit, & taurum immolauit. Tãta suspicio est, vt religione ciuitatẽ obstrinxisse videatur Mummius, quòd Asellũ ignominia leuarit. Vrbana etiam dissimulatio est, *cùm alia dicuntur, ac sentias*, non illo genere, de quo antè dixi, cùm contraria dicas, vt Lamiæ Crassus, sed cùm toto genere orationis seuerè ludas, cùm aliter sentias, ac loquare: vt noster Scæuula Septumeleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat aurũ repensum, roganti, vt se in Asiam præfectum duceret. Quid tibi vis, inquit, insane? tãta malorum est multitudo ciuium, vt tibi ego confirmem, si Romæ manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum. In hoc genere Fannius in annalibus suis Africanũ hũc Æmilianum dicit fuisse, & eum Græco verbo appellat *εἰρωνα*: sed, vti ferunt, qui melius hęc norunt, Socratem opinor in hac ironia, dissimulantiáque longè lepore, & humanitate omnibus præstitisse. genus est perelegãs, & cum grauitate falsum, cũmque oratoriis dictionibus, rum vrbanis sermonibus accõmodatum. Et Hercule omnia hæc, quæ à me de facetiis disputantur, non maiora forensium actionũ, quàm omnium sermonum condimẽta sunt. Nam quod apud Catonem est, qui multa retulit, ex quibus à me exẽpli causa multa ponuntur, per mihi scitum videtur, C. Publiciũ solitum dicere, P. [a] Mummium cuiusi [b] tempo ri hominem esse. Sic profectò res se habet, nullum vt sit vitæ tempus, in quo non deceat lepore, humanitatémque versari. Sed redeo ad cetera. Est huic finitimum dissimulationi, *cùm honesto verbo vitiosa res appellatur*: Vt cùm Africanus CENS. tribu mouebat eum centurionem, qui in Paulli pugna non affuerat, cùm ille se custodiæ [c] causa diceret in castris remansisse, quærerétque cur ab eo notaretur: Non amo, inquit, inimium diligenteis. Acutũ etiam illud est, *cùm ex alterius oratione aliud excipias, atque ille vult*, vt Salinatori Maximus, cùm, Tarento amisso, arcem tamen Liuius retinuisset, multáque ex ea prælia præclara fecisset, cùm aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset, rogarétque eum Salinator, vt meminisset, opera sua se Tarentum recepisse, Quid ni, inquit, meminerim? nunquã ego recepissem, nisi tu perdidisses. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine sæpe ridicula, non solùm nimis perappositа, sed etiã quodammodo nobis: *Homo futuus,*

Postquàm rem habere cæpit, est [d] *mortuus. Quid est tibi*
ista mulier? Vxor. Simili u medius fidius. &,
Quamdiu ad aquas fuit, nunquam est [e] *mortuus.*

Genus hoc leuius, &, vt dixi, mimicũ: sed habet nonnũquam aliquid etiam apud nos loci, vt vel non stultus quasi stultè cum sale dicat aliquid: vt tibi, Antoni, Mancia, cùm audisset te CENS. à M. Duronio de ambitu postulatum. Aliquando, inquit, tibi tuum negotium agere licebit. Valde hæc tidẽtur, & hercule omnia, quæ à prudẽtibus, quasi per dissimulationem non intelligendi, subabsurdè, falséque dicuntur. Ex quo genere est etiam, *non videri intelligere quod intelligas*, vt Pontidius. Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur? tardum. Vt ego, qui inf delectu, Metello, cùm excusationem oculorum à me non acciperet, & dixisset. Tu igitur nihil vides? Ego verò, inquam, à porta Esquilina video villam tuam. Vt illud Nasicæ, qui cùm ad poetam Ennium venisset, eíque ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset, domi non esse: Nasica sensit, illam domini iussu dixisse, & illum intus esse. paucis pòst diebus cùm ad Nasicam venisset Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Nasica, se domi non esse. tum Ennius, Quid? ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica, Homo es impudens. ego cùm te quærerem, an cillæ tuæ credidi te domi non esse, tu mihi non credis ipsi? Est bellum illud quoque, *ex quo is, qui dixit, irridetur in eo ipso genere, quod dixit*: vt, cùm Q. Opimius, consularis, qui adolescentulus malè audisset, festiuo homini Egilio, qui videretur mollior [g], nec esset, dixisset,

Quid tu Egilia [h] *mea?*
Quandò ad me venis cum tua colu, & lana?
Non pol, inquit, audeo.

Nam me ad famosas vetuit mater accederek.

Salsa sunt etiam, *qua habent suspicionem ridiculi abscondita m*, quo in genere est illud Siculi, cui cùm familiaris quidam quereretur, quòd diceret, vxorem suam suspendisse se de ficu, Amabò te, inquit, da mihi ex ista arbore quos

feram

a L. Oileios

b L. Vt M. Cicero senex *al.* M. Cato.*

c *al.* Heluiũ. ita 6. Quint. lib. 3. 35. Plin. 4.*

d Vide 6. Quint 3. Plinii 35. c. 4. *

e L. sub nouls. § id est vinculis: id est tabernis. *Varro* 5. *de lingua.* Ita fuerunt veteres teste Plinio & Plauto. *ad* de huic loco 6. Quint. 3.* *al.* Tito: nusquam enim Testius prænomen apud scriptores.*

f L. Panario § idem refert Quintil. 6. c. 3.*

g *al.* & magno, &

h *al.* Nihil est, quod mihi

i Lucilius li. XI. Scipiadæ, magno improbus obiiciebat Asello: lustrũ illo cẽsore, ma lũ. infœlix q. fuisse 4. Gell. 7. 17.*

m Censores quinto quoque anno creabantur, P. CXXXIIII. senatores (si indigni) senatu eiiciebãtur: equitibus, equum adimebant: plebeios, in Ceritum tabulas referebant, & ærarios faciebãt, hoc est centuriis dispũgebant, indicto ære, tributi nomine. *Asconius dilucidius.* Ærariis ig tur eximere est centuriæ restituere. adde 4. G. li. 20.*

a Sp. Mummium

b *al.* cuiusuis temporis *al.* quiduis temporis.*

c *al.* custodẽ diceret. *al.* custodiæ diceret.*

d L. est emortuus.

e L. est emortuus.

f L. in dilectu. P. B. § ita Festus.*

g L. esse mollior,

h Decila. ita Nonius ca. 3. in Colum. 32.*

i L. Quando ad me cum tua colu, & lana venis?

k *al.* cedere, *vi consta t ver sus* Turnebus sic, Nam me ad famosas mater vetuit accedere, *vt* vetuit sit dissyllabum. *al. ita*, Nam ad famosas mater vetuit me accedere.*

feram furculos. In eodem genere eſt, quod Catulus dixit cuidam oratori malo: qui cùm in epilogo miſericordiã ſe mouiſſe putaret, poſtquam aſſedit, rogauit hunc, videretúrne miſericordiam mouiſſe: Ac magnam quidẽ, inquit, neminem enim puto eſſe tam durum, cui non oratio tua miſerãda viſa ſit. Me quidem hercule valde illa mouent *ſtomachoſa*, & *quaſi ſubmoroſa* ridicula, non cùm à moroſo dicuntur: tum enim non ſal, ſed natura ridetur. In quo, vt mihi videtur, perſalſum illud eſt apud Næuium, *Quid ploras pater?*

Mirum ni cantem: condemnatus ſum.

Huic generi quaſi cõtrarium eſt ridiculi genus *patẽtiũ, ac lenti:* vt, cùm Cato percuſſus eſſet ab eo, qui arcam ferebat, cùm ille diceret, Caue[a]: rogauit, numquid aliud ferret præter arcam. Etiam *ſtultitiæ ſalſa reprehenſio*, vtb ille Siculus, cui prætor Scipio patronũ cauſæ dabat hoſpitem ſuum, hominem nobilem, ſed admodum ſtultum: Quæſo, inquit prætor, aduerſario meo da iſtum patronũ, deinde mihi neminem dederis. mouent illa etiam, *quæ coniectura explanãtur longè aliter, atque ſunt, ſed acutè atque concinè*: vt, cùm Scaurus accuſaret Rutilium ambitus, cùm ipſe cos. eſſet factus, ille repulſam tuliſſet, & in eius tabulis oſtẽderet litteras, A.F.P.R. idque diceret eſſe, Actũ fide P. Rutilij: Rutilius autẽ antè factum, pòſt relatum: C. Cannius, eques Romanus, cùm Rufo adeſſet, exclamat, neutrum illis litteris declarari. Quid ergo, inquit, Scaurus? Æmilius fecit, plectitur Rutilius. Ridentur etiam *diſerepantia*. Quid huic abeſt, niſi res, & virtus? Bella etiam eſt familiaris *reprehenſio, quaſi errantis:* vt, cùm obiurgauit Albius Granium, quòd, cùm eius tabulis quiddam Albucio[c] probatum videretur, & valde abſoluto Scæuola gauderet, neque intelligeret, contra ſuas tabulas eſſe iudicatum. Huic ſimilis eſt etiam *admonitio in conſilio dando familiaru*, vt, cùm patrono malo, cùm vocem in dicendo obtuliſſet, ſuadebat Granius, vt mulſum frigidum biberet, ſimulac domum rediſſet: Perdam, inquit, vocem, ſi id fecero: Melius eſt, inquit, quàm reum. Bellũ etiam eſt, *cùm, quid cuique ſit conſentaneum, dicitur*: vt, cùm Scaurus nonnullã haberet inuidiã ex eo, quòd Phrygionis Pompeij, locupletis hominis, bona ſine teſtamento poſſederat: ſederéque aduocatus reo Beſtiæ, cùm funus quoddam duceretur, accuſator C. Memmius, Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor. Sed ex his omnibus nihil magis ridetur, quàm *quod eſt præter exſpectationem*, cuius innumerabilia ſunt exempla, vel Appij maioris illius, qui [e] in ſenatu, cùm ageretur de agris publicis, & de lege Toria, & prẽieretur Lucilius ab iis, qui à pecore eius depaſci agros publicos dicerent, Non eſt, inquit, Lucilij pecus illud: erratis: (defendere Lucilium videbatur) ego liberum puto eſſe. quà lubet, paſcitur. Placet etiam mihi illud Scipionis illius, qui Tib. Gracchum perculit, cùm ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mucium iudicem [f] tuliſſet, Eiero [h], inquit: iniquus eſt. cùm eſſet admurmuratum, Ah, inquit, P. Cnon ego mihi illum iniquum eiero [i], verùm omnibus. Ab [k] hoc verò Craſſo nihil facetiùs, cùm læſiſſet teſtis Silus Piſonẽ, quòd ſe in eum audiſſe dixiſſet: Poteſt fieri, inquit, Sile, vt is, vnde te audiſſe dicis, iratus dixerit. annuit Silus, poteſt etiam, vt tu non recte intellexeris. id quoque toto capite annuit, vt ſe Craſſo daret. poteſt etiam fieri, inquit, vt omnino, quod te audiſſe dicis, nunquam audieris: hoc ita præter exſpectationem áccidit, vt teſtem omnium riſus obtueret. Huius generis eſt plenus Næuius, &[a] iocus eſt familiaris,

Sapiens ſi algebit, tremes. & alia permulta.

Sæpe etiam facetè concedas aduerſario idipſum, quod tibi ille detrahit, vt C. Lelius, cùm ei quidã malo genere natus diceret, indignũ eſſe ſuis maioribus. At hercule, inquit, tu tuis dignus.

Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur: vt M. Cincius, quo die legem de donis & muneribus tulit, cùm C. Cento prodiiſſet, & ſatis cõtumelioſè, Quid fers Cinciole? quæſiſſet: Vt emas, inquit, Cai, ſi vti velis. *Sæpe etiam ſalsè quæ fieri non poſſunt, optãtur*: vt Marcus Lepidus, cùm[b], ceteris in campo exercentibus, in herba ipſe recubuiſſet, Vellem hoc eſſet, inquit, laborare. *Salſum eſt etiam quærentibus, & quaſi percontantibus*[c], *lentè reſpondere quod nollent*: vt cenſor Lepidus, cùm M. Antiſtio Pyrgenſi equum[d] ademiſſet, amicíque [e] cùm vociferarentur, & quærerẽt, quid ille patri ſuo reſpõderet, cur ademtum ſibi equum diceret, cùm optimus colonus, parciſſimus, modeſtiſſimus, frugaliſſimus eſſet: Me iſtorum, inquit, nil credere, *Colliguntur à Græcis alia nonnulla*, exſecrationes, admirationes, minationes. Sed hæc ipſa nimis mihi videor multa in genera deſcripſiſſe. Nam illa, quæ verbi ratione, & vi continentur, certa ferè, ac definita ſunt: quæ plerumque, vt antè dixi, laudari magis, quàm rideri ſolent. Hæc autem, quę ſunt in re, & in ipſa ſententia, partibus ſunt innumerabilia, generibus pauca. Exſpectationibus enim decipiendis, & naturis aliorum irridendis, ipſorum ridiculè indicãdis[g], & ſimilitudine turpioris, & diſſimulatione, & ſubabſurda dicẽdo, & ſtulta reprehendendo, riſus mouentur. Itaque imbuẽdus eſt is, qui iocosè vult dicere, quaſi natura quadam, apta ad hæc genera, & moribus, vt ad cuiuſquemodi genus ridiculi, *vultus* etiam accommodetur: qui quidẽ quò ſeuerior eſt, & triſtior, vt in te, Craſſe, hockilla, quę dicuntur, ſalſiora videri ſolent. Sed iam tu, Antoni, qui hoc diuerſorio i ſermonis tui libenter acquieturum te eſſe dixiſti [k], tanquam in I Pontinum diuerteris, neq. amœnum, neque ſalubrem locum, cenſeo vt ſatis diu te[m] putes requieſſe, & iter reliquum conficere pergas. 77¶ Ego verò, atque hilarè quidẽ à te acceptus, inquit, & cùm doctior per te, tum etiam audacior factus ſum ad iocandum. Non enim vereor, nequis me in iſto genere leuiorẽ iam putet, quoniam quidem tu Fabricios [n] mihi auctores, & Africanos, Maximos, Catones, Lepidos protuliſti. Sed habetis ea, quæ voluiſtis ex me audire, de qui bus quidem accuratiùs dicendũ, & cogitandum fuit. nam cetera, faciliora ſunt. atque ex iis, quę iam dicta ſunt, reliqua naſcuntur omnia. Ego enim cùm [o] ad cauſam ſum aggreſſus, atque omnia cogitãdo, quoad facere potui, perſecutus: cùm & argumẽta cauſæ, & eos locos, quibus animi iudicum conciliantur, & illos, quibus permouentur, vidi atque cognoui: *tum[p] conſtituo, quid habeat quæque cauſa boni, quid mali*. Nulla enim ferè res poteſt in dicendi diſceptationem, aut controuerſiam vocari, quæ non habeat vtrumque: ſed, quan-

a L. & locus eſt familia. Sapiens &c. al. eſt iocus, eſt familia. al. eſt locus, eſt familia. ¶

b L. cum ceteris ſe in campo ex.

c al. percunctantibus,

d Id enim cẽſor poterat. Aſcon. Diuinat. in Verrem.*

e L. amici q. vociferarentur.

f L. Sed & hęc ipſa

g al. iudicãdis al. ſuis ipſorũ ridiculè indicandis.*

h L. hoc illa quoque quę.

i L. deuerſorio.

k vide ſuprà numero 75.*

l L. in Pontinum deuerteris,

m al te putes requieuiſſe.

n L. Fabr. mihi auctores Afric.

o Doctis, cõciliatis, permotis auditoribus & Iudicibus quid facere oratorẽ oporteat.*

PDEDISPONENDA tota oratione: hãc enim partẽ ſe traditurũ dixit: iis explicatis atque percurſis quæ ad docendũ cõciliandum & mouendum facerent: ſuprà numero 64. & aperte pagina ſequẽti ordinem & collocationẽ rerum & verborum aggredi ſe ait.*

a Hæc voce, Caue, qui annus aliquod humeris geſtabãt, tranſeuntes admonebãt. hoc eſt, proclamabant l. ſi putator. ff. ad l. Aquiliam. * b L. vt, cùm ille Siculus.

e L. ab Albucio.

d L. Scæuola gauderet: non intelligeret c.

e L. qui cùm ageretur in ſenatu.

f Iudicẽ ferre quid dixi paulò antè. vbi de Ser. Galba & Scipionio agitur.*

g al. Eiuro, inquit,

h Eierare iudicem eſt reiicere, & hoc verbo, quaſi ſolẽni videntur litigatores iudicem reiecíſſe, de quo dixi plenius Philippica 12.

i al. eiuro.

k L. Hoc verò Craſſi nihil facetius: qui, cùm læſ.

tum habeat,id refert. Mea autem ratio in dicendo hæc esse solet vt,*boni* quod habeat, id amplectar,exornem,exaggerem:ibi commorer,ibi habitē,*ibi* hæream : *à malo* autem, vitióque causæ ita recedam,non vt id me defugere appareat,sed vt totum bono illo ornando,& augendo dissimulatum obruatur[a]. Et, si causa est in argumentis,firmissima quæque maximè tueor, siue plura sunt, siue aliquod vnum. Sin autē in conciliatione, aut in permotione causa est: ad eā me potissimùm partem, quæ maximè cōmouere animos hominum potest,confero. Summa denique huius generis hæc est,vt, si in refellēdo aduersario firmior esse oratio,quàm in cōfirmandis nostris rebus potest,omnia in illum conferā tela,sin nostra faciliùs probari, quàm illa redargui possunt:abducere animo, à contraria defensione,& ad nostram conotē[b] traducere. Duo denique illa, quæ facillima videntur, quoniam quæ difficiliora sunt, non possum, mihi pro meo iure sumo : Vnum, *vt molesto aut difficili argumento, aut loco nonnunquam omnino nihil respondeā: quod forsitan aliquis iure inuiserit*. quis enim est,qui id facere non possit? sed tamen ego de mea nunc,non de aliorum facultate disputo, confiteórque me, siquæ [c] premat res vehementiùs, ita credere solere, vt nō modò non abiecto, sed ne reiecto quidem scuto fugere videar: sed adhibere quādam in dicendo speciem, atque pompam, & pugnæ similem fugam:cōsistere verò in meo præsidio,sic vt non fugiēdi hostis, sed capiēdi loci causa cessisse videar. Alterū est illud, quod [d] ego oratori maximè cauendum, & prouidendum puto,quódque me sollicitare summè solet: *non tam vt prosim causis, elaborare soleo,quàm vt nequid obsim :* non quin enitēdum sit in vtroque:sed tamen multo est turpius oratori, nocuisse videri causæ, quàm non profuisse. Sed quid hoc loco vos inter vos, Catule ? an hæc,vt sunt contemnenda, contemnitis? 79 ¶ Minimè, inquit ille : sed Cæsar de isto ipso quiddam velle dicere videbatur. 80 ¶ Me verò lubente,inquit Antonius, dixerit, siue refellendi causa, siue quærendi. 81 ¶ Tum Iulius, Ego mehercule,inquit, Antoni,semper is fui,qui de te oratore sic prædicarem,vnum te in dicendo mihi videri tectissimum: propriúmque hoc esse laudis tuæ,nihil à te vnquam esse dictum,quod obesset ei,pro quo diceres : idq.memoria teneo,cùm mihi sermo cū hoc ipso Crasso multis audiētibus,esset de te institutus,Crassúsq. plurimis verbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse me,cum ceteris tuis laudibus hāc esse vel maximam, quòd non solùm quod opus esset,diceres,sed etiam quod non opus esset, non diceres. Tum [e] illum mihi respondere memini:cetera in te summè esse laudāda,illud verò improbi esse hominis,& perfidiosi, dicere quod alienum esset,&noceret ei,pro[f] quo quisque diceret. Quare non sibi eum disertum,qui id non faceret,videri,sed improbum,qui faceret. Nūc,si tibi videtur,Antoni, demonstres velim,quare tu hoc ita magnum putes,nihil in causa mali facere,vt nihil tibi in oratore maius esse videatur. 82 ¶ Dicam equidem, Cæsar,inquit,quid[g] intelligam,sed & tu, & vos omnes hoc, inquit, mementote, nō me de perfecti oratoris diuinitate quadā loqui;sed de exercitationis,& consuetudinis meæ mediocritate. Crassi quidem[a] respōsum, excellentis cuiusdā est ingenij,ac singularis, cui quiddam portenti simile esse visum est: posse[b] aliquem inueniri oratorē, qui aliquid mali faceret dicēdo, obesséque ei,quem defenderet.Facit enim de[c] se coniecturam: cuius tanta vis ingenij est,vt neminem,nisi cōsultò,putet,quod cōtra seipsū sit,dicere. sed ego non de præstanti quadam,& eximia,sed propè de vulgari, & cōmuni prudētia disputo. Vt apud Græcos fertur incredibili quadā magnitudine consilij,atque ingenij Atheniēsis ille fuisse Themistocles[d]: ad quem quidā doctus homo,atque in primis eruditus accessisse dicitur, eíque artem memoriæ, quæ tum primùm proferebatur,pollicitum[e] esse se traditurum.cùm ille quæsisset, quídnam illa ars efficere posset, dixisse[f] illum doctorem, vt omnia meminisset: &[g] ei Themistoclem respondisse,gratius sibi illum esse facturū, si se obliuiscí quæ vellet, quàm si meminisse, docuisset. Vidésne,quæ vis in homine acerrimi ingenij,quàm potens,& quanta mens fuerit? qui ita responderit, vt intelligere possemus, nihil ex illius animo, quod semel esset infusum,vnquam effluere potuisse: cùm quidem ei fuerit optabilius [h] obliuiscí posse [i] potiùs, quod meminisse nollet,quàm quod semel audisset,vidisséve,meminisse.Sed neq.propter hoc Themistoclis respōsum,memoriæ nobis opera danda non est, neque illa mea cautio, & timiditas in causis,propter præstantē prudentiam Crassi negligenda est.Vterque enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significauit facultatē. Etenim permulta sunt in causis, in omni parte orationis circumspicienda,nequid offendas,ne quò irruas. Sæpe aliquis testis aut non lædit, aut minus lædit, nisi lacessatur [k] orat reus,vrgent aduocati, vt inuehamur,vt malè dicamus,denique vt interrogemus.nō moueor,non obtēpero,non[k] satisfacio,nequel tamen vllam assequor laudem. Homines enim imperiti faciliùs quod stultè dixeris, reprehendere,quàm,quod sapienter tacueris,laudare possunt.Hìc quantū sit mali, si iratum, si non stultum, si non leue testem,læseris?habet enim & volūtatem nocendi in iracundia,&vim[m] in ingenio,&pōdus[n] in vita: nec,si hoc Crassus non cōmittit, ideò non multi,& sæpe committūt:quo quidē mihi videri turpius nihil solet, quàm cū ex oratoris dicto aliquo,aut respōso,aut[o] rogatu,sermo ille sequitur, Occidit ille,aduersariúmne?immò verò aiūt,se,& eum quē defendit.Hoc Crassus nō putat nisi perfidia accidere posse , ego autem sæpissimè video in causis aliquid mali facere homines minimè malos.Quid illud,quod suprà dixi,solere me cedere,&,vt planiùs dicā,fugere ea,quæ valde causam meā premerēt?cùm id nō faciunt alij,verſantúrq.in hostium castris,ac sua præsidia dimittunt, mediocritérne causis nocēt, cùm[p] aut aduersariorum adiumenta confirmant,aut ea,quę sanare nequeunt,exulcerāt? Quid?cùm personarum,quas defendūt,rationem non habēt?si,quæ sunt in his inuidiosa, non mitigant extenuando, sed laudando & efferendo,inuidiosiora faciunt: quantum est in eo tādem mali? Quid?si in homines caros, iudicibúsque iucūdos sine vlla præmunitione orationis acerbiùs, & contumeliosiùs inuehare, nōne abs te iudices abalienes? Quid, si,quæ

a *al.* quidem[a]

b Oratores plerúque obesse dicendo iis quos defendunt.*

c *al.* ex se.

d Idem infrà numero 84.*

e L. pollicitus esse.

f L. dixisse ille doctor,

g L. & ei Themistocles respond.

h *al.* optabile obliuiscí potius posse.*

i L. potius posse.

k Lambinus negat se scire quid hoc loco velit Antonius. Atqui hoc vult, idque de seipso dicit: tametsi à clientibus rogetur vt maledicat testibus & in eos inuehatur se tamen nō inuehi in testes ab aduersario productos, cùm id male esse possit ei quē defenderet,& tamen vt ista omnia faceret, nullā assequi laudem P. CXXXVII. homines imperitos vix laudare quod sapienter tacueris.*

l v. c. neque tamē nullam assequi.

m meditatū enim plerūque sermonē adfert testis l. 3. §. 1. de testib.*

n vide l. 3. ff. de testib.*

o *al.* aut rogato.

p *al.* aut cùm

P. CXXXVI. a *al.* antè obruatur.

b L. conor

c L. si qua.

d L. quod ego max. or.

e L. Tum mihi ill.

f L. pro quo quis diceret.

g L. *delet hoc totum*, quid P. S. intelligam, *sic, vt habeat nonnulli alij libri*, qui intelligam:

si, quæ vitia, aut incommoda sunt in aliquo iudice vno, aut pluribus, ea tu in aduersariis exprobrando non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatū est? Quid, si, cùm pro altero dicas, litem tuam facias, aut læsus esse rare iracundia, causam relinquas, nihilne no
a al. nō q̄òd ceas? In quo ego, non [a] quò libenter malè audiam, sed quia ego causam non libēter relinquo, nimiùm patiens & lentus existimor: vt, cùm te ipsum, Sulpici, obiurgabā, quòd minis-
b al. me oratorem.* strator [b] peteres, non aduersarium. Ex quo etiam illud assequor, vt, siquis mihi maledicat, petulans, aut planè insanus esse videatur. In ipsis autem argumentis siquid posueris aut apertè falsum, aut ei, quod dixeris, dicturúsve sis, contrarium, aut genere ipso remotum ab vsu iudiciorum ac foro, nihilne noceas? Quid multa? omnis cura mea solet in hoc versari semper, (dicam enim sæpius,) si possim, vt boni aliquid efficiam dicendo: sin id minus, vt certè nequid mali. Itaque nunc illuc redeo,
c suprà numero 64.* Catule, in quo tu me paullo antè [c] laudabas,
d DISPOSITIONIS rerū & verborum duplex dispositio.* *ad ordinem, collocationémque rerum ac locorum.* Cuius [d] ratio est duplex: altera, quam affert natura causarum: altera, quæ oratorum iudicio & prudentia comparatur. Nā [e] vt aliquid antè rem dicamus, deinde, vt rē exponamus, pòst vt eam probemus, nostris præfidiis confirmādis, contrariis refutandis, deinde vt concludamus, atque ita peroremus, hoc dicendi genus natura ipsa præscribit. Vt [f] verò statuamus, ea, quæ probandi, docendi, persuadendi causa, dicēda sunt, quemamodū cōponamus, id est vel maximè proprium oratoris prudentiæ. Multa enim occurrunt argumenta: multa, quæ in dicendo profutura videantur: sed eorum partim ita leuia sunt, vt contemnenda sint: partim, etiam si quid habent adiumenti, sunt nonnunquam eiusmodi, vt insit in iis aliquid vitij: neque tanti sit illud, quod prodesse videatur, vt eum aliquo malo coniunga
e Dispositio naturalis.* f Dispositio artificialis.*
g T. si tamen ea, tur. Quæ autē sunt vtila, atque firma, [g] ea tamen (vt sæpe fit) valde multa sunt: ea, quæ ex iis aut leuissima sunt, aut aliis grauioribus cō similia, secerni arbitror oportere, atque ex oratione remoueri. Equidem cùm colligo argumenta causarum, non tam ea numerare soleo, quàm expendere. Et quoniam, quod [h] sæpe iam dixi tribus rebus omneis ad nostram sententiam perducimus, aut docendo, aut cōciliando, aut permouendo, vna ex tribus his rebus res præ nobis est ferēda, vt nihil aliud, nisi docere velle videamur, reliquæ duæ, sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebunt. Nam & principia, & ceteræ partes orationis, de quibus paullo pòst pauca dicemus, habere hanc vim magnopere debent, vt ad eorū mentes, apud [k] quos agetur, mouendas, permanare possint. Sed his partibus orationis, quæ etsi nihil docent argumentando, persuadendo tamen, & cōmouendo proficiunt plurimùm, quanquam maximè proprius est locus & in exordiendo, & in perorando [m]: *digredi* [n] tamen ab eo, quod proposueris, atque [o] agas, permouendorū animorum causa, sæpe vtile est. Itaque vel [p] narratione exposita sæpe datur ad cōmouendos animos digrediendi [q] locus, vel argumentis nostris confirmatis, vel contrariis refutatis, vel vtroq; loco, vel omnibus, si [r] habet eam causa dignitatem, atque [s] copiam, rectè [t] id fieri potest: æque causæ sunt ad agendum [u],

h al. vt sæpe iam d.
P. R.
i L. tribus rebushominesIz L. apud quos agitur,
l al. cōciliando tamen & cōmouendo *vel* permouēdo tamen & cōciliando.* m L. degredi.
n De digressionibus.* o L. quòdque agas.
p L. vel narrata, atque exposita.
q L. degrediēdi.
r al. si habet ea res eam causam dignitatis, atq; vtilitatis.*
s al. eámque copiam.
t L. rectè vt fieri possit: æque vel ad agendū *al.* augendū atque orandū *al.* agendum atque ornandum.

A & ad ornandū grauissimæ, atque pleniſſimæ, quæ plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem [a], vt his locis vti liceat, quibus animorum impetus eorum, qui audiunt, aut impellantur, aut reflectantur. Atque etiam in illo reprehendo eos, *qui quæ minimè firma sunt, ea prima collocant.* In quo illos quoque errare arbitror, qui, siquando (id quod mihi nunquam placuit) plureis adhibent patronos, vt in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primū volunt dicere. Res enim hoc postulat, vt eorū expectationi, qui audiūt, quàm celerrimè occurratur [b]: cui si initiò satisfactū non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Malè enim se res habet, quæ non statim, vt dici cœpta est, melior fieri videtur. Ergo vt in oratore optimus quisque, sic & in oratione, firmissimum [c] quodque sit primùm: dum illud tamen in vtroque teneatur, vt ea, quæ excellant, seruentur: etiam ad peroran-
B dum si [d] quæ erunt mediocria (nā vitiosis nusquam esse oportet locū) in mediam turbam, atque in gregem coniiciantur [e]. Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendū, postremò [g] soleo cogitare: quo vtar EXORDIO [h]. Nam si quando id primùm inuenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare, atque cōmune. Principia autem dicendi
C semper cùm accurata, & acuta, & instructa sententiis, apta verbis, tum verò causarum propria esse debent. Prima est enim quasi cognitio, & commendatio orationis in principio, quæ continuò eum, qui audit, permulcere, atque allicere debet. In quo admirarii soleo non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt: sed hominem in primis disertum, atque eruditum, Philippum, qui ita solet ad [k] dicendum surgere, vt quod primū
D verbum habiturus sit, nesciat: & ait idem, cū brachium concalefecerit, tum se solere pugnare: neq; attendit, eos ipsos vnde hoc simile ducat, illas primas hastas ita iactare leniter, vt & venustati vel maximè seruiant & reliquis viribus suis cōsulant. Neque est dubiū quin exordiū dicendi, vehemens, & pugnax non sæpe esse debeat: sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine, quo [m] ferro decerni
E tur, tamen ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur: quanto hoc magis in oratione exspectandū [n] est, in qua non vis potiùs, sed [o] delectatio postulatur? Nihil est deniq; in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totū repentè euolet, sic omnia, quę fiūt, quæque aguntur acerrimè, lenioribus principiis natura ipsa prætexuit. Hæc autē in dicendo non extrinsecus alicunde quærenda, sed ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt, idcircò tota causa pertentata, atque perspecta, locis omnibus inuentis, atque instructis, considerandū est, quo principio sit vtendum. sic & facilè reperietur. Sumētur enim ex iis rebus, quæ [p] erunt verborum aptissimæ vel in argumentis, vel
F in iis partibus, ad quas dixi digredi [q] sæpe oportere. Ita & momenti aliquid afferent, cū erūt pænè ex intima defensione depromtæ [r], & apparebit eas nō modò nō esse cōmuneis, nec in alias causas posse transferri, sed penitus ex ea causa, quæ tū agatur, defluxisse. [s] Omne autē principiū aut rei totius, quæ agetur, significationē habere debebit, aut [t] aditum ad

a L. degressionem, vt h.
b v. c. succurratur. & ita l.
c Sic firmissima argumenta dicimus 3. ad Herennū cui opponuntur leuiora in Oratore perfecto infrà.*
d L. vt ea quæ æquè excellant.
e L. si qua erunt m.
f v. c. coniiciantur.
g L. postremum.
h De Exordio.* P. CXXXVIII
i al. demirari soleo non equidem. *Lamb.* mira ri soleo &c.
k L. surgere ad dicendum
l L. & in reliquis viribus fuis.
m *fort.* in quo ferro decern.
n al. spectandum: al. præstandum.*
o ita v. c. al. quàm del.
p al. quæ sunt verb.
q L. degredi.
r L. deprōta, & apparebit ea non modò non esse communia, nec &c.
s L. effloruisse.
t L. aut aditus ad causam, & communitio- nem.

causam,& munitionem , aut quoddam ornamentum & dignitatem. Sed oportet,vt ædibus ac templis vestibula & aditus , sic causis principia proportione rerum præponere.Itaque [a] in paruis, atque in frequentibus causis ab ipsa re est exordiri sæpe commodius. Sed cùm erit vtendum principio (quod plerunque erit)aut ex reo , aut ex aduersario,aut ex re,aut ex eis,apud quos agitur, sententias duci licebit. Ex reo, (reos appello,quorum res est)quæ significent virum bonum,quæ liberalem,quæ calamitosum, quæ misericordia dignum,quæ valeant contra falsam criminationem.Ex aduersario,iisdem ex locis ferè contraria.Ex re,si crudelis,si[c] infanda,si præter opinionem, si immeritò, si misera, si ingrata,si indigna,si noua,si quæ restitui,sanarique non possit.Ex iis autem,apud quos agetur,vt bene uolos,benéque existimáteis efficiamus:quod agendo efficitur melius , quàm rogando.est[d] id quidem in totam orationem confundendum , nec minimè in extremam : sed tamen multa principia ex eo genere gignuntur. Nã & attentum commonent Græci vt principio faciamus iudicem,& docilem : quæ sunt vtilia:sed non principij magis propria,quàm reliquarum partium : faciliora etiam in principiis,quod & attenti tum maximè sunt, cùm omnia exspectant,& dociles magis initiis esse possunt.Illustriora enim sunt,quæ in principiis , quàm quæ in mediis causis dicuntur, aut arguendo,aut refellendo.Maxima autem copia principiorum ad iudicem aut alliciendum,aut incitandum, ex iis locis trahitur,qui ad motus animorum conficiendos [e] inerunt in causa:quos tamen totos in principio explicari [f] non oportebit, sed tantùm impelli primò iudicem leuiter,vt iam inclinato reliqua incumbat oratio. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi,vt non tam quam citharœdi prœmium affictũ aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur.Nam nonnulli,cùm illud meditati ediderunt , sic ad reliqua transeunt , vt[g] audientiam sibi fieri velle videantur. Atque eiusmodi illa prolusio [h] debet esse, non vt Samnitum , qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur : sed vt ipsis sententiis,quibus proluserunt[i],vel pugnare possint.NARRARE[k]verò rem quòd breuiter iubent,si breuitas appellanda est,cùm verbum nullum redundet[l],breuis est L.Crassi oratio. si tum est breuitas, cùm tantum verborum est,quantum necesse est,aliquando id opus est: sed sæpe obest vel maximè in narrando,non solùm quòd obscuritatem affert , sed etiam quòd eam virtutem , quæ narrationis est maxima,vt iucunda,& ad persuadendum accommodata sit,tollit[m]: videlicet illa,

Nam is postquam excessit ex ephebis.

Quàm longa est narratio?mores adolescentis ipsius: & seruilis percontatio,mors Chrysidis, vultus,& forma, & lamentatio sorori & reliqua peruariè,iucundéque narrantur. Quòd si hanc breuitatem quæsisset,

Effertur,imus,ad sepulchrum vénimus,
In ignem posita est.

in[n] his ferè decem versiculis totum conficere potuisset : quanquam hoc ipsum , Effertur, imus, conclusum est, ita , vt non breuitati seruitum sit , sed magis venustati. Quòd si nihil fuisset , nisi , In ignem posita est , tamen res tota cognosci facilè potuisset. Sed & festiuitatem habet narratio *distincta personis , & interpuncta sermonibus* : & est probabilius [a], quod gestum esse dicas, cùm, quemadmodũ actum sit,exponas: & multò apertius ad intelligendum est,si[b] sic constituitur.aliquando,ac non ista breuitate percurritur. Apertã enim narrationem tam esse oportet,quàm[c] ceteras: sed hoc magis in hac elaborandum est,quòd & difficilius est,non esse obscurum in re narranda,quàm aut in principio,aut in argumẽto,aut in purgando,aut in perorando: & [d]maiore periculo hæc pars orationis obscura est, quàm ceteræ : vel quia siquo alio in loco est dictum quid obscuriùs,tantum id perit,quod ita dictum est: narratio obscura totam obscurat[e] orationem : vel quòd alia possis,semel si obscuriùs dixeris, dicere alio loco planiùs, narrationis vnus est in causa locus. Erit autẽ *perspicua* narratio , si verbis vsitatis , si ordine temporum conseruato[f],si non interruptè narrabitur.Sed quando vtendum sit,aut non sit, narratione,id est consilij. neque enim si nota res est,nec[g] si dubium sit,quid gestũ sit,narrari[h] oportet,nec si aduersarius narrauit[i],nisi si refellemus:ac[k],si quando erit narrandum,ne illa,quæ suspicionem & crimen efficient,contráque nos erunt,acriter persequamur, & [l], quidquid poterit,detrahamus: ne illud,quod Crassus,si quando fiat, perfidia , non stultitia fieri putat, vt causæ noceamus , áccidat. nam ad summam totius causæ pertinet , cautè, an contrà, demonstrata res sit, quòd omnis orationis reliquæ fons est narratio. *Sequitur*[m] *,vt causa ponatur :* in quo videndum est , quid in controuersiam veniat. *Tum*[n] *suggerenda sunt firmamenta*[o] causæ coniunctè,& infirmandis contrariis,& tuis confirmandis. namque vna in causis ratio quædam est eius orationis,quę ad probandam argumentationem valet. Ea autem & confirmationẽ, & reprehensionem quærit:sed quia neque reprehendi, quæ contrà dicuntur,possunt, nisi tua confirmes: neque hæc confirmari,nisi illa reprehendas,idcirco hæc & natura,& vtilitate,& tractatione coniuncta sunt. Omnia autẽ *concludenda*[p] plerunque rebus augendis , vel inflammando iudice,vel mitigando : omniáque cum superioribus orationis locis , tum maximè extremo ad menteis iudicum quàm maximè permouendas , & ad vtilitatem nostram vocandas, conferenda sunt. Neque sanè iam causa videtur esse,cur secernamus ea præcepta,quę de *suasionibus*[q] tradenda sunt,aut laudationibus.sunt enim pleraque communia,sed tamẽ suadere aliquid,aut dissuadere,grauissimę mihi videtur esse personæ.Nam & sapientis est, consilium explicare suum de maximis rebus: & honesti,&[r] diserti, vt mente prouidere,auctoritate probare, oratione persuadere possit. Atque hæc in senatu minore apparatu agenda sunt.Sapiens enim est consilium,multisque aliis dicendi relinquendus locus:vitãda etiam ingenijs, ostentationisque suspicio. Concio capit omnem vim orationis, & grauitatem,varietatémque desiderat. Ergo in suadendo nihil est optabilius , quàm *dignitas*.nã qui *vtilitatem* putat , non quid maximè velit suasor,sed quid interdum magis sequatur,videt.Nemo est enim,præsertim in tam clara ciuitate,quin putet expetendã maximè dignitatẽ : sed vincit vtilitas plerunque, cùm subest

illę

[a] v.c. in paruis, atque infrequentibus
[b] al. decebit
[c] al. si nefanda.
[d] L. Et id quidem in totã
[e] al. concitandos.
[f] al. explicare
[g] L. vt audientiam fieri sibi v.
[h] al. prælusio esse debet.
[i] al. prælusere runt.
[k] De narratione.*
[l] L. redundat.
[m] L. tollit: videant illam, [s]subiatelligę, narrationem quæ est in Andria. *Alij expungant*, videlicet illa.*
[n] L. his. delet hæc totum, in his [s]
[a] L. probabilius,si, quod gestũ esse dicas, quemad. P. CXXXIX.
[b] L. si hic cõstituitur aliquandiu,ac non
[c] L. quàm ceteras orationis partes: sed
[d] L. & maiore etiam periculo h.
[e] al. excæcat.
[f] L. seruato.
[g] L. nec dubium quid gest.
[h] al. narrare
[i] L. iam narrauit,nisi si ref.
[k] L. ac,si quã do erit narrã dum,videndum, ne illa, quæ &c.
[l] L. & vt,quic quid poterit.
[m] DE PARTITIONE.*
[n] al. Tum fũg gerenda sunt firmamenta causæ coniun &c & infir. & ita R. Steph. editione prima.
[o] DE CONFIRMATIONE & REFVTATIONE.*
[p] DE CONCLVSIONE, &quemadmodum motus conciliandi in genere Iudiciali & deliberatiuo.*
[q] in genere scilicet iudiciali & deliberatiuo.*
[r] L. ac diserti.
[s] L. ingenij ostentationis suspicio.*
P. B.

ille timor,ea neglecta, ne dignitatem quidé posse retineri. Cõtrouersia aũt inter hominũ sententias,aut in illo est,vtrum sit vtilius:aut etiam cùm id cõnuenit, certatur, vtrùm honestati potius, an vtilitati consulendum sit. Quæ quia pugnare sæpe inter se videtur, qui vtilitatem defendit, enumerabit commoda pacis,opum,potentiæ,pecuniæ, vectigalium, præsidij, militum, vtilitates[a] ceterarum rerum,quarũ fructũ vtilitate metimur, itémq. incommoda contrariorum[b]. Qui ad dignitatem impellet[c], maiorum exempla, quæ erunt vel cum periculo gloriosa,colliget, posteritatis immortalem memoriam augebit, vtilitatem ex laude nasci defendet,sempérq. eam cum dignitate esse coniunctam.Sed *quid fieri possit,aut nõ fieri possit, quidque etiam sit necesse,aut non sit*,in vtraque re maximè est quærendum. Inciditur enim omnis[d] iam *deliberatio*, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur: & qui id docuit, non videntibus aliis, is plurimùm vidit. Ad consilium autem de republica dandum,caput est, nosse rempublicam: ad dicendum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis: qui quia crebrò mutantur, genus quoque orationis est[e] sæpe mutandum,&, quanquam vna ferè vis est eloquentiæ, tamen quia summa dignitas est populi, grauissima causa reip.maximi motus multitudinis: genus quoque dicẽdi grandius quoddam,& illustrius esse adhibẽdum videtur: maximáque pars orationis admouenda est ad animorum motus nonnunquam aut cohortatione, aut commemoratione aliqua, aut in spem,aut in metũ,aut ad cupiditatem, aut ad gloriam concitandos:sæpe etiam à temeritate,iracundia,spe,iniuria, inuidia, crudelitate reuocãdos. Fit autem,vt quia maxima quasi oratori scena[f] videatur concio natura ipsa ad ornatius dicẽdi genus excitetur. Habet enim multitudo vim quandam talem, vt, QVEMADMODVM tibicen sine tibiis canere,sic orator,nisi[g] multitudine audiente,eloquens esse non possit. Et cùm sint populares multi,variíque lapsus,vitãda est,acclamatio aduersa populi, quæ aut[h] orationis peccato aliquo excitatur,si asperè,si arroganter,si turpiter,si sordidè,si quoquo animi vitio dicẽs esse aliquid videatur, aut hominũ offensione,vel inuidia,quę aut iusta est,aut ex criminatione atque fama,aut res si displicet,aut si est in aliquo motu suæ cupiditatis, aut metus multitudo: hísq.quattuor causis totidem medicinæ opponuntur:tum obiurgatio, si est auctoritas: tum admonitio[k],quasi lenior obiurgatio: tum promissio, si audierint, probaturos: tum deprecatio,quod est infimum,sed nonnunquam vtile. Nullo autem loco plus facetiæ possunt,& celeritas,& breue aliquod dictum nec sine dignitate,& cum lepõre. Nihil enim tam facilè,quàm multitudo,à tristitia, & sæpe acerbitate[l], commodè ac breuiter,& acutè,& hilarè dicto deducitur. Exposui ferè, vt potui, vobis in vtroq.genere causarum quæ sequi solerem, quæ fugere, quæ spectare.quáq.omnino in causis ratione versari. Nec[m] illud *tertium laudationum*[n] *genus* est difficile, quod ego initiò quasi à præceptis nostris secreueram, sed[o] & quia multa sunt orationum genera, & grauiora,& maioris copiæ,de quibus nemo ferè præciperet,& quòd nos laudationibus non ita multùm vti soleremus, totum hunc segregabam locum. Ipsi[a] enim Greci magis legẽdi,qui delectationis,aut hominis alicuius ornãdi, quàm vtilitatis huius foréſis causa, laudationes scriptitauerunt: quorum sunt libri,quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus,Alexander,aliíque laudantur. Nostræ laudationes, quibus in foro vtimur, aut testimonij breuitatem habent nudam atque inornatam, aut scribuntur ad funebrem cõcionem, quæ ad orationis[b] laudem minimè accõmodata est.Sed tamẽ quoniam est vtendum aliquando, nonnunquam etiam scribẽdum,velut[c] P.Tuberoni Africanum auunculum laudãdi scripsit C.Lælius,vel vt nosmetipsi ornandi causa, Græcorum more, si quos velimus,laudare possimus[d]: sit à nobis quoq. tractatus is[e] locus. Perspicuum est igitur,alia esse in homine optanda,alia laudãda.Genus, forma,vires,opes,diuitiæ[f], ceteráq.quæ fortuna det,aut extrinsecus,aut corpori,non habent in se veram laudem:quæ deberi virtuti vni putatur: sed tamen quòd ipsa virtus in earum rerum vsu, ac moderatione maximè cernitur,tractanda enim in laudationib.hæc sunt naturæ & fortunæ bona: in quibus est summa laus, non extulisse se in potestate,nõ fuisse insolentem in pecunia,nõ se prętulisse aliis propter abundantiam fortunæ, vt opes, & copię non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dedisse. Virtus autem,quæ est per seipsa laudabilis,& sine qua nihil laudari potest,tamen habet plureis parteis,quarum alia est ad laudationẽ aptior.Sunt enim aliæ virtutes,quæ videntur in moribus hominum,& quadam comitate ac beneficentia posite:alię, quę in ingenij aliqua facultate,aut animi magnitudine,ac robore. Nam clemẽtia,iustitia, benignitas,fides,fortitudo in periculis cõmunibus, iucunda est auditu in laudationibus. Omnes enim hæ virtutes non tam ipsis,qui eas in se habent,quàm generi hominum,fructuosæ putantur.sapientia & magnitudo animi,qua omnes res humanæ gerũtur[h],tenues, & pro nihilo putantur:& in excogitando vis quædam ingenij, & ipsa eloquentia, admirationis habeti non minùs,iucunditatis minus. Ipsos enim magis videtur, quos laudamus, quàm illos, apud quos laudamus, ornare, ac tueri: sed tamen in laudando iungenda sunt etiam hæc genera virtutum[k]. Feriunt[l] enim aureis hominum,cùm illa,quę iucũda,&grata, tum etiã illa, quæ mirabilia sunt in virtute,laudata.Et quoniam singularum virtutum sunt certa quædam officia, ac munera, & sua cuiq.virtuti laus propria debetur,erit explicãdum in laude iustitiæ,quid cum fide, quid cum æquabilitate, quid cũ eiusmodi aliquo officio is,qui laudabitur,fecerit. Itémque in ceteris res gestæ ad cuiusq.virtutis genus, & vim,& nomen accommodabuntur. Gratissima autem laus eorum factorum habetur,quę susceptа videtur à viris fortibus sine emolumento ac præmio:quæ verò etiam cum labore,&periculo ipsorum,hæc habent vberrimã copiam ad laudandum,quòd & dici ornatissimè possunt.& audiri facillimè.Ea enim denique virtus[m] esse videtur præstantis viri, quæ est fructuosa aliis, ipsi autem laboriosa, aut periculosa,aut certè gratuita. Magna etiã illa laus,&admirabilis videri solet,tulisse ca-

a L. non agnoscit vocem, vtilitates.
b L. cõtraria-rum.
c L. impellit.
d L. omnis deliberatio.
e L. sæpe est m.
f v.c. scæna.
g al. sine multit.
h al. aut oratoris peccato aliquo.
i al. si quo al. si cum animi vitio. al. si quocunque.
k L. monitio.
P. CXL.
l L. ab acerbitate.
m L. nec illud tertiũ genus est dif.
n DE LAVDATIONIBVS. *Alij nõ* laudationum *hic distinguunt.*
o L. sed quia
p multa sunt
q g.

a L. ipsi enim Græci legendi, qui magis del.
b al. oratoris.*
c L. vel vt.
d L. possumus
e L. etiam hic locus.
f L. cæteras, quæ f.
g L. qui eas habent.
h L. *non agnoscit verbum,* geruntur.
i al. habent P. E. multum.*
k al. ferunt enim aures ho. cùm illa, quæ iucund. & gr. tũ etiã illa, q.m.f.in v.laudari. *ita v.c.*
l al. Ferunt enim aures hominũ cum illa &c. *Victorius ita restituit,* hoc sensu, homines facilè pati cùm primæ illa, quæ iucunda & grata: tum secũda etiam, quę admirabilia sunt in virtute laudari.*
m L. viri præstantis virtus videtur esse.

a *fort.* patienter. *Al.* fortiter.

b L. virtuti.

c L. si laudationes in oratoris essent of.

d L. satis insigniter,

e DE MEMORIA.

f L. nisi ea, quibus hæc exor. P. CXLI.

g *al.* quantum tibi reliq.

h Idem supra numero. 81 * i L. Simonidi illi Ceio,

k Idem Quintilianus 11.

l L. se dimidium eius, quod pactus esset, et pro *al.* se ei dimidium eius, quod pact. esset, pro illo &c.

m L. *delet*, ipsum.

n L. vllo modo internosce:

o L. recubuisset,

suis sapienter[a] aduersos, non factum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta virtutis[b] præmia, res gestæ, iudiciis hominum comprobatæ: in quibus etiam felicitatem ipsam, deorum immortalium iudicio tribui, laudationis est. Sumendæ autem res erunt aut magnitudine præstabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipso singulares, neq. enim paruæ, neque vsitatę, neque vulgares, admiratione, aut omnino laude dignę videri solét. Est etiá cum ceteris præstantib. viris cóparatio, in laudatione præclara. De quo genere libitú est mihi paullo plura, quàm ostenderá, dicere, nõ tam propter vsum forensem qui est à me in omni hoc sermone tractatus, quàm vt hoc videretis, si[c] laudationes essent in oratoris officio, quod nemo negat, oratori virtutũ omnium cognitionẽ, sine qua laudatio effici non possit, esse necessariá. Iam vituperádi præcepta cõtrariis ex vitiis sumẽda esse perspicuum est. simul est illud ante oculos, nec bonũ virũ proprię, & copiosè laudari, sine virtutum, nec improbum notari ac vituperari, sine vitiorum cognitione. satis insigniter, atque asperè posse. Atque his locis & laudandi, & vituperandi sępe nobis est vtendum in omni genere causarum. Habetis, de inueniendis rebus, disponẽdisque quid sentiam. Adiungam etiam *de memoria*[e], vt labore Crassum leuem, neque ei quidquam aliud, de quo differat, relinquam, nisi[f] ea, quibus rebus hæc exornentur. 83 ¶ Perge verò, inquit Crassus, libẽter enim te cognitũ iam artificem, aliquandóque euolutum illis integumentis dissimulationis tuæ, nudatúmque perspicio: & quòd mihi nihil, aut quòd non multum relinquis, percommodè facis, éstque mihi gratũ. 84 ¶ Iam istuc quantũ[g] tibi ego reliquerim, inquit Antonius, erit in tua potestate. Si enim verè agere volueris, omnia tibi relinquo, sin dissimulare, tu quemadmodũ his satisfacias, videris. Sed, vt ad rẽ redeam, non sum tanto ego, inquit, ingenio, quanto Themistocles fuit, vt[h] obliuionis arté, quàm memoriæ, malim: gratiámque habeo Simonidi illi Ceio, quem[k] primum ferunt artem memoriæ protulisse. Dicunt enim, cùm cœnaret Crannone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, & nobilem, cecinisséque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more in Castorem scripta, & Pollucem fuissent; nimis illum sordidè Simonidi dixisse, se[l] dimidium eius ei, quod pactus esset, pro illo carmine, daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè laudasset, peteret, si ei videretur. Paullo pòst esse ferunt nunciatum Simonidi, vt prodiret: iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnoperè euocarent: surrexisse illum ipsum,[m] prodisse, vidisse neminem. Hoc interim spatio conclaue illud, vbi epularetur Scopas, cõcidisse: ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse, quos cùm humare vellent sui, neque possent obtritos, internoscere[n] vllo modo: Simonides dicitur ex eo quòd meminisset, quo eorum loco quisque cubuisset[o], demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse. Hac tum re admonitus, inuenisse fertur, ordinem esse maximè, qui memoriæ lumen afferret. Itaque iis, qui hanc partem ingenij exercerent, locos esse capiendos, & ea quæ memoria tenere vellent, effingenda[a] animo, atque in his locis collocanda: sic fore, vt ordinè rerum, locorũ ordo conseruaret: res autem ipsas rerũ effigies notaret, atque vt locis pro cera, simulacris pro litteris vteremur. Qui sit autem oratori memoriæ fructus, quanta vtilitas, quanta vis, quid me attinet dicere? tenere quæ didiceris in accipienda causa, quæ ipse cogitaris? omneis fixas esse in animo sententias? omnem descriptum verborum apparatum? ita audire vel eum, vnde dicas, vel eum, cui respondendum sit, vt illi non infundere in aures tuas orationem, sed in animo videantur inscribere? Itaque soli, qui memoria vigent, sciunt, quid, & quatenus, & quomodo dicturi sunt[b], quid respõderint, quid supersit: iidémque multa ex aliis causis aliquando à se acta, multa ab aliis audita meminerũt. Quare cõfiteor equidem huius boni, naturã esse principem, sicut earum rerum, de quibus antè locutus sum, omnium: sed hęc ars tota dicendi, siue artis imago[c] quædam est, & similitudo, habet hanc vim, non vt totum aliquid, cuius in ingeniis nostris pars nulla sit, pariat & procreet: verùm vt ea, quæ sunt orta iam in nobis & procreata, educet atque confirmet. Verumtamen neq. tam acri memoria ferè quisquam est, vt non dispositis, notatísq. rebus, ordinem verborum, aut[d] sententiarum complectatur: neque verò tã hebeti, vt nihil hac consuetudine, & exercitatione adiuuetur. Vidit enim hoc prudenter siue Simonides, siue alius quis inuenit, ea maximè animis[e] effingi nostris, quæ essent à sensu tradita, atque impressa: acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus esse sensum vidédi: quare facillimè animo teneri posse ea, quæ perciperentur autibus, aut cogitatione, si etiam oculorum cõmendatione animis traderentur, vt res cęcas, & ab adspectus iudicio remotas, conformatio[f] quædam, & imago, & figura ita notaret, vt ea, quæ cogitando complecti non possemus, intuendo quasi teneremus. His autem formis atq. corporibus, sicut[g] omnibus, quæ sub adspectũ veniunt, sedes opus est. etenim corpus intelligi sine loco non potest. quare ne in re nota, & peruulgata multus & insolens sim, locis est vtẽdum multis, illustribus, explicatis, modicis interuallis. Imaginibus autem agentibus, acribus, insignitis, quæ[k] occurrere, celeritérque percutere animum possint. Quam facultatem & exercitatio dabit, ex qua consuetudo gignitur, & similium verborum conseruata[m] & immutata casibus, aut traducta ex parte ad genus notatio, & vnius verbi imagine, totius sententiæ informatio, pictoris cuiusdam summi ratione & modo, formarum varietate locos distinguentis. Sed verborum memoria, quæ minus est nobis necessaria, maiore imaginum varietate distinguitur. Multa enim sunt verba, quæ quasi articuli, cõnectunt membra orationis, quæ formari similitudine nulla possunt: eorum fingendæ nobis sunt imagines, quibus semper vtamur. Rerum memoria, propria est oratoris. eam singulis personis bene positis notare possumus, vt sententias imaginibus, ordinem locis comprehendamus. Neque verum est, quod ab inertibus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere, & obscurari etiam id, quod per se[n] natura tenere potuisset,

a *al.* effigendа. *Al.* affingenda.

b L. sint,

c L. imago quædã & similitudo est, h. P. B.

d *al.* atque sententi.

e *al.* animis affigi nostris,

f *v.c. & nonnulli vulg.* confirmatio, *non placet.*

g *al.* sicut omnibus, quæ sub adsp. veniũt, memoria nostra mouetur, atque excitatur: sed locis opus est.

h vide 3. ad Herennium.*

i *al.* ingentibus.

k L. quæ æqueliter occurrere, celeritérque perc. l L. & similium verborum conuerſa & imm. m ad cõuersa & imminuta casibus.*

n *v.c.* quod per se natura ipse t. p. *al.* quod per se tenere pot.

tuisset. Vidi enim ego summos homines, & diuina propè memoria, Athenis Carneadem, a L.Scepsiú. in Asia, quem viuere hodie aiunt, Sceptium[a] Metrodorum, quorum vterque tanquam literis in cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminisse vellet, prescribere. Quare hac exercitatione non eruenda memoria est, si est nulla naturalis: sed certè, si latet, euocanda est.

P. CXLII. HABETIS sermonem bene longum hominis vtinam non impudentis, illud quidem certè non nimis verecundi: qui quidem cùm te, Catule, tum etiam L. Crassio audiente, de dicendi ratione tam multa dixerim. nam istorum ætas minus me fortasse mouere debuit. sed mihi ignoscetis profectò, si modò, quæ causa me ad hanc insolitā mihi loquacitatem impulerit, acceperitis. 85 ¶ Nos verò, inquit Catulus, (etenim pro me hoc, & pro b al. spòdeo* meo fratre respondeo) non modò tibi ignoscimus, sed te diligimus, magnámque tibi habemus gratiam: & cùm humanitatem, & facilitatem c L. Equidem etiam hoc me assi. agnoscimus tuam, tum admiramur istam scientiam, & copiam. Equidem[c] hoc me assecutum puto, quòd magno fuim leuatus errore, & illa admiratione liberatus, quòd multis cum aliis semper admirari solebam, vnde esset illa tanta tua in causis diuinitas. nec enim te ista attigisse arbitrabar, quæ diligentissimè cognosse, & vndique collegisse, vsúque doctum partim correxisse video, partim comprobasse. Neque eo minus eloquentiam tuam, & d multo magis virtutem, & diligentiam admiror, & simul gaudeo, iudicium animi mei comprobari, quòd semper statui, neminem sapientiæ e laudem, & eloquentiæ sine summo studio, & labore, & doctrina, cōsequi posse. Sed tamen quidnam est id, quod dixisti, fore, vt tibi ignoscerem⁹, si cognossemus, quæ te causa in sermonem impulisset? Quæ est enim alia causa, nisi quòd nobis, & horum adolescentium studio, qui te attentissimè audierunt, morem gerere voluisti? f al. omnem excusationē. 86 ¶ Tum ille, Adimere, inquit, omnem f recusationem Crasso volui, quem ego paullo sciebam, vel pudentiùs, vel inuitiùs, (nolo enim dicere de tam suaui homine fastidiosiùs) ad hoc genus sermonis accedere. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem, & censorium? eadē nostra causa est. g L. An se hæc nescire? An ætatē afferet? quadriennio minor est. An se nescire? quæ ego serò, quæ cursim arripui, h L. quæ subsecuus op. & item c. f al. subcesiuis* quæ h succisiuis operis, (vt aiunt) iste à puero, summo studio, summis doctoribus. Nihil dicā de ingenio, cui par nemō fuit. etenim me dicentem qui audierit, nemo vnquam tam

A sui despiciens fuit, quin speraret aut melius, aut eodem modo se posse dicere: Crasso dicente, nemo tam arrogans, qui similiter se vnquam dicturum esse consideret. Quamobrem, ne frustrà hi tales viri venerint, te aliquando, Crasse, audiamus. 87 ¶ Tum ille: Vt ita ista esse concedam, inquit, Antoni, quæ sunt longè secus, quid mihi tu tandem hodie aut cuiquam homini, quod dici possit, reliquisti? Dicam enim verè, amicissimi homines, quod sentio. sæpe ego doctos homines, B quid dico sæpe? immō[a] nonnunquam: sæpe enim qui potui, qui puer in forum venerim, neque inde vnquam diutius, quàm quæstor afuerim b? sed tamen audiui, vt heri dicebam, & Athenis cùm essem, doctissimos viros & in Asia istum ipsum Scepsium[c] Metrodorum, cùm de his ipsis rebus disputaret, neque verò mihi quisquam copiosiùs vnquam visus est, neque subtiliùs in hoc genere dicendi, quàm iste hodie, esse versatus, quod si essem aliter, & aliquid intelligerem ab Antonio prætermissum: non essem tam inurbanus, ac pænè inhumanus, vti d eo grauarer, quod vos C cupere sentirē. 88 ¶ Tum Sulpicius, An ergo, inquit, oblitus es, Crasse, Antonium ita partitum esse tecum, vt ipse instrumentum[e] oratoris exponeret, tibi eius distinctionem, atque ornatum relinqueret? 89 ¶ Hīc ille, Primùm quis Antonio permisit, inquit, vt parteis faceret, & vtram vellet, prior ipse sumeret? deinde, si ego rectè intellexi, cùm valde libenter audirem, mihi coniunctè est visus de D vtraque re dicere. 90 ¶ Ille verò, inquit Cotta, ornamenta orationis non attigit, neque eam laudē, ex qua eloquentia nomen[f] ipsum inuenit. 91 ¶ Verba igitur, inquit Crassus, mihi reliquit Antonius, rem ipse sumsit. 92 ¶ Tū Cæsar, Si quod difficilius est, id tibi reliquit: est nobis, inquit, causa, cur te audire cupiamus: sin, quod facilius, tibi causa non est, cur E recuses. 63 ¶ Et Catulus, Quid quod dixisti, inquit, Crasse, si hīc hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum? nihílne ad fidem tuam putas pertinere? 94 ¶ Tum Cotta ridens, Possem tibi, inquit, Crasse, concedere: sed vide, nequid Catulus attulerit religionis, *opus hoc censorium est*. id autem cōmittere, vide quàm sit homini turpe censorio. 95 ¶ Agite verò, ille inquit, vt vultis: sed nunc quidē, quoniam id temporis est, surgendum censeo, & F requiescendum: post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid, nisi fortè in crastinum differre mauultis. 96 ¶ Omnes se vel statim, vel, si ipse post meridiem mallet, quam primùm tamen audire velle dixerunt.

a al. immò verò n.

b l. v. abfuerim?

c L. Scepsium, P. B.

d al. vt ego eo grauaret,

e Instrumentum Oratoris vocat Inuentionem, Dispositionem, Memoriam: (de his enim disseruit Antonius) distinctionē verò & ornatum, quē hīc relinquit Crasso) Elocutionem & pronuntiationem.*

f L. nomen suū inuenit,

M. TVLLII CICERONIS
DE ORATORE LIBER
TERTIVS.

CRASSVS, CATVLVS, ANTONIVS, COTTA, Cæsar, Sulpicius.

Synopsis libri tertij de Oratore.

1.2.3.4.5.6. ¶ *Crassus post meridiano tempore receptis dicendi partibus, quemadmodum ea quæ ab oratore dicenda sint, ornari oporteat, aggreditur: & quidem in primis Res simul & Verbis omnem constare orationem: Nam esse eloquentiam, quæcunque in oras disputationis, regionésve delata est: verborum ornatum sine sententiis, sententiam sine verborum lute illustrem esse non posse. Orationem & oratorem, etsi in us-*

dem ſententiis verſatur, ſummas habere diſſimilitudines, ſubtilitatis, nominis, ſonitus, vis, grauitatis, lenitatis, aſperitatis, profluentis & canori: vt quot oratores ſint, totidem penè reperiantur genera dicendi. Difficile hinc eſſe, vt figuræ dicendi, ac variæ iisdem præceptis, vndique inſtitutione tradi poſſint. Ex eodem enim ludo Iſocratis ſummos in ſuo quoque genere exiſſe diſcipulos, Ephorum & Theopompum. Dicendi modum in eo conſiſtere, vt Latinè, planè (hoc eſt purè, & dilucido ſermone) ornatè, aptè, congruentérque dicamus. Loquendi elegantiam expoliri ſcientia litterarum, augeri legendis oratoribus & poetis. Enitendum vt Latinè loquamur, id eſt, verba afferamus, quæ nemo reprehendat, quæ conſeruentur caſibus, temporibus, genere, numero, vt nihil in illis ſit perturbatum, diſcrepans, præpoſterum, vt lingua, ſpiritus, & vocis ſonus ſeruetur: ſic vt literæ non exprimantur putidius, aut obſcurentur negligentius, vt ne verba exiliter, inflatè, anhelatè, molliter, ruſticè proferantur, ſed ſuauiter atque Atticè. 6.7.8.9.10.11. Hæc autem omnia addiſcere poſſumus ex doctrina puerili vel ſubtiliore analogia, conſuetudine, libris veterum oratorum, & poetarum) Planè autem & vt intelligamur dicemus ſi verba ſint vſitata, nec antiqua, vt ne oratio diſiunctione nimis continuata, productáve, ſententiæ non diſcerptæ, nihil præpoſterum tempore, confuſum perſonis aut ordine. 12.13. Ornatè verò & apertè dicit, qui diſtinctè, explicatè, abundanter, illuminatè, quaſi quodam munere verſúque confecto, hoc eſt ornatè, vbi rerum & perſonarum dignitas ſeruata eſt, qui vi iſti dicendi ſummæ probitatem & prudentiam adiungit, qui denique eſt ſapiens, non ea ſapientia qua qui olim ſecuti Pythagorici, Socratici, Epicurei, Stoici, Academici. Nec enim eloquentia eſt de litium generibus, principiis, & narrationibus tantum tradere, ſed de virtutibus, officiis, omni natura, moribus hominum, animis, vita, legibus, iure & republica. 14. ad 19. Eloquentia eſſe debet ornata & apta, inſtructa non vulgi, aut fori, aut dicendi magiſtrorum opinione: ſed exquiſitè verba eligi, collocari, concludi, ratione aut exercitatione poſſunt. Rerum ſylua depromenda, ornanda, & formanda eſt oratio genere primùm & quaſi colore quodam & ſucco ſolo ſuo: denique oratio toto ſuo corpore (genus autem in eo eſt vt ſit grauis, ſuauis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, &c.) illuminanda verbis & variandæ ſententiis (nec enim verborum & ſententiarum floribus æqualiter per omnes articulos conſperſa eſſe debet) amplificationibus vtendum: quod maximè fit in laudatione & vituperatione: idque locis communibus, quorum alij accuſationem, alij deprecationem, aut miſerationem, alij ancipites habent quæſtiones. Verſatur enim eloquentia in controuerſia definita vel infinita: eáque aut ad cognoſcendi aut ad agendi vim refertur. Cognitionis tres modi. Coniectura, (qua quærimus quid ſit res, quæ eius origo, quæ cauſa & ratio, quæ imitatio.) Definitio (quum quæritur quid in communi mente poſitum, quid cuiuſque proprium nec res diſtribuitur in partes, cùm quæritur qua cuiuſque rei forma & nota) Conſecutio: vt cùm quærimus vel ſimpliciter ſitne aliquid expetendum aut fugiendum, putà paupertas, honor, æquum, iniquum, honeſtum, turpe: ſitne aliquid alio magis expetendum. Actionis verò diſceptationes ſunt aut in officij diſceptatione, aut animorum permotione gignenda, ſedanda, tollenda. Adhæc orator maximarũ & plurimarũ rerum ſuauitate, copia, varietate, pectus auditoris complere debet. 20.21. & quem inſtructum tot tantiſque rebus oporteat & quidè præſtantiſſimis. 22. ad 30. Ornare autè orationem ſuã debet orator: & quidè ipſa verba ſingula coniunctáque: ſingula ſi propriis, ac penè in re ipſa natis (quo in genere vitant abiecta, obſoleta, inuſitata) ſi lectis atque illuſtribus (in quibus plenum quiddã & ſuaue eſſe videtur, quod auriũ iudicio & conſuetudine ponderandũ) ſi tranſlatis. ſi nouatis (ea nouamus & facimus ipſi) vtemur. Inuſitata ſunt priſca, poetica, & ſimilia. Nouantur, ſi aut vnum ex duobus vel pluribus fiat, aut ſine coniunctione innouetur. Tranſferuntur autè vel neceſſitate, vel delectandi cauſa: Idq; per ſimilitudinem, qua vtimur vt rẽ faciamus clariorẽ, vt magis res tota ſignificetur, vt breuitate vtamur. Quo in genere vitabitur diſſimilitudo longè aut à re turpi ductũ, maius aut auguſtius quam res poſtulet, durũ (proinde hoc caſu molliendũ aut ſimile præpoſitũ aliquo verbo) affectatum, obſcurum (talia ſunt ænigmata) Metaphoris etiam vtemur, aut ex parte totum, aut ex toto partem: aut ex vno plures, aut ex pluribus vnum: aut non vti dictũ, ſed vti ſenſum eſt intelligentes. Abuti nonnunquam etiam licet vocabulo. Et his quidẽ modis in ſingulis verbis tanquã ſtellulis ornatur & illuminatur oratio. Continuatis verò dupliciter: Collocatione (vt ſic ita ſtruantur verba, vt non ſit aſper, hiulcus, vaſtus deductus eorum concurſus, ſed coagmentatus, & lenis, iunctus, cohærens, & æquabiliter fluens modo & forma, hoc eſt verſu & numeris. pedibus. Ab his ſententiarum ornatus requiritur. 31.32. & quid maximè deceat in oratione conſeruandũ: hoc eſt quid cauſæ, auditoribus, perſonis, tempori congruat: quæ omnia perinde ſunt vt aguntur. Actio enim in dicendo vna dominatur, qua animi permotiones declaramus aut imitamur, iracundiam, ingratitudinem, metum, vim, voluptatem, moleſtiam. Motum ſubſequitur geſtus manuum, digitorum, brachiorum, oris, oculorum, nultus, vox. 33.34.35.36. Gradatim enim vocem aſcendere oportet, non à principio clamare. In contentione eſt etiam quiddam extremum, vt & in remiſſione. 37.38. His ita præmiſſis finis huic dialogo imponitur.



NSTITVENTI mihi, Quincte frater, eũ ſermonẽ referre, & mãdare huic tertio libro, quem poſt Antonij diſputationẽ Craſſus habuiſſet, acerba ſanè recordatio veterẽ animi curã, moleſtiámque renouauit. Nam illud immortalitate dignum ingenium, illa humanitas, illa virtus L. Craſſi, morte extincta ſubita eſt, vix diebus decem poſt eum diem, qui hoc, & ſuperiore libro continetur. Vt enim Romam rediit extremo [a] ſcenicorum [b] ludorum die, vehementer commotus ea oratione, quæ ferebatur habita eſſe in concione à Philippo, quem dixiſſe conſtabat, videndum ſibi aliud eſſe conciliũ: illo ſenatu ſe rempublicam gerere non poſſe manè idibus Septembris & ille, & ſenatus frequens vocatu Druſi in curiã venit. Ibi cùm Druſus multa de Philippo queſtus eſſet, retulit ad ſenatũ de illo ipſo, quòd conſul in eum ordinem tam grauiter in concione eſſet inuectus. Hic, vt ſæpe inter homines ſapientiſſimos conſtare vidi, quanquam hoc Craſſo, cùm aliquid accuratiùs dixiſſet, ſemper ferè contigiſſet, vt nunquam dixiſſe meliùs putaretur, tamen omnium conſenſu ſic eſſe tum iudicatum, ceteros à Craſſo ſemper omneis, illo autem die etiam ipſum à ſe ſuperatum. Deploravit enim caſum, atque orbitatem

P. CXLIII.
c id eſt alio ſibi ſenatu opus eſſe dixit vide 6. Valerij. 2.°
d al. regero.
e L. Septẽbribus, & ita v.c.
f L. Hic ſæpe inter homines ſap.

a al. ſcenicorũ ludorum.
b quorum ſit recitatio 7. familiar.°

orbitatem senatus: cuius ordinis à consule, qui quasi parens bonus, aut tutor fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis: neque verò esse mirandum, si cùm suis consiliis rempub. profligasset, consilium senatus à rep. repudiaret. Hic cum homini & vehementi, & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faceis admouisset, non tulit ille, & grauiter exarsit, pignoribúsque ablatis Crassum instituit coercere. Quod quidem ipso in loco multa, à Crasso diuinitus dicta [a] efferebantur, cùm sibi [b] illum consulem esse negaret, cui senator ipse non esset. *An tu quum omnem aetatem vniuersi ordinis propugnare [c] putares, eámque in conspectu populi R. consideres, me his pignoribus existimas [d] posse terreri? non tibi illa sunt cædenda, [e] si [f] Crassum vis coercere: Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel euulsa, spiritu ipso libidinē tuam libertas mea refutabit.* Permulta tū vehementissima contētione animi, ingenij, viriū ab eo dicta esse constabat: sententiámq; eam, quā senatus frequens secutus est, ornatissimis & grauissimis verbis, vt populo R. satis fieret, [g] numquā senatus neq; consiliū reip. neque fidē defuisse, ab eo dictam: & eundem (id quod in auctoritatibus perscriptis existat) scribendo affuisse. Illa tāquam *cycnea* fuit diuini hominis *vox*, & oratio, quam quasi exspectantes, [h] post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremùm institisset, cōtueremur. Namque tum latus ei dicenti condoluisse: sudorémque multum consecutū esse audiebamus: ex quo cùm cohortuisset, cum febri domum rediit, diéque i septimo est lateris dolore cōsumtus. *O fallacem hominum spem, fragilémque fortunam & inanes nostras contentiones: qua in medio spatio sæpe franguntur, & corruunt, & antè in ipso cursu obruuntur, quàm portum conspicere potuerunt!* Nam quamdiu Crassi fuit, ambitionis labore vita districta, tamdiu priuatis magis officiis, & ingenij laude floruit, quàm fructu amplitudinis, aut reip. dignitate. Qui autē ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabat, is eius omnem spem, atque omnia vitæ consilia morte peruertit. Fuit hoc luctuosum suis, acerbū patriæ, graue bonis omnibus: sed ij tamen remp. [k] casus secuti sunt, vt mihi non erepta L. Crasso à diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non[l] vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem inuidia senatum, non sceleris nefarij principes ciuitatis reos, non luctum filiæ, non exilium [m] generi, non acerbissimā C. Marij fugam, non illam post reditum eius cædem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam ciuitatem, in qua ipse florentissima multùm omnibus gloria perstitisset. Sed quoniā attigi cogitatione vim, varietatémque fortunę, non vagabitur oratio mea longiùs, atque [n] eis ipsis definietur viris, qui hoc sermone, quem referre cœpimus, continentur. Quis enim nō iure beatam L. Crassi mortem illam, quæ est à multis sæpe defleta, dixerit, cùm horum ipsorum sit, qui tum cum illo postremùm ferè collocuti sunt, euentum recordatus? Tenemus enim memoria, Q. Catulum, virum omni laude præstantem: cùm sibi non inconsulto mortem fortunam, sed exsilium [a] & fugam deprecaretur, esse [b] coactum, vt vita seipse priuaret. Iam Marci [c] Antonij in his ipsis rostris, in quibus ille rempublicam constantissimè consul defenderat, quæque cēsor imperatoris d manubiis ornarat, positum caput illud fuit, à quo erant multorum ciuium capita seruata. Neque verò longè ab eo C. Iulij caput hospitis Etrusci scelere proditum, cum L. Iulij fratris capite iacuit, vt ille, qui hæc non vidit, & vixisse cum republica pariter, & cum illa simul extinctus esse videatur. Neque enim propinquum suum maximi animi virum, Publium Crassum, suapte interfectum manu, neque collegæ sui pontificis maximi sanguine simulacrū Vestæ respersum esse [e] vidit: cui mœrori (qua mente ille in patriam fuit) etiam C. Carbonis, inimicissimi hominis, eodem illo die mors nefaria fuisset. Nō vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarant, horribileis, miserósque casus. Ex quibus C. Cotta, quem ille florentem reliquerat, paucis diebus post mortem Crassi depulsus per inuidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus eiectus est è ciuitate. Sulpicius autem, qui in eádem inuidiæ flamma [f] fuisset, quibuscum priuatus coniunctissimè vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate: cui quidem ad summam gloriam eloquentiæ florescenti ferro erepta vita est, & pœna temeritatis non sine magno reipublicæ malo constituta. ¶ Ego verò tel, Crasse, cùm vitæ flore, tum mortis opportunitate, diuino consilio & ortum, & exstinctum esse arbitror. nam tibi aut pro virtute animi, constantiáque tua ciuilis ferri subeunda [g] fuit crudelitas, aut fiqua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eádem esse te funerum patriæ spectatorem coegisset: neque solùm tibi improbōrū dominatus, sed etiam propter admistam ciuium cædem bonorum victoria mœrori fuisset. Mihi quidem, Quincte frater, & eorum casus, de quibus ante dixi, & ea, quæ nosmetipsi ob amorem in rempublicam incredibilem, & singularem pertulimus, ac sensimus, cogitanti, sententia sæpe tua, vera, ac sapiens videri solet, qui propter tot, tantos, támque præcipiteis casus clarissimorum hominum, atque optimorum virorum, me semper ab omni contentione, ac dimicatione reuocasti. Sed quoniam hæc iam [h] neque in integro nobis esse possunt, & summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur, pergamus ad ea solatia, que non modò sedatis molestiis iucunda, sed etiam hærentibus, salutaria, nobis esse possunt: sermonémque L. Crassi reliquum, ac pænè postremum memoriæ prodamus: atque ei, etsi nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam, debitámque referamus. Neq. enim quisquam nostrūm, cùm libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in i quibus ferè Socrates exprimitur, non quanquam illa scripta sunt diuinitùs, tamē maius quiddam de illo de quo scripta sunt, suspicatur: quod ité nos postulamus non à te quidem, qui nobis summa [k] omnia tribuis, sed à ceteris, qui hæc in manus sument, vt maius quiddā de L. Crasso quàm quantū à nobis exprimetur, suspicentur. Nos enim quil ipsi sermoni non interfuissemus, & quibus Caius Cotta tantumm-

a *al.* dicta esse ferebātur, b Idem V. Ictius 6. c. 2.* c *al.* pro pigno re put. d *fort.* existimabas e *al.* concidēda* f v. c. si L. Crassum g *al.* satisfaceret.* h L. respectan tes. i L. diéque septimo lateris dolore consumtus est. k *al.* reipublicæ.* l mortis commoda* m L. exsilio, seu exsulium n L. atque eis ipsis

a *al.* exsilium b Q. Catulus c Mario monenti ut iussu, recenti calce sibi multóque igni per calefacto cubiculo, se inclusum perimit. 9. Val. 12. Plutarc. Mario. Appian. ciuil. 1. Vell. Flor.* d vide 8. Val. 7. Appianum bell. ciu. 1. Plutar. Mario. Gellium* e v. c. imperatoris manub. f *v. c. dam.* g L. fuit subeunda h L. iam neque integra nob. & ita v. c. i *al.* in quib. omnib. fere k L. omnia summa l *al.* qui ipsius sermoni. &c. & ita v. c. nō probo.

do locos, ac ſententias huius diſputationis tradidiſſet, quo in genere orationis vtrunq. oratorem cognoueramus, id ipſum ſumus in eorum ſermone adumbrare conati. Quòd ſi quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Antonium ieiuniorem, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet, quàm quomodo à nobis vterq. inductus eſt: is erit ex iis, qui aut illos non audierit, aut iudicare non poſſit. Nam fuit vterque (vt expoſui antea) cùm ſtudio atque ingenio, & doctrina præſtãs omnibus, tum in ſuo genere perfectus, vt neq. in Antonio deeſſet hic ornatus orationis, neque in Craſſo redundaret. Vt igitur ante meridiem diſceſſerunt, pallulúmque requierunt, in primis hoc à ſe Cotta animaduerſum eſſe dicebat, omne illud tempus meridianum Craſſum in acerrima, atque attentiſſima cogitatione poſuiſſe, ſeſéque, qui vultum eius, cùm ei dicendũ eſſet, obtutúmque oculorum in cogitando probè noſſet, atque in maximis cauſis ſæpè vidiſſet, quũ[b] dedita opera, quieſcentibus aliis, in eam exhedram veniſſet, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet: quúmque eum in cogitatione defixum eſſe ſenſiſſet, ſtatim receſſiſſe, atque in eo ſilentio duas horas ferè eſſe cõſumtas. Deinde quum omnes, inclinato iã in[c] poſtmeridianum tempus die, veniſſent ad Craſſum. 2 ¶ Quid eſt, Craſſe, inquit Iulius, imúſne ſeſſum? etſi admonitum venimus te, non flagitatum. 3 ¶ Tum Craſſus, an me tam impudentem eſſe exiſtimatis, vt[d] vobis hoc præſertim munus putem diutius poſſe debere? Quinam igitur, inquit ille, locus? an in media ſylua placet? Eſt enim is maximè & opacus, & frigidus. 4 ¶ Sanè, inquit Craſſus, etenim eſt in eo loco ſedes huic noſtro non inopportuna ſermoni. 5 ¶ Quum placuiſſet idem ceteris, in ſyluam venitur, & ibi magna cũ audiendi exſpectatione conſiditur[e]. 6 ¶ Tum Craſſus, Quũ auctoritas, atq. amicitia veſtra, tũ Antonij facilitas eripuit, inquit, mihi in optima mea cauſa libertatem recuſandi: quanquã in patienda diſputatione noſtra, quum[f] ſibi de iis, quæ dici ab oratore oporteret, ſumeret, mihi autẽ relinqueret, vt explicaré, *quemadmodum illa ornari oporteret*: ea diuiſit, quæ ſeiunc̃ta eſſe non poſſunt. Nam quũ omnis ex reb̃, atque verbis conſtet oratio: neque verba ſedẽ habere poſſunt, ſi rẽ ſubtraxeris, neq. res lumen, ſi verba ſemoueris. Ac mihi quidem veteres illi maius quiddam animo complexi, multo plus etiã vidiſſe videntur, quàm quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt: qui omnia hæc, quæ[i] ſuprà & ſubter, vnũ eſſe, & vna vi, atque vna conſenſione naturæ conſtricta eſſe dixerunt. Nullum eſt enim genus rerum, quod[i] aut auulſum à ceteris[k] per ſeipſum conſtare, aut quo cetera ſi careant, vim ſuam, atque æternitatẽ conſeruare poſſint. Sed hæc maior eſſe ratio videtur, quàm vt hominum poſſit ſenſu, aut cogitatione cõprehendi. eſt etiam illa Platonis vera, & tibi, Catule, certè non inaudita vox, *Omnem doctrinam harum ingenuarum, & humanarum artium, vno quodã ſocietatis vinculo contineri.* vbi enim perſpecta vis eſt rationis eius, qua cauſæ rerũ atque exitus cognoſcuntur, mirus quidam omniũ quaſi conſenſus doctrinarum, concentúſque reperitur. Sed ſi hoc quoque videtur eſſe altius, quàm vt id nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus, illud certè tamen, quod amplexi ſumus, quod profitemur, quod ſuſcepimus, noſſe & tenere debemus. Vna eſt enim quod & ego heſterna[a] die dixi, & aliquot locis antemeridiano ſermone ſignificauit Antonius, eloquentia, quæ ſi cunque in oras diſputationis, regionéſve delata eſt. Nam ſiue de cęli natura loquitur, ſiue de terrę, ſiue de diuina vi, ſiue de humana, ſiue ex inferiore loco ſiue ex æquo, ſiue ex ſuperiore, ſiue vt impellat homines, ſiue vt doceat, ſiue vt deterreat, ſiue vt cõcitet, ſiue vt reflectat[b], ſiue vt incendat, ſiue vt leniat, ſiue ad paucos, ſiue ad multos, ſiue inter alienos, ſiue cum ſuis, ſiue ſecum, riuis eſt diducta[c] oratio, non fontibus: & quocunque ingreditur, eodem eſt inſtructu, ornatúque comitata. Sed quoniam oppreſſi iam ſumus opinionibus non modò vulgi, verumetiam hominum leuiter eruditorum qui, quæ cõplecti tota nequeunt, hæc faciliùs diuulſa, & quaſi diſcerpta contrectant: & qui, tanquã ab animo corpus, ſic à ſententiis verba ſeiungũt, quorum ſine interitu fieri[d] neutrũ poteſt, non ſuſcipiam orationem meam plus, quàm mihi imponitur: tantum ſignificabo breui, neq; verborum ornatum inueniri poſſe non[e] partitis expreſsíſque ſententiis, neque eſſe vllam ſententiam illuſtrem ſine luce verborũ. Sed prius quàm illa conor attingere, quibus orationem ornari, atque illuminari putem, proponam breuiter, quid ſentiam de vniuerſo genere dicendi. Natura nulla eſt (vt mihi videtur) quæ non habeat in ſuo genere res cõplureis diſſimileis inter ſe, quæ tamen conſimili laude dignentur. Nam & auribus multa percipimus, quæ etſi nos vocibus delectant, tamen ita ſunt varia ſæpe, vt id, quod proximum audias, iucundiſſimum eſſe videatur: & oculis colliguntur pænè innumerabiles voluptates, quæ nos ita capiunt, vt vnum ſenſum diſſimili genere delectent, & reliquos ſenſus voluptates oblectent diſpares, vt ſit difficile iudiciũ excellẽtis maximè ſuauitatis. At[g] hoc idem, quod eſt in naturis rerum, transferri poteſt etiam ad artes. Vna fingẽdi eſt ars, in qua præſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus: qui omnes inter ſe diſſimiles fuerũt: ſed ita tamẽ, vt neminẽ ſui velis eſſe diſſimilem. Vna eſt ars ratióque picturæ, diſſimillimíque tamen inter ſe Zeuſis[h], Aglaophon, Appelles: neque eorũ quiſquam eſt, cui quidquam in arte ſua deeſſe videatur. Et, ſi hoc in his quaſi mutis artibus eſt mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione, atque in lingua? quæ cùm in iiſdem ſentẽtiis, verbíſq. verſetur, ſummas habet diſſimilitudines, noni ſic, vt alij vituperandi ſint, ſed vt ij, quos conſtet eſſe laudandos, in diſpari tamen genere laudentur. Atque id primũ in poetis cerni licet, quibus eſt proxima cognatio cum oratoribus, quàm ſint inter ſeſe Ennius, Pacuuius, Acciúſque diſſimiles: quàm apud Græcos Æſchylus, Sophocles, Euripides[k], quanquam omnibus, par pænè laus in diſſimili ſcribendi genere tribuatur. Adſpicite nunc eos homines, atque intuemini, quorum de facultate quærimus, quid interſit inter oratorum ſtudia, atque naturas. Suauitatem[l] Iſocrates, ſubtilitatem Lyſias, acumen Hyperides, ſonitum Æſchines, vim Demoſthenes habuit, quis eorum non egregius? tamen quis cuiuſquam niſi ſui ſimilis? Grauitatem Africanus, lenitatem Lælius, aſperitatem Galba, pro-

a L. pleniorẽ fuiſſe

b L. tum dedita opera. quieſ. aliis, in eã exhedr. veniſſe, in q. c L. in pomeridiã. temp.

d al. vt vobis præſertim h. m. put. me diu eius p. dep.

e L. conſideratur.

f fort. cùm ſibi ea quæ g hoc eſt ex iis quæ ſignificantur & quę ſignificãt 3. Quint. 5 in pr.

g al. ſidem* h 70 quæ deeſſe quibuſdam*

i fort. aut quod auulſũ à cet. k fortè à verbis, vt & paulò poſt verba.

A

B

C

D

E

F

G

H

a L. heſterno

b al. inflectat.

c al. deducta p. C X L V.

d al. neutrum fieri

e L. non retertis. expr. al. partis. al. paratis. repertis.*

f L. & reliquos ſenſus ſingulos ſingulæ, voluptates oblectant diſp.

g L. Atque hoc idem, &c.

h L. Zeuxis,

i c. L. non ſic, vt alij laudandi, alij vituperandi,

k L. quámq; omnibus

l Quæ in ſuis oratorib. prima dicendi genera.*

profluens quiddã habuit Carbo, & canorum. quis horum non princeps temporibus illis fuit? & suo tamen quisque in genere princeps[a]. Sed quid ego vetera conquiram, cùm mihi liceat vti præsentibus exemplis, atq. viuis? Quid iucundius auribus nostris vnquam áccidit huius oratione *Catuli*? quę est pura sic, vt Latinè loqui pænè solus videatur: sic autẽ grauis, vt in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas, ac lepos. Quid multa? istum audiens equidẽ sic iudicare soleo, quidquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitiosius & deterius futurũ. Quid noster hic *Cæsar*? nõnne nouam quandam rationem attulit orationis: & dicendi genus induxit propè singulare? Quis vnquam res, præter hunc, tragicas pęnè comicè, tristeis remisè, seueras hilarè, [b] forẽseis scenica propè venustate tractauit: atque ita, vt neque iocus magnitudine rerũ excluderetur, nec[c] grauitas facetiis minueretur? Ecce præsentes duo propè æquales Sulpicius & *Cotta*. quid tã inter se dissimile: quid tam in suo genere præstãs? limatus alter & subtilis, rem explicans propriis, aptísq. verbis: hæret in causa semper: &, quid iudici probandum sit, cùm acutissimè vidit, omissis ceteris argumentis, in eo mentem orationémq. defigit. *Sulpicius* autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima & maxima voce, summa contentione corporis, & dignitate motus, verborum quoque ea grauitate & copia est, vt vnus ad dicẽdum instructissimus à natura esse videatur. Ad nosmetipsos iam reuertor: (quoniam sic fuimus semper cõparati, vt hominum sermonibus quasi in aliquod contẽtionis iudicium vocaremur) quid tam dissimile, quàm ego in dicendo, & *Antonius*[d]: cum ille is sit orator, vt nihil eo possit esse præstãtius: ego autem, quanquam memet mei pœnitet, cum hoc maximè tamen in cõparatione coniungar. Videtísne, genus hoc quod sit Antonij, forte, vehemens, cõmotum in agendo, præmunitũ & ex omni parte causę sęptũ, acre, acutum, enucleatum, in vnaquaque re commotãs, honestè cedens, acriter insequẽs, terrens, supplicans, summa orationis varietate, nulla nostrarum aurium satietate. Nos autem, quicunque in dicendo sumus (quoniam esse aliquo in numero vobis videmur) certè tamẽ ab huius multũ genere distamus: quod quale sit, nõ est meũ dicere, propterea quòd minimè sibi quisque notus est, & difficillimè de se quisque sentit: sed tamen dissimilitudo intelligi potest, & ex motus mei mediocritate, & ex eo, quod quibus vestigiis primum institi: in iis ferè soleo perorare, & quod aliquanto me maior in[e] verbis, & in sententiis eligendis, quàm eum, labor, & cura torquet, verentem, ne si paullo obsoletior fuerit oratio, non digna exspectatione, & silentio fuisse videatur. Quòd si in nobis, qui adsumus, tãtę[f] dissimilitudines, tam certæ res cuiusque proprię, & in ea varietate ferè melius à deteriore facultate magis, quàm genere distinguitur, at que omne laudatur, quod in suo genere perfectum est: quid censetis, si omnes, qui vbiq. sunt aut fuerũt oratores, amplectivoluerim[g]? numnes fore, vt, quot oratores, totidem pænè reperiantur genera dicendi? Ex qua mea disputatione forsitan occurrat illud, si pænè innumerabiles sint quasi formæ figuræq. dicẽdi, specie dispares, genere laudabiles: non posse ea, quę inter se discrepant, iisdẽ præceptis atque[a] in vna institutione formari. Quod nõ est ita: diligentissimèq. hoc est eis, qui instituunt aliquos, atq. erudiunt, videndũ, quò sua quẽq. natura maximè ferre videatur. Etenim videmus, ex eodẽ quasi ludo summorũ in suo cuiusq. genere artificum, & magistrorũ exisse discipulos dissimileis inter se, attamen laudandos, cùm ad cuiusque naturã institutio doctoris accommodaretur. Cuius est vel maximè insignè illud exemplum (vt ceteras arteis omittamus) quod dicebat Isocrates[b], doctor singularis, se calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frænis vti solere: alterum enim exsultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat. Neque eos simileis effecit inter se, sed tantùm alteri affinxit, de altero limauit, vt[c] id confirmaret in vtroque, quod vtriusque natura pateretur. Hæc eò mihi prædicenda fuerunt, vt, si non omnia, quę proponerentur à me, ad omnium vestrũm studium, & ad genus id, quod quisque vestrũm in dicendo probaret, adhærescerent, id à me genus exprimi sentiretis, quod maximè mihi ipsi probaretur. Ergo hæc & agenda sunt ab oratore, quæ explicauit Antonius, & dicenda quodammodo. Quinam[d] igitur dicendi est modus melior, (nam de actione pòst videro) quàm vt *Latinè* vt *planè* vt *ornatè*, vt ad id, quodcunque agetur *apte*, congruentérque dicamus. Atque eorum quidem, quæ duo prima dixi, rationem non arbitror exspectari à me, puri, dilucidáque[e] sermonis. neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat: nec[f] sperare, qui Latinè non possit, hunc ornatè esse dicturũ: neque verò, qui non dicat, quod intelligamus, hũc posse quod admiremur, dicere. Linquamus igitur hæc, quę cogitationem habent facilẽ, vsum necessarium. nam alterum traditur litteris, doctrináque puerili alterũ adhibetur ob eam causam, vt intelligatur, quid quisque dicat, quod videmus ita esse necessarium, vt tamen eo minus nihil esse possit. Sed omnis loquendi elegantia, quanquam expolitur scientia litterarum, tamen augetur legendis oratorib. & poetis. sunt enim illi veteres, quibus ornare nondum poterant, ea, quæ dicebant, omnes propè præclarè locuti: quorum[h] sermone assuefacti qui erunt, ne cupiẽtes quidem, poterunt loqui, nisi Latinè. Neq. tamen erit vtendum verbis iis, quibus iam consuetudo nostra nõ vtitur, nisi quando ornandi causa, parcè, quod ostendam: sed vsitatis ita poterit vti, lectissimis vt vtaturk is, qui in veterib. erit scriptis studiosè, & multùm volutatus. Atque *vt Latinè loquamur*, non solùm videndum est, vt & verba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat: & ea sic & casibus, & tẽporibus, & genere, & numero cõseruemus, vt nequid perturbatũ, ac discrepans, aut præposterũ sit: sed etiam lingua, & spiritus, & *vocis* sonus est ipse moderandus. Nolo exprimi litteras putidiùs, nolo obscurari negligẽtius: nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata, & quasi anhelata grauius. nam de voce nõdũ ea dico quę sunt actionis, sed hoc quod mihi cum sermone quasi conjunctũ videtur. Sũt. n. certa vitia, quæ nemo est, quin effuge-

a al. princeps fuit. P. B.

a L. atque vna

b Idem in Bruto infrà Idem Plato de Aristotele & Xenocrate: Aristoteles de Theophrasto & Callisthene, Laertius in Theophraſt.

b citatur à Nonio cap. 11. in Hilare 56.*

c L. neque grauitas f. *

c L. vt id cõformaret in vtroq. & ita q. v. c alij, cõfirmaret, vtf. vulg.

d DE ELOCVTIONE & EXORNATIONE

d L. ego, quãquã memet mei pœniteret cum hoc m. t. in comp. coniungor.

e al. ucidique*

f L. nec sperem⁹, qui L.

e L. in verbis quam in sententiis eligẽdis labor,

f sort. tantæ sunt dissimilitudines,

P. CXLVI.

g L. nonduꝝ ornare

h L. quotum sermoni aff.

i al. iis vertibis.

k L. vtatur

l Latinè quẽadmodum dici possit.* P. B.

g nõnne fore vt

a al. aeque muliebris,

re cupiat, mollis vox[a] vt muliebris, aut quasi extra modum absona, atq. absurda. est autem vitium, quod nonnulli de industria consectãtur. *Rustica vox*, & agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur, vt tuus, Catule, Sodalis, L. Cotta, gaudere mihi videtur grauitate linguę, sonoq. vocis agresti, & illud quod loquitur priscum visum iri putat, si planè fuerit rusticanum. Me autè tuus sonus, & suauitas[b] ista delectat: omitto verborum, quamquam est caput: verùm id affert ratio, docent litterę, confirmat consuetudo & legendi, & loquendi: sed hanc dico suauitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, vt apud Græcos, Atticorum, sic in Latino sermone, huius est vrbis maximè propria. Athenis iam diu doctrina ipsorum Athenienſium interiit, domicilium tantùm in illa vrbe remanet studiorum, quibus vacant ciues, peregrini fruuntur, capti quodammodo nomine vrbis, & auctoritate: tamen eruditissimos homines Asiaticos quiuis Athenienſis indoctus, non verbis, sed sono vocis, nec tam bene, quàm suauiter loquendo, facilè superabit. Nostri minus student litteris, quàm Latini. tamè ex istis, quos nostis, vrbanis, in quib. minimum est litterarum, nemo est, quin litteratissimũ togatorum omnium, Q. Valerium Soranum[c], lenitate vocis, atq. ipso oris pressu, & sono facilè vincat. Quare cùm sit quædam certa vox Romani generis, vrbisque propria, in qua nihil offendi[d], nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare, aut olere peregrinũ, hanc sequamur: neq. solùm rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolẽtiam fugere discamus. Equidem cùm audio socrum meam Læliam (*facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruãt, quod multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quæ prima didicerunt,*) sed eam sic audio, vt Plautum mihi, aut Næuiũ videar audire. sono ipso vocis ita recto, & simplici est, vt nihil ostentationis, aut imitationis afferre videatur[e]: ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, nõ asperè, vt ille, quem dixi, non vastè, non rusticè, non hiulcè, sed pressè, & æquabiliter, & leniter. Quare Cotta noster, cuius tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitaris, vt iota litteram tollas, & e, plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videris imitari. 7 ¶ Hìc cùm arrisisset ipse Sulpicius, Sic agam vobiscum, inquit Crassus, vt quoniam me loqui voluistis, aliquid de vestris vitiis audiatis. 8 ¶ Vtinã quidẽ, inquit ille, id enim ipsum volumus, idque si feceris, multa (vt arbitror) hìc hodie vitia ponemus. 9 ¶ At enim non sine meo periculo, Crassus inquit, possum, Sulpici, te reprehendere, quoniam Antonius mihi te simillimum dixit sibi videri[f]. 10 ¶ Tum ille, Tum quod monuit idem, vt ea, quæ in quoque maxima essent, imitaremur: ex quo vereor ne nihil sim tui, nisi supplosionem pedis, imitatus, & pauca quædã verba, & aliquẽ, si fortè motum. 11 ¶ Ergo ista, inquit Crassus, quæ habes à me, non reprehendo, ne meipsum irrideã. sunt autẽ mea multo & plura, & maiora, quàm dicis. quę autẽ sunt aut tua planè, aut imitatione ex aliquo expressa, de iis te, si qui me fortè locus admonuerit, cõmonebo. Præcreamus igitur præcepta Latinè loquẽdi, quæ puerilis doctrina tradit, & subtilior cognitio, ac ratio[a] litteratũ alit, aut consuetudo sermonis quotidiani, ac domestici libri cõfirmant, & lectio veterum oratorum, & poetarum. Neq. verò *in illo alterobdiutius cõmoremur*, vt disputemus, quib. rebus assequi possimus, vt ea quæ dicamus, intelligantur: Latinè scilicet dicẽdo, verbis vsitatis, ac propriè demonstrantibus ea, quæ significari, ac declarari volemus, sine ambiguo verbo, aut sermone, non nimis longa continuatione verborum, non valde productis iis, quæ similitudinis causa ex aliis reb. transferuntur, nõ discerptis sententiis, non prępositeris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. quid multa? tam facilis est tota res, vt mihi permirum sæpe videatur, cùm difficiliùs intelligatur, quid patronus velit dicere, quàm si ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret. Isti enim, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, vt non desideres planiùs dici. Easdem res autem simulac Fusius[c], aut vester æqualis Pomponius, agere cœpit, non èquè, quid dicat, nisi admodum attendi, intelligo, ita confusa est oratio[d], ita perturbata, nihil vt sit primum, nihil vt secundum: tantáque insolentia, ac turba verborum, vt oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat[e], atque vt quodammodo, ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. Verùm, si placet, quoniam hæc satis spero vobis quidẽ certè maioribus, molesta & putida[f] videri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus.

12 ¶ Atqui vides, inquit Antonius, cùm[g] alias res agamus, quàm te inuiti audiamus, qui adduci possumus (de me enim coniicio) relictis vt rebus omnibus[h] te sectemur, te audiamus: ita de horridis reb. nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædã est oratio tua. 13 ¶ Faciles enim, inquit, Antoni, partes eæ fuerunt duæ quas modò percucurri[k], vel potius pænè prèterij, *Latinè* loquẽdi, *planè*que dicendi: reliquæ sunt magnæ, implicatæ, variæ, graues, quibus omnis admiratio ingenij, omnis laus eloquentiæ continetur. Nemo enim vnquam est orator, quod Latinè loqueretur, admiratus: si est aliter, irridẽt: neque eum oratorem tantummodò, sed hominem non putãt. nemo extulit eum verbis, qui ita dixisset, vt qui adessent, intelligerent quid diceret, sed cõtemsit eum, qui minùs id facere potuisset. In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti dicentẽ intuentur? in quo exclamant? quẽ deum, vt ita dicã, inter homines putãt? qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus, & verbis dicunt[m], & in ipsa oratione quasi quendã numerum, versúmq. conficiunt[n]: id est, quod dico, ornatè. Qui[o] idem ita moderantur, vt rerum, vt personarum dignitates ferunt, ij sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego aptum & congruens nomini[p]. Qui ita dicerent, eos negauit adhuc se vidisse Antonius, & iis hoc nomen dixit eloquentiæ solis esse tribuendũ. Quare omneis istos, me auctore, deridete, atq. contẽnite, qui se horũ, qui nunc ita appellãtur, rhetorũ præceptis omnẽ oratorũ vim cõplexos esse arbitrãtur, neq. adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. Verùm[q] enim oratori, quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator, atq. ea

est

a *al.* ἀναλογίαν

b PLANE quemadmodum dicatur.*

c *al.* Fusius,

d *al.* omnis oratio,

e *al.* offerat,

f φορτικὰ P. B.

g L. quam alias res agamus, vt sit ἐλεγχεια.

h τὸ omnibus quidam distinguũt. sic enim antiquos loqui, relictis rebus, Plautum *Truculento* Terentium, *Andria*, Lucretium 3.*

i L. percurri, *& ita v.s.*

k id est quem admodum & Latinè & planè docere possimus.*

l quemadmodum scilicet ornatè & aptè dicamus.*

m *fort.* dicis n *fort.* conficit.

o L. Qui hoc idem ita m.

p L. homine.

q L. Vatè enim

a *al.* ἀναλογίᾳ

b *al.* subtilitas *multò.mox enim sequitur*, suauitatem, & suauiter.*

c *al.* Serrarũ.*

d ad offendere.*

e L. videtur

f L. videri. Tu verò, inquit ille, quoniã mo. idem vt ea, q. in q. m. e. imitaremur. ex q.

g *al.* ne me ipse, ir.

est ei subiecta materies, omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debet. Est enim eloquentia vna quædam de summis virtutibus: quanquam sunt omnes virtutes æquales & pares, sed tamen est species alia magis alia formosa & illustris, sicut hæc vis, quę scientiá cõplexa rerum, sensa mentis, & consilia, sic verbis explicat, vt eos, qui [a] audiunt, quocunque incubuerit, possit impellere: quæ quo maior est vis, hoc est magis probitate iungenda, summáque prudentia: quarum virtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effeceri mus, sed furentibus quædam arma dederimus. Hanc, inquam, cogitandi, pronuntiandíque rationem, vímque dicendi, veteres Græci sapientiam [c] nominabant. hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones, atque ab hac similitudine Coruncanij nostri, Fabricij, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili & voluntate. Eadem autem alij prudentia, sed consilio ad [d] vitæ studia dispari, quietem atque otium secuti, vt Pythagoras [e], Democritus, Anaxagoras, à regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt: quæ vita propter tranquillitatem, & propter ipsius scientiæ suauitatem, qua nihil est hominibus iucundius, plureis quàm vtile fuit rebus publicis delectauit. Itaque, vt ei studio se excellentissimis ingeniis homines dediderunt, ex ea summa facultate vacui ac liberi temporis, multo plura, quàm erat necesse doctissimi homines, otio nimio, & ingeniis vberrimis affluentes, curanda sibi esse, ac [f] quærenda, & inuestiganda duxerunt. Nam vetus quidem illa doctrina, éadem videtur & rectè faciendi, & bene dicendi magistra: neque disiuncti doctores, sed iidem erant viuendi præceptores, atque dicendi: vt ille apud Homerum Phœnix, qui se à Péleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum, actorémque rerum. Sed Vt homines labore [g] assiduo, & quotidiano assueti, cùm tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad talos, aut ad tesseras conferunt, aut etiá nouum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum: sic illi à negotiis publicis, tanquam ab opere aut temporibus exclusi, aut voluntate sua feriati totos se alij ad poetas, alij ad geometras, alij ad musicos contulerunt, alij etiam, vt dialectici, nouum sibi ipsi studium, ludúmque pepererunt [h], atque in iis artibus, quæ repertæ sunt, vt puerorum menteis ad humanitatem fingerentur, atque virtutem, omne tempus, atque ætates suas consumserunt. Sed quòd erant quidam, iísque multi, qui aut in rep. propter ancipitem, quæ non potest esse sciuncta, faciendi, dicendíque sapientiam, florerent, vt Themistocles, vt Pericles, vt Theramenes, aut, qui minus ipsi [i] in rep. versarentur, sed huius tamen eiusdem sapientiæ doctores essent, vt Gorgias, Thrasymachus, Isocrates: inuenti [k] sunt, qui cùm ipsi doctrina, & ingeniis abundarent, à re autem ciuili, & à negotiis, animi quodam iudicio, abhorrerét, hanc dicendi exercitationem exagitarét atq; continerent: quorum princeps Socrates fuit, is, qui omniũ eruditorũ testimonio, totiúsq. iudicio Græciæ, cum prudentia, & acumine, & venustate, & subtilitate, tum verò eloquentia, varietate, copia, quam se cúmque in partem dedisset, omniũ fuit facilè princeps. Is [a], qui hæc, quæ nos nunc quærimus, tractarent, agerent, docerent cùmb nomine appellarentur vno, quòd omnis rerum optimarũ cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia nominaretur, hoc cõmune nomen eripuit, sapientérq. sentiendi, & ornatè dicendi scientiá, te cohærenteis, disputationibus suis separauit: cuius ingeniũ, variósque sermo nes immortalitati scriptis suis Plato tradidit, cùmipse litterá Socrates nullã reliquisset. Hinc discidiũ [c] illud exstitit quasi linguæ, atq. cordis, absurdũ sanè, & inutile, & reprehendendum, vt alij nos sapere, alij dicere docerent. Nã, cũ essent plures orti ferè à Socrate, quòd ex illius variis, & diuersis, & in omnem partẽ diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat, proseminatæ sunt quasi familiæ dissentiẽtes inter se, & multùm disiunctæ, & dispares, cũ tamen omnes se philosophi Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarẽtur. Ac primò ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates: quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit: deinde ab Antisthene, qui patientiá, & duritiá in Socratico sermone maximè adamarat. Cynici primũ, deinde Stoici: tũ ab Aristippo, quem illæ magis voluptariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manauit: quá ille, & eius posteri simplicíter defenderant: ij, qui nunc voluptate omnia metiuntur, dũ verecũdiùs id agunt, nec digni tati satisfaciunt, quã non aspernantur, nec voluptaté cuentur, quá amplexari volunt. Fuerunt etiá alia genera philosophorum, qui se omnes ferè *Socraticos* esse dicebant [d]: Eretrico rũ [e], Herilliorũ. Megaricorum, Pyrrhoneorũ: sed ea horum vi, & disputationibus sunt iam diu fracta, & exstincta. Ex illis autẽ, quæ remanent, ea philosophia, *quæ [f] suscepit patrocinium voluptatis*, etsi cui vera videatur, procul abest tamen ab eo viro, quem quærimus, & quem auctorẽ publici consilij, & regendæ ciuitatis ducem, & sententiæ, atque eloquentiæ principem, in senatu, in populo, in causis publicis esse volumus: nec vlla tamen ei philosophiæ fiet iniuria à nobis. non enim repelletur indè, quò aggredi cupiet: sed in hortulis quiescet suis, vbi vult, vbi etiam recubans molliter, & delicatè, nos auocat à rostris, à iudiciis, à curia, fortasse sapienter, ac [g] præsertim à rep. Verùm ego non quæro nunc, quæ sit philosophia verissima, sed quæ oratori coniuncta maximè. Quare istos sine vlla contumelia dimittamus. sunt enim & boni viri, & quoniam sibi ita videntur, beati, tantúmque eos admoneamus, vt illud, etiam si est verissimum, taciturn tamen, tanquam mysterium teneant, quòd negant versari in rep. esse sapientis. Nam, si hoc nobis, atque optimo cuiq. persuaserint, non poterunt ipsi esse, id quod maximè cupiunt, otiosi. *Stoicos* [h] autẽ quos minimè improbo, dimitto tamẽ, nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt: atque hanc iis habeo gratiam, quòd soli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac sapientiam esse dixerunt: sed vtrunque est in his, quod ab hoc quem instituimus, oratore valde abhorreat, vel [k] quòd omneis, qui sapientes non sint, seruos, latrones, hosteis, insanos esse dicunt: neque tamen quenquam esse sapientem valde autem est absurdum, ei concionem

a L. qui audiant, b fort. cũ probitate iungẽda, f. al. probitati iung.

c Sapientes philosophi politici simul & oratores * P. CXLVIII.

d al. ac vitæ

e Philosophorum sectæ Physici à Pythagora, Democrito, Anaxagora.*

f L. & quærenda,

g L. labori assiduo, & q.

h al. reperierunt.*

i L. ipsi quidem in rep.

k Socratici seu Ethici.*

a L. Hic lit. qui hæc, q.

b L. cùm appellarentur vno nomine,

P. E.

c al. lib. vulg. dissidium ill. Sed tè. est enim discidii à discindo.*

d L. Eretriaco rum,

e Socraticorum sectæ.*

f Epicurei.*

g L. hac præsertim rep.

h Stoici.*

i L. v. atq. hãc ab iis hab. gr. mendosè. Iz L. & quod omneis Duo enim hic refert Stoicorũ Placita: vnum omnes qui sapientes non P. C XLIX. sint seruos esse: Alterum, Neminẽ esse sapientem*

aut senatum, aut vllum cœtum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo ciuis, nemo liber esse videatur. Accedit quòd orationis etiam genus habent fortasse subtile, & certè acutum: sed vt in oratore, exile, inusitatū, abhorreas ab auribus vulgi obscurum, inane, ieiunum, attamē [a] eiusmodi, quo vti ad vulgus nullo modo possit. Alia enim & bona, & mala videntur Stoicis, & ceteris ciuibus, vel potiùs gentibus: alia vis honoris, ignominiæ, præmij, supplicij, verè, an secus, nihil ad hoc tēpus: sed si ea sequamur, nullam vmquam rem dicendo expedire possimus. Réliqui sunt *Peripatetici*, & *Academici*, quanquam Academicorum [b] nomen est vnum, sententiæ duæ. nam Speusippus [c] Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem, Polemo, & Crātor, nihil ab Aristotele, qui vnà audierat Platonem, magnopere [d] dissensit: copia fortasse, & varietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas [e] primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris, sermonibúsque Socraticis hoc maximè arripuit, nihil [f] esse certi, quod aut sensibus, aut animo percipi possit, quē ferunt eximio quodā vsum lepōre dicendi, asperatum esse omne animi, sensúsque iudicium, primúmque instituisse, (quamquā id fuit Socraticum maximè) non, quid ipse sentiret, ostendere: sed contra id, quod quisq; se sentire dixisset, disputare. Hinc hæc recentior Academia emanauit, [g] in qua extitit diuina quadam celeritate ingenij, dicendíque copia Carneades: cuius ego etsi multos auditores cognoui Athenis, tamen auctores certissimos laudare [h] possum, & socerum meum Scæuolam, [i] qui eū Romæ audiuit adolescēs, & Qu. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum virum, qui illum à se adolescente Athenis, iam affectū senectute, multos dies auditū esse dicebat. Hęc autē, vt ex Apénino, fluminum, si ex communi [k] sapientium iugo, sunt doctrinarum facta diuortia, [l] vt philosophi, tanquam in superum mare Ionium defluerent, Græcum quoddam, & portuosum: oratores autem in inferū hoc Tuscum, & Barbarū, scopulosum, atque infestum, laberētur, in quo etiā ipse Vlysses errasset. Quare si hac eloquentia, atq; hoc oratore contenti sumus, qui sciat aut negare oportere quod arguare, aut si id non possis, tum ostendere, quod is fecerit, qui insimuletur, aut rectè factum, aut alterius culpa, aut iniuria, aut ex lege, aut non contra legem, aut imprudētia, aut necessariò, aut non eo nomine vsurpandum, quo arguatur, aut non ita agi, vt debuerit, ac licuerit: &, si satis esse putatis, ea, quæ isti scriptores artis docent, discere, quæ multò tamen ornatiùs, quàm ab illis dicuntur, & vberiùs explicauit Antonius: sed, si his contenti estis, atque iis etiam, quæ dici voluistis à me: ex ingenti quodam oratorem, immensóq. campo in exiguū sanè gyrum compellitis. Sin veterem illum Periclem, aut hunc etiam, qui familiarior no bis propter scriptorum multitudinem, est, Demosthenem, sequi vultis, & si illam præclarā, & eximiam speciem [m] oratoris perfecti, & pulcritudinem adamastis: aut vobis hæc Carneadia, aut illa Aristotelia vis comprehendenda est. Namque (vt antè dixi) veteres illi vsque ad [n] Isocratem, omnem omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad rempublicam pertinebant, cognitionem, & scientiam cum dicendi ratione iungebant: postea [a] dissociati (vt exposui) à Socrate, diserti à doctis, & deinceps à Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiā despexerunt, oratores sapientiam: neque quidquā ex alterius parte tetigerūt, nisi quod illi ab his, aut ab illis hi mutuarétur: ex [b] quo promiscuè haurirent, si manere in pristina communione voluissent. Sed, vt pōtifices veteres propter sacrificiorum multitudinē treis viros epulones [c] esse voluerunt, cū essent ipsi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti: sic Socratici à se causarū actores à cōmuui philosophiæ nomine separauerunt, cùm veteres dicendi & intelligendi mirificā societatem esse voluissent. Quæ cùm ita sint, paullulum [d] equidem de me deprecabor, & petā à vobis vt ea quæ dicā, nō de memet ipso, sed de oratore dicere putetis. Ego enim sum is, qui cum summo studio patris in pueritia doctus essem, & in forum ingenij tantum, quantum ipse sentio, nō tantum, quantum ipse forsitan vobis videar, detulissem, non possim dicere, me hæc, quæ nunc complector, perinde, [e] vt dicam discenda esse, didicisse: quippe qui omnium maturrimè ad publicas causas accesserim, annósq; natus vnum [f] & viginti nobilissimum hominem, & eloquentissimum in iudicium vocārim: cui disciplina, fuerit forum magister, vsus, & leges, & instituta populi R. mósq. maiorum, Paullum, sitiens istarum artium, de quibus loquor, gustaui, quæstor in Asia cùm essem, æqualē ferè meum ex Academia, rhetorē nactus, Metrodorum illum, de cuius memoria cōmemorauit Antonius: & inde decedēs, Athenis: vbi ego diutiùs essem moratus, nisi Athenienſibus, quòd mysteria non referrent, ad quæ biduo seriùs venerā, succensuissem [g]. Quare hoc, quòd cōplector tantā scientiam, vimque doctrinæ, non modò non pro me, sed contra me est potius, (nō enim quid ego, sed quid orator possit, disputo:) atq. hos omneis, qui artes [h] rhetoricas exponūt, perridiculos. Scribunt enim de litium genere, & de principiis, & de narrationibus. Illa vis autē eloquentiæ, tanta est, vt omnium rerum, virtutum, officiorum, omnísque naturæ, quæ mores hominum, quæ animos, quæ vitam continet, originem, vim, mutationésque teneat: éadem mores, leges, iura describat, remp. regat, omnia, quæ [i] ad quancunque rē pertineant, ornatè, copioséque dicat. In quo genere nos quidem versamur tantum, quantum possumus, quantū ingenio, quantum mediocri doctrina, quātum vsu valemus: neq. tamen istis, qui in vna philosophia quasi tabernaculum vitæ fuæ collocarunt, multùm sanè in disputatione concedimus. Quid enim meus familiaris C. Velleius afferre potest, quamobrem voluptas sit summum bonum, quod ego nō copiosiùs possim vel tutari, si velim, vel refellere ex illis locis quos exposuit Antonius, hac dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, vnusquisq. nostrūm versatus? Quid est, quod aut Sex. Pōpeius, aut duo Balbi, aut meus amicus, qui cū Panætio vixit, M. Vigellius, de virtute hominum Stoici possint dicere, qua in disputatione ego his debeam, aut vestrūm quisquam concedere? Non est enim philosophia similis artium reliquarum. nam quid faciet in geo-

metria

a Lac tandē.

b Academici: quorum vnū nomen, sententiæ duæ. Alia enim est vetus, alia noua Academia.*

c Academiæ veteris sectatores Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor.*

d *fort.* magnopere dissenserunt:

e Academiæ nouæ seu recentioris author, Arcesilas: sectator Carneades.*

f Academiæ nouæ dogma, Nihil esse certi, quod aut animo percipi possit.*

g L. manauit, *& ita v.c.*

h Laudare testem quid, & vnde dictum scripsi in Bruto.*

i L. Scæuulā, Is *al.* è cōmunis sapientiæ iugo sunt doctrinarum facta diuortia. Ita citatur apud Nonium c. 4. in Diuortium 151.* l L. deuortia,

m L. oratoris perfecti speciem.

n L. ad Socratem,

a L. postea, dissociati (vt expositi) à Socrate, diserti à

b *fort.* cùm ex eodem fonte promiscue haurire possent, si man.

c adde Festū in Epulones.*

d *al.* paullum

e Proinde, vt d.

f L. vndeoigin ti. ‖ scribit enim Tacitus hoc esse factū à Crasso deci monono ætatis anno.*

P. CE.

g L. suscensuissem.

h Rhetorum inanis docendi ratio.*

i L. ad quæq.

mettria,qui non didicerit?quid in mũsicis?aut taceat oportebit, aut ne sanus quidem iudicetur.Hæc verò,quæ sunt in philosophia, ingeniis eruuntur ad id, quod in quoq.verisimile est,elicien dũ,acutis, atque acribus eáq. exercitata oratione poliũtur.Hic[a],hic noster vulgaris orator,si minus erit doctus,attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi,istos quidé nostros verberabit, neque se ab iis contemni ac despici sinet.Sin aliquis exstiterit aliquando, qui Aristotelio more de omnibus rebus in[b] vtramq.sententiam possit dicere,& in omni causa duas contrarias orationes,præceptis illius cognitis,explicare,aut hoc Arcesilæ modo,& Carneadis, contra omne, quod propositum sit, differat: quisque ad eam rationem adiũgat hunc rhetoricum vsum,morémque[c], exercitationémque dicẽdi,is sit verus,is perfectus,is solus orator.Nam neque sine forensibus neruis satis vehemens,& grauis, nec sine varietate doctrinæ satis politus,& sapiens esse orator potest. Quare Coracẽ[d]istum vestrum patiamur nos quidem pullos[e] suos excludere in nido, qui cuolent, clamatores odiosi ac molesti, Pamphilúmque nescio quem sinamus in iudiciis tantam rem, tanquam puerileis delicias aliquas depingere: nósque ipsi hac tam exigua disputatione hesterni& hodierni diei totum oratoris munus explicemus, dummodo illa res tanta sit, vt omnibus philosophorum libris, quos nemo oratorum istorum vnquam attigit, comprehensa esse videatur. Tum Catulus, Haud quaquam hercle,inquit, Crasse,mirandum est,esse in te tantam dicẽdi vel vim,vel suauitatem,vel copiam:quem quidé antea natura rebar ita dicere, vt mihi non solùm orator summus,sed etiam sapientissimus homo videretur:nunc intelligo, illa te semper etiam potiora duxisse, quæ ad sapiẽtiam spectarent,atque ex his hãc dicendi copiam fluxisse:sed tamen,cùm omneis gradus ętatis recordor tuæ,cúmque vitam tuam, ac studia considero: neque quo tempore ista didiceris,video,nec[f] magnopere te istis studiis, hominibus, libris[g], intelligo deditum: neque tamen possum statuere, vtrum magis mirer,te illa,quę mihi persuades maxima esse adiumẽta,potuisse in[h] tuis tãtis occupationibus perdiscere:an si nõ potueris, posse isto modo dicere. 15 ¶ Hic Crassus, Hoc tibi,inquit, Catule,primùm persuadeas velim, me nõ multo secus facere,cùm de oratore disputem,ac facerẽ,si esset mihi de histrione dicẽdum: negarẽ enim posse eum satisfacere in gestu, nisi palæstram, nisi saltare didicisset: neque,ea cùm dicerem, me esse histrionem necesse esset, sed fortasse non stultum alieni artificij existimatorem. Similiter nunc de oratore,vestro impulsu, loquor, summo scilicet.*Semper enim,quacunque de arte,aut facultate quæritur, de absoluta & perfecta quæri solet.* Quare si iam me vultis esse oratorem, si etiã sat bonũ, si bonum denique, nõ repugnabo: (quid enim nunc sim ineptus?Ita me existimari scio)quod si ita est, summus tamen certè non sum. neque enim apud homines res est vlla difficilior, neque maior,neque quæ plura adiumẽta doctrinæ desideret.Attamen quoniam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam necesse est, *vim e-*

nim, & natura rei, nisi perfecta ante oculos ponitur,qualis, & quanta sit, intelligi non potest. Me autem,Catule,fateor,neque hodie in istis libris,& cum istis hominibus viuere: nec[a] verò, id quod tu rectè commemenisti, vllum vnquam habuisse sepositũ tempus ad discendum,ac tantum tribuisse doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas,forenses[b] feriæ concesserint. At, si quæris, Catule, de doctrina ista quid ego sentiam, non tantum ingenioso homini, & ei, qui forum, qui curiam,qui causas,qui remp.spectet, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ij sumserunt, quos discenteis vita defecit. omnes enim artes aliter ab iis tractantur, qui eas ad vsum transferunt:aliter ab iis, qui ipsarũ artium tractatu delectati, nihil in vita sunt aliud acturi. Magister[c] hic Samnitium summa iam senectute est,& quotidie commentatur. nihil enim curat aliud. atqué velocius puer addidicerat. sed quòd erat aptus ad illud,totúq.cognorat,fuit, vt est apud Lucilĩũ,

---quamuis bonus ipse
Samnis in ludo,ac[e] rudibus cuiusq[f] satis asper.

sed plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari. Valerius quotidie cãtabat.erat enim scenicus.quid faceret aliud?At Numerius Furius,noster familiaris, cùm est commodum, cantat. est enim paterfamiliãs, est Eques Romanus. puer didicit,quod discendũ fuit. Eadem ratio est harum artium maximarũ. dies & nocteis virum summa virtute & prudẽtia videbamus,philosopho cùm operã daret. Q. Tuberonem.At eius auunculum vix intelligeres id agere,cùm ageret tamẽ, Africanum. Ista discuntur facilè,si & tantum sumas,quãtum opus sit, & habeas qui docere fideliter possit, & scias etiam ipse discere. Sed si tota vita nihil velis aliud agere: ipsa tractatio, & quæstio quotidie,ex se gignit aliquid, quod cũ desidiosa delectatione vestiges.ita fit,vt agitatione rerũ fit infinita cognitio[g]:facilis vsus doctrinam confirmet: mediocris opera tribuatur: memoria, studiúmq.permaneat[h]. Libet autem semper discere,vt si velim ego i talis optimè ludere, aut pilæ studio tenear, etiam fortasse si assequi non possim. at alij, qui prælarè faciunt,vehemẽtiùs, quàm causa postulat,delectantur,vt Titius pila,Brulla[k] talis. Quare nihil est,quòd quisquam magnitudinem artium ex eo, quòd senes discunt, pertimescat. namque aut senes ad eas accesserunt,aut vsque ad senectutẽ in studiis detinentur,aut sunt tardissimi. Res[l] quidé se mea sententia sic habet,vt,nisi quod quisque citò potuerit,nunquam omnino[m] possit perdiscere. 16 ¶ Iam,iam, inquit Catulus,intelligo, Crasse, quid dicas, & hercule assentior. satis video tibi homini ad perdiscendum acerrimo,ad ea cognoscenda,quæ dicis,fuisse temporis. 17 ¶ Pergisne, inquit Crassus, me quæ dicã,de me,nõ de re,putare dicere? Sed iam, si placet,ad instituta redeamus. 18¶ Mihi verò,Catulus inquit,placet. 19¶ Tum Crassus, Quorsum igitur hæc spectat,inquit, tam longa,& tam altè repetita oratio?hæc duæ partes, quæ mihi supersunt,illustrandæ orationis,ac totius eloquentiæ cumulandæ, quarum altera dici postulat ornatè, altera aptè, hanc habent vim, vt sit quàm maximè iucunda, quàm maximè in sensus eorum, qui au-

a L. Hic noster vulgo.
b L. in vtramque partem posse dicere.
c L. non æquis, moremq.
d Coracem, de quo hoc loco Nonius cap. 2. in Coracẽ 105. interpretatur coruum inepte. Corax enim hîc intelligitur P. B. Rhetor, de quo in Bruto & 3. Quintil. 1.*
e L. pullos suos excludere, è nido qui cuoleat.
f L. neque magnopere
g L. libris fuisse intelligo deditum:
h L. in tantis tuis

a *al.* neque verò
b *sort.* & forenses feriæ
c Magister Samnitium est gladiatorum magister: Samnites enim gladiatores. Vide Festum in Samnites.
d L. At Qu. P. CXLI. Velocius, puer didicerat. *al.* Velocius. vide Victorium 6. Var. 21. *al.* Qu. Vennonius, e Rudes bacilli quibus vel laniãtæ tebantur, vel exercẽdi causa pugnabãt quibus donabantur cùm à populo liberabantur.* f *vet.* causis *vel* cuuis, *vel* cunis. *Lipsi.* ciuis satis asper, *id est* nauus & experiens, 5. Antiquarum 2.* g *v. c.* cogitatio: *nõ placet.* h *al.* permaneat, libeat autem discere.* i *v. c.* talis ego k *v. c.* Brulla
l *v. c.* Res quidem mea sententia
m *v. c.* possit omnino

diunt, influat, & quàm plurimis sit rebus instructa. Instrumentum autem hoc forense, litigiosum, acre, tractū [a] ex vulgi opinionibus, exiguum sanè, atque mēdicum est. illud rursus ipsum, quod tradunt isti, qui profitētur se dicendi magistros, non [b] multo est maius, quàm illud vulgare, ac forense. Apparatu nobis opus est, & rebus exquisitis vndique, & collectis, arcessitis, comportatis, vt tibi, Cæsar, faciendum est ad annum: vt ego in ædilitate laboraui, quòd quotidianis, & vernaculis rebus satisfacere me posse huic populo nō putabam. Verborum eligendorum, & collocandorum, & concludēdorum facilis est vel ratio, vel, sine ratione, ipsa exercitatio. Rerum est sylua magna, quam cùm Græci iam non tenerent, ob eámque causam iuuentus nostra dediscceret pænè discendo, etiam Latini, *si diu placet*, hoc biennio magistri dicendi exstiterunt: quos ego CENS. edicto meo sustuleram: non quò (vt nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentium nollem, sed contrà ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiā. Nam [c] apud Græcos, qui cuiusmodi essent, videbam tamen esse, præter hanc exercitationem linguæ, doctrinam aliquam, & [d] humanitatem dignam scientia. hos verò nouos magistros nihil intelligebā posse docere, nisi vt auderēt: quod etiam cum bonis rebus coniunctum, per se ipsum est magnopere fugiendum. Hoc cùm vnū traderetur, & cùm impudētiæ ludus esset: putaui esse censoris, ne longiùs id serperet, prouidere. quanquam non hæc ita statuo, atque decerno, vt desperem, Latinè ea, de quibus disputauimus, tradi ac perpoliri. patitur enim & lingua nostra, & natura rerum, veterē illam, excellentémque prudentiam Græcorum, ad nostrum vsum, moremque transferri. sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt. sin quādo exstiterint: etiam Græcis erunt anteponēdi. *Ornatur* igitur oratio *genere* primùm, & quasi *colore* quodam, & *succo* suo. nam vt grauis, vt suauis, vt erudita sit, vt liberalis, vt [e] admirabilis, vt polita, vt sensus, vt dolores habeat, quantum opus sit, non est singulorum articulorum: *in toto spectantur hæc corpore.* Vt porrò conspersa sit quasi verborum, sententiarúmque floribus, *id non debet esse fusum aquabiliter per omnem orationem*, sed ita distinctum, vt sint quasi in ornatu dispositæ quædam insignia, & lumina. Genus igitur dicendi est eligendum, quod maximè teneat eos, qui audiant, & quod non solùm delectet, sed etiam sine satietate delectet. Non enim à me iam expectari puto, vt moneam, vt caueatis, ne exilis, ne inculta sit vestra oratio, ne vulgaris, ne obsoleta. aliud [f] quiddam magis & ingenia me hortantur vestra, & ætates. Difficile enim dictu est, quænam causa sit, cur [g] ea, quæ maximè sensus nostros impellunt voluptate, & specie prima acerrimè commouent, ab iis celerrimè fastidio quodam, & satietate abalienemur. Quantò colorū pulchritudine, & varietate floridiora sunt in picturis nouis pleraque, quàm in veteribus? quæ tamen etiam si primo adspectu nos ceperunt, diutius non delectāt: cùm iidē nos in antiquis tabulis illo ipso horrido, obsoletóq. teneamur. Quantò molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculę, quàm certæ, & seueræ? quibus tamen nō modò austeri, sed si sæpius fiunt, multitudo ipsa reclamat. Licet hoc videre in reliquis sensibus, vnguentis minus diu nos delectari, summa & acerrima suauitate conditis, quàm his moderatis: & magis laudari quod [a] terram, quàm quæ crocum [b] olere videatur. In ipso tactu esse modum & mollitudinis, & leuitatis. Quinetiā gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quíq. dulcitudine [c] præter ceteros sensus cōmouetur, quàm citò id, quod valde dulce est, aspernatur, ac respuit? quis potione vti, aut cibo dulci diutius potest? cùm vtroq. in genere ea, quæ leuiter sensum voluptate moueant, facillimè fugiāt satietatē. Sic omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitimū est, quo hoc minus in oratione miremur: in qua vel ex poetis, vel ex oratorib. possumus iudicare, cōcinnam, distinctā, ornatā, festiuā, sine intermissione, sine reprehēsione, sine varietate, quāuis claris sit colorib. picta vel poesis, vel oratio, non posse in delectatione esse diuturna. [d] Atque eo citiùs in oratoris, aut in poetæ cincinnis, [e] ac fuco offenditur, quòd [f] sensus in nimia voluptate natura, non mēte satiantur: in scriptis & in dictis non aurium solùm, sed animi iudicio etiam magis, infucata vitia noscūtur. Quare, BENE, & PRAECLARE, quāuis nobis sæpe dicatur: BELLE, & FESTIVE, nimium sæpe nolo, quanquam illa ipsa exclamatio, Nō potest melius, sit velim crebra: sed habeat tamē illa in dicēdo admiratio, ac summa laus vmbram aliquam, & recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, exstare, atque eminere videatur. Numquam agit hunc versum Roscius eo [g] gestu, quo potest,

Nam sapiens virtuti honorem, præmium, haud
præda petit:

sed abiicit prorsus, vt in proximos,

Equid video? ferro saptus possidet sedes? sacras
incidat, aspiciat, admiretur, stupescat. Quid ille alter?

Quid petam præsidij?

quàm leniter? quàm remisse? quàm non actuose? instat enim,

O pater, ó Patria, ó Priami domus.

In quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumta superiore motu, & exhausta. Neq. id actores priùs viderūt, quàm ipsi poetæ, quàm deniq. illi etiā, qui fecerūt modos, à quibus vtrisq. summittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur, variatur, distinguitur. Ita fit nobis igitur ornatus, & suauis orator, (nec tamen potest aliter esse, vt suauitatem habeat austeram, & solidā, non dulcem, atque decoctam. nam ipsa ad ornādum præcepta, quæ dantur, eiusmodi sunt, vt ea, quāuis vitiosissimus orator, explicare possit. Quare, vt antè dixi, primum sylua rerum ac sententiarum comparanda est, qua de parte dixit Antonius hæc formanda [k] filo ipso, & genere orationis, illuminānda verbis, variāda sententiis. Summa autem laus eloquentiæ est, *amplificare* rem ornando, quod valet non solùm ad augendum aliquid, & tollendum altiùs, dicendo, sed etiam ad extenuandum, atque abiiciendum. Id desideratur omnibus iis in locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius, vel cùm explanamus aliquid, vel cùm conciliamus animos, vel cùm concitamus. Sed in hoc quod

a *v.c.* tractū *non placet.* P. B.
b *lib. vulg & manuscr.* non multum est maius, *&c. non placet.*
c L. Nam apud Græcos, cuicuimodi essent, videbā. *al.* cuiuscuiusmodi.
d L. & humanitate digna scientiam.
e v. c. vt admirabilis,
f L. aliud quiddam magis & ing. g *fort.* cur, quæ
h *al.* ædes.
i L. summittitur aliquid, atque extenuatur. P. B.
k *al.* ornandā vt suprà.* l *al.* filo. *al.* succo ipso, vt suprà*
m L. oratione

a L. quæ terram, quàm quæ cr. ol. videantur. *al.* quæ ceram, quàm, *&c.* ita Plinius 17. cap. 5. hūc locū citans.* b sapere: ita Plinius *d. loco*, vbi notat Ciceronem maluisse dicere sapere, quàm redolere.* c q. v. c. *& nō nulli lib. vulg.* dulcedine] & ita legitur corruptè apud Nonium cap. 2. in Dulcitas & Dulcitudo. 215.* d L. fine respiratione, e *quidam legūt volant*, diuturnam. e *al.* cinnis ita apud Nonium cap. 6. in Cinnos & fucum. 13.* f L. quòd sensu in nimia v. n. s. satiatur: g L. eo, quo potest, gestu,

F. CLII.

quod postremũ dixi, amplificatio potest plurimùm, eáque vna laus oratoris est, & propria maxime. Etiam maior est illa exercitatio, quã extremo sermone instruxit Antonius (primo reiiciebat) laudandi, & vituperandi. Nihil est enim ad exaggerandam, & amplificandam orationem accommodatius, quàm vtrumque horũ cumulatissimè facere posse. Cõsequentur etiam illi *loci*, qui quanquam proprij causarum, & inhærẽtes in earum neruis esse debent, tamẽ quia de vniuersa re tractari solẽt, *communes* à veteribus nominati sunt: quorum partim[a] habent vitiorum, & peccatorũ acrem quandã cum amplificatione *incusationem*, aut querelam, contra quam dici nihil solet, nec potest vt in depeculatorem, in proditorẽ, in parricidam, quibus vti, confirmatis crimini-bus, oportet. aliter enim ieiuni sunt, atq. inanes: alij autem habent *deprecationem*, aut *miserationẽ*: alij verò *ancipites disputationes*, in quibus de vniuerso genere in vtramque partem disseri copiosè licet. Quæ exercitatio nunc propriæ duarum philosophiarum, de quibus antè dixi, putatur: apud antiquos erat eorum à quibus omnis de rebus forensibus dicendi ratio, & copia petebatur. De virtute enim, de officio, de æquo & bono, de dignitate, vtilitate, honore, ignominia, præmio, pœna, similibúsque[b] de rebus, in vtramque partem dicẽdi animos, & vim, & artem habere debemus. Sed, quoniam de nostra possessione depulsi, in paruo, & eo litigioso, prædiolo relicti sumus, & aliorum patroni, nostra tenere, tuerique non potuimus: ab iis, (quod indignissimũ est) qui in nostrum patrimonium irruperũt, quod opus est nobis, mutuemur. Dicũt igitur nunc quidẽ illi, qui ex particula parua vrbis, ac loci, nomen habent, & Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem, propter eximiam rerum maximarũ scientiam, à Græcis politici[c] philosophi appellati, vniuersorum rerum publicarum nomine vocabantur, omnem ciuilem orationem in horum alterutro genere versari, aut *definita controuersia* certis temporibus ac reis[d], hoc modo, placeátne à Karthaginiensib. captiuos nostros, redditis suis, recuperari: *aut*[e] *infinitè de vniuerso genere quærentis*, quid omnino de captiuo statuendum, ac sentiendũ sit. atque horum superius illud genus, causam, aut cõtroversiam appellãt, eámque tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiũt: hæc autẽ altera quæstio infinita, & quasi propositа, cõsultatio nominatur. atque hactenus loquũtur. Etiam[f] hac institutione diuisione vtũtur, sed ita, non vt iure, aut iudicio, vt[g] denique recuperare amissam possessionem, sed vt ex iure ciuili, furculo defringẽdo, vsurpare videantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum, obtinẽt, atque idipsum lacinia. Nunc enim apud Philonem, quem in Academia maximè vigere audio, etiam harum iam causarum cognitio, exercitatióque celebratur. Alterum verò tantummodò in prima arte tradẽda nominant, & oratoris esse dicunt: sed neque vim, neque naturam eius, nec partẽis, nec genera proponũt, vt præteriri omnino fuerit satius, quàm[h] attentatũ deseri. nunc enim inopia retinere intelliguntur, tum iudicio viderẽtur. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigẽdi, de qua quæri & disceptari potest, siue in infinitis consultationibus disceptatur, siue in iis causis, quæ in ciuitate, & in forensi disceptatione versantur: neque est vlla, quæ non aut ad *cognoscendi*, aut ad *agendi* vim, rationémq. referatur. nam aut ipsa cognitio rei, scientiáque perquiritur, vt, Virtus suámne propter dignitatẽ, an propter fructus[a] aliquos expetatur: aut agendi consilium exquiritur, vt, Sítne sapienti capessenda resp. ¶ *Cognitionis* autem *tres modi*, cõiectura, definitio, &, vt ita dicam, cõsecutio. Nam, quid in re sit, *coniectura* quæritur, vt illud, Sítne in humano genere sapiẽtia. Quam autem vim quęque res habeat, *definitio* explicat: vt, si quæratur, quid sit sapiẽtia. *Consecutio* autem tractatur, cùm, quid quámque rem sequatur, inquiritur: vt illud, Sítne aliquando mentiri boni viri. ¶ Redeunt rursus ad *coniecturam*, eámquein quattuor genera dispertiũt. nã aut *quid sit*, quæritur, hoc modo: Naturáne sit ius inter homines, an opinionibus: aut, *quæ sit origo* cuiusq. rei: vt quod sit initium legum, aut rerum publicarũ: aut *causa, & ratio*: vt, si quæratur, cur doctissimi homines de maximis rebus dissentiant: aut de *immutatione*: vt, si disputetur, nũ interire virtus in homine, aut num in vitium possit cõuerti. Definitionis autẽ sunt disceptationes, vt, cùm quæritur, *quid in communi mente quasi impressũ sit*: vt, si differatur[b], ídne sit ius, quod maximæ parti sit vtile: aut, cùm, *quid cuiusque sit proprium*, exquiritur, vt ornatè dicere, propriúmne sit oratoris, an id etiã aliquid[c] præterea possit: aut, *cùm res distribuitur in partes*, vt si quæratur, quot sint genera rerum expetendarum: aut, sintne tria, corporis, animi, externarúmque rerum: aut, cùm, *quæ forma, & quasi naturalis nota cuiusque sit*, describitur, vt, si quæratur auari species, seditiosi, glorioſi. ¶ *Consecutionis* autem duo prima quæstionũ genera ponuntur. nam aut *simplex* est disceptatio, vt, si differatur, expetendáne sit gloria: aut *ex cõparatione*, laus, an diuitiæ magis expetẽdæ sint. Simplicium autem sunt tres modi, *de expetendis, fugiendísve rebus*, vt, expetendíne honores sint, num fugienda paupertas: de *æquo, aut iniquo*, æquúmne sit vlcisci iniurias etiã propinquorum: de *honesto, aut turpi*, vt hoc, sítne honestum, gloriæ causa mortem obire. ¶ Comparationis autem duo sunt modi: vnus, cùm, *idemne sit, an aliquid interſit*, quæritur: vt metuere, & dvereri: vt rex, & tyrannus: vt assentator, & amicus: alter, cùm, *quid præstet* aliud alij, quæritur: vt illud, optimíne cuiusque sapientes, an populari laude ducantur. ¶ Atque eæ quidem disceptationes, quę ad cognitionem referuntur, fic ferè à doctissimis hominibus describuntur. *Quæ* verò *referuntur ad agendũ*, aut in officij disceptatione versantur, quo in genere, quid rectũ, faciendúmque sit, quæritur: cui loco omnis virtutum, & vitiorum est sylua subiecta: aut in animorum aliqua permotione aut gignenda, aut sedanda, tollẽdáve tractantur. huic generi subiectæ sunt cohortationes, obiurgationes, cõsolationes, miserationes, omnisque ad omnem animi morum[e] & impulsio, &, si ita res feret, mitigatio. Explicatis igitur his generibus, ac modis disceptationũ omnium, nihil sanè ad rem pertinet, si qua in re discrepauit ab Antonij diuisione nostra partitio. eadem enim sunt mẽbra in vtrisq. disputationibus, sed paullo secus à me, atque ab illo, partita, ac distributa.

a partim, pro, alij. ¶ nam & sensus id exigit: & sequens, alij, id etiam cuincit.*

b L. similibúsque reb.

c Politici Philosophi, vt supra nu. P. CLIII. mero 13.*

d *al.* rebus.*

e L. aut infinita de vniuerso genere quæstione, quid

f sort. Rhetores etiam hac instit.

g L. aut vi denique ¶ *al.* aut denique*

h L. quàm ac tactum. ¶ *al.* ac tantum: *al.* ad tantũ.*

a *al.* fructus aliquem

b *al.* defera-tur: *al.* disqui-ratur. *al.* quæratur.*

c *v.c.* aliquis præterea facere possit.

d L. & vereri: rex, & tyran-nus: all.

e *al.* morum impulsio?

Nũc ad reliqua progrediar, méque ad meum munus, penſúmque reuocabo. Nam ex illis locis, quos expoſuit Antonius, omnia ſunt ad quæque genera quæſtionum argumenta ſumenda: ſed aliis generibus alij loci magis erunt apti: de quo non tam quia longum eſt, quàm quia perſpicuũ, dici nihil eſt neceſſe. *Ornatiſſimæ ſunt igitur orationes eæ, quæ latiſſimè vagantur*, & à priuata, ac ſingulari controuerſia ſe ad vniuerſi generis vim explicandam conferunt, & conuertũt, vt ij, qui audiant, natura, & genere, & vniuerſa re cognita, de ſingulis reis, & criminibus, & litibus ſtatuere poſſint. Hanc ad cõſuetudinem exercitationis vos[a], adoleſcentes, eſt cohortatus Antonius, atque à minutis, anguſtiſque concertationibus ad omnem vim, varietatémque vos differendi traducẽdos putauit. Quare nõ eſt paucorum libellorum hoc munus, vt ij, qui ſcripſerunt de dicẽdi ratione, arbitrati ſunt, neque Tuſculani, atque huius ambulationis antemeridianæ, aut noſtræ pomeridianę ſeſſionis. Non enim ſolùm acuenda nobis, neque procudenda[b] lingua eſt, ſed onerandum, complendúmque pectus maximarum rerum, & plurimarum ſuauitate, copia, varietate. Noſtra eſt enim (ſi modò nos oratores ſumus, ſi in ciuiũ diſceptationibus, ſi in periculis, ſi in deliberationibus publicis adhibẽdi auctores & principes ſumus) noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentiæ, doctrinæque poſſeſſio, in quã homines, quaſi caducam[c], atque vacuam[d], abundãtes otio, nobis occupatis, inuolauerũt, atque etiam aut irridentes oratorem, vt ille in Gorgia Socrates, cauillãtur, aut aliquid de oratoris arte paucis præcipiunt libellis, cóſq. rhetoricos inſcribunt, quaſi non illa ſint propria rhetorum, quæ ab iiſdem de iuſtitia, de officio, de ciuitatibus inſtituendis, & regẽdis, de omni viuendi, deniq. etiam de naturæ ratione dicantur. Quæ quoniam iam aliunde non poſſumus, ſumẽda ſunt nobis ab iis ipſis, quibus[e] expilati ſumus, dummodò illa ad hãc ciuilem ſcientiam, quò pertinent, & quam intuentur, transferamus: neque (vt antè dixi) omnem teramus in his diſcendis rebus ætatẽ, ſed, cùm fonteis viderimus, quos niſi qui celeriter cognorit, nunquam cognoſcet omnino, tum quotieſcunque opus erit, ex iis tantum, quãtum res poſcet, hauriemus[f]. Nam neque tam eſt acris acies in naturis hominum, & ingeniis, vt res tantas quiſquam, niſi monſtratas, poſſit videre: neque tanta tamen in rebus obſcuritas, vt eas non penitus acri vir ingenio cernat, ſi modò adſpexerit. In hoc igitur tanto, támque[g] immenſo campo, cùm liceat oratori vagari liberè, atque vbicumq. conſtiterit, conſiſtere[h] in ſuo, facilè ſuppeditat omnis apparatus, ornatúſque dicendi. Rerum enim copia verborum copiam gignit: &, ſi eſt honeſtas in rebus ipſis, de quibus dicitur, exſiſtit ex rei natura quidam ſplendor in verbis. ſit modò is, qui dicet, aut ſcribet, inſtitutus liberaliter educatione, doctrinãque puetili, & flagret ſtudio, & à natura adiuuetur, & in vniuerſorum generum infinitis diſceptationibus exercitatus: ornatiſſimos ſcriptores, oratoréſque ad cognoſcendum, imitandúmque cognorit[i]: næ[k] ille haud ſanè, quemadmodum verba ſtruat, & illuminet, à magiſtris iſtis requiret. Ita facilè in rerum abundantia ad orationis ornamẽta[l] ſine dubitatione, natura ipſa, ſi modò eſt exercitata, habebitur[m]. 20 ¶ Hìc Catulus, Dij immortales, inquit, quantam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam, Craſſe, complexus es, quantíſque ex anguſtiis oratorem educere auſus es, & in maiorum ſuorum regno collocare? Namque illos veteres doctores, auctoréſque dicendi nullum genus diſputationis à ſe alienum putaſſe accepimus, ſempérq. eſſe in omni orationis tatione[b] verſatos, ex quibus *Eléus*[c] *Hippias*, cùm Olympiam veniſſet, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus eſt, cuncta pœnè audiẽte Græcia, nihil eſſe vlla in arte rerũ omnium, quod ipſe neſciret: nec ſolùm has artes, quibus liberales doctrinæ, atque ingenuæ continerẽtur[d], geometriam, muſicam, litterarum cognitionem, & poetarum, atque illa, quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebuſpubl. dicerẽtur[e]: ſed[f] annulũ, quem haberet: pallium, quo amictus: ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. Scilicet nimis[h] hìc quidem eſt progreſſus, ſed ex eo ipſo eſt coniectura facilis, quãtum ſibi illi ipſi oratores de præclariſſimis artibus appetierint, qui ne ſordidiores quidẽ repudiarint. Quid de *Prodico* Chio[i]? quid de *Thraſimacho* Chalcedonio, de *Protagora* Abderita loquar? quorum vnuſquiſque plurimum tẽporibus illis, etiam de natura rerũ & diſſeruit, & ſcripſit. Ipſe ille *Leontinus*[k] *Gorgias*, quo patrono (vt Plato voluit) philoſopho ſuccubuit orator, qui aut non eſt victus vnquam à Socrate, neque[l] ſermo ille Platonis verus eſt: aut, ſi eſt victus, eloquentior videlicet fuit, & diſertior Socrates, &, vt tu appellas, copioſior, & melior orator. Sed hic in illo ipſo Platonis libro, de omni re, quæcunque in diſceptationem, quæſtionémque vocaretur, ſi copioſiſſimè dicturum eſſe profitetur: iſque princeps ex omnibus auſus eſt in conuentu poſcere, quam[m] de re quiſque vellet audire: cui tantus honos habitus eſt à Græcia, ſoli vt ex omnibus, Delphis nõ inaurata ſtatua, ſed aurea ſtaueretur. Atque ij, quos nominaui, multíque præterea ſummi dicendi doctores vno tempore fuerũt: ex quibus intelligi poteſt, ita ſe rem habere, vt tu, Craſſe, dicis: oratoríſque[n] nomẽ apud antiquos in Græcia maiore quadam vel copia, vel gloria floruiſſe. Quo quidem magis dubito, tibíne plus laudis, an Græcis vituperationis eſſe tribuendum ſtatuam: cùm tu in alia lingua, ac moribus natus, occupatiſſima in ciuitate, vel priuatorum negotiis pænè omnibus, vel orbis terræ procuratione, ac ſummi imperij gubernatione diſtrictus, tantã vim rerum, cognitionémq. comprehẽderis, eámque omnem cum eius, qui conſilio, & oratione in ciuitate valeat, ſcientia, atque exercitatione ſociaris: illi nati in litteris, atdentéſque his ſtudiis, otio verò diffluentes, non modò nihil acquiſierint, ſed ne relictum quidem, & traditum, & ſuum cõſeruauerint[o]. 21 ¶ Tum Craſſus, Non in hac, inquit, vna, Catule, ſed in aliis etiam compluribus, diſtributione partium, ac ſeparatione magnitudines ſunt artium diminutæ[p]. An tu exiſtimas, cùm eſſet Hippocrates ille Cous, fuiſſe tum alios medicos, qui morbis, alios, qui vulneribus, alios, qui oculis[q] mederentur? num geometriam Euclide, aut Archimede, nũ muſicam Damone, aut Ariſtoxeno, num ipſas litteras

a L. vos adoleſcentes.

P. CLIII.

b procudere eſt dilatare, producere. Nonius 1. in Procudere 677.*

c Caduca poſſeſſio quæ aliqua ex cauſa cadit in fiſcum. *Vlp. & Cod. de caduc.* l. 3. ff. de his quæ teſtam. delentur: l. 9. ff. de Flauiano.*

d Vacua poſſeſſio, quæ à nemine detinetur. dixi ad l. 68. in fi. ff. de contr. empt.*

e al. à quibus compilati ſumus.

f L. hauriamus.

g fort. immẽſóque c. ‖ al. tam immenſóque.*

h fort. in ſuo ſiſtere.

i L. legerit.

k al. ne. & ita ſcribi legimus apud Diomedem lib. 1. Donatum prologo Andriæ.* l al. ornamenta, duce natura ipſa.*

m Idem lib. 1. ſuprà & 2. de finibus bonorum in prin. Plato in Gorgia 33. Plin. 4. 8. *Valer.* 14.*

n Oratoris nomen apud antiquos celebre.*

o L. conſeruarint.

p al. deminutæ. P. CLV.

q L. oculis, alios, qui oculis medicinam.

teras Aristophane, aut Callimacho tractante, tam disceptas fuisse, vt nemo genus vniuersum complecteretur, atque vt alius aliam sibi partem, in qua elaboraret, seponeret? Eadem sæpe hoc audiui de patre, & de socero meo, nostros quoque homines, qui excellere sapientiæ[a] gloria vellent, omnia, quæ quidem tum hæc ciuitas nosset, solitos esse complecti. Meminerant illi Sex. Ælium, M. verò Manlium[b] nos etiam vidimus transuersos[c] ambulantem forum: quod erat insigne, eum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam: ad quos olim & ita ambulanteis, & in solito sedenteis domi, sic adibatur, non solùm vt de iure ciuili ad eos, verùm etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omnium denique aut officio aut negotio referretur. Hæc fuit P. Crassi illius veteris, hæc T. Coruncani hæc proaui, generi mei, Scipionis, prudentissimi hominis, sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerût, vt ad eos de omnibus diuinis, atque humanis rebus referretur: iidémque & in senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi, & militiæ consilium suum, fidémque præstabant. Quid enim M. Catoni, præter hanc politissimam doctrinam transmarinâ, atque aduentitiam, defuit? num, quia ius ciuile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere, iuris scientiam negligebat? At[e] vtroque in genere & laborauit, & præstitit, num propter hanc ex priuatorum negotiis collectam gratiam tardior in rep. capessenda fuit? nemo apud populum fortior, nemo melior senator: idem facilè optimus imperator denique nihil in hac ciuitate temporibus illis sciri, discíve potuit, quod ille non cùm inuestigarit, & scierit, tum etiam conscripserit. Nunc contrà plerique ad honores adipiscendos, & ad[f] remp. gerendam nudi veniunt, atque[g] inermes, nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Sin aliquis excellet[h] vnus è multis, effert se, si vnum aliquid affert, vt bellicam virtutem, aut vsum aliquem militarem: quæ sanè nunc quidem obsoleuerunt: aut iuris scientiam, nec eius quidem vniuersi: nam pontificium, quod est coniunctum, nemo discit: aut eloquentiam, quam in clamore, & in verborum cursu positam putant: omnium verò bonarum artium, denique virtutum ipsarum societatem, cognationémque non norût. Sed, vt ad Græcos referam orationem, (quibus cauere in hoc quidem sermonis genere nô possumus: nam vt virtutis à nostris, sic doctrinæ sunt ab illis exemplа petenda) septem[i] fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes & haberentur, & vocarentur. hi omnes, præter Milesium Thalem, ciuitatibus suis præfuerunt. Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cuius eloquentia litteris institutior fuisse traditur, quàm Pisistrati? qui primus Homeri libros, confusos antè, sic disposuisse dicitur, vt nunc habemus. Non fuit ille quidem ciuibus suis vtilis[m], sed ita eloquentia floruit, vt litteris, doctrináque præstaret. Quid Pericles? de cuius dicendi copia sic accepimus, vt, cùm contra voluntatem Athenienſium loqueretur pro salute patriæ, feuerius tamen id ipsum, quod ille contra populares homines diceret, populare omnibus, & iucundum videretur: cuius in labris veteres comici, etiam illi malè dicerent (quod tum Athenis fieri licebat) lepórem habitasse dixerunt: tantámque in eo vim fuisse, vt in eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. At hunc non declamator[a] aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed[b], vt accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras[c], vir summus in maximarum rerum scientia. Itaque hic doctrina, consilio, eloquentia excellens, quadraginta annos præfuit Athenis & vrbanis, eodem tempore, & bellicis rebus. Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti, atque eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi? Quis Dionem[d] Syracusium doctrinis omnibus expoliuit? non Plato? atque eum idem ille non linguæ solùm, verùm etiam animi, ac virtutis magister, ad liberandam patriam impulit, instruxit, armauit. Aliísne igitur artibus hunc Dionem instituit Plato, aliis Isocrates clarissimum virum Timotheum[e], Cononis, præstantissimi imperatoris, filium, summum ipsum imperatorem, hominémque doctissimum? aut aliis Pythagoréus ille Lysias[f] Thebanum Epaminondam, haud scio an summum virum omnis Græciæ? aut Xenophon[g] Agesilaum? aut Philolaum Architas Tarentinus? aut ipse Pythagoras totam illam veterem Italiæ Græciam, quæ quondam magna vocitata est? Equidem non arbitror. Sic enim video, vnam quandam omnium rerum, quæ essent homine erudito dignæ, atque eo, qui in repub. vellet excellere, fuisse doctrinam: quam qui accepissent, si iidem ingenio ad pronuntiandum valuissent, & se ad dicendum quoque, non repugnante natura, dedissent, eloquentia præstitisse. Itaque ipse Aristoteles, cùm florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quòd ipse suas disputationes à causis forensibus, & ciuilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutauit repentè totam formam propè disciplinæ suæ, versúmque quendam de Philoctetа paullo secus dixit. Ille enim turpe[h] sibi ait esse tacere cum[i] Barbaris: hic autem, cùm Isocratem pateretur dicere. Itaque ornauit, & illustrauit doctrinam illam omnem: rerúmque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Neque verò hoc fugit sapientissimum regem, Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta, & loquendi. Nunc siue[l] qui volet, eum philosophum, qui copiam nobis rerum, orationésque tradat, per me appellet oratorem licet: siue hunc oratorem, quem ego dico sapientiam iunctam habere eloquentiæ, philosophum appellare malit[m], non impediam: dummodò hoc constet, neque infantiam[n] eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat: neque inscitiam[o] illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum sit optandum, malim[p] equidem indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem. Sin quærimus, quid vnum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est, quem si patiuntur eundem esse philosophũ:

a sapientes qui.*

b L. Manliũ Transuerso ambulantes foro facere ciuibus consilij copiam solebant Iurisperiti.*

c Transuerso ambulantes foro facere ciuibus consilij copiam solebant Iurisperiti.*

d Iurisconsulti quibus de negotiis consuli soliti*

e L. Arqui vtroque in genere & elabor. ‖ al. atquiab vtroq. al. quia vtroque. al. quin vtroque.*

f Ad rempublicam gerendam hæ artes maximè necessariæ, vsus militaris, iuris scientia, Ius pontificũ, eloquentia, omnes bonæ artes, & virtutes*

g v. c. vnus atq; inermi,

h L. excellit vnus è m. & ita R. Steph.

i Ius pontificium coniunctum iuri ciuili.*

k L. exempla repetenda) & ita v. c.

l Septem sapientes.*

m Valer. l. 5. c. 3. refert Athenienses Pisistrati eloquentia captos, ei regium imperium permisse.*

a al. clamãtor

b summi in Republica viri. præceptoribus summis Philosophis vsi, Pericles, Anaxagoras, Critias & Alcibiades, Socrate: Dio, Platone: Timotheus, Isocrate: Epaminondas, Lysia: Agesilaus, Xenophonte: Philolaus, Archyta: vetus Græcia, Pythagora: Alexander, Aristotele.*

c Vide Plutarchum in Pericle. Diodorum 12. Ciceronem in Bruto, numero 33. & in Oratore 8. Val. 9.*

d Vide Plut. in Dione: Ciceronem 1. Offic. in fin.*

e vide Æmilium Probũ in Timotheo*

f L. Lysis. ‖ ita apud Æmiliũ Probũ in Epaminonda.*

g adde Æmilium Probũ in Agesilao.*

h al. Turpe sibi ait fuisse dicere, cùm loquiũtur Barbari? al. Turpe sibi ait esse dicere cum Barbaros loquiũtur. al. Turpe sibi ait esse cum Barbaros: hic autem cùm Isocratem pateretur dicere: sumpta ista est à Græcis apud quos hic versus.

P. C. L. V.

αἰσχρὸν μὲν φιλοκτήτην σιωπᾶν, ὅταν βάρβαροι λέγωσι. & Aristoles. αἰσχρὸν μὲν οὖν φιλοκτήτην σιωπᾶν, ὅταν βάρβαροι λέγωσιν. Laertius autem scribit Aristotelem id carmen de Xenocrate protulisse. facit Cicero libro 2. Tusculanar.*

i for. cùm loquantur Barbari: le al. & eloquendi.

k Infans. 275.

l al. sive quis

m L. malet,

n eitat hunc locum Nonius c. 2. in Infans.*

o L. inscientiam ‖ al. scientiam & ita Nonius legit citans hunc locum c. 2. in Infans.*

p lib. vnic. malim quidem.

sublata cõtrouersia est,sin eos disiungẽt: hoc erunt inferiores,quòd in oratore perfecto in est illorum omnis scientia, in philosophorũ autem cognitione non continuò ineſt eloquentia, quæ quamuis contemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem cumulum illorũ artibus afferre videatur. 22 ¶Hæc cùm Crassus dixisset,prorumpit & ipse conticuit,& ceteris silentium fuit. 23 ¶ Tum Cotta, Equidem,inquit, Crasse, non possum queri, quòd mihi videare aliud quiddam,& non id,quod susceperis,disputasse. plus enim aliquanto attulisti,quàm tibi esset tributum à nobis,ac denuntiatum. Sed certè hæ[a] partes fuerunt tuæ, de illustrãda oratione vt diceres, & eras ipse iam ingressus,atque in quattuor[b] parteis omnem orationis laudem[c] descripseras[d]: cúmq; de duabus[e] primis nobis quidem satis, sed,vt ipse dicebas, celeriter,exiguéq. dixisses, duas tibi reliquas feceras, quemadmodum primũ *ornate*, deinde etiam *aptè* diceremus: quò cùm ingressus fesses,repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atq. in altum à conspectu pænè omnium abstraxit[g], omnémque rerum scientiam cõplexus, non tu quidem eam nobis tradidisti (neque enim fuit tam exigui temporis:) sed, apud hos quid profeceris,nescio:me quidem in Academiam totũ compulisti: in qua velim sit illud, quod sæpe posuisti, vt non necesse sit cõsumere ætatem, atque vt possit is illa omnia cernere,qui tantũmodò adspexerit: sedh etiam si est aliquanto spissius, aut si ego sum tardior,profectò nunquam conquiescam,neque defatigabor antè,quàm illorũ ancipiteis vias, rationésque & pro omnibus, & contra omnia disputandi,percepero. 24¶ Tum Cæsar,Vnũ,inquit, me ex tuo sermone maximè, Crasse,commouit,*quòd eum negasti,qui non citò quid didicisset,vnquam omnino posse perdiscere:* vt mihi non sit difficile perielitari,& aut statim percipere ista, quæ tu verbis ad cælum extulisti:aut,si non potuerim,tempus non perdere,cùm tamen his nostris possim esse contentus. 25¶Hìc Sulpicius,Ego verò,inquit,Crasse,neque Aristotelem istum, neque Carneadem,nec[i] philosophorum quenquam desidero.vel me licet existimes desperare posse ista perdiscere,vel,id quod facio,cõtemnere:mihi rerum forensium, & communium vulgaris hæc cognitio,satis magna est ad eam,quã spectо, eloquentiam, ex qua ipsa tamen permulta nescio:quæ tum denique,cùm causa aliqua,quæ à me dicenda est,desiderat,quæro. Quãobrem,nisi fortè es iam defessus,& si tibi non[k] graues sumus,*vefir ad illa te,quæ ad ipsius orationis laudem*[l]*, ſp'endorémque pertinent:* quæ ego ex te audire volui, non vt desperarẽ me eloquentiam consequi posse, sed vt aliquid addiscerem. 26¶Tum Crassus, Perulgatas res requiris,inquit,& tibi non incognitas,Sulpici.quis enim de isto genere non docuit, nõ instituit, non etiam scriptum reliquit? sed[m] geram morem,& ea duntaxat,quæ mihi nota sunt,breuiter exponam[n] tibi: censebo tamen ad eos,qui auctores, & inuentores sunt harũ sanè minutarum rerum,reuertendum. ¶*Omnia* igitur *oratio conficitur ex*[o] *verbo:* quorum primùm nobis ratio simpliciter videnda est, deinde coniunctè. Nam est quidam *ornatus orationis qui ex singulis verbis* est:alius,qui ex continuatis,coniunctísque constat. Ergo vtemur verbis aut iis,quæ propria sunt,& certa quasi vocabula rerũ, pænè vnà natа cũ rebus ipsis: aut iis, quæ transferuntur, & quasi alieno in loco collocantur:aut iis,quæ nouamus,& facimus ipsi. In *proprijs* est igitur verbis illa laus oratoris, vt abiecta,atque obsoleta fugiat: lectis atque illustribus vtatur, in quibus plenũ quiddam, & sonans ineſse videatur. Sed[a] in hoc verborum genere propriorum delectus[b] est quidam habendus,atque is aurium quodã iudicio ponderandus: in quo consuetudo etiã pænè loquendi,valet plurimùm.Etiã hoc, quod vulgò de oratoribus ab imperitis dici solet. Bonis is verbis, aut aliquis non bonis vtitur,non arte aliqua perpenditur,sed quodã quasi naturali sensu iudicatur:in quo non magna laus est vitare vitium. (quanquam id est magnũ)verùm[c] hoc quasi solum quoddam atque fundamentum est, verborum vsus& copia bonorum. Sed quid ipse ædificet orator, & in quo adiungat artem,id[d] esse à nobis quærendum,atque explicandũ videtur. Tria sunt igitur in verbo simplici,quæ orator afferat ad illustrandam,atque exornandam orationem: aut inusitatum verbũ, aut nouatũ, aut translatum. *Inusitata* sunt,prisca ferè,ac vetusta,& ab vsu quotidiani sermonis iamdiu intermissa,quæ sunt poetarũ licentiæ liberiora,quàm nostra: sed tamen rarò habet etiam in oratione poeticum [e]aliquod verbum dignitatem. neque enim illud fugerim dicere,vt Cœlius, Qua tempestate Pœnus in Italiam venit:nec[e] prolem,aut soboleм,aut effari,aut nuncupari:aut,vt tu soles,Catule,non rebar,aut opinabar:& alia multa, quibus loco positis, grandior, atque antiquior oratio sæpe videri solet. *Nouantur* autem verba,quæ ab eo,qui dicit,ipso gignuntur,ac fiunt:vel coniungendis verbis,vt hæc,

Tum[f] *pauor ſapientiam mihi omnem ex*[g] *animo expectorat.*

Num[h] *non vis huius me verſutiloquas*[i] *malitias.*

Videtis enim & verſutiloquas,& expectorat,ex coniunctione facta esse verba,non nata.Velk sæpe sine coniunctione verba nouantur, vt ille sensus disertus indigenitalis, vt, bacarum vbertate incurueſcere[l].

Tertius ille modus transferendi verbi latè patet, quem necessitas genuit inopia[m] coacta,& angustiis:pòst autem delectatio, iucunditásque celebrauit.nam Vt vestis frigoris depellendi causa reperta primò, pòst adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis,& dignitatem:sic verbi translatio,instituta est inopiæ causa,frequentata delectationis.Nam gemmare viteis, luxuriem esse in herbis,lætas[n] segetes,etiam rusticì dicunt. quod enim declarari vix verbo proprio potest, id translato cùm est dictũ, illustrat id,quod intelligi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus,similitudo.Ergo hæ translationes, quasi mutationes sunt, cùm, quod non habeas,aliunde sumas. Illæ paullo audaciores,quæ non inopiam indicãt, sed orationi splendoris aliquid accersunt[o]. quarum ego,quid vobis aut inueniendi ratio nem aut genera ponam? Similitudinis[p] est ad verbum vnum contracta breuitas, quod verbum in alieno loco,tanquam in suo positum si agnoscitur,delectat: si [q] simile nihil habet, repudiatur.Sed ea transferri oportet,quæ aut *clariorem* faciunt rem,vt illa omnia,Inhorrescit[r] mare,

a L. & hę partes
b hoc est vt Latinè,planè ornate & aptè seu congruenter diceremus.*
c *fort.* descripseras:
d supra numero 6.*
e hoc est vt Latinè & plane dicamus.*
f vide supra num.9.*
g L.abstraxit. Omnem enim rerũ sc.
h *fort.*sed siue est aliquanto spissius, siue etiã ego sum tard.
i L. B.
i *fort.* neque phil.
k L. graues non s.
JDE ORNATV ORATIONIS*
l DE ORNATV singulorũ verborũ.*
m L.sed gerã tibi morem,
n L. exponã. censẽ.
a L. Et enim in hoc verbo.
b L. dilectus est q.
c L. verum tamen,
d L. id esse nobis quær.
e L. nec prolem,aut subolem,aut fori, aut n. & ita Festus in suboles.*
f versus Ennij vide 4. Tusc.*
g *al.* exanimato. *al.* exanimo. malè apud Nonũ ex animo. c.2. in expectorare 52.*
h *al.* Núquid verò nõ vis P. CLVII.
i idem Nonius c.2. in ver. subtiloquas.922.*
k L. Vel sine coniunctione,vt illud diserti senis: Dij genitales: vt illud, Bacarum vbertate incuruiscere. ¶ disertus autem senex hic,Ennius, cuius versus.1.Tusculana.& à Nonio c.2.in Incuruiscere. 412. Dij autẽ genitales repositũ & emendatũ hîc. Est enim similis versus Ennij Iupiter in cœlo cum diis genitalibus suis quod Degit.*
l *al.* incuruiscere. Nonius d.loco.*
m L. inopia coacta primò,& ang.
n Virgil.l.1. Georgi.*
o L. arcessit.
p L. Translatio omnis,similitudinis est &c.
q *fort.* sin similil.
r versus Pacuuii qui referuntur lib.2. de diuinat.*

Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbum
accæcat nigror,
Flamma inter nubes coruscat, calum tonitru
contremit,
Grando mista imbri largissimo subita præcipitat
cadit:
Undique omnes venti erumpunt, sæui exsistunt
turbines:

Feruet [a] *æstu pelagus.* Omnia ferè quo essent clariora, translatis per similitudinem verbis dicta sunt. Aut [b] *quo significetur magis res tota*, siue facti alicuius, siue consilij, vt ille, qui occultantem [c] consultò, ne id, quod ageretur, intelligi posset, duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat,

Quandoquidem iste circumuectit dictis, sapit sedulò.

Nonnunquam etiam *breuitas* translatione cõficitur, vt illud, Si de telum manu [c] fugit. Imprudentia teli emissi breuiis propriis verbis exponi nõ potuit, quàm est vno significata trãslato. Atque [f] hoc in genere perspæpe mihi admirandum [g] videtur, quid sit, quòd omnes translatis, & alienis magis delectãmur verbis, quàm propriis, & suis. Nam si res suum nomẽ & proprium vocabulum non habet, vt pes in naui, vt nexumi, quod per libram agitur, vt in vxore diuortium [k]: necessitas cogit, quod non habeas, aliũde sumere: sed in suorum verborum maxima copia, tamen homines aliena multo magis, si sunt ratione translata, delectãt. Id accidere credo, vel quòd ingenij specimen est quoddam, trãsilire ante pedes posita, & alia lõgè repetita sumere: vel quòd is, qui audit, aliò ducitur cogitatione, neque tamen aberrat: quæ maxima est delectatio: vel quòd singulis verbis res, ac totum simile cõficitur: vel quòd omnis translatio, quæ quidẽ sumta ratione est, ad sensus ipsos admouetur, maximè oculorum, qui est sensus acerrimus. Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo [l] orationis, sunt [m] ducta à ceteris sensibus. Illa verò oculorum multo acriora, quæ ponunt pænè in conspectu animi, quæ cernere & videre non [n] possimus. Nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in aliis rebus possimus vti vocabulo & nomine. vnde enim simile duci potest, (potest autẽ ex omnibus) indidem verbum vnum, quod similitudinem cõtinet, translatũ, lumẽ affert [o] orationi. Quo in genere primum fugienda est *dissimilitudo.*

-cæli pingentes fornices.

Quamuis sphæram in scenam [q] (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. *Viue Vlysses, dum licet:*

Oculũ postremum lumen radiatum rape.

non dixit, cape, non, pete: haberet enim moram sperantis diutiùs esse [r] se victurum: sed rape hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, dum licet. Deinde videndum est. *ne longè simile sit ductum.* Syrtim patrimonij, scopulum libentiùs dixerim Charybdim bonorum, voraginem potiùs. facilius enim adea quæ visa quàm ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. Et, quoniam hæc vel summa laus est verbi [s] transferendi, vt sensim feriat id, quod translatum sit, *fugienda est omnis turpitudo earum rerũ, ad quas eorum* [t] *animos, qui audiũt, trahet similitudo.* Nolo, morte dici Afri cani castratam esse remp. nolo stercus curiæ dici Glauciam. quãuis sit simile, tamen est in vtraq deformis cogitatio similitudinis. *Nolo esse aut maius, quàm res postulet*, Tempestas comessationis [a]: aut minus: comessatio [b] tempestatis. *Nolo esse verbum angustius id, quod translatum sit, quàm illud proprium, ac suum,*

-Quid tum est, obsecrò quid te adiri abnuit [c]?

Melius esset, vetas, prohibes, absterres: quoniam ille dixerat,

Illico [d] *istic, Ne cõtagio mea bonis, vmbráve obsit.*

Atque etiam *si vereare, ne paullo durior translatio esse videatur, mollienda est, præposito sæpe verbo:* vt, si olim M. Catone mortuo, pupillum senatum quis relictum diceret, paullo durius: sin, vt ita dicam, pupillum, aliquanto mitius [e] est. Etenim verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locum, nõ irruisse: atque vt precariò, nõ vi, venisse videatur. Modus autem nullus est florentior in singulis verbis, nec qui plus luminis afferat orationi. Nam illud, quod ex hoc genere profluit, est in vno verbo trãslato, sed ex pluribus cõtinuatis connectitur, vt *aliud dicatur, aliud intelligendum sit:* *-neque* [f] *me patior iterum*

Ad vnum scopulum & telum classem Achiuũm
offendere. Atque illud,

Erras, errat: nam exsultantem te, & præsidentẽ tibi
Reprimẽt validæ legum habenæ, atque imperij
insistant ingo.

Sumta re simili, verba eius rei propria deinceps in rẽ aliã (vt dixi) transferuntur. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo *obscuritas* fugienda est. Etenim ex hoc genere fiunt ea, quæ dicuntur *ænigmata.* Non est autem in verbo modus hic, sed in oratione, id est, in continuatione verborum. Ne illa quidem tractio, atque immutatio in verbo quandã fabricationẽ habet, sed in oratione,

Africa [g] *terribili tremit horrida terra tumultu.*

Pro Afris est summa Africa: Neque factũ verbum est, vt,

-Mare saxifragũ vndũ: neque translatũ, vt,

Mollitur mare: sed ornãdi causa proprium proprio commutatum,

Desine Roma tuos hostes, &c,
-Tellus sunt campi magni.

Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumendus: ex quo genere hæc sunt, Martem [h] belli esse communẽ, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello. Quo item in genere & virtutes, & vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur. Luxuries quam in domum irrupit, &, Quò auaritia penetrauit: aut, Fides valuit, Iustitia confecit. Videtis profectò genus hoc totũ cùm insexo, commutatóque verbo res eadem enuntiatur: ornatius: cui sunt finitima illa minùs ornata, sed tamen nõ ignoranda, cùm *intelligi volumus aliquid, aut ex parte totum*, vt, pro ædificiis cùm parietes, aut tecta dicimus: *aut ex toto partem*, vt, cùm vnam turmam, equitatum populi R. dicimus: aut *ex vno plures*, vt,

At Romanus homo, tamẽ [i], *etsi res bene gesta est,*
Corde suo trepidat, aut, cùm ex pluribus intelligitur vnum [m],

Nos sumus Romani qui fuimus Rutuli [n].

aut quocunque modo *non vt dictum est*, in eo genere intelligitur, *sed vt sensum est. Abutimur* sæpe etiam verbo non tam eleganter, quàm

a Ferult

b L. Aut signi ficant magis rem totã siue c L. occultantem rem cõs.

P. B.

d dixi ad legem si ex plagis. 52. §. 1 ibi æquè si quis ex manu telum. ff. ad l. Aquil.*

e *al.* manum*

f L. Hoc in genere

g Translatis verbis cur delectemur magis.*

h delectentur vide Varronem libro sexto vbi de Nexu. Festũ, in Nexum.*

k Diuortia propriè dicũtur in aquis. Metaphoricès quoque suprà dicuntur doctrinarum diuortia.*

l *al.* dulcitudo.*

m *al.* sunt deducta

n L. non possimus.

o *al.* afferet

p L. vt, Cœli quæ. scænã

r L. se esse

s L. in verbis transferendis,

t L. animos eorum, qui audiant.

P. CLVIII. a L. comissationis. [Festo dicitur comissatio non comestio aut, comessatio. *al.* comatio. κῶμος*

b L. comissatio t.

c Abnutare Festo est sæpe abnuere.*

d versus ex Atreo Accij qui profertur 5. Tusculana.*

e *al.* mitius esse

f L. Neque patiar,

g citatur Varro de Oratore perfecto.*

h 4. famil. 4. pro Milone pro Sextio Philipp. 12. 4. 1 L. plures, vt,

At R.

k versus Ennij de seipso loquentis.*

l *al.* tamesi vt 4. epistol. famil. vlt. & 5. ad Atticum. 17. & de petit. Consulatus. Paul. in l. 5. ff. quod

P. B.

falso tutore vbi dixi.*

m L. vnus, n *vel. Lamb.* qui fuimus ante Rutilli, *Zipf.* qui fuimus ante Rudi de seipso enim loquitur Ennius: & beneficiũ acceptæ ciuitatis Romanæ prædicat, cùm esset Rodæus Strabo. 6. seu Rudius: Cicero pro Archia.*

a L. parendū: b DE CONTINVATIONE ET COLLOCATIONE VERBORVM.* b al. instruere.* d al. coamentatus, ducta metaphora, ab amentis hastarum.* e fort. in soceri f de emendatione horum versuum, qui etiam citantur in Oratore infrà, dixi ibidem.* g L. lexeis h L. Endopauimento, atque. ¶ id est, ὑπ τῶ vt 36. Plin. 25. Lucilius enim sæpius Græcas voces Latinis versibus admiscuit.* i al. emblemata vermiculatam. Alè legitur autè hîc emblemate vermiculato, vt in Bruto.* k L. vt & ille voluit, l L. quæ læuem, P. CLIX. m L. diducantur. & ita R. Steph. n DE MODO seu NVMERO seu FORMA VERBORVM.* o Versus igitur in oratione soluta, nihil aliud quàm numerus quidam, & adstrictus & solutus interspirationis causa inuentus: Clausulæ verborū & sententiarum interpūctæ verborū conclusio: cōiunctio verborum quæ numerosè cadit & quadrat & perficitur* p L. illi prope modū in hac sol. or. hoc est, numer. q soluta oratione vocat eā cui opponitur versus* r Idē in Bruto, num. 31.* s L. ab imperito dicendi, quaróque d.

in transferendo: sed etiam si licentiùs, tamē interdum non impudenter: vt cùm grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. Verùm illa videtisne esse non verbi, sed orationis, quæ ex pluribus, vt expositum, translationibus cōnexa sunt: hęc autem, quę aut immutata esse dixi, aut aliter intelligenda, ac dicerētur, sunt trāslata quodā modo. Ita fit, vt omni, singulorum verborum virtus, atque laus, tribus exsistat ex rebus, si aut *vetustum verbum* sit, quod tamen consuetudo ferre possit: aut *factum* vel cōiunctione, vel nouitate, in quo item est auribus, cōsuetudinisque parcendum[a]: *aut translatum*: quod maximè tanquam stellis quibusdam notat, & illuminat orationem. ¶ Sequitur[b] *continuatio verborum*, quæ duas res maximè, *collocationem* primùm, deinde *modum* quendā, formámque desiderat. ¶ *Collocatio* est componere, & struere[c] vetba, sic, vt néve asper eorum concursus, néve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus, & læuis. In quo lepidè soceri[e] mei persona lusit is, qui elegantissimè id facere potuit, Lucilius,

Quámlepide lexeis[g] compostā vt tesserula omnes
Artēpauimento, atque emblemate[i] vermiculato.

Quæ cùm dixisset in Albucium illudens, ne à me quidem abstinuit,

Crassum habeo generum, ne rhetoricetero' tu sis.

Quid ergo? iste Crassus, quoniam eius abúteris nomine, quid efficit? idē illud scilicet, vt[k] ille voluit, & ego vellē, meliùs aliquāto, quā Albucius, verùm in me quidem lusit ille, vt solet. sed est tamen hæc collatio conseruāda verborum, de qua loquor, quæ iunctam orationem efficit, quæ cohęrentem, quæ leuem, quæ æquabiliter fluentem. id assequimini, si verba extrema cū consequentibus primis ita iungetis, néve asperè concurrāt, néve vastiùs deducantur[m]. ¶ Hanc diligentiam subsequitur *modus*[n] etiam, & *forma verborum*, quod iam vereor ne huic Catulo videatur esse puerile. *Versus*[o] enim veteres illi[p] in hac soluta[q] oratione propemodum, hoc est, numeros quosdam, nobis esse adhibendos putauerūt. interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorū notis, sed verborum, & sententiarum modo interpūctas clausulas in orationibus esse voluerūt: idque princeps[r] Isocrates instituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi cōsuetudinem, delectationis, atque aurium causa (quēadmodum scribit discipulus eius Naucrates) numeris adstringeret. Namq. hæc duo, musici, qui erant quondā iidem poetæ, machinati ad voluptatē sunt, versum, atque cantum, vt & verborū numero, & vocum modo, delectatione vincerēt aurium satietatē. Hæc igitur duo, vocis dico moderationem, & verborum conclusionem, quoad orationis seueritas pati possit, à poetica ad eloquentiam traducēda duxerūt. In quo illud est vel maximum, quòd versus in oratione si efficitur coniunctione verborum, vitium est: & tamen eam coniunctionē, sicuti versum, numerosè cadere, & quadrare, & perfici volumus. neq. est ex multis res vna, quæ magis oratorem abs imperito dicēdi, ab ignaróque distinguat, quàm quòd ille rudis incondītè fundit, quantum potest, & id, quod dicit, spiritu, non arte, determinat: orator autem sic illigat sententiā verbis, vt eam numero quodam complectatur, & adstricto, & soluto. Nā cùm vinxit modis[a], forma & relaxat, & liberat immutatione ordinis, vt verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus neque ita soluta, vt vagentur. Quónā igitur modo tantū[b] munus insistemus, vt arbitremur nos hāc vim numerosè dicēdi cōsequi posse? Nō est res tā difficilis, quàm necessaria. nihil est enim tam tenerum, neq. tā flexibile, neq. quod tam facilè sequatur, quocunque ducas, quàm oratio. ex hac versus, ex eádem dispares numeri conficiuntur: ex hac hæc etiam soluta variis modis, multorúmq. generū oratio. non enim sunt alia sermonis, alia cōtentionis verba: neque ex alio genere ad vsum quotidianum, alio ad scenam[c], pōpámq. sumuntur: sed ea nos cùm iacētia sustulimus è medio, sicut molliss imā ceram ad nostrū arbitrium formamus, & fingimus. itaque tum graues sumus, tum subtiles, tū medium quiddam tenemus: sic institutā nostrā sententiam sequitur orationis genus: idq. ad omnem rationem, & aurium voluptatem, & animorum motum mutatur, & vertitur. Sed vt in plerisq. rebus incredibiliter hoc natura est ipsa fabricata: sic in oratione, vt ea, quæ maximam vtilitatem in se continerent, eádē haberent[d] plurimùm vel dignitatis, vel sæpe etiam venustatis. Incolumitatis, ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse huius totius mundi, atq. naturæ, rotundū vt cælum, terráq. vt media sit, eáque sua vi, nutúque teneatur: sol vt circúferatur, vt accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendat in diuersam partem: vt luna accessu, & recessu suo solis lumen accipiat: vt eádem spatia quinque stellæ dispares[e] motu, curſúque cōficiant. Hæc tātam habent vim, vt paullū immutata cohærere non possint: tantā pulchritudinē, vt nulla species ne excogitari quidē possit ornatior. Referte nūc animū ad hominum, vel etiam ceterarum animantium formam, & figuram nullā partem corporis sine aliqua necessitate affictam[f]: totámque formā quasi perfectā repetietis arte nō casu. Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámq. naturam? nusquā tamen est vlla pars, nisi venusta. Linquamus naturā, arteisque videamus. quid[h] tam in nauigio necessariū, quàm latera, quàm carina[i], quàm prora, quàm puppis, quàm antēnæ, quā vela, quàm mali, quàm reliqua[k] quę tamē hāc habent in specie venustatē, vt non solùm salutis, sed etiam voluptatis causa, inuenta esse videantur. Columnæ, & tēpla, & porticus sustinent, tamē habent nō plus vtilitatis, quàm dignitatis. Capitolij fastigium illud, & ceterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nā cùm esset habita ratio, quēadmodum ex vtraque parte tecti aqua delaberetur: vtilitatē templi, fastigij dignitas cōsecuta est: vt[k], etiam si in cælo Capitoliū statueretur, vbi imber esse nō posset, nullam sine fastigio dignitatem habiturū fuisse videatur. Hoc in omnibus item partibus orationis euenit, vt vtilitatē, ac propè necessitatē suauitas quædam, & llepos consequatur. Clausulas enim, atq. interpuncta verborū, animæ intercluſio, atque angustiæ spiritus attulerūt. Id inuētū est ita suauiter, vt, si cui sit infinitus spiritus

a L. modis, & forma: relaxat, & liberat immutatione. al. modis, forma, & relaxat, & lib. ¶ al. format & relaxat.* b L. tantùm numeris insistemus, c v. c. scenam d L. plurimū habereat e L. dispares f al. affectam* g al. refectā.* h fort. quid in nauigio tam i al. cauerna al. gubernacula. al. guberna. quod idem ac gubernacula.* k al. vt, etiam si in cælum capitolium extolleretur, vbi imb. l al. ac leu.

ritus datus,tamen eum perpetuare verba nolimus.id enim auribus noſtris gratum eſt inuentum; quod hominum lateribus non tolerabile ſolùm,ſed etiam facilè eſſe[a] poſſit.Longiſſima eſt igitur complexio verborum, quæ volui vno ſpiritu poteſt. Sed hic naturæ modus eſt, artis alius. nam cùm ſint numeri plures,*iambum*, & *trochæum* frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles,Catule, veſter, qui natura tamen incurrunt ipſi in orationem, ſermonémque noſtrum : ſed ſunt inſignes percuſſiones eorum numerorũ,& minuti pedes. Quare[b] primùm ad heroum vos *dactyli*, & *anapæſti*,& *ſpondæi* pedem inuitat:in quo impunè progredi licet duos duntaxat pedes, aut paullo plus,ne planè in verſum,aut ſimilitudinem verſuum incidamus.Aliæ[c] ſunt geminæ,quibus hi tres heroi pedes in principia cõtinuando verborum ſatis decorè cadunt,Probatur autem ab eodẽ illo maximè *pæan*: qui eſt duplex.Nam aut à longa oritur,quam tres breues conſequuntur, vt hæc verba,definite, incipite,comprimite:aut à breuibus deinceps tribus,extrema producta,atque longa:ſicut illa ſunt,domuerant,ſonipedes.Atque illi philoſopho ordiri placet à ſuperiore pæane.poſteriore finire. eſt autẽ pęan hic poſterior nõ ſyllabarum numero, ſed auriũ mẽſura quodã eſt acrius iudicium,&certius,par ferè *Cretico*, qui eſt ex longa,& breui,& longa: vt,

Quid petam præſidij,aut exſequar? quóve nunc.

A quo numero exorſus eſt Fannius,Si, Quirites,minas illius.Hunc ille clauſulis aptiorem putat,quas vult longa plerunque ſyllaba terminari.Neque verò hæc tã acrem curam, diligentiámque deſiderant,quàm eſt illa poetarum : quos neceſſitas cogit , & ipſi numeri ac modi, ſic verba verſu includere, vt nihil ſit, ne ſpiritu quidem minimo,breuius, aut longius, quàm neceſſe eſt. Liberior eſt oratio,& planè,vt dicitur,ſic[e]& eſt verè ſoluta,non vt fugiat tamen,aut erret,ſed vt ſine vinculis ſibi ipſa moderetur. Namque ego illud aſſentior Theophraſto, qui putat orationem , quæ quidẽ ſit polita,atque facta quodammodo,nõ adſtrictè,ſed remiſſiùs numeroſam eſſe oportere. Etenim ſicut ille ſuſpicatur ex illis modis[f] quib.hic vſitatus verſus efficitur,poſt anapæſtus,procerior quidam[g] numerus,efflouit,inde ille licẽtior, &[h] diuitior fluxit dithyrãb. cuius mẽbra,& pedes,vt ait idẽ, ſunt in omni locupleti oratione diffuſa. Et, ſi numeroſũ eſt id in omnibus ſonis , atque vocibus,quod habet quaſdã impreſſiones,& quod metiri poſſumus interuallis æqualibus: rectè genus hoc numerorum,dummodò ne continuum ſit,in orationis laude ponetur.Nã ſi rudis , & indocta putãda eſt illa ſine interuallis loquacitas peremnis, & profluens,quid eſt aliud cauſæ, cur repudietur,niſi[i] quòd hominũ aures vocẽ natura modulantur ipſæ?quod fieri,niſi ineſſet[k] numerus in voce,non[l] poteſt. Numerus autem in cõtinuatione nullus eſt: diſtinctio,& æqualium, & ſæpe variorum interuallorum percuſſio,numerũ conficit: quẽ in cadentibus guttis,quòd interuallis diſtinguuntur,notare poſſumus,in amni præcipitãte non poſſumus.Quòd ſi continuatio verborum hæc ſoluta,multo eſt aptior atque iucundior,ſi eſt articulis,mẽbriſq; diſtincta, quàm ſi continuata,ac producta:verba[m] illa modificata eſſe debebunt : quæ ſi extremo breuio-

ra ſunt,infringitur ille quaſi verborum ambitus.ſic enim has orationis[a] conuerſiones Græci nominant.Quare aut paria eſſe debent poſteriora ſuperioribus,extrema[b] primis , aut, quod etiam eſt melius,& iucundius, longiora. Atque hæc quidẽ ab iis philoſophis,quos tu maximè diligis,Catule,dicta ſunt:quod eo ſæpiùs teſtificor, vt auctoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam. 27¶ Quarum tandem,inquit Catulus?aut quid diſputatione iſta afferri poteſt elegantius,aut omnino dici ſubtilius? 28¶ At enim vereor, inquit Craſſus, ne hæc aut difficiliora iſtis ad perſequendũ eſſe videantur,aut,quia nõ traduntur in vulgari iſta diſciplina,nos ea maiora, ac difficiliora videri velle videamur. 29¶ Tum Catulus.Erras, inquit, Craſſe, ſi aut me aut horum quẽquam putas à te hæc opera quotidiana, & peruagata exſpectare.iſta quæ dicis,dici volumus : neque tam dici,quam[c] iſto dici modo: neque tibi hoc pro me ſolùm, ſed pro his omnibus ſine vlla dubitatione reſpondeo. 30¶ Ego verò, inquit Antonius,inueni tandẽ, quem negaram in eo,quem ſcripſi,libello,me inueniſſe , eloquentẽ, ſed eò te ne laudandi quidẽ cauſa interpellaui,ne quid de hoc tam exiguo ſermonis tui tẽpore verbo vno meo diminueretur[d]. 31¶ Hanc igitur,Craſſus inquit,ad legẽ cùm exercitatione,tum ſtilo,qui & alia,& hoc maximè ornat,ac limat,formanda vobis oratio eſt.Neque tamen hoc tanti laboris eſt,quanti videtur: nec ſunt hæc rhythmicorum,ac muſicorũ acerrima norma digenda: & efficiendum eſt illud modò vobis, ne fluat oratio,nevagetur,ne inſiſtat interiùs ne excurrat longiùs: vt mẽbris diſtinguatur, vt cõuerſiones habeat abſolutas.Neque ſemper vtendũ eſt perpetuitate,& quaſi conuerſione verborum,ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt, quæ tamen ipſa mẽbra ſunt numeris vincienda. Neq; vos pæan, aut herous ille cõturbet. ipſi occurrent orationi:ipſi,inquam,ſe offerent,& reſpondebũt non vocati.cõſuetudo modò illa ſit ſcribendi,atq.dicendi, vt ſententiæ verbis finiãtur[e], eorúmque verborũ iunctio naſcatur à proceris numeris ac liberis,maximè[f] heroo,& pęane priore, aut *Cretico*, ſed variè, diſtinctéque concidat. Notatur enim maximè ſimilitudo in conquieſcendo:&,ſi primi,& poſtremi illi pedes ſunt hac ratione ſeruati,medij poſſunt latẽre,modò ne circuitus[g] ipſe verborum ſit aut breuior,quàm aures exſpectẽt:aut lõgior, quàm vires,atq.anima patiatur.Clauſulas aũt diligentius etiã ſeruandas eſſe arbitror,quàm ſuperiora,quod in his maximè perfectio,atq. abſolutio iudicatur.nã verſus æquè prima, & media,& extrema pars attenditur, qui debili tatur in quacunque ſit parte titubatum,in oratione autẽ prima pauci cernunt poſtrema plerique,quæ quoniã apparent,& intelliguntur,varianda ſunt, ne aut animorum iudiciis repudientur,aut aurium ſatietate.Duo enim, aut tres ſunt ferè extremi ſeruandi,& notandi pedes,ſi modò nõ breuiora,& præciſa erũt ſuperiora,quos aut chorios,aut heroos,aut alternos eſſe oportebit,aut[h] in pæane illo poſteriore,quẽ Ariſtoteles probat,aut ei pari Creteo.Horũ viciſſitudines efficiẽt, vt neq.ij ſatiẽtur,q audiẽt,faſtidio ſimilitudinis,nec nos id, quod faciem[i], opera dedita facere videamur. Quòd ſi Antipater ille Sidoniuſ[k],ille,quẽ tu

P. CLX. b L. Quare plurimùm ad heroos nos pedes, dactylum,& anapęſtum,& ſpondéũ inuitat: c *al.* Alteræ *al.* At hæ *vel* Atque hæ.*

d L. quarum eſt acrius iudicium,

e L. ſic eſt verè

f *al.* pedibus* g *al.* quidam efflоruit.*al.* quidam pes efflоruit: *vel* ita anapęſtus poſt procerior quidam numerus efflоruit.* h *al.* & ditior

i *al.* niſi quod hominum vocem natura modulatur ipſa?*k *al.* niſi quod hominum auribus vocem natura modulatur ipſa.* l z L. ineſſet l L. nõ poſſet. m L. membra

a ἀντιπτώσεις

b *al.* & extrema primis, P. B.

c L. quàm iſto modo dici.

d *al.* deminueretur.

e *al.* finiantur, verborúmque coniunctio. f L. maximèque heroo, aut pæane p.

g πόδες

P. CLXI. h L. aut pæanem illum poſteriorem, q. Ar. pr. aut ei parẽ Creti cum

i L. neq. nos k L. Sidonius, quem l ſic infrà, quem tu meminiſti.*

probè;Catule,meminiſti,folitus eſt verſus hexametros,alióſque variis modis, atque numeris fundere ex tempore, tantúmque hominis ingenioſi, ac memoris valuit exercitatio, vt, cùm ſe mèt̃e,ac voluntat̃e coniecíſſet in verſum,verba ſequerentur: quanto id faciliùs in oratione, exercitatione, & conſuetudine adhibita,conſequemur? Illud autem nequis admiretur, quónam modo hæc vulgus imperitorum in audiendo notet,cùm in omni genere,tum in hoc ipſo magna quædam eſt vis,in credibiliſq; naturæ. Omnes enim tacito quodam ſenſu,ſine vlla arte,aut ratione,quæ ſint in actibus, ac rationibus recta ac praua, diiudicant: ſdque cùm faciunt in picturis,& in ſignis,& in aliis operibus, ad quorum intelligentiam à natura minus habent inſtrumenti, tum multo oſtendunt magis in verborum,numerorum, vocúmque iudicio, quòd ea ſunt in communibus inſixa ſenſibus,neque earum rerum quenquam funditus natura voluit eſſe expertem. Itaque non ſolùm verbis arte poſitis mouentur omnes, verùm etiam numeris, ac vocibus. Quotus enim quiſque eſt,qui teneat artem numerorum,ac modorum? At in his ſi paullum modò offenſum eſt,vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius,theatra[a] tota reclamant. Quid? hoc non idem fit in vocibus, vt à multitudine, & populo,non modò cateruæ atque cõuentus, ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes eiiciantur? Mirabile eſt, cùm plurimùm in faciendo interſit inter doctum,& rudem,quàm non multùm differat in iudicando. Ars enim cùm à natura profecta ſit,niſi natura moueat, ac delectet,nihil ſanè egiſſe videatur. Nihil eſt autem tam cognatum mentibus noſtris, quàm numeri,atque voces: quibus & excitamur,& incendimur, & lenimur, & langueſcimus,& ad hilaritatem, & ad triſtitiam ſæpe deducimur: quorum illa ſumma vis carminibus eſt aptior,& cantibus,non neglecta, vt mihi videtur, à Numa, rege doctiſſimo, maioribúſque noſtris, vt epularum ſolennium fides, ac tibiæ Saliorúmque verſus indicant: maximè autem à Græcia vetere celebrata: quibus[b] vtinã, ſimilibúſque de rebus diſputari,quàm de pue rilibus his verborum tranſlationibus maluiſſetis. Verùm,vt in verſu vulgus,ſi eſt peccatũ, videt:ſic,ſi quid in noſtra oratione claudicat, ſentit: ſed poetæ non ignoſcit, nobis concedit: tacitè tamen omnes non eſſe illud,quod diximus,aptum, perfectúmque cernunt. Itaque illi veteres,ſicut hodie etiam nonnullos videmus,cùm circuitum[c],& quaſi orbem verborũ conficere non poſſent(nam id quidé nu per vel poſſe,vel audere cœpimus) terna,aut bina,aut nonnulli ſingula etiam verba[d] dicebant: qui in illa infantia naturali,illud,quod aures hominum flagitabant,tenebant tamen, vt & illa eſſent paria,quæ dicerent,& æqualibus interſpirationibus vterentur. ¶Expoſui ferè,vt potui, quæ maximè ad ornatum orationis pertinere arbitrabar, dixi enim de ſingulorum laude verborum, dixi de coniunctione eorum, dixi de numero atque forma. *Sed ſi[e] habitum etiam orationis,& quaſi colorem aliquem requiritis*,eſt ſplena quædam, & [g] tamen teres:& tenuis[h],& non ſine neruis,ac viribus: & ea, quæ particeps vtriuſque generis quadã mediocritate laudatur. His tribus figuris inſidère quidam venuſtatis non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus debet color. Tũ denique nobis hic orator ita conformandus eſt & verbis,& ſententiis, Vt, quemadmodũ qui vtuntur armis,aut palæſtra,non ſolùm ſibi vitandi, aut feriendi rationem eſſe habendam putant,ſed etiam, vt cum venuſtate moueantur: ſic verbis quidẽ ad aptam compoſitionẽ, & [a] decentiam, ſententiis verò ad grauitatem orationis[b] vtatur[c], vt ij,qui in armorum tractatione verſantur. Formantur autem & verba,& ſententiæ pænè[d] innumerabiles,quod ſatis ſcio notum eſſe vobis: ſed inter conformationem verborum, & ſententiarũ hoc interest,quòd[e] verborum tollitur,ſi verba mutaris: ſententiarum permanet,quibuſcunque verbis vti velis. Quod quidem vos etſi facitis, tamen admonendos puto, nequid eſſe aliud oratoris putetis, quod quidem ſit egregium,atque mirabile,niſi in ſingulis verbis illa tria tenere, vt tranſlatis vtamur frequẽter, interdúmque factis,rarò autem etiam peruetuſtis: in perpetua autem oratione,cum & cõiunctionis lenitatem[f], & numerorum,quam dixi,rationem tenuerimus, tum eſt quaſi luminibus diſtinguenda, & frequentanda omnis oratio,*ſententiarum,atque verborum*. Nam & *commoratio* vna in re permultùm mouet,& illuſtris *explanatio*: rerúmque, quaſi gerantur, ſub adſpectum pænè ſubiectio: quæ & in exponenda re plurimùm valet, & ad illuſtrandũ id,quod exponitur,& ad amplificandum: vt iis,qui audient, illud, quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum eſſe videatur: & huic contrariaſ[g] ſæpe *præciſio* eſt,& plus ad intelligendum, quàm dixeris, ſignificatio,& diſtinctè conciſa breuitas,& extenuatio,& huic adiuncta *illuſio*,à præceptis Cæſaris non abhorrens, & ab re nõ longa digreſſio[h]: in qua cùm fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus,& concinnus eſſe debebit: *propoſitióque* quid ſis dicturus,& ab eo,quod eſt dictum,*ſeiunctio*,& *reditus ad propoſitum*, & *iteratio*,& *rationis aptæ concluſio*: tum augendi,minuendíve cauſa,veritatis *ſuperlatio*,atque *tranſectio*: & *regatio*,atque huic finitima quaſi *percunctatio*,*expoſitióque ſententiæ ſuæ*: tum illa,quę maximè quaſi irrepit in hominum mentẽs, alia dicentis,ac ſignificantis *diſſimulatio*, quæ eſt periucunda, cùm in oratione non contentione,ſed ſermone tractatur: deinde *dubitatio*, tũ *diſtributio*, tum *correctio* vel antè, vel poſtquam dixeris, vel cum aliquid à te ipſo reiicias: *præmunitio* eſt etiam ad id,quod aggrediare, & reiectio in alium *communicatio*, quæ eſt quaſi cũ iis ipſis,apud quos dicas,deliberatio: *morum,ac vitæ imitatio* vel in perſonis,vel ſine illis, magnum quoddam ornamentũ orationis,& aptum ad animos conciliandos vel maximè,ſæpe autẽ etiam ad commouendos: perſonarum ficta inductio, vel graniſſimum lumen augendi,deſcriptio,erroris inductio,& [k] in hilaritatem impulſio: anèe occupatio: tum duo illa, quæ maximè mouent, ſimilitudo,& exẽplum,digeſtio,interpellatio,contentio,reticentia,commendatio, vox quædã libera,atque etiam effrænatior,augendi cauſa: iracundia, obiurgatio, promiſſio, deprecatio, obſecratio, declinatio breuis à propoſito, non vt ſuperior illa digreſſio[l], purgatio,conciliatio, læſio,optatio,atque exſecratio. His ferè luminibus illuſtrant orationem ſententiæ. Oratio uis autem ipſius, tanquam armorũ, eſt vel ad vſum

[a] *ſæpe*,reclamant theatra tota,

[b] *ſæpe*,de quibus vt inam, ſimilibúſque reb. p. 88.

[c] *vt plurimi*] *al.* circuluum.*

[d] L. verba numerosè dicebant:

[e] DE ORNATV OCATIONIS ſeu figuris ſententiarum & verborum.*

[f] L. eſt & plena q.

[g] L. ſed tamẽ *al.* tenuis ſine nervis

[A] [B] [C] [D] [E] [F] [G] [H]

[a] *al.* & decẽtiam,

[b] L. vtatur, Form.

[c] L. hæc vt ſi qui in armorum tractatione verſantur expungit.*

[d] L. pænè innumerabiliter,

[e] *al.* quod verborum tollitur venuſtas,

[f] L. lenitatẽ

[g] L. contraria præciſio,

[h] L. degreſſio;

P. CLXII. *al.* continuus.*

[k] L. & ad hilaritatem

[l] L. degreſſio,

vsum comminatio, & quæſi petitio, vel ad ve
nuſt atem ipſa tractatio. Nam & geminatio
verborum habet interdum vim, leporem a-
liàs, & paullum immutatum verbum, atque
deflexum: & eiuſdem verbi crebra tum à pri-
mo repetitio, tum in extremum conuerſio, &
in eadem verba impetus, & conuerſio, & ad
iunctio, & progreſſio, & eiuſdem verbi cre-
briùs poſiti quædam diſtinctio, & reuocatio
verbi, & illa, quæ ſimiliter deſinunt, aut[a] quæ
cadunt ſimiliter, aut quæ paribus paria refe-
runtur, aut quæ ſunt inter ſe ſimilia. Eſt etiam
gradatio quædam, & conuerſio, & verborum
concinna tranſgreſſio, & contrarium, & diſſo
lutum, & declinatio, & reprehenſio, & exclama-
tio, & imminutio, & quod in multis caſi-
bus ponitur, & quod de ſingulis rebus propo
ſitis ductũ, refertur ad ſingula, & ad propoſi-
tũ ſubiecta ratio, & item in diſtributis ſuppo-
ſita ratio, & permiſſio, & rurſum alia dubita-
tio, & improuiſum quiddam, & dinumeratio,
& alia correctio, & diſputatio, & quod conti-
nuatum & interruptum, & imago, & ſibi ipſi
reſponſio, & immutatio, & diſiũctio, & ordo,
& relatio, & digreſſio[b], & circumſcriptio. Hęc
enim ſunt ferè, atque horum ſimilia, vel plu-
ra etiã eſſe poſſunt, quæ[c] ſententiis orationẽ,
verborũmque conformationibus illuminẽt.

31 ¶ Quæ quidem te, Craſſe, video, inquit
Cotta, quòd[d] nota eſſe nobis putes, ſine deſi-
nitionibus, & ſine exemplis effudiſſe. 32 ¶ Ego
verò, inquit Craſſus, ne illa quidem, quæ ſu-
prà dixi, noua vobis eſſe arbitrabar, ſed vo-
luntati veſtrũm omnium parui. His autem de
rebus ſol me ille admonuit, vt breuior eſſem,
qui ipſe iam præcipitans, me quoque hæc
præcipitem pænè euoluere coegit. Sed[e] tamẽ
huius generis demonſtratio eſt, & doctrina ip-
ſa, vulgaris, vſus autem, grauiſſimus, & in
hoc toto dicendi ſtudio, difficillimus. Quam-
obrem, quoniam de ornatu omni orationis, ſi
non ſunt omnes patefacti, at certè common-
ſtrati loci: nunc, quid aptum ſit, hoc eſt, *quid*[f]
maximè deceat in oratione, videamus. quanquam
id quidem perſpicuum eſt, non omni cauſæ,
nec auditori, neque perſonæ, neque tempori
congruere orationis vnũ genus. Nam & cau-
ſæ capitis alium quendam verborum ſonum
re quirunt, alium rerum priuatarum, atq. par
uarũ: & aliud dicendi genus deliberationes,
aliud laudationes, aliud iudicia, aliud ſermo-
nes, aliud conſolatio, aliud obiurgatio, aliud
diſputatio, aliud hiſtoria deſiderat. Refert e-
tiam, qui audiant, ſenatus, an populus, an iu-
dices: frequentes, an pauci, an ſinguli: & qua-
les ipſi quoque oratores, qua ſint ætate, hono-
re, auctoritate, debeat[g] videri: tempus pacis,
an belli, feſtinationis, an otij. Itaque hoc lo-
co nihil ſanè eſt, quod præcipi poſſe videa-
tur, niſi vt figuram orationis plenioris, & te-
nuioris, & item illius mediocris, ad id, quod
agimus accommodatam deligamus, ornamen
tis[h] iiſdem vti ferè, licebit, aliàs contentiùs,
aliàs ſummiſſiùs: omniſque in re poſſe, quod
deceat, facere, artis & naturæ eſt: ſcire, quid,
quandóque deceat, prudentiæ. Sed hæc ipſa
omnia perindei ſunt, vt aguntur. Actio, in-
quam, in dicendo vna dominatur, ſine hac
ſummus orator, eſſe in numero nullo poteſt:
mediocris, hac inſtructus, ſummos ſæpe ſu-
perare[i]. Huic primas[m] dediſſe Demoſthe-
nes dicitur, cùm rogaretur, quid in dicendo
eſſet primum: huic ſecũdas, huic tertias. Quo
mihi melius etiam illud ab Æſchine dictum
videri ſolet, qui cùm propter ignominiam iu
dicij ceſſiſſet Athenis, & ſe Rhodum contu-
liſſet, rogatus à Rhodiis, legiſſe[a] fertur oratio-
nem illam egregiam, quam in Cteſiphontem
contra Demoſthenem dixerat: qua perlecta,
petitum eſt ab eo poſtridie, vt legeret illam
etiam, quæ erat contrà à Demoſthene pro
Cteſiphonte edita: quam cùm ſuauiſſima, &
maxima voce legiſſet, admirãtibus omnibus,
Quanto, inquit, magis admiraremini, ſi audiſ-
ſetis ipſum? Ex quo ſatis ſignificauit, quantum
eſſet in actione, qui orationem eandem, a-
liam eſſe putaret, auctore[b] mutato. Quid
fuit in Graccho, quem[c] tu, Catule, meliùs me-
miniſti, quod me puero tantopere[d] ferretur?
Quò me miſer conferam? quò vertam? in Ca-
pitoliúmne? at fratris ſanguine redundat. an
domum? matrémne vt miſeram, lamentan-
témque videam, & abiectam? Quæ ſic ab illo
acta eſſe conſtabat, oculis, voce, geſtu, inimi-
ci vt lacrymas tenere non poſſent. Hæc eò
dico pluribus, quòd genus hoc totum orato-
res, qui ſunt veritatis ipſius actores, reliquerunt, imitatores, autem veritatis hiſtriones
occupauerunt. Ac ſine dubio in omni re vin-
cit imitationem veritas: ſed ea ſi ſatis in ac-
tione efficeret ipſa per ſeſe, arte profectò
non egeremus. verùm quia *animi permotio*[e],
quæ maximè aut declaranda, aut imitanda
eſt actione, perturbata ſæpe ita eſt, vt obſcu-
retur, atque[f] pænè obruatur: diſcutienda ſunt
ea, quæ obſcurant: & ea, quæ ſunt eminentia,
& promta, ſumenda. Omnis enim motus ani-
mi, ſuum quendam à natura habet vultum, &
ſonum, & geſtum: totúmque corpus hominis,
& eius omnis vultus, omnéſque voces, vt ner-
ui in fidibus, ita ſonant, vt[g] à motu animi
quoque ſunt pulſæ. Nã voces, vt chordæ ſunt
intentæ, quæ ad quemque tactum reſpon-
deant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua:
quas tamen inter omneis eſt[h] ſuo quoque in
genere mediocris. Atque etiam illa ſunt ab
his delapſa plura genera, lene, aſperum: con-
tractum, diffuſum: continenti ſpiritu, inter-
miſſo: fractum, ſciſſum: flexo[i] ſono, attenua-
tum, inflatum. Nullum eſt enim horum ſimi-
lium generum, quod non arte, ac moderatione
tractetur, hi ſunt actori, vt pictori, expoſiti
ad variandum colores. Aliud enim vocis ge-
nus *iracundia* ſibi ſumat[k]: acutum, incitatum,
crebrò incidens.

Impius hortatur me frater, vt meos malũ miſer[l]
Manderem[m] *natos*: --& ea, quæ tu dudum,
Antoni, protuliſti,
Segregare abs te auſus: &,
Ecquis hoc animaduertit[n]? vincite. -& A-
treus ferè totus.
Aliud *miſeratio*, ac *meror*: flexibile, plenum,
interruptum, flebili voce,
Quò nunc me vertã? quod iter incipiã ingredi?
Domũ paternámne[o]? *anne ad Peliæ filias*? & illa,
O pater, ô patria, ô Priami domus! & quæ ſe-
quuntur,
Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari.
Alius *metus*: demiſſum, & hæſitans, & abiectũ,
Multi[p] *modũ ſum circumuentus, morbo, exſilio*
atque inopia:
Tum pauor ſapientiam mihi omnem ex animo
expectorat:

a Idem Valerius lib. 8. c. 10. Quint. 11. c. 3.

b L. actore mutato.

c citatur hic locus à Nonio 12. in Memini illam rem: ſimille eſt alius ſuprà ibi, quẽ tũ probè Catule, memineſti.*

d L. tantopere efferretur.*

e DE MOTIBVS & variis generibus vocum.*

f L. ac pænè

g *ſoni*, vtã quoque animi motu ſunt p.

h L. eſt ſuo quæque in genere.

i flexo ſono, rectoatt.

k L. ſumit.

l *al.* Ipſe.*

m L. Mandẽ *al.* mandaré. *male.*

n *al.* animum aduertit?

o L. paternas Peliæ ne ad filias?

p *al.* exſilios

a *al.* aut quæ ſimiliter cadunt

b. b. bL. degreſſio. c L. quæ ſententiarũ or.

d *al.* putares,

e L. Sed eſt ita meu huius gens dem. & doctr. ipſa vulg.

f DE DECORO ORATIONIS.*

g *al.* debent.*

h L. ornamentis enim iiſdem.

i *al.* groinde. la DE ACTIONE.*

l *al.* ſuperat. m Idem in Bruto, vbi di xi.*

Alter terribilem minitatur vita cruciatum, & necem:
Quæ nemo est tã firmo ingenio, & tãta cõfidẽtia,
Quin refugiat timido sanguen [a], *atque exalbescat metu.*

a ita 5. de finibus & apud Nonium c 3. an sanguis 203 al. sanguine.*

Aliud *vt*: contentum, vehemens, imminens quadam incitatione grauitatis.

Iterum [b] *Thyestes Atreum attractum aduenit,*
Iterum iam aggreditur me, & quietum exsuscitat.
Maior mihi moles, maius miscendum est malũ:
Qui illius acerbum cor contundã, & comprimã.

b L. Iterum Thyestes me cum altero cum venit.

Aliud *voluptas*: effusum, lene, tenerum, hilarum [c], ac remissum,

Sed mihi cùm [d] *tetulit coronam ob collocandas nuptias,*
Tibi ferebat, cùm simulabat sese [e] *alteri dare:*
Tũ ad te ludibunda [f] *doctè, & delicatè detulit.*

c al. hilarum d L. cùm tetulit ille coronam. e L. sese eam alt. f L. ludibunda'g al. ludibunda voce. al. Ludibunda docte* g L. innuptis sibi iunxit g L. grauida fui, expl. i L. per idem propè temp.

Aliud *molestia*: sine commiseratione graue quiddam, & vno pressu, ac sono obductum,

Qua tempestate Parin Helenam innuptis [g] *iunxit nuptiis,*
Ego tum grauida [h], *expletis iam ferè ad pariendum mensibus,*
Per idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo parit.

Omneis autem hos motus subsequi debet gestus, nõ hic verba exprimens, scenicus [k], sed vniuersam rem, & sententiam, non demonstratione, sed significatione declarans, laterum inflexione hac forti, ac virili, non ab scena, & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palæstra. Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens: brachium proceriùs proiectum, quasi quoddam telum orationis: suppositio pedis in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis. Sed in ore sunt omnia. In eo autem ipso dominatus est omnis oculorum: quo meliùs nostri illi senes, qui personarum, ne Roscium quidem, magnoperè laudabant. Animi est enim omnis actio, & imago animi, vultus est, indices oculi. nam hæc est vna pars corporis, quæ, quot animi motus sunt, tot significationes, & commutationes possit efficere. neq; verò est quisquã, qui eadẽ contuens, efficiat [m]. Theophrastus quidem Tauriscum quendam [n] dixit actorem auersum solitum esse dicere, qui in agendo contuens aliquid, pronuntiaret. Quare oculorum est magna moderatio. nam oris non est nimiùm mutanda species, ne aut ad ineptias aut ad prauitatem aliquam deferamur. Oculi sunt, quorum tum intentione, tũ remissione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum significemus aptè cum genere ipso orationis. est enim actio quasi sermo corporis, quo magis menti cõgruens esse debet. Oculos autem natura nobis, vt equo, & [o] leoni setas, caudam, aureis, ad motus animorum declarandos dedit. Quare in hac nostra actione secundum vocem vultus valet. is autem oculis gubernatur. Atque in iis omnibus, quę sunt actionis, ineſt quædã vis à natura data. quare etiam hac imperiti, hac vulgus, hac denique barbari maximè commouentur. verba enim neminem mouent, nisi eum, qui eiusdẽ linguæ societate coniunctus est: sententiæq. sæpe acutæ, non acutorũ hominũ sensus præ termolãt: actio, quę præ se motum animi fert, omneis mouet. iisdem enim omnium animi motibus concitantur, & eos iisdem notis & in aliis agnoscũt, & in se ipsi iudicant [p]. Ad actionis autem vsum, atque laudem, maximam sine dubio partem vox obtinet, quæ primùm est optanda nobis: deinde, quæcũque erit, ea tuenda: de quo illud iam nihil ad hoc præcipiendi genus, quemadmodũ voci seruiatur: equidem magnopere censeo seruiẽdum. Sed illud videtur ab huiusnostri sermonis officio nõ abhorrere, quòd, vt dixi paullo antè, pluribus in rebus quod maximè est vtile, id nescio quo pacto etiã decet maximè. nã ad vocem in [a] dicendo obtinendã nihil est vtilius, quàm crebra mutatio: nihil perniciosiùs, quã effusa sine intermissione contentio. Quid ad aureis nostras, & actionis suauitem, quid est vicissitudine, & varietate, & commutatione aptius? Itaque idẽ Gracchus, quod potes audire, Catule, ex Licinio, cliente tuo, litterato homine, quẽ seruum sibi ille habuit ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula, qui staret occultè post ipsum, cùm concionaretur, peritum hominem, qui inflaret celeriter eum sonum, quo illium aut remissum excitaret, aut à contentione reuocaret. Audiui mehercule, inquit Catulus, & sæpe sũ admiratus hominis cùm diligentiam, tum etiam doctrinam, & scientiam. Ego verò, inquit Crassus, ac doleo quidem, illos viros in eam fraudem in republiqua esse delapsos: quãquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio vinendi, ac posteritati ostenditur, vt eorum ciuium quos nostri patres non tulerunt, iam simileis habere cupiamus. Mitte obsecro, inquit, Crasse, Iulius, sermonẽ istum, & te ad Gracchi fistulam refer: cuius ego nondum planè rationem intelligo. In omni voce, inquit Crassus, est quiddam medium, sed suum cuique vocì, hinc gradatim ascendere vocem vtile & suaue est. Nã à principio clamare, agreste quiddam est, & illud idem ad [b] firmandum est vocem salutare. Deinde est quiddam contentionis extremum, quod tamen inferius est, quàm acutissimus clamor, quò te fistula progredi non sinet, & tamen ab ipsa contentione reuocabit. Est item contra quiddam in remissione grauissimum, quóque [c] tanquam sonorum gradibus descenditur. Hæc varietas, & hic per omneis sonos vocis cursus, & sectuebitur, & actioni afferet suauitatem. sed fistulatorem domi relinquetis, sensum huius consuetudinis vobiscum ad forum deferetis. Edidi quæ potui, non vt volui, sed vt me temporis angustiæ coegerunt. Scitum est enim, causam conferre in tempus, cùm afferre plura, si cupias, non queas. Tu verò, inquit Catulus, collegisti omnia, quantum ego possum iudicare, ita diuinitus, vt non à Græcis didicisse, sed eos ipsos hæc docere posse videare. Me quidem istius sermonis participem factum esse gaudeo: ac [d] vellem, vt meus gener, sodalis tuus, Hortensius, affuisset: quem quidem ego confido omnibus istis laudibus, quas tu oratione complexus es, excellentẽ fore. Et Crassus, Fore [e] dicis, inquit? ego verò esse iam iudico, & tum iudicaui, cùm, me consule, in senatu causam defendit Africæ, nupérque etiam magis, cum pro Bithyniæ rege dixit. Quamobrem rectè vides, Catule. nihil enim isti adolescenti neque à natura, neque à doctrina deesse sentio. Quo magis est tibi, Cotta, & tibi, Sulpici, vigilandum, ac laborandum, non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit gratiæ: sed & ingen is

k v.c. scænicus.

l v.c. scæna.

n sort. eadem efficiat. n sort. quendã actorem, dixit auersum, solit.

p L. indicant.

a L. in dicendo tuendam

b al. firmandam vocem est salutare. Deinde est quoddam cont.

c al. ad quod tanquã sonorum. P. 3.

d L. ac vellẽ meus gener, sod.

e L. Fore & cis inquis.

genio peracri,& studio flagranti,& doctrina eximia,& memoria singulari. cui quanquam faueo, tamen illum ętati suæ præstare cupio: vobis verò illum tanto minorem præcurrere vix honestum est. Sed iam surgamus, inquit, nósque curemus, & aliquando ab hac contentione disputationis animos nostros, cutámque [a] laxemus.

a L. cutíque laxemus.

P. CLXV.

M. TVLLII CICERONIS DE CLARIS ORATORIBVS LIBER, QVI DICITVR [b] BRVTVS.

b al. inscribitur

BRVTVS. T. POMPON. ATTICVS.

Synopsis.

1 ¶ ad 33. *De claris Oratoribus Græcis. 34 & Romanis.*

cui. Q. Hort.

VM è Cilicia decedens, Rhodum veniſſem, & eò mihi de Q. Hortenſij morte eſſet allatũ, opinione omniũ maiorem animo cepi dolorem. Nam & amico amiſſo, cùm cõſuetudine iucunda, tum multorum officiorum coniunctione me priuatũ videbam, & interitu talis auguris, dignitatem noſtri collegij diminutam dolebam: quo in cogitatione, & cooptatum me ab eo in collegium recordabar, in quo iuratus iudicũ dignitatis meæ fecerat: & inauguratum ab eodem: ex quo, augurum inſtitutis, in [c] parentis eum loco colere debebam. Augebat etiam moleſtiam, quòd magna ſapientium ciuium, bonorúmque penuria, vir egregius, coniunctiſſimúſque mecum conſiliorum omnium ſocietate, alieniſſimo reip. tempore exſtinctus, & auctoritatis, & prudentiæ ſuæ triſte nobis deſiderium reliquerat: dolebámque, quòd non, vt plerique putabant, aduerſarium, aut obtrectatorem laudũ mearum, ſed ſocium potiùs, & conſortem glorioſi laboris amiſerã. Etenim, ſi in leuiorum artium ſtudio memoriæ proditum eſt, poetas nobileis poetarum æqualium mortes doluiſſe: quo tandem animo eius interitum ferre debui, cum quo certare erat glorioſius, quàm omnino aduerſarium nó habere? cùm præſertim non modò nunquam ſit aut illius à me curſus impeditus, aut ab illo meus, ſed cõtrà ſemper alter ab altero adiutus & communicando, & monendo, & fauendo. Sed, quoniam perpetua quadam felicitate vſus ille, ceſſit è vita, ſuo magis, quàm ſuorum ciuium tempore, & tum occidit, cùm lugere faciliùs rempublicam poſſet, ſi viueret, quàm iuuare: vixítque tamdiu, quàm [h] licuit in ciuitate bene, beatéque viuere: noſtro incommodo, detrimentóque, ſi eſt ita neceſſe, doleamus: illius verò mortis opportunitatem beneuolẽtiai potiùs, quàm miſericordia proſequamur, vt, quotieſcunque de clariſſimo, & beatiſſimo viro cogitemus, illum potiùs quàm noſmetipſos, diligere videamur. Nam, ſi id dolemus, quòd eo iam frui nobis non licet: noſtrum eſt id malum: quod modicè feramus, ne id non ad amicitiam, ſed ad domeſticam vtilitatem referre videamur. ſin, tãquam illi ipſi acerbitatis aliquid acciderit, angimur: ſummam eius felicitatem non ſatis grato animo interpretamur. Etenim ſi viueret Q. Hortenſius, cæteta fortaſſe deſideraret vnà cum reliquis bonis, & fortibus ciuibus: hunc [a] autẽ & præter cæteros, aut cum paucis ſuſtineret dolorẽ, cùm forũ populi Romani, quod fuiſſet quaſi theatrũ illius ingenij, voce erudita, & Romanis, Græciſque auribus digna, ſpoliatum, atque orbatum videret. Equidem angor animo, non conſilij, non ingenij, non auctoritatis armis egere rempublicam, quæ didiceram tractare, quibúſque me aſſueſeceram, quæque erant propria cùm præſtantis in republica viri, tum bene moratæ, & hone conſtitutæ ciuitatis. Quòd ſi fuit in republica tempus vllum, cùm extorquere arma poſſet è manibus iratorum ciuium, boni ciuis auctoritas, & oratio: tũ profectò fuit, cùm patrocinium pacis excluſum eſt aut [b] errore hominum, aut timore. Ita nobiſmetipſis acciderit, vt, quanquam eſſent multo magis alia lugenda, tamen hoc doleremus, quòd, quo tempore ætas noſtra, perfũcta rebus ampliſſimis, tanquã in portũ confugere deberet, nó inertiæ, neque deſidiæ, ſed otij moderati, atq. honeſti: cúmque ipſa oratio iã noſtra caneſceret [c], haberétque ſuam quandam maturitatẽ, & quaſi ſenectutem, tum arma ſunt ea ſumta, quibus illi ipſi, qui didicerant eis vti glorioſe, quemadmodum ſalutariter vterentur, non reperiebant. Itaque ijs mihi videntur fortunatè, beatéque vixiſſe, cùm in cæteris ciuitatibus, tum maximè in noſtra, quibus cùm auctoritate, rerúmque geſtarum gloria, tum etiam ſapientiæ laude perfui licuit. Quorum memoria, & recordatio in maximis noſtris grauiſſimiſque curis iucũda ſanè fuit, cùm in eam nuper ex ſermone quodã incidiſſemus. Nam cùm inambularem in xyſto [e], & eſſem otioſus domi, M. ad me Brutus, vt conſueuerat, cum T. Pomponio veneran, homines cùm

P. B.

a hunc aut præter cæt.

b al. aut terrore hom.

‖ ſed in pro Ligario erroremque & timorem coniungit hîc author.*

c Q. Quintil. 1. *

d al. ci.*

e Xyſti, hîc, & 4. Academ. porticus tectæ. vbi athletæ per hyemem exercebantur. 5. Virg. 1. & 6. c. 10. vnde xyſtici l. 4. ff. de his qui notantur infam. Sueton. in Galba c. 15. Tertull. de ſpectac. inde xyſtarches, qui xyſto præerat. Festul. at. ad martyr. Marcellin. at. Suidas, xyſta verò, ſubdiales deambulationes platanæ excendentes.*

d al. deminutam.

e L. parentis eum loco, f magna horum, ſapiẽtiúmque ciuium pæn.

g L. nequitem

h quandiu lic.

i v.c. beneuolentia.

inter se coniuncti, tum mihi ita cari, itáq. iu-
a al. quæ me angebat, rei cura conf. cundi, vt eorum adspectu omnis, quę[a] me angebat de republica cura cõsederit. Quos post quam salutaui, Quid vos, inquã, Brute, & Attice, nunc? quid tandem noui? 2 ¶ Nihil sanè, inquit Brutus, quod quidẽ aut tu audire velis, aut ego pro certo dicere audeam. 3 ¶ Tũ Atticus, Eo, inquit, ad te animo vénimus, vt de republica esset silentiũ, & aliquid audiremus, potiùs ex te, quàm te afficeremus vlla molestia. 4 ¶ Vos verò, inquã, Attice, & præsentẽ me cura leuatis, & absenti magna solatia dedistis. nam vestris primùm litteris recreatus, me ad pristina studia reuocaui. 5 ¶ Tũ ille, Legi, inquit, perlubenter epistolã, quã ad te Brutus misit ex Asia: qua mihi visus est & monere te prudẽter, & consolari amicissimè.

6 ¶ Rectè, inquã, est visus. nam me istis scito literis, ex diuturna perturbatione totius valetudinis tanquã ad adspiciendã lucẽ esse reuocatum. Atq. vt post Cannẽsem illam calamitatẽ primùm Marcelli ad[b] Nolam prælio
b Liuius 23. & itidem Florus. populus se Romanus erexit, posteáq. prosperæ res deinceps multæ cõsecutæ sunt: sic post
P. CLXVI. rerum nostrarũ, & cõmunium grauissimos casus, nihil ante epistolam Bruti mihi accidit, quod vellẽ, aut quod aliqua ex parte sollicitudines alleuaret[c] meas. 7 ¶ Tũ Brutus, Volui id quidẽ efficere certè, & capio magnũ fructũ si quidem quod volui, tanta in re consecutus sum. Sed scire cupio, quæ te Attici litteræ delectauerint[d]. 8 ¶ Istæ verò, inquã, Brute, non modò delectationẽ mihi, sed etiam, vt spero, salutẽ attulerunt. 9 ¶ Salutẽ? inquit ille, quódnam tandẽ genus istuc tam præclarum litterarum fuit? An mihi potuit, inquam, esse aut gratior vlla salutatio, aut ad hoc tẽpus aptior, quàm illius libri, quo me hic affatus[e], quasi iacentem excitauit? 10 ¶ Tum ille, Nẽpe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerũ memoriã breuiter, & vt mihi quidem visum est, perdiligenter complexus[f] est. 11 ¶ Istum ipsum, inquam, Brute, dico librũ mihi saluti fuisse. 12 ¶ Tum Atticus, Optatissimum mihi quidẽ est quod dicis: sed quid tandem habuit liber iste, quod tibi aut nouum, aut tanto vsui posset esse? 13 ¶ Ille verò & noua, inquam, mihi quidẽ, multa, & eam vtilitatẽ, quã requirebã, vt, explicatis ordinibus tẽporum, vno in conspectu omnia viderem: quę cùm studiosè tractare cœpissem, ipsa mihi tractatio litterarũ salutaris fuit, admonuitq. Pomponi, vt à te ipso sumerem aliquid ad me reficiẽdum, téq. remunerandum, si non pari, at grato tamen munere: quanquã illud Hesiodiũ laudatur à doctis, quod eadem[g] mensura reddere iubet, quã acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Ego autem voluntatem tibi profectò remetiar: sed rem ipsam nondũ posse videor: idq. vt ignoscas, à te peto. Nec enim ex nouis, (vt agricolæ solent) fructibus est, vnde tibi reddam quod accepi. sic omnis fœtus repressus, exustúsque flos siti veteris vbertatis exaruit: nec ex conditis, qui iacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui pænè solis patuit, obstructus est. Seremus igitur aliquid tanquam in inculto, & derelicto solo: quod ita diligenter colemus, vt impẽdiis etiam augere possimus largitatem tui muneris: modò idem noster animus efficere possit, quod
m al. qui post quam mult. ager, qui[m] cùm multos annos quieuit, vberiores afferre fruges solet. 14 ¶ Tum ille, Ego

verò & exspectabo ea, quæ polliceris, neq.[a] exigã, nisi tuo cõmodo, & erũt mihi pergrata, si solueris. 15 ¶ Mihi[b] quoq. inquit Brutus, & exspectãda sunt ea, quæ Attico polliceris, etsi fortasse ego à te huius volũtarius procurator petam, quod ipse, cui debes, sẽ[c] incommodo exacturũ negat. 16 ¶ At verò, inquam, tibi ego, Brute, nõ soluã, nisi priùs à te cauero, amplius eo nomine neminẽ, cuius petitio sit, petiturũ. 17 ¶ Nõ mehercule, inquit, tibi repromittere istuc quidẽ ausus sim. nã hũc, qui negat, video flagitatorẽ, non illum quidem tibi molestũ, sed assiduum tamen, & acrem fore. 18 ¶ Tũ Põponius, Ego verò, inquit, Brutũ nihil mẽtiri puto. Videor enim iam te ausurus esse appellare: quoniã lõgo interuallo modò primùm animaduerti paullo te hilariorẽ. Itaque, quoniam[d] hic, quod mihi deberetur, se exacturũ professus est: quod[e] huic debes, ego à te peto. 19 ¶ Quid[f] nam id? inquã. 20 ¶ Vt scribas, inquit, aliquid. iampridẽ enim conticuerũt tuæ litteræ. Nam vt illos de republica libros edidisti, nihil à te sanè postea accepimus: eósque nosmetipsi[g] ad[h] veterum annaliũ memoriam comprehendendam impulsi, atque incẽsi sumus. Sed illa cùm poteris, atque vt possis, rogo. Nunc verò, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. 21 ¶ Quidnã est id? inquã. 22 ¶ Quod mihi nuper in Tusculano inchoasti[h] de oratorib. quãdo esse cœpissent, qui etiã, & quales fuissent. Quẽ ego sermonẽ cùm ad Brutum tuum, vel nostrũ potiùs, detulissem, magnopere hic audire se velle dixit. Itaque hunc eligimus diem, cùm te sciremus esse vacuũ. Quare, si tibi est cõmodum, ede illa, quæ cœperas, & Bruto, & mihi. 23 ¶ Ego verò, inquam, si potueroi, faciã vobis satis. 24 ¶ Poteris, inquit: relaxa modò paullùm animum, aut sanè, (si potes) libera.

25 ¶ Nempe igitur hinc tum, Põponi, ductus est sermo, quòd erat à me mẽtio facta, causam Deiotari, fidelissimi, atque optimi regis, ornatissimè & copiosissimè à Bruto me audisse defensam. 26 ¶ Scio, inquit, ab isto initio tractum esse sermonem, téque Bruti dolentem vicem, quasi defleuisse iudiciorum vastitatẽ, & fori. 27 ¶ Feci, inquã, istuc quidẽ, & sæpe facio. Nam mihi, Brute, in te intuenti, crebrò in mentem venit vereri, ecquódnam curriculum aliquando sit habitura tua & natura admirabilis, & exquisita doctrina, & singularis industria. Cùm enim in maximis causis versatus esses, & cùm tibi ætas nostra iam cederet, faceísque summitteret, subitò in ciuitate cùm alia ceciderunt[k], tum etiam ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquẽtia obmutuit.

28 ¶ Tum ille, Cæterarum rerum causa, inquit, istuc & doleo, & dolendum puto: dicẽdi autem me nõ tam fructus, & gloria, quàm studiũ ipsum, exercitatióque delectat: quod mihi nulla res eripiet, te[m] præsertim tam studioso. Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quisquam potest. 29 ¶ Præclarè, inquam, Brute, dicis, eóq. magis ista dicendi laude delector, quòd cætera, quæ sunt quondam habita in ciuitate pulcherrima, nemo est tam humilis, qui se non aut posse adipisci, aut adeptum putet. eloquentem neminẽ video factũ esse victoria. Sed quo facilius

fermo

a L. nec ex L. gam.
b L. Mihi q que, inquiuo Brutus, exsp. ſ. ea. Apoll. & fort.
c L. ſe incom. modo tuo exa.
P. S.
d al. quoniam hic id, quod e al. id, quod huic d.
f L. ad rerum noſtrarum memoriam. ‖ al. ad rerum naturalium. al. ad rerum naturalium. al. ad rerum memoriam.*
g al. rerum naturalium, malè Hic autem Atticus obiter meminit libri de antiquitate, à ſe compoſiti. vide Victorĩ hũc*
h q. l. vet. inchoaſti.
i al. potero, &
k al. conſlidorunt,
l vide 2. de Oratore.*
m fort. tui præſertim tã ſtud. al. te præſertim eius tam ſtudioſo. al. te præſertim mei tam ſtudioſo

sermo explicetur, recitetes, si videtur, agamus.

P. CLXVII. 36 ¶ Cùm idem placuisset illis, tú in pratulo propter Platonis statuã consedimus. 37 ¶ Hic ego, Laudare igitur eloquentiam, & quanta vis sit eius, expromere, quantámque iis, qui sint eam consecuti, dignitatem afferat, neque ptopositum nobis est hoc loco, neque necessarium. Hoc verò sine vlla dubitatione confirmauerim[a], siuebilla arte pariatur aliquasiue exercitatione quadam, siue natura rem vnam esse omnium difficillimã, quibus enim ex quinque[c] rebus constat, dicitur, earum vnaquæque est ars ipsa magna per sese. Quare quinque artium concursus maximarũ, quantam vim, quantámq; difficultatem habeant, existimari potest.

¶ Testis est Græcia, quę cùm eloquentiæ studio sit incensa, iamdiúque excellat in ea, præstétque cæteris, tamen omneis arteis vetustiores habet, & multo antè non inuentas solùm, sed etiã perfectas, quàm hæc est, à Græcis elaborata dicẽdi vis, atque copia. In quam cùm intueor, maximè mihi occurrunt, Attice, & quasi lucent Athenæ tuæ: qua in vrbe primũ se orator extulit, primúmque etiam monumentis, & litteris oratio est cœpta mandari. tamen[e] ante Periclem, cuius scripta quædam feruntur, & Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt, littera nulla est, quæ quidem ornatum aliquem habeat, & oratoris esse videatur. Quanquam opinio est & eum, qui multis annis ante hos fuerit, Pisistratum, & paullo seniorem[f] etiam Solonem, posteáque[g] Cisthenem, multùm, vt tem poribus illis, valuisse dicendo. Post hanc ætatem aliquot annis, vt ex Atticis monumentis potest perspici, Themistocles fuit: quem cõstat cùm prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse: pòst Pericles, qui cùm floreret omni genere virtutis, hac tamẽ fuit laude clarissimus. Cleonem etiam temporibus illis turbulentum illum quidem ciuem, sed tamen eloquentem constat fuisse. Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex [h] Thucydidis scriptis, qui ipse tũ fuit, intelligi maximè potest. grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Sed vt intellectũ est, quantam vim haberet accurata, & facta quodammodo oratio: tum etiam magistri dicendi multi subitò exstiterunt: tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus [i] Chius, Hippias Eleus, in honore magno fuit, aliíque multi tẽporibus eisdem docere se profitebantur, arrogantibus sanè verbis, quemadmodum causa inferior [k] (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior posset. Iis oppositi sese Socrates, qui subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat verbis. Huius ex vberrimis sermonibus exstiterunt doctissimi viri: primúmque tum philosophia, nõ illa de natura, quæ fuerat antiquior, sed hæc, in qua de bonis rebus & malis, déque hominum vita & moribus disputatur, inuenta dicitur, quod quoniam genus ab hoc, quod propo suimus, abhorret: philosophos aliud in tempus reiiciamus: ad oratores, à quibus digressi[m] sumus, reuertamur. Exstitit igitur iã senibus illis, quos paullo antè diximus, Isocrates[n], cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi, magnus orator, & perfectus magister, quanquam forensi luce caruit, intráque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, est postea consecutus. is & ipse scripsit multa præclarè, & docuit alios: & cùm cætera melius, quàm superiores, tum primus [a] intellexit, etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen, & numerum quendam oportere seruari. Ante hunc enim verborum quasi structura, & quædam ad numerũ conclusio, nulla erat: aut, siquando erat, non apparebat eam dedita opera esse quæsitam: quæ fortitan laus sit: verumtamen, natura [b] magis, tum casu nonnunquam quàm aut ratione aliqua, aut observatione fiebat. Ipsa enim natura circumscriptione quadam verborum comprehendit, concluditque sententiam: quæ cùm aptis constricta verbis est, cadit etiam plerunque numerosè. Nam & aures ipsæ quid plenum, quid inane sit, iudicant, & spiritu, quasi necessitate aliqua, verborum comprehensio terminatur: in quo non modò [c] deficì, sed etiam laborare turpe est. Tum fuit Lysias[c], ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor, atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere. nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris. Nihil acutè inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum grauitate [d], vel sententiarum, quo quidquam esset elatius. Huic *Hyperides* proximus, & *Æschines*[e] fuit, & *Lycurgus*, & *Dinarchus*, & is, cuius nulla exstat scripta, *Demades* aliíque[f] plures. Hæc enim ætas effudit hanc copiã, &, vt opinio mea fert, succus ille, & sanguis incorruptus vsque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. *Phalereus* enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus[g], quàm [h] palæstra. itaque delectabat magis Athenienseis, quàm inflammabat. processerat enim in solem, & puluerem, non vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti, doctissimi hominis, vmbraculis. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem, tenerámque reddidit: & suauis, sicut fuit, videri maluit, quàm grauis: sed suauitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret: & tantùm vt memoriam concinnitatis suæ: non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, à quibus esset auditus. Vidésne igitur, vt in ea ipsa vrbe, in qua & nata, & alta [k] sit eloquentia, quàm ea serò prodierit in lucem? Siquidem ante Solonis ętatem, & Pisistrati, de nullo, vt diserto, memoriæ proditum est. At hi quidem, vt populi Romani ætas est, senes: vt Athenienſium sæcula numerantur, adolescentes debent[l] videri. Nã etsi Seruio Tullo regnante[m] viguerunt, tamẽ multo diutius Athenæ iam erant, quàm est Roma ad hodiernum diem: nec tamen dubito, quin habuerit vim magnam semper oratio. Neque enim iam Troicis[n] temporibus tantũ laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Ho-

a *al.* confirmarim,
b Eloquentia vtrum arte, exercitatione, vel natura pariatur.*
c *al.* sententiæ, dispositio, elocutio, memoria & actionem intelligit.*
d L. habeat,
e Eloquentiæ Atticæ principium à Pericle & Thucydide. Idem Qu. 3. c. 1.*
f vide 17. Gell. 21.*
g vide Isocratem in Areopagitico.*
h L. ex Thucydidi fer. ‖ Sic in Timarchidi potestate. *Merrina* 4. Theophani confita persequamur 9. *ad Atticũ* Pericli succus. 2. *de oratore* Oronti casas *Virgil.* 2. *Aencid ad de Prisciannũ.* 6.*
i L. Prodicus Ceus. Iz *Nisay.* I *xeiTlow.*
k L. degressi. n. Gorgiæ discipulus annum 98. compleuit. *v.* Qu. 3. c. 2. Plutarchũ in Rhetoribus.*
a Idem 3. de oratore, & in fin libro de oratore perfecto num. 16. Isocrates de seipso idem testatur in oratione ad Philippum.*
b L. natura magis tunc, casúq; nonnunquam &c. ‖ haud ratione aliqua aut ob fernat. fiebat *apud Priscianum in a legitur.**
c vide Plutarchum in x. Rhetorib.*
d *forte* grauitate, vel sententiarum grauitate, quo
e De Aeschine & Lycurgo vide Plutarchum in x. Rhetorib.*
f L. aliique complures.
g *al.* instructus.*
h L. quàm pa læstræ.
P. CLXVIII.
i *scripta*
k *al.* alia.
l *al.* videri debent.
m Idem Gellius 17. c. 21.*
n *al.* Heroici.*

merus,& Neſtori,(quorum alterum vim habere voluit, alterum ſuauitatem) niſi iam tum eſſet honos eloquentiæ:neque ipſe poeta hic tam idem ornatus in dicendo, ac planè orator fuiſſet:cuius etſi incerta ſunt tempora,tamen annis mulcis fuit ante Romulum: ſiquidem non infra ſuperiorem Lycurgum fuit, à quo eſt diſciplina Lacedæmoniorum adſtricta legibus.Sed ſtudium eius generis,maiórque vis agnoſcitur in Piſiſtrato.Denique hûc proximo ſæculo Themiſtocles inſecutus eſt, vt apud nos, perantiquus:vt apud Athenienſeis,non ita ſanè vetus. Fuit enim regnante iam Græcia,noſtra autem ciuitate nouaita prídem dominatu regio liberata. nam bellumb Volſcorum illud grauiſſimum,cuiCoriolanus exſul interfuit,eodem ferè tempore,quo Perſarum bellum,fuit, ſimiliſque fortuna clarorum virorum. Siquidem vterque,d cùm ciuis egregius fuiſſet: populi ingrati pulſus iniuria,ſe ad hoſteis contulit,conatúmque iracúdiæ ſuæ morte ſedauit. nam etſi aliter eſt apud te,Attice,de Coriolano,concede tamen, vt huic generi mortis potiùs aſſentiar. 32 ¶ At ille ridens, Tuo verò,inquit,arbitratu : quoniam[c] quidem conceſſum eſt rhetoribus emẽtiri ſin hiſtoriis,vt aliquid dicere poſſint argutiùs.vt enim tu nunc de Coriolano,ſic Clitarchus,ſic Stratocles de Themiſtocle finxit.Nã, quem Thucydides,qui & Athenienſis erat,& ſummo loco natus,ſummúſq. vir,& paullo ætate poſterior,tantùm mortuum ſcripſit, & in Attica clàm humatũ, addidit fuiſſe ſuſpicionem veneno ſibi conſciuiſſe [g] mortem:hunc iſti aiunt,cùm taurum immolauiſſet,excepiſſe [h] ſanguinem patera,& i eo poto,mortuum concidiſſe.Hanc enim mortẽ rhetoricè,&tragicè ornare potuerunt:illa mors vulgaris nullam prębebat materiem ad ornatumk.Quare, quoniam tibi quadrat,omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & [m] Coriolano,paterã,quoque à me ſumas licet:prębebo etiam hoſtiam,vtCoriolanus ſit planè alter Themiſtocles. 33 ¶ Sit ſanè,inquam, vt lubet,de iſto:& ego cautiùs poſthac hiſtoriã attingam,te audiente: quem rerum Romanarum auctorẽ laudare[o] poſſum religioſiſſimum. Sed rum ferè Pericles, Xanthippi filius, de quo antè dixi, primus adhibuit doctrinã:quæ quanquam tum nulla erat dicendi,tamen ab Anaxagora[o] phyſico erudi tus,exercitationé mentis à reconditis,abſtruſiſque rebus ad cauſas forenſeis, popularéſq. facilè traduxerat.Huius ſuauitate maximè hi laratæ ſunt Athenę:huius vbertatem,& copiã admiratæ,eiuſdẽ vim dicendi, terrorémque timuerunt. Hæc igitur ætas prima Athenis oratorẽ propè perfectum tulit.Nec enim in cõſtituentibus rempublicã,nec in bella gerentibus,nec in impeditis,ac regum dominatione deuinctis,naſci cupiditas dicendi ſolet.Pacis eſt comes,otiíque ſocia,& iam bene conſtitutæ ciuitatis quaſi alumna quædam , eloquentia.Itaque ait Ariſtoteles,cùm ſublatis in Sicilia tyrannis,res priuatæ longo interuallo iudiciis repeterentur,tum primùm , quòd eſſet acuta illa gens,& controuerſa[p] natura,artem, & præcepta Siculos, *Coracem* [q] & *Tiſiam* conſcripſiſſe. Nam antea nominis memoriam ſolitum via, nec arte,ſed accuratè tamen,&de ſcripto plérósque dicere : ſcriptáſque fuiſſe,& paratas à Protagora rerum illuſtriũ diſputationes,quæ nunc, communes appellantur loci. Quod idem feciſſe Gorgiam,cùm ſingularum rerum laudes,vituperationéſque cõſcripſiſſet: quòd iudicaret hoc[a] oratoris eſſe maximè propriũ, rem augere poſſe laudando,vituperandóque rurſus affligere.Huic[b] Antiphontem Rhamuſium ſimilia quædã habuiſſe conſcripta , quo neminem vnquam melius vllam orauiſſe capitis cauſam,cùm ſe ipſe defenderet,ſe audiẽte,locuples[c] auctor ſcripſit Thucydides. Nam Lyſiam primo profiteri ſolitũ artem eſſe dicendi: deinde,quòd Theodorus eſſet in arte ſubtilior,in orationibus autem ieiunior,orationes eum ſcribere aliis cœpiſſe,artem rémouiſſe.Similiter Iſocratem primò artem dicendi eſſe negauiſſe,ſcribere autem aliis ſolitum orationes, quibus in iudiciis vterentur, ſed cùm ex eo(quia quaſi committeret contra legem,quo[d] quis iudicio circumueniretur) ſæpe ipſe in iudicium vocaretur:orationes aliis deſtitiſſe ſcribere,totúmque ſe ad artem componendas[e] tranſtuliſſe. Et Græciæ quidem oratorum partus, atque [f] fonteis vides, ad noſtrorum annalium rationem,veteres:ad ipſorum , ſanè recenteis[g]. Nam antequam delectata eſt Athenienſium ciuitas hac laude dicendi,multa iam memorabilia & in domeſticis,& in bellicis rebus effecerat. Hoc autẽ ſtudium non erat commune Græcię,ſed proprium Athenarum. Quis enim aut Argiuum oratorẽ,aut Corinthium, aut Thebanum ſcit fuiſſe temporibus illis? niſi quid de Epaminonda,docto homine,ſuſpicari libet. Lacedæmonium verò vſque ad hoc tempus audiui fuiſſe neminem.Menelaum ipſum dulcem illum quidem tradit[h] Homerus,ſed pauca dicentem.Breuitas autem,laus eſt interdum in aliqua parte dicendi,in vniuerſa eloquentia laudem non habet. At verò extra Græciam magna dicendi ſtudia fuerunt,maximíq. huic laudi habiti honores, illuſtre oratorũ nomẽ reddiderunt.Nam vt ſemel è Pireæo eloquẽtia euecta eſt,omneis[k] peragrauit inſulas,atq. ita peregrinata tota Aſia eſt,vt ſe externis oblineret moribus , omnémque[l] illã ſalubritatẽ Atticæ dictionis quaſi ſanitatẽ perderet, ac loqui pænè dediſceret. Hinc Aſiatici oratores non[m] contẽnendi quidem nec celeritate, nec copia,ſed parũ preſſi,& nimis redundantes. Rhodij ſaniores,& Atticorum ſimiliores. 34 ¶ Sed de Græcis hactenus etenim hæc ipſa forſitan fuerint[n] non neceſſaria. 35 ¶ Tum Brutus, Iſta verò,inquit,quàm neceſſaria fuerint,non facilè dixerim: iucunda certè mihi fuerunt,neq. ſolùm non longa,ſed etiam breuiora,quàm vellem. 36 ¶ Optimè,inquam:ſed veniamus ad noſtros, de quibus difficile eſt plus intelligere,quàm quantum ex monumẽtis ſuſpicari licet.Quis enim putet aut celeritatem ingenii[o].L.[p] *Iunio Bruto* illi,nobilitatis veſtræ principi,defuiſſe? qui[q] de matre ſuauiã da[r] ex oracvlo Apollinis tã acutè,argutéque coniecerit? qui ſummam prudentiam ſimulatione ſtultitiæ texerit? qui potentiſſimum ſregẽ,clariſſimi regis filiũ expulerit,ciuitatémq. perpetuo dominatu liberatam magiſtratibus annuis, legibus, iudiciíſque deuinxerit? qui collegæ ſuo imperium abrogauerit, vt è ciuitate regalis nominis memoriam tolleret? quod certè effici non potuiſſet, niſi eſſet oratione perſuaſum. Videmus item paucis[t] annis poſt reges exactos, cùm plebes prope ripam Anienis ad tertium milliarum conſediſſet, cùm-

a ætate Coriolani,17. Gel.11.*
b *al.* bellum Illud Volſcorum.
c Idem Gell. 17.c.21.*
d Themiſtocles & Coriolanus. vide Plutarch. in Themiſtocle & Coriolano.*
e *al.* quando-quidem.* *al.* mentiri.
g L. conciuiſſe m.
h Plutarchus in Themiſtocle 5. Val. 6.* i *al.* & eo epoto, Iz *al.* ad oraũdum
l L. tibi ita quadrat.
m L. & in Coriolano.
n Laudare teſtem & authorem hîc & in Bruto eſt nominare, exhibere, dutiũ ex eo videri poteſt quod quem qui teſtem nominabat, vna & laudẽ quoque eius commemorabat.*
o Idem 3. de oratore numero 21. adde Laertium 2. in Anaxagora.*
p cõtroverſa
r ἐριστικὸς
q 3. Qu. 1.*
a L. hoc oratoris maximè
b *al.* Hinc*
c ἐξῆς χρεως, ἀξιόπιστος.
d *al.* quo quis in iudicio
e *hæc vox*, cõponendas, *quibuſdam deeſt.**
f *v.c.* atque fontis.
g *v.c.* recentis. P. CLXIX.
h L. tradidit
i Homerus ἰλ. β. παῦρα μὲν ἑλλὰς μάλα λέγως.
Iz *v.c.* omittit
l L. omnémq. illam Atticæ dictionis quaſi ſanitatẽ p.
m L. non contemnendi quidem
n L. ſæpiunt.
o *al.* ingenii, aut eloquentiam.*
p *al.* Lucio Bruto illi.
q vide Liuiũ l. 1. in f. Plinium de viris Illuſtribus c. 10.*
r *v.c.* ſauianda
ſ Tarquiniũ ſuperbum.*
t anno 17. poſt reges exactos l. 2. §. 20. ff. de origine iuris.*

eúmque mõtem, qui Sacer appellatus est, occupauisset, *M. Valerium*[a] dictatorem dicendo sedauisse discordias, eíque ob eam rem honores amplissimos habitos, & eum primum ob eam ipsam causam Maximum esse appellatum. Ne *L. Valerium*, quidem *Potitum*, arbitror non aliquid potuisse dicendo, qui post decemuiralem inuidiam, plebẽ in patres incitatam, legibus, & concionibus suis mitigauerit. b Possumus *Appium*[c] *Claudium* suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauerit[c]. Possumus *C. Fabricium*, quia sit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis missus orator: *T.*[f] *Coruncanium*[g], quòd ex põtificum commentariis longè plurimùm ingenio valuisse videatur: *M.*[h] *Curiũ*, quòd is tribunus plebis, interrege Appio cæco, diserto homine, comitia contra leges habente, cùm de plebe coss. i nõ accipiebat, patres antè auctores fieri coegerit: quod fuerit permagnum, nondum lege Meniaklata. Licet aliquid etiã de *M. Popilij* ingenio suspicari, qui cùm consul esset, eodémque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis, plebis[m] contra patres cõcitatione, & seditione nuntiata, vt erat læna amictus, ita venit in cõcionem, seditionémque cùm auctoritate, tum oratione sedauit. Sed eos oratores habitos esse, aut omnino tum vllum eloquentiæ præmium fuisse, nihil sanè mihi legisse videor, tantummodò cõiectura ducor ad suspicandum. Dicitur etiam *C. Flaminius*, is, qui tribunus plebis legem de agro Gallico, & Piceno viritim diuidẽdo tulerit, qui consul apud Trasimenũ sit interfectus, ad populum valuisse dicendo. *Quinctius*[n] etiam *Maximus Verrucosus*, orator habitus est tẽporibus illis: & *Q. Metellus*, is, qui bello Punico secundo cum L. Veturio Philone cõsul fuit. Quem verò exstet, & de quo fit memoriæ proditum, eloquentem fuisse, & ita esse habitum, primus est *M. Cornelius Cethegus*, cuius eloquentiæ est auctor, & idoneus quidem, mea sententia, Q. Ennius, præsertim cùm & ipse eum audiuerit, & scribat de mortuo: ex quo nulla suspicio est, amicitiæ causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono, (vt opinor) annali:

Additur orator Corneliu' suauiloquenti
Ore Cethegus Marcu': Tuditano collega,
Marci Filius -& oratorem appellat, & suauiloquentiam tribuit: quæ nunc quidem non tam est in plerisque. latrant enim iam quidã[p] oratores, non loquuntur. Sed est ea laus eloquentiæ certè maxima.

--Qu[r] dictus, olli popularibus olim,
Qui tum viuebãt homines, atq. auum agitabãt,
Flos delibatus populi.

Probè verò, vt enim hominis decus, ingenium, sic ingenij ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem præclarè tum illi homines florem populi esse dixerunt, --suadæque medullam. Πειθὼ[t] quam vocant Græci cuius effector est orator, hanc Suadã appellauit Ennius. eius autem Cethegum medullã[u] fuisse vult, vt, quam deã in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorẽ fuisse dixerit. At hic Cethegus, cos. cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo, quæstórque his cos. M. Cato[x], modò planè annis CXL. ante me cos. & idipsum nisi vnius esset. Ennij testimonio cognitum, hunc vetustas, vt alios fortasse multos, oblivione obruisset. Illius autẽ ætatis qui sermo fuerit, ex Næuianis scriptis intelligi potest. His enim consulib. vt in veteribus commentariis scriptum est, Næuius est mortuus: quãquam Varro[a] noster diligentissimus inuestigator antiquitatis, putat in hoc erratum, vitámque Næuij producit longiùs. Namb Plautus P. Claudio, L. Porcio, viginti annis post illos, quos antè dixi, cõsules mortuus est[c], Catone censore. Hunc igitur Cethegum consecutus est ætate *Cato*, qui annis IX. post eum fuit cõsul. eum nos vt perueterem habemus, qui L. Marcio, M.[d] Manilio consulibus mortuus est, annis LXXXIII. ipsis ante me consulem. Nec verò habeo quenquam antiquiorem, cuius quidem scripta proferenda putem, nisi[e] quẽ *Appij Caci* oratio hæc ipsa de Pyrrho, & nonnullæ mortuorum laudationes fortè delectant: & hercules hæ quidem exstant. Ipsæ enim familiæ suæ quasi ornamenta, ac monumenta seruabant, & ad vsum, siquis eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam. quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa, & ad plebem transitiones, cùm homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus: vt, si ego me à M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Seruio Sulpicio consule, anno X. post exactos reges fuit. Catonis autem orationes non minùs multæ verè sunt, quàm Attici Lysiæ: cuius arbitror plurimas esse. Est enim Atticus, quoniam certè Athenis est & natus, & mortuus, & functus omni ciuium munere: quanquam Timæus eum, quasi[g] Licinia, & Mucia lege repetit Syracusasb: & quodammodo est nonnulla in iis etiam inter ipsos similitudo. acuti sunt, elegãtes, faceti, breues. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. Habet, enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectẽtur, quos valetudo modò bona sit, tenuitas ipsa delectat, quanquam in Lysia sunt sæpe etiam lacerti, sic i vt fieri nihil possit valentius: verùm est certè genere toto strigosior[k], sed habet tamẽ suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. Catonem verò quis nostrorum oratorum, qui quidem nũc sunt, legit? aut quis nouit omnino? At quem virum? dij boni! mitto ciuem, aut senatorem, aut imperatorem, oratorem enim hoc loco quærimus. Quis illo grauior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior? in docendo, edisserendóque subtilior? Refertæ sunt orationes amplius cẽtum quinquaginta (quas quidem adhuc inuenerim, & legerim) & verbis, & rebus illustribus. licet ex his eligant ea, quæ notatione, & laude digna sint. omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. Iam verò Origines eius quem florem, aut quod lumen eloquẽtię non habent? Amatores huic desunt, sicuti multis iam antè sæculis & Philisto Syracusio, & ipsi Thucydidi. Nam vt horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis cùm[l] breuitate, tum nimio acumine, officit Theopompus elatione, atque altitudine orationis suę:

a Lucio Manlium Agrippam Liuius. b Florus 2. c. 25. M. autem Valerius dictator, de quo hîc, Coruncius dictus, de quo vide Liuium 7. in f.* b *fort.* mitigarit. c L. App. Claudium d l. 2. §. 36. ff. de origine i. §. 5. ff. de postulando dixi. Plinius libro 8. de senectute. P. R. te.* e L. reuocaric. f *lib. vul.* T. Gœruncanũ, g T. Coruncanij meminit Liu. l. 2. §. 35 & 38. ff. de origine iuris.* h *lib. vulg.* M. Curium i L. consulem k C. Mæniz. *al.* L. Galinia lata.* i Læna, quòd de lana multa, duarum enim togarũ inster. Varro 4. de lingua. adde Festum in Læna. Nonium c. 14. in Læna.* m L. plebeij contr. p. n L. Q. etiam Fabius Maximus. V.

o *lib. vulg.* Ore Cethegus Veturis collega Philoni, ß *ita Pantheus legit*, ore Cethegus Veturio collega Philoni, *male*. Est autem hic versus spondaicus.* p *al.* quidem q L. is dictus popularibus olim, r hos versus deiectos à Seneca 22. epistolarum ad Lucilium refert Gellius, 23. c. 2.* s *al.* illibatus *al.* deliburus* t L. Quam Πειθὼ u Idem Cicero in libro de Senectute* x L. Cato, plane annis

P. CLXX. a libro de poetis quem dat Gellius 17. c. 21. in quo etiam de Næuij ætate scripsit Varro, teste Gellio.* b L. Næ Plautus P. Claudio, L. Porcio coss. quatuor annis post Næuij mortẽ viginti post illos, quos antè dixi consules, mortuus est. Catone &c. c adde 17. Gell. vlt.* d L. M. Manilio e citatur eius liber de vsurpationibus l. 2. §. 36. ff. de origine iuris.* f L. & à plebe trans.

g Lex Licinia à P. Licinio Crasso. & Q. Mucio Scæuola Pont. Max. Cos. impientissimis lata, de ciuibus regundis. vide Ciceronem in Corneliana apud Asconium & in Plautiana & Sestiana.* h Idem Plutarchus in x. Rhetoribus. in Lysia.* i *al.* sic vt fieri valentius nihil possit. k Strigosus morbus dicitur iumentorum, qui corpora strictiora aut fame aut alia viri causa, quasi strictosus. v. Nonium 2. in strigosus. 761.*

l L. *non agnoscit hoc rerum* cùm breuitate, tũ nimio acumine.

Verburg leg: cen[s]et Zlibrat[a] q. i. decor. ticatq. Cl. Fritsch: Act. Erud. T. 103. p. 467.

quod idem Lysiæ Demosthenes, sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altiùs oratio. Sed[a] & in nostris inscitia est, quòd ij ipsi, qui in Græcis antiquitate delectantur, eáque subtilitate, quam Atticam appellant, hanc in Catone non[b] nouerunt quidem: Hyperidæ volunt esse, & Lysiæ. Laudo. Sed cur nolunt Catonis?[c] Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem, atque vtinam imitarentur, nec ossa solùm, sed etiam sanguinem, gratum est tamen, quod volunt. Cur igitur Lysias & Hyperides amatur[d], cùm penitus ignoretur Cato? Antiquior est huius sermo, & quædam horridiora verba. Ita enim tum loquebantur. Id muta, quod tum ille non[e] potuit, & adde numeros, & aptior sit oratio: ipsa verba compone, & quasi coagmenta[f], quod ne Græci quidem veteres factitauerunt: iam neminem antepones Catoni. Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationibus vtantur, quos appellant πρέπους: & sententiarum, orationisque formis, quæ vocant σχήματα. nō verisimile est, quàm sit in vtroque genere & creber, & distinctus Cato. Nec verò ignoro nondum esse satis politum hunc oratorē, & quærendum esse aliquid perfectius: quippe cùm ita sit ad nostrorum temporum rationem vetus, vt nullius scriptum exstet diguum quidē lectione, quod sit antiquius: sed maiore honore in omnibus artibus, quàm in hac vna dicēdi, versatur antiquitas. Quis enim eorū, qui hæc minora animaduertūt, nō intelligit, Canachi signa, rigidiora esse, quàm vt imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora, quàm Canachi. Nondum Myronis satis ad veritatem adducta, iam tamen quæ non dubites pulcra dicere. Pulcriora etiam Polycleti, & iam planè perfecta, vt mihi quidem videri solent. Similis in pictura ratio est, in qua Zeusim[g], & Polygnotum, & Timantem, & eorum, qui non sunt vsi plus quàm quattuor coloribus, formas & liniamenta laudamus. At[i] in Aëtione, Nicomacho, Protogene, Apelle, iam perfecta sunt omnia, & nescio an reliquis in rebus omnibus idem eueniat. Nihil est enim simul & inuentum, & perfectum. Nec dubitari debet, quin fuerint ante[k] Homerum poetæ: quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum, & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur. Quid[l] nostri veteres versus vbi sunt?

quos *olim Fauni, vatesque canebant,*
Cùm[m] *neque mansarum scopulos quisquam superarat,*
Nec dicti studiosus erat:

Ante hunc: Ait ipse de se: nec mentitur in gloriando. sic enim sese res habet. nam & Odysseæ Latina est, sic tanquam opus aliquod Dædali, & Liuianæ fabulæ, non satis dignæ, quæ iterum legantur. Atque hic Liuius[n], qui primus fabulam, C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano coss. docuit, anno ipso, antequam natus est Ennius: post Romam conditam autem quartodecimo, & quingentesimo, vt hic ait, quem nos sequimur. Est enim inter scriptores de numero annorum controuersia. Accius[o] autem à Qu. Maximo quintùm consule captum Tarento scripsit Liuium, annis xxx. postquàm eum fabulam docuisse & Atticus[p] scribit, & nos in antiquis commentariis inuenimus. Docuisse autē fabulam annis pòst xi. C. Cornelio, Q. Minucio coss. ludis[a] Iuuentatis, quos Salinator Senēsib prælio vouerat. In quo tantus error Accij[c] fuit, vt his coss. xl. annos natus Ennius fuerit: cui cùm æqualis fuerit Liuius, minor fuit aliquāto is, qui primus fabulam dedit, quàm ij, qui multas docuerant ante hos coss. & Plautus, & Næuius. Hæc si minus apta videtur huic sermoni, Brute, Attico assigna, qui me inflammauit studio illustrium hominum ætates, & tempora persequendi. 37 ¶ Ego verò, inquit Brutus, & delector ista quasi notatione temporum, & ad id, quod instituisti, oratorū genera distinguere ætatibus, istā diligentiam esse accommodatam puto. 38 ¶ Rectè, inquam, Brute, intelligis: atque vtinam exstarēt illa carmina, quæ multis sæclis[d] ante suā ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato: tamen illius quēe in vatibus, & Faunis enumerat[e] Ennius, bellum Punicum, quasi Myronis opus, delectat. Sit Ennius sanè, vt est certè, perfectior: qui si illum, vt simulat, contemneret, non omnia bella persequens, primum illud Punicum, acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit, cur id faciebat, *--scripsere*, inquit, *alij rem Versibus,*-- & inculentè quidē scripserunt, etiā si minus, quàm tu, politè. Nec verò tibi aliter videri debet, qui à Næuio vel sumsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti. Cū hoc Cato ne grandiores natu fuerunt *C. Flaminius, C. Varro, Q. Maximus, Q. Metellus, P. Lentulus, P. Crassus*, qui cū superiore Africano cōsul fuit. Ipsum *Scipionem* accepimus nō infante fuisse, filius quidē eius, is, qui hunc minorē Scipionē à Paullo adoptauit, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Indicāt cùm oratiunculæ, tum historia quędā Græca, scripta dulcissimè. Numeróque eodem fuit *Sex. Ælius*[g], iuris quidē ciuilis omniū peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus. De minoribus autem, *C. Sulpicius Gallus*, qui maximè omnium nobiliū Græcis littetis studuit, isque, & oratorum in numero est habitus, & fuit reliquis rebus ornatus, atque elegās. Iam enim erat vnctior quædam, splendidiórque cōsuetudo loquendi. Nam, hoc prætore ludos Apollini faciente, cùm Thyestem[h] fabulam docuisset, Qu. Marcio, Cn. Seruilio coss. mortem obiit Ennius. Erat iisdem tēporibus *Ti. Gracchus*, P. F. qui bis cos. & censor fuit, cuius est oratio Græca apud Rhodios: quem ciuem cùm grauem, tum etiam eloquentem constat fuisse. P. etiam *Scipionem Nasicam*[i], qui est Corculum k appellatus, qui item bis consul & censor fuit, habitum eloquentē[l], M. Alium illius, qui sacra acceperit, filium, dicūt. etiam *L. Lentulum*, qui cum C. Figulo cos. fuit: *Qu.*[m] *Nobiliorē*, M. filiū, iā patrio instituto deditū studio litterarum, qui etiā Qu. Ennium, qui cū patre eius in Ætolia militauerat, ciuitate donauit, cùm triumuir coloniam deduxisset: & *T. Annium* Luscum, huius Q. Fuluij collegam, non indisertum dicunt fuisse. Atq. etiā *L. Paullus*[n] Africani pater, persona principis ciuis facilè dicēdo tuebatur: at verò etiā tū Catone viuo, qui annos quinque, & lxxx. nātus excessit è vita, cùm quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam, ad populum summa contentione dixisset: quam etiam oratio-

nem

a L. Sed & in nostris inscientia est, b L. ne nouerunt quidem. ‖ al. non nouerunt: quid enim Hyperidæ &c.*
c L. Catones?
d L. amantur. e L. nō potuit adde numeros,
f al. coagmēta.*
g L. Zeuxim, h L. lineamēta l.
i L. At in Ethione, ‖ al. Acteone. al. Ectione *matè*.
Echio nobilis pictor, cuius meminit Cicero Paradoxo 5.*
k vt Orpheus & Linus.*
l Ennij versus. repetitur idem versus libro de oratore perfecto P. CLXXI. infrà.*
m Hoc ex loco Quintil. 9. c. 4. colligit, antè carmen fuisse, quàm observationē carminis.*
n Idem. 17. Gell. vltimo.*
o L. Attius
p *Vet.* Attius

a *vet.* euentatis. *al.* Luctatiis. *al.* Iuuentatis. *Victorius.* Iuuentatis. Est autem Iuuentas, iuuentutis dea.*
b Senensis: *ita emendat Victorius quem vide.**
c L. Attii.
d *al.* sæculis
e L. quem vatibus & Faunis annumerat Ennius, & bellum Punicum, quasi Myronis opus, delectat. Sit Ennius sanè, vt est certè, perfectior: qui si illum, vt simulat, contemneret, non omnia bella persequens, primum illud Punicum, acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit, cur id faciebat, *--scripsere*, inquit, *alij rem Versibus,*-- & inculentè quidē scripserunt, etiā si minus, quàm tu, politè. Nec verò tibi aliter videri debet, qui à Næuio vel sumsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti. Cū hoc Cato ne grandiores natu fuerunt *C. Flaminius, C. Varro, Q. Maximus, Q. Metellus, P. Lentulus, P. Crassus*, qui cū superiore Africano cōsul fuit. Ipsum *Scipionem* accepimus nō infante fuisse, filius quidē eius, is, qui hunc minorē Scipionē à Paullo adoptauit, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Indicāt cùm oratiunculæ, tum historia quędā Græca, scripta dulcissimè. Numeróque eodem fuit *Sex. Ælius*[g], iuris quidē ciuilis omniū peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus. De minoribus autem, *C. Sulpicius Gallus*, qui maximè omnium nobiliū Græcis littetis studuit, isque, & oratorum in numero est habitus, & fuit reliquis rebus ornatus, atque elegās. Iam enim erat vnctior quædam, splendidiórque cōsuetudo loquendi. Nam, hoc prætore ludos Apollini faciente, cùm Thyestem[h] fabulam docuisset, Qu. Marcio, Cn. Seruilio coss. mortem obiit Ennius. Erat iisdem tēporibus *Ti. Gracchus*, P. F. qui bis cos. & censor fuit, cuius est oratio Græca apud Rhodios: quem ciuem cùm grauem, tum etiam eloquentem constat fuisse. P. etiam *Scipionem Nasicam*[i], qui est Corculum k appellatus, qui item bis consul & censor fuit, habitum eloquentē[l], M. Alium illius, qui sacra acceperit, filium, dicūt. etiam *L. Lentulum*, qui cum C. Figulo cos. fuit: *Qu.*[m] *Nobiliorē*, M. filiū, iā patrio instituto deditū studio litterarum, qui etiā Qu. Ennium, qui cū patre eius in Ætolia militauerat, ciuitate donauit, cùm triumuir coloniam deduxisset: & *T. Annium* Luscum, huius Q. Fuluij collegam, non indisertum dicunt fuisse. Atq. etiā *L. Paullus*[n] Africani pater, persona principis ciuis facilè dicēdo tuebatur: at verò etiā tū Catone viuo, qui annos quinque, & lxxx. nātus excessit è vita, cùm quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam, ad populum summa contentione dixisset: quam etiam oratio-
g l. 2. §. 38. & de origine iuris.*
h Thyestes Ennij citatus à Festo in P. B. sublime, & Nonio in Delectat, contingere, conglomerare, Cernere, Flaccere, Interpetare, purat.*
i de quo l. 2. § 37. & de origine iuris. Liuius 49. 5. & sequente.*
k Idem infrà prima Tusculana.*
l L. eloquentem, M. illius qui sacra, &c.
m de Q. Fulvio Nobiliore. vide Liuium 49.*
n de L. Paulo Æmylio Macedonico vide Liuium 45.*

nem

nem ſcriptam reliquit. Sed viuo Catone minores natu multi vno tempore oratores floruerunt. Nam & *A. Albinus*, is, qui Græcè ſcripſit hiſtoriam, qui conſul cū L. Lucullo fuit, & litteratus, & diſertus fuit: & tenuit cū hoc locum quēdam etiam *Ser. Fuluius* & vnà *Ser. Fabius Pictor*, & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus. *Quintilius*. *Fabius Labeo* fuit ornatus iiſdē ferè laudibus. Nā Q.[a] *Metellus*, is, cuius quattuor filij conſulares fuerunt, in primis eſt habitus eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accuſante Africano, cuius & aliæ ſunt orationes & contra Ti. Gracchū expoſita eſt in C. Fannij annalib. Tum ipſe *L. Cotta* vetus rator[b] habitus, ſed *C. Lælius P. Africanus* in primis eloquentes: quorum exſtant orationes, ex quibus exiſtimari de ingeniis oratorum poteſt. Sed inter hos ætate paullum his antecedens ſine controuerſia *Ser. Galba*, eloquentia præſtitit: & nimirū is princeps ex Latinis, illa oratorum propria, & quaſi legitima opera tractauit, vt egrederetur[c] à propoſito ornandi cauſa, vt delectaret animos, aut permoueret, vt augeret rem, vt miſerationibus, vt cōmunibus locis vteretur: ſed neſcio quomodo huius, quem conſtat eloquentia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut *Lælij*, aut *Scipionis*, aut etiam ipſius Catonis. Itaque exaruerūt, vix iam vt appareāt. De ipſius *Lælij*, & Scipionis ingenio, quanquam ea iam eſt opinio, vt plurimum tribuatur ambobus, dicendi tamē laus eſt in Lælio illuſtrior. At oratio Lælij ded collegis, non melior, quàm, de multis quam voles, Scipionis: non quò illa Lælij quidquam ſit dulcius, aut quòd de religione dici poſſit auguſtius: ſed multo tamē vetuſtior, & horridior ille, quàm Scipio, &, cùm ſint in dicendo variæ volūtates, delectari mihi magis antiquitate videtur, & lubenter verbis etiam vt paullo magis priſcis Lælius. *Sed eſt mos hominum, vt nolint eundem pluribus rebus excellere.* Nam vt ex bellica laude adſpirare ad Africanum nemo poteſt, in qua ipſa egregium Viria tie[e] bello reperimus fuiſſe Lælium: ſic ingenij, litterarum, eloquētiæ, ſapientiæ denique, etſi vtrique primas, priores tamen libenter deferunt Lælio. Nec mihi ceterorum iudicio ſolùm videtur, ſed etiam ipſorū inter ipſos cōceſſu ita tributum fuiſſe. Erat omnino tum mos, vt in reliquis rebus melior, ſic in hoc ipſo humanior: vt faciles eſſent in[f] ſuum[g] cuique tribuendo. Memoria teneo, Smyrnæ, me ex P. Rutilio Rufo audiſſe[h], cùm diceret adoleſcentulo ſe accidiſſe, vt ex S. C. Publius Scipio, & D. Brutus (vt opinor) Coss. de re atroci, magnáque quærerent. Nam cùm in ſylua ſua facta cędes eſſet, notíque homines interfecti, inſimularetúrque[k] familia, partim etiam liberi, ſocietatis eius, quæ picearias[l] de P. Cornelio, L. Mummio Cenſs. redemiſſet, decreuiſſe ſenatum, vt de ea re cognoſceret, & ſtatuerēt cōſules. Cauſam pro publicanis accuratè, vt ſemper ſolitus eſſet, elegantérque dixiſſe Lælium. Cùm cōſules, re audita, *amplius* de[m] conſilij ſententia pronuntiauiſſent: paucis interpoſitis diebus iterum Lælium multo diligētiùs, meliúſque dixiſſe: iterúmque eodem modo à conſulibus rem eſſe prolatam. Tum Lælium, cùm eum ſocij domum reduxiſſent, egiſſēntq. gratias, &, ne defatigaretur, orauiſſent, locutum eſſe ita, ſe, quæ feciſſet, honoris eorum cauſa, ſtudioſè, accuratéque feciſſe: ſed ſe arbitrari, cauſam illā à Ser. Galba, quòd is in[a] dicendo ornatior, acriórque eſſet grauiùs & vehementiùs poſſe defendi. Itaq. auctoritate C. Lælij publicanos cauſam detuliſſe ad Galbam. Illum autē, quòd ei viro ſuccedendum eſſet, verecundè, & dubitāter recepiſſe. vnum, quaſi comperendinatus, medium diem fuiſſe, quem totum Galbam in conſideranda cauſa, componēdáque poſuiſſe, &, cùm cognitionis dies eſſet, & ipſe Rutilius[b] rogatu ſociorum domum ad Galbam manè veniſſet, vt eum admoneret, & ad dicendi tempus abduceret: vſque illum, quoad ei nuntiatum eſſet conſules deſcendiſſe, omnibus excluſis commentatum in quadam teſtitudine cùm ſeruis literatis fuiſſe.: quorū[c] aliud dictare eodē tempore ſolitus eſſet. interim cùm eſſet ei nuntiatū tēpus eſſe, & exiſſe in ædeis eo colore, & iis oculis, vt egiſſet cauſam, nō cōmentatum putares. Addebat etiā, ſídq. dad rē pertinere putabat: ſcriptores illos malè[e] multatos exiſſe cū Galba. Ex quo ſignificabat, illū nō in agendo ſolùm, ſed etiam in meditando vehementē, atque incēſum fuiſſe. Quid multa? magna expectatione plurimis audientibus, coram ipſo Lælio ſic illam cauſam, tanta vi, tantáque grauitate dixiſſe Galbam, vt nulla ferè pars orationis ſilētio præteriretur. Itaque multis querelis, multáq. miſeratione adhibita, ſocios, omnibus approbātibus, illa[f] die, quęſtione liberatos eſſe. Ex hac Rutiliana narratione ſuſpicari licet, cùm duę ſummæ ſint in oratore laudes, vna ſubtiliter diſputandi, ad docendū: altera grauiter agēdi, ad animos audientium permouēdos: multóque plus proficiat is, qui inflāmet iudicem, quàm ille, qui doceat: elegantiā in Lælio, vim in Galba fuiſſe. Quæ quidem vis tum maximè cognita eſt, cùm, Luſitanis à Ser. Galba prętore contra interpoſitam, vt exiſtimabatur, fidem, interfectis[g], Libone tribuno pl. populum incitante, & rogationem in Galbam priuilegij ſimilem ferente, ſumma ſenectute (vt antè dixi) M. Cato legem ſuadens in Galbam multa dixit: quam orationē in Origines ſuas retulit, paucis antequàm mortuus eſt, an dies, an menſibus? Tum igitur[h] recuſans Galba pro ſeſe, & populi Romani fidem implorans, cùm ſuos pueros, cum C. Galli etiam filium flens cōmendabat: cuius orbitas & fletus mirè miſerabilis fuit propter recentē memoriam clariſſimi patris: ſíque ſe tum eripuit flammæ propter pueros, miſericordia populi commota, ſicut idem ſcriptum reliquit Cato. Atque etiam ipſum *Libonem* non infantem video fuiſſe, vt ex orationibus eius intelligi poteſt. 39 ¶ Cùm hæc dixiſſem, & paullum[k] interquieuiſſem: Quid igitur, inquit, eſt cauſæ, Brute, ſi tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationib. eius appareat: quod mirari non poſſum in eis, qui nihil omnino ſcripti reliquerūt. 40 ¶ Nec enim eſt ēadem, inquam, Brute, cauſa non ſcribēdi, & non tam bene ſcribendi, quàm dixerint. Nā videmus alios oratores inertia nihil ſcripſiſſe, ne domeſticus etiam labor accederet ad forenſem, pleræque enim ſcribuntur orationes habitæ iam, non vt habeantur: alios non laborare, vt meliores fiant, nulla enim ges

a de Q. Cęculo Metello Macedonico vide Plinium de viris illuſtribus c. 61.*

b Idem de P. Cethego in ſua.*

c L. degredetur.

d L. à collegis,

P. CLXXII.

e L. Viriatico bello

f *fort.* in ſuo cuique trib.

g Iuſtitiæ id proprium ac præceptum.*

h *fort.* audire, cùm die.

i in ſylua Sita & *ita Turn. al.* in ſilua Scantia. *al.* in Sila. *al.* in Artiuis.*

k vide tit. ff. de Silaniano* l *al.* pecuaria *mendoſè. al.* pilicarias, *non malè. vel* paſcenarias *rectè* ſit enim paſlo antè, ſyluæ mentio.*

m De ampliatione vide quæ ſcripſi prima Verria.*

a *al.* in diſcrendo fortior, acer. & ita emendat Victorius.*

b *al.* Lælius

c L. quorum aliud alij d.

d L. id quod ad

e L. malè mulcatos ‖ & ita Victorius. quo verbo vſus Tacitus p. 8. & Terentius Eunucho & Adelphis.*

f *al.* illò die.

g *al.* T. Libone

h *al.* igitur nihil recuſſa *ita Sebaſt. Corradus.**

i *al.* flammæ

k *fort.* interquieſſem:

tantùm ad dicendum proficit, quantum scriptio. memoriam autem in posterum ingenij sui non desiderãt, cùm se putant satis magnã adeptos esse dicendi gloriam, eámque etiam maiorem visum iri, si in existimantium arbitrium sua scripta non venerint: alios, quòd meliùs putét dicere se posse, quàm scribere: quod peringeniosis hominibus, neque satis doctis, plerumque contingit [a], vt ipsi Galbæ quem fortasse vis nõ ingenj solùm, sed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem incẽdebat, efficiebátque, vt & incitata, & grauis, & vehemens esset oratio: dein cùm otiosus stilum prehenderat, motúsque omnis animi, tanquã ventus, hominem defecerat, flaccessebat oratio: quod iis, qui limatius dicendi consectãtur genus, accidere nõ solet, propterea quòd prudentia nũquam deficit oratorem, qua ille vtens eodem modo possit & dicere, & scribere: ardor animi non semper adest, ísq. cùm cõsedit, omnis illa vis, & quasi flamma oratoris exstinguitur. Hanc igitur ob causam videtur Lælij mens spirare etiam in scriptis: Galbæ autem vis occidisse. Fuerunt etiam in oratorum numero medio crium *L.* & *Sp. Mummij*, fratres, quorum exstant amborum orationes: simplex quidem Lucius [b] & antiquus: Spurius autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamẽ adstrictior. fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. Multæ sunt *Sp. Albini* orationes. sunt etiã *L.* & *C. Aureliorũ Orestarũ*, quos aliquo video in numero oratorum fuisse. P. etiã [c] *Popilius* cùm ciuis egregius, tum non indisertus fuit. *C.* verò, *filius eius*, disertus. *Caiúsque Tuditanus* cùm omni vita, atque victu excultus, atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus. Eodémque in genere est habitus is, qui iniuria accepta fregit Tiberium Gracchum patientia, ciuis in rebus optimis constantissimus, *M. Octauius*. At verò *M. Æmilius Lepidus*, qui est Porcina dictus, iisdem temporib. ferè, quibus Galba, sed paullo minor natu, & summus orator est habitus, & fuit, vt appare. ex orationibus, scriptor sanè bonus. Hoc in oratore Latino primùm mihi videtur & lenitas apparuisse illa Græcorum, & verborum comprehẽsio, etiam artifex (vt ita dicam) stilus. Hunc studiosè duo adolescentes ingenio sissimi, & propè æquales, C. Carbo, & T. Gracchus audire soliti sunt: de quibus iam dicẽdi locus erit, cùm de seniorib. pauca dixero. *Q.* enim *Pompeius* non contemptus orator, temporibus illis, fuit, qui summos honores, homo per se cognitus, sine vlla commendatione maiorum est adeptus. Tum *L. Cassius* multùm potuit, non eloquentia, sed dicendo tamen: homo non liberalitate, vt alij, sed ipsa [d] tristitia [e], & seueritate popularis [f]: cuius quidem legi [g] tabellariæ, *M. Antius Brisso*, tribunus pl. diu restitit, M. Lepido cos. adiuuante. Eáque res P. Africano vituperationi fuit, quòd eius auctoritate de sentẽtia deductus Brisso putabatur. Tum *duo Capiones* multum cluentes [h] consilio & lingua, plus auctoritate tamen, & gratia subleuabãt, i Sed Pompeij sunt scripta nec nimis extenuata, (quanquã veterũ est similis) & plena prudentiæ. *P. Crassum* valde probatum oratorem iisdem ferè temporibus accepimus, qui & ingenio valuit, & studio, & habuit quasdam etiam domesticas disciplinas. Nam & cum summo illo oratore, Ser. Galba, cuius C. filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxerat: &, cùm esset P. Mucij filius, fratrémque haberet P. Scæuolam [a], domi ius ciuile cognouerat. In eo industriam constat summam fuisse, maximámque gratiam, cùm & consuleretur plurimùm, & diceret. Horum ætatibus adiuncti *duo C. Fannij*, C. & M. filij fuerunt: quorum [b] C. filius, qui Cos. cum Domitio fuit, vnam orationem de sociis, & nomine Latino, contra Gracchum reliquit, sanè & bonum, & nobilem. 41 ¶ Tum *Atticus*, Quid ergo? ésne ista Fannij? nam varia opinio pueris nobis erat. alij à C. Persio, litterato homine, scriptam esse aiebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius: alij multos nobileis, quod quisq. potuisset, in illam orationem contulisse. 42 ¶ Tum ego, Audiui equidem ista, inquam, de maioribus natu, sed nunquam sum adductus, vt crederem: eámq. suspicionem propter hãc causam credo fuisse, quòd Fannius in mediocribus oratoribus habitus esset: oratio autem vel optima esset, illo quidem tempore orationũ omnium. sed nec eiusmodi est, vt à pluribus confusa videatur. vnus enim sonus est totius orationis, & idem stilus. nec de Persio reticuisset Gracchus, cùm & Fannius de Menelao Maratheno, & de ceteris obiecisset, præsertim cùm Fannius nunquam sit habitus elinguis. nã & causas defensitauit, & tribunatus eius, arbitrio & auctoritate P. Africani gestus, non obscurus fuit. Alter autem C. Fannius, M. F. C. Lælij gener, & moribus, & ipso genere dicẽdi durior. Is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, nõ admodum diligebat, præsertim cùm ille Qu. Scæuolam [c] sibi minorem natu generum prætulisset: cui tamen Lælius se excusans, non genero minori dixit se illud, sed maiori filiæ detulisse: Is tamen instituto Lælij Panætium audiuerat. Eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspici potest: quæ neque nimis est infans, neque perfectè diserta. *Mucius* autem augur, quod [d] per se opus erat, ipse dicebat, vt de pecuniis repetundis contra T. Albucium, is oratorum in numero non fuit: iuris [e] ciuilis intelligentia, atq. omni prudentiæ genere præstitit. *L. Cælius* [f] *Antipater* [g], scriptor (quemadmodum videtis) fuit, vt temporibus illis, luculentus, iuris valde peritus, multorũ etiam, vt L. Crassi, magister. Vtinam in *Ti. Graccho, Caióque Carbone* talis mens ad remp. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit. profectò nemo his viris gloria præstitisset. Sed eorum alter propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex inuidia fœderis Numãtini bonis iratus accesserat, ab ipsa rep. est interfectus, alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem, morte voluntaria se à seueritate iudicum vindicauit. Sed fuit vterque summus orator, atque hoc memoria patrum teste dicimus. Nam & Carbonis, & Gracchi habemus orationes, nondum satis splendidas verbis, sed acutas, prudentiæque plenissimas. Fuit *Gracchus* diligentia Corneliæ [h] matris à puero doctus, & Græcis litteris eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Græcia magistros, in eis iam adolescens Diophanem Mitylenæum, i Græciæ temporibus illis, disertissimũ. sedi & breue

[a] *al.* contingit,

[b] *al.* quorum C. Faunius C. f.

[c] *al.* Scæuolam

[d] L. quod opus erat, ipse per se diceb., *al.* pro se dicebat,

[e] De Mucio patre & filio v. plura l. 1. §. 37. & 4. ff. de origine iuris.*

[f] L. Cœlius

[g] hic historias conscripsit: plus etiã eloquentiæ, quàm iuri operã dedit. l. 2. §. 40. ff. de origine iuris.*

[h] Corneliæ matris Gracchorum infrà quoque mẽminit, vt & Valerius 4. c. 2. & 6.*

[i] L. sed in breue t.*

[a] Huius tribunal propter nimiam seueritatem scopulus reorum dicebatur. Valer. 7.*

[b] Hinc tristitia iudicum pro seueritate.*

[c] Idem 3. de legibus.*

[d] legis tabellariæ Cassianæ seu à Cassio latæ vt & tabellariis vide lib. 3. de legibus.*

[e] L. clientei al. valentes.* Lal. valebã.*

P. CLXXIII.

P. CLXXIIII.

P. B.

breue tempus ingenij augendi & declarandi fuit. *Carbo*, quod [a] vita ſuppeditauit, eſt in multis iudiciis, cauſiſque cognitus. Hunc qui audierant prudentes homines, in quibus familiaris noſter L. Gellius, qui ſe illi contubernalem [b] in conſulatu fuiſſe narrabat, canorũ oratorem, & volubilem, & ſatis acrem, atque eundem & vehementem, & valde dulcem, & perfacetum fuiſſe dicebat [c], addebat, induſtrium etiam & diligentem, & in exercitationibus, commentationibúſque multũ operæ ſolitum eſſe ponere. Hic optimus, illis temporibus, eſt patronus habitus, cóque forũ tenente plura fieri iudicia cœperunt. Nam & quæſtiones perpetuæ [d], hoc adoleſcente conſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ fuerunt, (*L. enim Piſo*, tribunus pleb. legem [e] primus de pecuniis repetundis, Cenſorino & Manilio Coss. tulit. ipſe etiam Piſo & cauſas egit, & multarum legum aut auctor, aut diſſuaſor fuit, iſque & orationes reliquit, quæ iam euanuerunt, & annaleis, ſanè exiliter ſcriptos) & iudicia populi, quibus aderat Carbo, iam magis patronum deſiderabant, tabella data: quam legem L. Caſſius, Lepido, & Mancino Coss. tulit. Veſter etiam *D. Brutus*, M. filius, vt ex familiari eius L[f]. Accio poeta ſum audire ſolitus, & dicere non incultè ſolebat, & erat cùm litteris Latinis, tum etiam Græcis, vt temporibus illis, eruditus. Quæ tribuerat idem Accius[g] etiam Qu. Maximo, L. Paulli nepoti. Et verò antè maximum illum Scipionem, quo duce priuato Ti. Gracchus occiſus eſſet, cùm omnib. in rebus vehementem, tum acrem aiebat in dicendo fuiſſe. Tum etiam *P. Lentulus* ille princeps, ad remp. duntaxat quod opus eſſet, ſatis habuiſſe eloquentiæ dicitur. Iiſdémque temporibus *L. Furius Philus* perbene Latinè loqui putabatur, litteratiúſque, quàm ceteri. *P. Scæuo La*[h] valde prudenter & acutè, paullo etiam copioſiùs. Nec multo minus prudenter *M. Manilius*. Appij i Claudij volubilis, ſed paullo feruidior erat oratio. In aliquo numero etiam *M. Fulnius Flaccus*, & *C. Cato* Africani ſororis filius: mediocres oratores: etſi Flacci ſcripta ſunt, ſed vt ſtudioſi litterarum. Flacci autem æmulus *P. Decius* fuit, non infans ille quidẽ: ſed vt vita, ſic oratione etiã turbulentus, *M. Druſus*, C. filius qui in tribunatu C. Gracchum collegam, iterum tribunum, fecit[k], vir & oratione grauis, & auctoritate: eíque proximè adiunctus *C. Druſus* frater fuit. Tuus etiã gentilis, Brute, *M. Pennus* facilè agitauit in tribunatu C. Gracchum, paullùm ætate antecedẽs. Fuit enim M. Lepido, & L. Oreſte Coss. quæſtor Gracchus, tribunus Pẽnus, illius M. filius, qui cum Qu. Ælio Coss. fuit: ſed omnia is ſumma ſperans, ædilitius eſt mortuus. Nã de Ti. *Flaminino*, quem ipſe vidi, nihil accepi, niſi Latinè diligenter locutum. Iis adiuncti ſunt *C. Curio*, *M. Scaurus*, *P. Rutilius*, *C. Gracchus*. De Scauro, & Rutilio breuiter licet dicere[m], quorum neuter ſummi [n] oratoris habuit laudem, & vterque in multis cauſis verſatus erat.[o] In quibuſdam laudandis viris, etiam ſi maximi ingenij nõ eſſent, probabilis tamẽ induſtria: quanquam iis quidem non omnino ingeniũ, ſed oratorium ingenium defuit. Neque enim refert videre quid dicẽdũ ſit, niſi id queas ſolutè, & ſuauiter dicere. ne id quidem ſatis eſt, niſi id, quod dicitur, ſit voce, vultu, motúque conditius. Quid dicam, opus eſſe doctrinæ ſine qua etiam ſi quid bene dicitur adiuuante natura, tamen id, quia fortuitò fit, ſemper paratum eſſe non poteſt. In Scauri oratione, ſapientis [a] hominis, & tecti, grauitas ſumma, & naturalis quædã merat auctoritas, non vt cauſam, ſed vt teſtimonium dicere putares, cùm pro reo diceret. Hoc dicendi genus, ad patrocinia mediocriter aptum videbatur: ad ſenatoriam verò ſententiam, cuius erat ille princeps, vel maximè, ſignificabat enim non prudentiam ſolùm, ſed, quod maximè rem continebat, fidem habebat hoc à natura ipſa, quod à doctrina non facilè poſſet, quanquam huius quoque ipſius rei, quemadmodum ſcis, præcepta ſunt. Huius & orationes ſunt, & tres ad L. Fuſidium libri ſcripti de vita ipſius acta[b], ſanè vtiles, quos nemo legit. At Cyri [c] vitam, & diſciplinam legunt, præclaram illam quidem, ſed neque tam rebus noſtris aptam, nec [d] tamen Scauri laudibus anteponendã. Ipſe etiã *Fuſidius* in aliquo patronorum numero fuit. *Rutilius* [e] autem in quodam triſti, & ſeuero genere dicendi verſatus eſt, & vterque natura vehemens, & acer. Itaque cùm vnà conſulatum petiuiſſent, non ille ſolùm, qui repulſam tulerat, accuſauit ambitus deſignatum competitorem, ſed Scaurus etiam abſolutus, Rutilium in iudicium vocauit: multáque opera, multáque induſtria Rutilius fuit, quæ erat propterea gratior, quòd idem magnum munus [f] de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ: multa præclara de iure: doctus vir, & Græcis litteris eruditus, Panætij auditor, propè perfectus in Stoicis: quorum peracutum, & artis plenum orationis genus, ſed tamen exile, nec ſatis populari aſſenſioni accommodatum. Itaque illa, quæ propria eſt huius diſciplinæ, philoſophorũ de ſe ipſorũ opinio, firma in [g] hoc viro, & ſtabilis inuenta eſt: quih quum innocentiſſimus [i] in iudicium vocatus [k] eſſet, quo iudicio conuulſam pentus ſcimus eſſe remp.) cùm eſſent eo tempore eloquentiſſimi viri L. Craſſus, & M. Antonius conſulares, eorum adhibere neutrum voluit, dixit ipſe pro ſeſe, & pauca C. Cotta, quòd ſororis erat filius, & is quidem tamen, vt orator, quanquam erat admodũ adoleſcens. Sed Qu. Mucius enucleatè ille quidem, & politè, vt ſolebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud iudicij, & magnitudo cauſæ poſtulabat. Habemus igitur in Stoicis oratoribus Rutilium, Scaurum in antiquis[l], vtrumque tamen laudemus, quoniã per illos ne hæc quidẽ in ciuitate genera, hac oratoria laude caruerunt. Volo enim, vt in ſcena[m], ſic etiam in foro, non eos modò laudari, qui celeri motu, & difficili vtantur: ſed eos etiã, quos ſtatarios appellant[n], quorum ſit illa ſimplex in agendo veritas, non moleſta. Et quoniam Stoicorum eſt facta mentio. *Quo. Ælius Tubero* fuit illo tẽpore, L. Paulli nepos, nullo in oratorum numero, ſed vita ſeuerus, & congruens cũ ea diſciplina, quam colebat: paullo etiã durior: qui quidẽ in triumuiratu iudicauerit contra P. Africani, auunculi ſui, teſtimonium, vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere: ſed vt vita, ſic oratione durus, incultus, horridus. Itaq. honoribus maiorum reſpondere non potuit. Fuit autẽ conſtans ciuis, & fortis, & in primis Graccho moleſtus, quod indicat Gracchi in eũ oratio, ſunt etiã in Gracchum, Tuberonis.

a L. quoad vita ſupp.

b L. contubernalem

c *fort.* dicebãt addebant, d *al.* quæſtiones. p. rep. ita ſcriptum in veteri codice monet Sebaſtianus Corradus. vnde Cuiacius in f. in ſtitut. facit quæſtiones pecuniarum repetundarũ. quod & ſequentia confirmare videtur: Niſi malis perpetuas hîc ſolennes interpretari: quod tamen minus probo. Alij legunt, quæſtiones pecuniæ publicæ*

e Idem Cicero 2. de officiis, & 3. in Verrem.*

f *al.* L. Attio ſ ita legitur in orat. pro Archia *in f.* Accius verò 2. *Tuſc.* 14.* g *al.* Attius

h *al.* Scæuula

M. App. Claudij

Ja L. fregit, P. B.

l T. Quintio Flaminino Liuius 43. in f.*

m L. dicere. neuter ſummi oratoris h. l. & v. in m. c. verſatus.

n Erat in qui buſdam laudandis &c. *al.* Erat in iis, etiam ſi maxime.

a L. ſapientis hominis, & recti,

b *fort.* antecẽſa*

c κυβερνήτου d *al.* neq. tamen

e De Rutilio dixi 1. de oratore*

f *al. emendatior* munus iuris reſpondendi. Id autem munus poſtea à principibus peti ſolitum l. 2. §. vlt. ff. de origine iuris.*

g L. in hoc vno, & ſt. P. CLXXV.

h *al.* quanquam inn.

i vide Liuiũ 70.*

k ab Apicio vide Athenæum 4.*

l *al.* Atticis*

m v. c. ſcæna,

n Statarij hiſtriones in ſcena qui minus actuoſi & ad ſtatarias Comœdias, quam motoriascõ odatiores. ita ſtatarij oratores hîc dicuntur vt & infrà ipſo ſtatario orator*

o l. 2. §. 46 ff. de origine iuris*

p ab iudicando.

Is fuit mediocris in dicendo, doctissimus in disputando. 43 ¶ Tum Brutus, Quàm hoc idē in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, vt omnes ferè Stoici, prudentissimi in disserendo sint, & id arte faciant, sintque architecti pœnè verborum: iidem tradūcti à disputando ad dicendum, inopes reperiātur. Vnum excipio Catonem, in quo, perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non desiderem: quam exiguam in Fanio, ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuisse. 44 ¶ Et ego, Non, inquam, Brute, sine causa, propterea quòd istorum in dialectis omnis cura consumitur: vagum illud orationis, & fusum, & multiplex non adhibetur genus. Tuus autem auunculus, quemadmodum scis, habet à Stoicis id, quod ab illis petendum fuit: sed dicere didicit à dicendi magistris, eorúmque more se exercuit. Quod si omnia à philosophis essent petenda: Peripateticorum institutis commodiùs fingeretur oratio. Quo magis tuum, Brute, iudicium probo, qui eorum, id[a] est ex vetere Academia philosophorum, sectam secutus es, quorum in doctrina, atque præceptis dissērendi ratio coniungitur cum suauitate dicendi, & copia: quanquam ea ipsa Peripateticorum, Academicorúmque consuetudo in ratione dicendi talis est, vt nec perfiocre oratorem possit ipsa per se, nec sine ea orator esse perfectus. Nā, vt[b] Stoicorum adstrictior est oratio, aliquantóque contractior, quàm aures populi requirunt: sic illorum liberior, & latior, quàm patitur consuetudo iudiciorum, & fori. Quis enim vberior in dicendo Platone? Iouem[c] sic, vt aiunt philosophi, si Græcè loquatur, loqui. Quis Aristotele neruosior? Theophrasto dulcior? Le & it auisse Platonem studiosè, audiuisse etiam Demosthenes dicitur: idque appāret ex genere, & [d] granditate verborum. dicit etiam in quadam epistola hoc ipse de se. Sed & huius oratio in philosophiam translata, pugnacior[e] (vt ita dicam) videtur, & illorum in iudicia pacatior. Nunc reliquorum oratorum ætates, si placet, & gradus persequamur.

45 ¶ Nobis verò, inquit Atticus, & vehementer quidem, vt pro Bruto etiam respondeam. 46 ¶ *Curio* fuit igitur eiusdem ætatis ferè, sanè illustris orator, cuius de ingenio ex orationibus eius existimari potest. Sunt enim & aliæ, & pro[f] Seruio Fuluio de incestu, nobilis oratio. Nobis quidem pueris omnium optima putabatur, quæ vix iam compāret in hac turba nouorum voluminum. 47 ¶ Præclarè, inquit Brutus, teneo qui istam turbam voluminum effecerit. 48 ¶ Et ego, inquam, intelligo, Brute, quem dicas. certè enim & boni aliquid adulimus iuuentuti, magnificētius, quàm fuerat, genus dicendi, & ornatius, & nocuimus fortasse, quòd veteres orationes post nostras, non à me quidem (meis enim illas antepono) sed à plerisque legi sunt desitæ. 49 ¶ Enumera, inquit, me in plerisque, quanquam video mihi multa legenda iam te auctore, quæ antea contemnebam. 50 ¶ Atqui hęc, inquam, de incestu laudata oratio, puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore, loci sanè inanes: verum tamen nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate, tolerabiles. scripsit etiā alia nonnulla, & multa dixit, & illustria, & in numero patrorum fuit: vt eum mirer, cùm & vita[h] suppeditauisset, & splendor ei nō defuisset, Cos. non fuisse. Sed ecce in manibus vir & præstātissimo ingenio, & flagranti studio, & doctus à puero. *C. Gracchus*. Noli enim putare, quenquam, Brute, pleniorem & vberiorem ad dicendum fuisse. 51 ¶ Et ille, Sic prorsus, inquit[a], sic existimo, atque istum de superioribus pænè solum lego. 52 ¶ Immò planè, inquam, Brute, legas censeo. Damnum enim, illius immaturo interitu res Romanæ, Latinæque litteræ fecerunt. Vtinam non tam fratri pietatem, quàm patriæ præstare voluisset, quam ille facilè tali ingenio, diutiùs si vixisset, vel paternam esset, vel auitam gloriam consecutus! Eloquentia quidem nescio an habuisset parē neminem, grandis best verbis, sapiens sententiis, genere toto grauis[c]: manus extrema non accessit operibus eius: præclarè inchoata multa, perfecta non planè. Legendus, inquam, est hic orator, Brute, si quisquam alius, iuuentuti. non enim solùm acuere, sed etiam alere ingenium potest. Huic successit ætati *C. Galba*. Ser. uij illius eloquentissimi viri filius, P. Crassi eloquentis, & iurisperiti gener. Laudabant hūc patres nostri, fauebant etiam propter patris memoriā, sed cēcidit in cursu. Nam rogatione Manilia[d], Iugurthinæ coniurationis inuidia, cū pro sese ipse dixisset, oppressus est. Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur: qui tanto in honore, pueris nobis, erat, vt eū etiā discēremus hīc, qui in collegio sacerdotū esset, primus post Romam conditā iudicio publico est condēnatus. P. Scipio, qui est in consulatu mortuus, non multū ille quidem, nec sæpe dicebat, sed & Latinè loquendo, cuiuis erat par, & omneis sale, facetiisque superabat. eius collega[e] *L. Bestia* bonis initiis orsus tribunatus, (nam P. Popiliū vi C. Gracchi expulsum sua rogatione restituit) vir & acer, & non indisertus, tristeis exitus habuit consulatus. Nā inuidiosa lege [f] Manilia quæstio C. Galbā sacerdotem, & quattuor cōsulareis, L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum ciuémque præstantissimum L. Opimium, Gracchi interfectorē, à populo absolutum, cùm is contra populi stu dium stetisset, Gracchani iudices sustulerunt. Huius dissimilis in tribunatu, reliquáque omni vita, ciuis improbus *C. Licinius Nerua* non indisertus fuit. *C. Fimbria* temporibus iisdem ferè, sed longiùs ætate prouectus, habitus est sanè (vt ita dicam) luculentus patronus, asper, maledicus, genere toto paullo feruidior, atq. commotior: diligentia tamen, & virtute animi, atque vita bonus auctor in senatu. Idē tolerabilis patronus, nec rudis in iure ciuili, & cùm virtute, tum etiam ipso orationis genere liber: cuius orationes pueri legebamus, quas āā reperire vix possumus. Atque etiam ingenio, & sermone eleganti, valetudine incōmoda, *C. Sextius Caluinus* fuit: qui etsi cū remiserant dolores pedū, non deerat in causis, tamē id non sæpe faciebat. Itaque consilio eius, cū volebant, homines vtebantur: patrocinio, cùm licebat. Iisdem temporibus *M. Brutus*, in quo magnum fuit, Brute, dedecus[g], generi vestro, qui cū tanto nomine esset, patrémque, optimū virum habuisset, & iuris peritissimum accusationem factitauerit, vt Athenis Lycurgus. is magistratus nō petiuit, sed fuit accusator vehemens, & molestus, vt facilè cerneres naturalo quoddā stirpis bonū degenerauisse vitio depraua tæ volūtatis. Atque eodē tempore

a L. inquit, existimo.

b μεγαλοπρεπὴς coσμικός.

P. CLXXVI.

c L. Mamilia. *Vide Seb. Corogauit enim Mamilius vt in eos quæreretur, quorum consilio Iugurtha senatus decreta neglexisset. Videsa Iustinum in Iugurtha.*

d L. Mamilia. *Vide Seb. Corogauit enim Mamilius vt in eos quæreretur, quorum consilio Iugurtha senatus decreta neglexisset. Videsa Iustinum in Iugurtha.*

e L. Bestiam collegā P. Scipionis Nasicæ facit Val. l. 6. 8.*

f L. lege Manilia C. Galbam, &c. vt *supra rogatio*. Mamilia. *Hic autem vox* quæstio *disputanda.**

g *al.* vulnus *al.* dedecus iniustum generi vestro.*

a L. *Scipionem hoc ipsum*, id est, ex vet. Academ. phil. *esse ortum, & a Cicerone.* P. B.

b Stoicorum & Academicorum orationis differentia.*

c L. Iouem aiunt philos. si Græcè loq. al. Iouem siquidem aiūt phil. si Gr. loq. sic l.

d ἀπὸ τῆς μεγαλειότητος τῶν ῥημάτων

e μαχιμωτέρος,

f L. Ser. Fulvio

g al. Præclarè, inquit, Brute.

h L. suppeditauisset

pore accusator de plebe *L.Cæsulenus*, fuit, quē ego audiui iam senem, cùm ab L.Sabellio multā lege[a] Aquilia de iustitia petiuisset. Nō feciſſem hominis pænè infimi mentionem, nisi iudicarem, qui suspiciosiùs, aut criminosiùs diceret, audiuisse me neminē. Doctus etiam Græcis *T.Albutius*, vel potiùs pænè Græcus. loquor, vt opinor: sed licet ex orationibus iudicare. Fuit autem Athenis adoleſcēs, perfectus Epicureus euaſerat, minimè aptum ad dicendū genus. Iámq. *Qu.Catulus*, nō antiquo illo more, sed hoc noſtro (niſi quid fieri poteſt perfectius) eruditus, multæ litteræ, ſumma non vitę solùm, atque naturæ, sed orationis etiam comitas, incorrupta quædam Latini ſermonis integritas: quæ perſpici cùm ex orationibus eius poteſt, tum facillimè ex eo libro, quē de conſulatu, & de rebus geſtis ſuis conſcriptum molli, & Xenophonteo genere ſermonis, miſit ad A.Furium poetam, familiarem ſuum: qui liber nihilo notior eſt, quàm illi tres, de quibus antè dixi, Scauri libri.

53 ¶ Tum Brutus, Mihi quidem nec iſte notus eſt, nec illi: ſed[b] hæc mea culpa eſt. nunquam enim in manus inciderunt. Nunc autem & à te ſumam, & cōquiram iſta poſthac curioſius.

54 ¶ Fuit igitur in Catulo ſermo Latinus: quæ[c] laus dicendi non mediocris ab oratoribus pleriſque neglecta eſt. nam de ſono vocis, & ſuauitate appellandarum litterarū, quoniam filium cognouiſti, noli exſpectare quid dicā. quanquam filius quidem non fuit in oratorū numero, ſed non deerat ei tamē in ſententia dicēda cùm prudētia, tū elegans quoddā, & eruditū orationis genus. Nec habitus eſt tamē pater ipſe Catulus princeps in numero patronorum: ſed erat talis, vt, cùm quoſdam audires, qui tum erant præſtantes, videretur eſſe inferior: cùm autem ipſum audires ſine cōparatione non[d] modò contentus eſſes, ſed melius non quęreres. *Qu.Metellus Numidicus*, & eius collega *M.Silanus*, dicebant de[e] rep. quod eſſet illis viris, & cōſulari dignitati ſatis. *M.Aurelius Scaurus*[f] non ſæpe dicebat, ſed politè: Latinè verò in primis eſt eleganter locutus. Quæ laus eadem in *A.Albino* bene loquendi fuit. Nam ſtamen Albinus etiam in numero eſt habitus diſertorum. *Qu.etiam Catulus*[g], vir acer, & fortis, cui fortuna belli, criminis, inuidia populi, calamitati fuit. Tum etiam *C.& L.Memmij*, fuerunt oratores mediocres, accuſatores acres, atq. acerbi. Itaq. in iudiciū capitis multos vocauerunt, pro reis non ſæpe dixerūt. Sp. Torius ſatis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitioſa, & inutili lege[h], vectigali leuauit. *M.Marcellus* Æſerninus pater, non ille quidē in patronis, ſed & in promptis tamen, & nō inexercitatis ad dicendum, fuit, vt filius eius, *P.Lentulus*. *L.* etiam *Cotta*, prætorius, in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude proceſſerat, ſed de induſtria, cùm verbis, tum etiā ipſo ſono quaſi ſub ruſtico proſequebatur[i], atq. imitabatur antiquitatē. Atq. ego & in hoc ipſo Cotta, & in aliis pluribus, intelligo, me nō ita diſertos homines & retuliſſe in oratorum numerum, & relaturum. Eſt[k] enim propoſitum colligere eos, qui hoc munere in ciuitate functi ſint, vt tenerent oratorum locum: quorum quidem quæ fuerit aſſenſio, & quàm in omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atque abſolutio, ex eo, quod dicam, exiſtimari poteſt. Quàm multi enim iam oratores commemorati ſunt, & quàm diu in eorum enumeratione verſamur, cùm tamen ſpiſsè[a], atque vix, vt dudum ad Demoſthenem & Hyperidem, ſic nūc ad *Antonium Craſſumque* peruenimus! Nam ego ſic exiſtimo, hos oratores fuiſſe maximos, & in his primū cum Græcorum gloria Latinè dicēdi copiam æquatam. Omnia veniebant *Antonio* in mentem: eáq. ſuo quæq. loco vbi plurimùm proficere, & valere poſſent: vt ab imperatore equites, pedites, leuis armatura: ſic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio: imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur: ſed ita erat paratus, vt iudices, illo dicente nonnunquam viderentur non ſatis parati ad cauēdum fuiſſe. Verba ipſa, non illa quidem elegantiſſimo ſermone: itaque diligenter loquendi laude caruit: neq. tamen eſt admodum inquinatè locutus: ſed illa, quæ[b] propriè laus oratoris eſt in verbis: (nam ipſum Latinè loqui, eſt illud quidem (vt paullo antè dixi,) in magna laude ponendum: ſed non tam ſua ſponte, quàm quòd eſt à pleriſque neglectum. non enim tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire: neque tam id mihi oratoris boni, quàm ciuis Romani proprium videtur:) ſed tamen Antonius in verbis & eligendis, (neque idipſum tam lepōris cauſa, quàm ponderis) & collocandis, & comprehēſione deuinciendis, nihil non ad rationem, & tanquam ad artem dirigebat: verum multo magis hoc idem in ſententiarum ornamentis, & cōformationibus. quo genere quia præſtat omnibus Demoſthenes, idcirco à doctis Oratorū eſt princeps iudicatus. σχήματα enim quæ vocant Græci, ea maximè ornant oratorem[c]: eáſque non tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis ſententiis. Sed cùm hæc magna in Antonio, tum actio ſingularis: quæ ſi partienda eſt in geſtum, atque vocem: geſtus erat non verba exprimens, ſed cum ſententiis congruens: manus, humeri, latera, ſupplosio pedis, ſtatus, inceſſus, omniſque motus cum verbis, ſententiiſque cōſentiens: vox permanēs, verùm ſubrauca natura: ſed hoc vitium huic[d] vni in[e] bonum conuertebat. habebat enim flebile quiddam in[f] quæſtionibus, aptúmque cùm ad fidem faciendam, tum ad miſericordiam commouēdam: vt verum videretur in hoc illud, quod Demoſthenē ferunt ei, qui quæſtiuiſſet, quid[g] primum eſſet in dicendo, actionem: quid ſecundum, idem, & idem tertium, reſpondiſſe. Nulla res magis penetrat in animos, eóſque fingit, format, flectit: taleſque oratores videri facit, qualeis ipſi ſe videri volunt. Huic alij parem eſſe dicebant, alij anteponebant *L.Craſſum*. Illud quidem certè omneis ita iudicabant, neminem eſſe, qui horum alterutro patrono cuiuſquam ingenium requireret. Equidem, quanquam Antonio tantum tribuo, quantum ſuprà dixi, tamen Craſſo nihil ſtatuo fieri potuiſſe perfectius. erat ſumma grauitas, erat cum grauitate iunctus facetiarum, & vrbanitatis oratorius, non ſcurrilis, lepos. Latinè loquendi accurata, & ſine moleſtia diligens elegantia: in diſſerendo mira explicatio: cùm de iure ciuili, cùm de æquo & bono diſputaretur,

a L. lege Aquillia de iniuria pet. *al.* de damno iniuriato pet. ¶ vide l.1.ff. ad l. Aquiliam.*

P. B.

b L. ſed nec mea culpa eſt, *c al.* quæ laus in dicendo

d L. non modò eo contentus *e v.c.* d.r.p.

f vide Liuiū 67.*

g *ſic Ennius, Quorum virtuti, belli fortuna pepercit, &c.*

h legis Toriæ ſeu Thoriæ meminit Cicero 2. de oratore.*

i perſequebatur, atque P. CLXXVII.

k *fort.* Eſt enim mihi prop. l L. aſcenſio, id eſt progreſſio quaſi per gradus.*

a γελοίας

b L. quę propria l,

c *al.* orationem.*

d *al.* hic vnus.*

e L. in bonum vertebat. *al.* in bonum conuertebatur hab.

f L. in cōquestionibus. *al.* quæſtionib.

P. B.

g Actio primum ſecundum & tertium eſt in dicēdo. *Idem lib.3 de oratore & 5. & in oratore infrà 8. Valerius 10. 11. Quint.3.**

argumentorum,& ſimilitudinum copia. Nã vt Antonius coniectura mouenda,aut ſedanda ſuſpicione, aut excitanda, incredibilem vim habebat:ſic in interpretãdo,in definiendo,in explicanda æquitate, nihil erat Craſſo copioſius:ſídque cùm ſæpe aliàs,tum apud cẽtumuiros in M'.Curij cauſa [a] cognitum eſt. Ita enim multa tum contra ſcriptum pro æquo & bono dixit,vt hominem acutiſſimum Q.Scæuolam[b],& [c] in iure, in quo illa cauſa vertebatur, paratiſſimum [d], obrueret argumentorum, exemplorúmque copia: atque ita tum ab his patronis æqualibus,etiam conſularibus,cauſa illa dicta eſt,cùm vterque ex contraria parte ius ciuile defenderet,vt eloquentium[c] iuriſperitiſſimus Craſſus, iuriſperitorum eloquentiſſimus Scæuola[f] putaretur. qui quidem cùm peracutus eſſet ad excogitandum,quid in iure,aut in æquo verum aut eſſet,aut non eſſet,tũ verbis erat ad rem cum ſumma breuitate mirabiliter aptus.Quare ſit nobis orator in hoc interpretandi, explanãdíque,&diſſerendi genere mirabilis,ſic vt ſimile nihil viderim:in augendo,in ornando, in refellendo magis exiſtimator metuendus, quàm admirãdus orator. Verùm ad Craſſum reuertamur. 55 ¶ Tum Brutus, Etſi ſatis, inquit,mihi videbar habere cognitum Scæuolam[g] ex iis rebus quas audiebam ſæpe ex C. Rutilio,quo vtebatur propter familiaritatem Scæuolæ[k] noſtri, tamen iſta mihi eius dicẽdi tanta laus,nota non erat.Itaque cepi voluptatem,tam ornatum virum, támque excellens ingenium fuiſſe in noſtra rep. 56 ¶ Hic ego, Noli,inquam,Brute, exiſtimare, his duobus quidquam fuiſſe in noſtra ciuitate præſtãtius. Nam [i],vt paullo antè dixi conſultorum alterum diſertiſſimum,diſertorum alterum conſultiſſimũ fuiſſe, ſic in reliquis rebus ita diſſimiles erant inter ſeſe,ſtatuere vt tamen nõ poſſes vtrius te malles ſimiliorem. Craſſus erat elegantium parciſſimus, Scæuula[k] parcorum elegantiſſimus.Craſſus in ſumma comitate habebat etiam ſeueritatis ſatis: Scæuolæ multa in ſeueritate nõ deerat tamẽ comitas. Licet omnia hoc modo : ſed vereor,ne fingi videãtur hæc, vt dicãtur à me quodãmodo: res ſe tamẽ ſic habet,cùm omnis virtus ſit, vt veſtra, Brute, vetus Academia dixit, mediocritas[m]: vterq.horũ medium quiddã volebat ſequi:ſed ita cadebat vt alter ex alterius laude partem, vterque autẽ ſuam totã haberet. 57 ¶ Tum Brutus,Cùm ex tua oratione mihi videor,inquit,bene Craſſum,& Scæuolã[n] cognouiſſe,tum de te,& de *Ser.Sulpicio* cogitãs, eſſe quandã vobis cũ illis ſimilitudinẽ iudico.Quónã,inquã,iſtuc modo?Quia mihi & tu videris,inquit,tantũ iuris ciuilis ſcire voluiſſe,quantum ſatis eſſet oratori: & Seruius eloquentiæ tantum aſſumſiſſe,vt ius ciuile facilè poſſit[o] tueri:ætatéſque veſtræ, vt illorum,nihil,aut non ferè multum differunt. 58 ¶ Et ego, De me inquam,dicere nihil eſt neceſſe: de Seruio autem & tu probè dicis, & ego dicam quod ſentio.Non enim facilè quem[p] dixerim plus ſtudij,quàm illum,& ad dicendũ & ad omneis bonarum rerum diſciplinas adhibuiſſe.nã & in iiſdem exercitationibus iuuenta ætate,fuimus,&[q] poſtea Rhodum vnà ille etiam profectus eſt, quò melior eſſet, & doctior:&,inde vt rediit, videtur mihi in ſecũda arte primus eſſe maluiſſe, quã in prima ſecundus. Atque haud ſcio,an par principibus eſſe potuiſſet:ſed fortaſſe maluit,id quod eſt adeptus,longè omnium,nõ eiuſdem modò ætatis,ſed eorum etiam,qui fuiſſent,in iure ciuili eſſe princeps. 59 ¶ Hic Brutus,Aiu tu? inquit. etiámne Qu.[a] Scæuolæ Seruium noſtrum anteponis? 60 ¶ Sic enim,inquam, Brute, exiſtimo, iuris ciuilis magnum vſum & apud Scæuolam[b],&apud multos fuiſſe:artem, in hoc vno : quod numquam effeciſſet ipſius iuris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem,quæ doceret rem vniuerſam tribuere in parteis, latentem explicare definiẽdo, obſcuram explanare interpretando, ambiguam[e] primùm videre, deinde diſtinguere,poſtremò habere regulam,qua vera & falſa iudicarentur,&quæ quibus propoſitis eſſent quæque non eſſent conſequentia.Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam,quaſi lucem,ad ea,quæ confuſè ab aliis aut reſpondebantur,aut agebantur.
61 ¶ Dialecticam mihi vidêris dicere,inquit. 62 ¶ Rectè,inquam,intelligis:ſed adiunxit etiam & litterarum ſcientiam, & loquẽdi elegantiam,quæ ex ſcriptis eius,quorum ſimilia nulla ſunt facilimè perſpici poteſt. Cúmque dicendi[e] cauſa duobus peritiſſimis operam dediſſet, L.Lucilio Balbo, C.Aquillio Gallo: Galli,hominis acuti,& exercitati promptam, & paratam,in agendo,&in reſpondendo celeritatem ſubtilitate,dil gẽtiáque ſuperauit: Balbi,docti,& eruditi hominis,in vtraque re conſideratam tarditatem vicit,expediendis, conficiendíq.rebus:ſic & habet quod vterq. eorum habuit,& expleuit quod vtriq.defuit. Itaque,vt Craſſus mihi videtur ſapientiùs feciſſe,quàm Scæuola f: (hic.n.cauſas ſtudioſè recipiebat,in quib.à Craſſo ſuperabatur: ille ſe cõmíſi volebat, ne qua in re inferior eſſet, quàm Scæuola[g]) ſic Seruius ſapiẽtiſſimé. cùm enim duæ ciuiles artes,ac forẽſes plurimũ & laudis haberent,& gratiæ, perfecit, vt altera præſtaret omnibus:ex altera tantũ aſſumeret, quantũ eſſet & ad tuendũ ius ciuile,&ad obtinendã conſulatẽ dignitatem ſatis.63 ¶ Tum Brutus, Ita prorſus,inquit, & antea putabam. Audiui enim nuper eum ſtudioſè,& frequẽter,Sami, cùm ex eo ius noſtrum pontificiũ, qua ex parte cum iure ciuili coniunctũ eſſet, vellem cognoſcere,& nunc meum iudicium, multo magis confirmo teſtimonio,& iudicio tuo:ſimul illud gaudeo.quòd&æqualitas veſtra,& pares honorum gradus, & artium, ſtudiorúmque quaſi finitima vicinitas, tantum abeſt ab [h] obtrectatione inuidiæ, quæ ſolet lacerare pleroſque,vti ea non modò non exulcerare veſtram gratiam, ſed etiam cõciliare videatur.quali enim te erga illũ perſpicio, tali illũ in te voluntate,iudiciõque cognoui. Itaq.doleo & illius cõſilio & tua voce populum R.carere tam diu : quod cùm per ſe dolendum eſt,tum multo magis cõfideranti,ad quos iſta nõ tranſlata ſint,ſed neſcio quo pacto deuenerint. 64 ¶ Hic Atticus,Dixerã,inquit,à principio,dei rep.vt ſileremus:itáq.faciamus. nam ſi iſto modo volumus ſingulas res deſiderare, nõ modò quærẽdi, ſed ne lugendi quidẽ finem reperiemus. 65 ¶ Pergamus ergo,inquã,ad reliqua, & inſtitutũ ordiné perſequamur.Paratus igitur veniebat Craſſus,expectabatur,audiebatur:à principio ſtatim,(quod erat apud eum ſemper accuratũ:) exſpectatio-

a de qua infrà plenius & x.de oratore.*
b al. Scæuulã c L.& iure,in quo,
d al.peritiſſimum,
e Idem in libris de oratore.*
f al. Scæuula
g L. Scæuulam
k al. Scæuulæ
i al. Nã cùm conſtet, vt paullò antè dixi, conſultorum alterum diſ. &c. & ita Budæus
k al.Scæuula. al.Scæuulæ.
P.CLXXVIII
m μεσότης
n al. Scæuulam
o al. poſſet
p L.quẽquam dixerim pl. al. quãquam dixeris pl.
q L.& poſtea vna Rhodum ille.
a al. Q. Scæuulæ
b L. Scæuulam
c L. ambigua
d L. & quæ quibus poſitis ‖ & ita in Partitionibus legimus.*
e L. diſcendi cauſa
f al. Scæuula
g al. Scæuula
h L.ab obtrectatione, inuidiáq.quæ ‖ ſic Liuius 23.& Cæſar 1. *Ciuil.* obtrectationem & inuidiam cõiungunt.*
i v.c.de R.P.

exſpectatione dignus videbatur: non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio, non crebra ſupplosio pedis: vehemens, & interdũ irata, & plena iuſti doloris oratio: multæ & cũ grauitate facetiæ: quódque difficile eſt, idé & perornatus, & perbreuis. Iam in altercando inuenit paré neminẽ: verſatus eſt in omni ferè genere cauſarum, maturè in locum principum oratorum venit. Accuſauit C. Carbonem, eloquentiſſimũ hominem, admodum adoleſcens, ſummam ingenij non laudem modò, ſed etiam admirationem eſt conſecutus. Defendit poſtea Liciniam[a] virginem, cùm annos XXVII. natus eſſet. in ea ipſa cauſa fuit eloquentiſſimus, orationíſque eius ſcriptas quaſdam parteis reliquit. Voluit adoleſcens in colonia Narbonẽſi cauſæ popularis aliquid attingere, eámque coloniam (vt fecit) ipſe deducere. Exſtat in eam legem ſenior (vt ita dicam) quàm illa ætas ferebat, oratio. Multæ deinde cauſæ, ſed ita tacitus tribunatus, vt, niſi in eo magiſtratu cœnauiſſet apud præconem Granium, idque[b] nobis bis narrauiſſet Lucilius, tribunũ plebis neſciremus fuiſſe. Ita prorſus, inquit Brutus: ſed ne de[c] Scæuolæ quidem tribunatu quidquam audiuiſſe videor, & eum collegam Craſſi credo fuiſſe. Omnibus quidem aliis, inquam, in magiſtratibus, ſed tribunus anno póſt fuit, eóque in roſtris ſedente ſuaſit Seruiliam legem[d] Craſſus. Nam cenſuram ſine Scæuola[e] geſſit. eum enim magiſtratum nemo vnquam Scæuolarũ[f] petiuit. ſed hæc Craſſi cùm edita oratio eſt, quam te ſæpe legiſſe certò ſcio, quattuor & triginta tum habebat annos, totidémque annis mihi ætate præſtabat. His enim coſſ. eam legem ſuaſit, quibus[g] nati ſumus, cùm ipſe eſſet Qu. Cæpione Coſ. natus, & C. Lælio, triennio ipſo minor, quàm Antonius, quod idcirco poſui, vt dicendi Latinè prima maturitas in qua ætate exſtitiſſet, poſſet notari: & intelligeretur iam ad ſummũ pænè eſſe perductam, vt eò nihil fermè quiſquã addere poſſet, niſi qui à philoſophia, à iure ciuili ab hiſtoria fuiſſet inſtructior. 66¶ Erit, inquit M. Brutus, aut iam eſt iſte, quem expectas? 67¶ Neſcio, inquam. Sed eſt etiam L. Craſſi in conſulatu, pro Qu. Cæpione, defenſione iuncta non breuis, vt laudatio: vt oratio autem, breuis, poſtrema cenſoris oratio, qua anno duodequinquageſimo vſus eſt. In his omnibus ineſt quidam ſine vllo fuco veritatis color. quinetiam comprehenſio, & ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) erat apud illum contractus, & breuis, & in membra quædã, quæ κῶλα[h] Græci vocant, diſpertiebat rationem lubentius. 68¶ Hoc loco Brutus, Quandoquidẽ tu iſtos oratores, inquit, tantopere laudas, vellem aliquid Antonio, præter illũ de oratione dicendi ſanè exilem libellum, plura Craſſo libuiſſet ſcribere. cùm enim omnibus memoriam ſui, tum etiam diſciplinam dicendi, nobis reliquiſſent. Nam Scæuolæ[i] dicendi elegantiam ſatis ex iis orationibus, quas reliquit, habemus cognitã. 69¶ Et ego, Mihi quidẽ à pueritia quaſi magiſtra fuit, inquam, illa in legem Cæpionis oratio: in qua & auctoritas ornatur ſenatus, quo pro ordine illa dicuntur: & inuidia concitatur in iudicum & in accuſatorum factionẽ, contra quorũ potentiã populariter tum dicendũ fuit. multa in illa oratione grauiter, multa leniter, multa aſperè, multa facetè dicta ſunt: plura etiam dicta, quàm ſcripta, quod ex quibuſdam capitibus expoſitis, nec explicatis intelligi poteſt. Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paullo plenius. nulla eſt enim altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. Et verò fuit in hoc & popularis dictio excellens. Antonij genus dicendi multo aptius iudiciis, quàm concionibus. Hoc loco ipſum *Domitium* non relinquo. Nam etſi non fuit in oratorum numero, tamen pono[a] ſatis in eo fuiſſe orationis atque ingenij, quo & magiſtratus perſonam, & conſularem dignitatem tueretur: quod idem de[b c] *Cælio* dixerim, induſtriam in eo ſummam fuiſſe, ſummáſque virtutes: eloquentiæ tantum, quod eſſet in rebus priuatis, amicis eius, in repub. ipſius digni tati ſatis. Eodem tempore *M. Herennius* in me diocribus oratoribus, Latinè, & diligenter loquentibus, numeratus eſt: qui tamen ſumma nobilitate hominem, cognatione, ſodalitate, collegio, ſumma etiam eloquentia, L. Philippum, in conſulatus petitione ſuperauit. Eodẽ tempore *C. Claudius*, etſi propter ſummam nobilitatem, & ſingularem potentiam magnus erat, tamen etiam eloquentiæ quandam mediocritatem afferebat. Eiuſdem ferè temporis fuit eques[b] Remanus *C. Titius*, qui meo iudicio, eò peruenifſe videtur, quo potuit ferè Latinus orator ſine Græcis litteris, & ſine multo vſu peruenire. Huius orationes tantũ argutiarum, tãtum exemplorum, tãtum vrbanitatis habent, vt pænè Attico ſtilo ſcriptæ eſſe videantur. Eaſdem argutias in tragœdias ſatis quidem ille acutè, ſed parum tragicè tranſtulit. Quem ſtudebat imitari L. Afranius poeta, homo peracutus, in fabulis quidem etiam, vt ſcitis, diſertus. Fuit etiam *Qu. Rubrius Varro*, qui à ſenatu hoſtis cum C. Mario iudicatus eſt, acer, & vehemens accuſator. In eo genere ſanè probabilis, doctus autem Græcis litteris, propinquus noſter, factus ad dicendum, *M. Gratidius*, M. Antonij perfamiliaris: cuius præfectus cùm eſſet in Cilicia, eſt interfectus: qui accuſauit C. Fimbriam, M[c]. Marij Gratidiani patrem. Atque etiam apud ſocios, & Latinos oratores habiti ſunt *Q[f]. Vettius Vettianus*, è Marſis, quem ipſe cognoui, prudens vir, & in dicendo breuis. *Q[g]. D. Valerij Soranj*, vicini, & familiares mei, non tam in dicendo admirabiles, quàm docti & Græcis litteris, & Latinis: *C. Ruſticellus* h Bononienſis, is quidem & exercitatus, & natura volubilis. Omnium autem eloquentiſſimus extra hanc vrbem *T. Betucius Barrus* Aſculanus, cuius ſunt aliquot orationes Aſculi habitæ. illa Romæ contra Cæpionem, nobilis ſanè, cui orationi Cæpionis ore reſpondit *Ælius*: qui ſcriptitauit orationes multas, orator ipſe nunquam fuit. Apud maiores autem noſtros video diſertiſſimum habitum ex Latio L. Papirium Fregellanum, Ti. Gracchi, P. F. ferè ætate: eius autem oratio eſt pro Fregellanis, coloníſque i Latinis habita in ſenatu. 70¶ Tum Brutus, Quid tu igitur, inquit, tribuis iſtis externis quaſi oratoribus? 71¶ Quid cenſes, inquam, niſi idem, quod vrbanis, præter vnum, quòd non eſt eorum vrbanitate quadam quaſi colorata oratio. 72¶ Et Brutus, Qui eſt, inquit, iſte tandem vrbanitatis color?

a De Licinia dixi in orat. pro domo.*

b L. idque nobis narrauiſſet Luc.
c L. de Scæuola P. CLXXIX.

d Lex Seruilia à Q. Seruilio Cæpione lata, qua equitibus auferebat iudicia & ea ſenatoribus concedebat*
e Scæuola.
f L. Scæuolarum.
g Cicero natus eſt Q. Seruilio Cæpione & Q. Seruano Coſſ. vt etiam notat Gellius 15.*

h vnde ἰσόκωλα & παρίσωσις 9. Quint. 3.*

i al. Scæuolæ

A
B
C
D
E
F
G
H

a 7. 13. 14.
b al. de C. Cælio P. B.
c C. Cœlij meminit v. de oratore.*
d Equitũ præfectum, facit Val. 2. c. 7. ad de Frontinũ 4. c. 1.*
e L. M. Marij Cratidiani pater.
f L. Q. Vettius Vettianus, g L. & Q. & D.
h al. Ruſticellus.*
i L. coloníſq. Latinis. & ita Seb. Corr.

73 ¶ Nescio, inquam, tantum esse quendam scio. Id tu, Brute, iam intelliges, cùm in Galliam veneris, audies[a] tu quidem etiam verba quædam non trita Romæ: sed hæc mutari, dedisciq́ue possunt. Illud est maius, quòd in vocibus nostrorum oratorum recinit quiddam, & resonat vrbanius, nec hoc in oratoribus modò apparet, sed etiam in ceteris. ego memini *T. Tincam* Placentinum, hominem facetissimũ, cum familiari nostro Qu. Granio præcone dicacitate certare. 74 ¶ Eón', inquit Brutus, de quo multa Lucilius? 75 ¶ Isto ipso: sed Tincam non minùs multa ridiculè dicentem Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo: vt ego iam non mirer, illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, cùm percontaretur[b] ex anicula quadam, quanti aliquid venderet: & respondisset illa, atque addidisset, Hospes[c], non pote minoris: tulisse eum molestè, se nõ effugere hospitis speciem cum ætatem ageret Athenis, optimèque loqueretur. Omniũ[d], (sicut opinor) in nostris est quidam vrbanorum, sicut ille Atticorum sonus: sed domum reducamus, id[e] est, ad nostros reuertamur. Duobus igitur summis, Crasso & Antonio, *L. Philippus* proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus. Itaque eum, etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamẽ, neque tertium dixerim. Nec enim in quadrigis eum secundum numeraverim, aut tertium, qui vix è carceribus exierit, cùm palmam iam primus acceperit: nec in oratoribus, qui tantum abfit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur: sed tamen erant ea in Philippo, quæ, qui sine comparatione illorum spectaret, satis magna diceret: summa libertas in oratione, multæ[f] facetiæ, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis: erat etiam imprimis, vt temporibus illis, Græcis doctrinis institutus, in altercando cum aliquo aculeo, & maledicto facetus: horum ætati propè coniunctus *L. Gellius* non tã vendibilis orator, quàm vt nescires, quid ei deesset. nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandũ, nec Romanarum rerum immemor, & verbis solutus satis: sed in magnos oratores inciderat eius ætas: multam tamen operam amicis, & vtilem præbuit: atque ita diu vixit, vt multarum ætatum oratoribus implicaretur, multum etiam in causis versaretur. Iisdem ferè temporibus *D. Brutus*, is, qui Cos. cum Mamerco fuit, homo & Græcis doctus litteris, & Latinis. Dicebat etiam *L. Scipio* non imperitè, *Cneúsque Põpeius*, Sex. F. aliquem numerum obtinebat. nã *Sex. frater* eius præstantissimum ingeniũ contulerat ad summam iuris ciuilis, & ad perfectam geometriæ, & rerum Stoicarum scientiam. Item in iure & ante hos *M. Brutus*, & paullo post eum *C.*[g] *Bilienus*, homo per se magnus, propè simili ratione summus euaserat, qui Cos. factus esset, nisi in Marianos consulatus, & in eas petitionis angustias incidisset. *Cn.* autem *Octauĩ* eloquentia, quæ fuerat ante consulatum ignorata, in consulatu multis cõcionibus est vehementer probata. Sed ab eis, qui tantùm in dicentium[h] numero, non in oratorum fuerunt, iam ad oratores reuertamur. 76 ¶ Censeo, inquit Atticus, eloquentes enim videbare, non sedulos velle conquirere. 77 ¶ Festiuitate igitur, & facetiis, inquam, *C. Iulius* L. F. & superioribus, & æquabilibus suis omnibus præstitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo vnquam vrbanitate, nemo lepõre, nemo suauitate condidit or. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem tragœdiis, lenitas eius sine neruis perspici potest. Eius æqualis P. *Cethegus*, cui de rep. satis suppeditabat oratio. totam enim tenebat eam, penitúsque cognorat. itaque in senatu consularium auctoritatem assequebatur. sed in causis publicis nihil, in priuatis satis veterator[a] videbatur. Erat in priuatis causis *Qu. Lucretius Vispillo*[b], & acutus, & iurisperitus. nam[c] *Aphilia*, aptior concionibus, quàm iudiciis. prudens etiam *T. Annius Velina*, & in eius generis causis orator sanè tolerabilis. In eodem genere causarum multum erat *T. Iuuentius*, nimis ille quidem lentus in dicendo, & pènè frigidus[d]: sed & callidus[e], & in capiẽdo aduersario versutus, & præterea nec indoctus, & magna cum iuris ciuilis intelligentia. Cuius auditor *P. Orbius*, meus ferè æqualis, in dicendo non nimis exercitatus, in iure autem ciuili non inferior, quàm magister fuit. Nam *T. Ausidius* qui vixit ad summam senectutem, volebat esse similis horum, erátque & bonus vir & innocens, sed dicebat parum. Nec sanè plus frater eius *M. Vngilius*[f], qui tribunus pl. I.[g] Syllæ imperatori diem dixit. Eius collega *P. Magius*, in dicendo paullo tamen copiosior, Sed omnium oratorum, siue rabularum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, quos quidem ego cognouerim, solutissimum in dicendo, & acutissimum iudico nostri ordinis *Qu. Sertorium*, equestris *C. Gorgonium*. Fuit etiam facilis, & expeditus ad dicẽdum, & vitæ splendore multo, & ingenio sanè probabili, *T. Iunius* L. filius tribunitius, quo accusante P. Sextius, pr. designatus, damnatus est ambitus. is processisset honoribus longiùs, nisi semper infirma, atque etiam ægra valetu dine[g] fuisset. Atque ego præclarè intelligo, me in eorum commemoratione versari, qui nec habiti sint oratores, neque[g] fuerint, præterítq́. à me aliquot ex veteribus, commemeratione, aut laude dignos: sed hoc quidem ignoratione. quid enim est superioris ætatis, quod scribi possit de iis, de quibus nulla monumenta loquuntur, nec aliorum, nec ipsorum? De iis autem, quos ipsi vidimus, neminem ferè prætermittimus eorum quos aliquando dicẽteis vidimus. Volo enim sciri, in tanta, & tam vetere rep. maximis præmiis eloquentiæ propositis, omneis[i] cupisse dicere, non plurimos ausos esse, potuisse paucos. Ego tamen ita de vnoquoque dicam vt intelligi possit quem existimem clamatorem[k]? quem oratorem fuisse. Iisdem ferè temporibus, ætate inferiores paullo, quàm Iulius, sed æquales prope modum fuerunt *C. Cotta*, *P. Sulpicius*, *Q. Varius*[l], *Cn. Pomponius*, *C. Curio* L[m]. *Fusius*, *M. Drusus*, *Patisius*[n], nec vlla ætate vberior oratorũ fœtus[o] fuit. Ex his Cotta & Sulpicius cùm meo iudicio, tum omnium, facilè primas tuletũt. 78 ¶ Hîc Atticus, Quomodo istuc dicis, inquit, cùm tuo iudicio, tum omnium? sempérne in oratore probando, aut improbando, vulgi iudicium, cum intelligentium iudicio congruit? An alij probantur à multitudine, alij autem ab iis, qui intelligunt? 79 ¶ Recte requiris, inquam, Attice: sed audies ex me fortasse, quod non omnes probent.

80 ¶ An

a *al.* audies siquidem

P. CLXXX.

b L. percunctaretur

c ξένη

d L. Omnino (sicut opi-

e *hæc verba id est ad nostros reuertamur, dispungenda: videtur enim esse interpretatio verbi redeamus.**

f *forte* multæ facetiæ: satis creb. in reper. solutus in expl. sententiis erat: etiam

g *al.* C. Bellienus.

P. E.

h Dicentium & oratorum differentia: sic infrà clamator & orator distinguitur*

a Idem de L. Cotta. supra*

b *al.* Vespillo

c L. Nam Ofella, aptior, q. ‖ *Alij* Apellem male. Ofellã enim hunc Lucretium appellat. Plutarchus, Appianus, Patercu-lus.*

d ὑγρὸς, ἐσπτὸς

f *al.* Vergi-nius

g *v.c.* valitudine

h *al.* nec fi

i vide t. de o-P. CLXXXI. ratore.*

l Clamatoris & oratoris differentis, nisi forte hîc declamatorem legi oporteat.*

l Huius meminit infrà & t. de oratore.*

m L. L. Fusius

n L. P. Antistius,

o ϕαῦλος

80 ¶ An [a] tu, inquit, adlaboraſſe huic modò Bruto probaturus es? 81 ¶ Planè, inquam, Attice, diſputationem hanc de oratore probando, aut improbando, multo malim tibi, & Bruto placere: eloquentiam autem meam populo probari velim. Etenim neceſſe eſt, qui ita dicat, vt à multitudine probetur, eundem doctis probari. nam, quid in dicendo rectum ſit, aut prauum, ego iudicabo, ſi modò is ſum, qui id poſſim, aut ſciam iudicare: qualis verò ſit orator, ex eo, quod is dicendo efficiet, poterit intelligi. Tria [b] ſunt enim (vt quidem ego ſentio) quæ ſint efficienda dicendo: vt *doceatur* is, apud quem dicetur, vt *delectetur*, vt *moueatur* vehementiùs, quibus virtutibus oratoris horum quiſque efficiatur, aut quibus vitiis orator aut non aſſequatur hæc, aut etiã in his labatur, & cadat, artifex aliquis iudicabit. Efficiatur antè ab oratore, nécne, vt ij, qui audiunt, ita afficiantur, vt orator velit: vulgi aſſenſu, & populari approbatione iudicari ſolet, Itaq. nunquã de bono oratore, aut non bono, doctis hominibus cũ populo diſſẽſio fuit. An cenſes, dũ illi viguerunt, quos antè dixi, non eoſdẽ gradus oratorum vulgi iudicio, & doctorum fuiſſe? De populo ſi quem ita rogauiſſes, Quis eſt in hac ciuitate eloquentiſſimus? In [c] Antonio & Craſſo, aut dubitaret, aut hunc alius, illũ alius diceret: nemóne Philippum, tam ſuauem oratorem, tam grauem, tam facetum, his anteferret, quem noſmetipſi, qui hæc arte aliqua volumus expendered, proximũ illis fuiſſe diximus? Nemo profectò, id enim ipſum eſt ſummi oratoris, ſummum oratorem populo videri. Quare tibicen Antigenidas [e] dixerit diſcipulo ſanè frigenti ad populum, Mihi cane, & muſis: ego huic Bruto dicenti, vt ſolet, apud multitudinem, Mihi cane, & populo, mi Brute, dixerim: vt, qui audient, quid efficiatur: ego, etiã cur id efficiatur, intelligã. Credit iis, quę dicũtur, qui audit oratorẽ: vera putat, aſſẽtitur, probat. fidẽ facit oratio. Tu artifex, quid quęrisamplius? delectatur audiens multitudo, & ducitur oratione, & quaſi voluptate quadam perfunditur. quid habes quod diſputes? gaudet, dolet, ridet, plorat, fauet, odit, contẽnit, inuidet, ad miſericordiã inducitur [f], ad pudẽdum, ad pigendũ, ira ſcitur, miratur, ſperat, timet: hæc [g] perinde accidunt, vt eorũ, qui adſunt, mentes verbis, & ſententiis, & actione tractãtur. Quid eſt, quòd exſpectetur docti alicuius ſententia? quod enim probat multitudo, hoc idẽ doctis probandũ eſt. denique hoc ſpecimen [h] eſt populatis iudicij, in quo nunquam fuit populo cum doctis, intelligentibúſque diſſenſio. Cùm multi eſſent oratores in vario genere dicendi, quis vnquam ex his excellere iudicatus eſt vulgi iudicio, qui non idem à doctis probaretur? Quando autem dubiũ fuiſſet apud patres noſtros eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret, aut Craſſum? Aderant multi alij: tamen vtrum de his potiùs, dubitaſſet aliquis: quin alterum, nemo. Quid adoleſcentibus nobis, cùm eſſet Cotta, & Hortenſius, num quis, cui quidem eligendi poteſtas eſſet, quenquam his anteponebat? 82 ¶ Tum Brutus, Quid tu, inquit, quæris alio? de te ipſo nónne, quid optarent rei, quid ipſe Hortẽſius iudicaret videbamus? qui cùm partiretur tecum cauſas, (ſæpe enim interfui) perorandi locum, vbi plurimum pollet oratio, ſemper tibi relinquebat. 85 ¶ Faciebat ille quidẽ, inquã: & mihi, benè [a] volentia, credo, ductus, tribuebat omnia. Sed ego, quæ de me populi ſit opinio, neſcio: de reliquis hoc affirmo, qui vulgi opinione diſertiſſimi habiti ſunt, eoſdem intelligentium quoque iudicio fuiſſe probatiſſimos. Nec enim poſſet idẽ Demoſthenes dicere, quod dixiſſe Antimachũ, Clarium [b] poetam, ferunt, qui cùm conuocatis auditoribus legeret eis magnũ illud, quod nouiſtis, volumen ſuum, & eum legentem omnes, præter Platonem, reliquiſſent. Legam, inquit, nihilominus: Plato [c] enim mihi vnus inſtar eſt omnium. me illum, & rectè. Poema enim reconditum, paucorum approbatione [d], oratio popularis ad ſenſum vulgi debet moueri. At, ſi eundem hunc Platonem vnum auditorem haberet Demoſthenes, cùm eſſet relictus à ceteris, verbum facere non poſſet. Quid? tu Brute poſſes. ſi te, vt Curionem quondam, concio reliquiſſet? 84 Ego verò, inquit ille, vt me tibi indicem, in eis etiam cauſis, in quibus omnis res nobis cum iudicibus eſt, nõ cum populo, tamen ſi à corona relictus ſim, haud mediocriter queram dicere. 85 ¶ Ita ſe, inquam, res habet. Vt, ſi tibiæ inflatæ non referant ſonũ, abiiciendas eas ſibi tibicen putet: ſic oratori populi aures tanquam tibiæ ſunt: eæ ſi inflatum non recipiunt, aut [e] ſi auditor omnino tanquã equus non facit [f], agitandi finis faciẽdus eſt. Hoc tamen intereſt, quòd vulgus interdũ nõ probandum oratorem probat, ſed probat ſine comparatione, cùm à mediocri, aut etiam à malo delectatur: eo eſt contentus: eſſe melius non ſentit: illud, quod eſt qualecunque eſt probat, tenet enim aureis vel mediocris orator, ſit modò aliquid in eo: nec res vlla plus apud animos hominum, quàm ordo, & ornatus orationis valet. Quare quis ex populo, cùm Qu. Scęuolã [h] pro M. Coponio dicentẽ audiret in ea cauſa, de qua antè dixi, quidquã politius, aut elegantius, aut omnino melius aut expectaret, aut poſſe fieri putaret? Cùm is hoc probare veller, Mi. Curium, cùm ita heres inſtitutus eſſet [k], ſi pupillus antè mortuus eſſet, quàm in [l] ſuam tutelam veniſſet, pupillo non nato heredẽ eſſe non poſſe: quid ille nõ dixit de teſtamentorum iure? de antiquis formulis? quemadmodum ſcribi oportuiſſet ſi etiã filio non nato heres inſtitueretur? Quàm captioſum eſſe populo, quod ſcriptum eſſet, negligi, & opinione quæri voluntates, & interpretatione diſtortorum, ſcripta ſimplicium hominum peruertere [m]? Quàm ille multa de auctoritate patris ſui, qui ſemper ius illud eſſe defenderat? quàm omnino multa de conſeruando iure ciuili? quæ quidem omnia cũ peritè, & ſcienter, tum ita breuiter, & preſsè, & ſatis ornatè, & pereleganter diceret, quis eſſet in populo, qui aut exſpectaret, aut fieri poſſe quidquã melius putaret? At verò, vt contrà Craſſus ab adoleſcente delicato, qui in litore ambulans ſcalmum reperiſſet, ob eámq. rem ædificare nauem concupiuiſſet, exorſus eſt: ſimiliter Scæuolam [n] ex vno ſcalmo captionis, centumuirale iudicium hereditatis effeciſſe: hoc in illo initio conſecutus, multis eiuſdem generis ſententiis delectauit: animóſque omnium, qui aderant, in hilaritatem à ſeueritate traduxit: quod eſt vnũ ex tribus, quæ dixi ab

a L. an tu, inquit, id laboras, ſi huic modo Bruto te probaturus es? *al.* An tu id laboras ſi huic modò Bruto te, *&c. & ita Aldus*

b Hæc diuiſio clarior eſt quàm eorum qui totum opus in res & in affectus partiũtur. 3. Quint. 5.*

c Vide 1. de Oratore.*

d ἐξεταζειν,

e Thebanus, Antigenidis tibicinis mẽtio fit apud 3 Val 7 15. Gell. 17. 16. Plin. 36.*

P. B.

f *al.* deducitur,

g L. hæc proinde

h δεῖγμα,

i εἰμαρμένα ἔθνη ἀνθρώπων.

a *vt c.* benignè lenuia.

b *al.* clarum: *malè.* Clarius a Claro vrbe, quæ in Ioſia Colophone. Clarij pœtæ, hoc eſt Antimachi, meminit Ouid. 1. Triſtium à Clario Apelle. Strabonis 14.*

c Plato enim mihi vnus, inſtar eſt multorum millium. & rectè. Poema paucorum approbationem: oratio popularis, aſſenſum vulgi debet mouere.

d an multorũ millium. *Lipſ.* omnium illũm, id eſt, illorum 2. Antiq. lect. vlt.*

e *al.* approbationem. *& poſſ* mereri *pro* moueri. *Alij pro* moueri *legunt* P. CLXXXII. mouere. ſed ſi quid hîc mutandũ eſt, ita demutabo. Poema enim reconditum, paucorum approbatione: oratio popularis, ad ſenſum vulgi debet mouere.*

f L. aut ſi auditor cum illo, tanquam equus, non facit,

g id eſt non paret: ſic Tuſcul. 14. *ad-uerſ.* 22. *Lambinus ſic emendat,* aut ſi auditor cum illo tanquam equus non facit, *haud neceſſariò, verum ſi hîc,* fauit, *ans* fauet, *legas, locus erit apertiſſimus.**

h *al.* Scæuulam

i L. M'. Curiũ

k adde 1. de Oratore.*

l his verbis pubertatis tẽpus ſignificatur l. 54. ff. de hæredib. inſtituendis. l. 39. ff. de vulgari & pupill. ff. de iure delib. l. 50. ff. de leg. 3. § 5. 2. ff. *fori.* peruertit

m quibus ex cauſis in poſſeſſ. Cicero 1. de Oratore.*

n *al.* Scæuulam.*

oratore effici debere. Deinde hoc voluisse eũ,qui testamentũ fecisset, hoc sensisse,quoquomodo filius non esset,qui in suam tutelã veniret,siue non natus,siue antè mortuus,Curius heres vt esset:ita scribere plerosque,& id valere,& valuisse semper. Hæc,& multa eiusmodi dicens,fidem faciebat: quod est ex tribus oratoris officiis alterum. Deinde æquum bonum,testamentorum[a] sententias,voluntatésque tutatus est: quanta esset in verbis captio, cùm in ceteris rebus, tum in testamentis,si negligerentur voluntates: quantam sibi potentiam Scæuola [b] assumeret,si nemo auderet testamentum facere postea , nisi de illius sententia. Hæc cùm grauiter,tum ab exemplis copiosè , tum uatiè, etiam ridiculè, & facetè explicans, eam admirationem assensio némque commouit , dixisse vt contrà nemo videretur. Hoc erat oratoris officium partitione tertium,genere maximum. Hic ille de populo iudex,qui separatim alterum admiratus esset,idem,audito altero, iudicium suum contemneret.at verò intelligens & doctus,audiens Scæuolá [c], sentiret esse quoddam vberius dicendi genus & ornatius,ab vtroq.auté, causa perorata,si quæreretur,vter præstaret orator, nunquam profectò sapientis iudicium à iudicio vulgi discreparet. *Qui præstat igitur intelligens imperito?* magna re & difficili: siquidẽ magnum est scire,quibus rebus efficiatur, amittatúrve[d] dicẽdo illud quidquid est,quod aut effici dicendo oportet,aut[e] amitti non oportet. Præstat etiam illo doctus auditor indocto,quòd sæpe, cùm oratores duo,aut plures populi iudicio probantur , quod dicendi genus optimum sit,intelligit, nã illud , quod populo non probatur,ne intelligenti quidem auditori probari potest. Vt enim ex neruorũ sono in fidibus quàm scienter ij[f] pulsi sint,intelligi solet:sic ex animorum motu cernitur, quid tractandis his perficiat orator.Itaque intelligens dicendi existimator,non assidens,& attentè audiens , sed vno adspectu, & præteriens, de oratore sæpe iudicat.videt oscitantem iudicem,loquentem cum altero,nonnun quam etiam circulantem[g],mittentemve[h] ad horas quæsitorem, vt dimittat, rogantem: intelligit, oratorem in ea causa non adesse , qui possit animis iudicum admouere orationem, tanquam fidibus manum. Idem si præteriens adspexerit erectos intuenteis iudices , vt aut doceri de re , sdque etiam vultu probare videantur:aut,vt nemo cantu aliquo,sic illos vi derit oratione,quasi suspensos,teneri: aut, id quod maximè opus est, misericordia , odio, motu animi aliquo perturbatos esse vehementiùs:ea si præteriens(vt dixi) adspexerit, si nihil audierit , tamen oratorem versari in illo iudicio, & opus oratorium fieri, aut perfectum iam esse,profectò intelliget.

86 ¶ Cùm hæc disseruissem,vterque assensus est, & ego tanquam de integro ordiens, Quando igitur, inquam, à Cotta , & Sulpicio hæc omnis fluxit oratio,cùm hos maximè iudicio:illorum hominum,&illius ætatis dixissem probatos,reuertar ad eos ipsos:tum reliquos,vt institui, deinceps persequar. Quoniam ergo oratorum honorum (hos enim quærimus)duo genera sunt,vnum attenuatè, pressèque : alterum sublatè, ampléque dicentium: etsi id melius est quod splendidius , & magnificentius, tamen in bonis omnia , quæ summa sunt,iure laudantur. Sed cauenda est pressò illi oratori inopia & ieiunitas : amplo autem, inflatum , & corruptum orationis genus. Inueniebat igitur acutè *Cotta*,dicebat purè ac solutè : &, vt ad infirmitatem laterum perfcienter contentionem omnem remiserat,sic ad virium imbecillitatem, dicendi accommodabat genus. Nihil erat in eius oratione nisi sincerum[a], ni hil nisi siccum, atque sanum:illúdque maximum,quòd,cùm contentione orationis flectere animos iudicum vix posset,nec omnino eo genere diceret:tractãdo tamen impellebat , vt idem facerent à se commoti,quod à Sulpicio concitati. Fuit enim *Sulpicius* vel maximè omnium,quos quidem ego audiuerim grandis, &,vt ita dicam, tragicus orator , vox cùm magna, tum suauis, & splendida:gestus,& motus corporis ita venustus,vt tamen ad forum,non ad scenãb instítutus videretur. incitata, & volubilis , nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. Crassum hic volebat imitari,Cotta malebat Antonium : sed ab hoc vis aberat Antonij, Crassi ab illo lepos. 87 ¶ O magnam, inquit,artem,Brutus:siquidem istis,cùm summi essent oratores,duæ res maximæ, altera alteri defuit. 88[a] Atque[c] in his oratoribus illud animaduertendum est,*posse esse summos,qui inter se sint dissimiles.* Nihil enim tam dissimile, quàm Cotta Sulpicio , & vterque æqualibus suis plurimùm præstitit. Quare hoc doctoris intelligentis est,videre,quò[d] ferat natura sua quenque : & ea duce vtentem sic instituere, vt Isocratẽ[e] in acerrimo ingenio Theopompi & lenissimo Ephori dixisse traditum est,alteri se calcaria adhibere,alteri frænos. Sulpicij orationes, quæ feruntur, eas post mortem eius scripsisse P. Canutius putatur , æqualis meus,homo extra nostrum ordinem,meo iudicio disertissimus. Ipsius Sulpicij nulla oratio est:sæpéque ex eo audiũi, cùm se scribere neque consuesse,neque posse diceret. Cottæ pro se lege[f] Varia quæ inscribitur , eam *Lb. Ælius* scribit l Cottæ rogatu. Fuit is omnino vir egregius, & eques Romanus cùm primis honestus, idémque eruditissimus & Græcis litteris,& Latinis:antiquitatisque nostræ & inuentis rebus,& in actis,scriptorúmque veterũ litteratè peritus. quam scientiam Varro noster acceptã ab illo,auctámq. per se,vir ingenio præstãs, omnique doctrina, pluribus & illustrioribus litteris explicauit.sed idem Ælius,Stoicus esse volnit,orator autem nec fuit vmquam, nec fuit. scribebat tamen orationes,quas alijdicerent,vt Qu. Metello Fl. vt Qu. Cæpioni,vt Qu. Pompeio Rufo. quãquam is etiam ipse scripsit eas , quibus pro se est vsus,sed non sine Ælio. His[m] enim scriptis etiã ipse interfui,cùm essem apud Ælium adolescens , cúmque audire per studiosè solerem. Cottam autem miror,summum ipsum oratorem,miniméque ineptum. Ælianas leueis oratiũculas,voluisse existimari suas. His duobus eiusdem ætatis annumerabatur nemo tertius:sed mihi placebat Pomponius[n] maximè, vel dicam,minimè displicebat. Locus erat omnino in maximis causis , præter eos, de quibus suprà dixi,nemini: propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis recipiendis erat,fastidiosior Crassus.sed tamẽ recipiebat.horũ qui neutrũ habebat,confugiebat ad Philippum ferè, aut[o] ad Cæsarẽ;

a L. testamentorum sententias,voluntatésque mortuorum tutatus est:
b L. Scæuula.
P. B.
c al. Scæuulam,
d L. omittatúrve d.
e L. aut omitti
f L. ei pulsi f. *& ita v. c ‖ ita veteres* ei *proij. Prisciano.**
g id est verba facientem circulis, *al.* leguntcalculantem.
h L. mittentem ad horas: quæsitorem, vt dimittat, rogantẽ:
a *εἰλικρινὲς* b v. c. Cæs. c *fort.* At inquam in his &c.
d L. quò ferat sua quenque natura: & ea d. P. CLXXXIII
e Idem Cicero 3. de Oratore, vbi dixi.*
f L. Cottæ pro lege Varia quæ inscrib. eam L. Ael. scripsit Cottæ r.
g Lex Varia de maiestate à Q. Vario trib. pleb. lata, qua quærebatur, quorum ope, cum filiorum, *scij* contra P. R. rebellassent, legis Variæ meminit idem Cicero 2. Tusculana. Hunc autem Q. Varium Asconius *in Corneliana* Hispanum. Valerius 8 c. 6. inficij Hybridam vocat, propter obscurũ ius ciuitatis. meminit Appianus 1. Ciuil. Porrò hic Varius damnatus fuã lege: vt infrà dicetur hoc libro.*
h *fort legendum*, Q. Albius, vt Tubero nem intelligat, quem Stoicum fuisse ait. quod & confirmat lex 2. § 40. ff. de origine iuris.*
i *al.* scripsit* Iz vide l. 2. § 40. ff. de origine iuris.*
l id est fecit, *al legunt* Balearei filio.*
m L. His enim scribendis ipse int.
n Pomponij, Antonij, Crassi, Philippi, Cæsaris, Cottæ, Sulpicij comparatio*
o L. aut ad Cæsarem, secundum Philippum, & Cæsarem Cottæ & Sulp.

V. B.

Cotta & Sulpicius expetebantur. ita ab iis sex patronis causæ illustres agebãtur: neque tam multa quàm nostra ætate, iudicia fiebant: neque hoc, quod nunc fit, vt causæ [a] singulæ defenderẽtur à pluribus, quo nihil est vitiosius. Respondemus iis, quos non audiuimus: in quo primùm sæpe aliter est dictum, aliter [b] ad nos relatum: deinde magni interest coram videre me, quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret, maximè autẽ quemadmodum quęque res audiatur. Sed nihil vitiosius, quàm cùm vnum corpus debeat esse defensionis, nasci de integro causam, cùm sit ab altero perorata. Omnium enim causarum, vnum est naturale principiũ, vna peroratio: reliquæ partes, quasi membra suo quęque loco locata, suam & vim, & dignitatem tenent. Cùm autem difficile sit in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, vt [c] sibi ipse nõ conueniat, quanto difficilius cauere, nequid dicas, quod non cõueniat eius orationi, qui ante te dixerit? Sed quia & labor multo maior est, totam causam, quàm partem dicere, & quia plures ineuntur gratiæ, si vno tẽpore dicas pro pluribus, idcirco hanc cõsuetudinem lubenter adsciuimus. Erant tamen quibus videretur illius ætatis tertius Curio, quia splendidioribus fortasse verbis vtebatur: & quia Latinè non pessimè loquebatur, vsu, credo, aliquo domestico. nam litterarum admodum nihil sciebat. Sed magni interest, quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur à puero: quemadmodum patres, pædagogi, matres etiam loquantur. Legimus epistolas Corneliæ [d], matris Gracchorũ: appãret filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. Auditus est nobis Læliæ Caij filiæ sæpe sermo. ergo illam patris elegantia tinctam vidimus: & filias eius Mucias ambas, quarum sermo mihi fuit notus: & neptes Licinias, quas nos quidem ambas, hãc verò Scipionis etiam tu, Brute, credo, aliquãdo audisti loquentem. 89 ¶ Ego verò, ac lubenter quidem, inquit Brutus: & eò libentiùs quod L. Crassi erat filia. 90 ¶ Quid Crassum, inquam, illum censes istius Liciniæ filium, Crassi testamẽto [e] qui fuit adoptatus? 91 ¶ Sũmo iste quidẽ dicitur ingenio fuisse, inquit. Et verò hic Scipio, collega meus, mihi sane bene & loqui videtur, & dicere. 92 ¶ Rectè, inquam, iudicas, Brute. Etenim istius genus, est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. Nam & de duobus auis iam diximus, Scipione, & Crassio: & de tribus proauis, Qu. Metello, cuius quattuor filij: P. Scipione, qui ex dominatu Ti. Gracchi priuatus in libertatem remp. vindicauit: Q. Scæuola [f] augure, qui peritissimus iuris, idẽmque percomis [g] est habitus. Iã duorum abauorum quàm est illustre nomẽ, P. Scipionis, qui bis cos. fuit, qui est Corculum [h] dictus: alterius omnium sapiẽtissimi, C. Lælij? 93 ¶ O generosam, inquit, stirpem, & tanquam in vnam arborem plura genera: sic in istam domum multorum insitam, atque i illuminatã sapiẽtiã! Similiter igitur suspicor, (vt cõferamus parua magnis) *Curionis & si* pupillus relictus est, patriok fuisse instituto, puro sermone assuefactam domũ: & eo magis hoc iudico, quòd neminem ex iis quidem, qui alio quo in numero fuerũt, cognoui in omni genere honestarum artium tã indoctũ, tã rudẽ. Nullũ ille poetã nouerat, nullũ legerat oratorẽ, nullã memoriã antiquitatis collegerat: non publicũ ius, non priuatum, & ciuile cognouerat: quanquam id quidem fuit etiam in aliis, & magnis quidem oratoribus, quos parũ his instructos artibus vidimus, vt Sulpicium, vt [a] Antonium. Sed ij tamen vnum illud habebant, dicendi opus elaboratum: idque cùm constaret, ex quinque notissimis partibus, nemo in aliqua parte earum omnino nihil poterat. in quacunque enim vna planè claudicaret, orator esse non posset. Sed tamẽ alius in alia excellebat: magis reperiebat: quid dici opus esset, & quomodo prępparare [b], & quo loco locari: memoriáque ea comprehendebat Antonius: excellebat autem actione: crántque ei quædam ex his paria cũ Crasso, quædam etiam superiora. At Crassi magis cnitebat oratio. Nec verò Sulpitio, neq. Cottæ dicere possumus, neque cuiquam bono [c] oratori, remd vllam ex illis quinque partibus planè, atque omnino defuisse. Itaque in Curione hoc verissimè iudicari potest, nulla re vna magis oratorem commendari, quàm verborum splendore, & copia. Nam cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit. Reliqua duo sunt, agere, & meminisse, in vtroque cachinnos irridentium commouebat. Motus erat is, quem & C. Iulius in perpetuum notauit, cùm ex eo, in vtráque partem toto corpore, vacillante, quæsiuit, quis loqueretur è lintre: & Cn. Sicinius homo impurus, sed admodũ ridiculus, neque aliud in eo oratoris simile quidquã is cum tribunus pleb. Curionem, & Octauiũ Coss. produxisset, Curióque multa dixisset, sedente Cn. Octauio collega, qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum, delibutus, Nunquam (inquit) Octaui, collegæ tuo gratiam referes, qui nisi se suo more iactauisset, hodie te istic muscæ comedissent. Memoria autem ita fuit nulla, vt aliquoties, tria cùm proposuisset, aut quartum adderet, aut tertiũ quęreret, qui iniudicio priuato vel maximo, cùm ego pro Titinia Cottæ perorauissem, ille cõtra me pro Ser. Nęuio diceret, subitò totam causam oblitus est, idque veneficiis, & cantionibus Titinię factum esse dicebat. Magna hæc immemoris ingenij, signa: sed nihil turpius, quàm quòd etiã in scriptis obliuiscereturr, quid paullo antè posuisset, vt in eo libro, vbi se exeuntem è senatu, & cum Pansa nostro, & cũ Curione filio colloquentem facit, cùm senatum Cæsar cos. habuisset, omnísque ille sermo ductus [f] è percunctatione filij, quid in senatu esset actũ. In quo multis verbis cùm inuehereturr in Cæsarẽ Curio, disputatióque esset inter eos, vt est consuetudo dialogorum, cùm sermo esset institutus senatu misso, quem senatum Cæsar cos. habuisset, reprehendit eas res, quas idem Cæsar anno pòst, & deinceps reliquis annis admini strauisset in Gallia. 94 ¶ Tum Brutus admirãs, Tantámne fuisse obliuionem, inquit, in h scripto præsertim, vt ne legens quidem, vaquam senserit, quantum flagitij commisisset?

95 ¶ Quid autẽ, inquã, Brute, stultius, quàm, si ea vituperare volebat, quę vituperauit, non eo tempore instituere sermonem, cùm illarũ rerũ iam tẽpora præteriissent i? Sed ita totus errat, vt in eodẽ sermone dicat, in senatu se, Cæsare cos. non accedere, sed k id dicat ipso cos. exiens è senatu. Iam qui hac parte animi,

a Causas singulas defendi à pluribus vitiosius. *

b L. aliter ad nos delatum:

c L. vt sibi ipsum nõ conueniat.

d Corneliæ matris Gracchorum meminit suprà vt & Valerius 4. c. 2. & 6. *

e Testamento plerunque fiebãt adoptiones: ita Octauius à Iulio testamẽto adoptatus *Suetonius in Iulio c. 83. Eutrop. 7. Epitome Liuij 116. Appianus 2. ciuil.* Atticus a Cecilio *Cornel. Nepos in Attici vita.* Tiberius ab Augusto. *Sueton. in Tiberio c. 6.* Piso à Galba. *Suet. in Galba c. 17.* Fiebant ita nominis hæredes tantũ: nec enim eos liberti & cetera familiæ iura sequebãtur, nisi postea lege Curiata confirmata esset huiusmodi adoptio: vide *Appian 3 ciuil. Dionem* 45 aut rite adoptati. *Suet in Tiberio c. 15.* de adoptione in m. meã de Senecã *de brevitate vitæ.* Plin. 2. *Epistol* 18.

f al. Scæuula

g al. patronus. *

h Idem suprà & 1. Tusculana. *

i L. atque illiminatam ‖ id est, in limen & domum introductam. *al.* illuminatam. *

k quam dissimilis fuerit patri hic Curio, vide apud Valer. 9. c. 7. numero 6. *

l L. sermoni

quæ cuſtos eſt cæterarum ingenij partium, tã debilis eſſet, vt ne in ſcripto quidem meminiſſet, quid paullo antè poſuiſſet, huic minimè mirum eſt ex tempore dicẽti ſolitam effluere mentem. Itaq. cùm ei nec officiũ deeſſet, & flagraret ſtudio dicendi, perpaucæ ad eum cauſæ deferebantur. Orator autem, viuis eius æqualibus, proximus optimis numerabatur, propter verborum bonitatem, vt antè dixi, & expeditam, ac profluentem quodammodo celeritatem. Itaque eius orationes adſpiciendas tamen cenſeo. ſunt illæ quidem languidiores, verũtamen poſſunt augere, & quaſi alere id bonũ, quod in illo mediocriter[a] fuiſſe concedimus: quod habet tantã vim, vt ſolum ſine aliis in curione ſpeciem oratoris alicuius effecerit. Sed ad inſtituta redeamus. In eodem igitur numero ætatis *C. Carbo* fuit, illius eloquẽtiſſimi viri filius, nõ ſatis acutus orator, ſed tamẽ orator numeratus eſt. Erat in verbis grauitas[b], & facilè dicebat, & auctoritatẽ naturalẽ quandam habebat oratio. Acutior *Q. Varius* rebus inueniendis, nec minùs verbis expeditus: fortis verò actor, & vehemens, & verbis nec inops, nec abiectus, & quem planè oratorem dicere auderes. *Cn. Põponius* lateribus pugnans, incitãs animos, acer, acerbus, criminoſus. Multùm ab iis abeſt *L.*[c] *Fuſius*, tamẽ ex accuſatione M[d]. Aquilij diligentiæ fructum ceperat. Nam *M. Druſum*, tum magnum auunculum, grauem oratorẽ, ita duntaxat cùm de rep. diceret: *L.* autẽ *Lucullum*, etiam acutum *patrémque tuum, Brute*, iuris quoque & publici, & priuati ſanè *peritũ: M. Lucullum: M. Octauium* Cn. filium: (qui tantum auctoritate, dicendóque valuit, vt legẽ[e] Sempronium frumentariam, populi frequentis ſuffragiis abrogauerit) *Cn. Octauiũ*, M. filiũ: *M. Catonem patrem*, *Q.* etiam *Catulũ ſilium* abducamus ex acie, id[f] eſt à iudiciis, & in præſidiis reip. cui facilè ſatisfacere poſſint, collocemus. Eodẽ *Q. Sapionem* referrem, niſi nimis equeſtri ordini deditus, à ſenatu diſſediſſet. *Cn. Carbonem*, *M. Marium*, & ex eodẽ genere complureis minimè dignos elegãtis cõuentus auribus, aptiſſimos cognoui turbulenteis cõcionibus. quo in genere (vt in iis perturbẽ ætatum ordinẽ) nuper *L. Quinctius* fuit: aptior autem etiam *Paliçanus*[g] auribus imperitorũ. Et, quoniam huius generis facta mẽtio eſt, ſeditioſorum omnium poſt Gracchos, *L. Apuleius Saturninus*, eloquẽtiſſimus viſus eſt: magis ſpecie tamen, & motu, atque ipſo amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ. Longè autem poſt[h] natos homines, improbiſſimus *C. Seruilius Glauciæ*, ſed peracutus, & callidus, cũprimíſq. ridiculus. Is ex ſummis & fortunę, & vitæ ſordibus in prætura, cos. factus eſſet ſi rationẽ eius haberi licere iudicatũ eſſet. Nam & plebem tenebat, & equeſtrem ordinem beneficio legis deuinxerat. Is prætor eodẽ die quo Saturninus tribunus pleb. Matio & Flacco coss. publicè eſt interfectus, homo ſimillimus Athenienſis Hyperboli[k]: cuius improbitatem veteres, Atticorum comœdiæ notauerunt. Quos *Sex. Titius* conſecutus, homo loquax ſanè, & ſatis acutus, ſed tam ſolutus, & mollis in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomẽ eſſet, ita cauẽdum eſt, nequid in agendo, dicẽdóve facias, cuius imitatio rideatur: ſed ad paulò ſuperiorem ætatem reuecti ſumus: nunc ad eam, de qua aliquãtùm locuti ſumus, reuertamur: Coniunctus igitur Sulpicij ætati *P. Antiſtius* fuit, tabula ſanè probabilis, qui multos cùm tacuiſſet annos, neque contemni ſolùm, ſed irrideri etiam ſolitus eſſet, in tribunatu primùm contra C. Iulij illam conſulatus petitionem extraordinariam, veram[a] cauſam agens, eſt probatus: & eo magis, quòd eandem cauſam cũ ageret eius collega ille ipſe Sulpicius, hic plura, & acutiora dicebat. Itaque poſt tribunatum primò multę ad eum cauſę, deinde omnes, maximæ quæcunque erant deferebãtur. Rem videbat acutè, componebat diligẽter, memoria valebat: verbis nõ ille quidem ornatis vtebatur, ſed tamen non abiectis. Expedita autem erat, & perfacilè currẽs oratio. Et erat eius quidem[b] tanquam habitus non inurbanus: actio paullum cùm vitio vocis, tũ etiam ineptiis claudicabat. Hic temporibus floruit iis, quibus inter profectionẽ, reditúmque L. Syllæ ſine iure fuit, & ſine vlla dignitate reſp. Hoc etiã autẽ magis probabatur, quòd erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. Sulpicius[c] occiderat, Cotta aberat & Curio: viuebat è reliquis patronis eius ætatis nemo præter Carbonem[d], & Pomponium: quorum vtrumque facilè ſuperabat. Inferioris autem ætatis erat proximus *L. Siſenna*, doctus vir, & ſtudiis optimis deditus, bene Latinè loquẽs, gnarus[e] reip. non ſine facetiis: ſed neq. laboris multi, nec ſatis verſatus in cauſis: interiectúſque inter duas ætates, Hortenſij, & Sulpicij, nec maiorem conſequi poterat, & minori neceſſe erat cedere. Huius omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt: quæ cùm facilè omneis vincat ſuperiores, tum indicat tamẽ, quantum abſit à ſummo, quámque genus hoc ſcriptionis nõdum ſit ſatis Latinis litteris illuſtratum. Nam *Q. Hortenſij* admodum adoleſcẽtis ingenium, vt Phidiæ ſignum, ſimul adſpectum, & probatum eſt. Is L. Craſſo, Qu. Sęcuola[g] coss. primùm in foro dixit, & apud hos ipſos quidem coss. & cùm eorum, qui affuerunt, tum ipſorum coss. qui omneis intelligentia anteibant, iudicio diſceſſit probatus. Vndeuiginti annos natus erat eo tempore. Eſt autem L. Paulo, C. Marcello coss. mortuus: ex quo videmus, eum in patronorum numero annos quattuor & XL. fuiſſe. Hoc de oratore paullo pòſt plura dicemus: hoc autẽ loco voluimus ætatem eius in diſparem oratorum ætatem includere: quanquam id quidem omnibus vſu venire neceſſe fuit, quib. paullo longior vita contigit, vt & cum multo maioribus natu, quàm eſſent ipſi, & cum aliquanto minoribus compararentur, vt[h] Accius iiſdem ædilibus ait ſe, & Pacuuium docuiſſe fabulam, cùm ille octoginta, ipſe triginta annos natus eſſet. Sic Hortenſius non cum ſuis æqualibus ſolùm, ſed & mea cum ętate & cum tua, Brute, & cum aliquanto ſuperiore coniungitur. Siquidem & Craſſo viuo dicere ſolebat: & magis iam etiam vigebat cum Antonio, & cum Philippo iam ſene, pro Cn. Pompeij bonis dicente. in illa cauſa adoleſcens cùm eſſet, princeps fuit, & in eorum quos in Sulpicij ætate poſui, numerum facilè peruenerat: & ſuos inter æqualeis M. Piſonem M. Craſſum, Cn. Lentulum, P. Lentulum Suram longè præſtitit: & me adoleſcentem nactus[i] octo annis minorem, quàm erat

a *al.* medicẽ ere.

b *al.* grandi tas.*

c *al.* Fufius, d Aquillij, *id eſt*, Manij, non Marci adde 2. de Oratore. Liuiũ 70.*

e De lege frumentaria ſeu agraria. vel Sempronia dixi orat. pro Sextio. * *hæc verba*, id eſt à iudiciis, *quibus dẽſint.** P. CLXXXV.

g ſeditioſiſſimus 3. Valer. 8. & 1. ad Atticum 1.* h *al.* poſt homines natos. i vide orationem pro C. Rabirio, & pro C. Rabirio Poſthumo 3. Valer. 2.*

k meminit Auguſtinus 2. de ciuitate 9. 1. Quintil. 10. Thucydides, Lucian*, ἐν τοῖς ὀλιγαρχικοῖς, Plutarchus in Alcibiade, in Ariſtide, in Nicia.* l Eupolidem poetam vide tur innuere, cui rei argumento Quintil. 11. cap. 1.*

a iuſtam

b L. quidam

c Imò Craſſus vt & infra numerũ 134.* d *forte* C. Carbonem, P. 3.

e *al.* natus

f *fort.* habebat

g L. Scæuola

h *al.* vt Accius

i *al.* natus.*

erat ipſe, multos annos in [a] ſtudio eiuſdem laudis exercuit: & tecum ſimul, ſicut ego pro multis, ſic ille pro Appio[b] Claudio dixit, paullo ante mortem. Vides igitur, vt ad te oratorē, Brute, peruenerimus, tam multis inter noſtrum, tuúmque initium dicendi interpoſitis oratoribus? ex quibus quoniam in hoc ſermone noſtro ſtatui neminem eorum, qui viuerent, nominare, ne vos curioſiùs eliceretis ex me, quid de quoque iudicarem: eos, qui iam ſunt mortui, nominabo. 96 ¶ Tum Brutus, Non eſt, inquit, iſta cauſa, quam dicis, quamobrem de iis, qui viuunt, nihil velis dicere. 97 ¶ Quænam igitur, inquam, eſt? 98 ¶ Vereri te, inquit, arbitror, ne per nos hic ſermo tuus emânet, & ij tibi ſuccēſeant[c] quos prætexieris. 99 ¶ Quid? vos, inquam, tacere non poteritis? 100 ¶ Nos quidem, inquit, facillimè: ſed tamē te arbitror malle idipſum tacere, quàm taciturnitatem noſtram experiri. 101 ¶ Tum ego, Verè, inquam, tibi, Brute, dicam, non me P.CLXXXVI. exiſtimaui in hoc ſermone vſque ad hanc ætatem eſſe venturum: ſed ita traxit ordo ætatum orationem, vt iam ad minores etiam per uenerim. 102 ¶ Interpone igitur, inquit, ſi quos videtur: deinde redeamus ad te, & ad Hortenſium. 103 ¶ Immò verò, inquam, ad Hortenſium: de me alij dicent, ſi qui volent.

104 ¶ Minimè verò, inquit. nam etſi me facilè omni tuo ſermone tenuiſti, tamen is mihi longior videtur, quòd propero audire de te. nec verò tam de virtutibus dicendi tuis, quæ cum omnibus, tum certè mihi notiſſimę ſunt, quàm quòd gradus tuos, & quaſi proceſſus[d] dicendi ſtudeo cognoſcere. 105 ¶ Geretur, inquam, tibi mos: quoniam me non ingenij prædicatorem eſſe vis, ſed laboris mei. Verū interponam, vt placet, alios, & à *M. Craſſo*, qui fuit æqualis Hortenſij, exordiar. Is igitur mediocriter à doctrina inſtructus, anguſtius etiā à natura, labore & induſtria, & quod adhibebat ad obtinendas cauſas curam etiam, & gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit. In huius orationē ſermo Latinus erat, verba non abiecta, res compoſitæ diligenter: nullus flos tamen, neque lumen vllum: animi magna, vocis parua contentio, omnia ferè vt ſimiliter, atque vno modo dicerentur. Nā huius æqualis, & inimicus *C. Fimbria*, non ita diu iactare ſe potuit: qui omnia magna voce dicens, verborum ſanè bonorum curſu quodam incitato: ita furebat tamen, vt mirarere tam alias res agere populum, vt eſſet inſano inter diſertos locus. *Cn.* autem *Lentulus* multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quàm quanta in eo facultas erat: qui cùm eſſet nec peracutus (quanquam & ex facie, & ex vultu videbatur) nec abundans verbis, etſi fallebat in eo ipſo: ſic interuallis, exclamatio nibus, voce ſuaui & canora, admirando[e] irridebat, calebat[f] in agendo, vt ea, quæ deerant, non deſiderarentur. Ita tanquam Curio copia nonnulla verborum, nullo alio bono, tenuit oratorum locum: ſic Cn. Lentulus ceteratum virtutū dicendi mediocritatem actione occultauit, in qua excellens fuit. Neque multo ſecus *P. Lentulus*, cuius & excogitandi, & loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas, corporis motus plenus & artis, & venuſtatis, vocis & ſuauitas, & magnitudo. ſic in hoc nihil præter actionem fuit, cetera etiam minora, quàm in ſuperiore. *M. Piſo* quidquid habuit, habuit ex diſciplina, maximèq. ex omnibus, qui antè fuerūt, Græcis doctrinis eruditus fuit. Habuit à natura genus quoddam acuminis, quod etiā arte limauerat, quod erat in reprehendendis verbis verſutū [a] & ſollers: ſed ſæpe ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdū etiam facetū. Is laborē, quaſi curſum forenſem, diutius non tulit, quod & corpore erat infirmo, & hominū ineptias, ac ſtultitias, quæ deuorandæ nobis ſunt, nō ferebat iracúdiúſque reſpuebat, ſiue morosè [b], vt putabatur, ſiue ingenuo, liberóque faſtidio. Is cū ſatis floruiſſet adoleſcens, minor haberi eſt cœptus poſtea. deinde ex virginum iudicio magnam laudem eſt adeptus, & ex eo tempore quaſi reuocatus in curſum, tenuit locū tādiu, quàm ferre potuit laborem: poſtea, quantum detraxit ex[c] ſtudio, tantū amiſit ex gloria. *P. Murena* mediocri ingenio, ſed magno ſtudio rerū veterum: litteratum & ſtudioſus, & non imperitus: multæ [d] induſtriæ, & magni laboris fuit. *C. Cenſorinus* Græcis litteris ſatis doctus: quod propoſuerat, explicans expeditè: non inuenuſtus actor, ſed iners, & inimicus fori. *L. Turius* paruo ingenio, ſed multo labore, quoquo modo poterat, ſæpe dicebat. Itaque ei paucæ centurię ad conſulatum defuerunt. *C. Mater* auctoritate ſemper eguit, ſed fuit patronus propemodum diligentiſſimus: huius ſi vita, ſi mores, ſi vultus denique non omnē commendationem ingenij euerteret, maius nomen in patronis fuiſſet. non erat abundās, non inops tamen: non valde nitens, non planè horrida oratio: vox, geſtus, & omnis actio ſine lepōre: at in inueniendis, componendiſque rebus mira accuratio [e]: vt non facilè in vllo diligentiorem, maiorémque cognouerim, ſed eam vt citiùs veteratoriam, quàm oratoriā dicerēs. hic etſi etiam in publicis cauſis probabatur, tamen in priuatis illuſtriorē obtinebat locum. *C.* deinde *Piſo* [f], ſtatarius [g], & ſermonis plenus orator, minimè ille quidem tardus in excogitando, verum tamen vultu, & ſimulatione, multò etiam acutior, quàm erat, videbatur. Nam eius æqualem *M* [h]. *Glabrionem*, bene inſtitutum aui Scæuolæ diligentia, ſocors ipſius natura, negligénſque tardauerat. Etiam *L. Torquatus*, elegans in dicendo, in exiſtimando admodum prudens, toto genere peruitanus. Meus autem æqualis *Cn. Pompeius*, vir ad omnia ſumma natus, maiorem dicendi gloriā habuiſſet, niſi eū maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abſtraxiſſet. erat oratione ſatis amplus, rē prudenter videbat: actio verò eius habebat, & in voce magnum ſplendorem, & in motu ſummam dignitatē. Noſter itē æqualis, *Dk. Silanus*, vitricus tuus, ſtudij ille quidem habuit non multùm, ſed acuminis, & orationis ſatis. *Qu. Pompeius* A.F. qui Bithynicus dictus eſt, biennio quàm nos fortaſſe maior, ſummo ſtudio dicendi, multā que doctrina, incredibili labore, atque induſtria, quod ſcire poſſum. fuit enim mecum, & cum M. Piſone cùm amicitia, tū ſtudiis, exercitationibúſque coniunctus. huius actio non ſatis commendabat orationem. in hac enim ſatis erat copiæ, in illa autem lepōris parum. Erat eius æqualis [l] [pm]. *Antronius*, voce peracuta, atque magna, nec alia re vlla probabilis. Et *L. Octauius Reatinus*, qui cùm multas iam cauſas diceret, adoleſcens eſt mortuus. is tamen ad dicendum veniebat magis [n] audaciter,

a D. in ſtudio eiuſdem & rectè quod & vox exercuit, proximè ſequens ſatis oſtendit.*
b L. App. Claudio.
c al. ſuſcenſeant.
d al. progreſſus.
e L. admirando, irridendo, latebat in agendo, &c. al. admirando, irridēdo, agendo denique latebat, vt quæ deerant, &c.* f al. celabat: al. calebat.*
a παρεγγυητὴς λόγων.
b L. moroſo.
c L. de ſtudio.
d φιλόπονος.
e ἀκρίβεια, ſeu ἀκριβογνωσία.
f στατάριος.
g ſtatarius orator minus acuoſus: de quo antehac dixi hoc libro.*
h L. M'. Glabrionem.
i al. Scæuulæ.
k l. v. D. Syllanus, vendoſo.
l P. Antronius, P. 187.
m P. Antronij meminit Valerius 8. c. 9.*
n L. audaciter magis, quàm P.

quàm paratè. *Et a C. Staienus*, qui se ipse adoptaueret, & de Staieno [h] Ælium fecerat, feruido quodam, & petulanti, & furioso genere dicendi: quod quia multis gratum erat, & probabatur, ascendisset ad honores, nisi in facinore manifesto deprehensus [c], pœnas legibus, & iudicio dedisset. Eodem tempore *C. & L. Capasij fratres* fuerunt, qui multa opera ignoti homines, & repentini, quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam, & incondito genere dicendi. Addamus huc etiam, nequem vocalem præteriisse videamur, *C. Coscoinum* [d] *Calidianum*, qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, præbebat populo cum multa concursatione, magnóque clamore. Quod [e] idem faciebat *Q. Aerius*, qui fuit M. Crassi quasi secundarius [f]. is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac vbe polleat multorum obedire tempori, multorúmque vel honori, vel periculo seruire. His enim rebus, infirmo loco natus, & honores, & pecuniam, & gratiam consecutus, etiam in patronorum, sine doctrina, sine ingenio, aliquem numerum peruenerat. sed vt pugiles inexercitati, etiam si pugnos, & plagas, Olympiorũ cupidi, ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt: sic ille, cùm omni iam fortuna prosperè functus, labores etiam magnos excepisset, illius iudicialis anni seueritatem, quasi solem, non tulit. 106 ¶ Tum Atticus, Tu quidem de fœce, inquit, hauris, idque iamdudum: sed tacebam: hoc verò non putabam, te vsq. ad Staienos & Antronios esse venturũ. 107 ¶ Non puto, inquam, existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis: sed ordiné sequens in memoriam notam, & æqualé necessariò incurro. Volo autẽ hoc perspici, omnibus conquisitis, qui in multitudine dicere ausi sint, memoria quidem dignos perpaucos: verùm qui omnino nomen habuerint, nõ ita multos fuisse. sed ad sermonẽ institutũ reuertamur. *T. Lorquatus*, T. filius, & doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis, & à natura ad dicendum satis solutus, atque expeditus: (cui si vita suppeditauisset [h], sublato ambitu consul factus esset:) plus facultatis habuit ad dicendũ, quàm voluntatis. Itaq. studio huic non satisfecit: officio verò nec in suorũ necessariorũ causis, nec in sententia senatoria defuit. Etiam *M. Põtidius*, municeps noster, multas priuatas causas actitauit, celeriter sanè verbavoluens, nec hebes in causis, vel dicam, plus etiã quàm non hebes, sed efferuescens in dicendo Romacho sæpe, iracundiáque vehementiùs: vt non cum aduersario solùm, sed etiã (quod mirabile esset) cum iudice ipso, cuius delenitori esse debet orator, iurgio sæpe contenderet. *M. Messalla* minor natu, quàm nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborũ prudens, acutus, minimè incautus, patronus in causis cognoscendis componendísque diligens, magni laboris, multæ operæ, multarúmque causarum. Duo etiam *Metelli*, *Celer*, & *Nepos*, nihil in causis versati, nec sine ingenio, nec indocti, hoc erant populare dicendi genus assecuti. *Cl.* autẽ *Lentulus Marcellinus*, nec vnquam indisertus, & in consulatu pereloquens visus est, non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis. *C m. Mimius*, L. filius, perfectus litteris, sed Græcis: fastidiosus sanè Latinarũ: argutus orator, verbísq. dulcis, sed fugiens non modò dicendi, verùm etiam cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quantũ imminuit industriæ. 108 ¶ Hoc loco Brutus, Quàm vellẽ, inquit, de his etiã oratoribus, qui hodie sunt, tibi dicere luberet. &, si de aliis minùs, de duobus tamen, quos à te scio laudari solere, *Cæsare*, & *Marcello*, audirem non minùs lubenter, quàm audiui de iis, qui fuerunt. 109 ¶ Cur tandem, inquam? an exspectas, quid ego iudicem de istis, qui tibi sunt æquè noti, ac mihi?

110 ¶ Mihi mehercule, inquit, Marcellus satis est notus, Cæsar autem parum. illum enim sæpe audiui: hic, cùm ego iudicare iã aliquid possem, abfuit [a]. Quid igitur de illo iudicas, quem sæpe audisti? Quid censes, inquit, nisi id, quòd habiturus es similem tui? 111 Næ ego, inquam, si ita est, velim tibi eum placere quàm maximè. 112 ¶ Atqui [c] & ita est, inquit, & vehementer placet: nec verò sine causa. nam & didicit, &, omissis ceteris studiis, vnũ id egit, seséque quotidianis commentationibus acerrimè exercuit. Itaque & lectis vtitur verbis, & frequentibus, & splendore vocis, & dignitate motus sit speciosum, & illustre, quod dicitur: omniáque sic suppetunt, vt ei nullam deesse virtutem oratoris putem: maximéque laudandus est, qui hoc tempore ipso, cùm [d] liceat, in hoc cõmuni nostro, & quasi fatali malo, consoletur se cùm conscientia optimæ mẽtis, tum etiam vsurpatione, & renouatione dicendi. Vidi enim Mytilenis nuper virum, atque (vt dixi) vidi planè virum. Itaque cùm eũ antea tui similem in dicendo viderim, tũ verò nunc à doctissimo viro, tibíque vt intelexi, amicissimo, Cratippo, instructum omni copia, multo videbam similiorem. 113 ¶ Hic ego, Etsi, inquam, de optimi viri, nobísque amicissimi laudibus lubenter audio, tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum obliuionem quærens, hunc ipsum sermonem produxi longiùs. Sed de Cæsare cupio audire, quid tandẽ Atticus iudicet. 114 ¶ Et ille, Præclarè, inquit, tibi constas, vt de iis, qui nunc sint, nihil velis ipse dicere: & hercle si sic ageres, vt de iis egisti, qui iam mortui sunt: neminem vt prætermitteres, næ [e] tu in multos Antronios, & Staienos incurreres. Quare siue hanc turbã effugere voluisti, siue veritus es, nequis se aut præteritum, aut non satis laudatũ queri possit: de Cæsare tamen potuisti dicere, præsertim cùm & tuũ de illius ingenio notissimum iudicium esset, nec illius de tuo obscurum. Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de *Cæsare* & ipse ita iudico, & de hoc huius generis acerrimo [f] æstimatore sæpissimè audio, illum omnium ferè oratorum Latinè loqui elegantissimè: nec id solùm domestica consuetudine, vt dudum de Læliorum & Muciorum familiis audiebamus: sed, quanquam id quoque credo fuisse, tamen vt esset perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris, & iis quidé reconditis & exquisitis summóq. studio & diligentia est consecutus. Quinetiam in maximis occupationibus, cùm ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione Latinè loquendi ac curatissimè scripserit: primóq. in libro dixerit [g], verborum delectum, originem esse eloquentiæ: tribuerítque, mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit, quàm se dicere, laudé singularẽ: (nam scripsit his verbis, cùm hunc nomine esset affatus. Ac, si cogitata præclarè eloqui possent, nonnulli studio & vsu elaborauerunt,

a L. Et C. Staienus, *al.* Stolenus, *&c.*
b L. Staieno *al.* Stoleno
c *v.c.* deprensus,
d meminit Val. 8. c. 1.*
e *al.* Quod item faciebat Secundarij Græcis *δευτερηγωνιστὴς* qui secundarum, vt *τριτηγωνιστὴς*, qui tertiarũ sunt partiũ. *Diuinat. in Verrem.* 7. Plin. 12. Tertiani dicuntur 9. *Val.* 15. *sed alij hîc legunt* secunda nus: *al.* secundarum.*
f L. ad Staienos, & Antronios
h *fort.* suppeditasset,
i *al.* delenitor
k L. nonnihil in causis I. C. autẽ sæpe.
m Huius meminit Valerius 6. c. 1. & 8. c. 1.*
a L. afuit,
b *v.c.* Ne ego,
b *v.c.* Atqui &
d L. cùm is, ceat in hoc comm. n. & q. f. malo cons. se cùm cõsc. *al.* quantum liceat. *al.* quoniam liceat. *al.* cùm iaceat. *id est* cũ publicis malis sit affectus.*
e *v.c.* Ne tu p. 188. in multos Antronios. & Staienos incurreres. *& ita L.*
f L. acerrimo existimatore sæp.
g L. verborũ dilectum, h Verborum delectus, origo eloquentiæ.*

rauerunt, cuius te pænè principem copiæ atque inuentorem,bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus,hunc facilem, & quotidianum nouisse sermonem,nunc [a]pro relicto est habendum. 115 ¶ Tum Brutus,Amicè, hercule, inquit,& magnificè te laudatum puto,quē non solum principem,atque inuentoré copiæ dixerit,quę erat magna laus,sed etiam bene meritum de populi Romani nomine,& dignitate.quo enim vno vincebamur à victa Græcia, id aut ereptum illis est, aut certè nobis cum illis communicatum.Hanc autem,inquit,gloriam,testimoniúmque Cæsaris,tuæ [b] quidem supplicationi[c]non solùm,sed triumphis multorum antepono. 116 ¶ Et rectè quidem,inquam,Brute,modò sit hoc Cæsaris iudicij,nõ beniuolentiæ testimonium. plus enim certè attulit huic populo dignitatis,quisquis est ille,si modò est aliquis, qui non illustrauit modò,sed etiam genuit in hac vrbe dicendi copiam,quàm illi [d], qui Ligurum castella expugnauerunt:ex quib.multi sunt,vt scitis,triũphi.Verum quidem si audire volumus,omissis illis diuinis consiliis,quibus sæpe constituta est imperatorum[e]sapientia,salus [f] ciuitatis aut belli,aut domi,multo magis orator præstat minutis imperatoribus. At prodest plus imperator.Quis negat?sed tamen, (nõ metuo ne mihi acclametis[g]:est autem quod sentias, dicendi liber locus)malim mihi L.Crassi vnã pro M[h].Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos.At plus interfuit reip.castellũ capi Ligurum, quàm bene defẽdi causam Mi. Curij.Credo.Sed Athenienſium quoque plus[k]interfuit firma tecta in domiciliis habere,quàm Mineruę signum ex ebore pulcerrimum. tamen ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum[l]tignarium.*Quare non quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit,ponderandum est:* præsertim cùm pauci pingere egregiè possint,aut fingere: operarij autem,aut baiuli deesse non possint.Sed perge, Pomponi, de Cæsare. & redde quæ restant. 117 ¶ Solum quidem [m], inquit ille, & quasi fundamentum [n] oratoris vides, locutionem ædatam,& Latinam:cuius penes quos laus adhuc fuit,non fuit rationis,aut scientiæ, sed quasi bonę consuetudinis.Mitto *C.Lælium P. Scipionem* ætatis illius ista fuit laus,tanquã innocentiæ,sic Latinè loquendi:nec omniũ tamen.nam illorum æqualeis, Cæcilium,& Pacuuium,malè locutos videmus.sed omnes tũ ferè,qui nec extra vrbem hanc vixerant[o],nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.Sed hanc certè rem,deteriorem vetustas fecit & Romæ, & in Græcia. confluxerunt enim & Athenas, in hanc vrbẽ multi inquinatè loquentes ex diuersis locis,quo magis expurgandus est sermo, & adhibẽda,quàm [p] obtrusa ratio,quę mutati nõ potest,nec vtendum prauissima cõsuetudinis regula.T[q].*Flaminium*,qui cum Q.Metello cõsul fuit,pueri vidimus,existimabatur bene Latinè,sed litteras nesciebat.*Catulus* erat ille qui dem minimè indoctus,vt à te paullò est antè dictum:sed tamen suauitas vocis,& lenis appellatio litterarum,bene loquendi famã cõfecerat.*Cotta*,quia se valde dilatandis litteris à similitudine Græcæ locutionis abstraxerat, [r] sonabátque contrarium Catulo, subagreste quiddã,planéque subrusticum:alia [s] quidem quasi inculta,& syluestri via,ad eandẽ laudẽ peruenerat.*Sisenna* autem, quasi emendator sermonis vsitati,cùm esse vellet,ne à [a] C.Rusio quidem accusatore deterreri potuit,quominus inusitatis verbis vteretur.

118 ¶ Quidnam igitur est? inquit Brutus:aut quis est iste C.[b]Rusius? 119 ¶ Et ille,Fuit accusator,inquit,vetus,quo [c] accusante Chrittilium,Sisenna defendens, dixit, quædam eius sputatilica esse crimina. Tum[d]C.Rusius,Circumuenior,inquit,iudices, nisi subuenitis.Sisenna quid dicas,nescio:metuo insidias,sputatilica,quid est hoc?spuca quid sit scio,tilica nescio,Maximi risus: sed ille tamẽ familiaris me[e] rectè[e] loqui putabat esse,inusitatè loqui. *Cæsar* autem rationem adhibens,consuetudinem vitiosam & corruptam,pura & incorrupta consuetudine emendat. Itaq.cùm ad hãc elegantiam verborum Latinorum(quę etiam si orator non sis, & sis ingenuus ciuis Romanus,tamen necessaria est) adiungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tanquã tabulas bene pictas collocare in bono lumine.hanc cùm habeat præcipuam laudem in communibus, non video cui debeat cedere. splendidam quandam minimęque veteratoriam rationem dicendi tenet,voce,motu:formam etiam magnifica,& generosa quodãmodo. 120 ¶ Tum Brutus,Orationes quidem eius mihi vehementer probantur, complureis autem legi. Atque etiam cõmentarios [f]quosdam scripsit rerum suarum. 121 ¶ Valde quidem,inquam,probandos.nudi enim sunt,recti, & venusti, omni ornatu orationis, tanquam [h]veste detracta:sed dũ voluit,alios habere parata i,vnde sumerent,qui vellent scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit, quik volũt illa calamistris inurere:sanos qui dem homines à scribendo deterruit.Nihil enim est in historia, pura & illustri breuitate dulcius. Sed ad eos, si placet,qui [l] vita excesserunt reuertamur. *C.Sicinius* igitur,Quinti Pompeij illius, qui censor fuit, ex filia nepos,quæstorius mortuus est, probabilis orator: iam [m] verò etiam probatus, ex hac inopi ad ornandum, sed ad inueniendum expedita, Hermagoræ disciplina. ea dat rationes certas, & præcepta dicendi:quæ si minorem habent apparatum, (sunt enim exilia)tamen habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patenteis vias. Has ille tenens, & paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparatione, disciplináq. dicendi iam in patronorum numerum peruenerat.Erat etiam vir doctus in primis *C. Visellius* [n] *Varro*, consobrinus meus, qui fuit cum Sicinio ætate coniunctus. is cùm post curulem ædilitatem iudex quæstionis esset [o],est mortuus: in quo fateor vulgi iudicium à iudicio meo dissensisse. nam populo non erat satis vendibilis: præceps quædam, & cùm idcirco obscura . quia peracuta , tum rapida & celeritate cæcata [p] oratio: sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim, neque sententiis crebriorem. Præterea perfectus in litteris, iurisque ciuilis iam à patre Aculeone traditam tenuit disciplinam. Reliqui sunt, qui mortui sint, *L.Torquatus*,quem tu non tam citò rhetorem dixisses, (etsi non deerat oratio) quàm vt Græci dicunt, πολιτικὸν. Erant in eo plurimæ litteræ,nec ex vulgares,sed interiores quædam & recõditę:

[a] L.à C. Rusio

[b] L. C. Rusius?

[c] al. quo accusante C. Rutilium,

[d] &c. al. quo acc. Chrittilium,

[e] d L.Tum C. Rusius, e Inusitatè loqui, plerisque videtur rectè loqui.

[f] L. formæ, & magnificã, & generosam q. ¶ Vide Plutarchum in Cæsare.

[g] Iudicium Ciceronis de Commentariis Cæsaris.

[h] L.tanquam veste, detracto:

[i] al. paratũ.

[k] L. qui volent illa &c. & vita Ejus.

[l] L. quę vita excess.

[m] L.immò verò

[n] huius meminit Varro 1. sed & Valerius 8. cap 1.

[o] fort. moritus est:

[p] al. citata.

[q] L.T.Flaminium,

[r] L. aliæ quæ sonabãt quasi c.

[a] L. non pro derelicto est habẽd. vel sic non pro relicto, &c.

[b] L.tuæ quidem supplicationi non,sed ir.

[c] Vide Catilinar.3. Pisonianam,Cornelianam. Philippic. 2. & 14.

[d] Fuluius eorum latebras ignibus[sepsit: Bellus in plana deduxit. Postumius ita exarmauit,ve vix reliquerit, ferrum quo terra coleretur. vide Florum. 2.c.3. Liuium 20.3. Eutrop. in princip.

[e] L. deles has duas voces,imperatorum sapientia: vel delere voce, sapientia, dumtaxat,& mutato aliquantum ordine verborum,ita legi. omissis illis d,consimperatorũ, quibus sæpe const. est salus &c. &c.

[f] al. saluſq.

P. B.

[g] audit ad proverb. soli sumus.

[h] M'. Curio d.

[i] M'. Curij.

[k] al. plurimis

[l] τέκτονα ξύλων vocat author Eclogæ, 2. titulo de verb. signif. cap. 235. ignarius malè scribitur in l 235. in fi. ff. de ver. sig.

[m] δεύτερον ὄν fort. nec aliqua barbarie domestica in fuscati fuerant, rectè loq.

[n] C. & adhibenda, tanquam obrussa,ratio: [sic vetus Codex Vilsoni, vel, & adhibenda cum obrussa ratio:

[o] L.T.Flaminium,

diuina memoria,summa verborum & grauitas,& elegantia.atque hæc omnia vitæ decorabat[a] grauitas,& integritas.Me quidem admodum delectabat etiam *Triarij*,in illa ætate plena litteratæ senectutis oratio.quanta seueritas in vultu?quantum pŏdus in verbis? quã nihil non consideratum exibat ex ore?

122 ¶ Tum Brutus,Torquati,& Triarij mentione commotus, (vtrunque enim eorum admodum dilexerat)Næ[b] ego,inquit(vt omittã cetera,quæ sunt innumerabilia) de istis duobus cùm cogito, doleo, nihil tuã perpetuam auctoritatem de pace valuisse.nam nec istos excellentes viros,nec multos alios præstantes ciues resp.perdidisset. 123 ¶Ileamus, inquam, Brute de istis, ne augeamus dolorẽ. nam & præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum.Itaque omittamus lugere,& tantùm,quid quisque dicendo potuerit,(quoniam id quærimus,)præ dicemus.Sunt etiam ex iis, qui eodem bello occiderunt, *M.Bubulus*, qui & scripturit ac curatè,cùm præsertim non esset orator,& egit multa constanter: *Appius* d *Claudius*, socer tuus,collega,& familiaris meus:hic iam & satis studiosus,& valde cùm doctus,tum etiam exercitatus orator,& cùm augur[e] publici iuris,antiquitatisq.nostræ bene peritus fuit. *L.Domitius* nulla ille quidem arte,sed Latinè tamen, & multa cum libertate dicebat.*Duo* præterea *Lentuli* consulares,quorum *Publius* ille, nostrarum iniuriarũ vltor, auctor salutis,quidquid habuit,quãtumcumque fuit,illud totum habuit ex disciplina:instrumenta naturæ deerant:sed[f] tantus animi splendor, & tanta magnitudo, vt sibi omnia, quæ clarorum virorum essent,non dubitaret adsciscere, eáq.omni dignitate obtineret.*L.* autem *Lentulus*, satis erat fortis orator,si modò orator,sed cogitandi non ferebat laborẽ. vox canora,verba non horrida sanè,vt plena esset animi[g],& terroris oratio.Quereres in iudiciis fortasse melius: in rep.quod erat, esse iudicares satis.Neh *Titus* quidem *Postumius* cõtemnendus in dicendo: de rep.verò non minus vehemens orator,quàm bellator fuit:effrenatus,& acer[i] inimis,sed bene iuris publici leges,atque instituta cognouerat. 124 ¶ Hoc loco Atticus,Putarem te,inquit,ambitiosum esse,si(vt dixisti)ij,quos iamdiu colligis, viuerẽt.Omneis[k] enim commemoras. qui ausi aliquando sunt ẽtates loqui,vt mihi imprudẽs *M.Seruilium* præteriisse videare. 125 ¶Non, inquam,ego istuc ignoro, Pomponi, multos fuisse,qui verbum nunquam in publico fecisset,cùm melius aliquanto possent,quàm isti oratores,quos colligo dicere: sed his commorãdis etiam illud assequor, vt intelligatis primùm ex omni numero, quàm non multi ausi sint dicere,deinde ex iisipsis quàm pauci fuerint laude digni.Itaque ne hos quidem equites Romanos, amicos nostros, qui nuper mortui sunt,*P.Comminium Spoletinum*,quo accusante defendit C.Cornelium:in quo &cõpositum dicendi genus,& acre,& expeditum fuit.T[l] *Atticum Pisaurensem*,cuius accusationi respõdit pro A.Cluentio:qui &accuratè dicebat,& satis copiosè: erátque præterea doctus Hermagorę præceptis:quibus etsi ornamenta non satis opima dicendi,tamen, vt hastæ velitibus amentatæ, sic apta quædam, & parata singulis causarum generibus argumenta tra-

dũtur.studio autem neminem,nec industria maiore cognoui.Quanquam ne ingenio quidem qui pręstiterit,facilè dixerim,*C.Pisoni*,genero meo.nullum tempus illi vnquam vacabat aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica,aut à scribendo, aut à cogitãdo.itaque tantos processus efficiebat, vt euolare,non excurrere videretur.erátq.[a] verborum & delectus elegans. & apta, & quasi rotunda constructio:cúmque argumenta excogitabantur ab eo multa,& firma ad probãdum,tum concinnæ,acutæque sententiæ:gestúsque natura ita venustus,vt ars etiam,quæ non erat,& è disciplina motus quidam videretur[b] accedere.vereor,ne amore videar plura,quàm fuerint in illo, dicere: quod non ita est:alia enim de illo maiora dici possunt. nã nec continentia,nec pietate,nec vllo genere virtutis quemquam ciuidem ætatis, cum illo conferendum puto.Nec verò *M. Catium* præferendum arbitror,quicunque eius in exitu vel fortuna,vel mens fuit:qui quamdiu auctoritati meæ paruit,talis tribunus pleb.fuit, vt nemo cõtra ciuium perditorum popularem, turbulentámque demẽtiam,à senatu,& à bonorum causa steterit constantiùs: quàm eius actionem,multùm tamen &splendida,& grãdis,& eadem in primis faceta , & perurbana commendabat oratio.Graues eius conciones aliquot fuerũt,acres accusationes tres,eęque omnes ex reipublicæ contentione suscepturæ: defensiones,etsi illa erant in eo meliora,quæ dixi,non contemnendæ tamen,sanéque tolerabiles.Hic cùm summa voluntate bonorum ædilis curulis factus esset, nescio quomodo discessu meo discessit à se,secidítq.postea[c] cùm eos imitari cœpit,quos ipse peruerterat. Sed de *M[d].Callidio* dicamus aliquid qui non fuit orator vnus[e] è multis:potius inter multos propè singularis fuit : ita reconditas exquisitásque sententias mollis,& pellucens vestiebat oratio,nihil tam tenerum,quàm illius cõprehensio verborum:nihil tã flexibile:nihil, quod magis ipsius arbitrio fingeretur,vt nullius oratoris æquè in potestate fuerit:quæ primùm ita pura erat, vt nihil liquidius:ita libere fluebat,vt nusquã adhæresceret:nullũ,nisi loco positum, & tanquam *in vermiculato*[f] *emblemate*,vt ait Lucilius, structum verbum videres.nec verò vllum aut durũ,aut insolens, aut humile,aut[g] in longiùs ductum:ac nõ propria verba rerum,sed pleraque tralata:sic tamen,vt ea non irruisse in alienum locum,sed immigrasse in suum diceres.nec verò hæc soluta,nec diffluentia,sed adstricta numeris nõ apertè, nec eodem modo semper,sed variè, dissimulantérque[h] cõclusis.Etant autẽ & verborum,& sententiarum illa lumina,quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam insignibus ini ornatu distinguebatur omnis oratio, qua[k] de re agitur autem illud [l] quod multis locis in iurisconsultorum includitur formulis,& vbi esset,videbat.Accedebat ordo rerũ plenus artis,actio liberalis, totúmque dicẽdi placidum,& sanum genus.Quod si est optimũ suauiter dicere:nihil est,quod meli[m] hoc quę rendum putes. Sed cùm à nobis paullo antè dictum sit,tria videri esse,quæ orator efficere deberet,vt doceret,vt delectaret,vt moueret: duo summè tenuit,vt & rem illustraret disserendo,& animos eorum, qui audirent,deuinceret[m] voluptate.Aberat tertia illa laus, qua

perino

a L. decorabat dignitas, & integ. & ita *Rimus.*

b L. Ne ego, & ita v.c. P. B.

c v.c. præstantis ciuis.

d L. App. Claudius.

e *fort.* augurij

f L. sed tantus erat animi spl.

g *al.* animi, & horroris.

h *al.* Ne Lutius q.

i *al.* acerrimus.*

k v.c. Omnis,

l *al.* T. Attiũ *sl.* Actium.*

P. exc.

a L. erátque verborum & delectus elegans,

b *fort.* accedere videretur.

c L. postea quàm eos imitari c.

d M. Callidij meminit Asconius pro Cornel. 11. Quint. 3. 8. Val. 10.*

e ἐκ τῶν πολλῶν.

f Versus Lucilij plenior es vide 3. de Oratore, & infrà, in Oratore.*

g L. aut longiùs ductum:

h L. dissimili térque concl.

i L. *non agnoscit hæc*, in P. B. ornatu,

k *al.* quo de agitur.*

l L. id, quod multis locis in iurisc. incl. form. id vbi esset, vid.

m L. demulcere voluptate ‖ *ex antiqua lectione*, deceret. *

permoueret,atq.incitaret animos,quâ plurimùm pollere diximus. nec erat vlla vis,atq. contentio, sine consilio, [a] quod eos,quorum altior [b] oratio,actióq.esset ardétior,furere,& bacchari arbitraretur,siue quòd natura nõ esset ita factus, siue quòd non consuesset, siue quòd non posset.hoc vnum illi,si nihil vtilitatis habebat,abfuit [c]:si opus erat, defuit.Quintiã memini, cũ in accusatione sua,[d] Q.Gallio crimini dedisset,sibi eum venenum parauisse, idque à se esse deprehensum, seséque chirographa,testificationes,indicia,quæstiones,manifestã rẽ,deferre diceret, déq.eo crimine accuratè&exquisitè disputauisset:me in respondendo,cùm essem argumentatus,quãtũ res ferebat:hoc ipsum etiã posuisse pro argumẽto,quòd ille, cùm petit capitis sui,cum indicia mortis, se [e] comperisse manifestò, & manu tenere diceret,tã solutè egisset,tã leniter,tã oscitanter.Tu istuc, M.Callidi,nisi fingeres,sic [f] ageres?præsertim cùm ista eloquẽtia,alienorum hominum pericula defendere acerrimè soleas,tuũ negligeres? vbi dolor? vbi ardor animi,qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces,& querelas solet?nulla perturbatio animi,nulla corporis,frons non percussa,non femur:pedis (quod minimum est) nulla supplosio. Itaq.tantũ abfuit [g] vt inflammares [h] nostros animos: somnum isto loco vix tenebamus.Sic nos summi oratoris vel sanitate, vel vitio,pro argumento ad diluendũ crimen vsi sumus. 123 ¶ Tum Brutus,Atqui dubitamus,inquit,vtrùm ista sanitas fuerit,an vitium? quis enim non fateatur, cùm ex omnibus oratoris laudibus longè ista sit maxima,inflammare animos audientium,&,quocunque res postulet modo, flectere, qui hac virtute caruerit.id ei,quod maximum fuerit, defuisse? 124 ¶ Sit i sanè ita,inquam:sed redeamus ad eum,qui iam vnus restat, *Hortensium*:tum de nobismetipsis, quoniam id etiã, Brute,postulas,pauca dicemus.quanquam facienda mentio est, vt quidem mihi videtur, duorum adolescentium: qui si diutiùs vixissent,magnam essent eloquentiæ laudem consecuti. 125 ¶ *C.Curionem* te,inquit Brutus,& *C.Licinium Calvum* arbitror dicere.126 Rectè, inquam ,arbitraris: quorum quidem alter [k] quid [l] verisimile dixisset,ita facilè,solutéque verbis voluebat satis interdũ acutas, crebras quidem certè sententias,vt nihil posset ornatius esse, nihil expeditius. Atque hic à magistris parum institutus,naturam habuit admirabilem ad dicendum: industriam non sum expertus:studium certè fuit: qui si me audire voluisset,vt cœperat,honores,quàm opes,cõsequi maluisset. 127 ¶ Quidnam est,inquit,istud? & quemadmodũ distinguis? 128 ¶ Hoc modo,inquã.Cùm honos [m] sit præmiũ virtutis iudicio,studióq.ciuiũ delatũ ad aliquem, qui eum sententiis,qui suffragiis adeptus est,is mihi & honestus,& honoratus videtur. Qui autem occasione aliqua,etiã inuitis suis ciuibus nactus est imperiũ, vt ille cupiebat: hunc nomen honoris adeptũ, non honorem puto. Quæ si ille audire voluisset, maxima cũ gratia,& gloria ad summam amplitudinem peruenisset.adscendens gradibus magistratuum, vt pater eius fecerat,vt reliqui clariores viri. Quæ quidem etiam cum P.Crasso, M.F.cùm in tio ætatis ad amicitiam se meam contulisset,sæpe egisse[n] me arbitror, cùm eũ vehementer hortarer,vt eam laudis viam rectissimam esse duceret,quam maiores eius ei tritã reliquisset. Erat enim cum institutus optimè, tum etiam perfectè,planéque eruditus:inerátque & ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia:prætereáque fine arrogantia grauis esse videbatur,& sine segnitia verecundus.Sed hunc quoque absorbuit æstus quidã non insolitæ adolescentib.glorię:qui quia nauarat miles operam imperatori, imperatorẽ se statim esse cupiebat: cui muneri mos maiorum ætatem certã,sortem incertã reliquit. Ita grauissimo suo casu dum Cyri,& Alexandri similis esse voluit,qui suum cursum tranf currerant: & L.Crassi,& multorum Crassorũ inuentus est dissimillimus.Sed ad *Caluum*,(is enim nobis erat propositus)reuertamur:qui orator fuisset cum litteris eruditior, quàm Curio,tum etiam accuratius quoddam dicendi,& exquisitius afferebat genus:quod quanquam scienter,elegantérque tractabat,nimiũ tamen inquirens in se,atq.ipse sese obseruãs metuénsq.ne vitiosum colligeret,etiã verũ sanguinem deperdebat b. Itaque eius oratio nimia religione attenuata , doctis, & attentè audiẽtibus erat illustris: à multitudine autẽ, & à foro, cui nata eloquentia est,deuorabatur. 129 ¶ Tum Brutus, Atticum se, inquit, Caluus noster dici oratorem volebat. inde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur. 130 ¶ Dicebat,inquam,ita:sed & ipse errabat,& alios etiam errare cogebat. Nã si quis eos,qui nec ineptè dicunt,nec odiosè, nec putidè, [c] Atticè [d] putat dicere : is rectè, nisi Atticum,probat neminem.Insulsitatem [e] enim,& insolẽtiam, tanquam insaniam quãdam orationis,odit:sanitatem autem,& integritatem,quasi religionem,& verecũdiam oratoris probat:hæc omnium debet oratorum eadem esse sententia.Sin autem ieiunitatem, & siccitatem, & inopiam dummodò sit polita,dum vrbana,dum elegans, in Attico genere ponit,hoc rectè duntaxat: sed quia sunt in Atticis alia meliora,videat,ne ignoret,& gradus,& dissimilitudines,& vim,& varietatem Atticorũ. Atticos,inquit, volo imitari.quos? nec enim est vnum genus.Nam quid est tam dissimile,quàm Demosthenes,& Lysias?quàm idem,& Hyperides?quàm omniũ horum Æschines?Quem igitur imitaris? Si aliquem,ceteri ergo Atticè non dicebant. si omneis f:quî potes,cùm sint ipsi dissimillimi inter se? In quo etiam illud quæro,Phalereus ille Demetrius Atticène dixerit. mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsæ Athenę videntur. At est floridior,[g] vt ita dicam,quàm Hyperides,quàm Lysias natura quædam,aut volũtas ita dicendi fuit. Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se:sed Attici tamen: quorum [h] Charisius multarum orationum,quas scribebat aliis,cùm cupere videretur imitari Lysiam: Democharis autem , qui fuit Demosthenis sororis filius & orationes scripsit aliquot:& earum rerum historiã, quæ erant Athenis ipsius ætate gestæ, non tam historico , quàm oratorio genere perscripsit. At Charisij vult Hegesias esse similis , ísque se ita putat Articum, vt veros [i] illos præ se penè agreſteis putet. At quid est tã fractum, tam minutum,tam in ipsa, (quam tamen consequitur,) concinnitate puerile? Atticorum similes esse volumus.Optimè.Sũtne igitur ij

a Ἐκ περιαγωγῆς. *b al.* elatior.

c L.afuit: d Idẽ Valer. 8. c. to. 11. Quintil.3.Aſcon.pro Cornelio.

e L.se manifestò cõperisse,

f L. sic ageres,præsertim ista eloquentia? Cum alienorum homi num.&c.

g L.afuit , vt inst.

h alludit ad nomen M. Callidij.*

i *fort.* Si ita hanc,inq.

k C.Curio.* l L.hoc totum quid verisimile dixisset) non agnoscit.

m Honor quid.

n *al.*me egisse.

a *fort.* qui cùm orator fuisset litteratis *&c.*

b *al.*depranabat. *quod minus placet.*

c ῥοφητικῶς.

d Atticè dicere quid,& quã Atticè dicere possint d Insulsum , sine sale: Cicero 2.de Oratore & Epist. 7.ad Cæsarẽ. vide Nonũ. cap.1. in In- P. B. sulsum 142.* e *v.e.* omnis.

f αὐξησιγήγεως,

g quorũ Charisius multas orationes scripsit, quas scribebat. h *al.* Carisij.

i *al.*viros.

Attici oratores? Quis negare potest? Hos imitamur. Quo modo, qui sunt & inter se dissimiles, & aliorum? Thucydidem, inquit, imitamur. Optimè, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus, & grandis etiam fuit. hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus. Orationes autem, quas interposuit, (multæ enim sunt,) eas ego laudare soleo, imitari neque possim, si velim, nec velim[a] fortasse, si possim: vt, si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, vt Opimium, aut Anicium consulem quærat. Atqui ex nota[b] sunt optimæ, credo: sed nimia vetustas nec habet eam, quam quærimus, suauitatem, nec est iam sanè tolerabilis. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de [c] dolio sibi hauriendum putet? Minimè: sed quandam sequatur ætatem. Sic ego istis censuerim & nouam istam quasi de musto, ac lacu feruidam orationem, fugiendam, nec illam præclaram Thucydidid nimis vetere tem, tanquam Anicianam notam, persequendam. Ipse enim Thucydides si posteriùs fuisset, multo maturior fuisset, & mitior. Demosthenem igitur imitemur. O [e] dij boni! quid quasi nos aliud agimus, aut quid aliud optamus? At non assequimur. Isti enim [f] videlicet Attici nostri, quod volunt, assequuntur, ne illud quidem intelligunt, non modò ita memoriæ proditum esse, sed ita necesse fuisse, cùm Demosthenes dicturus esset, vt cò cursus audiendi causa, ex tota Græcia fierent. At cùm isti Attici dicunt, non modò à corona, quod est ipsum miserabile) sed etiam ab aduocatis relinquuntur. Quare si angustè, & exiliter dicere, est Atticorum, sint sanè Attici: sed in comitium veniant, ad stantem[g] iudicem dicant. Subsellia grandiorem, & pleniorem vocem desiderant. Volo hoc [h] oratori contingat, vt, cùm auditum sit eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco, corona multiplex, iudex erectus: cùm surgit is, qui dicturus sit, significetur à corona silentiũ, deinde crebræ assensiones, multæ admirationes, risus cùm velit, fletus: vt, qui hæc procul videat, etiamsi, quid agatur, nesciat: at placere tamen, & in scena i esse Roscium intelligat. Hæc cui contingant, eum scito Atticè dicere, vt de Pericle audiuimus, vt de Hyperide, vt de Æschine, de ipso quidè Demosthene maximè. Sin autem acutũ, prudens, & idem sincerum, & solidũ, & exsiccatum genus orationis probãt, nec illo grauiore ornatu oratorio vtuntur, & hoc proprium esse Atticorum volunt: rectè laudant. Est enim in arte tanta, támque varia, etiam huic minutæ subtilitati locus. ita fiet, vt non omnes, qui Atticè, iidem bene: sed vt omnes, qui bene, iidem etiam Atticè dicant. Sed redeamus rursus ad *Hortensium*. 131 ¶ Sanè quidem, inquit Brutus: quanquam ista mihi tua fuit periucunda à proposita oratione digressio [k]. 132 ¶ Tum Atticus, Aliquoties sum, inquit, conatus, sed interpellare nolui. Nunc, quoniam ad perorandum spectare videtur sermo tuus, dicam, opinor, quod sentio. 133 ¶ Tu verò, inquam, Tite l. 134 ¶ Tum ille, Ego, inquit, ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis, & Xenophontis, & Æschinis libris vtitur, facetam, & elegantè puto. est enim & minimè inepti hominis, & eiusdem etiam facetiũ, cum de sapientia detrahere, eis tribuere illudentem[a], qui eam sibi arrogant: vt apud Platonem Socrates in cælum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicũ, Gorgiam, ceteros: se autem omnium rerum inscium fingit, & rudem. decet hoc nescio quomodo illum nec Epicuro, qui id reprehẽdit, assentior. Sed in historia, qua tu es vsus in omni sermone, cùm qualis quisque orator fuisset, exponeres, vide, quæso, inquit, ne tam reprehendenda sit ironia, quàm in testimonio. 135 ¶ Quorsus[b], inquam, istuc? non enim intelligo. 136 ¶ Quia primùm, inquit, ita laudauisti quosdã oratores, vt imperitos posses in errorem inducere. Equidem in quibusdam risum vix tenebam, cùm Attico Lysiæ [c] Catonem nostrũ comparabas, magnum hercule hominem, vel potiùs summum & singularem virum: nemo dicet secus: sed oratorem, sed etiam Lysiæ similem, quo nihil potest esse pictius: bella ironia, sic locaremur: sin assueueramus [e]: vide, ne religio [f] nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus. Ego enim Catonem tuum, vt ciuẽ, vt senatorem, vt imperatorem, vt virum denique cùm prudentia & diligentia, tum omni virtute excellentem, probo: orationes autem eius, vt illis temporibus, valde laudo. significant enim quandam formã ingenij, sed admodum impolitam, & planè rudem. Origines verò cùm omnibus oratoris[g] laudibus refertas diceres, & Catonẽ cum Philisto & Thucydide cõparares, Brutõne[h] id censebas, an mihi probaturum? quos enim ne è Græcis quidem quilquam imitari potest, iis tu comparas hominem Tusculanũ, nondum suspicantem, quale esset copiosè, & ornatè dicere? Galbam [i] laudas. si vt illius ætatis principem, assentior: sic enim accepimus: sin vt oratorem, cedo, quæso, orationes, (sunt enim) & dic, hunc, quem tu plus quàm te, amas, Brutum, velle te illo modo dicere. Probas Lepidi orationes, paullum hic tibi assentior, modò ita laudes, vt antiquas: quod [k] item de Africano, de Lælio, cuius tu oratione negas fieri quidquam posse dulcius. addis etiam nescio quid augustius, [l] nomine nos capi volens summi viri, vitæque elegantissimæ verissimis laudib. Remoue hæc: ne[m] ista dulcis oratio ita sit abiecta, vt eam aspicere nemo velit. Carbonem in summis oratoribus habitum scio: sed cùm in ceteris reb. tum in dicendo, semper, quo nihil est melius, id laudari, qualecumque est, solet. Dico idẽ de Gracchis: etsi de iis ea sunt à te dicta, quibus ego assentior. omitto ceteros: venio ad eos, in quibus iam perfectã putas esse eloquentiam, quos ego audiui sine [n] conr. ouersia magnos oratores, Crassum, & Antonium. de horum laudib. tibi prorsus assentior: sed tamen non[o] isto modo, vt Polycleti Doryphorũ [p] sibi Lysippus aiebat: sic tu suasionem legis Seruiliæ [q] tibi magistram fuisse. hæc germana [r] ironia est. cur ita sentiã, non dicam, ne me tibi assentari putes. Omitto igitur, quæ de iis ipsis, quæ de Cotta, quæ de Sulpicio, quæ modò de Cœlio dixeris. ij enim fuerunt certè oratores. quanti autem, & quales, tu videris. Nam illud maxus curo, quod con-

a *al.* neque velim

b Amphoras & cados, in quibus vinũ erat conditũ, notis signabant & titulis. Iuuenal. Satyra 5. cuius patriam, titulúmque senectus deleuit: vnde prouerbium de meliore nota. 7. famil. 29.*

c Vinum de dolio, id est nouum. sic Plutarchus, τὸν δὲ ἀδόκιμον ἄοινον ἀποκαλοῦσι τοῦτον ἐκ πίθου καὶ κεραμίου, ἀγχιστέρως πίνοντες ἐκ πυθμένος. CXCII. οἶνον χρῆν πεπαιόμενον. Idem vinum de cupa dicitur Orat. in Pisonem vinum doliare l. 3. ff. doliare. ff. de periculo & commodo rei vẽditæ: vinum quod in dolio: cui opponitur quod in vasis vinariis. l. vinum 3. ego. ff. de vrtitico. Vide Turneb. 1. aduers. 1. & sanè ita esse sequentia ostẽdũt: de musto ac lacu feruida ratio: dein de genera vinorũ alia expressa, vt quę vetustate nimiã habent: quæ quandã ætatem.*

d *al.* Thucydidis.*

e L. O dij boni! Quid ergo nos aliud agimus? & ita R. & Cæs. Stephanus &c. Fortasse licet legere, Quid, quæso, nos aliud agimus? Fal. Isti enim quod volunt assequuntur. *al.* Isti enim Attici, videlicet, quod volunt assequuntur.*

f id est de plano iudicantem.

h Argumentũ summi oratoris,

i *c. v.* scæna.

k *al.* degressio

l *al.* Atticè.

m *al.* ne ista dul. & ita v.

n ὁμολογουμένως, ἀ ἀγωνιζομένοις ἔοικότως.

o *al.* non vt Polycleti.*

p Doriphori statuę meminit infrà in Oratore, ad Brutum initio.*

q *al.* Seruiliæ dicas.*

r sic infrà in Oratore ad Brutum, Germanos, se putant esse Thucydidas.

congeſſiſti operarios omneis, vt mihi videan
tur mori voluiſſe nonnulli, vt à te in orato-
P.CXCIII. rum numerum referrentur. 137 ¶ Hæc cùm ille
a L. detuliſti dixiſſet, Longi ſermonis initium depuliſti[a], in
al. depuliſti. al. retuliſti. quam, Attice, rémque commouiſti, noua diſ-
al. attuliſti.* putatione dignam, quam in aliud tempus dif
feramus. Voluendi enim ſunt libri cùm alio-
rum, tum in primis Catonis, intelliges, nihil
illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum
quæ inuenta nondum erant, florem, & colo-
rem, defuiſſe. Nam de Craſſi oratione ſic exi-
ſtimo, ipſum fortaſſe melius potuiſſe ſcribe-
re: alium, vt arbitror, neminem. Nec in hoc
b Superius ironiam duxeris eſſe, quod eam orationem[a]
vocauit ſua- mihi magiſtrã fuiſſe dixerim nam etſi tu me-
ſionem legis lius exiſtimare videris de ea, ſiquam nũc ha-
Seruiliæ* bemus, facultate, tamen, adoleſcentes quid in
Latinis potius imitaremur, non habebamus.
Quod autem plures à nobis nominati ſunt,
eò pertinuit (vt paullo antè dixi) quod intelli
gi volui, in eo cuius omnes cupidiſſimi eſ-
ſent, quàm pauci digni nomine euaderent.
c al. exiſtima ti nollm. Quare elegyæ me, ne ſi Africanus quidem
fuit, (vt ait in hiſtoria C. Fannius) exiſtimari[c]
velim. 138 ¶ Vt voles, inquit Atticus: Ego enim
non alienum à te putabam, quod & in Africa
no fuiſſet, & in Socrate. 139 ¶ Tum Brutus, De
d L. Ego re- iſto poſtea: ſed tu (inquit, me intuens) oratio-
rò, nes nobis veteres explicabis? 140 ¶ Verò, in-
quã, Brute: ſed in Cumano, aut in Tuſculano
aliquando, ſi modò licebit: quoniam vtroque
in loco vicini ſumus. Sed iam ad id, vnde di-
e al. degreſſi greſſi[e] ſumus, reuertamur. Hortenſius igitur cũ
admodum adoleſcens orſus eſſet in foro di-
cere, celeriter ad maiores cauſas adhiberi cœ
ptus eſt, quanquam inciderat in Cottæ, & Sul
picij ætatẽ, qui annis decẽ maiores, excellen-
tem Craſſo & Antonio, deinde Philippo, pòſt
Iulio, cùm iis ipſis dicendi gloria comparaba
f L. quantam in nullo cog. tur. Primùm memoria tanta, quantam[d] in vl-
g al. excogi- lo cognouiſſe me arbitror, vt, quæ ſecum com
tauiſſet. mentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem
redderet, quibus cogitauiſſet[e], hoc adiumẽto
ille tanto ſic vtebatur, vt ſua & cõmentata, &
ſcripta, &, nullo referente, omnia aduerſario-
rum dicta meminiſſet. Ardebat autẽ cupidira
te ſic: vt in nullo vnquam flagrantius ſtudiũ
viderim. nullum enim patiebatur eſſe diem,
quin aut in foro diceret, aut meditaretur ex-
tra forum: ſæpiſſime autem eodem die vtrun
que faciebat. Attulerátque minimè vulgare
genus dicendi: duas quidem res, quas nemo
alius: partitiones, quibus de rebus dicturus eſ
ſet, & collectiones, memor & quæ eſſent di-
h L. memor quę eſſent di cta contrà, quæque ipſe dixiſſet. Erat in verbo
cta contrà, quæq. rũ ſplendore elegans, compoſitione aptus, fa-
cultate copioſus: eáque erat cũ ſummo inge-
nio, tum exercitationibus maximis conſecu-
tus, rem complectebatur memoriter, diuide-
bat acutè: nec prætermittebat ferè quidquam,
quod eſſet in cauſa, aut ad confirmandũ, aut
ad refellendũ: vox canora, & ſuauis. motus &
genus etiam plus artis habebat, quàm erat o-
i Immo Sul- ratori ſatis. Hoc igitur floreſcente, Craſſus eſt
picius vt ſu- mortuus, Cotta pulſus, iudicia intermiſſa bel
prà num. 95. in f.* lo, nos in forũ venimus. Erat Hortenſius in
P. B. bello, primo anno, miles, altero tribunus mili
k De lege tũ: Sulpicius legatus aberat, etiã M. Antonius:
Varia ſuprà dixi.* exercebatur vna lege[g] iudicium Varia, ceteris propter bellum intermiſſis: qui frequen-
l L. aderant, tes aderant (quanquàm pro ſe ipſi dicebant)
nunc pro ſe, ipſi dicebant oratores non illi quidẽ principes L. Mẽmius,

A & Qu. Pompeius, ſed oratores tamen, teſte di
ſerto vterque Philippo, cuius in teſtimonio
contentio & vim accuſatoris habebat, & co-
piam. Reliqui, qui tum principes numeraban
tur, in magiſtratibus erãt quotidiéque ferè à
nobis in concionibus audiebãtur. Eratenim
tribunus plebis tum C. Curio: quanquam is
quidem ſilebat, vt erat ſemel à concione vni
uerſa relictus: Qu. Metellus Celer, non ille
quidem orator, ſed tamen non infans: diſerti
B autem Qu. Varius[a], C. Carbo, Cn. Pomponius:
& ij quidem habitabant in roſtris. C. etiam
Iulius, ædilis curulis quotidie ferè accuratas
conciones habebat: ſed me cupidiſſimum au
diendi primus dolor percuſſit. Cotta cùm eſt
expulſus, reliquos frequenter audiens acerri-
mo ſtudio tenebar, quotidiéque & ſcribens,
& legens, & commentans, oratoris tantũ exer
citationibus contentus non eram. Iam conſe
quente anno Qu. Varius ſua[b] lege damnatus
C exceſſerat. Ego autem iuris[c] ciuilis ſtudio mul
tum operæ dabam. Qu. Scæuolæ, P. F. qui quan
quam nemini ſe ad docendum dabat, tamen,
conſulentibus[d] reſpondendo, ſtudioſos au-
diendi docebat. Atque huic anno proximus
Sylla conſule, & Pompeio fuit tum P. Sulpicij
in tribunatu quotidie concionantis totũ ge-
nus dicendi penitus cognouimus eodémque
tempore cùm princeps Academiæ Philo cum
Athenienſium optimatibus Mithridatico bel
D lo domo profugiſſet, Romámque veniſſet, to
tum ei me tradidi, admirabili quodam ad
philoſophiam ſtudio coficitatus, in[e] quo etiã
commorabar attentiùs, etſi rerum ipſarum va
rietas, & magnitudo ſumma me delectatione
retinebat: ſed tamen ſublata iam eſſe in per-
petuum ratio iudiciorum videbatur. Occide
rat Sulpicius illo anno, tréſque proximo triũ
ætatum oratores erant crudeliſſimè interfe-
cti, Qu. Catulus, M. Antonius, C. Iulius. Eodem
E anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus
operam, & actori ſummo cauſarum, & magi-
ſtro. Hæc etſi videntur eſſe à propoſita ratio-
ne diuerſa, tamen idcirco à me proferuntur,
vt noſtrum curſum perſpicere, quoniam vo-
luiſti, Brute, poſſis, (nã Attico hæc nota ſunt)
& videre quemadmodũ ſimus in ſpatio Qu.
Hortenſium ipſius[f] veſtigiis perſecuti. Trien-
nium ferè fuit vrbs ſine armis, ſed oratorum
aut interitu, aut diſceſſu, aut fuga, (nam aber-
F rant etiam adoleſcentes M. Craſſus & Lentu-
li duo) primas[g] in cauſis agebat Hortenſius:
magis[h], magiſque quotidie probatur. Anti-
ſtius Piſo ſæpè dicebat: minùs ſæpe Pompo-
nius, rarò Carbo: ſemel, aut iterum Philippus.
At verò ego hoc tẽpore omni nocteis, & dies
in omnium doctrinarum meditatione verſa
bar. Eram cum Stoico Diodoto: qui cùm habi
tauiſſet apud me, mecúmque vixiſſet, nuper
eſt domi meæ mortuus. à quo cùm in aliis
G rebus: tum ſtudioſiſſimè in dialectica exerce
bar: quæ quaſi contracta, & adſtricta eloquen
tia putanda eſt: ſine qua etiam tu, Brute, iudi
cauiſti, te illam iuſtam eloquentiam, quam
dialecticam dilatatam[m] eſſe putant, conſequi
non poſſe. Huic ego doctori, & eius artibus
variis, atque multis ita erã tamen deditus, vt
ab exercitationibus oratoriis nullus dies va-
cuus eſſet. Cõmentabar declamitãs, (ſic enim
H nunc loquuntur) ſæpe cũ M. Piſone, & cũ Qu.
Pompeio, aut cum aliquo quotidie, idq. facie-
bam multùm etiam Latinè, ſed Græcè ſæpius:

a Huius meminit ſuprà & 1. de orato re.*

b al. oratoriis tamen c. 8. Valer. c. in f. legis Variæ fit mentio paullo antè, vbi dixi.*

c L. hoc totum iuris ciuilis ſtudio. ſuſpicatur eſſe aliud de inductum.

d videl. 2. §. 43 ff. de origine iuris*

e L. in quo hoc etiam cõmorabar attẽtiùs, quod etſi rerum ipſarum var. & magn. ſumma me del. ¶ retinebat tamen ſubl. &c.

f al. primis P. CXCIIII. al. in cauſis agendis. Hortenſius magis, magiſque

g fort ipſis

h L. magiſque magiſque

i L. ſæpe dicebant:

l al. apud me cum Quinto dixiſſet. &c. & ita cod. R. m fort. tum in dialecti. ſtu dioſ.

n L. eſſe dilatatam

vel quòd Græca oratio plura ornamenta ſuppeditans, conſuetudinem ſimiliter Latinè dicendi afferebat: vel quòd à Græcis ſummis doctoribus, niſi Græcè dicerem, neq. corrigi poſſem, neq. doceri: Tumultus interim pro[a] recuperanda rep. & crudelis interitus oratorũ trium Scæuolæ[b], Carbonis, Antiſtij: reditus Cottæ, Curionis, Craſſi, Lentulorum, Pompeij. leges & iudicia conſtituta[c], recuperata reſpublica: ex numero autem oratorum Pomponius, Cenſorinus, Murena[d] ſublati. tum primũ nos ad cauſas & priuatas, & publicas adire cœpimus, non vt in foro diſceremus, quod pleri que fecerunt, ſed vt quantum nos efficere potuiſſemus, docti in forum veniremus. Eodem tempore Moloni dedimus operam. Dictatore enim Sylla legatus ad ſenatum de Rhodiorũ præmiis venerat. Itaque prima cauſa publica, pro Sex. Roſcio dicta, tantum commendationis habuit, vt non vlla eſſet, quæ[e] non noſtro digna patrocinio videretur. deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas, etiã[f] quàm elucubratas afferebamus. Nũc, quoniam totum me non næuo[g] aliquo, aut crepundiis, ſed corpore omni videtis velle cognoſcere, complectar nonnulla etiam, quæ fortaſſe videantur minus neceſſaria. Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas, & infirmitas corporis: procerum & tenue collum: qui habitus, & quæ figuram non procul abeſſe putatur à vitæ periculo, ſi[h] accedit labor, & laterum magna contentio. Eóq; magis hoc eos, quibus erã carus, cõmouebat, quòd omnia ſine remiſſione, ſine varietate, vi ſumma vocis, & potius corporis cõtentione dicebã. Itaque cũ me & amici, & medici hortarentur, vt cauſas agere deſiſterẽ: quoduis potiùs periculum mihi adeundum, quàm à ſperata dicendi gloria diſcedendũ putaui. Sed, cùm cenſerem, remiſſione, & moderatione vocis, & cõmutato genere dicendi, me & periculũ vitate poſſe & tẽperatiùs dicere: vt[i] conſuetudinẽ dicendi mutarẽ, ea cauſa mihi in Aſiam proficiſcendi fuit. Itaq. cùm eſſem bienniũ verſatus in cauſis, & iam in forõ celebratum meũ nomen eſſet: Roma ſum profectus. Cùm veniſſem Athenas, ſex menſes cum Antiocho, veteris Academiæ nobiliſſimo, & prudentiſſimo philoſopho, fui. ſtudiúmque philoſophiæ nunquam intermiſſum, à primáque adoleſcẽtia cultum, & ſemper auctũ, hoc rurſus ſummo actore, & doctore renouaui. Eodẽ tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum[k], veterem, & non ignobilem dicendi magiſtrũ ſtudioſè exerceri ſolebam. Poſt à me Aſia tota peragrata eſt, cum ſummis quidem oratoribus quibuſcum exercebar ipſis lubentibus, quorũ erat princeps Menippus[l] Stratonicenſis, meo iudicio tota Aſia, illis tẽporibus, diſertiſſimus: &, ſi nihil habere moleſtiarũ, nec ineptiarum, Atticorũ eſt, hic orator in illis numerari rectè poteſt. Aſſiduiſſimè[m] autem mecum fuit Dionyſius Magnes. erat etiã Æſchylus Gnidius[n] Adramitenus Xenocles. hi tum in Aſia rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus, Rhodum veni, méque ad eundem, quem Romæ audiueram, Molonem, applicaui, cũ actoré in veris cauſis, ſcriptorémque præſtantem, tum in notandis, animaduertendíſque vitiis, & inſtituendo, docẽdóq. prudentiſſimũ. Is dedit operã (ſi modò id conſequi potuit) vt nimis redundanteis nos, & ſuperfluenteis[a] iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia, reprimeret, & quaſi extra ripas diffluenteis coerceret, ita recepi me biennio pòſt, non modò exercitatior, ſed propè mutatus. Nam & contentio nimia vocis reciderat[b], & quaſi referuerat oratio, lateribúſque vires, & corporis mediocris habitus acceſſerat. Duo tum excellebant oratores, qui me imitandi[c] cupiditate incitarent, Cotta, & Hortenſius: quorum alter remiſſus, & lenis, & propriis verbis comprehendens ſolutè, & facilè ſententiã: alter ornatus, acer, & non talis, qualẽ tu eum, Brute, iam defloreſcente cognouiſti, ſed verborum, & actionis genere commotior. Itaq. cũ Hortenſio mihi magis arbitrabar rẽ eſſe, quòd & dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior: Etenim videbã in iiſdem cauſis vt pro M. Canuleio, pro Cn. Dolabella conſulari. cùm Cotta princeps adhibitus eſſet priores tamen agere parteis Hortenſium. Acrem enim oratorem, incenſum, & agentem & canorum, concurſus hominum, ſotique ſtrepitus deſiderat. Vnũ igitur annum, cùm rediiſſemus ex Aſia, cauſas nobileis egimus, cùm quæſturam nos, conſulatũ Cotta, ædilitatẽ peteret Hortenſius. Interim me quæſtorẽ Sicilienſis excepit annus: Cotta, ex cõſulatu eſt profectus in Galliã: princeps & erat, & habebatur Hortenſius. Cùm autẽ anno pòſt è Sicilia me recepiſſem, iam videbatur illud in me, quidquid eſſet, eſſe perfectũ, & habere maturitatẽ quandam ſuam. Nimis multa videor de me, ipſe præſertim: ſed omni huic ſermoni propoſitũ eſt, non vt ingeniũ, & eloquentiã meã perſpicias, vnde longè abſum, ſed vt laborẽ, & induſtriã. Cùm igitur eſſem in plurimis cauſis & in principibus patronis quinquenniũ ferè verſatus, tũ in patrocinio Sicilienſi maximè in certamen veni deſignatus ædilis cũ deſignato conſule Hortẽſio. Sed quoniã omnis hic ſermo noſter non ſolùm enumerationẽ oratoriã[d], verumetiam præcepta quædam deſiderat: quid tanquã notandũ, & animaduertendum ſit in Hortenſio, breuiter licet[e] dicere. Nam is poſt conſulatũ (credo quòd videret, ex conſularibus neminem eſſe ſecũ comparandum, negligeret autẽ eos, qui conſules non fuiſſent) ſummum illud ſuum ſtudiũ remiſit, quo à puero fuerat, incenſus, atque in omniũ rerum abundãtia voluit beatiùs, vt ipſe putabat, remiſſiùs certè viuere. Primus, & ſecundus annus, & tertius tantũ quaſi de picturæ veteris colore detraxerat, quantũ non quiuis vnus ex populo, ſed exiſtimator doctus & intelligens poſſet cognoſcere. Longiùs autem procedens, & [f]in ceteris eloquentiæ partibus, tam maximè in celeritate, & continuatione verborum adhæreſcens, ſui diſſimilior videbatur fieri quotidie. Nos autem non deſiſtebamus, cũ omni genere exercitationis, tũ maximè ſtilo, noſtrũ illud quod erat, augere, quantumcunque erat. Atq. (vt multa omittam) in hoc ſpatio, & [g]in iis poſt ædilitatem annis, & [h]prætor primus, & incredibili populariivoluntate ſum factus. Nã cùm propter aſſiduitatem in cauſis, & induſtriam, tum propter exquiſitiùs, & minimè vulgare orationis genus, animos hominum ad me dicendi nouitate conuerteram. Nihil de me dicã: dicam de cæteris, quorum nemo erat, qui videretur exquiſitiùs, quàm vulgus hominum, ſtuduiſſe litteris: quibus fons perfectæ eloquentiæ

a *v.c.* recipe-randa

b L. Scæuulę,

c *v.c.* recipe-rata *lib. vulg.* Mu-ræna

d L. quæ non digna patr. n. vid.

e L. & tanquã eluc. *Iſta Ri-ſeus reſtituit.*

f Metephora ſumpta ex argumentis comœdiarũ, in quibus ex poſtitij, vel ex corporis næuo, aut ex crepundiis, quibuſcũ expoſiti fuerãt, agnoſcũtur.

g *al.* ſi accedat

P. B.

i *hęc verba,* vt conſuetudinem dicendi mutarem, *quidam non legunt.*

k *al.* Syrium,

l Meminit huius Menippi: atq. adeo loci Ciceronis, Strabo lib. 14. Laertius lib. 6. Menippo in f. *ἀπὸ τοῦ σατυρικοῦ* L. Caidius.

a *al.* ſuos fluenteis.

b L. reſedebat, & quaſi remiſſior. *al.* deferbuerat. [Reſedebat autẽ eſt, remiſſa fuerat.

c *ζήλῳ*

d L. oratoriũ.

e *al.* dicere ſi-cet.

f L. & cum in ceteris eloq.

g L. & in his poſt æd. *ſcitis Rin.*

h L. prætor & primus,

i L. populi.

quentiæ continetur: nemo, qui philosophiam cõplexus esset, matrem omnium benefactorum, beneque dictorum: nemo, qui ius ciuile didicisset, rem ad priuatas causas, & ad oratoris prudentiam, maximè necessariam: nemo, qui memoriam rerum Romanarum teneret: ex qua, si quando opus esset, ab[a] inferis locupletissimos testeis excitaret: nemo, qui dilatare posset, atque à [b] propria ac definita disputatione hominis, ac temporis, ad communem quæstionem vniuersi generis orationem traduceret: nemo, qui delectandi gratia digredi [c] parumper à causa: nemo qui ad iracundiam magnopere iudicem: nemo, qui ad fletũ posset adducere: nemo, qui animum eius, (quod vnum est oratoris maximè proprium) quocunque res postularet, impelleret. Itaque cùm iam pæne euanuisset Hortensius, & ego anno meo, sexto autem post [d] illum cos. cos. factus essem, reuocare se ad industriam cœpit: ne cùm pares honore essemus, aliqua te superiores[e] videremur. Sic duodecim post meum consulatum annos in maximis causis, cùm ego mihi illum, sibi me ille anteferret, coniunctissimè versati sumus: consulatúsque meus, qui illum primò leuiter perstrinxerat, idem nos rerum mearum gestarum, quas ille admirabatur, laude coniunxerat. Maximè verò perspecta est vtriusque nostrûm exercitatio, paullò antè quàm perterritum armis hoc studium Brute nostrum cõticuit subitò, & obmutuit: cùm legef Pompeia ternis horis ad dicendum datis ad causas similimas inter se, vel potiùs easdem, noui veniebamus quotidie. quibus quidem causis tu etiam, Brute, præstò fuisti, complureisque & nobiscum, & solus egisti: vt[g] qui non satis diu vixerit Hortensius, tamen hunc cursum cõfecerit. Annis antè decem causas agere cœpit, quàm tu es natus. idé quarto, & sexagesimo anno perpaucis ante mortem diebus, vnà tecum socerum tuum defendit Appium[h]. Dicendi autem genus quod fuerit in vtroque, orationes vtriusque etiam posteris nostris indicabunt. Sed, si quærimus, cur adolescens magis floruerit dicendo, quàm senior Hortensius: causas reperiemus verissimas duas: Primùm, quòd genus erat orationis Asiaticum, adolescentiæ magis concessum, quàm senectuti. Genera autem Asiaticæ dictionis, duo sunt: Vnum sententiosum, & argutum, sententiis non tam grauibus, & seueris, quàm concinnis & venustis: qualis in historia Timæus: in dicendo autem, pueris nobis, Hierocles Alabãdeus[k], magis etiam Menecles, frater eius, fuit: quorum vtriusque orationes sunt in primis, vt Asiatico in genere, laudabiles. Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quàm verbis volucre, atque incitatum: quali est nunc Asia tota, nec Humine solùm orationis, sed etiam exornato, & faceto genere verborum: in quo fuit Æschylus Cnidius[l], & meus æqualis Miletius Æschines. in iis erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarũ cõcinnitas non erat. Hæc autem (vt dixi) genera dicendi, aptiora sunt adolescentibus: in senibus grauitatem non habent. Itaque Hortensius vtroque genere floxens, clamores[m] faciebat adolescẽs. Habebat enim & Menecliũ illud studium crebrarum, venustarúmq. sententiarũ: in quibus, vt in illo Græco, sic in hoc, erat quædã magis venustæ, dulcésq. sententiæ, quàm aut necessariæ, aut interdũ vtiles. Et erat oratio cùm incitata, & vibrãs[a], tum etiam accurata, & polita. Nõ probãtur hæc senibus. sæpe videbam cùm irridentem, tum etiam irascentem, & stomachantem Philippum: sed mirabantur adolescentes, multitudo mouebatur. Erat excellens iudicio vulgi, & facilè primas tenebat adolescens. Etsi enim genus illud dicendi, auctoritatis habebat parum, tamen aptum esse ætati videbatur: & certè, quòd & ingenij quædam forma lucebat [b], & exercitatione perfecta erat, verborúmq. adstricta comprehensiõ, summã hominum admirationem excitabat. Sed, cùm iã honores, & illa senior auctoritas grauius quiddam requireret: remanebat idem, nec decebat idẽ: quódque exercitationem, studiúmque dimiserat, quod in eo fuerat acerrimum, concinnitas illa crebritásque sententiarum pristina manebat, sed ea vestitu illo orationis, quo cõsueuerat, ornata non erat. hoc tibi ille, Brute, minus fortasse placuit, quàm placuisset, si illum flagrantem studio, & florẽtem facultate audire potuisses. 141 ¶ Tum Brutus, Ego verò, inquit, & istã, quæ dicis, video qualia sint, & Hortensium magnum oratoré semper putaui, maximéq. probaui pro Messalla dicenté, cùm[c] tu abfuisti. 141 ¶ Sic ferunt, inquam, idq. declarat totidem, quot dixi (vt aiunt) scripta verbis oratio. Ergo ille à Crasso cõsule, & [d] Scæuola vsque ad Paullum, & Marcellum cõsules floruit: nos in eodem cursu fuimus à Sulla dictatore, ad eosdem ferè cõsules. Sic Qu. Hortẽsij vox exstincta fato suo est: nostra, publico. 142 ¶ Meliùs[e], quæso, omina re, inquit Brutus. 143 ¶ Sit sanè vt vis, inquam: & id nõ tã mea causa, quàm tua: sed fortunatus illius exitus, qui ea non vidit cùm fierẽt, quæ prouidit [f] futura. Sæpe n. inter nos impẽdẽteis casus deflemus. cùm belli ciuilis causas, in priuatorũ cupiditatibus inclusas, pacis spẽ à publico cõsilio esse exclusam videremus. Sed illum videtur felicitas ipsius, qua semper est vsus, ab eis miseriis, quæ cõsecutę sunt, morte vindicasse. Nos aũt, Brute, quoniã post Hortensij, clarissimi oratoris, mortẽ orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti sumus, domi teneamus eam sæptã liberali custodia: & hos ignotos, atque impudenteis procos repudiemus, tueamúrq. vt adultã virginẽ, castè, & [g] ab armatorum impetu quantum possumus, prohibeamus. Equidem, etsi doleo, me in vitam paullo seriùs, tanquam in viam, ingressum, priusquam confectum iter sit, in hanc reip. noctem incidisse: tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi, Brute, adhibuisti tuis suauissimis litteris: quibus me forti animo esse oportere censebas, quòd ea gessissem, quę̃ de me etiam me tacente, ipsa loquerentur, mortuóq. viuerent. Quæ si rectè esset, saluti reip. sin secus, interitu ipso testimoniũ meorum de rep. consiliorum darent. Sed in te intuens, Brute, doleo, cuius in adolescentiam per medias laudes quasi [k] quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna reip. hic [l] me dolor tangit, hæc me cura solicitat, & hunc mecum socium eiusdem & amoris, & iudicij. Tibi fauemus, te tua frui virtu-

a L. locupletiss. testeis ab inferis exc.

b Κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόθεσιν καὶ εἰς τὸν δέοντα

P. B. e al. degredi

d al. post illum cõsulem consul. f.

e fort. superior videret.

f legis huiusce Pompeiæ iudicia rix meminit idem Cicero 23. ad Atticum 47. & 4. de finibus, in pr. 7. famil. Philippica 1.* g al. vt cum al. atqui.* h à quibusdam libr. abest vox Appium.

i Asiaticæ dictionis duo genera

k Ἀλαβανδεύς,

l al. Cnidius,

m id est, admirationem excitabat.

a al. vibrans

b fort. elũcebat,

c L. cùm tu abfuisti,

d L. & Scæuola

e βούλομαι μὲν λέγειν

f al. præuidis

g al. & ab armatorum imp. & ita v. c.

h fort. quæ de me etiam tacente, ipsa loq.

i L. Quæ si rectè esset, saluti reip. sin secus, interitu ipso, testimonium meorum de rep. &c. al. P. B. meorum in rep. &c. ‖ al. Quæ si rectè esset saluti reipublicæ)

k fort. quasi quadrigis volentem, transf.

l L. hic me dolor angit,

te cupimus: tibi optamus eam remp. in qua duorum generum amplissimorum renouare memoriam, atque augere possis. Tuum enim forum, tuâ erat illud curriculum: tu illuc veneras vnus, qui non linguam modò acuisses exercitatione dicendi, sed & ipsam eloquentiam locupletauisses grauiorũ artium instrumento, & iisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquẽtiæ laude iunxisses. Ex te duplex nos afficit sollicitudo, quòd & ipse rep. careas, & illa te. Tu tamẽ (etsi cursum ingenij tui, Brute, premit hęc importuna clades ciuitatis) contine te in tuis peremnibus studiis, & effice id, quod iã propemodũ, vel planè potiùs effeceras, vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hũc sermonẽ, turba patronorũ. Nec enim decet te ornatũ vberrimis artibus, quas cùm domo haurire non posses, arcessiuisti ex vrbe ea, quæ domus est semper habita doctrinæ, numerari in vulgo patronorũ. Nã quid te exercuit Pãmenes, vir longè eloquẽtissimus Gręciæ? quid illa vetus Academia, atque eius heres Aristus, hospes, & familiaris meus, siquidẽ similes maioris partis oratorum futuri sumus? nónne cernimus, vix singulis ætatibus binos oratores laudabileis [a] cõstitisse? Galba fuit inter tot æqualeis vnus excellens, cui (quẽadmodũ accepimus) & Cato cedebat senior, & qui tẽporib. illis ætate inferiores fuerunt, Lepidus postea, deinde Carbo. Nã Gracchi in cõcionib. multo faciliore, & liberiore genere dicendi: quorum tamẽ ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit, Antonius, Crassus, pòst Cotta, Sulpitius, Hortensius, nihil dico amplius: tantum dico, si mihi accidisset, vt numerarer in multis, * si operosa est concursatio magis opportunorum. **

a L. laudabileis exstitisse? & ita Riuio videtur.

P. CXVI.

M. TVLLII CICERONIS AD MARCVM BRVTVM ORATOR.[b]

b seu de perfecto Oratore in quem hunc librum ipse Cicero 6. epist. famil. 18. scribit, se quidquid habuit iudicij de dicẽdo cõtulisse meminit quoque 1. famil. 20. & libro de optimo dicẽdi genere vocat 2. famil. 17. 24. ad Atticum 3. quẽ Bruto non prolari scribit causas illo loco ad Atticũ redditi;

Synopsis libri de Oratore perfecto.

Reganti Bruto perscribit quæ sit optima species & quasi figura dicendi: seu quod eloquentiæ genus summum & perfectissimum. Hac adumbratione excellentis eloquentiæ neminem terreri oportere. Honestũ enim esse, prima sequentem in secundis & tertiis consistere. In præstantibus rebus, magna esse, quæ sint optimis proxima. Perfectæ eloquentiæ speciem animo videri, auribus audiri, reipsa non videri. 2 *Eloquentem perfectum & absolutum sine philosophia effici non posse.* 3 *Tria dicendi esse genera, grandiloquum, tenue, (quod & acutum) intermedium & quasi temperatum.* 4 *In his omnibus Demosthenem excelluisse, hunc Atticè dicere volentibus imitandum, quo ne Athenæ magis Atticè.* 5 ¶ *Eos qui se ad Atticorum aureu teretes & religiosas accommodat, Atticè dicere, quibus adipatum dicẽdi genus placeat, sed qui enucleate, nihil insolens aut ineptum ornatè, grauiter, copiosè (hi tenues, summissi, acuti) non qui Lysiam aut Thucydidem, aut Xenophontem: sed qui ab Isocrate (qui primus instituit dilatare verbu & mollioribus numeris explere sententias, & in Epidictico excelluit) orationu petat incunabula.* 6. *Tria videnda esse huic oratori, quid, quo loco, & quomodo dicat.* 7 *Priora illa duo, hoc est, Inuenire & iudicare proprium esse magis prudentiæ quàm eloquentiæ.* 8 *Et tamen oratorem nosse debere argumẽtorum & rationum locos: sed & quæstionum signis: E quibus controuersiam qua quæritur quid sit, nec ne sit, definitionibus: quale sit rectè & prauè partibus tractabit. In infinita quæstionu quæ thesis tractatione se exercebit. Locis vtetur aptis, communibus, delectis, molliet dura, occultabit quæ dilui non poterunt: afferet probabiliora, inuenta collocabit, aditus causæ faciet honestos & illustres, occupatis animis, infirmabit contraria. Firmissima primis & postremis: leuiora medijs collocabit.* 9 *Ab his videndum quomodo dicat: si genus orationis optimum (alij enim graues, tenues, temperati)* 10 *Id autem consistit in agendo nimirum & eloquendo. Actionem esse quasi corporis quandam eloquentiam, quæ voce, motu gestu, vultu constet. Vocis mutationes tot esse, quot animorum: Acutam, inflexam & grauem. In dicendo quendam cantum obscuriorem esse, vocis bonitatem optandam, statum, vultum, oculos artis legibus moderari oportere.* 11 *Speciem perfecti oratoris & summæ eloquentiæ in elocutione positam esse: ab eloquendo enim, non ab inueniendo, aut agendo eloquentiã dici.* 12 *Hanc eloquentiam separandam esse à philosophorum, sophistarum, historicorum, poetarum, eloquentia.* 13 *Esse eloquentis officium in foro ciuilibusque causis ita dicere, vt probet, (id necessitatis) delectet (id suauitatis) & flectat (id victoriæ) Priori parte subtilu: secunda, mediis: tertia vehemens esse debet.* 14 *Decorum (quod & πρέπον) in sententijs & verbis seruabit, idque quod & loco, tempori, auditoribus, personis, causæ denique ipsi erit consentaneum.* 15 *Consuetudinem dicendi imitabitur, ab indisertis re potius, quàm opinione differet: vt qui eum audiant, quamuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidant se posse dicere. Eius oratio non plurimi sanguinis erit, sed tamen succum habebit, & integra eius valetudine. V inculis numerorum ira erit exiptus, sic tamen vt non vagetur, aut licenter erret. Verba verbis quasi coagmentatione negliget, remouebit facum, dicet purè, Latinè, dilucidè, decoro obseruato, acutis crebrisque sententijs interpositis. Propriis verbis vtetur: in faciendis, non audax: in transferendis verecundus & parcus: in priscis (vt & reliquis verborum & sententiarum ornamentis) demissus: & in translatis crebrior. Verba communè (citra elaborationem & aucupium tamen) collocabit: sales ritè admiscebit. Quæ qui faciet, summissus, enucleatus, humilis, tenuis, acutus & subtilis erit orator: sed tamen magnus & germanus Atticus, si nõ maximus.* 16 *Medius verò seu intermedius & temperatus inter summissum, de quo diximus, & grandiloquum, quoq. in genere præstitit Demetrius Phalereus, tralatijs, mutatis, seu hypallage, & metonymia, κατ' ἀντονομασίαν, ἀκατάχρησιν omnibus denique luminibus verborum, multis sententiarum, eruditis disputationibus, locis communibus sine conten-*

contentione tamen vtetur: è philosophorum & sophistarum scholis talia enadet: non tamen cõparandus superiori, de quo dictum, hoc est, summisso. 17 ¶ Amplus *verò, grandiloquus, copiosus, grauis, ornatus verborum & sententiarum maiestate, & à superioribus differens maximè contemnendus, ac vix sanus.* 18 ¶ *Atq. is quem quærimus est orator: quem animo non manu prehendimus, quem nunquam vidit Antonius, qui humilia subtiliter, seu parua summisse: magna grauiter, mediocria seu modica, temperatè potest dicere.* 19 *qui facultatis fuit latèque dicendi, vicinam & finitimam dialecticorum scientiã, hoc est, disputandi seu loquendi adiunxerit.* 20 *qui omnis philosophiæ notos & tractatos locos habeat, qui ne physicorum & diuinorum quidem sit ignarus:* 21 *sed nec humani iuris & ciuilis, sed nec historiæ etiam externæ.* 22 *Causarum & controuersiarum seu quæstionum genera habebit cognita: an ex re (de vero, recto, nomine) an ex verbo ambiguo aut contrario oriatur quæstio, an ex pugna sententiæ dicentis & verborum.* 23 *Præcepta argumentorum cognita quoque habebit: quorum magnus vsus est oratori. Videbit quid deceat, vt sit temporum, causarum, & personarum moderator.* 25 *Versabitur quoque in augendis & abiiciendis rebus.* 26 *Mouebit animos auditoris & iudicis moderatè, vel incitatè.* 27 *Formam & characterem orationis illuminabit verbis simplicibus vel collocatis.* 28 *sed & sententiis.* 29 ¶ *Verba suauissima aptè collocabit, vt inter se quàm aptissimè cohæreant, extrema cum primis.* 30 *Quæ in parte veteres peccabant in vocalium crebra concursione, & consonantium elisione extremæ vocis: in hominum nominibus contrahendis (tametsi id omnium causa fieri possit) in verbis duobus pluribusque simul iungendis. Dicebant, exia, pro exinde, cum nobis, cum me, cum te: deũm, meũm, exitium, consilium, augurium, exilium, prodigium, horriferium, portentum, armum, fabrum, procum, duum & trium, virum, sestertium, nummum: nesse, iudicasse, scripsere, ijsdem pro eisdem. Quibus in rebus à consuetudine impetratum est peccare suauitatis causa. Vnde pomeridianum libentius quàm postmeridianum: mehercule, quàm mehercules: nescire, quàm non scire: meridiem, quàm medidiem dicimus: raro præpositione Abs vtimur. Non dicimus abfugit, abfer, innoti, innari. Non dicimus ex Republica est, vt ex vsu est: sed nec insapientem, inæquum, tricapitem, concæsum, pertisum. Iam verò Inclytum & inhumanum pronunciamus breui prima: insanum & infelix longa: veteres dicebant Purrhum, pro Pyrrhum, Fruges Phryges: elidebant quoque in dictionibus quarum extrema syllaba bus esset.* 31 ¶ *Prater superiora oratori curæ fuerit, vt oratio orbem suum conficiat, id est, vt ratione finiat, idque vel sponte sua, vel quadam concinnitate verborum vt si casus similes habeat eadem oratio, si paribus paria, contraria contrariis opponuntur.* 32 ¶ *Sed & illud curæ oratori fuerit, vt eius oratio* numerũ *habeat à versu differentẽ.* 33 *Cuius obseruationis prima* Origo *est Isocrates, & Gorgias:* Causa, *voluptas certissima.* 34.35. Natura *verò talis est vt sit orationi quidam numerus:* 36 *Vt petiti sint à poetis numeri ipsi pedibus constantes.* 37 *Deinde hoc considerandum, qui numeri cadunt in orationẽ: sunt qui Iambicum dumtaxat: Ephorus pæana aut dactylum admittit: spondæum & trochæum reijcit. Aristoteles heroum numerum & Iambum non admittit: pæana probat, vt & Theophrastus, & Theodectes. Cicero verò vult omnes in oratione esse quasi permisto: & confusos pedes, frequentiorem tamen pæana.* 38 *Est & in hac parte tenendum numeros pro genere orationis variandos esse. In humili & demisso sermone, Iambum: in ampliori, pæana: frequentiorem in vtroque dactylum permiscendum esse.* 39.40. *Sed & in primis vt in extremis partibus orationis numeros vsurpari, diuersos esse à poeticis: neque semper numero fieri, sed aut concinnitate & constructione verborum.* 41 Vsus *numerorum is seruandus est, vt Historici & qui in Epidictico genere versantur, imitentur numeros Isocratis aut Theopompi: oratores verò, ne passim, sed cum opus est, numeris vtantur.* 42 *Opus est autem in laudationibus, in amplificanda re, nec tantùm in peroratione, sed & in orationis reliquis partibus.* 43 *Deinde numeri ac pedes mutandi, vti orationem incitatam aut tardam esse volumus.* 44.45. *Numerosam orationẽ non numero fieri, sed compositione & genere: iis quæ incisa, & membra dicuntur, vsurpatis.* 46 *Sine numeris infantem & ieiunam esse orationem.* 47 ¶ *Et hoc Ciceronis de oratore iudicium est.*

TRVM difficilius, aut maius esset negare tibi sæpius idé roganti, an efficere id, quod rogares, diu, multúmque, Brute, dubitaui. Nam & negare ei, quem vnicè diligerem, cuique me cariſſimum esse sentirem, præsertim & iusta petenti, & præclara cupienti, durum admodum mihi videbatur: & suscipere tantam rem, quantam non modò facultate consequi difficile esset, sed etiam cogitatione complecti, vix arbitrabar esse [a] eius, qui vereretur reprehensionem doctorum, atque prudentium. Quid enim est maius, quàm cùm tanta sit inter oratores bonos dissimilitudo, iudicare, *quæ sit optima species, & quasi figura dicendi?* Quod quoniam me sæpius rogas, aggrediar: non tam perficiendi [b] spe, quàm experiundi voluntate. Malo enim, cùm studio tuo sim obsecutus, desiderari à te prudentiam meam, quàm, si idnon fecerim, beneuolentiam[c]. Quæris igitur, idque iam sæpius, *quod eloquentiæ genus probẽ maximè, & quale mihi videatur illud, cui nihil addi possit, quod ego summum, & perfectissimum iudicem.* In quo vereor, ne si id, quod vis, effecero, eúmque oratorem, quem quæris, expressero: tardem studia multorum, qui desperatione debilitati, experiri id nolent, quod se assequi posse diffidant. Sed par est omneis omnia experiri, qui res magnas, & [d] magno opere expetendas concupiuerunt[e]. Quòd si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis fortè deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum, quem poterit. *Prima enim sequentem, honestum est in secundis, tertiisque consistere.* Nam in poetis, non Homero soli locus est (vt de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro: sed horum vel secundis, vel etiam infra secundos. Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis: nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia, & copia, ceterorum studia restinxit. Nec solùm ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed nec opifices quidem se [f] artibus suis remouerunt, qui aut Ialysij[g], quem Rhodi vidimus, non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari. Nec simulacro

a L. eius esse.

b L. perficiendi spe, quàm experiendi. c v.c. beniuolentiam.

d al. & magnopere e L. concupiuere.

f L. se ab artibus.

g opus Protogenis pulcerrimum, ab vrbe Ialysodicitum insigne Rhodi

Iouis Olympij, aut Doryphori[a] statua deterriti, reliqui minùs experti sunt, quid efficere, aut quò progredi possent: quorum tanta multitudo fuit, tãta in suo cuiusque genere laus, vt cùm summa miraremur, inferiora tamen probaremus. In oratoribus verò, Græcis quidem, admirabile est quantũ inter omneis vnus excellat. Attamen, cùm esset Demosthenes, multi oratores, magni, & clari fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. Quare non est cur eorum, qui se studio eloquentiæ dediderunt, spes[b] infringatur, aut langueſcat industria. Nam *neque illud ipſum, quod eſt optimum, deſperandum eſt: & in præſtantibus rebus, magna ſunt ea, quæ ſunt optimis proxima.* Atque ego in summo oratore fingendo talem inforꝛmabo[c], qualis fortasse nemo fuit. Non enim quæro, quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit esse præstantius: quod in perpetuitate dicendi non sæpe, atque haud[d] scio an vnquam, in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios densiùs, apud alios fortasse rariùs. Sed ego sic statuo, nihil esse in vllo genere tam pulcrum, quo non pulcrius id sit, vnde illud, vt ex ore aliquo, quasi imago, exprimatur, quod neque oculis, neque auribus, neque vllo sensu percipi potest: cogitatione tantùm, & mente complectimur. Itaque & Phidiæ simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, & his picturis, quas nominaui, cogitare tamen possumus pulcriora[e]. Nec verò ille artifex, cùm faceret Iouis formam, aut Mineruæ, contemplabatur aliquem, è quo similitudinem duceret: sed ipsius in mente insidebat species pulcritudinis eximia quædam, quam intuens, in[f] eáque defixus, ad illius similitudinem artẽ, & manũ dirigebat. Vt igitur in formis, & figuris est aliquid perfectũ, & excellens cuius ad[g] excogitatam speciem imitando referũtur ea, quæ sub oculos ipsa[h] cadunt: sic perfectæ eloquentiæ speciem i animo videmus, effigiem[k] auribus quærimus. Has rerum formas appellat ideas[l] ille nõ intelligendi solũ, sed etiã dicendi gratissimus auctor, & magister, Plato: eásque gigni negat, & ait sẽper esse, ac ratione, & intelligentia contineri: cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse vno, & eodem statu. Quidquid est igitur, de quo ratione, & via disputetur, id est ad vltimam sui generis formã, speciémque redigendum. 2 ¶ Ac video, hanc primam ingressionem meã non ex oratoris[m] disputationibus ductam, sed è media philosophia repetitam, & eam quidem cùm antiquã, tũ subobscuram, aut reprehensionis aliquid, aut certè admirationis habituram. Nam aut mirabuntur, quid hæc pertineant ad ea, quæ quærimus: quibus satisfaciet res ipsa cognita, vt nõ sine causa altè repetita videatur: aut reprehendent, quòd inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Ego, autẽ & me sæpe noua videri dicere intelligo, cùm peruetera dicã, sed inaudita plerisque: & fateor, me oratorẽ, si modò sim, aut etiã quicunque sim, non ex rhetorum officinis sed ex Academiæ spatiis exstitisse. Illa enim sunt curricula multipliciũ, variorũmque sermonum, in quibus Plato nis, primùm[n] impressa sunt vestigia: sed & huius, & aliorum philosophorum disputationibus & exagitatus maximè orator est, & adiutus. Omnis enim vbertas, & quasi sylua dicendi, ducta ab illis est, nec satis tamẽ instructa ad[o] forenseis causas: quas, vt illi ipsi dicere solebant, agrestioribus musis reliquerunt. Sic eloquentia hæc forensis, spreta à philosophis, & repudiata, multis quidẽ illa adiumentis, magnísque caruit: sed tamen ornata verbis, atque sententiis, iactationẽ habuit in populo, nec paucorum iudicium, reprehensionémque pertimuit. Ita & doctis eloquentia popularis, & diserti elegans doctrina defuit. Positum sit igitur in primis, (quod pòst magis intelligetur) *ſine philoſophia abſon poſſe effici, quem quærimus, eloquentem:* non vt in ea tamen omnia[c] sint, sed vt sic adiuuet, vt palæstra histrionem. parua enim magnis sæpe rectissimè conferuntur. nam nec latiùs, nec copiosiùs de magnis, variísque rebus sine philosophia potest quisquã dicere. Siquidẽ etiam in Phædro Platonis hoc Periclem præstitisse ceteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagoræ[d] physici fuerit auditor: à quo cùm eum, cùm alia præclara quædam, & magnifica didicisset, vberem, & fœcundum fuisse[e], gnarúmq. (quod est eloquentiæ maximũ) quibus orationis modis quæque animorũ partes pellerentur. quod idẽ de Demosthene existimari potest: cuius ex epistolis[f] intelligi licet, quàm frequens fuerit Platonis auditor. Nec verò sine philosophorum disciplina, genus, & speciẽ, cuiusq. rei cernere, neq. eã definiendo explicare, nec[g] tribuere in parteis possumus: nec iudicare, quæ vera, quæ falsa sint, neq. cernere consequentia, repugnantia videre, ambiguaꝛ[h] distinguere. Quid dicã de natura rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat copiam? de vita, de officiis, de virtute, de moribus? sine multa earum ipsarum rerum disciplina, aut dici, aut intelligi potest? Ad has tot, tantásque res adhibẽdæ sunt ornamenta innumerabilia, quæ sola tum quidem tradebantur ab iis[i], qui dicendi numerabantur magistri. Quo fit, vt veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab aliis, rerũ: ab aliis, verborũ doctrina quæritur. Itaq. M. Antonius, cui vel primas eloquentiæ patrũ nostrorum tribuebat ætas: vir natura peracutus, & prudens, in eo libro, quem vnum reliquit, differtos iait se vidisse multos, eloquentẽ omnino neminem. Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiæ, quam cernebat animo, rẽ ipsa non videbat. Vir autẽ acerrimo ingenio (sic enim fuit) multa & in se, & in aliis desiderans, neminem planè, qui rectè appellari eloquens posset, videbat. Quod si ille nec se, nec L. Crassum eloquentem putauit: habuit profectò comprehensam animo quandam formam eloquentiæ, cui quoniam nihil deerat, eos, quib. aliquid, aut plura deerant, in eam formam non poterat includere. Inuestigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem nunquam vidit Antonius, aut qui omnino nullus vnquam fuit, quem si imitari, atque exprimere non possumus, quod idem ille vix Deo concessum esse dicebat: at[l] qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere.

2 ¶ *Tria*[m] sunt omnino *genera dicendi*, quibus in singulis quidam floruerunt: peræquè autem (id quod volumus) perpauci in omnibus. Nã *& grandiloqui*, vt ita dicam, fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes[n], & varij, copiosi, graues: ad permouendos, & conuertendos animos

a Doryphori meminit supra in Bruto circa finem.

b L. aut spes infr.

c εἰδωλοποιῶ

d L. haud scio an nunquam.

e al. pulriores

f al. in eámque. def.

g al. ad cogitatam.

h q. lib. vulg. ipsa non cadunt:

i Ideæ Plato ni quid.

k ἰδέα, ἡ ἰδέα, εἶδος, ἢ εἰκών, ἢ εἴδωλον.

m Inſert. oratoris.

n L. primùm sunt impreſſa v.

o al. attamen qual.

m idem init. lib. de optimo genere oratorũ.

n L. vehementes, varij, copiosi,

a Vide Epistolam ad Heracleodorum

b Philosophia an & in quibus oratori necessaria.

c L. sint omnia,

d Idem 3. de oratore, & in Bruto, Plutarchus in Pericle Diodorus 12. 8. Val. 9.

e L. narũmq.

f vide Epistolam Platonis ad Heracleodorum

g al. nec genus tribuere.

h ἀμφίβολα

i Diserti & eloquentis differentia: & cur diserti multi esse possint, eloquens nemo. l. v. c. respice.

l al. attamen qual.

m idem init. lib. de optimo genere oratorũ.

n L. vehementes, varij, copiosi,

animos instructi,& parati [a]: quod ipsum alij aspera,tristi, horrida oratione, neque perfecta,neque concluſa: alij læui, & instructa, & terminata. Et contrà *tenues*[b],acuti,omnia docentes,& dilucidiora, non ampliora, facientes,subtili quadam,& [c]pressa oratione limati. In eodémque genere alij callidi,sed impoliti, & consultò rudium similes & imperitorum: alij in eâdem ieiunitate concinniores, id est faceti,florentes etiam,& leuiter ornati.Est autẽ quidam interiectus [d], *intermedius, & quaſi temperatus*,nec acumine posteriorum, nec fulmine [e]vtens superiorum,vicinus [f] amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps, vel vtriusque(si verùm quærimus)potius expers. Isque vno tenore,vt aiunt,in dicendo fluit,nihil afferens præter [g] facilitatem [h],& æquabilitatem: aut addit aliquos, vt in corona, toros, omnémque orationem ornamentis modicis verborum,sententiarúmq. distinguit. 4 ¶Horũ singulorum generũ quicunque vim singulis cõsecuti sunt, magnũ in oratoribus nomẽ habuerunt.Sed quærendũ est,satisne id,quod volumus, effecerint. Videmus enim fuisse quoſdã,qui iidẽ ornatè,ac grauiter,iidem vrsutè & subtiliter dicerent. Atque vtinam in Latinis talis oratoris simulactum reperire possemus,esset egregium non quærere externa, domesticis esse contentos. sed ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel vt hortarer alios, vel quòd amarem meos, recordor i me longè omnibus vnum anteferre *Demosthenem*,qui vim accommodarit ad eam quam sentiam,eloquentiã,nõ ad eam, quam in aliquo ipse cognouerimk.Hoc nec grauior exstitit quisquam,nec callidior, nec temperatior. Itaque nobis monendi sunt ij, quorum sermo imperitus increbruit [l], qui aut dici se desiderant Atticos,aut ipsi Atticè volunt dicere,vt mirentur hũc maximè,quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. si quid enim fit Attiẽ, discant, eloquẽtiámque ipsius viribus,non imbecillitate sua,metiantur. 5 ¶Nunc enim tantum quisque laudat,quantum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio optimo,iudicio minus firmo præditos docere,quæ sit propria laus Atticorum,non alienum puto. Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia.Omnes enim,qui probari volunt,voluntatem eorum, qui audiunt, intuentur, ad eámque & ad eorum arbitrium,& nutum totos se fingunt,& accommodãt. Itaque Caria, & Phrygia.& Mysia,quòd minimè politę,miniméque elegantes sunt, adsciuerunt aptum suis auribus opinium quoddam, & tanquam adipatæ [m] dictionis genus,quod eorum vicini(non ita lato interiecto mari)Rhodij nunquam probauerunt. Græci autem multo minùs, Athenienses verò funditus repudiauerunt : quorum semper fuit prudens, sinceriúmque iudicium, nihil vt possent, nisi incorruptum audire, & elegans. eorum religioni cùm seruiret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Itaque hic, quem præstitisse diximus ceteris, in illa pro Cresiphonte oratione longè optima, summissiùs à primo : deinde, dum de legibus disputat, pressiùs : pòst sensim incedens, iudices vt vidit ardenteis, in reliquis exsultauit audaciùs. Ac [n] tamen in hoc ipso, diligenter examinante verborum omnium pondera, reprehendit Æschines quædam, & exagitat : illudénsque, dura, odiosa, intolerabilia esse dicit. Quinetiam quærit ab ipso, cùm quidem eum belluam [a] appellet, vtrùm illa verba, an portenta sint: vt Æschini ne Demosthenes quidem videatur Atticè dicere.Facilè est enim verbum aliquod ardens(vt ita dicam)notare,idq. restinctis iam animorum incendiis irridere. b Itaque se purgans iocatur Demosthenes [c], negat in eo positas esse fortunas Græciæ [d], in hoc [e] eum, huc, an illuc manum porrexerit. Quónam igitur modo audiretur Mysus, aut Phryx Athenis, cùm etiam Demosthenes exagitetur, vt [f] putidus? Cùm verò inclinata, vlulantíque voce,more Asiatico,canere cœpisset, quis eum ferret? aut quis potius non iuberet auferri? Ad Atticorum igitur aureis tereteis,& religiosas qui se accommodant, ij sunt existimandi Atticè dicere. Quorum genera plura sunt.hiẽ vnum modò quale sit,susp icẽtur.Putant enim,qui horridè,incultéque dicat, modò id *elegantèr enucleatéque* [h] faciat, eum solum Atticè dicere. Errant, quòd solum : quòd Atticè,non falluntur. Istorum enim iudicio si solùm illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Atticè, cui primæ sine controuersia deferebãtur.Qui si tenui genere vterentur,numquam ab Aristophane poeta fulgurare,tonare,permiscere Græciam dictus esset. Dicat igitur Atticè venustissimus ille scriptor,ac politissimus Lysias. Quis enim id possit negare? dum intelligamus,hoc esse Atticum in Lysia,non quòd tenuis sit,atque inornatus,sed quòd *nihil* habeat *insolens, aut ineptum. Ornatè* verò,& *grauiter*, & *copiosè* dicere, aut Atticorum sit, aut ne sit Æschines, néve Demosthenes Atticus. Ecce autem aliqui se *Thucydidios* esse profitẽtur, nouum quoddam imperitorum,& inauditum genus. Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur:non illum [i] quidem amplum, atque grandem:subtilem & elegantem tamẽ,& qui in forẽsibus causis possit præclarè consistere. *Thucydides* [k]autem res gestas, & bella narrat, & prælia,grauiter sanè & probè: sed nihil ab eo transferti potest ad [l] forensem vsum, & publicum. Ipsæ illæ conciones ita multas habent obscuras, abditásque sententias, vix vt intelligantur: quod est in oratione ciuili vitium vel maximum.Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas,vt, [m] inuentis [n] frugibus, glande vescantur? An victus hominum, Athenięsium beneficio excoli potuit, oratio nõ potuit?Quis porrò vnquã Græcorũ rhetorũ à Thucydide quidquã duxit? At laudatus est ab omnibus,fateor:sed ita, vt rerum explicator prudens,seuerus,grauis:non vt in iudiciis versaret causas, sed vt in historiis bella narraret. Itaque nũquam est numeratus orator. Nec verò,si historiam non scripsisset, nomen eius nõ exstaret,cùm præsertim fuisset honoratus, & nobilis. Huius tamen nemo neque verborum [o], neque sententiarum grauitatem imitatur : sed, cùm mutila [p] quædam & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos [q] se putant esse Thucydidas [r]. Nactus sum etiam qui *Xenophontis* [s] similem esse se cuperet : cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed à forensi strepitu remotissimus. Referamus nos

[a] al. quorum ipse rum*

[b] qui & summissi infra c L.& pressa oratione,& limata.

[d] al. interiectus inter hos,medius & quasi,‖ ita Nonius, cap. 1.in Cinnus 295. al. interiectus inter hos,& medius & quasi e al.fiumine. *Ita Nonius d. loco.**

[f] L. vt cinnus amborum ‖neutro excellens. *Ita Nonius d. loco.*

[g] al.præter facultatem & equalitatem* [h] al. facultatem.*

[i] L. recordor longè,*&c.*

[k] L.cognoscrim

P.CXCIX. [l] *lib.vulg.increbuit mendosè.*

[m] L.& tanquam adipatum dictionis genus.al. & tanquam adipate dictionis genus. *mendosè.* m ita legitur apud Nonium cap.2. in Adipatum, quod veteribus pinguc,opimum, ſucculentũ.*

[n] L. Attamen

[a] κηλώνα.

[b] κατα γελᾶν.

[c] vide Demosthenem περὶ στεφ.*

[d] L. Græciæ, hoc, an illud locutus sit: huc, an illuc.

[e] *vet.* in hoc in eũ: huc an illud.*al.*hoc an illud: huc an illuc *Victor.al.*hoc an illuc *Victorius* posuerit, *al.*hoc an illud locutus sit.*al.* hoc an illo verbo vsus sit.*al.*hoc an illud verbum vsurpauerit. Ita enim P. E. Demosthenes in orat.pro Ctesiphonte* [f] οἷς χορτικὸς ἦν.

[g] L. in vnum modò,quale id cumque sit,ſ.

[h] citatur à Nonio c. x.in Enucleate 296.*

[i] de quo vide Plutarchum in x. Rhetoribus & dissertim in Lysia* [k] Thucydidẽ imitari an debeat orator.*

[l] L.ad vſum forensem,& p.

[m] ἄλλης ἀρούσης hic poeta, Inuentis glandem quis nõ fastidit aristis.*

[n] *al.* verborũ granditatem, neque sententiarum grauitatem: sic saprà in Bruto germana ironia est.*

[p] κολοβὰ

[q] γνησίως

[r] *al.* Thucydidis *male.**

[s] Xenophontem imitari an debeat orator.*

igitur ad eum, quem volumus, inchoandum, & eádem eloquentia informandum, quam in nullo cognouit Antonius. Magnum opus omnino, & arduum, Brute, conamur: sed *nihil difficile amanti puto*. Amo autem, & semper amaui ingenium, studia, mores tuos. Incendor porrò quotidie magis, non desiderio solùm (quo quidem conficior) congressus nostros, consuetudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam admirabili fama virtutum incredibilium, quæ specie dispares, prudentia coniunguntur. Quid enim tam distans, quàm à seueritate comitas? Quis tamen vnquam te[a] aut sanctior est habitus, aut dulcior? Quid tam difficile, quàm in plurimorũ controuersiis diiudicandis ab omnibus diligi? conséqueris tamen, vt eos ipsos, quos contra statuas, æquos[b], placatósque[c] dimittas. itaque efficis, vt, cùm gratiæ causa nihil facias, omnia tamen sint grata, quæ facis. Ergo[d] omnibus terris, vna Gallia communi non ardet incendio, in qua frueris ipse te, cùm in Italiæ luce cognoscaris, versarísque in optimarum ciuium vel flore, vel robore. Iam quantum illud est, quod in maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ? semper aut ipse scribis aliquid, aut me vocas ad scribendum? Itaque hoc tum aggressus statim Catone[e] absoluto: quem ipsum nunquam attigissem, tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti, & illius memoriam mihi cara excitanti, non parêre nefas esse duxissem: sed testificor, me à te rogatum, & recusantem, hæc scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse crimen[f], vt, si sustinere tantam quæstionem non potuero, inusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti: in quo tamen iudicij nostri errorem, laus tibi dati muneris compensabit. Sed in omni re difficillimum est, formam (quod[g] χαρακτῆρ Græcè dicitur) exponere optimi: quòd aliud aliis videtur optimũ. Ennio delector, ait quispiam, quòd non discedit à communi more verborum: Pacuuio, inquit alius: omnes apud hunc ornati elaboratíque sunt versus: multò[h] apud alterum negligentiùs. Fac alium Accio[i], varia enim sunt iudicia, vt in Græcis: nec facilis explicatio, quæ forma maximè excellat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà alios nitida, læta, colluſtrata delectant[k]. Quid est, quod præscriptum aliquod, aut formulam exprimas, cùm in suo[m] quodq. genere præstet, & genera plura sint? Hæc ego religione non sum ab hoc conatu repulsus[n]: existimauíque, in omnibus rebus esse aliquid optimum etiam si lateret: ídque ab eo posse, qui eius rei gnarus[o] esset, iudicari. Sed quoniam plura sunt orationum genera, eáque diuersa, neque in vnam formam cadunt omnia laudationum[p], scriptionum, & historiarum, & talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum[q] multíque alij, qui sunt nominati sophistæ, reliquarúmque[r] rerum formam, quæ absunt ab forensi contentione, eiúsq. totius generis, quod Græcè ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciendũ, delectationis causa cõparatum est, non[s] cõplectar hoc tẽpore, non quò negligenda sit: est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare[t] volumus, & de quo molimur aliquid exquisitius dicere. Ab hac & verborum copia alitur, & corũ constructio, & numerus liberiore quadam fruitur licentia. Datur etiam venia concinnitati sententiarum: & arguti, certíque, & circumscripti verborum ambitus cõceduntur: de industriáque, non ex insidiis, sed apertè, ac palam elaboratur, vt[a] verba vertis quasi[b] demensa[c], & paria respondeant, vt crebro conferantur pugnantia, comparentúrque contraria: & vt pariter extrema termi nentur, eundémque referant in cadendo sonum: quæ in veritate causarum & rariùs multo facimus, & certè occultiùs. In Panathenaico autem Isocrates eo[d] studioſè consectatum fatetur. non enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium scripserat. Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedoniũ primum, & [e] Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multósque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates: quorum satis arguta multa, sed vt modò primúmque nascentia, minuta, & versiculorum similia quædam, nimiúmque depicta. Quo magis sunt *Herodotus, Thucydidésque* mirabiles: quorum ætas cùm in eorum temporà, quos nominaui, incidisset, longissimè tamen ipsi à talibus deliciis, vel potiùs ineptiis abfuerunt[g]. alter enim fine vllis falebris qua si sedatus amnis fluit: alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. primísque ab his (vt ait Theophrastus) historia commota est, vt auderet vbertiùs quàm superiores & ornatiùs dicere. Horum ætati successit *Isocrates*, qui præter ceteros eiusdem generis laudatur semper à nobis, nonnunquam, Brute, leuiter, & eruditè repugnante te, sed credas mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoueris. Nam cùm concisus ei Thrasymachus minutis numeris videretur, & Gorgias, qui tamen primis traduntur ar te quadam verba[h] iunxisse: Thucydides autẽ præfractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus: primus instituit dilatare verbis, & mollioribus numeris explere sententias. In quo cùm doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes exstiterunt, domus eius officina habita eloquentiæ est. Itaque Vt ego, cùm à nostro Catone laudabar, vel reprehendi me à ceteris facilè patiebar: sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim (vt scis) quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis loquens Socrates, Adolescens etiam nunc, & Phædre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid[k] tandem, inquit ille? Maiorem[l] mihi ingenio videtur esse, quàm vt cum orationibus Lysiæ comparetur: Præterea ad virtutem maior indoles: vt minimè mirũ futurum sit, si, cùm ætate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum, quantum pueris, reliquis præstet omnibus, qui vnquam orationes attigerunt: aut, si contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Ineſt enim natura philosophia in huius viri mente quædam. Hæc de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato[m], & scribit æqualis, & quidem exagitator omnium rhetorum, hunc miratur vnum: me autem, qui Isocratem non diligunt, vnà cum Socrate, & [n] cũ Platone errare patiãtur. Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans, est in illo epidictico genere, quod diximus propriũ sophistarum, pompæ

a Laus Bruti.*

b στέργοιλας ἀγαπῶντας τοὺς εὐνοουμένους, e al. pacatósque

P. C C.

d L. Ergo ex omnib. terris

e vide Catonẽ seu de senectute, nisi si Catonis Vticensis laudem intelligit, de qua Topicis in f.*

f Cæcina 6. epist. 7. ad Ciceronem. In oratore tuo inquois esnes tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris.*

g L. qui χαρακτὴρ Gr. al. quæ χαρακ

h L. multo apud alt. i al. Attio.

k L. delectãt & itaMss.

l L. quod m al. in suo quidq. genere pr.

n L. depulsus o al. narus et fer,

p L. laudationum, suasionum, historiarũ, & talium scriptionum, qualẽ Isocr.

q vide Catonem seu de Senectute.*

r L. reliquarúmq. rerum quæ abs. à sor.

s L. formam non compl.

t εἰδώτουν

a citatur à Nonio hic lo P. B. eus 12. in Demẽsum 27.*

b L. quasi dimensa, & ‖Dimensa dixit vt in Catone & Timæo.*

c i. æstimata & æquata Non. itid.*

d L. ea se studiosè

e L. & Gorgiam Leontinum ferunt: Th.

f L. & versiculorum sim. ‖al. versiculorum.*

g L. afuerunt

h al. verba vinxisse.

i al. Theodectes: ita legitur apud Nonium, c. 1. in Rotundum 297.

k L. Quid tandem inquit ille. l Iudicium Socratis de Isocrate adhuc adolescente.*

m Iudicium Platonis de Isocrate æquali.*

n L. & Platone P. CCI.

pompæ, quàm pugnæ aptius: gymnasiis, & palæstræ dicatum: spretum, & pulsum foro. Sed quòd educata huius nutrimẽtis eloquentia, ipsa se postea colorat, & roborat, non alienũ fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Verùm hæc, ludorum, atque pompæ: nos autem
a ἀγῶνάτι iam in aciem, dimicationémque[a] veniamus.
6 ¶ Quoniam *tria videnda* sunt oratori, *quid dicat* & *quo* quidque *loco*, & *quomodo*: dicendum omnino est, quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus, atque in tradenda arbῶπδήμας te dici solet. nulla præcepta[b] ponemus (neq. enim id suscepimus) sed excellentis eloquẽtiæ speciem & formam adumbrabimus: nec, quibus rebus ea paretur, exponemus: sed qualis nobis esse videatur. 7 ¶ Ac duo
c Quid & quo loco quidque dicẽdum oratori, seu de Inuentione & Iudicio.* [c] breuiter prima. sunt enim non tam insignia ad maximã laudem, quàm necessaria, & tamen cum multis pænè communia. nam & inuenire, & iudicare, quid dicas, magna illa quidem sunt, & tanquam animi instar in corpore: sed propria magis prudentiæ, quàm eloquentiæ,
d L. quæ tamen causa est vacua prudẽtia? *alij sic*, quæ enim causa est vacua prudentia?
e De Quæstionibus an sit, quid sit, quale sit.* qua [d] tamen in causa est vacua prudentia?
8 ¶ *Nouerit* igitur hic quidẽ orator, quem summum esse volumus, *argumentorum, & rationũ locos*. Nam quoniam, quidquid est, quod in controuersia, aut in contentione versetur, in eo aut, sitne[e]: aut, quid sit: aut, quale sit, quæritur: sitne, signis: quid sit, definitionibus: quale sit, recti, prauique partibus: quibus vt vti possit orator, non ille vulgaris, sed hic excellens, à propriis personis & temporibus semper, si potest, auocat controuersiam (latiùs enim de genere, quàm de parte disceptare licet vt, quod in vniuerso sit probatũ, id in parte sit probari necesse. Hæc [f] igitur quæstio à propriis personis & temporibus, ad vniuersi generis orationem traducta, appellatur *thesis*. In hac Aristoteles adolescenteis, nõ ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum, in vtramque partem, vt ornatiùs, & vberiùs dici possit[g], exercuit: Idémque locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas, tradidit, vnde omnis in vtramque partem traheretur oratio. Facilè igitur hic noster (non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum, & perfectissimum quærimus) quoniam loci certi traduntur, percurret omneis, *vtetur* i *aptis* generatim, discet ex quo emanent etiam *qui communes* appellãtur loci. Nec verò vtetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet, & seliget. Non enim semper, nec in omnibus causis, ex iisdem éadẽ argumentorum momenta sunt. Iudicium [k] igitur adhibebit: nec inueniet solùm quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim est feracius ingeniis, iis præsertim, quę disciplinis exculta sũt. Sed Vt segetes fæcundæ, & vberes, non solùm fruges, verùm herbas etiã effundunt inimicissimas frugibus: sic interdum ex illis locis, aut leuia quædam, aut causis aliena, aut non vtilia gignũtur: quorum ab oratoris iudicio delectus [l] magnus adhibebitur. Quónam modo ille in bonis hærebit, & habitabit suis? aut[m] *molliet* dura, aut *occultabit* quæ dilui non poterunt, atque omnino opprimet, si licebit, aut abducet animos? aut aliud afferet, quod oppositum *probabilius* sit, quàm illud, quod obstabit? Iã verò ea, quæ inuenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula[n] animum honesta,

adituſque ad causam faciet illustreis: cũmq. animos prima aggressione occupauerit, infirmabit, excludétq. contraria de firmissimis[a] alia prima ponet, alia postrema, inculcabítque leuiora. Atq. in primis duabus dicẽdi partib. qualis esset, summatim, breuitérque descripsimus. Sed, vt antè dictum est, in his partibus (etsi graues, atque magnæ sunt) minus & artis est, & laboris. 9 Cùm autem, quid, & quo loco, dicat, inuenerit, illud est longè maximum, videre, *quónam*[b] *modo*. Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat *Clitomachum eadem dicere, Carneadem* [c] *autem eodem etiam modo dicere*. Quòd si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas, vbi res spectatur, non verba penduntur: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Quod quidem ego Brute, ex tuis litteris sentiebam, non te id scisscitari, qualé ego in inueniendo, & in collocando summũ esse oratoré vellé, sed id mihi quærere videbare, *quod genus ipsius orationis optimũ* iudicarẽ. Rem difficilem, (dij immortales!) atque omnium difficillimã. Nam cùm est oratio mollis, & tenera, & ita flexibilis, vt sequatur quocumq. torqueas, tum & naturæ variæ, & voluntates, multùm inter se distãtia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum volubilitásque cordi est, qui ponunt [d] in orationis celeritate eloquentiã. Distinctad alios & interpuncta interualla, moræ, respirationésq. delectant. Quid potest esse tã diuersum? tamẽ est in vtroq. aliquid excellens. Elaborãt alij in lenitate[e] & æquabilitate, & [f] puro quasi quodã & cãdido genere dicẽdi. Ecce aliqui duritatẽ, & seueritatẽ quandã verbis, & orationis quasi mæstitiam sequuntur: quódq. paullo ante diuisimus, vt alij *graues*, alij *tenues*, alij *rẽperati* vellẽt videri: quot rationũ genera esse diximus, totidẽ oratorũ reperiuntur. Et quoniam cœpit iam cumulatiùs hoc munus augere, quã à te postulatũ est, (tibi enim tantum de orationis genere quærenti, respõdi etiã breuiter de inueniendo, & collocãdo) ne nunc quidem solùm *de orationis modo* dicam: sed etiam *de actionis*: ita prętermissa pars nulla erit, quãdoquidem de memoria [g] nihil est hoc loco dicendum, quæ communis est multarum artium. 10 ¶ Quo modo autem dicatur, id est hin duobus, in agendo & in eloquendo. ¶ *Est enim actio* i *quasi corporis quædam eloquentia, cùm constet è voce, atque motu. Vocis mutationes* totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. Itaque ille [k] perfectus, quem iamdudum nostra indicat oratio, vtcumque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum: de quo plura dicerem, si hoc præcipiendi tempus esset, aut si tu hoc quæreres. dicerem etiam *de gestu*, cum quo iunctus est *vultus*. quibus omnibus, dici vix potest, quantum intersit, quemadmodum vtatur orator. Nam & infantes [l], actionis dignitate, eloquentiæ sæpe fructum tulerunt: & diserti, deformitate agendi, multi, infantes putati sunt: vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit, & primas[m], & secundas, & tertias actioni. Si enim eloquẽtia nulla sine hac, hæc autem sine eloquentia, tanta est, certè plurimùm in dicendo potest. Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce, atroci-

a sic firmissima argumentatio libro 5. ad Herẽnium firmissimum orationis lib. 2. de oratore.*
b Quonam modo dicere debeat orator.*
c L. Charmidam autem cod. & ita P. Vict.
d L. Distincta alios, interpuncta, interualla, morę &c.
e al. lęuitate.*
f al. & puro quodam, & quasi cando geo.
g Memoria communis multarum artium.*
h Quomodo dicatur, positum est in agendo & eloquendo.*
i Actio quid & quibus cõstet.*
k L. perfectus ille.
l citatur à Nonio cap. 1. in Infans. 275
m Idẽ in Bruto, vbi dixi.*

a ἀγῶνάτι
b ὡπδήμας
c Quid & quo loco quidque dicẽdum oratori, seu de Inuentione & Iudicio.*
d L. quæ tamen causa est vacua prudẽtia? *alij sic*, quæ enim causa est vacua prudentia?
e De Quæstionibus an sit, quid sit, quale sit.*
f De Thesi, & quid Thesis.*
g L. posset,
h citatur hic locus à Nonio cap. 1. in Rabula 198.*
i L. vtetur aptis, generatim dicet: ex quo emanant
k al. Iudiciũ ergo
P. B.
l al. dilectus magnus adhibebitur. Alioqui quónam modo &c.
m L. vt molliet dura, aut occ. quæ dil. non poterũt, atque omn. opp. si licebit, aut
n citatur à Nonio cap. 1. in Vestibula 265.*

a δ' ἑτέρως, ἢ φοβερῶς

ter[a] dicere & summissa, leniter: & inclinata, videri grauis, & inflexa, miserabilis[b]. Mira

b ἐλεινός.

est enim quædam natura vocis: cuius quidé, è tribus omnino sonis, *inflexo, acuto, graui*, tanta sit, & tam suauis varietas perfecta in cantibus. Est autem in dicēdo etiam quidam *cantus* obscurior, non hic è Phrygia, & Caria rhetorum epilogus, pænè canticum: sed ille, quē significat Demosthenes, & Æschines, cum alter alteri obiicit vocis flexiones[c]. Dicit plura etiam Demosthenes, illúmque sæpe dicit voce dulci & clara fuisse. In quo illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendæ suauitatis in vocibus: ipsa enim natura, quasi modularetur[d] hominum orationem, in[e] omni verbo posuit acutam vocem, nec vna plus, nec à postrema syllaba citra tertiam: quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria. Ac *vocis* quidem *bonitas* optāda est: non est enim in nobis, sed tractatio, atque vsus in nobis. Ergo ille princeps variabit, & mutabit, omneis[f] sonorum tum intendens, tum remittens, persequetur gradus: idémque motu sic vtetur, nihil vt superfit in gestu. *Status* erectus, & celsus: rarus incessus, nec ita longus: excursio moderata, eáque tara: nulla mollitia ceruicū, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens: trunco magis toto se ipse moderans, & virili laterum flexione, brachij proiectione in contentionibus, contractione in[g] remissis. *Vultus* verò qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum venustatē in quo cùm efferis, nequid ineptum, aut vultuosum sit, tum oculorum est quædam magna moderatio. Nam Vt imago est animi, vultus: sic indices oculi: quorum & hilaritatis, & vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. 11 ¶ Sed iam[h] illius perfecti oratoris, & summæ eloquentiæ *species* exprimēda est: quem hoc vno excellere, id est oratione, cetera in eo latēre, indicat nomen ipsum. Non enim inuentor, aut cōpositor, aut actor, hæc cōplexus est omnia, sed & Græcè ab eloquendo ῥήτωρ, & Latinè eloquens dictus est. Ceterarum enim rerum, quæ sunt in oratore, partem aliquam sibi quisque vendicat[i]: dicendi autem, id est eloquendi maxima vis, soli huic conceditur.

12 ¶ Quanquam enim & *philosophi* quidam ornatè locuti sunt, (si quidem & Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. & Aristoteles Isocratem ipsum lacessiuit[k], & Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt: & longè omnium, quicunque scripserunt, aut locuti sunt, exstitit & grauitate princeps Plato) tamen horum oratio neque neruos, neque aculeos oratorios, ac forēseis habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt, quàm incitare. sic de rebus placatis, ac minimè turbulentis, docendi causa, non capiendi loquuntur: vt in eo ipso, quòd delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus nōnullis, quàm necesse sit, facere videantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, secernere. Mollis est enim oratio philosophorū, & vmbratilis, nec sententiis, nec verbis instructa popularibus, nec[m] iuncta numeris, sed soluta liberius. nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox[n], nihil mirabile, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaq. sermo potiùs, quàm oratio, dicitur. Quanquā enim omnis locutio, oratio est, tamen vnius oratoris locutio, hoc proprio signata nomine est. *Sophistarum*, de quibus suprà dixi, magis distinguēda similitudo videtur, qui omneis eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differūt, quòd, cùm sit his propositū non perturbare animos, sed placare potius: nec tam persuadere, quàm delectare: & apertiùs, id faciunt, quàm nos, & crebriùs: concinnas magis sententias exquirūt, quàm probabileis: à re sæpe discedunt, intexūt fabulas, verba apertiùs transferunt, eáque ita disponunt, vt pictores varietatem colorum: paria paribus referunt, aduersa contrariis: sæpissimeque similiter extrema definiunt. Huic generi *historia* finitima est, in qua & narratur ornatè, & regio sæpe, aut pugna describitur: interponuntur etiam cōciones, & hortationes: sed in his tracta quēdam, & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio. Ab his non multo secus, quàm à *poetis*, hæc eloquentia, quam quærimus, seuocanda est. Nam etiam poetæ quæstionem attulerunt, quisnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. numero maximè videbātur antea, & versu: nunc apud oratores iam ipse numerus increbruit.[a] Quidquid est enim, quod sub auriū mensuram aliquā cadit, etiam si abest à versu, (nam id quidē orationis est vitium) numerus vocatur, qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. Itaque video visum esse nonnullis, Platonis[b], & Democriti locutionem, etsi abest à versu, tamen, quòd incitatiùs feratur, & clarissimis verborū luminibus vtatur, potiùs poema putandum, quàm comicorum poetarū: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. nec tamen id est poetæ maximum: etsi est eo laudabilior, quòd virtutes oratoris persequitur, cùm versu sit adstrictior. Ego autē etiam si quorundam grandis, & ornata vox est poetarum, tamen[c] in ea cùm licentiā statuo maiorem esse, quàm in nobis, faciendorum, iungendorúmque verborum, tum etiam[d] nōnullorum voluptati vocibus magis, quàm rebus inseruiunt. Nec verò, si quid est vnū inter eos simile, (id autem est iudiciū, electióque verborum) propterea ceterarum dissimilitudo intelligi nō potest: sed id nec dubium est, &, si quid habet quæstionis, hoc tamen ipsum ad id, quod[e] propositum est, nō est necessarium. *Scriptus* igitur *orator à Philosophorū eloquētia*, *à sophistarum*, ab *historicorum*, *à poetarum* explicandus est nobis, qualis futurus sit. 13 ¶ *Erit* igitur *eloquens* (hunc enim, auctore Antonio, quærimus) is, qui in foro, causisque ciuilibus ita dicet[g], vt *probet*, vt *delectet*, vt *flectat*: probare, necessitatis est: delectare, suauitatis: flectere, victoriæ. nā id vnū ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimùm. Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicēdi. Subtile in probando, modicum[h] in delectando; vehemens in flectēdo, in quo vno vis omnis oratoris est. Magni igitur iudicij, summæ etiā facultatis esse debebit moderator ille, & quasi temperator huius tripertitæ varietatis. nam & iudicabit, quid cuique opus sit, & poterit, quocumque modo postulabit causa, dicere. 14 ¶ Sed *est eloquentia, sicut reliquarum rerum fundamētum sapientia*. Vt enim in vita, sic in oratione, nihil est difficilius, quàm quid decet,

P. CCIIII.

a *lib. vulg.* increbuit, *meliores.*

b Platonis & Democriti oratio quasi poema efficit. Imo magis Poema quàm Comicorum sit oratio.*

c *fort.* tamen eam in ea lic.

d L. etiam auditorum voluptati vocibus magis, quàm r. inf.

e *fort.* quod nobis prop.

f *fort.* locutio ne, *seu* loquētia.

g Officium oratoris.*

a Ἑρμογένης ὁ Τάρσιος, ἢ ἀφθόνητος,

b L. flexiones Obiicit plura etiam Æschini Demosthenes, ill.

c *al.* moderaretur. h.

d Vox acuta naturæ omni verbo inest.*

e L. & omneis sonorum &c.

f *fort.* in remissionib.

g De specie perfecti oratoris, & summæ eloquentiæ, & vi eloquendi.*

h L. vindicat:

i citatur à Nonio cap. 2. in lacessere yot.*

k L. exstitit & vbertate, & grauitate pr. *al.* exstitit & suauitate, & grauitate pr. Nam in Platone suauitas, in Xenophonte, grauitas fuit. *al.* legunt exstitit eloquentia & grauitate.*

l μέσον τι τούτων,

m L. nec vincta

n ἀτενὲς, ἢ φειδωλὸν,

decem[a], videre: πρέπον appellant hoc Græci: nos dicamus sanè DECORVM. de [b] quo præclarè, & multa præcipiuntur, & res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modò in vita, sed sæpissime & in poematis, [c] & in oratione peccatur. Est autem, quid deceat, oratori videndum, non in sententiis solùm, sed etiam in verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas, nec verò locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum: sempérque in omni parte orationis, vt vitæ, quid deceat, est considerandum: quod & in re, de qua agitur, positum est, & in personis & eorum qui dicunt, & eorum, qui audiunt. Itaque hunc locum, longè, & latè patentem, philosophi solent in officiis tractare, non cùm de recto ipso disputant, (nam id quidem vnum est) grammatici in poetis, eloquentes in omni & genere, & parte causarum. Quàm enim indecorum est, de stillicidiis cùm apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis, & locis vti communibus: de maiestate populi Ro. summissè, & [d] subtiliter? Hîc genere toto at persona alij peccât, aut sua, aut iudicum, aut etiam aduersariorū: nec re solùm, sed sæpe verbo[e]: & si sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res sæpe aut probatur, aut reiicitur, alio, atque alio elata verbo. *In omnibúsque rebus vidēdum est, quatenus.* etsi enim suus cuique modus est, tamē *magis offendit nimium quàm parum.* In quo Appelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui nō sentirent, quid esset satis. Magnus esset locus [f] hic, Brute, quod te non fugit, & magnum volumen aliud desiderat: sed ad id, quod agitur, illud satis: cùm hoc decere, quod semper vsurpamus in omnibus dictis & factis, minimis, & maximis: cùm hoc, inquā, decere dicimus [g] illud non decere, & id vsquequaque, quantum sit, appareat: in alióque ponatur, aliúdque totum sit, vtrum decere, an oportere dicas: oportere enim, perfectionem declarat officij, quo & semper vtendum est, & omnibus: decere, quasi aptum esse, consentaneúmque tempori, & personæ? quod cùm in factis sæpissimè, tum in dictis valet, in vultu denique, & gestu, & incessu: contráque ité dedecere, quod si poeta fugit, vt maximum vitium, qui peccat e. iam, cùm probam orationem affingit improbo, stultóve, sapientis: si denique pictor ille vidit, cùm immolanda Iphigēnia tristis Chalcas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari: si denique histrio, quid deceat, quærit, quid faciendum oratori putemus? Sed, cùm hoc tantum sit: quid in causis, earúmque quasi membris faciat, orator viderit. Illud quidem perspicuum est, non modò parteis orationis, sed etiam causas totas, alias, alia [h] forma dicendi esse tractandas. ¶ Sequitur, vt cuiusque generis nota quæratur, & formula: magnum opus, & arduum, vt sæpe iam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit, quid agerem: nunc quidē iā quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. Ac primùm informandus est ille nobis, quem solum quidā vocāt Atticum. Summissus est, & humilis, *consuetudinem imitans*, ab indisertis re plus, quàm opinione, differens. Itaque eum qui audiunt,

quamuis ipsi infantes[a] sint, tamen illo modo confidūt se posse dicere. Nam orationis subtilitas, imitabilis illa [b] quidem videtur esse exīstimanti, sed nihil est experienti minus. Etsi enim *non plurimi sanguinis* [c] est, habeat tamen succum aliquē oportet, vt, etiā si illis maximis viribus careat, sit (vt ita dicam) integra valetudine. Primùm igitur eum [d] tanquam è *vinculis numerorum* eximamus. Sūt enim quidam (vt scis) oratori [e] numeri (de quibus mox agemus) obseruandi, ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi. Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licentèr videatur errare. Verba etiā verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiā [g], de re, hominis, magis, quàm de verbis, laborātis. Sed erit videndum de reliquis, cùm hæc duo ei liberiora fuerint, circuitus, conglutinatióque verborum. Illa enim ipsa contracta, & minuta non negligenter tractanda sunt, sed *quædam etiam negligentia est diligens.* Nam VT mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatæ, quas idipsum deceat: sic hæc subtilis oratio etiā incomta delectat. Fit enim quiddam in vtroque, quo sit venustius, sed non vt appareat. Tū *remouebitur omnis infignis ornatus*, quasi margaritarū [h] ne calamistri quidem adhibebuntur. Fucati verò medicamenta candoris, & ruboris, omnia repellentur: elegantia modò, & munditia [i] remanebit. *Sermo purus* erit, & *Latinus*: dilucidè, planéque dicetur: quid deceat, circumspicietur. Vnum aderit, quod quartū numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornatūkillud suaue, & affluēs: acutæ crebræque *sententiæ* ponentur, & nescio vnde ex abdito erutæ, atque in hoc oratore dominabuntur. Verecundus erit vsus oratoriæ quasi supellectilis. Supellex est lenim quodā modo nostra, quæ est in ornamentis, alia rerū, alia verborū. Ornatus autem verborum, duplex: vnus simpliciū, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis, vsitatísque verbis, quòd [m] aut optimè sonat, aut rem maximè explanat. In alienis, aut translatum, aut [n] factū aliunde, vt mutuò: aut factum ab ipso, aut [o] nouum: aut priscum, & inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisca, sunt in propriis, nisi quòd rarò vtimur. Collocata autē verba habent ornatum, si aliquid cōcinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat, manente sententia. Nā sententiarū ornamenta, quæ permanent, etiā si verba mutaueris, sunt illa quidē permulta, sed quæ emineant, pauciora. Ergo ille tenuis orator modò sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & [p] in transferendis verecūdus, & parcus: & in priscis, reliquísque ornamētis & verborum, & sententiarū demissior: trāslatione fortasse crebrior, qua frequētissimè sermo omnis vtitur non modò verbarū, sed etiam rusticorū: siquidē est eorum, gemmare viteis, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. Nihil horum parum audacter, sed aut simile est illi, vnde transferas: aut, si res suum nullū habet nomen, docendi causa sumtū, nō ludendi, videtur. Hoc ornamēto liberiùs paullo, quàm ceteris, vtetur hic summissus: nec tam licenter tamen, quā si genere dicēdi vteretur amplissimo. Ita que illud indecorū (quod quale sit, ex decoro

a sic De oratore, Caput artis, decere.*
b al. de quo & præclarè multa præcip.
c ita libro 3. Officiorum. adde Nonij c. 8. in poematis 39 Charisium 1. grāmatic.*
P. B.
d fort. & subtiliter dicere*
e L. verbo. Et si enim sine re nulla v. v.
f L. hic locus Brute,
g L. hoc tertiū (dicimus, illud non decere, & id,) deleti, vt alicuum.
h al. alia dicendi forma
P. CC IIII.

a adde Nonium c. 1. infans 275.*
b al. quidem illa
c sic infrà libro de optimo genere oratorum.*
d v. c. valetudine.
e al. esm.*
f al. oratoris*
g fort. negligentiam hominis, de re magis,
h al. margaritorum.
i al. mundities
l 2 L. ornamēto tum illud suaue.
l fort. enim est
m L. quòd aut optimè sonant aut r. m. explanant.
n L. & sumtum aliunde vt mutuum: aut
o L. vt nouū:
p L. & in trāsferendis vere cundus, & parcus in priscis reliquisse orn. &c. sic Liuius: non placet.
P. B.
p Indecorum ex decoro intelligitur.*

debet intelligi) hîc quoque appâret,cùm verbum aliquod altiùs transfertur,ídque in oratione humili ponitur, quod idem in alia deceret. Illam autem concinnitatem, quæ verborum collocationem illuminat his luminibus,quæ Græci quasi aliquos gestus orationis, σχήματα appellant (quod idem verbũ ab his etiam in sententiarũ ornamenta transfertur) adhibet quidem hic subtilis, (quẽ, nisi quòd solùm, ceteroquin rectè quidam vocant Atticum,)sed paulo parcius. Nam sic vt in epularum apparatu, à magnificentia recedens, non se parcum solùm,sed etiam elegantem [a] videri volet:[b]eliget quibus vtatur.Sũt [c]enim pleraque aptè huius ipsius oratoris, de quo loquor,parsimoniæ. Nam illa, de quibus antè dixi, huic acuto fugienda sunt, paria paribus relata,& similiter conclusa, eodémque pacto cadentia:& immutatione litteræ quasi [d]quædam venustates, ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifestò deprehensum appareat. Itémque siquæ verborum iterationes contentionẽ aliquam, & clamorem requirent,erunt ab hac summissio ne [e]orationis alienæ:ceteris promiscuè poterit vti,continuationem verborum modò relaxet, & dividat, vtatúrque verbis quàm vilissimis, translationibus quàm mollissimis: etiam illa sententiarum lumina assumat,[f] quæ non erunt vehementer illustria. Non faciet remp. loquentem,nec ab inferis mortuos excitabit,nec aceruatim multa frequẽtans, vna complexione deuincet. Valẽtiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc, quem informamus, aut exspectanda,aut postulanda. erit enim vt voce,sic etiam oratione suppressior. Sed pleraque ex illis conuenient etiã huic tenuitati: quanquam iisdem ornamentis vtetur horridiùs. talem enim inducimus, accedit [g] actio non tragica,nec scenæ,sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens: non hoc, quod dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenuè, quo sensu quídque pronuntient. Huic generi orationis adspergentur etiam *sales*,qui in dicendo nimium[h]quãtum valent,quorum duo genera sunt: vnum facetiarum,alterũ dicacitatis. vtetur vtroque: sed altero in narrãdo aliquid venustè,altero in iaciendo mittendóque ridiculo: cuius genera plura sunt:sed nũc aliud agimus. Illud admonemus tamen ridiculo sic vsurum oratorem,vt nec nimis frequenti,ne scurrile sit: nec subobscæno,ne mimicum: nec petulãti, ne improbum:nec in calamitatem, ne inhumanum: nec in facinus, ne odii locum risus occupet:neque aut sua persona,aut iudicum, aut tempore alienum. hæc enim ad illud indecorum referuntur. Vitabit etiam quæsita, nec ex tẽpore ficta,sed domo allata: quæ plerunque sunt frigida: [i] parcet & amicitiis, & dignitatibus:vitabit insanabileis cõtumelias: tantummodo aduersarios figet, nec eos tamẽ semper,nec omneis,nec omni modo, quibus exceptis sic vtetur sale,[k] & facetiis,vt ego existimem nouis Atticis talem cognouerim neminem,cùm id certè sit vel maximè Atticũ. Hãc ego iudico formam summissi [l] oratoris, sed magni tamen,& germani [m] Attici:quoniam, quicquid [n]est falsum,aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est. è quibus tamen non omnes faceti. Lysias satis, & Hyperides: Demades præter ceteros fertur: Demosthenes minus habetur: quo quidem mihi nihil videtur vrbanius, sed non tam dicax fuit, quàm facetus.Est autem illud[a] acrioris ingenij,hoc maioris artis. 16 ¶ Vberius est aliud[b], aliquantóque robustius, quàm hoc humile[c], de quo dictum est:summissius[d] autem,quàm illud,de quo iam dicetur,amplissimum. Hoc in genere,neruorum vel minimũ, suauitatis autem est vel plurimum. Est enim plenius, quàm hoc enucleatum [f]: quàm autem illud ornatũ,copiosúmque, summissus. Huic omnia dicendi ornamẽta cõueniunt,plurimúmque est in hac orationis forma, suauitatis, in qua multi floruerunt apud Græcos: sed Phalereus Demetrius meo iudicio præstitit ceteris:cuius oratio cùm sedatè,placidéque loquitur,tum illustrant eam, quasi stellæ quædam, tralata[g]verba,atque immutata. *Tralata* ea dico, vt sæpe iam,quæ per similitudinem ab alia re aut suauitatis,aut inopiæ causa transferuntur. *Mutata*,in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud, quod idem significet sumtũ ex re aliqua consequenti. Quod quanquam transferendo fit,tamen alio modo transtulit, cùm dixit Ennius,arcem [h] & vrbẽ orbas: alio modo,si pro patria arcemi dixisset:& horridã *Africam*[k] *terribili tremere tumultu* cùm dicit, pro Afris immutat Africam. Hanc hypallagen rhetores,quia quasi summutantur verba pro verbis : metonymiam grãmatici vocant, quòd nomina transferuntur. Aristoteles autẽ translationi hæc ipsa subiungit, & abusionẽ, quam καταχρησιν vocant : vt cùm minutum dicimus animum pro paruo.& abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quòd delectat, vel quòd licet:[l]ã[m] cùm fluxerunt plures continuæ tralationes,alia planè fit oratio.Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν nomine rectè, genere meliùs ille, qui ista omnia translationes vocat. Hæc frequẽtat Phalereus maximè,súntque dulcissima:& quanquã trãslatio est apud eũ multa, tamen immutationes nusquam crebriores. In idem genus orationis(loquor enim de illa modica, ac temperata)verborum cadunt lumina[o]omnia,multa etiam sententiarum: latæ,eruditæque disputationes ab eodem explicantur, & loci communes sine[o] contentione dicuntur. Quid multa? è philosophorum scholis tales ferè euadunt : & nisi coràm erit comparatus ille fortior:per se hic,quem dico,probabitur. Est[p] enim quoddam etiam insigne,& florens orationis,pictum[q],& expolitũ genus,in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepõres. Hoc totum è sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum à subtilibus, repulsum à grauibus, in ea, de qua loquor mediocritate consedit. 17 ¶ Tertius[r] est ille *amplus, copiosus, grauis*, ornatus,in quo profectò vis maxima est. Hic est enim,cuius ornatũ dicendi & copiã admiratę gentes,eloquentiã in ciuitatibus plurimũ valere passæ sunt: sed hanc eloquentiã, quæ cursu magno, sonitúq. ferretur,quã suspicerent omnes,quam admirarẽtur,quã se assequi posse diffiderẽt. Huius eloquẽtię est tractare animos,huius omni modo permouere.hæc modò perfringit,modò irrepit in sensus:inserit nouas opiniones,euellit insitas.Sed multũ interest inter hoc dicendi genus,& superiora. Quj in illo *subtilis & acuto* elaboraui,vt callidè,argutéq. diceret,nec quidquam altiùs cogitaret:hoc[t]vno perfecto, magnus

a Locus meo iudicio corruptus, aut admodum obscurus, aut certè perturbatus,si non perturbatissimus. Itaque hanc sententiã. Est autẽ illud acrioris ingenij, hoc maioris artis collocandam puto post verbum, amplissimum, quod sequitur.*
b temperatũ & modicum dicẽdi genus intelligit.*
c id est tenue & summissum.*
d est.n. intermedium inter tenue & amplissimũ.*
e L. neruorũ est vel min. suauitatis. haud scio an plurimum.
f hoc est tenue & acutum.*
g al. translata verba, atque imm. Transf.
h L. arce, & vrbe orba sum alio m. ‖ ita legitur P. B.
i Tusculana.*
k L. arcem, & vrbem dix.
l z Idem i. de oratore.*
m L. decet m *fort.* Iam cùm confluxerunt pl. cont.
n id est ornamenta verborum, quæ & quasi stellæ ‖ suprà.*
o L. sine contentione inducuntur.
p L. Est etiam quodd. insigne, & florẽs, pictum, & expolitum orationis gen.
q Pictũ orationis genus.*
r Genus mutat, Superius dixit de genere orationis summisso & medio, sequitur verò Tertius ille amplus*
s seu tenui*
t al. hoc vno profectò m.

a φιλόκαλον
b L. videri vo let, eligérque quibus vtatur.
c L. Sunt enim pleraq. apta huius &c.
d L. *dele*, quę sitæ.
e summissionẽ orationis vocat quam ante tenuem: & post, humilem à qua summissus & acurus orator.*
f L. assumet,
g L. Accedet
h L. mirum quantũ val.
i ψυχρά. lz *fort.* salibus & sic.
m γνησίου sic suprà, germanos Thucydidas dix t.*
l hoc est tenuis & acuti: diuersũ à medio seu temperato & à grandiloquo & copioso.*
n L. quicquid est falsum in oratione, id.

magnus orator est, si non maximus: minimeque in lubrico versabitur, &, si semel cõstiterit, numquam cadet. *Medius*[a] ille autem quem modicum & temperatum voco, si modò suũ illud satis instruxerit: nõ[b] extimescit ancipitèis dicẽdi incertõsq. casus: etiã siquãdo minùs succederet, vt sæpe fit, magnũ tamen periculum non adibit. altè enim cadere non potest. At verò hic noster, quem principem popimus, *grauis*[c], acer, ardens, si ad hoc vnum est natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic generi studet vni, necd suam copiam cum illis duobus generibus temperauit: maximè est contemnendus. ille. n. *summissus*[e], quòd acutè, & veteratoriè dicit, sapiens fiam: *medius*, suauis: hic autẽ *copiosissimus*, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest trãquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facetè dicere, præsertim cùm causæ partim totæ sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandæ: si is non præparatis auribus inflãmare rẽ cœpit[f]: furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur h. 18 ¶ Teneamus igitur, Brute, quem quærimus: sed animo. Nam manus si prehendissem, nec ipse quidẽ sua tanta eloquentia mihi persuasisset, vt se dimitterem. Sed inuentus profectò est ille eloquens, quem nunquã vidit Antonius. Quis est igitur is? Cõplectar breui, dissertã pluribus. *Is est enim eloquis, qui & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria tẽperate potest dicere.* Nemo is, inquies, vmquam fuit. Ne fuerit, ego enim, quid desiderẽ, non, quid viderim disputo: redeóq. ad illã Platonis, de qua dixeram, rei formam, & speciem: quã etsi nõ cernimus, tamẽ animo tenere possumus. Non enim eloquentẽ quæro, neq. quidquam mortale, & caducũ: sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens: quod nihil est aliud, nisi eloquentia ipsa, quam nullis, nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquẽs, (vt idẽ illud iteremus) qui poterit *parua summisse, modica temperatè, magna grauiter dicere.* Tota mihi causa pro Cæcina, de verbis interdicti fuit. res inuolutas definiẽdo explicauimus: ius ciuile laudauimus: verba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Põpeius. tẽperata oratione ornandi copiam persecuti sumus. Ius omne retinẽdẽ maiestatis Rabirij causa continebatur. ergo in omni genere amplificationis exartimus. At hæc interdum temperanda, & varianda sunt. Quod igitur in accusationis septemi libris nõ reperitur genus? quod in Habiti[k]? quod in Cornelij? quod in plurimis nostris defẽsionibus? quæ exẽpla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer, vel posse eligere qui quærerẽt. Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus nõ sit aliqua, si nõ perfectio, at conatus tamẽ, atq. adumbratio, non[l] assequimur: at, quid deceat, videmus. nec. n. nũc de nobis, sed de re dicimus: in quo tãtũ abest, vt nostra miremur, vt vsq. eò difficiles, ac morosi simus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quãquã vnus eminet inter omneis in omni genere dicendi, tamen nõ[m] semper implet aureis meas, ita sunt auidæ, & capaces: & semper aliquid immẽsum, infinitúmq. desiderant. Sed tamen quoniã[n] & hunc tu oratorẽ cum eius studiosissimo Pammene, cùm esses Athenis, totum diligentissimè cognouisti: neq. eum dimittis è manibus: & tamen nostra etiam lectitas: vides profectò, illũ multa perficere, nos multa conari; illũ posse nos velle, quocumque modo causa postulet, dicere. Sed ille magnus. nam & successit ipse magnis, & maximos oratores habuit æquales: nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus, quò contendimus, peruenire, in ea vrbe, in qua (vt ait Antonius) auditus eloquẽs, nemo erat. Atqui, si[a] Antonio Crassus eloquens visus non est, aut sibi ipse: nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius. nihil enim amplè Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa grauiter Hortensius. Superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico, & Antonium. Ieiunas igitur huius multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis aureis ciuitatis accepimus: eáq. nos primi, quicunque eramus, & quantulumcumque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi incredibilia studia cõuertimus. Quãtis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarũ[b]? quæ nequaquam satis deferbuisse[c] pòst aliquãdo sentire cœpimus. Quid enim tam cõmune, quàm[d] spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantib. Ictus eiectis? Ita viuunt, dum possunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur[e], vt eorũ ossa terra non tangant: ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur: ita postremò eiiciũtur, vt ne ad saxa quidem mortui cõquiescant, & quæ sequuntur. Sunt enim omnia ficut adolescentis, non tam re, & maturitate, quàm spe, & expectatione, laudati f. Ab hac indole iam illa matura. *Vxor generi, nouerca filij, filia pellex.* Nec verò hic vnus erat ardorin nobis, vt hoc modo omnia diceremus. ipsa. n. illa pro Roscio iuuenilis redundãtia, multa habet attenuata, quędam etiam paullo hilariora. At[g] pro Habito, pro Cornelio, complurésque aliæ. nemo enim orator tam multa, ne in Græco quidem otio, scripsit, quàm multa sunt nostra: eáque hanc ipsam habent, quam probo, varietatẽ. An ego Homẽro, Ennio, reliquis poetis, & maximè tragicis concederem, vt ne omnib. locis eádem contentione vterentur, crebróq. mutarent, nonnunquã etiam ad quotidianũ genus sermonis accederent: ipse nũquã ab illa acerrima cõtentione discederẽ? Sed quid poetas diuino ingenio profero? Histriones eos vidimus, quib. nihil posset in suo genere esse præstantius, qui nõ solùm in dissimillimis personis satisfaciebãt, cùm tamẽ in suis versarẽtur, sed & comœdũ in tragœdiis, & tragœdũ in comœdiis admodũ placere vidimus. ego nó elaborẽ? Cùm dico mente, Brute, dico. nã in me quidẽ iampridẽ effectũ est, quod futurũ fuit. Tu autem eodẽ modo omneis causas ages? aut aliquod causarũ genus repudiabis? aut in iisdẽ causis perpetuũ, & eundẽ spiritũ sine vlla cõmutatione obtinebis? Demosthenes quidẽ, cuius nuper inter imagines tuas, ac tuorũ, (quòd eum, credo, amates) cùm ad te in Tusculanum venissem imaginem ex ære vidi, nihil h Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutiis, & acumine Hyperidi, nihil lenitate Æschini, & splendore verborum. Multæ sunt eius totæ orationes subtiles i, vt contra Leptinem: multæ[k] & totæ graues[l], vt quædam Philippicæ: multæ variæ, vt contra Æschinem, falsæ legationis, vt contra eundem pro causa Ctesiphontis. Iam illud medium quoties vult,

a quam antè intermedium & quasi temperatum vocat hic modicum & temperatum.*
b L. non extimescet hanc. c qui & grandiloquus tũ ampla & sententiarum & verborũ grauitate & curiositate grauis, vehemẽs, varius, copiosus
d L. ne suam copiam illis duob.
e summissus Orator acutè & veteratoriè dicit. Vnde sapra acutus, P. C C V I. tenuis, omnia docens, dilucidiora nec ampliora facieus, subtili quadam & pressa oratione limatus, & paulo amarè subtilis & acutus*
f L. sapiens: iam medius f.
g L. cœperit
h L. videbitur
i al. Auiti.*
k L. quinque lib. n. rep. genus? quod in Auiti? Quinque igitur legendum, non septem. Nam primus est de antractis, seu prætura vrbana: secũdus de iurisdictione. Tertius de re frumẽtaria. Quartus de fœnis. Quintus de suppliciis. Diuinatio autẽ est oratio de constituendo accusatore, nõ accusatio. Quæ verò sequitur diuinationem non. accusatio est, sed cohortatio tantum Iudicum ad seuerè iudicandum.*
l al. si nõ aff.

m Ciceronis Iudicium de Demosthene.*
n L. quoniam tu & hunc.

a Ciceronis Iudicium de Antonij, Crassi, Cottæ, Sulpitij, Hortensij eloquentia.*

b L. patricidarum.
c al. defernisse
d Patricidij poena. adde l. 9. ff. ad l. Pompeiã de parricidiis. Porro hæc eadem verba deprõpta ex Orat. pro Sexto Roscio Amerino.*,
e al. vt eorũ ossa terram non tangant.
f L. laudata.

g L. & pro Auito, al. vt pro Auito.*

k Demosthenis cũ Lysia Hyperide & Aeschine cõparatio.*
i summissum dicendi genus innuit.*
k L. multæ totæ graues,
l grandiloquũ, & graue dicendi genus intelligit.*

arripit,& à grauissimo discedens, eò potissimum delabitur. Clamores tamẽ tum mouet, & tum in dicendo plurimùm efficit,cùm grauitatis locis vtitur. Sed ab hoc parumper abeamus:(quandoquidẽ de genere,non de homine quærimus)rei potius,id est, eloquentiæ vim,&naturam explicemus.Illud tamẽ,quod iam antè diximus, meminerimus, nil [a] nos præcipiendi causa esse dicturos:atque ita potiùs acturos,vt existimatores videamur loqui non magistri. in quo tamen longiùs progredimur,quòd videmus non te hæc solùm esse lecturum, qui ea multo, quàm nos, qui quasi docere videamur habeas notiora: sed hunc librum etiam si minùs nostra commendatione,tuo tamen nomine diuulgari [b] necesse est. ¶Esse igitur perfectè eloquentis puto,non eâ solùm facultatem habere, quæ sit eius propria,fusè,latéque dicendi,sed etiam vicinam eius,atq.finitimam, dialecticorum scientiam assumere: quanquam [c] aliud videtur oratio esse,aliud disputatio:nec idẽ loqui esse,quod dicere:attamen vtrumque in differendo est. disputandi ratio, & loquendi dialecticorum sit:oratorum autem,dicendi,& ornandi. Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter [e] has arteis interesset. nam cùm compresserat digitos,pugnúmque fecerat:dialecticam aiebat eiusmodi esse. cùm autem diduxerat, & manum dilatauerat: palmæ illius similẽ eloquentiam esse dicebat.Atque etiam ante hũc Aristoteles principio artis rhetoricæ dicit,illam artem quasi ex [g] altera parte respondere dialecticæ: vt hoc videlicet differãt inter se, quòd hæc ratio dicẽdi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo, omnem, quæ ad dicẽdum trahi possit, loquendi rationem ,esse notam:quæ quidem res(quod te his artib[e]eruditũ minimè fallit) duplicem habuit [g] docẽdi viam. Nam & ipse Aristoteles [h] tradidit præcepta plurima differendi,& postea, qui dialectici dicuntur, spinosiora i multa pepererunt [k].Ergo eum censeo,qui eloquentiæ laude ducatur,non[l] esse earum rerum omnino rudem:sed vel illa antiqua,vel hac Chrysippi disciplina institutũ nouerit [m] primùm vim,naturã,genera verborũ: & simplicium, & copulatorũ: deinde quot modis quidq.dicatur:qua ratione verũ,falsúmne sit, iudicetur:quid efficiatur è quoq.: quod[n] cui cõsequens sit,quódque contrarium: cúmque ambiguè multa dicantur,quomodo quidque eorum diuidi, explanarique oporteat. Hæc tenenda sunt oratori. sæpe enim occurrunt: sed quia sua sponte squalidiora sunt,adhibẽdus erit in his explicandis quidam orationis nitor. Et quoniam in omnibus, quæ ratione docentur,& via, primùm constituendum est, *quid quidque sit:*(nisi enim inter eos,qui disceptent,cõueniat,quid sit illud[o], de quo ambigitur:nec rectè disseri, nec vnquam ad exitũ perueniri potest) explicanda est sæpe verbis mens nostra de quaque re, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est: siquidem definitio est oratio, quæ, quid sit id, de quo agitur,ostẽdit quàm breuissimè. Tum,vt scis, explicato genere cuiusque rei, videndũ est,quę sint eius generis siue *formæ*[p] *siue partes*, vt in eas tribuatur omnis oratio. Erit igitur hæc facultas in eo,quẽ volumus esse eloquẽtem , vt definire rem possit, neque id faciat tam presse,& angustè, quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cùm explanatiùs, tum etiam vberiùs, & ad commune iudicium, popularémque intelligentiam accõmodatiùs. Idémque etiam, cùm res postulabit,genus vniuersum in species certas,vt nulla neque prætermittatur, neque redundet,patietur, ac diuidet. quando autem, aut quomodo id faciat,nihil ad hoc tempus:quoniam , (vt suprà dixi) iudicem me esse, non doctorem volo. 20 ¶ Nec verò dialecticis modò sit instructus, sed *habeat omneis* [a] *philosophiæ notos,& tractatos locos.* Nihil enim de religione,nihil de morte,nihil de pietate,nihil de caritate patriæ , nihil de bonis rebus, aut malis,nihil de virtutibus, aut vitiis, nihil de officio,nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationib.animi, & erroribus,quæ sæpe cadũt in causas, sed ieiuniùs aguntur:nihil,inquam,sine ea scientia,quã dixi,grauiter, amplè, copiosè dici & explicari potest.De materia loquor orationis etiã nũc, nonb ipso de quo dicẽdi. volo enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis , quàm cogitet , quibus verbis quidque dicat, aut quomodo quem etiam, quo grandior sit , & quodammodo excellsior (vt de Pericle dixi suprà) *ne physicorum* quidẽ esse ignarum volo.Omnia profectò,cùm se à cælestibus rebus referet ad humanas, excelsiùs , magnificentiúsque & dicet, & sentiet. 21 ¶ Cúmque illa *diuina* cognouerit, nolo ignoret ne hęc quidẽ *humana Ius ciuile* teneat, quo egent causæ forenses quotidie. Quid est enim turpius[c],quàm legitimarũ, & ciuilium controuersiarũ patrocinia susc ipere, cùm sis legum &d ciuilis iuris ignarus? 22 ¶ Cognoscat etiam *rerum gestarũ & memoria veteris ordinem*,maximè scilicet nostræ ciuitatis:sed & imperiosorum[e] populorũ,& regum illustriũ: quem laborem nobis Attici [f] nostri leuauit labor:qui cõseruatis,notatísque temporibus, nihil cùm illustre prætermitteret, annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit. Nescire autẽ,quid antea,quã natus sis, acciderit,id est semper esse puerum. Quid enim est ætas hominis [g] , nisi quum memoria rerum veterũ cum superiorum ætate contexitur? Commemoratio autem antiquitatis,exẽplorúmque prolatio summa cum delectatione & auctoritatẽ orationi affert, & fidem. ¶ Sic igitur instructus venietad *causas: quarũ habebit genera primùm ipsa cognita.* erit enim ei perspectum , nihil ambigi posse , in quo non aut res controuersiam faciat,aut verba. Res, aut de vero,aut de recto,aut de nomine.Verba,aut de ambiguo,aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse,aliud in verbis,genus est quoddam ambigui,quod ex præterito[h] verbo fieri solet : in quo,quod est ambiguorũ proprium, res duas significari videmus. 23¶ Cùm tã pauca sint genera causarum,etiã *argumentorem*[i] *præcepta*[k] pauca sunt. Traditi sunt,è quibus ea ducãtur,duplices loci:vni è rebus ipsis,alteri assumti.Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationẽ. nã ipsę quidẽ res in perfacili cognitione versantur.quid enim iam sequitur,quod quidem artis sit,nisi ordiri orationẽ, in quo aut cõcilietur auditor aut erigatur,aut paret se ad discendũ?rẽ breuiter exponere,& probabiliter, & apertè, vt, quid agatur intelligi possit? sua confir-

a L.nihil nos

b L. necesse est diuulgari.E.

c L. quanquã enim aliud videatur esse or.al. dis. nec idem l.e.q. dicere:& quãquam disputandi ratio, & loqu. dial. sit:or.autẽ dicẽdi, & ornãdi: attamen vtrũq. in dis. est Zeno quidem,&c.

d loquuntur Dialectici,dicũt oratores: sic infrà ratio dicendi latior: loquẽdi contractior & post,volo huic summo loquendi rationem esse notam.*

e Eloquentię & dialectiçæ discrimen.*

f Ἀττικὸς φόβος ἦν, τῇ διαλεκτικῇ

g L. habet

h Dialectica præcepta Aristotelis facilliore: eorum qui Aristotelẽ secuti (in queis Chrysippus)spinosiora.*

i qualia Chrysippus: Vt infrà.*

k repererunt

l L. non esse earum rerum

P. B. om.rad.oportere : sed vel illa antiq.vel hac Chrys. disc.institutus, nouerit pr.

m Dialectiæ totius breuis atque Ciceroniana synopsis.*

n al.quod cuiq.conf.

o τὸ ἀμφισβητούμενον.

p εἶδη

a fortè legendum omnis.*

b L.non de ipso g.

c Idem l.2. ff.de 43 origine iuris.*

d al.& iuris ciuilis

e πᾶν πολλὰν μόλων ἂν κἀκπεσὼν

f Attici liber historicus hi- p. CCVIII. storiam 700. annorum cõtinens.*

g L. nisi cùm ea,memoria rerum veterum.

h vide 2 de oratore.*

i DE ARGVMENTORVM TRACTATIONE.*

k L. præcepta pauca tradita sunt è quibus ea ducantur, duplices loci

cõfirmare? aduersaria euertere? eáq. efficere nõ perturbatè, sed singulis argumentationib, ita cõcludendis, vt efficiatur quod sit consequens iis, quæ sumentur ad quamq. rem confirmandam? post omnia peroration em inflãmantem, restinguentémve concludere? Has parteis quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco. nec enim semper tractantur vno modo. 14 ¶ Quoniam autem non, quem doceam, quæro, sed quem probem: probabo primùm eum, qui, *quid*[a] *deceat, videbit*. Hæc enim sapientia maximè adhibẽda eloquenti est, vt sit temporum, personarúmque moderator. Nam nec semper, nec apud omneis, nec contra omneis, nec pro omnibus. nec omnibus eodem modo dicendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id, quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cùm statuerit, tum, vt quidque erit dicendum ita dicet: nec satura ieiunè, nec grandia minutè, nec item contrà, sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio. Principia verecunda, non elatis intensa[b] verbis, sed acuta sentẽtiis, vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui. Narrationes credibiles, nec historico, sed propè quotidiano sermone explicatæ dilucidè. Dein si tenues causæ, tũ etiam argumentandi tenue filum & in docendo, & in refellendo: idque ita tenebitur, vt quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Cùm verò causa[c] ea inciderit, in qua vis eloquẽtiæ possit expromi: tum se latiùs fundet orator, tum reget, & flectet animos, & sic afficiet, vt volet. id est, vt causæ natura[d], & ratio tẽporis postulabit. 15 ¶ Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem adscẽdit in tantum honorem eloquẽtia. Nam cùm omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic vt verbũ nullum, nisi aut graue, aut elegãs excidat: tum sunt maximè lumino se[e], & quasi actuosæ partes duæ: Quarum alteram in vniuersi generis quæstione pono, quam (vt suprà dixi) Græci appellant Θέσιν: alterã *in augẽdis* & *amplificandísque rebus*, quæ ab eisdem αὔξησις est nominata. Quæ etsi æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maximè excellet: qui communes appellati[h], quòd videntur multarum iidẽ esse causarum, sed proprij singularũ esse debebũt. Ac verò illa pars orationis, quæ est de genere vniuerso, totas causas fæpe continet. Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controuersiæ, quod Græcè κεφάλαιον dicitur, id ita[k] dici placet, vt traducatur ad perpetuam quæstionem, atque[l] de vniuerso genere dicatur: nisi cùm de vero ambigetur: quod quæri coniectura solet. Dicetur autem non Peripateticorum more (est enim illorũ exercitatio elegãs iam inde ab Aristotele cõstituta) sed aliquanto neruosiùs: & ita de re communia dicẽtur, vt & pro reis multa leniter dicantur, & in aduersarios asperè. Augẽdis verò rebus, & cõtrà abiiciendis nihil est, quod non perficere possit oratio: quod & inter media argumẽta faciendum est, quotiescumque dabitur vel amplificãdi, vel minuẽdi locus, & pænè infinitè in perorando.

16 ¶ Duo[m] sunt[n], quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiã faciant[o]. Quorum *alterum* est, quod Græci ἦθος vocant, *ad naturas & ad mores*, & ad omnem vitæ cõsuetudinẽ accommodatũ: *alterum*, quod iidẽ πάθος nominãt, *quo perturbantur animi* & cõcitantur, in quo vno regnat oratio. Illud superius, come, iucundũ, ad[a] beneuolentiam conciliandam paratũ: hoc[b], vehemẽs incensum, incitatũ, quo causæ eripiuntur: quod cùm rapidè fertur, sustineri nullo pacto potest. Quo genere nos, mediocres, aut multo etiã minùs: sed magno semper vsi impetu, fæpe aduersarios de statu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo summus orator nõ respõdit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit. Nobis priuata in causa magna & graui, cùm cœpisset Curio pater respondere, subitò assedit, cùm[c] sibi venenis ereptam memoriam diceret. Quid ego de *miserat ionibus*[d] loquar? quibus eo sum vsus pluribus, quòd etiã si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant. in quo vt videret excellere, non ingenio, sed dolore assequebar. Quæ qualiacunque in me sunt: me[e] enim ipsum nõ pœnitet, quãta sint: sed apparent in orationibus: etsi carent libri spiritu illo, propter quem, maiora eadem illa cùm aguntur, quàm cùm leguntur, videri solent. Nec verò miseratione solùm mens iudi cum permouẽda est (qua nos ita dolenter vti solemus, vt puerum infantem in manibus perorãtes tenuerimus: vt alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore & lamentatione cõpleremus forũ) sed etiam est faciendum, *vt irascatur* iudex, mitigetur, inuideat, faueat, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, lætetur, doleat: qua in varietate, duriorum, accusatio suppeditabit exemplæ: mitiorũ, defensiones meæ. Nullo enim modo animus audientis aut incitari[f], aut leniri potest, qui modus à me nõ tentatus sit. dicerem perfectum, si ita iudicarẽ, nec in veritate crimen arrogantiæ extimescerem. Sed (vt suprà dixi) nulla me ingenij, sed magna vis animi inflammat, vt me ipse non teneam, nec vnquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardẽs ad eum peruenireт oratio. Vterer exẽplis domesticis, nisi ea legisses: vterer alienis vel Latinis, si vlla reperirem: vel Græcis, si deceret. Sed Crassi perpauca sunt, nec ea iudiciorum. nihil Antonij, nihil Cottæ, nihil Sulpicij, dicebat melius, quàm[g] scripsit Hortensius. Verùm hæc vis, quam quærimus quanta sit, suspiceemur, quoniam exemplum[h] nõ habemus: aut, si exẽpla sequimur, à Demosthene sumamus, & quidem perpetuæ dictionis, ex eo loco, vnde, in Ctesiphontis iudicio, dẽ suis factis, cõsiliis, meritis in remp. aggressus est dicere. Ea profectò oratio in eam formam, quæ est insita in mentibus nostris, includi sic potest, vt maior eloquentia non requiratur. 17 ¶ Sed iam *forma* ipsa restat, *& character* ille qui dicitur: qui qualis esse debeat, exi ipsis, quæ suprà dicta sunt, intelligi potest. Nam & *singulorum*[k] *verborum*, & *collocatorum* lumina attigimus: quibus sic abundabit, vt verbũ ex ore nullũ, nisi aut elegans, aut graue exeat: ex omnísque genere frequentissimæ translationes erunt, quòd ex propter similitudinem transferunt animos, & referunt, ac mouent huc, & illuc: qui motus cogitationis, celeriter agitatus, per se ipse delectat. Et reliqua, ex collocatione verborum quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim

a DE DECORO.*

b al. intacta.

c L. ea causa

d al. & temporis ratio postu. P. B.

e citatur à Nonio cap. 2. in luminosum 489.* f al. iactuosæ, ita Nonius c. 2. in iactuosæ 471. & in luminosum 489.* g DE AMPLIFICATIONIBVS.* h L. appellati sunt eò quòd i ἐγγὺς k al. ita placet.* l al. atque vt de

m L. Duo sunt etiam, quæ n DE MOTIBVS.* o L. fagiunt,

a v. c. ad beneuolentiam. b L. hoc verò vehemens.

c Idem in Bruto.* d al. commiserationib.

e fort. me enim pœnitet quanta sint. P. CCIX.

f al. irritari.* vel irritare.*

g fort. quàm scribebat ἐπαγγέλματα

h De figuris verborum.*

i L. ex iis ipsis.

k

Vt. scænæ. similia illis,quæ in amplo ornatu scænę[a], aut fori appellãtur insignia:nõ quòd sola ornẽt, sed quòd excellant. Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina, & quodammodo insignia:cùm aut duplicantur,iterantúrq. verba,aut breuiter cõmutata ponũtur,aut ab eodem verbo ducitur sæpius oratio,aut in idem coniicitur,aut in vtrumq.,aut adiungitur idẽ iteratũ,aut idẽ ad extremũ refertur,aut contmenter vnum verbũ nonbin eadem sententia ponitur: aut cùm similiter vel cadũt verba,vel desinunt:aut multis modis contrariis relata cõtraria:aut cùm gradatim sursum versus redeunt[c]:aut cùm,demtis coniũctionibus, dissolutè plura dicũtur: aut cùm aliquid prætereũtes,cur id faciamus, ostẽdimus:aut cùm corrigimus nosmetipsos,quasi reprehendentes:aut si est aliqua exclamatio vel admiratio nis,vel conquestionis:aut cũm eiusdẽ nominis casus sæpius cõmutantur. 28 ¶ Sed *sententiarũ* ornamẽta,maiora sunt:quibus quia frequentissimè Demosthenes vtitur,sunt qui putẽt,idcirco eius eloquentiã maximè esse laudabilẽ. Et[e] verò nullus ferè ab eo locus sine quadã conformatione sentẽtię edicitur[f]:nec aliud quidquã est,dicere,nisi omneis,aut certè pleraſq.aliqua specie illuminare sentẽtias: quas cùm tu optimè, Brute, teneas,quid attinet nominibus vti,aut exẽplis?tantùm[g] notetur locus.Sic igitur djcet ille,quẽ expetimus, vth versẽt sæpe multis modis eandẽ, & vnam rem, & hæreat in eadem commoretúrq.sententia: sæpe etiam vt extenuet aliquid : sæpe vt irrideat:vt declinet à propositio,deflectátque sentẽtiam:vt proponat,quid dicturus sit: vt,cùm transegerit iam aliquid,definiat:vt se ipse reuocet,vt,quod dixit iteret:vt argumẽtum ratione concludat, vt interrogando vrgeat , vt rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat:vt contrà,ac dicat,accipi,&sentiri velit:vt addubitet,quid potiùs,aut quomodo dicat:vt diuidat in partẽis: vt aliquid relinquat: ac negligat,vt antè præmuniat: vt in eo ipso,in quo reprehẽdatur,culpã in aduersariũ cõferat:vt sæpe cum iis,qui audiũt,nõnumquã etiam cum aduersario quasi deliberet:vt hominum sermones,morésque describat:vt muta quædam eloquentia i inducat:vt ab eo,quod agitur,auertat animos:vt sæpe in hilaritatẽ, risũm ve conuertat : vt antè occupet quod k videat opponi:vt comparet similitudines:vt vtatur exẽplis:vt aliud alij tribuens dispertiat, vt interpellatorem coerceat,vt aliquid reticere se dicat: vt denũtiet, quidl caueãt:vt liberiùs quid audeat:vt[m] irascatur etiam, vt obiurget aliquando , vt deprecetur,vt supplicet,vt medeatur, vt à proposito declinet aliquãtulum[n], vt optet,vt exsecretur:vt fiat iis,apud quos dicet[o], familiaris. Atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequatur[p]:breuitatem,si res petet:sæpe etiam rem dicendo subiiciet oculis : sæpe suprà feret , quàm fieri possit : significatio sæpe erit maior,quàm oratio:sæpe hilaritas:sæpe vitæ, naturarúmque imitatio. Hoc in genere(nam quasi syluam vides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo. 29 ¶ Sed hæc, nisi *collocatã*[q],& quasi *structa*,& *nexa* verbis,ad eã laudem , quam volumus, adspirare non possunt. De quo cùm mihi deinceps videre esse dicendum , etsi mouẽbant iam me illa , quæ suprà dixeram,tamen iis,quæ sequuntur,perturbabat magis.Occurrebat enim,posse reperiri non inuidos solùm, quibus referta sunt omnia,sed fautores etiam mearum laudum, qui non censerẽt eius[a] viri esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia feciſſet,cõprobante populo Rom.quanta de nullo,de artificio dicendi litteris[b] tam multa mandare.Quibus si nihil aliud responderem,nisi, me M.Bruto negare roganti noluisse,iusta esset excusatio, cùm & amicissimo, & præstantissimo viro, & recta & honesta petenti , satisfacere voluissem. Sed si profitear (quod vtinam possem) me studiosis dicendi,præcepta, & quasi vias, quæ ad eloquẽtiam ferrent,traditurum: quis tandem id iùstus rerum æstimator[c] reprehẽderet? Nam quis vnquam dubitauit, quin in rep.nostra primas[d] eloquentia tenuerit semper[e],vrbanis,pacatísque rebus:secundas,iuris scientia? cùm in altera,gratiæ,gloriæ,præsidij plurimum esset:in altera,perfectionũ, cautionúmque præceptio : quæ quidem ipsa auxilium ab eloquẽtia sæpe peterent,ea verò repugnante vix suas regiones, finésque defenderet.Cur igitur ius ciuile docere sẽper pulcrum fuit,hominúmque[f] clarissimorum discipulis floruerunt[g]?domus:ad eloquentiam si quis acuat,aut adiuuet in eo iuuentutem, vitupereturNam si vitiosum est dicere ornatè,pellatur omnino è ciuitate eloquentia.sin ea nõ modò eos ornat,penes quos est, sed etiam vniuersã remp.cur aut discere turpe est, quod scire honestum est : aut,quod nosse pulcerrimum est,id non[h] gloriosum docere? At alterum factitatum est,alterum nouum. Fateor: sed vtriusque rei causa est. Alteros enim respondenteis audire sat erat, vt ij,qui docerẽt, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent: sed eodem tempore & discẽtibus satisfacerent,& consulentibus,alteri,cùm domesticum tempus in cognoscendis, componendísque causis,forense in agendis,reliquum in scipsis reficiendis omne cõsumerent:quẽ habebant instituendi,aut docendi locum? Atq. haud scio,an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint,quàm doctrina. itaq. illi dicere melius,quàm præcipere:nos cõtrà fortasse possumus. Ac dignitatem docere nõ habet.Certè,si quasi in ludo,sed si monendo, si cohortando, si percunctando, si communicando,si interdũ etiam vnà legendo,audiendo:nescioi cur non docendo etiã aliquid aliquãdo,si possis meliores facere,cur nolis?An, quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, vt[k] est : quibus ipsa sacra retineri,defendíque possint , non honestum est?At ius profitẽtur etiam qui nescíunt: eloquentiam autem illi ipsi, qui consecuti sunt, tamẽ ea se valere dissimulãt.propterea quòd prudentia hominibus grata est,lingua suspecta.Num igitur aut latere eloquentia potest: aut id,quod dissimulat,effugit:aut est periculũ,nequis putet in magna arte,&gloriosa,turpe esse docere alios id quod ipsi fuerit honestissimũ discere? Ac fortasse cæteri tectiores: ego semper me didicisse prę me tuli.Quid enim possem,cum[l] & abfuissem adolescens,& horum studiorum causa mare[m] transissem,& doctissimis hominibus referta domus esset,& aliquæ fortasse inesset in sermone nostro doctrinarum notæ? cúmque vulgò scripta nostra legerentur , dissimularem me didicisse? Quid erat , cur probarem , nisi quòd parum fortasse

[a] L. non in eandem sententiam.

[b] L. non in eandem sententiam.

[c] P. B. c *al* tenditur ‖ *& ita legit Rhiuius.**

[d] DE FIGVRIS SENTENTIARVM.*

[e] L. Enimverò nullus *&c. & ita Quintil.*

[f] L. dicitur: *& ita Quint. notat. Rhiuius. al.* inducitur:

[g] *al.* tantummodo

[h] L. vt verset sæpe multis modis, eadẽ, & vna in re hæreat, in eadémque commoretur sententia.

[i] L. loquentia ind. *& ita Quintil Rhi.*

[k] *al.* quod putat opponi:

[l] *al.* quid euentum non placet.

[m] *al.* vt irascatur, etiam vt obiurget aliq.

[n] *al.* aliquantum

[o] *al.* dicat, p L. sequetur:

[p] DE COLLOCATIONE VERBORVM.*

[q] L. elus esse viri.

[a] L. tã multa litteris,

[b] *al.* existimator

[c] d Eloquentia primas, Iuris scientia secũdas partes in Rep. Romana tenuit* e L. semper in vrbanis, *&c.*

[d] *al.* virorũ.*

[e] L. domus floruerunt:

[f] L. non gloriosum est d.

[g] L. nescio,docendo etiam al.quid aliquando si possis meliores facere, cur nolis.

[h] *hæc duas voces,vt est,quidam expungunt : non necessariò,*cũ sæpe P. B. pissimè ita loquatur Cicero.*

[i] L. cùm & abfuissem domo adol.

[k] *al.* maria,

fortasse profeceram? Quod cùm ita sit: tamen ea, quæ suprà dicta sunt, plus in disputando quàm ea, de quibus dicendū est, dignitatis habuerunt. *De verbis* enim *componendis, & de syllabis* propemodū *dinumerandis, & dimetiendis* loquemur: quę etiam si sunt, sicuti mihi videtur, necessaria, tamen fiunt magnificentiùs, quàm docentur. Est id omnino verum, sed propriè in hoc dicitur [a]. nam omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat: radices, stirpésque non item: sed illa sine his non potest. Me autem siue peruagatissimus ille versus, qui vetat,

Artem pudere proloqui, quam factites, dissimulare non sinit, quin delecter, siue tuum studium hoc à me volumen expressit: tamen eis, quos aliquid reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Quod si ea, quæ dixi, non ita essent: quis tamē se tam durum, agrestémque præberet, qui hanc mihi non daret veniam, vt cùm meæ forenses artes, & actiones publicæ cōcidissent, non me aut desidiæ, quod facere non possum: aut mœstitiæ, cui resisto, potiùs, quàm litteris dederem? quæ quidē me antea in iudicia, atque in curiam deducebant, nunc oblectāt domi. Nec verò talibus modò rebus qualeis hic liber continet, sed multo etiā grauioribus, & maioribus: quæ si erunt perfectæ, profectò forensibus nostris rebus etiā [b] domesticæ litteræ respondebūt. Sed ad instituram disputationem reuertamur. *Collocabuntur* igitur *verba*, aut vt inter se quàm *aptissimè cohæreant* extrema cum primis, eáque sint quàm suauissimis vocibus: aut vt forma ipsa, concinnitásque verborum *conficiat orbem* [c] suum: aut vt comprehensio *numerosè, & aptè cadat*.

30 ¶ Atque illud *primum* [d] videamus, quale sit, quod vel maximè desiderat [e] diligentiam (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet operosè: nam esset cùm infinitus tum puerilis labor, quod apud Lucilium [f] scitè exagitat in Albucio Scæuola [g],

Quàm lepidè lexeis [h] *cōposita, vt tesserula omnes*
Arte pauimēto, atque emblemate [i] *vermiculato.*

Nolo tam minuta hæc constructio appareat: sed tamen stilus exercitatus efficiet facilè hanc [k] viam componendi. Nam vt in legēdo oculus, sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum verborū cum insequentibus primis cōcursus, aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. Quāuis enim suaues, grauésve sententiæ, tamen [m] si inconditis verbis efferuntur, offendent aureis: quarum est iudicium superbissimum [n]. Quod quidem Latina lingua sic obseruat, nemo vt tam rusticus sit, qui [o] vocaleis Pnolit coniungere. In quo quidā etiam Theopompum reprehēdunt, quòd eas litteras tanto opere fugerit: & ¶ si id magister eius Isocrates. at nō Thucydides. ne ille quidem, haud paullo maior scriptor, Plato: nec solùm in his sermonibus, qui dialogi dicūtur, vbi etiam de industria id faciendum fuit, sed in [r] populari oratione, qua mos [s] est Athenis laudāri in concione eos, qui sint in prœliis interfecti: quæ sic probata est, vt eam quotannis, vt scis, illo die recitari necesse sit, in ea est crebra [t] ista vocum concursio, quam magna ex parte, vt vitiosam, fugit Demosthenes. Sed Græci viderint: nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere [u] voces conceditur. Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis: indicant omnes poetæ, præter eos, qui, vt versum

A facerent, sæpe hiabant: vt Nævius,

Vos, qui accolitis Histrum flumium, atque Algidum. & ibidem,

Quam numquam vobis Graÿ, atque Barbari.

At Ennius semel,

Scipio inuicte. - Et quidem nos,

Hoc motu radiantis Eteſie in vada ponti. Hoc idem nostri [a] sæpius non tulissent, quod Græci laudare etiam solent. Sed [b] quid ego? vocaleis sine vocalibus sæpe breuitatis causa cōtrahebant, vt ita diceremus, multi [c] modis, vas [d] argēteis palm [d] & crinibus, tecti' fractis. Quid verò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora? nam vt duellum, bellum, & duis, bis: sic Duellium, eum, qui Pœnos classe deuicit, Bellium nomi nauerūt, cùm superiores appellati essent semper Duellij. Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed auriū. Quomodo enim vester [e] Axilla, Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris? Quam litteram etiā è maxillis, & taxillis, & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Libēter etiā copulando verba iungebant, vt sodes, pro, si audes: sis, pro, si vis. Iam in vno, capsis [f], tria verba sunt: ain', pro, aïsne: nequire, pro, non quire: malle, pro, magis velle: nolle, pro, non velle. Dein etiam sæpe, & exin, pro deinde, & exinde dicimus. Quid illud? nō olet vnde sit, quòd dicitur, cum illis? cum [g] autē nobis non dicitur, sed nobiscum? quia si ita dicoretur, obscœnius concurrerent litteræ, vt etiam modò, nisi AVTEM interposuissem, concurrissent. Ex eo est mecum, & tecum: non, cum me, & cum te, vt esset simile illis vobiscum, atque nobiscum. Atque etiam à quibusdam serò iam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt. nam proh [h] deūm, atque hominum fidem: deorum aiunt. Ita credo, hoc illi nescieběatan dabat hāc [i] licentiā cōsuetudo? Itaque idē poeta, qui inusitatiùs contraxerat,

-Patris mei meūm factūm pudet, pro, meorum factorum: &,

Texitur exitiūm examen rapit, -pro, exitiorum: nō dicit, liberūm, vt plerique loquimur, cùm Cupidos liberūm, aut, In liberūm loco, dicimus: sed, vt isti volunt,

Neque tuum vmquam in gremium extollas liberorum ex te genus. & idem,

Namque Æsculapi liberorum. - At ille aliter in Chryse, non solūm,

Ciues antiqui amici maiorū meūm, quod erat vsitatum, sed duriùs etiam,

Consulūm, augurūm, atque extūm interpretes.

Idémque pergit,

Postquàm prodigiūm horrifer ūm, portentūm pauor [m] quæ [n] non sanè sunt in omnibus neutris vsitata. Nec enim dixerim tam libenter, armūm, iudiciūm: etsi est apud eundē, Nihilne ad te de iudicio armūm accidit? quàm armorum. Iam (vt censoriæ tabulæ loquuntur) fabrūm, & procūm, audeo dicere, non fabrorum, & procorum. Planéque, duorum virorū iudicium, aut, trium virorum capitalium, aut, decem virorum litibus iudicandis, dico nūquā. Atqui dixit Accius. Vide o sepultera dua [p] duorum corporum. Idémque, - Mulier vna duūm virūm. Quid verum sit, intelligo: sed aliās ita loquor, vt concessum est, vt hoc, vel, Proh [q] deūm dico, vel, Proh deorum: aliās, vt necesse est, cùm trium virūm, non virorum: cùm [r] sestertiūm nummūm, non nummorum:

B C D E F G H

a L. dicitur. omnium mag. art.
b *al* & dome sticæ.
c id est circulum ac finē.*
d De verborum apta cōpositione.*
e L. desiderat diligentiā, vt fiat quasi structura quædā, nec tamen fiat op.
f iidem versus repetuntur lib. 3. de oratore & in Brut.*
g *al.* Scæuola h *al.* lexeis, compositæ, vt tesseruláe omnes Arte pauimēti atque emblemate vermiculatæ. *Scaliger in 5. Manil.* Ars abiē pauimenti est tessellatio: artifices, tesselatores, ψηφοθέται, ψηφωτοί, qui & Musiarij Firmico. Nam vt ἐξαίτως Achinus: sic μουσαίως, musicus, vnde Musaicus.*
i L. Endopaliméto, atq. emblemate v.
k Emblema quomodo latine diceretur, ne Tiberij quidem temporibus constabat, vt ex Suetonio P. CCXI. cognosci potest: & tamen Pub Mimus, inserta vocauit.*
l *al.* hāc formā cōponēdi m L. tamē, si inconditè positis verb. *al.* tamen, si incōpositis verbis v. e. subtilissimum.
o L. quia vocaleis nolit coniung.
p Vocalium cōcursus cur & quatenus vitandus.*
q *al.* etiā idē mag.
r L. in oratione populari.
s Mos Atheniensium de iis in cōcione laudādis, qui in prœlio interfecti.*
t L. crebra ista vocalium concursio.
u L. distrahere vocaleis conc.

a L. sæpius nostri.
b L. Sed quid ego vocaleis: sine vocalib. *& ita P. Vict.*
c L. multis modis, argentei' vasis, passi' crinibus *&c.*
d *al.* passi pal mis. adde Nonium c. 4. in passum. 364.*
e L. vester Axilla Ala factus est.
f hoc est cape si vis.*
g adde Prisc. ianum lib. 12. c. de figura.*
P. B.
h *al.* Nō pro deūm.
i L. hanc cōsuetudo licentiam.
l citatur hic versus plenior Tusculana 2.
l alter
m *al.* pauor: n L. quæ non sunt sanè. o *lib. vnl.* quā centuriā, (vt ceſtoriæ tabulæ loquuntur) fabrūm, & procūm, audeo dicere, non fabr. *&c. memorē, opinor.*
p L. duo d.
q L. Pro deūm, dico, vel pro deorum.
r L. & sestertiūm nummūm.

quòd in his consuetudo varia non est. Quid, quòd sic loqui, nosse, iudicasse, vetant: nouisse iubẽt, & iudicauisse? quasi verò nesciamus in hoc genere & plenum verbum rectè dici, & imminutum vsitatè. Itaque vtrumque Terentius[a], *Eho, tu cognatum*[b] *tuum non noras*? Pòst idem, *Stilphonem*[c], inquam, noueras? Siet, plenum est: sit, imminutum. licet vtare vtroque. ergo ibidem,

Quàm cara sint quæque, pòst carendo intelligunt,
Quámque attinendi magni dominatus sient.

Nec verò reprehenderim,

--*Scripsere alij rem*, & [d] scripserunt, esse verius sentio: sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor.

Idem campus habet,--inquit Ennius: &,

In templis idem,--probauit. at, eisdem, erat verius: nec [e] tamen, eisdem, opimius. male sonabat, iisdem. Impetratum est à cõsuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret: & pomeridianas quadrigas, quàm postmeridianis, libentiùs dixerim: & mehercule, quàm mehercules. Non scire quidẽ, barbarum iá videtur: nescire, dulcius. Ipsum, meridiem, cur non medidiẽ: credo quòd erat insuauius. Vna præpositio est, AB, eáque nunc tantùm in accepti tabulis manet, ne his quidem omniũ: in reliquo sermone mutata est. Nam amouit dicimus, & abegit, & abstulit, vt iam nescias, ábne verum sit, an abs. Quid[h] si etiam abfugit, turpe visum est: & abfer noluerũt, aufer maluerũt? quæ præpositio præter hæc duo verba nullo alio in verbo reperitur. Noti erãt, & nauii, & nari, quibus cùm IN præponi oporteret, dulcius visum est, ignoti, ignaui, ignari dicere, quàm vt veritas postulabat. Ex vsu dicũt, & è republica, quòd in altero vocalis excipiebat. in altero esset asperitas, nisi litterã sustulisses: vt exegit, edixit, refecit, retulit, reddidit: adiunẽti verbi primam [l] litterã præpositio commutauit, vt subegit, summutauit, sustulit. Quid in verbis iũctis? quàm scitè insipiẽtem, nõ insapientem? iniquum, nõ inæquũ? tricipitem, nõ tricapitem? concisum, non concæsum? Ex quo quidam pertisum etiam volunt: quod eadẽ consuetudo non probauit. Quid[m] verò hoc elegantius, quod non sit natura, sed quodã institutio? inclytus[n] dicimus breui prima littera, insanus producta. inhumanus breui, infelix longa. &, ne multis, quibus in verbis exprimæ litteræ sunt, quæ in sapiẽte, atque felice, producte[o] dicitur: in cæteris[p] omnibus, breuiter. itémque composuit, consuescuit, concrepuit, confecit: consule veritatem, reprehendet: refer ad aureis, probabũt. quære[q], cur: ita[r] se dicent iuuari. voluptati autẽ auriũ morigerari debet oratio. Quin ego ipse, cùm scirẽ ita maiores locutos esse, vt nusquã, nisi in vocali, adspiratione vterentur, loquebar sic, vt pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem dicerem: aliquando, sídque serò, conuicio auriũ, cùm [s] extorta mihi veritas esset, vsum loquendi populo concessi, sciẽtiam mihi reseruaui. Orciuios tamẽ, & Matones, Otones, Cæpiones, sepulcra, coronas, lacrymas dicimus, quia per aurium iudiciũ semper licet. Purrũ[t] semper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi[u] patefecerunt Fruges: non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. nec enim Græcam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas: & [x] cùm Phrygum, & cùm Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantùm Barbaris casibus Græcam litteram adhibere, aut recto casu solùm Græcè loqui, tamẽ & Phryges, & Pyrrhũ aurium causa dicimus. Quinetiam, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant postremæ duæ litteræ, quæ sunt in optumus, postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loquebamur,

Qui est omnibu' princeps. non omnibus princeps. &,

Vita illa dignu', locóque. non, dignus.

Quòd si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte, & doctrina postulari putamus? [y] Hæc dixi breuiùs quàm si hac de re vna disputarem. est enim hic locus latè patens, de natura, vsúque verborum: longiùs autem, quàm instituta ratio postulabat. Sed quia rerum, verborúmque iudicium, prudentiæ est: vocum autem, & numerorum, aures sunt iudices: & [a], quòd illa ad intelligẽtiam referuntur, hæc ad voluptatem in illis ratio inuenit, in his sensus artem. aut enim negligenda nobis [b] fuit voluptas eorũ, quibus probari volebamus, aut ars eius conciliandæ reperienda. Duæ sunt igitur res, quæ permulceant aureis[c], sonus[d], & numerus. De numero mox, nunc *de sono* [e] quærimus. Verba (vt suprà diximus) legenda sunt potissimùm bene sonantia, sed ea non, vt poetæ, exquisita ad sonum, sed sumta de medio. *Qua* [f] *pontus Helles*--superat modum. At, *Auratus aries Colchorum*, --splendidis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus insuauissima littera [g] infinitus[h], *Frugiferai, & ferta arua Asiæ tenet*. Quare bonitate potiùs nostrorum verborum vtamur, quàm splendore Græcorum, nisi fortè sic loqui pœnitet, *Qua tempestate Paris Helenam*.-- & quæ sequuntur. Immò verò ista sequamur, asperitatémque fugiamus, *Habeo istã ego perterri crepam*--Idémque, *Versutiloquas malitias*. Nec solùm componentur verba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium [l] esse alterum [m] aurium diximus. Sed finiuntur aut compositione ipsa, & quasi sua spõte, aut quodã genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest: quæ siue casus habẽt in exitu similes, siue *paribus paria* redduntur, siue [n] opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In huius concinnitatis consectatione [o] Gorgiam fuisse principem accepimus, quo de genere illa nostra sunt in Milonianã. Est enim, iudices, hæc non scripta, sed nata lex: quam nõ [p] didicimus, sed accepimus: non legimus, verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Hæc enim talia sunt, vt, quia referuntur ad ea, ad quæ debent referri, intelligamus non quæsitum esse numerum, sed secutum. Quod fit item in contrariis referendis: vt illa sunt, quibus non modò numerosa oratio, sed etiam versus efficitur,

Eam, quam nihil [q] *accusas, damnas*. condemnas, diceret [r], qui versum effugere vellet [s].

Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri.

Id [t] *quod scis prodest, nihil id, quod nescis, obest.* Versum efficit ipsa relatio contrariorum. id esset in oratione numerosum, Quod scis, nihil

[a] Pkormione.*
[b] *al.* sobrinum.*
[c] L. Stilponẽ, inquam, non noueras?
[d] L. etiam, scripserunt, esse ver.
[e] L. nec tamẽ opimius.
[f] citatur à Nonio c. 1. in Meridies.*
[g] L. abs, p. CCXII.
[h] L. Quid si etiam abfugit, turpe visum est, & abfer noluerunt aufugit, & aufer maluerunt? *al.* Quid si etiam abfugit turpe visum est: & abfer noluerunt aufugites, & aufer maluerũt? *al.* Quid si etiam abfugit turpe visum est: & abfer, noluerunt: aufer, maluerunt? *al.* gnaui & nari.*
[l] L. effecit, extulit, edidit:
[l] *al.* prima litt. præpositionem commutauit.*
[m] citatur hic locus à Gellio 2. c. 17.*
[n] *al.* inclutus.*
[o] *al.* productæ dicuntur ita apud Gellium.*
[p] *al.* cæteris verò. *ita* apud Gelliũ.*
[q] *al.* quære cur ita fit? dicent pro se iuuaris ita apud Gellitũ.*
[r] *al.* probè se dicent iuu.
[s] L. cùm mihi extorta.
[t] L. Burrhum semper Ennius, nunquã &c. Ita Q. 1. cap. 4. B. inquit in locũ allatum dedimus aliquãdo, vode Burrus, Bruges, Balæna. adde Festum in balenæ.*
[u] L. Vi patefecerunt Bruges.
[x] L. quamuis cũ Phrygũ & Phrygibus dicendum esset absurd.
[a] L. & quòniã illa ad P. E.
[b] L. fuit nobis.
[c] *v. c.* auris,
[d] *legendum est vis ex quæ tibus apparet finis.* His enim explicat quemadmodum oratori finienda sit oratio.*
[e] De sono aut potius FINE ORATIONIS.*
[f] *al.* Qua põto ab Helles. Lipsius ita emendat 5. epistolic. quæstio 5. sic enim apud Senecã epistola 81. hi versus leguntur. Impero Argis, regna mihi liquit Pelops; Qua põto ab Helles atque Ionio mari, vrgetur Isthmos.*
[g] id est C. quæ insuauissima dicitur Halicarnasseo.*
[h] L. finitus. *Quidam delet vocem* infinitus, *seu* finitus.*
[i] L. Frugifera, & fertilia arua Asiæ tenet.
[l] *al.* Afias f. enim litteræ Halicarnass. insuauissima vt prius dictum.*
[l] *legendum est ex superioribus* iudicium prudentium esse, alterum aurium esse diximus.*
[m] L. aurium alterum.
[n] L. siue opponuntur contrariis cõtraria, *&c. & ita infrà.*
[o] *al.* confectione.*
[p] L. nõ didicimus, accepimus, legimus: verùm *&c. & ita in ipsa Miloniana impressum est.*
[q] CCXIII. *al.* mihi ac cusas, d.
[r] *al.* dixisset,
[s] *al.* voluisset
[t] L. id, quod scis, prodest nihil: multũ id, quod nescis, obest.

hil prodeſt:quod neſcis,multùm obeſt. Semper hæc,quæ Græci αἰσθήσεις nominant, cùm contrariis oppenuntur contraria, numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt, & eum ſine induſtria. Hoc genere antiqui, iam ante Iſocratem delectabantur,& maximè Gorgias: cuius in oratione plerunque efficit numerum ipſa cõcinnitas.Nos etiam in hoc genere frequentes[a],vt illa ſunt in quarto[b] actuſationis. Conferte hanc pacem cum illo bello: huius prætoris aduentum,cum illius imperatoris victoria:huius cohortem impuram,cum illius exercitu inuicto:huius libidines, cũ illius continentia:ab illo,qui cepit,cõditas: ab hoc,qui cõſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas.Ergo[c]&hi numeri ſunt cogniti etiam à Latinis. 32¶ Genus illud tertium explicetur,*quale ſit*,[d] *numeroſæ & aptæ orationis*, quod qui non ſentiũt,quas aureis habeãt, aut quid in his hominis ſimile ſit,neſcio.Meæ quidem perfecto[e], completóq.verborũ ambitu gaudent. & curta ſentiunt, nec amant redundãtia.Quid dico meas conciones ſæpe exclamare vidi,cùm aptè verba cecidiſſent. id enim exſpectant aures,vt verbis colligentur[f] ſententiæ.Non erat hoc apud antiquos. Et quidem nihil aliud ferè non erat.nam & verba eligebant,& ſententias graueis,& ſuaueis reperiebant,ſed eas haud vinciebant, haud explebant.Parum hoc me ipſum delectat,inquiũt. Quid ſi antiquiſſima illa pictura paucorum colorum,magis, quàm hæc iam perfecta, delectet?illa nobis ſit, credo,repetenda:hæc ſcilicet repudianda. Nominibus veterũ gloriãtur. Habet autẽ VT in ætatibus auctoritatem ſenectus,ſic in exemplis antiquitas:quę quidẽ apud me ipſum valet plurimùm. nec ego id quod deeſt antiquitati, flagito potiùs, quàm laudo,quod eſt:præſertim cùm ea maiora iudicẽ,quæ ſunt,quàm illa quæ deſunt.Plus eſt enim,in verbis,&in ſententiis boni,quib.illi excellunt,quàm in concluſione ſententiarũ, quam non habent. Pòſt inuenta cõcluſio eſt, qua credo vſuros veteres illos fuiſſe, ſi iam nota,atque vſurpata res eſſet: qua inuenta,omneis vſos magnos oratores videmus.Sed habet nomen inuidiam, cùm in oratione iudiciali & forenſi numerus Latinè,Græcè ῥυθμὸς ineſſe dicitur.Nimis henim inſidiarum ad capiendas aureis[i] adhiberi videtur,ſi etiam in dicẽdo numeri ab oratore quæruntur. Hock freti iſti & ipſi infracta,&lamputata loquuntur,& eos vituperant, qui apta, & finita pronuntiant. ſi inanibus verbis,leuibúſque ſententiis:iure. ſin probæ res,lecta verba:quid eſt cur claudicare, aut inſiſtere orationem malint, quàm cum ſententia pariter excurrere? Hic enim inuidioſus numerus nihil affert aliud, niſi vt ſit aptè verbis comprehenſa ſententia: quod ſit etiam ab antiquis, ſed plerunque caſu,ſæpe[m] natura:&,quę valde laudãtur apud illos,ea ferè, quia ſunt concluſa,laudãtur. Et apud Græcos quidem iam anni propè quadringẽti ſunt, cùm hoc probatur, nos nuper agnouimus.Ergo Ennio licuit,vetera cõtemnenti,dicere,

Verſibu'[n]*,quos olim Fauni, vatéſque canebant:*

mihi de antiquis eodem modo non licebit, præſertim cùm dicturus non ſim. *Ante*[o] *hunc*, --vt ille: nec quæ ſequuntur, *Nos auſi reſerare* --legi enim, audi ſ,que nonnullos, quorum propemodum abſolutè cõcluderetur oratio.

Quod qui non poſſunt, non eſt eis ſatis non contemni,laudari etiam volunt. Ego autem illos ipſos laudo, ſdque meritò, quorũ ſe iſti imitatores eſſe dicunt,etſi in eis aliquid deſidero:hos verò minimè,qui nihil illorum,niſi vitium, ſequuntur, cùm à bonis abſint longiſſimè. Quòd ſi aureis tam inhumanas,támque agreſteis habent, ne doctiſſimorum quidem virorum eos mouebit auctoritas?Omitto Iſocratẽ, diſcipulóſque eius, Ephorum, & Naucratem: quanquam orationis faciendæ, & ornandæ auctores locupletiſſimi,ſummíq. ipſi oratores,eſſe debeant. Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inueniendis, vel iudicãdis acrior Ariſtotele fuit? quis portò Iſocrati eſt aduerſatus infenſiùs? Is igitur verſum[a] in oratione vetat eſſe,numerum iubet. Eius auditor Theodectes, in primis, (vt Ariſtoteles ſæpe ſignificat) politus ſcriptor, atque artifex, hoc idem & ſentit, & præcipit.Theophraſtus verò,iiſdem de rebus etiã accuratiùs. Quis ergo iſtos ferat,qui hos auctores nõ probent?nifi omnino hęc eſſe ab his præcepta neſciũt.Quod ſi ita eſt,(nec verò aliter exiſtimo)quiabipſi ſuis ſenſibus non mouẽtur:nihilne eis inane videtur?nihil inconditũ,nihil curtum,nihil claudicans,nihil redundans?In verſu quidẽ theatra tota exclamant[c],ſi fuit vna ſyllaba aut breuior, aut lõgior.Nec verò multitudo pedes nouit,nec vllos numeros tenet:nec illud,quod offẽdit,aut cur,aut in quo offendat,intelligit:& tamẽ omniũ longitudinũ,& breuitatũ in ſonis,ſicut acutarũ, grauiúmq.vocũ, iudiciũ ipſa natura in aurib.noſtris collocauit.Viſne igitur,Brute, totum hunc locum accuratius etiam explicemus,quàm illi ipſi,qui & hæc,& alia nobis tradiderunt ? An his contenti eſſe, quæ ab illis dicta ſunt,poſſumus?Sed quid quæro, velſſne: cùm litteris tuis eruditiſſimè ſcriptis te id vel maximè velle perſpexerim?Primùm ergo *origo*, deinde *cauſa*, pòſt *natura*, tum ad extremum *vſus* ipſe explicetur orationis aptæ, atque numeroſæ. 33¶ Nam qui Iſocratem[d] maximè mirantur, hoc[e] in eius ſummis laudibus ferunt,quòd[f] verbis ſolutis numeros primus adiunxerit. Cùm enim videret, oratores eum ſeueritate[g] audiri, poetas autẽ cũ voluptate : tum dicitur numeros ſecutus, quibus etiam in oratione vteremur[h],cùm iucunditatis cauſa,tũ vt varietas occurreret ſatietati. Quod ab his verè quadam ex parte, non totum,dicitur. Nam neminem in eo genere ſcientiùs verſatum Iſocrate,confitendũ eſt : ſed princeps inueniendi fuit Thraſymachus:cuius omnia nimis etiam exſtant ſcripta numeroſè. Nam, (vt paullo antè dixi) paria paribus adiuncta, & ſimiliter definita, itémque contrariis relata cõtraria, quæ ſua ſponte (etiam ſi id non agas) cadunt plerumque numeroſè,Gorgias primus inuenit:ſed his eſt vſus intemperantius. id autem eſt genus (vt antè dictum eſt) ex tribus partibus collocationis alterum. Horum vterque Iſocratẽ ætate præcurrit:vt eos ille moderatione,non inuentione vicerit. Eſt enim,vt in transferẽdis faciendíſque verbis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior. Gorgias autem auidior eſt generis eius, & his feſtiuitatibus, (ſic enim ipſe cenſet)inſolentiùs abutitur:quas Iſocrates (cùm tamen audiuiſſet in Theſſalia adoleſcens ſenem iam Gorgiam) moderatiùs

a L. frequentes ſumus,vt
b Ea eſt Verrina de ſignis.*
c *lib. vul.* Ergo & hi numeri ſunt cogniti. Genus ill.
d DE NVMERIS ORATIONVM.*
e L.& perfecto, completóque
f L. colligetur ſententia.
g L.ſed eas aut vinciebant, aut explebant parum. Hoc me ipſ.d.
h *al.* Nimiũ.*
i *v.c.* auris
P. B.
k περιεθόντες.
l L. atque am putata.
m L. ſæpe etiam natura.
n Idem verſus citatur in Bruto.*
o citatur pleniùs in Bruto.*
a verſus & numeri differentia.*
b L.quid? ipſi ſuis ſenſibus non mouentur?
c *al.* reclamant. *vid.* 3. de oratore.*
d NVMEROSAE orationis ergo ab Iſocrate.*
e L. in hoc eum ſummis laudib. ferũt: *al.* hoc in eius orationibus, ſummis laudibus ferunt.*
f Idem ſuprà 3.de Oratore, & in Bruto, numero 32. adde Iſocratem in oratione ad Philippum.*
g *al.* facietatẽ *vt infrà.**

temperauit. Quin etiam se ipse tantum, quantum ætate procedebat, (propè enim centum confecit annos) relaxarat à nimia necessitate numerorum: quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, cùm iam admodum esset senex: in quo dicit sese iam[a] minùs seruire numeris, quàm solitus esset. ita non modò superiores, sed etiam se ipse correxerat. ¶ Quoniam igitur habemus aptæ orationis eos principes, auctoresque, quos[b] dicimus, & origo inuenta est: *causa*[c] quærtatur: quę sic aperta est, vt mirer, veteres non esse commotos, præsertim cùm, vt fit, fortuitò sæpe aliquid conclusè, aptèq. dicerēt: quod cùm animos hominum, aureisque pepulisset, vt intelligi posset, id, quod casus effudisset, cecidisse iucundè: notandū certè genus, atque ipsi sibi imitandi fuerūt. Aures enim, vel animus aurium nuntio naturalē quandam in se cōtinet vocum omnium mensionē[d]. Itaque & lōgiora, & breuiora iudicat, & perfecta, ac moderata semper exspectat. Mutila sentit quædam, & quasi decurtata: quibus, tanquam debito fraudetur, offenditur: productiora alia, & quasi immoderatius excurrentia, quæ magis etiam aspernantur aures: quòd cùm in plerisque, tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementiùs, quàm id, quod videtur parum. Vt igitur poetica, & versus inuētus est terminatione aurium, obseruatione prudentium: sic in oratione animaduersum est, multo illud quidem seriùs, sed eādem natura admonēte, esse quosdam certos cursus, conclusionēsque verborum. 34 ¶ Quoniam igitur causam quoque ostendimus: NATVRAM[e] nunc, (id enim erat tertium) si placet, explicemus: quæ disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis intimæ. Quæri. n. potest, qui sit orationis numerus, & vbi sit positus, & [f] natus ex quo: & is vnúsne sit, an duo, an plures, quáque ratione cōponatur, & ad quam rem, & quando, & quo loco, & quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat. Sed, vt in plerisq. rebus, sic in hac, duplex est considerandi via: quarum altera est longior, breuior altera, eadem etiam planior. Est autem longioris prima illa quæstio, sitne omnino vlla numerosa oratio. Quibusdam enim non videtur: quia nihil insit in ea certi, vt in versibus: & quòd ipsi, qui affirmant eos esse numeros, rationē, cur sint, non queant reddere. deinde, si sit numerus in oratione: qualis sit, aut quales: & è poeticisne numeris, an ex alio genere quodā: &, [g] si è poeticis: quis eorū sit, aut qui. namq. aliis vnus modò, aliis plures, aliis omnes iidē videntur. deinde[h] quicunque sunt, siue vnus, siue plures: communésne sint omni i generi orationis: quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadēdi, aliud docendi: an dispares numeri cuique orationis generi accommodētur. Si communes, qui sint: si dispares, quid interſit, & cur non æquè in oratione, atque in versu numerus appareat. Deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id vtrùm numero solùm efficiatur, an etiam vel compositione quadam, vel genere verborum: an [k] est suum cuiusque: vt numerus interuallis, compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quædam forma, & lumen orationis appareat: sitque omnium fons compositio, ex eāque & numerus efficiatur, & ea, quæ dicūtur orationis quasi formæ, & lumina, quæ (vt dixi) Græci vocant σχήματα. At non est vnum, nec idem, quod voce iucundum est, & quod moderatione absolutū, & quod illuminatum genere verborū: quanquā id quidem finitimū est numero, quia per se plerumq. perfectum est: compositio autem ab vtroque differt, quæ tota seruit grauitati vocum, aut suauitati. Hęc igitur ferè sunt, in quibus rei natura quærēda sit. 35 ¶ *Est*[a] ergo *in oratione*[b] *numerus quidā*, nō est difficile cognoscere. iudicat enim sensus: in quo iniquum est, quod accidit, non cognoscere, si, cur id accidat, reperire nequeamus. Neq. n. ipse versus ratione est cognitus, sed natura, atque sensu, quem dimensa ratio, docuit, quid acciderit. ita notatio naturæ, & animaduersio peperit artem. Sed in versibus res est appertior: quanquam etiam à modis quibusdam, cantu remoto, soluta esse videatur oratio, maximéque id in optimo quoque eorum poetarum, qui λυρικοὶ à Græcis nominantur[c]: quos cùm cātu spoliaueris, nuda pæne remanet oratio. Quorum similia sunt quędam etiā apud nostros: velut illa in Thyeste,

Quémnam te esse dicam? quid tarda in senectute:

& quæ sequuntur: quæ, nisi cùm tibicen accessit, orationi sunt solutæ simillima. At comicorum[d] senarij propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti, vt nonnunquam vix in his numerus, & versus intelligi possit: quò est ad inueniendū difficilior in oratione numerus, quàm in versibus. Omnino duo sunt, quæ cōdiant orationē: verborū, numerorúmque iucunditas. In verbis ineſt quasi materia quædā: in numero autē expolitio. Sed VT cæteris in rebus, necessitatis inuenta antiquiora sunt, quàm voluptatis: ita & in hac re accidit, vt multis sæculis antè oratio nuda, ac rudis ad solos animorū sensus exprimendos fuerit reperta, quàm ratio numerorū, causa delectationis aurium, excogitata. Itaq. & Herodotus, & eadem, superiórque ætas numero caruit, nisi quando temerè, ac fortuitò: & scriptores perueteres de numero nihil omnino, de oratione præcepta multa nobis reliquerunt. Nā quod & facilius est, & magis necessarium, id semper antè cognoscitur. Itaque tralata, aut facta, aut iūcta verba, facilè sunt cognita, quia sumebantur è consuetudine, quotidianóque sermone. numerus[e] autem non modò deprehendebatur, neque habebat aliquam necessitudinem, aut cognationem cum oratione. itaq. seriùs aliquāto notatus, & cognitus, quasi quādam palæstrā, & extrema lineamenta orationi attulit. Quòd si & angusta quædam, atque concisa: & [f] alia est collatata, & diffusa oratio: necesse est id non litterarum accidere natura, sed interuallorum longorum, & breuium varietate, quibus implicata, atque permista oratio, quoniam tum stabilis est, tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris cōtineri. Nam circuitus[g] ille, quem sępe iam diximus, ineitatior numero ipso fertur: & labitur, quoad perueniat ad finem, & insistat. Perspicuum est igitur, numeris adstrictam orationē esse debere, carere versibus. 36 ¶ Sed hi numeri, poeticine[h] sint, an ex alio genere quodā, deinceps est videdū. Nullus est igitur numerus extra poeticos, propterea quòd definita sunt genera numerorū. nā omnis talis est, vt vnus sit è tribus. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut

a L. minùs iam

b L. quos dicimus. & or. d Numerosæ orationis causa.

d μέτρικον.

P. B.

e DE NVMERORVM oratoriorum natura. f al. & ex quo natus:

g al. & ex poeticisne

h fort. quotcũque sunt, siue i al. omnis generis oratio

k L. an sit suũ cuiusq. vt numerus in interuallis, cōpositio in vocibus, genus ipsum verborum in quadā quasi forma, & lumine or. ap.

a L. Esse igitur in or. P. CCXV. b Numerum quendam esse in oratione.*

c L. nominantur, appareat: quos cùm

d Numerus & versus vix intelligitur in Comicis, & cur.*

e L. numerus autem nondum deprehendebatur, neque

f al. & alia est dilatata, & diffusa

g περίοδος

h Numeros esse à poetis petitos.*

P. B.

aut altero tanto [a], aut ſeſqui eſſe maiorem. Ita fit æqualis dactylus[b], duplex, iambus, ſeſqui[c] pæan, qui pedes in orationem non cadere qui poſſunt? quibus ordine locatis, quod efficitur, numeroſum ſit neceſſe eſt. 37 ¶ Sed quæritur, quo numero, aut quibus potiſſimùm ſit. Incidere verò omneis [d] in orationem etiam ex hoc intelligi poteſt, quòd verſus ſæpe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer eſt vitioſum: ſed non attendimus, neque exaudimus noſmetipſos. Senarios verò, & [e] hyponacteos effugere vix poſſumus. Magnam enim partem ex iambis noſtra conſtat oratio. ſed tamen eos verſus facilè agnoſcit auditor. ſunt enim vſitatiſſimi. Inculcamus autem per imprudentiam ſæpe etiam minus vſitatos, ſed tamen verſus, vitioſum genus, & longa animi prouiſione fugiendum. Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe verſus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapæſta [f]: quo quid poteſt eſſe turpius? etſi in eligendo fecit malitioſè. prima enim ſyllaba demta in primo verbo ſententiæ, poſtremum ad verbum primam rurſus ſyllabam adiunxit inſequentis. Ita factus eſt anapæſtus [g] is, qui Ariſtophaneus nominatur. quod ne accidat, obſeruari nec poteſt, nec neceſſe eſt. Sed tamen hic corrector, in eo ipſo loco, quo [h] reprehendit, (vt à me animaduerſum eſt ſtudioſè inquirenti in eum) immittit imprudens ipſe ſenarium. Sit igitur hoc cognitum, in ſolutis etiam verbis ineſſe numeros, eoſdémque eſſe oratorios, qui ſint poetici. Sequitur ergo, vt, qui maximè cadant in orationem aptam numeri, videndum ſit. *Sunt* enim qui iambicum putent, quòd ſit oratioui ſimillimus: qua de cauſa fieri, vt is potiſſimùm propter ſimilitudinem veritatis adhibeatur in fabulis, quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ [k] ſit accommodatior. *Ephorus* autem, leuis ipſe orator, ſed profectus ex optima diſciplina, pæana ſequitur, aut dactylum: fugit autem ſpondeum, & trochæum. Quòd enim pæan habeat treis breueis, dactylus autem duas, breuitate, & celeritate ſyllabarum labi putat verba procliuiùs: contráque accidere in ſpondeo, & trochæo, quòd alter longis [l] conſtaret, alter è breuibus fieret: alteram nimis incitatam, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam. Sed & illi priores errant, & Ephorus in culpa eſt. nam & qui pæana prætereunt, non vident molliſſimum à ſeſe numerum, eundémque ampliſſimum præteriri. Quod longè *Ariſtoteli* videtur ſecus, qui iudicat, heroum numerum grandiorem, quàm deſideret ſoluta oratio: iambum autem, nimis è vulgari eſſe ſermone. Ita neque [m] humilè nec abiectam orationem, nec nimis altam, & exaggeratam probat: plenam tamen eam vult eſſe grauitatis, vt eos, qui audient ad maiorẽ admirationem poſſit traducere. Trochæum autem, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, cordacem [n] appellat, quia contractio, & breuitas dignitatem non habeat. Ita *paana* probat, eóque ait vti omneis, ſed ipſos non [o] ſentire cùm vtantur: eſſe autem tertium, ac medium inter illos: ſed ita factos eos pedes eſſe vt in eis ſingulis modus inſit aut ſeſquiplex, aut duplex, aut par. Itaque illi, de quibus antè dixi, tantummodò commoditatis habuerunt rationem, nullam dignitatis. Iambus enim, & dactylus in verſum cadunt maximè: itaque vt verſum fugimus in oratione, ſic hi ſunt euitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam eſt oratio, nec quidquam inimicius, quàm illa, verſibus. Pæan autem minimè eſt aptus ad verſum: quo libentiùs eum recepit oratio. Ephorus verò ne ſpondeum quidem, quem fugit, intelligit eſſe æqualem dactylo, quem probat: ſyllabis enim metiendos pedes, non interuallis, exiſtimat: quod idem facit in trocheo. qui temporibus & interuallis eſt par iambo: ſed [a] eò vitioſus in oratione, ſi ponatur extremus, quòd verba meliùs in ſyllabas longiores cadunt. Atque hæc, quæ ſunt apud Ariſtotelem, eadem à *Theophraſto Theodectéque* de pæane dicũtur. *Ego autem* ſentio, omneis in oratione eſſe quaſi permiſtos, & cõfuſos pedes. Nec enim effugere poſſemus animaduerſionem, ſi ſemper iiſdem vteremur, quia neque [b] numeroſa eſſe, vt poema: neque extra numerum, vt ſermo vulgi eſt, debet oratio. Alterum nimis eſt vinctum, vt de induſtria factum appareat: alterum nimis diſſolutum, vt peruagatum, ac vulgare videatur: vt ab altero nõ delectẽre, alterũ oderis. Sit igitur (vt ſuprà dixi) permiſta, & temperata numeris, nec diſſoluta, nec tota numeroſa, pæane maximè (quoniam optimus [c] auctor ita cenſet) ſed reliquis etiam numeris, quos ille præterit, temperata. 38 ¶ Quos [d] autem numeros, cum quibus, tanquam purpurã, miſceri oporteat, nunc dicendũ eſt, atque etiam quibus orationis generibus ſint cuique accõmodatiſſimi. Iambus enim frequentiſſimus eſt in iis, quæ demiſſo atque humili ſermone dicuntur. Pæan autem in amplioribus: in vtroque dactylus, ita in varia, & perpetua oratione hi ſunt inter ſe miſcendi, & temperandi. ſic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ [e] orationis induſtria: quæ latebit eò magis, ſi & verborum & ſententiarũ ponderibus vtemur. Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt, & iucunda ſibi cenſent, verba dico, & ſententias: eáque dum animis attentis admirantes excipiunt fugit eos, & præteruolat numerus: qui tamen ſi abeſſet, illa ipſa delectarent. Nec verò nimius is curſus [f] eſt numerorũ, orationis dico (nam eſt longè aliter in verſibus) nihil vt fiat extra modũ. nam id quidem eſſet poema, ſed omnis nec claudicãs, nec quaſi fluctuãs, & æqualiter, conſtantérq. ingrediẽs, numeroſa habebitur oratio. Atque id in dicẽdo numeroſũ [h] putatur [i], nõ quod totum conſtat è numeris, ſed quod ad numeros proximè accedit: quo etiam difficilius eſt orationi vti, quàm verſibus: quòd illis certa quædam, & definita lex eſt, quam ſequi ſit neceſſe: in dicendo autem nihil eſt propoſitum, niſi [k] aut ne immoderata, aut anguſta, aut diſſoluta, aut fluens ſit oratio. Itaque non ſunt in ea tanquam tibicini percuſſionum modi, ſed vniuerſa comprehenſio, & ſpecies orationis, clauſa, & terminata eſt: quod voluptate aurium iudicatur. 39 ¶ Solet autem quæri, *ratióne* [l] *in ambitu, verborum numeri tenendi ſint, an in primis partibus, atque in extremis.* Plerique enim cenſent cadere tantùm numeroſe oportere, terminarique ſententiam. Eſt autẽ, vt id maximè deceat, non id ſolũ ponendus eſt enim ille ambitus, nõ abiiciẽdus [m]. Quare

a *al.* aut altero tanto maiorem aut ſeſqui*
b *al.* dactylis duplex iambi, ſeſqui pæanis, vt ſubintelligatur pars.*
c L. ſeſquiplex, pæan: qui ped. ‖ *al.* ſeſquiplex pæanis vt ſu pri.*
d v. c. omnis
e & Hipponacteos
f L. ſed etiam anapæſticos:
g L. anapæſticus, is, qui
h *fort.* quo Iſocratem reprehendit, i L. ſtudioſiùs inquirente in eum emittit im.
k Citatur à Nonio c. 2. in magniloquẽtia. 366.*
l L. ex longis
P. CCXVI. m L. neq. humilem, & abiectam
n κόρδακα
o *al.* non ſentire cur vtantur

a *fort.* ſed eò vitioſus eſt
b *al.* nec numeri.
c id eſt Ariſtoteles, quem paulo antè dixit, pæana in oratione ſoluta probare.*
d Numeri qui inter ſe miſcendi & quemadmodum pro genere vſurpandi.*
e vnde infrà quadrum orationis dixit.*
P. B. f L. curſus eſto numer.
g L. habeatur,
h Numeroſum in oratione quid.*
i L. putetur, k L. niſi ne aut imm.
l Numeri tenendi vel in primis orationis partibus.*
m v. c. abiicitur.

cùm aures extremum semper exspectent, in eóque acquiescant, id vacare numero non oportet: sed ad hũc exitũ tamen à principio ferri debet verborum illa comprehensio, & tota à capite ita fluere, vt ad extremum veniens ipsa consistat. Id autem bona disciplina exercitatis, qui & multa scripserint, &, quæcũque etiã sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimũ. Antè enim circumscribitur mente sententia, confestímque verba concurrunt: quæ mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, vt suo quodque loco respondeat: quorum de scriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur: atque omnia illa & prima, & media verba spectare [a] debent ad vltimum. Interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio: vt iam à principio videndum sit, quemadmodum velis venire ad extremum. ¶ Nec [b] in numeris magis, quàm in reliquis ornamentis orationis, eadem cùm faciamus, quæ poetæ, effugimus tamen in oratione poematis similitudinem. Est enim in vtroque & materia, & tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Ternæ autem sunt vtriusque partes verborum: translatum, nouum, priscum. nam de propriis nihil hoc loco dicimus. Collocationis autem, eæ, quas diximus, compositio, concinnitas, numerus, sed in vtroque frequentiores sunt, & liberiores poetæ. Nam & transferunt verba cùm crebriùs, tum etiam audaciùs, & priscis libentiùs vtuntur, & liberiùs nouis. quod idem fit in numeris: in quibus quasi necessitati parere coguntur. sed tamen hæc nec nimis esse diuersa, neque [c] vllo modo coniuncta intelligi licet. Ita fit, vt non item in oratione, vt in versu, numerus exstet: idque, quod numerosum in oratione dicitur, non semper numero fiat, sed nonnunquam, aut concinnitate, aut constructione verborum. 40 ¶ Ita, si, numerus orationis quæritur qui sit: omnis est: sed alius alio melior, atque aptior. si locus: in omni parte verborum. si, vnde ortus sit: ex aurium voluptate. si componendorum ratio: dicetur alio loco, quia pertinet ad vsum, quæ pars quarta, & extrema nobis in diuidendo fuit. si, ad quam rem adhibeatur: ad delectationem. si, quando: semper. si, quo loco: in tota continua tione verborum. si, quæ res efficiat voluptatem: eadem, quæ in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsæ tacito [d] eum sensu sine arte definiunt. 41 ¶ Satis multa de natura: sequitur vsus [e], de quo est accuratiùs disputandum. In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον [f] nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus: an in principiis solùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. Deinde, quũ aliud videatur esse numerus [g], aliud numero sum: quid interfit. Tum autem in omnibúsne numeris æqualiter particulas deceat ingidere, an facere alias breuiores, alias longiores: idque quando, aut cur, quibúsq. partibus: pluribúsne, an singulis: imparibus, anbæqualibus: & quando aut istis, aut illis fit vtendũ: quæq. inter se aptissimè collocentur, & quomodo: an omnino nulla sit in eo genere distinctio: quódq. ad rem maximè pertinet, qua ratione

a *fort.* ad vltimum spectare debent.

b Numeros oratorios diuersos esse à poeticis: non semper fieri numero, sed aut concinnitate & constructione verborum.*

c *fort.* nec vllo

P. CCXVII.

d *al.* tacito cum sensu

e DE NVMERORVM VSV.*

f περίοδος seu ambitus, circuitus, cõprehensio, cõtinuatio circũscriptio.*

g Numeri & Numerosi differentia.*

h *fort.* an pares: *al.* aut his,

numerosa fiat oratio. Explicandum etiam est, vnde orta sit forma verborũ: dicendúmque, quantos circuitus facere deceat. Déq. eorum particulis, & tanquam incisionibus differendum [a] est, quæ rendúmque, vtrum vna species, & longitudo sit earum, ánne plures: &, si plures: quo loco, aut quando, quóque genere vti oporteat, postremò totius generis vtilitas explicanda est, quæ quidem patebit latiùs. non ad vnam enim rem aliquam, sed ad plureis accommodatur. Ac licet non ad singulas res respondentem de vniuerso genere sic dicere, vt etiam singulis satis respõsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus vnum sele gimus, hoc [b], quod in causis, foróque versatur, de quo diceremus. Ergo in aliis, id est, in [c] historia, & in eo, quod appellamus διηγηματικὸν, placet omnia dici Isocrateo, Theopompeóq. more illa circũscriptione, ambitúque, vt tanquam in orbe incluſa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis, absolutísque sententiis. Itaque posteaquam est nata hæc vel circumscriptio, vel comprehensio, vel continuatio, vel ambitus, si ita licet dicere: nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationẽ generis eius, quod esset ad delectationẽ comparatum, remotúmq. à iudiciis, forensíque certamine. quin redigeret omneis ferè in quadrũd [d] numerúmq. sententias. Nã cùm is est auditor, qui non vereatur, ne cõpositæ orationis insidiis sua fides attentetur, gratiã quoq. habet oratori, voluptati auriũ seruienti. Genus autẽ hoc orationis neq. totũ assumendũ est ad causas forenseis, neq. omnino repudiandũ. Si enim semper [e] vtare, cùm satietate affert, tumẽ, quale sit, etiã ab imperitis agnoscitur. Detrahit præterea actionis dolorẽ, aufert humanũ sensum actoris, tollit funditus veritatẽ, & fidẽ. 42 ¶ Sed, quoniã adhibenda [g] nonnunquam est, primùm videndum [h] est, quo loco, deinde quandiu retinenda [i] sit, tũ quot modis cõmutanda. *Adhibenda est* igitur *numerosa oratio*, si aut laudandum est aliquid ornatiùs, vt nos in accusationis [k] secundo de Siciliæ laude diximus [l], aut in senatu de consulatu meo: aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quàm doloris, vt in quarto [m] accusationis de Ennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. Sæpe etiam in ampli ficanda re, concessũ omniũ funditur numero sè, & volubiliter oratio. Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem fæpissimè sumus: quod plurimis locis perorationes nostræ voluisse nos, atq. animo contendisse declarant. Id autẽ tum valet, cùm is, qui audit, ab oratore iam obsessus est, ac tenetur. Non [n] enim id agit, vt insidietur & obseruet: sed iam fauet, processúmque vult, dicendíque vim admirãs, non inquirit quod reprehendat [o]. ¶ Hæc autem forma retinenda non diu est, nec dico in peroratione, quam ipse includit [p], sed in orationis reliquis partibus. Nam cùm sis his locis vsus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quæ rectè scio cur, cùm Græci κόμματα, & κῶλα nominent, nos non rectè incisa, & membra dicamus. Neque enim esse possunt, rebus ignotis, nota nomina: sed cùm verba aut suauitatis, aut inopiæ causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, vt, cùm id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum, nullum habuerit antè nomen, necessitas cogat aut nouum

a *al.* differendum: quær.

b *al.* hoc quidem, quod in

c Numeri qui in historiæ descriptione, & genere διηγηματικῷ tenendi.*

d *sic supra* quadrate orationem dixit.* P. B.

e Numeris passim in oratione non est vtendum.*

f L. tum etiã, quale sit, ab

g L. adhibendum

h *al.* videndũ quo l.

i L. retinendum. q. m. commutandum.

k quæ est de Iurisdictione Siciliensi.*

l *fort.* diximus, vt in senatu de c.

m quæ est, de signis.*

n L. Non enim id agit, vt insidiatorem, obseruet:

o Numerosa oratio quandiu retinenda.*

p *al* includi, *al hæc verba*, quam ipse includit, *dicent. alij* includere hic pro terminare ac cipiunt, & ad peroratiõe referunt.*

nouum facere verbum, aut à simili mutuari. 43 ¶ Quo autem pacto deceat incisè, membratim ve, dici, iã videbimus[1]. Nunc quot modis mutentur cõprehẽsiones, cõclusioneśque, dicendum est. Fluit omnino numerus à primo tum incitatiùs, breuitate pedum, tum proceritate tardiùs. cursum contentiones magis requirunt: expositiones rerum, tardiratem[b]. Insistit[c] autem ambitus[d] modis pluribus, è quibus vnum est secuta Asia maximè, qui dichoreus vocatur, quũ duo extremi chorei sunt, id est, è singulis longis, & breuibus. Explanandũ est enim, quòd ab aliis idẽ pedes aliis nominantur vocabulis. *Dichoreus* non est ille quidem sua sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tã vitiosum, quàm si semper est idem. Cadit autem per se ille ipse præclarè, quo etiam satietas formidanda est magis. Me stante C. Carbo, C. F. tribunus plebis in concione dixit his verbis, O Marce Druse, patrem appello. hęc quidem duo binis pedibus incisim: dein[e] membratim, Tu [f]dicere solebas, sacram[g] esse rempublicam, Hæc[h] item membra teenis. pòst ambitus, Quicunque[i] eam violauissent, ab [k] omnibus esse ei pœnas persolutas[l]. dichoreus. nihil enim ad rem, extrema illa, lõga sit, an breuis. deinde, Patris dictum sapiens, temeritas filij comprobauit. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, vt admirabile esset. Quæro, nónne id numerus effecerit? verborum ordinem immuta, fac sic, Comprobauit filij temeritas: iam nihil erit, etsi temeritas ex tribus breuibus, & longa est: quem Aristoteles vt optimam probat, à quo dissentio. At eadem verba, eadem sententia, animo istuc satis est, auribus non satis. Sed id crebriùs fieri non oportet. Primùm enim numerus agnoscitur: deinde satiat: postea cognita facilitate conténitur. Sed sunt clausulæ plures, quæ numerosè, & iucũdè cadãt. Nã & *creticus*, qui est è longa, & breui & longa, & eius æqualis pæan[m], qui spatio par est, syllaba longior: quàm commodissimè putatur in soluta oratione illigari, cùm sit duplex. nã aut è longa, & tribus breuibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo: aut è totidẽ breuibus, & longa, in quem optimè cadere censent veteres: ego nõ planè reiicio. sed alios antepono. Ne *spondeus* quidẽ funditus est repudiandus. etsi[n], quòd est è longis duabus, hebetior videtur, & tardior, habet tamen stabilem quendam, & non expertẽ dignitatis gradum: in incisionibus verò multo magis, & in membris. paucitatem[o] enim pedum grauitatis suæ tarditate compensat. Sed hos cùm in clausulis pedes nomino, nõ loquor de vno pede extremo. adiũgo (quod minimũ sit) proximũ superiorẽ, sæpe etiã tertiũ. Ne *iãbus* quidẽ, qui est è breui & longa, aut [p]par choreo, qui habet treis breueis, sed spatio par, non syllabis: aut etiam *dactylus*, qui est è longa, & duabus breuibus, si est proximus à postremo, parum volubiliter peruenit ad extremum, si est extremus choreus, aut spondeus. nunquam enim interest vter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes malè concludunt, siquis eorum in extremo locatus est, nisi cùm pro cretico postremus est dactylus. nihil enim interest, dactylus sit extremus, an creticus: quia postrema syllaba, breuis, an longa sit, ne in versu quidem refert. Quare etiam pæna[a] qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum: quoniam [b] nihil ad rem est, postrema quàm longa sit. Iam *pæan*, quòd plures habeat syllabas, quàm treis, numerus à quibusdam, non pes habetur. Est qui dem vt inter omneis constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, vnus aptissimus orationi vel orsenti, vel mediæ: putant illi etiam cadenti: quo loco mihi videtur aptior Creticus. *Dochimus* autẽ è quinque syllabis, breui, duabus lõgis, breui, lõga, vt est hoc, Amicos senes: quouis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit. His igitur tot commutationibus támque variis si vtemur: nec deprehendetur manifestò, quid à nobis de industria fiat, & occurretur satietati. 44 ¶ Et quia *non numero solùm numerosa oratio, sed & compositione fit, & genere*, (quod antè dictum est,) concinnitatis: compositione [c] potest intelligi, cùm ita structa verba sunt, vt numerus non quæsitus, sed ipse secutus esse videatur: vt apud Crassium, *Nam vbi lubido dominatur, innocentiæ leue præsidium est.* Ordo enim verborũ efficit numerũ sine vlla aperta oratoris industria. Itaque si [d] quæ veteres illi (Herodotum dico, & Thucydidem, totámque eam ætatem) aptè numerosèque dixerunt: ea non numero quæsito, sed verborum collocatione ceciderunt. Formæ verò quædam sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, vt sequatur numerus necesse sariò. Nam cùm aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut, quæ similiter cadunt verba, verbis comparantur: quidquid ita concluditur, plerunque fit vt numerosè cadat. quo de genere cum exemplis suprà diximus, vt hæc quoque copia facultatẽ afferat, non semper eodem modo desinendi. nec tamen hæc ita sunt arcta [e], & adstricta, vt fea, cùm velimus laxare, nequeamus. Multũ interest, vtrùm numerosa sit, id est, similis numerorum, an planè è numeris constet oratio, alterum si fit[g], intolerabile vitium est: alterum nisi fit, dissipata, & inculta, & fluẽs est oratio. 45 ¶ Sed quoniam non modò non frequenter, verùm etiam ratiõ in veris causis, aut forensibus circumscriptè numeroséque dicendum est: sequi videtur, vt videamus: *quæ sint illa, qua suprà dixi incisa, quæ membra.* Hæc enim in veris causis maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus, & plena comprehensio è quatuor ferè partibus, quæ membra dicimus, vt & aureis impleat, & ne breuior sit, quàm satis sit, neque [h] longior. quamquam vtrumque nonnumquam, vel potius sæpe accidit, vt aut citiùs insistendum sit, aut longiùs procedendum, ne breuitas defraudasse [i] aureis videatur, néue longitudo obtudisse. Sed habeo mediocritatis rationem. nec enim loquor de versu, & est liberior aliquanto oratio. E quattuor igitur, quasi hexametrorum instar versuum quod [k] sit, constat ferè plena cõprehensio. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu cõiungimus. Sin[m] membratim volumus dicere, insistimus: idque cùm opus est, ab isto cursu inuidioso facilè nos, & sæpe desiungimus. Sed nihil tã debet esse numerosum, quã hoc, quod minimè appãret, & valet plurimũ

a *al.* pæona
b L. quoniã nihil ad rẽ, postr. quam *fort.* quoniam nihil ad rẽ, postrema, breuis, an longa sit.
c L. compositio potest intell.
d *al.* si quæ vet.
e *vt.* arta, f L. vt ea, cũ velimus, laxare nequeamus.
g *al.* si fit. *al.* nisi fit.*
h *al.* non longior.
i *al.* defraudasse aureis vid. *fort.* aureis defraud. vid. ‖Defraudare etiam dixit Nonius.*
k *al.* quæ sint.* l L. His in singul. ver.
m L. Sin membratim nolumus d.

a *al. legẽdum* vidimus.*
b Numerosa actio quot modis commutanda.*
c id est, finitur & terminatur.*
d L. ambitus pedibus pluribus,
e L. dein membratim ternis. Tu dicere.
f Primùm membrum constans spõdeo, tribrachy. & spondeo.*
g Alterum membrum, constans spõdeo Iambo, dactylo.*
h L. Hæc item membratim quaternis. pòst clausula ambitus, Quic. eam v. ab omn. esse ei pœn. persolutas. persolutas dichoreus.
i Primum membrum cõstans, spõdeo, iambo, Anapæsto. spondeo.*
k Secundum membrum constãs iambo, anapæsto, iambo, spondeo.*
l In hac voce quæ orationem eam claudit continetur dichoreus.*
m *al.* Pæon.
n L. etsi enim, quod est
o L. paucitatem enim syllabarum gr.
p L. aut par trochæus, qui &c.

Ex hoc genere illud est Crassi, Missos faciant patronos: ipsi prodeant. Nisi interuallo dixisset, ipsi prodeat, sensisset profectò effugisse[a] senatum: omnino melius caderet, prodeant ipsi. Sed de genere nunc disputo. Cur clādestinis consiliis nos oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparāt contra nos? Prima sunt illa duo, quæ κώμματα Græci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, κῶλον illi, nos membrum. Sequitur non longa, ex[b] duobus enim versibus, id est, membris, perfecta comprehensio est, & in spondeos cadit: & Crassus quidem sic plerumque dicebat: idque ipse genus dicendi maximè probo. Sed quæ incisim, aut membratim efferuntur, ea vel aptissimè cadere debēt: vt est apud me: Domus tibi deerat? at habebas, pecunia superabat? at egebas. Hæc incisè dicta sunt quattuor. At membratim, quæ sequuntur, duo, Incurristi amens in columnas: in alienos insanus insanisti. Deinde omnia, tanquam crepidine quadam, comprehensione longiore sustinētur, Depressam, cæcam, iacentem domum pluris, quàm te, & quàm fortunas tuas æstimasti. dichoreo[c] finitur. At disposito proximum illud, nam in iis, quibus, vt pugiunculis, vti oportet, breuitas facit ipsa liberiores pedes. Sæpe enim singulis vtendum est, plerūque binis, & vtrisque addi pedis pars potest, non ferè ternis amplius. Incisim autem, & membratim tractata oratio in veris causis plurimùm valet, maximéq. his locis, cùm aut arguas, aut refellas: vt nostra in Corneliana secūda, O callidos homines, ô rē excogitatam, ô ingenia metuenda! Membratim adhuc: deinde[f] cæsim diximus. Rursus mēbratim, Testes dare volumus. Extrema sequitur comprehēsio, sed ex duobus membris, qua non potest esse breuior, Quem, quęso, nostrūm fefellit, ita vos esse facturos? Nec vllum genus est dicendi aut melius, aut[g] fortius, binis, aut ternis ferire verbis, nonnūquam singulis, paullo aliàs pluribus: inter[h] quas varias clausulas interponit se rarò numerosa cōprehensio, quam peruersè fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum pænè Demosthenem, saltat, incīdens particulas, & is quidem non minùs sententiis peccat, quàm verbis: vt non quærat, quem appellet ineptum, qui illum cognouerit[i]. Sed ego illa Crassi, & nostra posui, vt qui vellet, auribus ipsis, quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. 46 ¶ Et, quoniam plura de numerosa oratione diximus, quàm quisquam ante nos, nunc *de*[k] *eius generis vtilitate dicemus*. Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minimè omnium ignoras) pulcrè, & oratoriè dicere, nisi optimis sentētiis, verbísque lectissimè[m] dicere. Et nec sententia vlla est, quæ fructum oratori ferat, nisi aptè expositа, atque absolutè: nec verborum lumen appāret, nisi diligenter collocatorum: & horū vtrumque numerus illustrat. Numerus autem (sæpe enim hoc testandū est) non modò non poeticè iunctus, verùm etiam fugiens illum, eique omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri non modò oratorum, & poetarum, verùm omnino loquentium, denique etiam sonātium omnium, quæ metiri auribus possumus: sed ordo[n] pedum facit, vt id, quod pronuntiatur, aut orationis, aut poematis simile videatur. Hanc igitur siue compositionem, siue perfectionē, siue numerum vocari placet[a], & adhibere necesse est, si ornatè velis dicere, non solùm, (quod ait Aristoteles & Theophrastus) ne infinitè feratur, vt flumen, oratio, quæ nō aut spiritu pronuntiantis, aut[b] interductu librarij, sed numero coacta debet insistere: verumetiam quòd multo maiorē habent apta vim, quàm soluta. Vt enim athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitandō facere cautè, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habear palæstram quandam: vt, quidquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam, idem ad adspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit[c] apta: nec satis tectè declinat impetum, nisi etiā in cedēdo, quid deceat, intelligit. Itaque, qualis eorum motus, quos ἀπαλαίστους Græci vocāt, talis horum mihi videtur oratio, qui nō claudunt numeris sententias[d]: tantúmque abest, ne, quod ij, qui hoc aut magistrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fuga nō sunt assecuti, solent dicere, eneruetur oratio compositione verborum, aut aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit. Sed magnam exercitationem res flagitat, nequid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt, simile[e] facia mus, ne aut verba traiiciamus apertè, quo me liūs aut cadat, aut voluatur oratio. Quod se L.[f] Cælius Antipater in procœmio belli Punici, nisi necessariò facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celat[g]: sapientē, qui seruiendum necessitati putet. Sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo, atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur. nihil est enim necesse: &, si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidē, qui hanc à Lælio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit, & vtitur ea traiectione verborum, & nihilo tamen aptiùs explet, concludítque sententias. Apud alios autem, & Asiaticos maximè, numero seruienteis, inculcata reperias[h] inania quædam verba, quasi complemēta inumerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab Hegesia maximè fluxit, infringendis, cōcidendísque numeris in quoddam genus abiectum incidant. Siculorum simillimum. Tertium est, in quo fuerūt fratres illi, Asiaticorum rhetorum principes, Hierocles, & Menecles, minimè mea[k] sententia contēnendi. Etsi enim à forma veritatis, & ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium cōpensant vel facultate, vel copia: sed apud eos varietas non erat, quòd omnia ferè cōcludebantur vno modo: quæ vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum intelligatur, neque inferciens verba, quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens, concīdat, delumbétque sententias, nec sine vlla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum: is omnia ferè vitia vitauerit. nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicuè vitia cōtraria. Quātum autem sit aptè dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissoluas permutatione verborū. corrumpatur[l] enim tota res, vt & hæc nostra in Corneliana, & deinceps omnia. Neque me diuitiæ mouēt, quibus omneis Africanos, & Lælios multi venalitij[m], mercatoréque superarunt. Immuta paullum, vt sit, multi superarunt mercatores, venalitiíque: perierit tota res: Et quæ sequuntur, Neque vestis, aut cælatum au-

[a] *al.* excidisse senat. *al.* se effudisse senat. *al.* effluxisse senat.

[b] L. (ex duobus enim mēbris perfecta est) comprehensio: & in sp.

[c] *al.* suppetebat.*

[d] L. Deinde omnis, tanq. crepid. quad. comprehensio longior sustinetur, e L. & dichoreo finitur. ‖ *al.* dichoreū que finitur *al.* dichoreo enim finitur.*

[f] *al.* deinde cæsim: diximus. Rursus.

[g] L. aut fortius, quàm binis, aut t.

[h] L. inter quæ

[i] *al.* cognorit.

[k] De numerosa orationis vtilitate.*

[l] Pulchrè & oratoriè dicere.*

[m] P. S. in L. lectissimè d.

[n] Ordo pedū quid essiciat.*

[a] L. placet, adhib.

[b] *fort.* aut interpunctu

[c] L. fuit

[d] *al.* sententiam:

[e] L. simile facimus, vt verba traiic.

[f] L. I. Cæsi

[g] L. celet

[h] *al.* reperies

[i] συμπλημμάτα.

[k] *al.* mea quidem sententia,

[l] L. corrumpetur

[m] *al.* venalitiarij, *vt sint mangones seruorum, non seruij ipsi.**

tum aurum,& argentum,quo noſtros veteres Marcellos,Maximóſque multi eunuchi è Syria,Ægyptóque vicerunt. Verba permuta ſic, vt ſit, Vicerunt eunuchi è Syria, Ægyptóque: Adde tertium. Neque verò ornamenta iſta villarum,quibus Lucium[a] Paullũ,& L.Mummium,qui rebus his vrbem, Italiámque omnem referſerunt, ab aliquo video perfacilè Deliaco,aut Syro potuiſſe ſuperari:Fac ita,potuiſſe ſuperari ab aliquo Syro,aut Deliaco:Vidéſne,vt ordine verborum paullum commutato,iiſdem[b] verbis,ſtante ſententia,ad nihilum omnia recidant, cùm ſint ex aptis diſſoluta? aut ſi alicuius inconditi arripias diſſipatam aliquam ſentẽtiam,eámque,ordine verborum paullum commutato,in quadrum redigas,efficiatur aptum illud,quod fuerit[c] antea diffluens,ac ſolutum.Agè, ſume de Gracchi apud cenſores illud, Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit,probos improbare, qui improbos probet.Quanto aptius,ſi ita dixiſſet,quin eiuſdẽ hominis ſit, qui improbos probet probos improbare?Hoc modo dicere nemodvmquá noluit:nemóque potuit, quin dixerit.Qui autem aliter dixerũt,hoc aſſequi non potuerunt: ita facti ſunt repentè Attici. quaſi verò Trallianus fuerit Demoſthenes: cuius non tam vibrarent fulmina illa,niſi numeris contorta ferrentur. Sed ſiquos magis delectant ſoluta,ſequantur[e] ea. Sanè modo ſi quis Phidiæ[f] clypeum diſſoluerit,collocationis vnà uerſam ſpeciem ſuſtulerit, nõ ſingulorum operum venuſtatem:vt in Thucydide,orbem modò orationis deſidero,ornamẽta cõparent.Iſti autem cùm diſſoluunt orationem in qua nec res,nec verbum vllum eſt,niſi abiectum:non clypeum,ſed,vt in prouerbio eſt (etſi humilius dictum eſt, tamen[g] ſimile eſt) ſcopas(vt ita dicam)mihi videntur diſſoluere,atque,vt planè genus hoc,quod ego laudo contemſiſſe videantur,aut ſcribãt aliquid vel Iſocrateo more,vel quo Æſchines,aut Demoſthenes vtitur: tum illos exiſtimabo non deſperatione formidauiſſe[a] genus hoc,ſed iudicio refugiſſe: aut reperiam,ipſa eadem conditione qui vti velit, vt aut dicat, aut ſcribat vtra voles lingua,eo genere, quo illi volunt. facilius eſt enim apta diſſoluere, quàm diſſipata connectere. Res autem ſe ſic habet, (vt breuiſſimè dicam quod ſentio) *compoſitè,& aptè, ſine ſententiis dicere, infania eſt: ſententioſè autem ſine verborum & ordine,& modo, infantia eſt* ſed eiuſmodi tamen infantia,vt ea qui vtantur,non ſtulti homines haberi poſſint, etiam plerunque prudentes:quo qui eſt contentus, vtatur. Eloquens verò, qui non approbationes ſolùm,ſed admirationes,clamores, plauſus,ſi liceat,mouere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, vt ei turpe ſit, quidquam aut ſpectari,aut audiri libentiùs. 47[h] Habes *meum de oratore,Brute, iudicium:* quod aut ſequêre, ſi probaueris: aut tuo ſtabis, ſi aliud quoddam eſt tuum: in quo neque pugnabo tecum; neque hoc meum, de quo tantopere hoc libro aſſeueraui, vnquam affirmabo eſſe verius, quàm tuum. Poteſt enim non ſolùm aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliud aliàs videri. Nec in hac modò re,quæ ad vulgi aſſenſum ſpectat,& ad aurium voluptatem:quę duo ſunt ad iudicandum leuiſſima:ſed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inueni firmius quod tenerẽ, aut quò iudicium meum dirigerẽ,quàm[b] id, quodcumque mihi quàm ſimillimum veri videretur, cùm ipſum illud verum in occulto lateret. Tu autem velim, ſi tibi ea, quæ diſputata ſunt, minùs probabuntur, vt aut maius opus inſtitutum putes,quàm effici potuerit,aut, dum tibi reganti voluerim obſequi,verecundia negãdi,ſcribendi me impudentiam ſuſcepiſſe.

a L.I.Paullum.

b L. iiſdem tamen v.

c L. fuerat

d *al.* nemo vnquam voluit, nemóque.

e L. ſequantur ea ſanè, modò cetera laudare poſſim: vt ſi quis Ph

f adde 2.de oratore & 8. Valer. 11. vbi refert Phidiã Clypeo Mineruæ ſuã effigiem incluſiſſe qua conuulſa, tota operis colliga-

P. 8. tio ſolueretur, adde 1. Tuſculan.*

g L. tamen conſimile eſt.

a L.reformidauiſſe genus. *al.* reformidaſſe gen.

b *al.* quàm illud q.



P. 221.

M. TVLLII CICERONIS

AD[c] C. TREBATIVM[d],

TOPICA.[e]

c *al.* Ad C. Trebatium, Iuriſconſultum,

d Trebatij plura vide 4. epiſt.1.& 7. epiſtol.5.*

e Horum meminit 7. familiar.15.*

Synopſis Topicôn Ciceronis.

De Topicis, ſeu de diſciplina inueniendorum argumentorum, & ratione differendi ad C.Trebatium ſcribit. 2 Cuius partes, Iudicium (quæ & Dialectice) & Inuentio (quæ & Topice) quæ locos & ſedes in quibus argumenta incluſa ſunt, ſeu è quibus argumenta promi poſſunt, eruimus. 3 Eſt enim nihil aliud locus, quàm argumenti ſedes. Argumentum verò, ratio quæ rei dubiæ facit fidem. 4 Locorum autem alij hærent in ipſo, de quo agitur, alij aſſumuntur extrinſecus. 5 In ipſo, inquam, de quo agitur, vt quia totum, pars, nota, affectum rei: Extrinſecus, quòd abſint à re, longèque remota ſunt. 6 De his autem quæ in ipſo de quo agitur inhærent, *generaliter hoc ſtatuitur, Locos totius definitione, 7 partium enumeratione, 8 notatione, 9 rebus affectis explicari: 10 putà Coniugatis, 11 genere. 12 generis forma, 13 ſimilitudine, 14 differentia, 15 contraria, 16 adiunctis, 17 Antecedentibus, 18 Conſequentibus, 19 repugnãtibus, 20 Efficientibus cauſis, 21 effectis, vt comparatione maioris, minoris, paris. 22 Extrinſecus verò loci ſunt ex auctoritate: 23 Specia-*

tim verò alio afferri possunt. 25 De definitione rerum corporalium & incorporalium. 26 quæ ex partitione, ex diuisione (quarum inter se differentia est) & translatione sumuntur. 27 Notatione, seu vi nominis & etymologia, seu verilogio, vel symbolo rei, 28 Ex rebus quodammodo affectis, 29 putà coniugatione seu συζυγία. 30 genere, 31 similitudine & exemplis, 32 differentia. 33 Contrario (Contrariorum autem alia aduersa, priuantia, relata, negantia) 34 Adiunctis, quæ scilicet antè rem, cum re, post rem euenire plerumq. solent. 35 A Consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, quæ semper ac necessariò talia sunt (hîc autem nonnulla de septem concludendi modis interserit Cicero) 36 Efficientibus causis, quarum aliæ vi sua efficiunt: aliæ tales, vt sine eis non possit effici. Harum rursus aliæ quietæ, nihil agentes, ac solitariæ, vt locus, tempus, materia, ferramenta, & similia: aliæ præcurrentes adiuuant non necessariò: sic congressio amorem, amor flagitium præcedere solet. Huius generis est etiam fatum) Ad hæc efficientium aliæ efficiunt nullare adiuuante, aliæ adiuuari volunt. Aliæ sine appetitione, voluntate, & opinione: aliæ voluntate, perturbatione, habitu, natura, arte, casu agunt. Harũ quibusdã (putà naturæ & arti) constantia inest: aliis non inest: idque vel perspicuè (quia ab appetitione & iudicio) vel latenter, vt quia à fortuna, 37 Effectis, 38 Comparatione maiorum, minorum, parium quibus spectatur numerus, species, vis, affectio. 39. 40. 41 Extrinsecus autem argumenta ducuntur à Testimonio: quorum autoritas vel à tempore (hoc est, ingenio, opibus, ætate fortuna, arte, vsu, necessitate, corpori, (idque tormẽtis.) vel animo illata (cuius generis dolor, cupiditas, iracundia, metus, inertia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania, concursio fortuitorum fama.) vel à virtute, idq. vel natura (vt sunt diuina testimonia, veluti oracula, opera diuina, somnia, visa.) vel industria hominũ, seu virtutis opinione. 42 Hu expositu illud intelligendum est, omni disputationi locos occurrere, non omnes. sed quosdam, in quibus alij etiam alios aptiores. 43 Quæstionem autem aliam infinitam (quæ ἔκθεσις & propositum) aliam finitam (quæ & ὑπόθεσις & causa certa personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis definita. 44 Item quæstionem aliam esse Cognitionis (cuius fides (scientia) aliam Actionis. 45 [c] Cognitionis quæstiones, an, quid, quale sit. 47 An sit, coniectura quærimus. Idque varie, vt si quærimus sit necne, vnde sit, quale sit, & quæ sit commutatio rei. 48 Quid si investigamus definitione, notione, proprietate, diuisione, partitione, descriptione. 49 Quale sit, quærimus vel simpliciter, (idque varie, an expetendum vel fugiendum: aequum, iniquum: honestum, turpe) vel comparate, vt quid inter hoc & illud: quodnam alio magis aut minus. 50 Actionis quæstiones, alia ad officium: aliæ ad motum animi gignendum, sedandum, tollendum pertinent. 51 Locos alios aliis aptiores esse quæstionibus Cicero dixit. Nam ad quæstionẽ coniecturalem, an sit nẽne, loci ex causis effectis, coniunctis: ad definitionem seu ad quid sit, loci ex definitione, consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, adiunctis, causis, effectis: ad quæstionem quale sit, loci alij alijs aptiores. Nam in quæstione quid sit comparatè loci ex comparatione: In de expetendo, & fugiendo, loci ex cõmodis & incommodis animi, corporis, rerũ externarum: In de honesto & turpi, loci ex bonis & malis animi. In de æquo & iniquo, loci æquitatis colligendi: quæ est vel Natura (quæ licet tueri se & vlcisci) vel institutione (huius pars alia legitima, alia conuenientia, alia moru vetustate confirmata.) Rursus æquitas ad Deos, (hæc pietas) ad manes (hæc sanctitas) ad homines (hæc iustitia & æquitas nominatur. 51 Et hi quidem locis tractari potest quæstio infinita, seu θέσις. Hi autem finita seu θέσις, quæ & causa. 53 Nam causa iudicij, locis ex iure & æquo: causa deliberationis, ex vtili. Causa laudationis, locis ex honesto tractatur. Hic factum esse dicet. Ille primum factum aut futurum infitiabitur, (hæc infitialis vel coniecturalis) deinde negabit facti nomen (hæc definitiua) postremo negabit iniuria factam: & hæc iuridicialis constitutio. Huiusmodi refutatio, στάσις & status. 54 Ex quo statu efficitur contentio, quæ ἀγών seu quæ de re agitur. 55 Firmamenta autem seu continentia defensionis, ius. Negat enim reus legem id dicere (si fortè ambiguum sit scriptum) negat legislatorem, testatorem, promissorem id voluisse (vt cùm opponenda est scripto voluntas) vel scriptum scripto opponitur. 56 Et hunc quidem in modum perpetua actiones tractantur: Sunt & suis quoque locis tractanda exordia, tractanda narrationes, confirmationes, conclusiones. 57 Et hæc de locis.

a L. vel ex te
b L. Sed te à libr obsc.
c al. Aristotelea
d al. mirarus
al. demiratus.*
e al. roganti, tamen v.
f fort. iniuria fieri videretur.
g Hic locus monere videtur. Ciceronẽ Trebatio vel patrono vel iurisconsulto vtrum fuisse quod & fateri videtur 7. in epistolarũ familiarium. 11. epistola ad ipsum Trebatium.* h L. multa sæpe scripsisses.
i cauendi periculum Trebatius 7. famil. 6 10. 11. Alij legunt scripsisses.* k L. si eo grauarer,
l L. ne si mihi quidem id mihi lic.



AIORES nos res scribere ingressos, C. Trebati, & iis libris, quos breui tempore satis multos edidimus, digniores, è cursu ipso reuocauit voluntas tua. Cùm enim mecum in Tusculano esses, & in bibliotheca separatim vterque nostrûm ad suum studium libellos, quos vellet, euolueret, incidisti in Aristotelis *Topica* quædam, quæ sunt ab illo pluribus libris [a] explicata. Qua inscriptione commotus, continuò à me eorum librorum sententiam requisisti. Quam tibi cùm exposuissem, disciplinam inueniendorum argumẽtorum, vbi sine vllo errore ad eam rationẽ, via peruenire mus ab Aristotele inuenta, libris illis cõtineri: verecundè tu quidem, vt omnia, sed tamen vt facilè cernerè te ardere studio, mecum, vt tibi illa traderem, egisti. Cùm autem ego te non tã vitandi laboris mei causa, quã quòd interesse tua arbitrarer, vel vt eos per te ipse legeres, vel vt totam rationem à doctissimo quodam rhetore acciperes, hortatus essem: vtrumque, vt [a] à te audiebã, es expertus. Sed [b] à libris te obscuritas reiecit. Rhetor autẽ ille magnus, vt opinor. Aristotelica [c] se ignorare respondit. Quod quidem minimè sum admiratus [d], eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis, præter admodum paucos, ignoretur. Quibus eo minùs ignoscendum est, quòd non modò rebus iis, quæ ab illo dictæ, & inuẽtæ sunt, allici debuerunt: sed dicẽdi quoque incredibili quadam cùm copia, tum etiam suauitate. Non potui igitur tibi, sæpius hoc roganti [e], & tamen verenti, ne mihi grauis esses, (facilè enim id cernebam) debere diutius, ne ipsi iuris interpreti fieri [f] videretur iniuria. Etenim cùm tu mihi s, meisque multa sæpe causisses [i], veritus sum, ne, si ego grauarer, aut ingratum id, aut superbũ videretur. Sed dũ fuimus vnà, tu optimus es testis, quàm fuerim sæpe occupatus. Vt autẽ à te discessi, in Græciã proficiscẽs, cũ opera mea nec respub. nec amici vterẽtur, nec honestè inter arma versari posse, nec [l] si tutò id quidẽ mihi licerer: vt veni Veliã, tuáq., & tuos vidi, admonitus huius tis alieni, nolui deesse ne

a hæc vel libris quibusdã deest.*

b L. vt sine vllo errore ad eam rationẽ, & via c al. ad ea scilicet argumenta.* d L. quã quia

se ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Itaque hæc, cùm mecum libros non haberem, memoria repetita, in ipsa nauigatione conscripsi, tibique ex itinere misi: vt mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, etsi admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. Sed iam tempus est ad id, quod instituimus, accedere. ¶ CVM omnis ratio diligens dissereendi duas habeat parteis [a]: vnam inueniendi, alteram iudicandi: vtriusque princeps, vt mihi quidem videtur, Aristoteles fuit. Stoici autem in altera elaborauerunt[b]. Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt, ea [c] scientia, quam dialecticen appellant. Inueniendi verò artem, quæ topice dicitur, quæque ad vsum potior erat, & ordine naturæ certè prior, totam reliquerunt. Nos autem, quoniam in vtraque summa vtilitas est, & vtramque, si erit otium, persequi cogitamus, ab ea, quæ prior est, ordiemur. Vt igitur earum rerum, quæ absconditæ sunt, demonstrato, & notato loco, facilis inuentio est: sic, cùm perueſtigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus. Sic enim appellatæ ab Aristotele sunt hæ [d] quasi sedes è quibus argumenta promuntur. 3 ¶ Itaque licet definire [e], Locum esse argumenti sedem: Argumentum [g] autem, rationem, quæ rei dubiæ faciat fidem. 4 ¶ Sed ex his locis, in quibus argumenta inclusa sunt, a iis in eo ipso, de quo agitur hærent: alij assumuntur extrinsecus. 5 ¶ In ipso, illum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex his rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur. Extrinsecus autem ea dicuntur, quæ absunt, longéque disiuncta sunt.

6 ¶ Sed ad id totum, de quo disseritur, tum *definitio* adhibetur, quæ quasi inuolutum euoluit id, de quo quæritur, eius argumenti talis est forma. Iustus [i] ciuile est, æquitas constituta iis, qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas: eius autem æquitatis vtilis est cognitio: vtilis est ergo iuris ciuilis scientia. 7 ¶ Tū partium *enumeratio*, quę tractatur hoc modo [m]: Si neque censu [n], neque vindicta [o], neque testamento [p] liber factus est, non est liber. neque est vlla earum rerum: non est igitur liber [q]. 8 ¶ Tū notatio [r], cùm ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo: cùm [u] lex Ælia Sentia assiduo [x] vindicem [y] assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti. Locuples enim est assiduus, vt ait Ælius, appellatus ab [z] ære dando. 9 ¶ Ducuntur etiani argumenta ex iis rebus, quæ quodammodo *affectæ* sunt ad id de quo quæritur. Sed hoc genus in plureis par teis distributum est. Nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex formula [b], alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adiunctis, alia ex anteceden tibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorum. 10 ¶ *Coniugata* dicuntur, quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab vno variè commutantur, vt sapiens, sapienter, sapientia. hæc verborum coniugatio συζυγία dicitur, ex qua huiusmodi est argumentum: Si compascuus ager est, ius est compascere [c]. *A genere* sic dicitur: Quoniam argentum domne mulieri legatum est, non potest ea pecunia, quæ numerata domi relicta est, non esse legata. Forma enim à genere, quoad suum nomen retinet, nunquam seiungitur. Numerata autem pecunia nomen argenti retinet. legata igitur videtur. 12 *A forma* generis quam interdum, quòd planiùs accipiatur, partem licet nominare, hoc modo: Si ita Fabię pecunia legata est à viro, si eiſ viro materfamiliâs esset: si ea in manum non conuenerat, nihil debetur. Genus [s] est. vxor, eius duæ [k] formæ: vna matrumfamiliâs, earum [k], quæ in [l] manum conuenerunt: altera, earum, quæ tantummodò vxores habentur. Quà in parte cùm fuerit Fabia, legatū ei non videtur. 13 ¶ A similitudine, hoc modo: Si [m] ædes [n] corruerunt, vitiúmve fecerunt, quarum vsusfructus legatus est, heres restituere [o] non debet, nec reficere, non magis quàm seruum restituere. si is, cuius vsusfructus legatus est, deperisset [p]. 14 ¶ *A differentia*: non [q], si vxori vir legauit omne argentum, quod [r] suũ esset: idcircò, quæ in nominibus fuerunt, legata sunt. Multum enim differt, in arcáne positum sit argentum, an in tabulis debeatur [s]. 15 ¶ *Ex contrario* autem, sic: Non debet ea mulier, cui vir bonorum [t] suorum vsumfructum legauit, cællis vinariis, & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere [u]. Vsus enim, nõ abusus, legatus est. Ea sunt inter se contraria. 16 ¶ *Ab adiunctis*: Si ea [y] mulier testamentum si in manum non conuenerit, hoc est, si minùs solennis vxor fuerit, aliquid legasse intelligatur. [a] *al.* Genus est enim vxor. [b] Tribus modis vxor habebatur, farreatione seu confarreatione, (id solis Pontificibus & flamini diali vsitatum. cuius contrarium, diffarreatio, *vide* Festum in Diffarreatio & in Flaminia, vbi dixi) coemptione seu conuentione in manum, (certis id febat verbis solenni sacrificio facto, in quo panis farreus. Matresfamiliâs dicebantur, quæ ita ductæ erant, de quo dixi plenissimè ad Vlpianum titulo 9.) vsu si mulier anno cum viro fuisset. de quo vide 3. Gell. 2 Macrob. 1. Saturnal. 1. Hic autem duæ vxorũ formæ constituuntur. vna earum quę vxores matresfamiliâs: altera earum quæ tantummodo vxores, non matresfamiliâs. i Matresfamiliâs quæ dicerentur, paulò antè explicatũ. adde 1. 3 in ff. ff. de liber. exhib. l. 46. § 1. ff de verb. signif. Festum in Matersamiliâs: Nonium. 5 numero 82. [k] *al.* ex eæ sunt, quæ in manũ. [l] de in manum conuentione dixi paulo antè. sed & dicam infrà loco ab effectis. [m] An earum ædium, quarum vsusfructus legatus est vitium & ruinam vsufructuarius, an verò heres restituere cogatur? [n] *al.* exædæ. [o] species est legis 7. §. 2. ff. de vsufructu. [p] species est legis 3. §. morte ff. quib. mod. vsufr. amit. leg. 19. ff. de vsufructu legato. [q] An qui omne argentum: quod suum fit legauerit, id quoque argentum, quod in nominibus debebatur, legasse videatur? [r] species est legis 17. §. 2. ff. de auro & argento legato. [s] *al.* pareat. *Ita loquutus Cicero Philip. 2. Cpro Quintio.* [t] An bonorum vsufructu legato, pecus quoque vsusfructus legatus censeatur, id est vsusfructus earũ rerum quæ vsu consumi solent, quarum est abusus non tantum vsus. [u] *al.* cellis. [x] vide Theophilum §. 2. Inst. de vsufructu. l. 1. l. 7. ff. de vsufructu earum rerum. [y] An ex testamento mulieris, quæ se nunquam capite deminuit, (hoc est, quæ à tutoris potestate non recessit, quæ marito nec dũ in ma-

[a] *v. c.* partis. [b] L. elaborarunt. [c] L. eámque scientiã, dialecticam ap. ‖ *al.* eámque scientiam criticen appellant.* [d] L. eæ quasi.* [e] *fort.* definire locum, esse arg.* [f] Locus Aristoteli, maximæ propositiones Ciceroni, ea quæ continent maximarum propositionum differentias. *Boetius.** [g] Hæc argumenti definitio constat genere & duabus differentiis, quibus Ratio, differentiæ, fidem facere & quidem rei dubiæ. vt & hinc quoque discamus, sensus non esse proprię argumenta. faciunt enim fidem sine ratione, & quidem rei certæ.* [h] scilicet de quo agitur.* [i] L. tum ex notatione. [k] L. ea ducũtur. [l] Iuris ciuilis scientiam vtilem esse probatur loco ex definitione sumpto. Cæterum ad definitionis huius ciuilis §. 1. & 2. Inst. de iure naturali: l. 6. 7. 8 ff. de Iust. & iur.* [m] Serum enumeratione probamus. * [n] Censu manumittebantur, qui lustrali censu (lustrum spatium est quinquennij Romæ, iussu dominorũ inter ciues Romanos censum profitebantur. adde 1. Vlpianum tit. 1. §. 8. & ad Theophilum Inst. de libertinis. §. 4. vers. τὸ δὲ censu. in huius locum posset succedere manumissio quæ in Ecclesiis fieri solita est, dixi ad l. 1. Cod. de his qui in Eccles. manumitt. adde Gaium 1. tit. 3 §. 2.* [o] de vindicta manumissione, scripsi ff. de manumissis vindicta. & Cod. de vindicta libertate: & Theophil. Inst. de libertinis. §. 4. vers. καὶ διὰ δίκτης: Vlp. 1. §. vindicta.* [p] *al.* neque.* [q] vide titul. Cod. de testamentaria manumissione. & ff. de manumissis testamento. Theophil. 1. 6. titul. vers. τεσταμέντῳ. Vlp. d. tit. §. 9.* [r] *fort.* non est autẽ vlla earum rerum.* [s] hoc est eius Romanus. His enim cẽsu, vindicta, testamento ve ciues fiebant. Vlp. 1. §. 6. 1. Gai. 1. §. 2. Latini verò aliis modis, per epistolam, inter amicos, continuj adhibitione. Gaius ibidem. §. 3. Quin libertas, non modò per aliam quamlibet voluntatẽ, sed & aliis modis competere potest. §. 1. Inst. de libertinis. Hoc ideo adscripsi ne ab insufficiente partium enumeratione argumentum hic ducatur.* [t] Notatio nominis est interpretatio. nominis. n. proprium, quod esse debet, locupletẽ, &c. Et vero apud Gel. 16. c. 10. quod sequitur, legi XII. Tabularum tribuitur, non legi Ælię Sentię. * [x] Si vindex assiduus assiduo esse debet, certè, locuples locupleti vindex esse debet: idem enim locuples & assiduus.* [y] Vindicẽ hic appellat, procuratorem, assertorem. Vt sit sensus, Eum qui assiduus sit & locuples, locupletem dare cogit adsertorem, si in seruitute petatur. Nam proletarius seu pauper, quemcunque adsertorem dare poterat. Porro de adsertoribus dixi ad Titul. Cod. de adsertione tollenda.

[a] *al.* assiduus ab asse enim dicitur: malè autem apud Festum Adiduus: adde 16. Gell. 10. Nonium c. 1. in Proletarij. Isidorum. 10.

[b] *al.* ex forma nam & paulò post, forma generis dicitur, non formula.

[c] Compascuus ager Festo & Isidoro 15. l. penultima ff. si seruitus, dicitur in quo vicinis ius est communiter pascendi. P. CCXXII. d Omni argẽto legato, etiam pecuniam numeratam contineri putat Cicero, quod tamen iurisconsultus negat l. 27. §. 1. & l. 19. ff. de auro & argento legato. l. 78 §. 4. ff. de legat. 3. Paul. 3. sententiarum. 6. §. 88.*

[e] L. *Hæc totum* quò planius accipiatur, *non agnoscit, nec habent alij quos editiones neque V. C.**

[f] *Quæsio in id revoluitur*, vt sciatur, An qui vt matri familiâs, id est, vt vxori solenniter ductæ quid legauerit ei,

sum & poteſtatem conuenit. hoc enim modo capit, id eſt, ſua mulieris minuebatur, ſeu mutabatur. Vlpianus 21.§.13. Boetius hic bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas (hoc quid ſit, vide Inſt. & ff. de bonorum poſſeſſ.) datur, Non datur? Nam ſi daretur, ſequeretur & illud, Dari bonorū poſſeſſionem teſtamento ſerui, exulis, puerili, quod iure non ſit, cùm huiuſmodi perſonæ teſtari non poſſint.

fecit, quæ ſe capite nunquam diminuit [a], non videtur ex edicto prætoris ſecundum eas tabulas poſſeſſio dari. adiungitur enim, vt ſecundum ſeruorum, ſecundum exſulum, ſecundum puerulorum[b] tabulas poſſeſſio videatur ex edicto dari. 16 ¶ *Ab antecedentibus* autem, & conſequentibus, & repugnantibus, hoc modo: Ab antecedentibus, Si [c] viri culpa factum eſt diuortium [d], etſi mulier nuntium remiſit, tamen [e] pro liberis manere nihil oportet. 18 ¶ *A conſequentibus*: Si [f] mulier, cùm fuiſſet nupta cum eo, qui cum connubium [g] non eſſet, nuntium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro libetis manere nihil oportet. 19 ¶ *A repugnantibus*: Si [h] paterfamiliâs vxori ancillarum vſumfructum legauit à filio, neque à ſecundo herede leganit: mortuo filio mulier vſumfructum non amittet. Quod enim ſemel teſtamento alicui datum eſt, id ab eo inuito, cui datum eſt, auferri non poteſt. repugnat enim rectè accipere, & inuitum reddere. 20 ¶ *Ab efficientibus cauſis*, hoc modo: Omnibus eſt ius parietem directum ad parietem communem adiungere, vel ſolidum, vel fornicatum. At ſi quis [i] in pariete communi demoliendo damni [k] infecti promiſerit: non debebit præſtare quod fornix vitij fecerit. Non enim eius vitio, qui demolitus eſt, damnum factum eſt, ſed eius operis vitio, quod ita ædificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit. 21 ¶ *Ab effectis* rebus, hoc modo: cùm [m] mulier viro in manum conuenit, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. 22 ¶ *Ex comparatione* autem omnia valent, quæ ſunt eiuſmodi: Quod in re *maiore* valet, valeat in minore: vt ſi in vrbe fines [n] non reguntur, neque aqua in vrbe arceatur. Item contrà: Quod in *minore* [o] valet, valeat in maiore. licet idem exemplum conuertere. Item: Quod in re *pari* valet, valeat in hac, quæ par eſt: vt, quoniam vſus [p] auctoritas fundi, biennium [q] eſt, ſit etiam ædium. At in lege ædes non appellantur, & [r] ſunt ceterarum omnium, quarum annuus eſt vſus, valeat æquitas, quæ paribus in cauſis paria iura deſiderat. 23 ¶ Quæ autem *extrinſecus aſſumuntur*, ea maximè ex auctoritate ducuntur. Itaq. Græci taleis argumentationes, ἀτέχνους vocant, id eſt, artis experteis: vt, ſi ita reſpondeas, Quoniam P. Scæuola [a] id ſolum eſſe ambitus [b] ædium dixerit. quod [c] parietis communis tegendi cauſa tectum proiiceretur, ex [d] quo in tectum eius, ædeis qui protexiſſet, aqua defluéret, id tibi ius videri. 24 ¶ His igitur locis, qui ſunt expoſiti, ad omne argumentum reperiendum, tanquam elementis quibuſdam ſignificatio, & demonſtratio datur. Vtrùm igitur hactenus ſatis eſt? tibi quidem tam acuto, & tam occupato, puto. Sed, quoniam auidum hominem ad has diſcendi epulas recepi, ſic accipiam, vt reliquiarum ſit potius aliquid, quàm te hinc patiar non ſatiatum diſcedere. Quando ergo vnuſquiſque eorum locorum, quos expoſui, ſua quædam membra habet, ea quàm ſubtiliſſimè perſequamur, & primùm de ipſa definitione dicatur.

25 ¶ *Definitio*, eſt oratio, quæ id, quod definitur, explicat, quid ſit. Definitionum autem duo ſunt genera prima. Vnum earum rerum, quæ ſunt: alterum earum, quæ intelliguntur. Eſſe [e] ea dico, quæ cerni tangíue poſſunt, vt fundum, ædeis, parietem, ſtillicidium, mancipium, pecudem, ſuppellectilem, penus, cetera, quo ex genere quædam interdum nobis [f] definienda ſunt. Non eſſe [g] rurſus ea dico, quæ tangi, demonſtrariue non poſſunt, cerni tamen animo, atque intelligi poſſunt: vt, ſi vſucapionem, ſi tutelam, ſi gentem, ſi agnationem definias, quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus: eſt tamen quædam conformatio inſignita, & impreſſa intelligentia [h]: quam notionē voco. ea ſępe in argumentando [i] definitione explicanda ſunt.

26 ¶ Atque etiam definitiones, aliæ ſunt partitionum, aliæ diuiſionum. Partitionum, cùm res ea, quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur: vt, ſiquis iuskciuile dicat id eſſe, quod in legibus, ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtat. *Diuiſionum* autem definitio formas omneis complectitur, quæ ſub eo genere ſunt, quod definitur, hoc modo: Abalienatio [l], eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri [m] neæi, aut in iure ceſſio: inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Sunt & alia genera definitionum: ſed ad huius libri inſtitutum illa nihil pertinent: tantum eſt dicendum, qui ſit definitionis modus. Sic igitur veteres præcipiunt, cùm ſumpſeris ea, quæ ſunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, vſque eò perſequi, dum proprium efficiatur quod nullam in aliam rem transferri poſſit. Vt hoc, Hereditas [n] eſt pecunia. Commune [o] adhuc. multa enim genera ſunt pecuniæ. Adde quod ſequitur: quæ morte alicuius ad quępiam peruênit. nondū eſt definitio. multis enim modis ſine hereditate teneri mortuorum pecuniæ poſſunt. Vnum adde verbū, iure. iam à communitate res diſiuncta videbitur, vt ſit explicata definitio, ſic: Hereditas [p] eſt pecunia, quę morte alicuius ad quępiam peruênit iure. Nondum eſt ſatis: adde, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. confectum eſt. Itémque, vt illud, Gentiles [q] ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt. Non eſt ſatis. Qui ab ingenuis oriundi ſunt. Ne id quidem ſatis eſt. Quorum maiorum ne mo ſeruitutem ſeruiuit. Abeſt etiam nunc. Qui capite non ſunt diminuti [r]. Hoc fortaſſe ſatis eſt. Nihil enim vid Scæuolam [s], pontifice ma-

a *al.* deminuit.*
b *al.* puerorum.*
c Retenrio- P. B. nes ex dote fiunt propter liberos ſi cui pa mulieris aut patris in cuius eſt poteſtate, diuortium factum eſt. Vlpianus titul. 6.§.9. vnic. Cod. de rei vxoriæ act. Paul. 2. ſentent. titulo de dotibus. Boetius hic. Conſtituamus, Diuortium factum à mulie re fuiſſe, hoc eſt vxorem nuntium vi- ro remiſiſſe, culpa tamen mariti. Quæritur an ſit locus retentioni ex dote? Non eſt. Etſi enim diuortium factum eſt à muliere, culpa tamen viri ac mariti factum eſt, cui diuortium pœnæ, non lucro eſſe debet. Quare illo ipſo caſu maritus nihil deducet ex dote, ſed integram dotem reſtituere cogetur.* d *al* deuortium.* e Prolibetis manere, eſt propter liberos aliquid ex dote deducere.* f Cum ſeruis nullum erat apud veteres connubium, ſed nec cum liberis, qui Latini dicebantur, & peregrinis, niſi conceſſum. *Vlpianus* 5 § 3.4.5. Connubio non ſeruenient liberi matris conditioni accedebant, hoc eſt matris conditionem ſequebantur, non patris, excepto vno caſu. *Vlp.* 5 §.8. Ponamus connubium non intercedſſiſſe, i. mulierem culpa ſua nuntium remiſiſſe, poteſne vir ex dote mulieris partem aliquam dotis propter liberos retinere, perinde ac ſi inſtum matrimonium interueniſſet, ac non connubium? non poteſt. Quì enim partem ex dote deducat maritus propter liberos, qui in poteſtate liberos non habeat?* g *al.* connub ius non eſſet. h Vſusfructus legatus ab hærede inſtituto, etſi non legatus ſit à ſubſtituto, mortuo inſtituto non amittetur.* i *forte ita legendum eſt*, parietem ſolidum ad parietem communem adiungere, vel directum vel fornicatum.* k videl 35.l.36.l.37.ff. de damno infecto.* l L. non poſſet. m Conuentionis in manum is eſt effectus, vt omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiant dotis nomine.* n ſi fines non reguntur, multo minus aqua. vide infrà in loco à ſimilitudine.* o quaſi diceret in vrbe aqua arcetur, igitur regendi ſunt in vrbe fines. p *forte* vſu auctoritas r. vt vſu auctoritas, ſic iuris firmitas quæſita vſu rei bienni, & ita dicitur vt vſucapio.* q Lex iubet vſum & auctoritatem fundi eſſe biennium. Cicero pro Cecinna. adde Inſtitut. de vſucap. §. 13. Codic. de ſeruiut. dixi ad leges xii. Tabul. titulo de vſucapioni.* r L. & ſunt ceterarum rerum, quarum annuus eſt vſus. ‖ *al.* ergo ſunt.

a L. Scæuula
b ſolum ambitus ædium dicitur, quod tecti diffuſione tegitur, non quod parietibus concluditur. Hæc cùm ita videātur Scæuolæ, quæritur quatenus in pariete cō muni proiicere mihi licet? Et ita proiicere licere dixit Scæuola, vt aquam in meum tectū excipiam, ne que vicino obſim.*
c L. quoad pa rietis comm. t.c.t.pr. ex quo tecto in eius ædeis, qui prot.
‖ Lambinus hunc locum non intellexit.*
d id eſt, dum modo, ea lege, vt, ita vt* e Res huiſmodi, corporales.*
f L. vobis.
g Incorporalia dicuntur quæ ſunt eiuſmodi. vide Inſt. de rebus corporalib.*
h *al.* intelligentiæ.
i *al.* in argumentando. de finitione *&c. non placet.*
lz Idem lege 7. ff. de iuſtitia.*
P. CCXXIV.
l Abalienatio quid.*
m Pecuniæ enim verbū latiſſimè patet l. 178. l. 222. ff. de verb. ſignif.*
n Hæreditatis definitio. adde l. 62. ff. de regul. iur.
o Gentiles qui. De gentilibus quædā dixi ad l. ſæpe 52. ff. de verb. ſignif.*
p L. deminuti.
q L. Scæuulæ,

tificem, ad hanc definitionem addidisse. Atque hæc ratio valet in vtroque genere definitionum, siue id, quod est, siue id, quod intelligitur, definiēdum est. Partitionum autem[a] & diuisionum genus quale esset, ostendimus: sed quid[b] inter se differant, planiùs dicendum est. In partitione quasi membra sunt: vt corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, & cetera. In diuisione, formæ[c] sunt, quas Græci *ἰδέας* vocant: nostri, siqui hæc fortè tractant, species appellant: non pessimè id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo[d]. Nolim enim, ne si Latinè quidem dici possit, specierum, & speciebus dicere: & sæpe his casibus vtendum est: at formis, & formarum velim. Cùm autem vtroque verbo idem significetur, commoditatem in[e] dicendo non arbitror negligendam. *Genus* & formam definiunt hoc modo: Genus, est notio ad plureis differentias pertinens. *Forma*, est notio, cuius differentia ad caput generis, & quasi fontem referri potest. *Notionem* appello, quod Græci tum *ἔννοιαν*, tum *πρόληψιν* dicunt. Ea est insita, & antè percepta cuiusque formæ cognitio, enodationis indigès. *Forma* igitur sunt hæ, in quas genus sine vllius prætermissione diuiditur: vt siquis ius in legem, morem, æquitatem diuidat. Formas qui putat idem esse, quod parteis, confundit artem: & similitudine quadam conturbatus, non satis acutè, quæ sunt secernēda, distinguit. Sæpe etiam definiunt & oratores, & poetæ per translationem verbi, ex similitudine cum quadam suauitate. Sed ego à vestris exemplis, nisi necessariò, non recedam. Solebat igitur Aquilius, collega, & familiaris meus, cùm de litoribus ageretur, quæ[f] omnia publica esse vultis, quærentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus[g], ita[h] definite, qua[i] fluctus eluderet: hoc est, quasi qui adolescentiam, florem ætatis: senectutem, occasum vitę, velit definire. Translatione vtēs discedebat à verbis propriis rerum ac suis. Quod ad definitiones attinet, hactenus: reliqua videamus. *Partitione* autem sic vtendum est, nullam vt partē relinquas, vt si partiri velis tutelas[k], insciēter facias, si vllam prætermittas. At si stipulationum, aut iudiciorum formulas partiare, non est vitiosum in re infinita prętermittere aliquid. Quod idē in diuisione vitiosum est. Formarū enim certus est numerus, quæ cuique generi subiiciantur. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio. Itaque in oratoriis artibus[m], quæstionis genere proposito, quot eius formæ sint, subiungitur absolutè: at cùm de ornamentis verborum, sententiarúmque præcipitur, quæ vocantur *σχήματα*, non fit idem. Res enim est infinitior, vt ex hoc quoque intelligatur, quod[n] velimus inter partitionem, & diuisionem intersesse. Quanquam enim vocabula propè idē valere videantur: tamen quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt. 27 ¶ Multa etiam *ex notatione* sumūtur. ea est autem, cùm ex vi nominis argumentū eiicitur: quam Græci *ἐτυμολογίαν* vocant, id est verbum ex verbo, veriloquium. Nos autem, nouitatem verbi non satis apti fugiētes, genus hoc notationem appellamus, quia[o] sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles *συμβολον* appellat, quod Latinè est nota. Sed cùm intelligitur, quid significetur, minùs laborādum est de nomine. Multa igitur in disputando notatione eliciuntur ex verbo, vt, cùm quæritur, Postliminium[a] quid sit, non dico, quæ sint postliminij. nam id caderet in diuisionem, quæ talis est: Postliminio redeunt hæc, homo, nauis,[b] mulus clitellarius,[c] equus,[d] equa, quæ frena recipere solet, sed cùm ipsius postliminij vis quæritur, & verbum ipsum notatur: in quo Seruius noster (vt opinor) nihil putat esse[e] notandum, nisi[f] post:[g] & liminium illud, productionem esse verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quàm in meditullio legitimo, æditimo, non plus inesse timum, quàm in meditullio tullium. Scæuola[h] autē, P. filius, iunctum putat esse verbū, vt sit in eo, & posth, & limē: vt, quæ à nobis alienata sunt, cùm ad hostem peruenerint, & ex suo tanquā limine exierint, deinde cùm redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. Quo in genere etiam Mancinik causa defendi potest postliminio rediisse: deditum nō esse, quoniam non sit receptus. Nam neque dedītionem, neque donationem sine acceptione intelligi posse. 28 ¶ Sequitur is locus, qui constat ex iis rebus, *que quodāmodo affecta* sunt ad id, de quo ambigitur: quem modò dixi in plureis parteis distributū. 29 ¶ Cuius primus est locus ex *coniugatione*, quam Græci *συζυγίαν* vocant, finitimus notationi, de qua modò dictum est: vt, si aquam[l] pluuiam eam modò intelligeremus, quam imbri collectam videremus: veniret Mucius, qui, quia cōiugata verba essent pluuia, & pluendo, diceret, omnem aquam oportere arceri, quæ pluendo creuisset. 30 ¶ Cùm autem *à genere* ducetur argumentum, non erit necesse id vsque à capite accessere: sæpe etiam citrà licet, dummodo suprà sit quod sumitur, quàm id, ad quod sumitur: vt aqua pluuia vltimo genere ea est, quę de cęlo veniēs crescit imbri: sed propiore loco, in quo quasi ius arcēdi cōtinetur, genus est aqua pluuia nocens: eius generis formæ, loci vitio, & manu nocēs: quarum altera iubetur[m] ab arbitro coerceri: altera nō iubetur. Commodè etiam tractatur hęc argumentatio, quæ ex genere sumitur, cùm ex toto persequare parteis, hoc modo: Si dolus[n] malus est, cùm aliud agitur, aliud simulatur: enumerare licet, quibus id modis fiat: deinde in eorum aliquem id, quod arguas dolo malo factum, includere: quod genus argumenti in primis firmum videri solet. 31 ¶ *Similitudo* sequitur, quæ latè patet: sed oratoribus[o] & philosophis magis, quàm vobis. Etsi enim omnes loci sunt omnium disputationum ad argumenta suppeditanda, tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustiùs. Itaque genera tibi nota sint: vbi autem his vtare, quæstiones ipsæ te admonebunt. Sunt enim similitudines, quæ *ex pluribus collationibus* perueniunt quò volunt, hoc modo: Si tutor fidem[p] præstare debet, si socius, si, cui mandaris, si qui fiduciam[q] acceperit: debet etiam procurator. Hęc ex pluribus perueniens quò vult, appellatur inductio: quæ[r] Græcè *παραγωγὴ* nominatur: qua plurimùm est vsus in sermonibus Socrates. Alterum similitudinis genus collatione sumitur, cùm vna res vni, par pari comparatur, hoc modo: Quemadmodum si in vrbe de finibus

a L. *non agnoscit*, autem,

b Partitionis & diuisionis differentia.*

c Formæ, *ἰδέαι*, species.*

d *al.* in docendo. *& ita lib. v.*

e *al.* in docendo

P. B.

f & naturali iure omnium communia, l. 2. ff. de rerū diuis.*

g vide l. 96. & l. 112. ff. de verborum signif. vbi dixi.*

h hæc definitio *κατὰ μεταφορὰν* 2. l. fid 30.*

i L. qua fluctus alluderet.

k Est autem alia testamētaria, legitima, datiua.*

l *al.* diductio.

m *al.* partibus, quæst.

n L. quid velimus.

o *fort.* quia verba sunt rerum notæ.

a Postliminium quid. v. Festum in Postliminio. vide l. postliminiū 19. ff. de captiuis.*

b longa arq. onerariа: at non piscatoria & actuaria. l. 2. ff. de captiuis.*

c mulum simpliciter posuit Festus. ibidem, neque addit clitellarium.*

d equus equa freni patiens. l. 2. ff. de captiuis.*

e L. nisi post-P. CCXXIIII. liminium illud

f vide omnino 24. Gel. 14.*

g L. Scæuola

h Idem §. 5. Inst. quib. modis ius patriæ potest. & ibidem Theophil.

i L. dein redierint post ad idem l.

k dixi 30 Oratione pro Cæcina in f. 8. 1. de oratore. l. 1. vlt. ff. de legationib.*

l sic Aqua pluuia in l. 1. ff. de aqua pluuia definitur, Aqua pluuia, quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit. *ὑπὸ διαπτώσεως.*

n dixi de hac doli definitione lib. 3. offic. & ad l. 1. §. 2. ff. de dolo.*

o *al.* & poetis

p Est enim tutela iudicium bonæ fidei. §. 28. *Inst. de actionibus.**

q L. quæ Græce *παραγωγὴ* nom.

r fiduciam accipit, cuicunque res aliqua mancipatur, vt eam mancipanti remancipet. vnde mancipatio fiduciaria apud Boetium *hic* pater fiduciarius. l. *Gaius* 6. §. 4. tutor fiduciarius *Vlp.* 11. §. 6.*

controuersia est,quia fines, magis agrorũ videntur esse,quàm vrbis,finibus regẽdis[a] adigere arbitrum nõ possis. sic,si aqua pluuia in[*] vrbe nocet,quoniam res tota magis agrorum est, aquæ pluuiæ arcendæ adigere non possis arbitrum.Ex eodem similitudinis loco etiam *exempla* sumuntur,vt Crassusbin Curiana causa exemplis plurimis vsus est, agẽs de eo qui testamento sic heredem instituisset, vt, si filius natus esset in decẽ mensibus, ísque[c] mortuus prius d, quàm in suam tutelam veniísset: secũdus heres hereditatem obtinuisset[e]. quæ commemoratio exemplorum valuit, eáque vos in respondendo vti multùm soletis.Ficta etiam exempla,similitudinis habent vim:sed ea oratoria magis sunt,quàm vestra:quãquam vti etiam vos soletis, sed hoc modo : Finge mancipio[f] aliquem dedisse id,quod mãcipio dari non potest. num idcirco id eius factum est, qui accepit? aut num is,qui mancipio dedit,ob eam rem se vlla re obligauit? In hoc genere oratoribus,[b] & philosophis cõcessum est,vt muta etiam loquãtur , vt mortui ab infetis excitentur,aut aliquid,quod fieri nullo modo possit,augendæ rei gratia, dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur : & multa mirabilia alia.Sed latior est campus illorum. eisdem tamen ex locis(vt antè dixi)&in maximis,& in minimis quæstionibus argumenta ducuntur. 32 ¶ Sequitur similitudinem[i] *differentia* rei,maximè cõtraria superiori:sed est eiusdem dissimile,& simile inuenire.eius generis hæc sunt : Non,quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore auctore soluas: ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas,rectè possis eodem modo soluere. 33 ¶ Deinceps locus est,qui *à contrario* dicitur.[l]Contrariorũ autem genera sunt plura. Vnum eorum,quę in eodẽ genere plurimùm differunt,vt sapientia,& stultitia.Eodem autem genere dicuntur,[m]quibus propositis occurrunt tanquam è regione quædam contraria,vt celeritati tarditas,nõ debilitas:ex quibus contrariis argumenta talia exsistunt : Si stultitiam fugimus,sapientiam sequamur : & bonitatem,si malitiam. Hæc,quæ ex eodem genere contraria sunt , appellantur *aduersa*. Sunt enim alia contraria , quæ *priuantia* licet appellemus Latinè,Græcè appellantur στερητικά. Præpositio,n IN, priuat verbũ ea vi,quam haberet,si IN præpositũ nõ fuisset:vt dignitas indignitas:humanitas,inhumanitas,& cetera generis eiusdem. Quorum tractatio est eadem,quæ superiorum,quæ aduersa dixi. Nã *alia* quoque sunt contrariorum genera,velut ea,quæ cum aliquo conferuntur: vt duplum, simplum:multa,pauca:longum,breue:maius, minus. Sunt etiam valde contraria *alia*, quæ appellantur negantia. ea ὑποφατικὰ Græci, contraria aientibus : vt, Si hoc est,illud non est.Quid enim opus exemplo est?tantùm intelligatur , argumento quærendo , contrariis omnibus contraria non conuenire. 34 ¶ Ab *adiunctis* autem posui equidẽ exemplũ paulò antè,multa scilicet adiungi,quæ suscipienda essent, si statuissemus, ex[n] edicto secundum eas tabulas possessionem dari, quas is instituisset, cui[o] testamenti factio nulla esset. Sed locus hic magis ad coniecturaleis causas , quæ versantur in iudiciis , valet : cùm quæritur , quid aut sit, aut euenerit, aut futurum sit, aut , quid omnino fieri possit,

a L. regundis.

b Idem in Bruto & 1. de oratore.*

c L. isq. mortuus esset pr. d adde l. 34. ff. de heredib. instit. l. 39. ff. de vulgari. l. vlt ff. de iure delib. l. 50. ff. de legat. 3.

e L. obtineret.

f L. mancupio,

P. B.

g L. mancupio. mancipium autem, quod & mãcipatio , propria species alienationis rerũ mãcipi, quæ fiebat certis verbis, libri pende & quinque testibus præsentibus. vide Vlp. 19. §. 3. 4. 5. 6. vbi dixi.*

h L. oratoribus, & poetis concess.

i *fort.* differentia, maximè contr.

k adde l. 15. ff. de solutionibus. 2. Inst. quibus alienare.*

l *al.* ducitur. m *al.* quibus positis.

At loci quidem ipsius forma,talis est.Admonet autem hic locus,vt quęratur,quid ante rẽ, quid cum re , quid post rem euenerit. Nihil hoc ad[a] ius : ad Ciceronem, inquibat Gallus noster[b] siquis ad eum tale[c] quid retulerat,vt de facto quæreretur. Tu tamen patiere, nullum à me artis institutæ locũ præteriri , ne si nihil nisi quod ad te pertineat , scribendum putaris,nimium te amare videare.d Est igitur magna ex parte locus hic oratorius, nõ[e] modò non iuriscõsultorum,sed ne philosophorum quidem.Ante rem enim quæruntur,quæ talia sunt,apparatus,colloquia, locus,cõstitutum[f] conuiuium. Cum re autem,pedum crepitus,strepitus hominum, corporũ vmbræ,& si quid eiusmodi. At post rem,rubor,pallor, titubatio, & si qua alia *signa* cõturbationis,& conscientiæ : præterea restinctus ignis , gladius cruẽtus,ceteráque, quæ suspicionem facti possunt mouere. 35 ¶ Deinceps est locus dialecticorum proprius *ex consequentibus* , & *antecedentibus*, & *repugnantibus* , qui etiam ab adiunctis longè diuersus est. Nam adiuncta, de quibus paullo antè dictum est, non semper eueniunt:cõsequentia autem semper. Ea enim dico consequentia,quæ rem necessariò cõsequuntur.Itémq. & antecedentia,& repugnantia. quidquid enim antecedit quámque rem, id cohæret cum re necessariò : &,quidquid repugnat, id eiusmodi est, vt cohærere numquam possit.Cùm tripertitò igitur distribuatur locus hic,in consecutionem,antecessionem, repugnantiam, reperiendi argumẽti locus simplex est,tractandi triplex.Nam quid interest,cùm hoc sumseris,pecuniam[g] numeratam mulieri deberi,cui sit omne argentum legatum , vtrùm hoc modo concludas argumentum:Si pecunia signata,argentum est,legata est mulieri. Est autem pecunia signata argẽtum,legata[h] igitur.An illo modo?Si numerata pecunia,non est legata,non est numerata pecunia argentum.est autem numerata pecunia argentum,legata igitur est.An illo modo?Non & legatum argentũ est,& non est legata numerata pecunia, legatum autem argẽtum est,legata igitur numerata pecunia est. Appellant autem dialectici eam conclusionẽ argumenti, in qua,cùm primum assumseris, consequitur id quod annexum est , primum cõclusionis modum. Cùm id,quod annexum est,negaris,[i] vt id quoque, cui fuerit annexũ, negandum[k] sit, *secundus* appellatur concludẽdi modus. Cùm autem aliqua coniuncta negaris,[l] & his alia negatio rursus adiungitur,[m] & ex his primùm sumseris,vt,quod relinquitur,tollendum sit,*is tertius* appellatur conclusionis modus. Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis cõclusa,quæ ipsi enthymemata appellant:non quòd non omnis sententia,proprio nomine enthymema dicatur,sed,vt Homerus[n] propter excellentiam,commune poetarum nomen,efficit apud Græcos suum : sic, cùm omnis sentẽtia,enthymema dicatur,quia videtur ea, quæ ex contrariis cõficiatur, acutissima, sola propriè nomẽ cõmune possidet. Eius generis hæc sunt.Hunc[o] metuere,alterũ in metu nõ ponere. Eã quã nihil accusas,damnas:Bene quã meritã esse autumas,dicis malè mereri. Id[p] quod scis,prodest nihil: id, quod nescis,obest. Hoc dissẽdi genus attingit omnino vestras quoq. in respondẽdo disputationes: sed philosophorũ magis: quib. est

a *al.* ad vos. *al.* ad nos vt subaudias Iurisconsultos.

b *al.* vester.

c L. quid tale. p. CCXXV.

d *al.* videar. *nos vetè quã uis ita Boetius.**

e L. nec modò non Iurisconsl.

f L. constitutum, conuiuium.

g de hac specie dixi in superioribus.*

h legata igitur est.*

i L. euerteris, vt id

k L. tollendũ sit.

l L. negaueris,

m L. adiungatur,

n Idẽ infi. dicitur §. 2. Ius de Iure naturali.*

o *al.* Hoc. p vide in oratore.*

P. B.

q *lib. vulg.* Id, quod scis prodest nihil, id, quod nescis, obest.

a L. ex edicto prætoris sec. o adde §2. ff. l. de heredib. Iustic. Vlp. initul. 22. §. 1. ad te. l. 2. §. 5. ff. de bonorũ possi.*

cum oratoribus illa ex repugnantibus sentẽtiis communis conclusio,quę à dialecticis tertius modus,à rhetoribus enthymema nuncupatur. *Reliqui* dialecticorũ *modi* plures sunt, qui ex disiunctionibus constant : aut hoc,aut illud.hoc autem,non igitur illud.*Itémque*,aut hoc, aut illud. non autem hoc,illud igitur. Quæ conclusiones idcirco ratæ sunt,quòd in disiunctione plus vno verum esse nõ potest. Atque ex iis conclusionib.quas suprà scripsi, prior,quartus: posterior, quintus[a] à dialecticis modus appellatur.Deinde addunt cõiunctionum negantiam,sic: Non & hoc est,& illud. hoc autẽ,non igitur illud.hic modus est *sextus*. *Septimus* autem , Non & hoc,& illud. non autem hoc:illud igitur.Ex his modis cõclusiones innumerabiles nascũtur,in quo est ferè tota dialectica. Sed ne eæ quidem,quas exposui,ad hanc institutionem sunt necessariæ. 36 ¶ Proximus est locus rerum *efficientium*,quæ causæ appellãtur:deinde rerum effectarum ab efficientibus causis.Harũ exempla,vt reliquorũ locorum,paullo antè posui, & quidem ex iure ciuili.sed hæc patẽt latiùs. Causarũ igitur genera duo sunt : Vnum,*quod visua* id quod sub ea subiectum est, certè efficit,vt ignis accendit : Alterum quod naturam efficiendi nonhabeat , sed sine quo effici non possit:vt,si quis æs,causam statuæ velit dicere,*quòd sine eo non possit effici*. ¶ Huius generis causarum,sine quo non efficitur, alia sunt quieta,nihil agẽtia, stolida quodammodo,vt locus,tempus,materiæ [c],ferramenta, & cetera generis eiusdem : Alia autem præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiuuãtia,etsi non necessaria, vt amori congressio causam attulerit,amor flagitio. Ex hoc genere causarum, ex æternitate pendentium , fatum à Stoicis nectitur. ¶ Atque vt earum causarum,sine quib.effici non potest , genera diuisi, sic etiã *efficientium* diuidi possunt.Sunt enim *aliæ* causæ,quæ planè efficiant,nulla re adiuuante:aliæ,quę *adiuuari* velint:vt sapientia efficit sapienteis sola per se beatos efficiat,nécne sola per se,quæstio est.Quare cùm in disputationem inciderit causa efficiens aliquid necessariò , sine dubitatione licebit , quod efficitur ab ea causa concludere.Cùm autem erit talis causa , vt in ea non sit efficiendi necessitas: necessaria conclusio non [e] sequitur. Atque illud quidẽ genus causarũ , quod habet vim efficiendi necessariam , errorem afferre non ferè solet:hoc autem,sine[f] quo non efficitur, sæpe conturbat. Non enim si sine parentibus filij esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur, sine quo non fit,abẽo, in quo certè fit, diligenter est separãdum.Illud enim est tanquã, *Vtinam ne in nemore Pelio securibus Cæsæ*[h] *cecidissent abiegnæ ad terram trabes*.Nisi enim cecidissent i abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset. nec tamen fuit in his trabibus efficiẽdi vis necessaria.At cùm in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectũ est,inflammatur nauis necessariò. ¶ Atque etiam est causarum dissimilitudo,quòd[k] aliæ sunt, vt sine vlla appetitione animi, sine voluntate,sine opinione , suum quasi opus efficiant, velut , vt omne intereat , quod ortum est. Aliæ autem aut[l] voluntate efficiuntur, aut perturbatione animi , aut habitu , aut natura,aut arte,aut casu. Voluntate , vt tu, cùm hunc libellum legis.Perturbatione,vt si quis quentum horum temporum timeat.Habitu,vt facilè & citò irascatur. Natura,vt vitium in dies crescat.Arte,vt bene pingat.Casu,vt prosperè nauiget.Nihil horum sine causa,nec quidquã omnino,sed huiusmodi causæ non[a] necessariæ. ¶ Omnium autem causarum in aliis ineſt constantia, in aliis nõ inest.In natura,& in arte constantia est,in ceteris nulla. Sed tamen earum causarum, quæ non sunt constantes,aliæ sunt perspicuæ,alię latent.Perspicuæ sunt,quæ appetitionem animi,iudiciúmque tangunt. Latent,quæ subiectæ sunt fortunæ. Cùm enim nihil sine causa fiat,hoc[b] ipsum est fortunæ euentus, obscura causa quæ latenter efficitur.Etiam[c] vt ea,quæ fiunt partim sint ignorata,partim voluntaria. Ignorata,quæ necessitate effecta sunt.Voluntaria,quæ consilio. Quæ autem fortuna, vel ignorata,vel voluntaria. Nam iácere telum, voluntatis est:ferire quem nolueris,fortunę. Ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus:Si [d] telum manu [e] frigit magis , quàm iecit. Cadunt enim in ignorationem , atque in imprudentiam perturbationes animi: quæ quanquam sint voluntariæ, (obiurgatione enim,& admonitione deiiciuntur) tamen habent tantos motus, vt ea, quæ volũtaria sunt, aut necessaria interdum , aut certè ignorata videantur. ¶ Toto igitur loco causarum explicato, ex earum differentia in magnis quidem causis vel oratorum,vel philosophorum magna argumentorum suppetit copia. In vestris autem si nõ vberior,at fortasse subtilior. Priuata enim iudicia maximarum quidem rerum,in iurisconsultorũ mihi videntur esse prudentia. Nam & adsunt multùm,& adhibentur in consilio : & patronis diligentibus, ad eorum prudentiam cõfugientibus, hastas ministrant. In omnibus igitur iis iudiciis,in quibus , EX FIDE BONA, est[g] additum : vbi verò etiam, VT[h] INTER BONOS BENE AGI OPORTET ; in primisque in arbitrio rei vxoriæ , in quo est QVID AEQVIVS, MELIVS , parati esse debent. Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonũ, illi quid sociũ socio,quid eũ,qui negotia aliena curasset,ei,cuius ea negotia fuissent: quid eum, qui mandasset, eúmve, cui mandatum esset, alterum alteri præstare oporteret: quid virum vxori, quid vxorem viro,tradiderunt. Licebit igitur , diligenter cognitis argumentorum locis,non modò oratoribus, & philosophis:sed iuris etiam peritis copiosè de consultationibus suis disputare. 37 ¶ Coniunctus huic causarum loco locus ille est *qui efficitur ex causis*. Vt enim causa effectum indicat,sic, quod effectum est,quæ fuerit causa , demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratoribus, & poetis,sæpe etiam philosophis, sed iis, qui ornatè & copiosè loqui possunt , mirabilem copiam dicendi , cùm denuntiant, quid ex quâque re sit futurum. Causarũ enim cognitio cognitionem euentorum facit. 38 ¶ Reliquus est *comparationis* locus, cuius genus,& exemplum suprà positum est , vt ceterorum: nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur ea,quæ aut *maiora*,aut *minora*, aut *paria* dicuntur:in quibus spectãtur hæc, numerus, species,vis, quædã etiam ad res aliquas affectio, *Numero* sic comparabuntur: vt plura bo-

a v.c. quinctus.

b L. non habet.

c L. materia.

d Ex causa necessaria, necessario ex nõ necessaria,nõ necessariò concluditur.* p. 216.

e *al.* non sequetur.

f Causa, sine qua non, non cõcludit necessariò.*

g L. ab eo, à quo certè fit, h L. Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes. ita Varro & Priscianus. * *al.* cecidisset abiegna &c. k L. quod a liæ eiusmodi sunt,vt s.

l L. aut voluntate efficiunt, aut p.

a *fors* non sunt necessariæ.

b L. hoc ipsũ est fortuna, euentu, obscura causa, quæ latenter efficit vt etiã ea,q. *al.* sic hoc ipsum est fortuna, euẽtus obscura causa, qui latenter efficitur. Etiam vt ea,q.s.

c *al.* etiam ea, quæ s. partim sunt ign.

p. 2. fl. & adhibentur in cõsilia : & patr. *al.* & adhib. in consilium, &c.

g *al.* est additũ , plurimus eorum vsus est vbi verò

h L. vt inter bonos bene agier: in primisque in arb. r. vx. in q. est, Aequius, melius,

i L. Vt enim causa, quid sit effectum, in.

a paucioribus antep.
b L. pauc. mala plurib.
c L. longè & latè peruagata, ex quibus pl. bona prop. q.q. pl. im. & f. anguſtis. Sp. al. ſic longè, & latè peru. aug. ex quib. pl. b. pr. q. q. pl. im. & faciant, contrariis. Sp.
d L. inanimis
ἐκ τάξεως
P. 227.
e L. ſummiſſionem.
f vt. ciuis.
g L. dictum eſt.
h L. externa re. al. ad faciendum fidem.
i ἐκ τὸ τυχὸν πρόσωπον.
k l. 3. ff. de teſtibus.*

na, paucioribus bonis[a] anteponantur: paucioraſ[b] mala, malis pluribus: diuturniora bona, breuioribus: lõgè[c] & latè peruagata anguſtis: ex quibus plura bona propagentur, quæque plures imitentur, & faciant. *Specie* autem cõparantur, vt anteponantur quæ propter ſe expetenda ſunt, iis, quæ propter aliud: & vt innata atque inſita, aſſumtis, & aduẽtitiis: integra, contaminatis: iucunda, minus iucundis: honeſta, ipſis etiam vtilibus: procliuia, laborioſis: neceſſaria, nõ neceſſariis: ſua, alienis: rara vulgaribus: deſiderabilia, iis, quibus facilè carere poſſis: perfecta, inchoatis: tota, partibus: ratione vtentia, rationis expertibus: volũtaria, neceſſariis: animata, inanimatis: [d]naturalia, non naturalibus: artificioſa, non artificioſis. Vis autem in comparatione ſic cernitur, efficiẽs: cauſa grauior, quàm non efficiens: quæ[e] ſeipſis contenta ſunt, meliora, quàm quæ egent aliis: quæ in noſtra, quàm quæ in aliorum poteſtate ſunt: ſtabilia, incertis: quæ eripi non poſſunt, iis quæ poſſunt. *Affectio* autem ad res aliquas eſt huiuſmodi, principum commoda maiora, quàm reliquorum, itémque, quæ iucundiora, quæ pluribus probata, quæ ab optimo quoque laudata. Atque, vt hæc in comparatione meliora, ſic deteriora, quæ iis ſunt contraria. Parium autem comparatio nec eſa tionem habet, nec ſubmiſſionẽ[f]. eſt enim æqualis. Multa autẽ ſunt, quæ æqualitate ipſa comparantur: quæ ita ferè concluduntur. Si conſilio iuuare ciueis[g], & auxilio, æqua in laude ponendum eſt: pari gloria debent eſſe ij, qui conſulunt, & ij, qui defendunt. at quod primum eſt: quod ſequitur igitur. 39 ¶ Perfecta eſt omnis argumentorum inueniendorum præceptio, vt, cùm profectus ſis à definitione, à partitione, à notatione, à coniugatis, à genere, à forma, à ſimilitudine, à differẽtia, à contrariis, ab adiunctis, à cõſequentibus, ab antecedentibus, à repugnantibus, à cauſis, ab effectis, à comparatione maiorum, minorum, parium, nulla præterea ſedes argumenti quærenda ſit. Sed quoniam ita à principio diuiſimus, vt alios locos diceremus in eo ipſo, de quo ambigitur, hærere, de quibus ſatis[h] eſt dictum: *alios aſſumi extrinſecus: de iis* pauca dicamus: etſi ea nihil omnino ad veſtras diſputationes pertinent: ſed tamen totam rem perficiamus, quandoquidẽ cœpimus. Neque enim tu is es, quem nihil, niſi ius ciuile, delectet, &, quoniam ad te hæc ita ſcribũtur, vt etiam in aliorum manus ſint ventura, detur opera, vt quãplurimùm iis, quos recta ſtudia delectãt, prodeſſe poſſimus. Hæc ergo *argumẽtatio, quæ dicitur artis expers, in teſtimonio poſita eſt. Teſtimonium* autem nunc dicimus, omne, quod ab aliqua re i externa ſumitur ad faciendam fidem. Perſona autem non[k] qualiſcunque, teſtimonij pondus habet. ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur. Sed auctoritatem aut natura, aut tempus affert. Naturę auctoritas in virtute ineſt maximè. 40 ¶ *In tempore autem multa ſunt, quæ afferant auctoritatem*, ingeniũ[l], opes, ætas, fortuna, ars, vſus, neceſſitas, concurſio etiã nonnunquam rerum fortuitarum. Nam & ingenioſos, & opulentos, & ætatis ſpatio probatos, dignos, quibus credatur, putant: non rectè fortaſſe, ſed vulgi opinio mutari vix poteſt, ad eámque omnia dirigũt & qui iudicant, & qui exiſtimant. Qui enim his rebus, quas dixi, excellunt, ipſa virtute videntur excellere. Sed reliquis quoque rebus, quas[a] modò enumeraui, quàquam in iis nulla ſpecies virtutis eſt: tamen interdum confirmatur[b] fides, ſi aut ars quædam adhibetur: magna enim eſt vis ad perſuadendum, ſcientiæ, aut vſus. plerúque enim creditur iis, qui experti ſunt. Facit etiam *neceſſitas* fidem, quæ cùm à corporibus, tum ab animis naſcitur. Nam & *verberibus*[c], *tormentis*, igni fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere, &, quæ à perturbationibus animi ſunt, dolore, cupiditate, iracundia[d], metu, quia neceſſitatis vim habent, afferunt auctoritatem, & fidem. Cuius generis etiam illa ſunt, ex quibus non numquam verum inuenitur, *puerilia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania*. Nam & pueri ſæpe indicauerunt aliquid, ad quod pertineret, ignari: & per ſomnũ, vinum, inſaniã, multa ſæpe patefacta ſunt. Multi etiã in res odioſas imprudẽtes inciderunt, vt[e] Stalerio nuper accidit: qui ea locutus eſt, bonis viris ſubauſcultantibus, pariete interpoſito, quibus patefactis, in iudiciúmq. prolatis, rei capitalis iure damnatus eſt. Huic ſimile quiddam de Lacedæmonio Pauſania accepimus. *Concurſio autem fortuitorum* talis eſt, vt, ſi interuentũ eſt caſu, cùm aut ageretur aliquid, quod proferendum non eſſet, aut diceretur. In hoc genere etiam illa eſt in Palamede cõiecta ſuſpicionum proditionis multitudo: quod genus refutare interdum veritas vix poteſt. Huius etiam generis eſt *fama*[f] vulgi, quoddam multitudinis teſtimonium. 41 ¶ Quæ autem *virtute fidem faciunt*, ea bipertita ſunt. Ex quibus alterum, natura valet: alterum, induſtria. Deorum enim virtus, natura excellit: hominum autem, induſtria. *Diuina* hæc ferè ſunt teſtimonia: Primùm orationis: oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt in iis deorum oratio: Deinde rerum, in quibus inſunt, quaſi opera diuina quædã: Primùm ipſe mũdus, eiúſq. omnis ordo, & ornatus: deinceps aëre[g] volatus auium, atq. cantus: deinde eiuſdem aëris ſonitus, & ardores, multarúmq. rerum in terra portenta: atq. etiam per exta, inuenta præſenſio. A dormientibus quoq. multa ſignificata viſis, quibus ex locis ſumi interdum ſolent ad fidẽ faciendã teſtimonia deorum. *In homine* virtutis opinio valet plurimùm. Opinio autem eſt, non modò eos virtutem habere, qui habeant, ſed eos etiam, qui habere videantur. Itaque, quos ingenio, quos ſtudio, quos doctrina præditos vident, quorúmque vitam conſtantem, & probatam, vt Catonis, Lælij, Scipionis, aliorúmq. plurium, rétur eos[h] eſſe, qualeisi ſeipſi velint. Nec ſolùm eos cenſent taleis eſſe, qui in honoribus populi, atque in rep. verſantur, ſed & oratores & philoſophos, & poetas, & hiſtoricos: ex quorum & dictis, & ſcriptis ſæpe auctoritas petitur ad faciendam fidem.

42 ¶ Exoſyris omnibus argumentandi locis, illud primùm intelligendum eſt, nec vllam eſſe diſputationem, in quam non aliquis locus incurrat, nec ferè omneis[k] locos incidere in omnem quæſtionem, & quibuſdam quęſtionibus alios, quibuſdam eſſe alios aptiores locos[l]. 43 ¶ Quæſtionum duo ſunt genera: alterum[m] infinitum, alterũ definitũ. Definitum eſt quod ὡρισμένον Græci, nos cauſam. Infinitum, quod ἄπειρον illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare[n]. Cauſa certis perſo-

a L. quas modò enumeraui, q.
b L. confirmatur, ſi aut ars, &c. *vel legendum*, tamen interdum ſit fides.
c *al.* verberibus torti igni fatigati.*
d L. ira.
P. 8.
e L. vt Staleano ‖ Huius meminit in Bruto & in Cluentiana. *al. legunt* Staleno.*
f adde Quintil. 5. cap. 3.*
g L. aerij
h *al.* videntur ij tales eſſe.* i L. qualeis eſſe ſe ipſi velint.
k *al.* nec temere, *al.* nec omnes.* l *delenda hæc vox*, locos.
m Cicero in partit. in pr.* n ſeu ὑπόθεσις. Quid cauſa, adde Quintil. 5. 6. 5. in f.

tis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis [a] cernitur, aut[b] in omnibus, aut in plerisque eorum. Propositum autem, in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen [c] in maximis. Itaque propositum, pars causæ est. Sed omnis quæstio, earum [d] aliqua de re est, quibus causæ continentur, aut vna, aut pluribus, aut nonnumquam omnibus. 44 ¶ Quæstionum autem, quacunque de re sint, duo [e] sunt genera: vnum, cognitionis: alterum actionis. Cognitionis sunt hæ, quarum finis est scientia. Vt, si quæratur, à naturáne ius profectum sit, an ab aliqua quasi cõditione hominũ, & pactione. 25 ¶ Actionis autem huiusmodi exempla sunt: Sítne sapientis ad remp. accedere. 46 ¶ Cognitionis quæstiones tripartitæ sunt, cũ, *an sit*: aut, *quid sit*, aut, *quale sit*, quæritur.

47 ¶ Horũ[g] primũ, coniectura: secundum, definitione: tertium, iuris & iniuriæ distinctione explicatur. Coniecturæ ratio in quattuor partes distributa est. Quarum vna est, cùm quæritur, *sit ne* aliquid. Altera, *vnde* ortum sit. Tertia, *quæ* id *causa* effecerit. Quarta, in qua *de mutatione rei* quæritur: Sit, [h] nécne sit: Ecquidnã honestum sit, ecquid æquũ re vera, an hæc tantũ in opinione sint: Vnde autem sit ortum, vt, cùm quæritur, natura an disciplina possit effici virtus. Causa autem efficiens sic, vt, cùm quæritur quibus rebus eloquentia efficiatur. De[k] cõmutatione sic: Possítne eloquẽtia commutatione aliqua conuerti in infantiã. 48 ¶ Cùm autem, *quid sit*, quæritur: notio explicãda est, & proprietas, & diuisio, & partitio. Hæc enim sunt definitioni attributa: additur etiam *descriptio*, quam Græci χαραχτῆρα vocant. Notio sic quæritur, sít ne id æquum, quod ei[l] qui plus potest vtile est. *Proprietas* sic, vt hominẽ mine solùm cadat, an etiam in belluas ægritudo. *Diuisio*, & eodem pacto partitio, sic: Triáne genera honorũ sint. *Descriptio*, Qualis sit auarus, qualis assentator, ceteráque eiusdem generis, in quibus natura, & vita describitur. 49 ¶ Cùm autem quæritur, *quale* quid sit: aut simpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Expetendáne sit gloria: Cõparatè, Præponendáne sit diuitiis gloria: simplicium tria genera sunt: de expetẽdo fugiẽdóque: de æquo, & iniquo: de honesto, & turpi. Comparationum autem duo, vnum de eodem, & alio: alterum de maiore & minore. De expetẽdo & fugiendo, huiusmodi. Si[m] expetendæ diuitiæ, si fugienda paupertas. De æquo & iniquo: Æquúmne sit vlcisci, à quocunque iniuriam acceperis. De honesto, & turpi: Honestúmne sit, pro patria mori. Ex altero autem genere, quod erat bipartitum[n], vnum est de eodem, & alio: vt, si quæratur, quid interfit inter amicum, & assentatorem: regem, & tyrannum. Alterum de maiore: & minore: vt, si quæratur, eloquentiáne pluris sit an iuris ciuilis scientia. De cognitionis quæstionibus hactenus. 50 ¶ Actionis reliquæ sunt: quarum duo sunt genera: vnum ad officium: alterum ad motum animi vel gignẽdum, vel sedandum, planéve tollendum. Ad officium sic, vt, cùm quæritur, suscipiendíne sint libri, &c. Ad mouendos animos, cùm fiunt cohortationes ad defendendam remp. ad gloriam, & ad laudem: quo ex genere sunt querelæ, incitationes, miserationésque flebiles, turfúsque oratio cùm iracundiam[o] restinguens, tum metum extipiens, tum exsultantem lætitiam comprimens, tum ægritudinem abstergens. Hæc cùm in propositis quæstionibus genera sint, éadem in causas transferuntur. 51 ¶ Loci autem, qui ad quasque quæstiones accommodati sunt[a], deinceps est videndum. Omnes quidem [b] illi, quos suprà diximus, ad pleraſque sunt: sed alij ad alias, vt dixi, aptiores. *Ad coniecturam* [c] igitur maximè apta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quæ ex coniunctis sumi possunt. Ad *definitionem* autem pertinet ratio & scientia definiendi. Atque huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem, & altero diximus, quod genus forma quædam definitionis est. Si enim quæratur, idémne sit pertinacia & perseuerantia, definitionibus iudicandum est. Loci autem conuenient in eius generis quæstionem, consequentes[e], antecedentes, repugnantes, adiunctis etiam duobus iis, qui sumuntur ex causis & effectis. Nam si hanc rem illa sequitur, hanc autem non sequitur: aut[f] si huic rei illa antecedit, huic non antecedit: aut si huic rei repugnat, illi non repugnat: aut, si huius rei hæc, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectum est: ex quouis horũ id, de quo quæritur, idémne, an aliud sit, inueniri potest. *Ad tertium genus quæstionis, in quo, quale sit*, quæritur, in comparationem ea cadunt, quæ paullo antè in comparationis loco enumerata sunt. In[g] illud autem genus, in quo de expetendo, fugiẽdóque quæritur, adhibentur ea, quæ sunt aut animi, aut corporis, aut externa vel commoda, vel incommoda. Itémque cùm de honesto, turpíque quæritur, ad animi bona, vel mala, omnis dirigenda oratio est. Cùm autem de æquo & iniquo disseritur, æquitatis loci colliguntur. hi cernuntur bipartitò[h] & natura, & instituto. Natura parteis habet duas, ruitionem sui, & vlciscendi ius. Institutio[i] autem æquitatis tripartita[k] est. Vna pars, legitima est, altera conueniens, tertia moris vetustate confirmata. Atque etiam rursus æquitas, tripertita dicitur esse. Vna ad superos deos, altera ad manes[m], tertia ad homines pertinere. Prima, pietas: secunda, sanctitas: tertia iustitia, aut æquitas nominatur. 52 ¶ De proposito[n] satis multa: deinceps *de causa*[o] pauciora dicenda sunt. Pleraq. enim sunt ei cum proposito communia. 53 ¶ Tria sunt igitur genera causarũ: iudicij, deliberationis, laudationis. Quarum fines ipsi declarant, quibus vtendũ locis sit. Nã iudicij finis est Ius: ex quo etiã nomen. Iuris autẽ partes tum expositæ, cùm æquitatis. Deliberandi finis, vtilitas: cuius hæ partes, quę modò expositæ, rerũ expetendarum. Laudationis finis, honestas: de qua ité est antè dictum. Sed definitæ quæstiones à suis quęque locis, quasi propriis institutuntur, in accusationé, defensionémq. partitæ. In quibus exsistunt hæc genera, vt accusator personã arguat factí: defensor aliquid opponat de trib[p], aut nõesse factũ: aut si fit factũ, aliud eius facti nomen esse: aut iure esse factũ. Itaq. aut inficialis, aut cõiecturalis prima appelletur: definitiua, altera: tertia quãuis molestũ nomẽ hoc sit, iuridicialis vocetur. Harũ causarũ propria argumẽta ex iis sũta locis, quos exposuimus, in præceptis oratoriis explicata sunt. Refutatio autẽ accusationis, in qua est depulsio criminis, quę Græcè ἔνδοσις, dicitur, Latinè appelletur status: in quo primũ insistit quasi ad repugnãdũ cõgressa defensio. Atq. etiãin deliberationib. & laudationib. iidẽ exsi-

a Negotium igitur a causa distinguitur, Causa ὑπόθεσις: negotium πρᾶγμα. Quintilia. 3. c. 5. in f.*

P. CCXXVIII

b id est, ὅτ' σις, seu quæstionis genus infinitum. Alij, quæstiones vniuersales ciuiles, alij, quæstiones philosopho conuenientes: Athenæus, partem causſæ appellat. sunt autem infinitæ quæstiones, quæ remotis personis & temporibus & locis cæterisque similibus, in vtranque partem tractantur.*

c *al.* tamen certis.*

d *al.* earum de aliqua rerum est. *ita Lambinus.**

e Infinita quæstio scientia & actione distinguitur. Quintil. d. loco.*

f L. tripertitæ.

g L. Harum prima, coniect. secunda, def. tertia, iuris, &c.

h L. Sit, nécne, sic: Ecq. ἢ διάφορον.

k *al.* De mutatione, I Sic appellauit in Oratore. & 2. epistolarũ ad Q. fratrem. *vetres legunt* κατάγραφον, *alij* ὑπόγραφον.*

l τῷ κρείττονι.

m L. Sitne expetendæ diuitiæ: sitne fugiẽda paupertas.

n L. bipertitum,

P. B.

o *al.* iram.

a L. sint.

b L. illi qui dem.

c id est ad quæstionem fi nitæ.*

d id est ad quæstionem quid sit.*

e *al.* consequents, antecedens, repugnans. *al.* à consequentibus, ab anteceden tibus, à repugnantibus.*

f L. aut, si hãc rem illa antec. hanc aut non ant.

g L. In id autẽm.

h L. bipertitò:

i *al.* institutũ autẽ æquitatis tripertitũ est.*

k L. tripert.

l L. altera æquitati conueo. *al.* altera ex æquo & bono conueniens.*

m θεῶν χ θονίων,

n quod & ὅτ' σις.*

o quæ & ὑπό θεσις.*

p L. is est:

P. 229.

stunt status. Nam & negantur sæpe ea futura, quæ ab aliquo in sententia dicta sunt fore, si aut omnino fieri nō possunt, aut sine summa difficultate non possint. In qua argumentatione status cōiecturalis exsistit. At, cùm aliquid de vtilitate, honestate, æquitate disseritur, déque iis rebus, quæ[a] his sunt contrariæ: incurrunt status aut iuris, aut nominis: quod idem contingit in laudationibus. Nam aut negari potest, id factum esse, quod laudetur: aut[b] non eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit: aut omnino nō esse laudabile, quòd non rectè, non iure factum sit. Quibus omnibus generibus vsus est nimis impudenter Cæsar contra Catonem[c] meū. 54 ¶ Sed quæ ex statu contentio efficitur, eam Græci κεφάλαιον vocant. mihi placet id, quoniam quidem ad te scribo, qua de re agitur, vocari. 55 ¶ Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, hæc continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit. Sed, quoniam lege firmius in cōtrouersiis disceptādis esse nihil debet, danda est opera, vt legem adiutricem, & testem adhibeamus. In qua re alij quasi status exsistūt noui, qui appellantur legitimæ disceptationes. Tū enim defenditur nō id legem dicere, quod aduersarius velit, sed aliud. Id autē contingit, cùm scriptū ambiguum est, vt duæ differentes sententiæ accipi possint: Tū opponitur scripto voluntas[d] scriptoris, vt quæratur, verbáne plus, an sententia valere debeat: Tū legi lex contraria affertur. Ita sunt tria genera, quę controuersiam in omni scripto facere possunt, ambiguū, discrepātia scripti & voluntatis, & scripta cōtraria. Iam hoc perspicuum est, non magis in legibus, quàm in testamentis, in stipulationibus, in reliquis rebus, quę ex scripto aguntur, posse controuersias eadem exsistere. Horum tractationes in aliis libris explicantur. 56 ¶ Nec solùm perpetuæ actiones, sed etiam partes orationis iisdem locis adiuuantur, partim propriis, partim communibus: vt in principiis, quibus vt beneuolię, vt docile, vt attenti sint, qui audiant, efficiendum est propriis locis. Itémque narrationes, vt ad suos fineis spectent, id est, vt planæ sint, vt breues, vt euidentes, vt credibiles, vtq; moderatæ, vt cum dignitate. Quæ quamquam in tota oratione esse debent, magis tamen sunt propria narrandi[h]. Quæ autem consequitur narrationem fides, ea persuadendo quoniam efficitur, qui ad persuadendum loci maximè valeant, dictum est in iis, in quibus de omni ratione dicendi[i]. Peroratio autem & alia quædam habet, & maximè amplificationem: cuius effectus is debet esse, vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur: &, si ita iam affecti antè sunt, vt augeat eorum motus, aut sedet oratio. Huic generi, in quo & misericordia, & iracundiak, & odium, & inuidia, & cetera animi affectiones perturbātur[l], præcepta suppeditantur aliis in libris, quos poteris mecum legere, cùm voles. 57 ¶ Ad id autē, quod te velle senseram, cumulatè satisfactum esse debet voluntati tuæ. Nam, ne præterirem aliquid, quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura quàm à te desiderata erant, sum complexus, feciq; quod sæpe liberales venditores solent, Vt, cùm ædes, fundúmve venderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi causa aptè, & loco positum esse videatur. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere.

a L. quæ iis.

b al. aut dici nō eo nomine.*

c librum intelligit, quo Catonis Vticensis laudes persecutus est, meminit in Oratore.*

d scriptoris.

A B C D

P. S.

e v. c. beneuoli.

f al. audiant.

g L. t moratæ, vt cum d.

h fort. narrationis.

i al. dicendi diximus. peror.

k al. ira.

l L. conciantur: pr.



M. TVLLII CICERONIS DE PARTITIONE ORATORIA, DIALOGVS.

a L. M. Tullij Ciceronis partitiones oratoriæ, dialogus.

Cicero filius, & Cicero pater, loquentes introducuntur.

CICERO FILIVS.

Synopsis Partitionum.

1.2.3. Ratio seu doctrina dicēdi in tres partes distributa: 4. vim orationis, orationē, quæstionē. 5. VIS IPSA *in rebus inuentendis & collocandis, in verborum elocutione: cuius vt comes actio, sic earum rerum omnium custos memoria. 6.* ORATIONIS *autē partes Narratio & cōfirmatio, quæ ad docendū: Principiū & Peroratio, quæ ad impellendos animos pertinēt. 7.* QVAESTIO *vero alia infinita, quæ & cōsultatio, alia definita, quæ & causa nominatur. 8. Ac* VI ORRTIONIS *dicatur,* Inuenienda *sunt primùm quæ ad fidem faciendam seu persuadendum & mouendum pertinent. 9. hoc est, argumenta quæ ducuntur ex rebus in re ipsa insitis, vel assumptis. (10. Sunt autem loci in quibus latent argumenta. 11. Argumenta vero, inuenta quædā probabilia ad fidem faciendam.) 12. Assumpta sinè arte & remota sunt, vt testimonia. 13. Insita quæ inhærent in ipsa re. 14. Testimonia autem sunt vel diuina, vt oracula, auspicia, vaticinationes, responsa sacerdotum, haruspicum, coniecturum: vel humana, quæ spectant ex autoritate, voluntate, oratione, scriptis: pactis, pro-*

ctis, promissis, iuramento, confessione & tormentis. 15 Insita verò argumenta, quæque ad id totum, quod quæritur pertinent, sunt, definitio, partium enumeratio, notatio verbi: quæ ad id quod agitur, affecta pertinent, sunt coniugata, ex genere, forma, similitudine, differentia, contrario, coniunctis, antecedentibus, cõsequentibus, repugnantibus, causis, effectis, comparatione maiorum, minorũ, parium. 16 Ex his omnib. locis argumenta sumemus & scrutabimur adhibito iudicio, ieiunis reiectis: communibus & non necessariis prætermissis. 17 Et hæc de iis quæ ad fidem faciendam pertinent inueniendis: nam de his quæ ad mouendos animos conferunt, dicetur commodiore loco. 18 ad 20. ¶ Sequitur collocatio seu Dispositio *quæ ad causarum genera accõmodanda est. 21 In exornatione seu laudatione iudicialis, ieuitiam, clementiam & delectationem: in suasione ſtem aut reformidationem deliberantis 22. ad finem enim cuiusque causa collocatio accommodari debet, 23 siue delectatio est, 24 siue deliberatio, 25 siue in iudiciali quis accuset. 26 vel defendat: 27 vt collocationem referre oporteat ad voluntatem & aureis auditoris 28 ¶ Sequitur vt de* Elocutione. *Ea versatur in dicendi genere sua sponte fuso, vel mutato. Priore casu posita est in verbis vel simplicibus (quorum alia natiua, alia reperta: vt nouata similitudine, imitatione, inflexione, adiunctione verborum. Item alia contentiora, grauiora, leuiora, nitidiora: alia propinqua, addita ad nomen prisca, modificata, inflexa, transiata, immutata, abiſina, obſcurata, incredibilia, ſublata, & ornata) 29 vel coniunctis, qua in coniunctione occurrit numerus (vt compleas verbis quod proposueris. item vt ne redundes) & consecutio verborum, vt ne oratio perturbetur genere, numero, tempore persona, casu. Ac numeri, consecutionisq. commune est, vt oratio sit dilucida, (non obscura) breuis, probabilis, illustris, suauis. 30 In dicendi autem genere verso ac mutato elocutio consistit si aut oratio verbis dilatatur aut contrahitur. 31 Sequitur* Actio, *32 &* Memoria.

¶ Et hæc de vi oratoris dicta sint. 33 Ordo postulat, vt de Oratione *dicatur: cuius quatuor partes. 34* Principium *seu* Exordium. *35* Narratio. *36* Confirmatio. *37 In quibus sit necne, seu coniecturam confirmamus aut tollimus verisimili allato aut propria rei nota. 38 Quid sit, definitione illustramus. 39. 40 Quale sit, iure factum ostendimus. Et hæc de confirmatione. 41 Sequitur* Reprehensio *qua factum omnino aut tale esse negamus. 42 43 Argumenta: In his autem argumentatione vel necessaria, vel probabili, eáque diligenter a vel ad fidem, vel ad motum, illustranda interrogando, percunctando, imperando, optando. 44 Sed & in argumentis assumptis, tametsi inartificialia sint, arte tamen quadam opus est in illis explicandis, quoties scilicet dicimus pro teste, vel aduersus testem, pro tormentis, aduersus tormenta. 45 Vltima orationis partium* Conclusio, *cuius partes* Amplificatio *&* Enumeratio.

46. 47 Sequitur Quæstio: *eáq. finita vel infinita, in qua tria genera causarum occurrunt. 48* Demõstrationum, *seu laudationis & vituperationis: cuius finis honestum. 49* Deliberatiuum: *in quo consultamus quid vtile suademus, dissuademus. 50* Iudiciale, *in quo quæritur quid iustum & æquum. Finita quæstio sit ne seu coniectura his locis tractanda, & cum ea causæ facti, 51 & euentus quærendi, 52 suis quoque locis quæstio quid sit, definitione explicandis. 53 vt & quæstio quale sit, seu Iudicialis. 54 vt & scripti & voluntatis controuersia. 55 Et hæc de orationis partitionibus dicta sint.*

[1] DE QVAESTIONE.* m *fort.* Infinitam, quam propositum, & consult. app.

n quæ & *Status* & propositum. Cicero in Topicis numero 43.

o L. quã controuersiam *seu* caus. nom. ¶ *al.* quam controuersiam nomino.

p *vide* Topica numero 43.

q L. Quoniã igitur inuenire primùm est oratoris, q.q.

r DE INVENTIONE.*


s L. C. P. in quibus l.

t locorum. scilicet. alios enim fecit in re ipsa infitos, alios assumtos.*

u L. *hoc totũ* C. F. Quid infita? C. P. Quę inhæret in ipsa re, *non agnoscit. quia superuacanea sunt, neque in lib. vet. comparent.*

x L. *hoc totũ quod includitur minorum: delet vt ex Topicis huc inuectum, & supermeanum.*

[a] L. ea, quæ mihi dedit.



TVDEO, mi pater, Latinè ex te audire ea[a] quę mihi tu de ratiõe dicẽdi Græcè tradidisti, si modò tibi est otium, & si vis.

CICERO PATER. An est, mi Cicero, quod ego malim, quàm te quàm doctissimum esse? Otium autem primùm[b] summum est, quoniam aliquando Roma exeundi potestas data est: deinde ista tua studia vel maximis occupationibus meis anteferrem libenter. 2 ¶ C. Filius. Vísne igitur, vt tu me Græcè soles ordine interrogare, sic ego te vicissim eisdem de rebus Latinè interrogem? C. P. Sanè, si placet. Sic enim & ego te meminisse intelligam, quæ accepisti: & tu ordine audies, quæ[c] requiris. 3 ¶ C. F. Quot in parteis distribuẽda est omnis doctrina dicendi? C. P. In treis. 4 ¶ C. F. Cedò quas? C. P. Primũ in ipsam *vim oratoris*: deinde in *orationem*, tum in *quæstionem*. 5 ¶ C. F. In quo est ipsa[e] *vis*? C. P. In rebus, & verbis. Sed & res, & verba inuenienda sunt, & collocanda. Proprie[f] autem in rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur. Collocare autem, ei[g] est commune, tamen ad inueniendum refertur. Vox, motus, vultus, atque omnis actio, eloquendi comes[h] est, earúmque rerum omnium custos est memoria. 6 ¶ C. F. Quid[i] orationis[b] quot sunt partes? C. P. Quattuor. Earum duæ valent ad rem docendum, narratio & confirmatio. Ad impellendos animos duæ, principium & peroratio. 7 ¶ C. F. Quid[k] [l] Quæstio quásnam habet parteis? C. P. [m] Infinitam[n], quam consultationem appello: & definitam, quam[o] causam[p] nomino. 8 ¶ C. F. Quoniam[q] igitur primùm est inuenire[r] oratoris, quid quæret? C. P. Vt inueniat, quemadmodum fidem faciat eis, quibus volet persuadere, & quemadmodum motum eorum animis afferat. 9 ¶ C. F. Quibus rebus fides fit? C. P. Argumentis, quæ ducuntur ex locis, aut in re ipsa insitis, aut assumtis. 10 ¶ C. F. Quos vocas locos? C. P. [s] Eos, in quibus latent argumenta. 11 ¶ C. F. Quid est argumentum? C. P. Probabile inuentum ad faciendam fidem, 12 ¶ C. F. Quomodo igitur duo genera[t] ista diuidis? C. P. Quæ fine arte putantur, ea remota appello, vt testimonia. 13 ¶ C. [u] F. Quid insita? C. P. Quæ inhærent in ipsa re. 14 ¶ C. F. Testimoniorum quæ sunt genera? C. P. Diuinum, & humanum. Diuinum, vt oracula, vt auspicia, vt vaticinationes, & responsa sacerdotum, haruspicum, cõiectorum. Humanum, quod spectatur ex auctoritate, & ex voluntate, & ex oratione, aut libera, aut expressa: in quo insunt scripta, pacta, promissa, iurata, quæsita. 15 ¶ C. F. Quæ sunt quæ dicis insita? C. P. Quæ infixa sunt rebus ipsis, [x] tũ ex toto, tum ex partibus, tum ex notatione, tum ex iis rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur. Et ad id totum, de quo disseritur tum definitio adhibetur, tum partium enumeratio, tum notatio verbi. Ex iis autem

his duobus notis ( )ab hoc loco (tum ex toto &c. vsque ad illum aut *tũ minorum: delet vt ex Topicis huc inuectum, & supermeanum.*

rebus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur, alia coniugata appellãtur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex cõtrario, alia ex coniunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnãtibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorum: vt definitio, vt contrarium, vt ea, quæ sunt ipsi, contrárióve eius aut similia, aut dissimilia, aut consentanea, aut dissentanea: vt ea, quæ sunt quasi coniuncta, aut[a] ea, quæ sunt quasi pugnantia inter se: aut[b] eárum rerũ, de quibus agitur, causæ: aut[c] causarum euentus, id est, quæ sunt effecta de causis, vt distributiones, vt genera partiũ, generúmve partes, vt primordia rerũ, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti: vt rerum contentiones, d quid maius, quid par, quid minus sit, in quibus aut naturæ rerum, aut facultates comparantur. 16 ¶ C.F. Omnibúsne igitur ex his locis argumenta sumemus? C.P. Immò verò scrutabimur, & quæremus ex omnibus: sed adhibebimus iudiciũ, vt leuia semper reiicia mus, nonnunquã etiã communia prætermittamus, & non necessaria. 17 ¶ C.F. Quoniam de fide respõdisti, volo audire de motu. C.P. Loco tu quidem quæris, sed planiùs quod vis, explicabitur, cùm ad orationis ipsius, quæ ratiónumque rationem venero. 18 ¶ C.F. Quid sequitur igitur? C.P. Cùm inueneris *collocare*[e]. Cuius in infinita quæstione, ordo est idẽ fere, quẽ exposui, locorũ. In definita autem, adhibenda sunt illa etiã, quæ ad motus animorũ pertinent. 19 ¶ C.F. Quomodo igitur ista explicas? C.P. Habeo cõmunia præcepta, fidem faciendi, & commouendi. Quoniam fides, est firma opinio: motus autem, animi incitatio aut ad voluptatem, aut ad molestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem: (tot enim sunt motus genera, partes plures generũ singulorũ:) omnem collocationem ad finem accommodo quæstionis. Nã est in proposito[f] finis, fides: in causa & fides, & motus. Quare cùm de causa dixero, in qua est propositum, de vtroq. dixero. 20 ¶ C.F. Quid habes igitur de causa dicere? C.P. Auditorũ eam genere[g] distingui. Nã aut auscultator est modò qui audit, aut dispectator, id est rei, sententiæq. moderator: ita, vt aut delectetur, aut statuat aliquid. Statuit aũt aut de præteritis, vt iudex: aut de futuris, vt senatus. Sic[h] tria sunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis: quæ, quia in laudationes maximè cõfertur, propriũ habet iã ex eo nomẽ. 21 ¶ C.F. Quas res sibi proponet in istis tribus generibus orator? C.P. Delectatione in exornatione: in iudicio, aut fœnitiã, aut clementiã iudicis: in suasione aũt, aut spẽ, aut reformidatione deliberantis. 22 ¶ C.F. Cur igitur exponis hoc loco genera controuersiarũ? C.P. Vt rationẽ collocãdi ad finẽ cuiusq. accommodem. 23 ¶ C.F. Quónam tandem modo? C.P. Quia, quibus in orationibus *delectatio* finis est, varij sunt ordines collocandi. Nam aut temporum seruantur gradus, aut generũ distributiones, aut à minorib. ad maiora adscẽdimus, aut à maioribus ad minora delabimur, auti hæc inæquabili varietate distinguimus, cùm parua magnis, simplicia coniunctis, obscura dilucidis, læta tristibus, incredibilia probabilibus interimus[k], quæ in exornationem cadunt omnia. 24 ¶ C.F. Quid: in *deliberatione* quid spectas? C.P. Principia, vel non lõga, vel sæpe nulla. Sunt enim ad audiendũ qui deliberant, sua causa parati. Nec multùm sanè sæpe narrandum est. Est enim narratio, præteritarum rerum, aut præsentium: suasio autem, futurarũ. Quare ad fidem, & ad motũ adhibenda est omnis oratio. 25 ¶ C.F. Quid? *in iudicijs* quæ est collocatio? C.P. Non éadem accusatoris, & rei: quòd *accusator* rerum ordinem prosequitur[a], & singula argumenta, quasi hasta in manu collocata, vehementer proponit, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, testimoniis, accutatiúsq. in singulis cõmoratur: perorationísque præceptis, quæ ad incitandos animos valent, & in reliqua oratione paullulum digrediens[b] de cursu dicendi, vtitur, & vehementiùs in perorãdo. Est enim propositum[c], vt iratum efficiat iudicem. 26 ¶ C.F. Quid faciendum est contrà *reo*? C.P. Omnia longè secus. Sumẽda principia ad beneuolentiam[d] cõciliandam. Narrationes aut amputandæ, quæ lædunt: aut relinquendæ, si totæ sunt molestæ. Firmamenta[e] ad fidẽ posita, aut per se diluẽda, aut obscurãda, aut digressionibus[f] obruenda. Perorationes autem, ad misericordiam conferendæ. 27 ¶ C.F. Sẽpérne igitur ordinem[g] collocandi, quem volumus, tenere possumus? C.P. Non sanè. Nam auditorum aures moderãtur oratori prudẽti, & prouido, & quod respuunt, immutandum est. 28 ¶ C.F. Expone deinceps, *h quæ ipsius orationis, verborúmque præcepta sunt.* [i] C.P. Vnum igitur genus est eloquendi sua sponte fusum: alterum versum, atque mutatum. Primak vis est *in simplicibus verbis*: in coniunctis secunda. Simplicia, inuenienda sunt: coniuncta, collocanda[l] sunt. Et simplicia verba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua ea, quæ[m] significata sunt[n] sensu: Reperta, quæ ex his facta sunt, & nouata aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiũctione verborum. Atque etiam hæc est distinctio in verbis: altera, natura: tractatione, altera. Natura, vt sint alia consonantiora[o], grauiora, leuiora, & quodammodo nitidiora: alia contrà. Tractatione autem, cùm aut propria sumuntur rerum vocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut prisca, aut ab oratore modificata, & inflexa quodammodo: qualia sunt ea, quæ transferũtur, aut immutantur, aut ea, quibus tanquam abutimur, aut ea, quæ obscuramus, quæ incredibiliter tollimus, quæque mirabiliùs, quàm sermonis cõsuetudo patitur, ornamus. 29 ¶ C.F. Habeo de simplicibus verbis: *nunc de coniunctione quæro*. C.P. Numeri quidam sunt in coniunctione seruandi, consecutióque verborũ. Numeros aures[p] ipsæ metiuntur, ne aut non compleas verbis quod proposueris, aut redũdes. Consecutio autem, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio. Nam, vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum: sic in coniunctis quod non est consequens, vituperandum est. Communia autem simplicium, coniunctorúmque sunt hæc quinque quasi lumina, dilucidum, breue, probabile, illustre, suaue. *Dilucidum* fit vsitatis verbis, propriis, dispositis, aut circumscriptione concisa, aut intermissione, aut concisione verborum. *Obscurum* autem, aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione, atque immutatione verborum. *Breuitas* autem conficitur

finx-

a L. vt ea, q. s. q.
b L. vt eatum
c L. vt causarum eu.
P. 8.
d hoc est cõparationes
e DE DISPOSITIONE.
f de quo initio penè huius libri dixit quæ & διαιρεῖς & infinita quæstio.*
g al. genere distinguere.*
h L. Sic tria sunt causarũ genera.
i L. aut hæc inæquali
k al. interserti mut.*
l L. collocanda. Et s. m al. quæ ad res significãdas profecta sunt à sensu, *sed apud Quintil. 8 cap. 3. ita legitur*, quę significanda sunt primo sensu.*
m al. sunt primo sensu:
n L. sonantiora, grandiora, læuiora, & q.
o forsè legendum aures ipsæ.
p L. degredientes
q L. ei propositum, vt iudicẽ efficiat iratum.
r v. c. beniuolentiam *esse*. Firmamenta ad fidem applicata.
s L. degressũ.
t al. ordinem collocando.
u DE ELOCVTIONE*
x L. præcepta sint.
y al. primi*
P. CCXXXI.
a L. persequatur.
b L. degredientes
c L. ei propositum, vt iudicẽ efficiat iratum.
d v. c. beniuolentiam *esse*. Firmamenta ad fidem applicata.
e L. degressũ.
P. 8.

simplicibus verbis: semel vnaquaque re dicēda: nulli rei, nisi, vt dilucidè dicas, seruiendo. *Probabile* autem genus est orationis, si nō nimis est comtum, atque expolitum, si est auctoritas & pondus in verbis, si sententiæ vel graues, vel aptę opinionibus hominum, &[a] moribus. *Illustris* autem oratio est, si & verba grauitate[b] delecta ponuntur, & transłata, & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata, & idem significantia, atque ab ipsa actione, atque imitatione rerum non abhorrētia. Est enim hæc pars orationis, quæ rem constituat pænè ante oculos. Is enim maximè sensus attingitur: sed ceteri tamen, & maximè mens ipsa moueri potest. Sed quæ dicta sunt de oratione dilucida, cadunt in hanc illustrem omnia. Est enim plus aliquanto illustre, quàm illud dilucidū. altero fit vt intelligamus, altero verò, vt videre videamur. *Suaue* autem genus erit dicendi primùm elegantia & iucunditate verborum sonantium,& lenium[c]: deinde cōiunctione, quæ neque asperos habeat concursus, neque disiunctos, atque hiantes: & sit circumscripta non[d] longo anfractu, sed ad spiritum vocis apto, habeātque similitudinem, æqualitatémque verborum, tum ex contrariis sumta verbis: crebra crebris, paria paribus respondeant, relatáque ad idē verbū: & geminata, atque duplicata, vel etiā sæpius iterata ponantur: constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Fit etiam suauis oratio, cùm aliquid aut[e] inuisum, aut inauditum, aut nouum dicas. Delectat enim quidquid est admirabile, maximéque mouet ea, quæ motum aliquem animi miscet, oratio: quæque significat oratoris ipsius amabileis mores: qui exprimuntur, aut[f] significando iudicio ipsius ex animo humano ac liberali, aut inflexione fermonis, cùm aut augendi alterius, aut minuendi sui causa, alia dici ab oratore, alia existimari videntur, idque comitate fieri magis, quàm vanitate. Sed multa sunt suauitatis præcepta, quæ orationem aut magis obscurā, aut minus probabilem faciunt. Itaque etiam hoc loco nobis est ipsis, quid causa postulet, iudicandum. 30 ¶ C.F. Reliquum est igitur, vt dicas *de conuersa oratione, atque mutata*. C.P. Est itaque id genus totum suum in commutatione verborum: quæ simplicibus in verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, aut[g] in verbum contrahatur oratio. Ex verbo, cùm aut proprium, aut idem significās, aut factum verbum in plura verba deducitur. [i] Ex oratione, cùm aut definitio ad vnum verbum reuocatur, aut assumpta verba remouentur, aut in circuitus diriguntur, aut in coniunctione fit vnum verbum ex duobus. In coniunctis autem verbis triplex adhiberi potest commutatio, non verborum, sed ordinis tantummodò: vt, cùm semel dictum sit directè, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, & idem quasi[k] sursum versus, retróque dicatur: deinde idem intercisè, atque permistè. Eloquendi autem exercitatio maximè in hoc toto conuertendi genere versatur. 31 ¶ C.F. *Actio* [l] igitur sequitur, vt opinor. C.P. Est ita: quæ quidem oratori & cum rerum, & cum verborū momentis commutanda maximè est. Facit enim & dilucidam orationem, & illustrem, & probabilem, & suauem, non verbis, sed varie late vocum, motu corporis, vultu, quæ plurimùm valebunt, si cum orationis genere consentient, eiúsque vim, ac varietatē subsequētur. 32 ¶ C.F. Num quídnam de oratore ipso restat? C.P. Nihil sanè, præter *memoriā*[a], quæ[b] est germana litteraturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis. Nā VT illa cōstat ex notis litterarū, & ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ: sic confectio memoriæ, tanquā cera, locis vtitur, & in his imagines, vt litteras, collocat. 33 ¶ C.F. QVONIAM igitur vis oratoris omnis exposita est, quid habes *de orationis præceptis* dicere? C.P. Quatuor esse eius parteis: quarum prima, & postrema ad motū animi valet[c]: is enim initiis est, & perorationibus concitandus. Secunda narratio: & tertia, confirmatio, fidem facit orationi[d]. Sed amplificatio quāquam[e] habet propriū locum, sæpe etiam primum, postremum quidem ferè semper, tamen reliquo in cursu orationis adhibenda est, maximéque cùm aliquid aut cōfirmatum est, aut reprehensum. Itaque ad fidē quoque vel plurimùm valet. Est enim amplificatio, vehemens quædam argumentatio, vt illa docendi causa fit: hæc, commouendi. 34 ¶ C.F. Perge igitur ordine *quatuor mihi istas parteis explicare*. C.P. Faciam, & *à principiis*[f] primùm ordiar. Quæ quidē ducuntur aut ex personis, aut ex rebus ipsis. Sumuntur autem tium rerum gratia: vt amicè, vt intelligēter, vt attentè audiamur. Quorum primus locus est in personis nostris, disceptatorum, aduersariorum: è quibus initia beneuolentię[g] conciliandę comparantur, aut meritis nostris, aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, & maximè liberalitatis, officij, iustitiæ, fidei: contrariis rebus in aduersarios conferendis, & cum iis, qui disceptant, aliqua coniunctionis aut causa, aut spe significāda: &, si in nos aliquod odium, offensióve collocata[h] sit, tollenda ea, minuendáve, aut diluendo, aut extenuando, aut compensando, aut deprecando. Intelligenter autem vt audiamur, & attentè, à rebus ipsis ordiendum est. Sed facillimè auditor discit, &, quid agatur, intelligit, si complectare à principio genus, naturámque causæ, si definias, si diuidas, si neque prudentiam eius impedias confusione partium, nec [i] memoriā multitudine: quæque mox de narratione dilucida dicentur, eadem etiam huc poterunt rectè referri. Vt attentè autem audiamur, trium rerum aliqua consequemur. Nam aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut coniūcta cum ipsis, apud quos res agetur. Sit autem hoc etiam in præceptis, vt, si quando tempus ipsum, aut res, aut locus, aut interuentus alicuius, aut interpellatio, aut ab aduersario dictum aliquod, & maximè in perorando, dederit occasionem nobis aliquam, vt dicamus aliquid ad tempus aptè, ne derelinquamus: &, quæ suo loco de amplificatione dicemus, multa ex his poterunt ad principiorū præcepta transferri. 35 ¶ C.F. Quid *in narratione*[k] quæ tandem conseruanda[l] sunt? C.P. Quoniam narratio, est rerum explicatio, & quædam quasi sedes, ac fundamentum constituendæ fidei, ea sunt in ea seruanda maximè, quæ etiā in reliquis ferè dicēdi partibus, quæ partim sunt necessaria, partim sunt assumpta adornandū. Nā vt dilucidè, probabili térq. narremus, necessariū est: sed assumimus etiā suauitatē. Ergo ad dilucidè narrandū eadē illa superiora explicandi, & illustrādi præ-

a L. ac moribus.

b al. grandiitate al. grandia & lecta.*

c L. & læuiß.

d L. non longo anfractu,

e al. aut non pisum,

f al. aut significādo ex iudicio ipsius animo humano, ac lib.

g CCXXXVII. al. dilatatur: cùm aut propriū &c.*

h al. in verbū autē contrahitur oratio, aut definitio &c.*

i L. diducitur.

k al. sursum versum,

l DE ACTIONE.*

a DE MEMORIA.*

¶ L. quæ (si gemina lit. id est similitu ma.*

e L. valent.

d L. faciunt e L. quanquā habeat pr. ria v.e.

f DE EXORDIO.*

g L. beniuolentiæ.

P. 8.

h L. collata sit,

i al. neque mem.

k DE NARRATIONE.

l L. obseruanda sunt à

cepta repetemus,in quibus est breuitas: eáq. sæpissimè in narratione laudatur, de qua supra dictũ est. Probabilis autẽ erit:si personis, si téporibus,si locis ea,quæ narrabuntur ,consentient:si cuiusque facti , & euenti causa ponetur: si testata dici videbũtur: si cum hominum opinione , auctoritate [a] , si cum lege, cum more, cum religione coniuncta : si probitas narrantis significabitur,si antiquitas,si memoria , si orationis veritas , & vitæ fides. Suauis autem narratio est,quę habet admirationes,exspectationes, exitus inopinatos, interpositos [c] motus animorum, colloquia personarum,dolores,iracundias, metus,lætitias, cupiditates. Sed iam ad reliqua pergamus.

36 ¶ C.F.Nempe ea sequuntur,*quæ ad faciendam* [d] *fidem pertinent*. C.P. Ita est:quæ quidem in confirmationem,& [e] in reprehẽsionem diuiduntur.Nam in confirmãdo,nostra probare volumus:in reprehẽdẽdo, redarguere cõtraria. Quoniã igitur omne, quod in controuersiam venit,id aut sit,nécne sit:aut quid sit: aut quale sit , quæritur : in primo coniectura valet,in altero definitio,in tertio ratio.37 [f] C. F. Teneo istam distributionem. Nunc *coniecturæ* [g] *locos quæro*. C.P. In verisimilibus, & in propriis rerũ notis posita est tota.Sed appellemus docẽdi gratia verisimile, quod plerũque ita fiat : vt adolescentiã procliuioré esse ad libidinẽ .Propria autem notæ argumentũ, quod nunquã aliter fit,certúmq; declarat, vt fumus ignem. *Verisimilia* reperiuntur ex partibus,& quasi membris narrationis,ea sunt in personis, in locis, in temporibus, in factis, in euẽtis,in rerum ipsarum,negotiorũmque naturis. *In personis* naturæ primùm spectantur, valetudinis [g] , figuræ,virium,ætatis,marium, fœminarum:[h]atque hæc quidem in corpore. Animi autẽ,aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus,vitiis,artibus,inertiis, aut quemad modum commoti,cupiditate,metu,voluptate,molestia.Atque hæc quidem in natura spectantur. In fortuna, genus, amicitiæ,liberi, propinqui, affines, opes: honores,potestates, diuitiæ,libertas,& ea,quæ sunt iis contraria. In *locis* autem & illa naturalia , maritimi, an remoti à mari:plani,an [i] montuosi: læues,an asperi:salubres,an pestilentes: opaci,an aperi:& illa fortuita,culti,an inculti:celebres,an deserti , cœdificati, an vasti: obscuri, an rerum gestarum vestigiis nobilitati:consecrati, an profani. In *temporibus* autem,præsentia,& præterita,& futura cernuntur.In his ipsis,vetusta,recentia,instantia,paullò [k] pòst,aut aliquando futura. Insunt etiam in temporibus illa , quæ temporis quasi naturam notant, vt hyems,ver,æstas,autumnus [l] : aut anni tempora,vt mensis,vt dies,vt nox,hora, tẽpestas, quæ sunt naturalia.Fortuita autem,sacrificia, festi dies,nuptiæ.Iam *facta*,& *euentus*,aut *consilij* sunt,aut *imprudentiæ* : quæ est aut in casu, aut in quadã animi permotione. *Casu*,cùm aliter accidit,ac putatum fit. *Permotione*, cùm aut obliuio, aut error, aut metus , aut aliqua cupiditatis causa permouit. Est etiã in imprudentia *necessitas* ponenda. *Rerum* autem bona rum, & malarum tria sunt genera. Nam aut in animis , aut in corporibus , aut extrà esse possunt. Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ , perlustrandæ animo partes erunt omnes,& ad id,quod agetur,ex singulis coniectura capienda. Est etiam genus argumentorum aliud, quod *ex facti vestigiis* sumitur,vt telũ, cruor,clamor editus [a] , titubatio, permutatio coloris , oratio inconstans , tremor , & eorum aliquid , quod sensu percipi possit : etiam si præparatum aliquid , si communicatũ cum aliquo, si postea visum, auditum, indicatum. Verisimilia autem partim singula mouent suo pondere,partim,etiam si videntur esse exigua per se , multum tamen, cùm sunt coacervata,proficiunt.Atque in his verisimilibus insunt nonnunquam etiã certæ rerũ & propriæ notæ. ¶Maximam autem facit fidem ad similitudinem veri , primùm, *exemplum*:deinde introducta rei *similitudo*:*fabula* etiam nonnunquam,etsi sit incredibilis, tamen homines commouet. 38 ¶ C.F.Quid? *definitionis* [b] *quæ ratio est*,& *quæ via*? C.P.Nõ dubium est id quidem , quin definitio genere declaretur,& proprietate quadã,aut etiã communium frequentia , ex quibus proprium [c] quid sit,eluceat. Sed quoniam de propriis oritur plerunque magna dissensio,definiendũ est sæpe ex cõtrariis,sæpe etiam ex dissimilibus,sæpe [d] ex paribus.Quamobrẽ descriptiones quoque sunt in hoc genere sæpe aptæ,& enumeratio consequẽtium, in primísque cõmouet explicatio vocabuli,ac nominis.39 ¶C. F. Sũt expósita iam ferè ea,quæ de facto,quæque de facti appellatione quæruntur.Nempe igitur ea restant, quæ cùm factum constet, & nomen,*qualia* [e] sint,vocatur in dubium.C.P. Est ita,vt dicis.40 [f] C.F.Quę sunt igitur in eo genere partes? C.P. Aut [f] iure factum depelli-tur:aut vleiscendi doloris gratia,aut pietatis, aut pudicitiæ, aut religionis , aut patriæ nomine,aut denique necessitate,insciti a,casu. Nam quæ motu animi,& perturbatione facta sine ratione sunt,ea defensionem contra crimen,in legitimis iudiciis nõ habent,in liberis disceptationibus habere possunt. Hoc in genere,in quo,quale sit, quæritur ex controuersia,iure,& recténe actum [h] sit,quæri solet: quorũ disputatio ex locorũ descriptione fumenda est. 41 ¶ C. F. Agesis ergo,quoniam in confirmationem,& reprehensionem diuiseras [i] orationis fidem, & dictũ de altero est: expone nunc de *reprehendendo*. ¶ C.P.Aut totum est negandum,quod in argumentatione aduersarius sumpserit,si fictum,aut falsum esse possis [l] dicere, aut redarguenda ea, quæ pro verisimilibus sumpta sunt : Primùm dubia sumpta esse pro certis:Deinde etiã in perspicuè falsis eadẽ posse dici:Tum [m] ex iis,quæ sumserint,nõ effici,quę velint.Accedere autem oportet ad singula.sic vniuersa frangentur. Commemoranda sunt etiã exempla,quibus simili in disputatione creditum non sit: conquerenda [n] conditio communis periculi, si ingeniis hominum criminosorum sit exposita vita innocentium. 42 ¶ C. F. Quoniam vnde inueniuntur quæ ad fidẽ pertinent,habeo,quemadmodum in dicendo singula tractentur, exspecto.C.P.Argumentationẽ quærere vidêris , quæ est argumenti explicatio: quæ sumta ex iis locis,qui sunt expositi,confidenda,& distinguẽda dilucidè est. 43 ¶C.F. Planè istuc ipsum desidero. C. P. Est ergo (vt suprà dictũ est) explicatio argumẽti,argumẽtatio:[o] sed ea cõficitur,cùm sumseris aut non dubia , aut probabilia , ex quibus id efficias quod aut dubiũ,aut minus probabile per [p] se videtur.Argumentandi autẽ duo sunt genera:

a L. fi auctoritatis memoria.

c *al.* fi interp.

d DE CONFIRMATIONE.*

e L. & repr. p. 231.

f DE CONIECTVRALI STATV.*

g v. c. valitudinis,

h L. fœminarum.

i L. an montuosi.

k L. paullo pòst, aut aliquanto f.

l L. autumnus.

a *al.* audiatur

P. 8.

b DE DEFINITIVO STATV.*

c L. propriũ quid sit,

d *al.* sæpe ex partibus,

e DE QVALITATIS STATV.*

f L. Aut iure factum defenditur,

g L. insciẽtia,

h L. factum

i L. diuiseras fidem,

k DE REPREHENSIONE.*

l L. possis docere aut

m L. Tum ex iis, quæ sũpserit, non effq. velit. *al.* Tũ ex eiis, quæ assumpserit, *&c. & ita v. c.*

n L. tum quærenda conditio *&c. & ita v. c.*

o DE ARGVMENTATIONE.* P. 234.

p L. per se videtur. *& ita v. c.*

ra: quorum alterum ad finē directò ſpectat: alterum ſe inflectit ad motū. Dirigitur, cum propoſuit aliquid, quod probaret, ſumſitque ea quibus vteretur: atque his confirmatis, ad propoſitum retulit, atque concluſit. Illa autē altera argumentatio, quaſi retrò, & contrà priùs ſumit quæ vult, eáque confirmat: deinde id, quod proponendū fuit, permotis animis iacit ad extremū. Eſt autē illa varietas in argumentando, & non iniucunda diſtinctio: vt, cùm interrogamus noſmetipſos, aut percunctamur, aut imperamus, aut optamus, quæ ſunt cū aliis cōpluribus ſententiarum ornamenta. Vitare autem ſimilitudinem poterimus, non ſemper à propoſito ordientes: &[a] ſi non omnia confirmando diſputabimus, breuitérque interdum, quæ erunt ſatis aperta, ponemus: quódque ex his efficietur, ſi id apertū ſit, non habebimus neceſſe ſemper concludere. 44 ¶ C.F. Quid illa, quæ ſine arte appellantur, quæ iamdudum aſſumta dixiſti, ecquónam modo, ecquónam loco artis indigent?

¶ C.P. Illa verò indigent: nec eò dicuntur ſine arte, quòd[b] ita ſunt, ſed quòd ea non parit oratoris ars, ſed foris ad ſe delata, tamen arte tractat, & maximè in teſtibus. Nam *de toto genere teſtium*, quàm id ſit infirmum, ſæpe dicendum eſt: & argumenta, iterum eſſe propria: teſtimonia voluntatū: vtendúmque eſt exemplis, quibus teſtibus creditū non ſit: & de ſingulis teſtibus, ſi natura vani, ſi leues, ſi cū ignominia, ſi ſpe, ſi metu, ſi [c] iracundia, ſi miſericordia impulſi, ſi præmio, ſi gratia adducti: cōparandíque ſuperiore cū auctoritate teſtium, quibus tamen creditum non ſit. Sæpe etiam *quæſtionibus* reſiſtendū eſt, quòd & dolorem fugientes multi in tormentis emen titi[d] perſæpe ſunt, moríque maluerunt falſum fatendo, quàm inficiando, dolere. Multi etiā ſuam vitā neglexerunt, vt eos, qui his cariores, quàm ipſi ſibi eſſent, liberarent. Alij autē aut natura corporis, aut conſuetudine dolendi, aut metu ſupplicij, aut mortis vim tormentorum pertulerunt. Alij mentiti ſunt in eos, quos oderant. Atque hæc exēplo[f] firmanda ſunt. Neque eſt obſcurum, quin, quoniam in vtraque [g] parte ſunt exempla, & item ad coniecturam faciendā loci, in contrariis contraria ſint ſumenda. Atque etiam incurrit alia quædam in teſtibus. & in quæſtionibus ratio. Sæpe enim ea, quæ dicta ſunt, ſi aut ambiguè aut inconſtanter, aut incredibiliter dicta ſunt, aut etiā aliter ab alio dicta, ſubtiliter reprehendūntur. 45 ¶ C.F. Extrema[h] tibi pars reſtat orationis, quæ poſita in perorando eſt, de qua ſanè velim audire. ¶ C.P. Faciliori[i] eſt explicatio perorationis. Nam eſt diuiſa in duas partes, amplificationem, & enumerationem. Augendi autem & hîc eſt proprius locus in perorando: & in curſu ipſo orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua, aut reprehenſa. Eſt igitur *amplificatio*, grauior quædam affirmatio, quæ motu animorū, conciliet in dicendo fidē. Ea & verborum genere conficitur, & rerum. Verba ponenda ſunt, quę vim habeant illuſtrandi, nec ab vſu ſint abhorrentia, grauia[k], plena, ſonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, ſuperlata, in primíſque tranſlata, nec in ſingulis verbis, ſed in continentibus ſoluta, quæ dicuntur ſine coniūctione, vt plura videantur. Augent etiā relata verba, iterata, duplicata, &

ea, quæ aſcendunt gradatim ab humilioribus verbis ad ſuperiora, omninóque ſemper quaſi naturalis, & non explanata oratio, ſed[a] grauibus referta verbis, ad augendum accōmodatior. Hæc igitur in verbis: quibus[b] actio vocis, vultus, & geſtus congruens, & apta ad animos permouendos, accommodata[c] eſt. Sed & in verbis, & in actione cauſa erit tenenda[d], & pro re agenda. Nam[e] hæc, quia videntur perabſurda, cùm[f] grauiora ſunt, quàm cauſa[g], diligenter ferè, quid quemque deceat, iudicandū eſt. Rerum amplificatio ſumitur eiſdē ex locis omnibus, quibus illa, quæ dicta ſunt ad fidem: maximéque definitiones valent conglobatæ, & conſequentiū frequentatio, & cōtrariarū, & diſſimilium, & inter ſe pugnantiū rerum conflictioh: & cauſæ, & ea, quæ ſunt de cauſis orta, maximéque ſimilitudines, & exēpla: fictæ etiā perſonæ: muta denique loquantur: omninóque ea ſunt adhibenda, ſi cauſa patitur, quæ magna habentur: quorum eſt duplex genus. Alia enim magna natura videntur, alia vſu. Natura, vt cæleſtia, vt diuina, vt ea, quorum obſcuræ cauſæ, vt, in terris, mundóque admirabilia quæ ſunt: ex quibus, ſimilibuſque ſi attendas, ad augendum permulta ſuppetunt. Vſu, qnæ videntur hominibus aut prodeſſe, aut obeſſe vehementiūs: quorū ſunt genera ad amplificandum tria. Nam aut caritate mouentur homines, vt deorū, vt patriæ, vt parentum: aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiarium: aut honeſtate, vt virtutum, maximéque earum, quæ ad communionem hominum, & liberalitatē valent. Ex[i] iis & cohortationes ſumuntur ad ea retinenda: & in eos, à quibus ea violata ſunt, odia[k] incitantur, & miſeratio naſcitur. Proprius locus augendi in iis rebus aut amiſſis, aut amittendi periculo. Nihil eſt enim tā miſerabile, quàm ex beato miſer. Et hoc totū quidem mouear, ſi bona ex fortuna quis cadat: & [l] à quorum caritate diuellatur: quæ amittat, aut amiſerit: in quibus malis ſit, futuréſve ſine, exprimatur breuiter. Citò enim arefcit[m] lacryma præſertim in alienis malis. Nec quidquā in amplificatione nimis enucleandū eſt. minuta eſt enim omnis diligentia. hic autē locus grandia requirit. Illud iam eſt iudicij, quo quaque in cauſa genere vtamur augendi. In illis enim cauſis, quæ ad delectationē exornantur, ij loci tractandi ſunt, qui mouere poſſunt exſpectationem, admirationē, voluptatē. In cohortationibus autē, bonorū, ac malorum enumerationes, & exempla valent plurimùm. In iudiciis accuſatori ferè quæ ad iracundiā[n]: reo plerunque, quæ ad miſericordiam pertinent. Nonnunquam tamen accuſator miſericordiam mouere debet, & defenſor iracundiam. *Enumeratio* reliqua eſt, nonnunquam laudatori: ſuaſori non ſæpe, accuſatori ſæpius, quàm reo, neceſſaria. Huius ipſa tempora duo ſunt, ſi aut memorię diffidas eorum, apud quos agas, vel interuallo temporis, vel longitudine orationis: aut frequentatis firmamentis orationis, & breuiter expoſitis, vim[o] eſt habitura cauſa maiorem. Et reo rarius vtendum eſt, quod ponenda ſunt contraria: quorum diſſolutio in[p] breuitate latebit, aculei[q] pungent. Sed erit in enumeratione vitandū, ne oſtētatione memoriæ ſuſcepta, videatur eſſe puerilis. Id effugiet qui nō oīa minima repetet, ſed breuia ſingu-

a L. & ſi non omnia diſputando confirmabimus, &c.

b *al.* quòd ita ſint, ſ. q. e. n. pariat o. a. ſ. & ad ſe d. t. a. tractet,

c *fort.* ſi ira,

d L. mentiti ſadde 5. Quintil. 4. l. 2. §. 23. ff. de quæſtionibus.*

e L. quàm verò inficiando

f L. exemplis

g *al.* vtranque partem.*

h DE CONCLVSIONE.*

i L. Facilis eſt

P. B.

k L. grandia,

a L. ſed grauibus rec.

b L. quibus actio voce, vultu, & geſtu cong.

c L. accommodanda eſt.

d *al.* prouidenda.*

e L. Nam, quia hæc v.

f L. cùm grauiora ſunt, quàm cauſa ſert, diligenter, quid quę que deceat, iudicandum. R.

g quàm cauſa ſert.*

h L. confidatio:

i L. ex iis retiam coh.

k L. odia concitantur: & miſeratio naſcitur ex iis rebus aut amiſſis, aut amittendis. Nih.

l L. & ſi, à quorum car. P. 235.

m lacryma nihil citius arefcit. t. de inuentione in fin.*

n *al.* iram:

o L. vim ſit hab.

p L. in breuitate non lucebit. ‖ *al.* nō latebit.*

q *al.* aculei magis pungent.*

la attingens,pondera rerum ipſa comprehen det. 46¶ C F.QVONIAM &de ipſo oratore, & de orationè dixiſti, expone eũ mihi nunc, quem ex tribus extremum[a] propoſuiſti,quæſtionis locum. C. P. Duo ſunt, vt initiò dixi, quæſtionum genera: quorum alterum finitum temporibus & perſonis,cauſam[b] appello:Alterum infinitum,nullis neque perſonis, neque temporibus notatum,quod[c] propoſitũ voco. Sed eſt conſultatio[d] quaſi pars cauſæ quædam[e],& controuerſiæ. Ineſt enim infinitum in definito, & ad illud tamen referuntur omnia Quamobrem priùs *de propoſito* dicamus:cuius genera ſunt duo:*cognitionis* alterũ : eius ſcientia eſt finis,vt verſine ſint ſenſus : Alterum *actionis* : quod refertur ad efficiendum quid, vt,ſi quæratur,quibus officiis amicitia colenda ſit Rurſus *ſuperiorũ* genera ſunt tria : Sit[f], nécne: quid ſit:quale ſit. Sit[g], nécne, vt,ius in natura ſit,an in more. Quid aũt ſit, ſitne ius,id,quod maiori parti ſit vtile. Quale aũt ſit iuſtè viuere,ſith,nécne,vtile. *Actionũ* aũt duo ſunt genera. Vnũ,ad perſequẽ dũ aliquid, aut declinandũ: vt,quibus rebus adipiſci gloriam poſſis,aut quomodo inuidia vitetur : Alterum,quod ad aliquod commodũ,vſúmque refertur: vt,quemadmodum ſit reſp. adminiſtranda, aut quemadmodum in paupertate viuendum.Rurſus[i] autem ex cognitionis conſultatione, vbi,ſit nécne ſit,aut fuerit, futurúmve ſit, quæritur, vnum genus eſt quæſtionis,poſſitne aliquid effici.vt,cùm quæritur, ecquiſnã perfectè ſapiens eſſe poſſit:Alterũ,quemadmodũ quidque fiat,vt,quónam pacto virtus pariatur,naturáne,an ratione,an vſu. Cuius generis ſunt omnes,in quibus,vt in obſcuris,naturalibúſque quæſtionibus,cauſæ,rationéſque rerum explicantur.Illius autem generis,in quo,quid ſit id,de quo agitur,quæritur,duo ſunt genera:quorum in altero diſputandum eſt, aliud, an idem ſit,vt pertinacia & perſeuerantia: In altero autem, deſcriptio generis alicuius, & quaſi imago exprimenda eſt,vt,qualis ſit auarus, aut quid ſit ſuperbiã.Tertio autem in genere,in quo, *quale* ſi,quæritur,aut de honeſtate,aut de vtilitate,aut de æquitate dicendũ eſt.De honeſtate ſic:vt,Honeſtúmne ſit pro amico periculũ,aut inuidiã ſubire.De vtilitate autẽ ſic:vt, Sitne vtile in rep.adminiſtranda verſari. De æquitate verò ſic: vt, Sítne æquũ, amicos cognatis anteferre. Atque in hoc eodẽ genere, in quo, quale ſit, quæritur, exoritur aliud quoddã diſputandi genus. Non enim ſimpliciter ſolùm quæritur, quid honeſtũ ſit, quid vtile,quid æquũ,ſed etiam ex comparatione, quid honeſtius,quid vtilius,quid æquius: atque etiã, quid honeſtiſſimũ, quid vtiliſſimũ, quid æquiſſimũ : cuius generis illa ſunt, quæ præſtantiſſima ſit dignitas vitę.Atque ea quidẽ,quæ dixi,cognitionis ſunt omnia.Reſtant actionis : cuius alterũ eſt præcipiendi genus, quod ad rationem officij pertinet: vt,quemadmodum colendi ſint parentes:Alterũ[l] autem ad ſedandos animos, & oratione[m] ſanandos, vt in conſolandis mæroribus, vt in iracundia comprimenda, aut in timore tollendo[n], aut in cupiditate minuenda.Cui quidẽ generi contrariũ eſt diſputandi genus ad eos dẽ illos animi motus, quod in amplificanda oratione ſæpe faciendũ eſt, vel gignendos, vel concitandos. Atque[o] ferè hæc eſt partitio

a DE QVÆSTIONE.*

b *al.* controuerſiam, ſeu cauſam app. c *fort.* quod conſultationem, ſeu propoſitum voco. Sed eſt conſ. &c. *al.* quod propoſitum voco. Sed eſt propoſitum quaſi pars c.q. & ita v.c.

d *al.* propoſitum.*

e *al.* quædã. Deeſt enim &c.

f *al.* ſit, nécne ſit,

g L. Sit, nécne vt,

h *al.* ſit, nécne ſit vtile.

i L. Rurſus autem in cognit. conſ.

k *al.* ſuperbus.*

l L. Alterum autem, quod ad ſedand. animũ & oratione ſ.

m *al.* ratione.*

n *al.* delinien do.*

o L. Atque hæc ferè eſt

A

B

C

D

E

F

G

H

conſultationum. 47 ¶ C. F. Cognouiſti:ſed[a] quæ ratio eſt in his inueniendi,& diſponendi,requiro. C. P. Quid? tu aliámne cenſes,& non eandẽ eſſe, quæ eſt expoſita, vt ex eiſdẽ locis ad fidẽ, & ad inueniendum ducãtur omnia? Collocandi autem quæ eſt expoſita in aliis ratio, eadem huc transfertur. Cognita igitur omni diſtributione propoſitarum[b] conſultationum,cauſarum genera reſtant omnino.Et earum quidem forma duplex eſt: quarum altera delectationem ſectatur auriũ: alterius,vt obtineat,probet, & efficiat quod agit,omnis eſt ſuſcepta cõtentio. Itaque illud ſuperius,exornatio dicitur: quod cùm latum genus eſſe poteſt,ſanéque varium,vnum[c] ex eo delegimus, quod ad laudandos claros viros ſuſcepimus, & ad improbos vituperandos.Genus enim nullum eſt orationis, quod aut vberius ad dicendum,aut vtilius ciuitatibus eſſe poſſit,aut in quo magis orator in cognitione virtutũ,vitiorúmque verſetur.Reliquum autem genus cauſarum, aut in prouiſione poſteri temporis,aut in præteriti diſceptatione verſatur : quorum alterum liberationis eſt,alterum iudicij. Ex qua partitione tria genera cauſarum exſtiterunt: Vnũ,quod à meliori parte, laudationis eſt appellatum: deliberationis alterum, tertium iudiciorum. Quamobrem de primo primùm,ſi placet,diſputemus. 48 ¶ C. F. Mihi verò placet. C.P. Ac *laudandi*[d], *vituperandique* rationes,quæ nõ ad bene dicendum ſolùm, ſed etiam ad honeſtè viuendũ valent,exponam breuiter, atque à principiis exordiar & laudandi,& vituperandi.Omnia enim ſunt profectò laudanda,quæ coniuncta cũ virtute ſunt: & quæ cũ vitiis, vituperanda. Quamobrẽ finis alterius eſt honeſtas,alterius turpitudo.Conficitur autem genus hoc dictionis, narrandis,exponendiſque factis, ſine vllis argumẽtationibus, ad animi motus leniter tractandos magis, quàm ad fidem faciendam, aut confirmandam accommodatè.Non enim dubia firmantur,ſed ea,quæ certa,aut pro certis poſita ſunt,augentur. Quamobrem ex iis,quæ antè dicta ſunt, & narrandi,& augendi præcepta repetentur. Et quoniam in his cauſis omnis ratio ferè ad voluptatẽ auditoris, & ad delectationem refertur,vtendum erit his[f] in oratione ſingulorum verborum inſignibus, quæ habent plurimum ſuauitatis:id eſt,vt factis verbis,aut vetuſtis, aut tranſlatis frequenter vtamur, & in ipſa conſtructione verborum, vt paria paribus, & ſimilia ſimilibus ſæpe referantur : vt contraria, vt geminata, vt circumſcripta numeroſè,non ad ſimilitudinẽ verſuum,ſed ad explendũ aurium ſenſum,apto[g] quaſi quodã verborũ modo. Adhibendáque frequentiùs etiam illa ornamenta rerũ ſunt,ſiue quæ admirabilia,& nec opinata,ſiue ſignificata mõſtris,prodigiis[h],& oraculis: ſiue quæ videbuntur ei,de quo agimus,accidiſſe diuina, atque fatalia. Omnis enim exſpectatio eius,qui audit,& admiratio,& improuiſi exitus, habent aliquam in audiendo voluptatem. Sed quoniam in tribus generibus bona,maláve i verſantur,externis,corporis,& animi,prima ſunt externa,quæ ducuntur à genere : quo breuiter,modicéque laudato,aut,ſi erit infame,prętermiſſo : ſi humile, vel præterito, vel ad augendã eius,quem laudas,gloriã,tacto : deinceps,ſi res patiatur,de fortunis erit,& facultatibus di-

a L. ſed quæ ratio ſit in h.

b L. propoſitorum, ſeu cõſultationum, controuerſiarum, ſiue cauſarum gen. 1.

c L. tum vnum ex eo deleg.

P. 316.

d DE GENERE DEMONSTRATIVO.*

e L. Omnia ſunt prof.

f L. iis

g L. apto quo dam quaſi verborum nodo.

h L. prodigiis, oraculis

i L. malíque.

tibus dicēdum. Posteà de corporis bonis: in quibus quidem, quæ virtutem maximè significat, facillimè forma laudatur. Deinde est ad facta veniendum, quorum collocatio triplex est: aut enim temporum seruandus est ordo, aut in primis recentissimum quodque dicēdum, aut multa & varia facta in propria virtutum genera sunt dirigenda. Sed hic locus virtutum, atque vitiorum latissimè patens, ex multis & variis disputationibus nunc in quādam angustam, & breuem concludetur. Est igitur vis virtutis duplex. Aut enim scientia cernitur virtus, aut actione. Nam, quæ prudētia, quę calliditas, quęque grauissimo nomine sapientia appellatur, hæc scientia pollet vna. Quæ verò moderandis cupiditatibus, regendisque animi motibus laudatur, eius est munus in agendo: cui temperantiæ nomen est. Atque illa prudentia in suis rebus, domestica: in publicis, ciuilis appellari solet. Temperantia autem in suas itidē res, & in communeis distributa est, duobúsque modis in reb. commodis discernitur, & ea, quę absunt non expetēdo, & ab iis, quæ in potestate sunt, abstinendo. In rebus autem incōmodis est itidem duplex. Nam quæ veniētibus malis obstat, fortitudo: quę, quod iam adest, tolerat & perfert, patientia nominatur. Quæ autem hęc vno genere complectitur, magnitudo animi dicitur: cuius est liberalitas in vsu pecuniæ: simúlque altitudo animi in capiendis incōmodis, & maximè iniuriis: & omne, quod best eius generis, graue, insedatum, & turbulentū. In communione autem quæ posita pars est, iustitia dicitur, eáque erga deos, religio: erga parenteis, pietas, vulgò autē bonitas: creditis in rebus fides, in moderatione animaduertēdi lenitas, amicitia in beneuolētia i nominatur. Atque hæ quidem virtutes cernuntur in agendo. Sunt autem aliæ quasi ministræ, comitésque sapientiæ: quarū altera, quæ sint in disputando vera, atque falsa, quibúsque positis quid sequatur, distinguit & iudicat: quæ virtus omnis in ratione, scientiáq. disputādi sita est: altera autē oratoria. Nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiosè loquens sapiētia: quæ ex eodē hausta genere, quo illa, quæ in disputando, vberior est, atque latior, & ad motus animorū, vulgíque sensus accommodatior. Custos verò virtutum omnium, dedecus fugiens, laudémque maximè cōsequens, verecūdia est. Atque hi sunt quidē fere quasi quidam habitus animi, sic affecti, & constituti, vt sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti: à quibus vt quæque res gesta est, ita sit honesta necesse est, summéque laudabilis. Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad virtutē quasi præculti, & præparati rectis studiis, & artibus, vt in suis rebus, studia litterarum, vt numerorum ac sonorum, vt mensuræ, vt siderum, vt equorum, vt venandi, vt armorum. In communibus, propensiora studia in aliquo genere virtutis colendo, aut diuinis rebus deseruiendo, aut parentibus, amicis, hospitibus, præcipuè, atq. insigniter diligēdis. Atque hæc quidem virtutum: vitiorum autē sunt genera contraria. Cernenda autem sunt diligenter, ne fallant ea nos vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, & tēperantiam immanitas in voluptatibus aspernādis, & magnitudinem animi superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnēdis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis, & iustitiam acerbitas, & religionē superstitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas, & illam disputādi prudentiam concertatio, captatióque verborum, & hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi. Studiis autem bonis similia videntur ea, quæ sunt in eodē genere nimia. Quamobrem omnis vis laudandi, vituperandíq. ex his sumetur virtutum, vitiorúmque partibus: sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustrāda, maximè quēadmodum quisque generatus, quemadmodū educatus, quemadmodum institutus, moratúsque fuerit: &, si quid cui magnum, aut incredibile acciderit, maximéque, si id diuinitus accidisse potuerit videri: tum quod quisque senserit, dixerit, gesserit, ad ea, quæ proposita sunt, virtutum genera accōmodabuntur, ex illísque iisdem inueniendi locis causę rerum, & euentus, & consequentia requirētur. Neque verò mors eorum, quorum vita laudabitur, silentio præteriri debebit, si modò quid erit animaduertendū, aut in ipso genere mortis, aut in iis rebus, quæ post mortē erunt consecutæ. 49 ¶ C.F. Accepi ista, didicíque breuiter, non solùm quemadmodū laudarem alterū, sed etiam quemadmodum enixerer, vt possem ipse iure laudari. Videamus igitur deinceps, in sententia dicenda quā viam, & quæ præcepta teneamus. C.P. Est igitur in *deliberando* finis vtilitas, ad quem omnia ita referuntur in consilio dando, sententiáque dicenda, vt illa prima sint suasori, aut dissuasori videda, quid aut possit fieri, aut nō possit, & quid aut necesse sit, aut nō necesse. Nā &, si quid effici non potest, deliberatio tollitur, quāuis vtile sit: &, si quid necesse est, (necesse autem id est, sine quo salui, liberíve esse non possumus,) id est reliquis & honestatibus in ciuili ratione, & commodis anteponēdum. Cùm autem quæritur quid fieri possit, videdum etiam est, quàm facilè possit. Nā quæ per difficilia sunt, perinde habēda sæpe sunt, ac si effici non possint. Et cùm de necessitate attendemus, etsi aliquid non necessariū videbitur, videndū tamen erit, quàm sit magnū. Quod enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur. Itaque cùm cōstet hoc genus causarū ex suasione & dissuasione, suasori poponitur simplex ratio: si & vtile est, & fieri potest, fiat. Dissuasori duplex: vna, si non vtile est, ne fiat: altera, si fieri nō potest, nec suscipiatur. Sic suasori vtrumque docendum est, dissuasori alterū infirmare sat est. Quare quoniam in his versatur omne consiliū duobus, de vtilitate antè dicamus, quæ in discernendis bonis, malísque versatur. Bonorū autem partim necessaria sunt, vt vita, pudicitia, libertas, vt liberi, coniuges, germani, parentes: partim non necessaria: quorum alia sunt per se expetenda, vt ea, quæ sita sunt in officiis, atque virtutibus: alia quòd aliquid commodi efficiunt, vt opes, & copiæ. Eorum autem, quæ propter se expetūtur, partim honestate ipsa, partim commoditate aliqua expetuntur. Honestate, ea, quæ proficiscuntur ab iis virtutibus, de quibus paullo antè est dictū: quæ sunt laudabilia ipsa per se: Commoditate autem aliqua, quæ sunt in corporis, aut

a L. in quibus, quod vir tutem maximè significat, facill. ‖ *al.* in quibus quod quasi virtutem.*

b L. digerenda.

P. B.

c *al.* concludatur.

d L. Atque illa in suis rebus domestica: in publicis, &c.

e L. quæ vero ea quæ ita adsunt, tol. f L. amplectitur, m. & ita v.c.

g L. in accipiendis incōmodis, & m. iniur. & o. qu. est eius generis, graue, sedatum, non turbulētum.

h *al.* quod est in rebus eius generis.*

i v. c. beniuolentia

k L. est oratoria.

l *al.* disputandi sita est. aut sanè tale aliquid supplēdum.*

m L. Sunt autem alij quidam animi habitus ad virt. q. pr.

n L. præcipuè colendo

P. 237.

Θ πυνθρσία

a L. extollendis: & veræ laudis studiū despicientia in cont.

b ἰρεστικὸν

c L. tum quæ quisque sens.

d DE GENERE DELIBERATIVO.*

e *al.* proinde hab.

f L. Quod enim permagnum est, pro n. s. h.

g *al.* ne suscipiatur.

P. B.

h L. libertas, liberi, coniug. &c.

i *al.* efficiant.

k L. commoditate etiam aliq.

l L. autem etiam aliq.

fortunæ bonis expetenda. Quorum[a] alia sunt quasi quodammodo cum honestate coniuncta, vt honos, vt gloria: alia diuersa, vt vires, forma, valetudo[b], nobilitas, diuitiæ, clientelæ. Est[c] etiam quasi quædam materies subiecta honestati: quæ maximè spectatur in amicitiis. amicitiæ autem, caritate, & amore cernuntur. Nam cùm deorum, tum parentũ, patriæque cultus, eorúmque hominum, qui aut sapientia, aut opibus excellunt, ad caritatem referri solet. Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alij, quos vsus, familiaritásque coniunxit, quanquam etiam caritate ipsa; tamen amore maximè continentur. In his igitur rebus cùm bona sint, facile est intellectu, quæ sint contraria. Quòd si semper optima[d] tenere possemus, haud sanè, quoniam quidem ea perspicua sunt. cõsilio multùm egeremus. Sed quia temporibus, quæ vim habẽt maximam, persæpe euenit, vt vtilitas cũ honestate certet, earúmque rerum contentio plerunque deliberationes efficit: ne aut opportuna propter dignitatem, aut honesta propter vtilitatem relinquantur, ad hanc difficultatẽ explicandam præcepta referamus. Et quoniam nõ ad veritatem solùm, sed etiam ad opiniones eorum, qui audiunt, accommodanda est oratio: hoc primùm intelligamus, hominum duo esse genera: alterum indoctũ, & agreste, quod anteferat semper vtilitatem honestati. alterum[e] expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi laus, honor, gloria, fides, iustitia, omnísque virtus: illi autem alteri, quæstus emolumẽtum, fructúsque proponitur: atque etiam voluptas, quæ maximè est inimica virtuti, bonísque naturã fallaciter imitãdo adulterat: quam immanissimus quisq; acerrimè sequitur, neque solùm honestis rebus, sed etiam necessariis antepo-nit. In suadẽdo, cũ n ei generi hominũ consilium des, sæpe sanè laudãda est: & illud videndũ, quanto magis homines mala fugiant, quàm sequantur bona. Nam neque honesta tam expetũt, quàm deuitãt turpia. Quis enim honorem, quis gloriam, quis laudem, quis vllum decus tam vnquam expetat, quàm [f] vt ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? quarum rerum dolor grauis[g] est. Est genus hominum ad honestatem natum, malo cultu, prauísque opinionibus corruptum. Quare in cohortando, atque suadendo propositum quidẽ nobis erit illud, vt doceamus, quæ vi, bona consequi, maláque vitare possimus. Sed apud homines bene institutos plurimùm de laude, & de honestate dicemus: maximéque ea virtutum genera tractabimus, quę in communi hominum vtilitate tuenda, augẽdáque versantur. Sin apud indoctos imperitósque dicemus: fructus, emolumẽta, voluptates, vitationésque dolorum proferãtur: addantur etiam contumeliæ, atque ignominiæ. Nemo enim est tam agrestis, quem nõ, sik ipsa minus honestas, contumelia [l] tamen, & dedecus magnopere moueat. Quare quod ad vtilitatem spectat, ex iis, quæ dicta sunt, reperietur. Quod[m] autẽ possit effici, nécne possit, in quo etiã, quàm facilè possit, quámque expediat, quæri solet, maximè ex causis iis, quæ quamque rem efficiant, est videndũ. Causarum autem genera sunt plura. Nam sunt alię, quæ ipsę conficiunt, aliæ[n], quę vim aliquã ad conficiendum afferunt. Itaque illæ superiores, conficientes vocẽtur: hæ reliquæ ponantur in eo genere, vt sine his confici nõ possit. Conficiens autem causa alia est absoluta[a], & perfecta per se: alia[b] aliquid adiuuans, & efficiendi socia quædam: cuius generis vis varia est, & sæpe aut maior, aut minor, vt & illa, quæ maximam vim habet, sola sæpe causa dicatur. Sunt autem aliæ causæ, quæ aut propter principium, aut propter exitum, conficientes vocantur. Cùm autem quæritur, quid sit optimum factu: aut vtilitas, aut spes efficiendi ad assentiendum impellit animos. Et, quoniam de vtilitate iam diximus, de efficiendi ratione dicamus. Quo[c] toto genere, quibuscum, & contra quos, quo tempore, aut quo loco, aut[d] quibus facultatibus armorum, pecuniæ, sociorum, earúmve rerum, quę ad quanque rem efficiendam pertinent, possimus vti, requirendum est. Neque solùm ea sunt, quæ nobis suppetunt, sed etiam illa, quæ aduersantur, videnda. Et, si ex contentione procliuiora erunt nostra: non solùm effici posse quę suademus, erit persuadendum: sed curandum etiam, vt illa, facilia, procliuia, iucunda videantur. Dissuadentibus autem, aut vtilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ[e], neque aliis ex præceptis sed iisdẽ ex suasionis locis. Vterque verò ad augendum habeat exeimplorum aut recentium, quę notiora sint, aut veterum, quo plus auctoritatis habeant, copiam. Maximéque sit in hoc genere meditatus, vt possit vel vtilia ac necessaria sæpe honestis, vel hęc illis anteferre. Ad cõmouendos autem animos maximè proficient, si incitandi erunt, huiusmodi sententiæ, quæ [f] ad explendas cupiditates, aut [g] odium fatiandum, aut ad vlciscendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi: de incerto statu fortunæ, dubiísque euentis rerum futurarum, & retinendis suis fortunis, si erunt secundæ: sin autẽ aduersæ, de periculo, cõmonendi. Atque hi quidem sunt perorationis loci. Principia autem in sententiis dicendis breuia esse debebunt. Non enim supplex, vt ad iudicẽ, venit orator, sed hortator, atque auctor. Quare proponere, qua mente dicat, quid velit, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortaríque ad se breuiter dicentem audiendum. Tota autem oratio, simplex, & grauis, & sententiis debet ornatior esse, quàm verbis. 50¶ C.F. Cognoui iã laudationis, & suasionis locos. nunc, quæ iudiciis accommodata sint, exspecto: sdque [h] nobis genus restare vnum puto. C.P. Rectè intelligis: atque eius quidem generis finis est, æquitas: quæ non simpliciter spectatur, sed [i] cõparatione nonnunquam: vt, cùm de veriſſimo [k] accusatore disputatur [l], aut cùm hereditatis sine lege, aut sine testamẽto petitur possessio: in quibus causis quid æquius, æquissimúmve sit, quæritur: quas ad causas facultas petitur argumentationum ex iis, de quibus mox dicetur, æquitatis locis. Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio, cùm aut, sitne actio illi, qui agit, aut iámne sit, aut num iam esse desierit, aut illáne lege, hísne verbis sit actio, quæritur, quæ etiam si antè, quàm res in iudicũ venit, aut concertata, aut diiudicata, aut[m] confecta non sunt: tamen in ipsis iudiciis permagnum sæpe habẽt pondus, cùm ita dicitur: Plus petisti: serò petisti: non fuit tua petitio: non [n]

à me,

a L. quorum alia sunt quodam modo cum b v.c. valitudo,
c L. est etiam quędam quasi materies honestatis subiecta suasori, quæ max. sp. &c. al. Est etiam quæd. quasi mat. subiecta suas. honestas: quæ m.
d L. optima quæque teo.
e L. alterum humanum, atque expolitum, q.r.
P. 238. f L. quam ignominiam, g L. grauis est. O malo genus hominum ad hon. est n.
h L. sed malo cult. i L. qua via, bona cons.
k L. si minus ipsa hon. l L. at contumelia tamen, m L. Ecquid autem possit effici, nécne p. ¶ autem & quid.* n L. aliæ, quæ viam aliquam ad conf. aperiũt. § al. quę viam ad conficiendũ afferunt.*

a al. absoluęs & perficiens ipsa per se, alia aliquid adiuuans & efficiendi socia quędam.* b al. quæ aliquid adiuuari velit & efficiendi socia quærit.*
c L. quo toto in genere & quibuscũ, & c.q. & q.t. & q. loco, &c.
d L. & quib.
e al. afferendæ,
f L. quæ aut ad explend. g al. aut ad odium sanandum, non placet.
P. B.
h DE IVDICIALI Genere.* i L. sed ex comparatione n.
k al. seueriſſimo.* l L. disceptatur,
m L. aut confecta sunt: n L. non à me petere debuiſti, non hac lege,

à me, non hac lege, non his verbis, non hoc iudicio. Quarum causarum genus est positum in iure ciuili: quod est in priuatarum, ac publicarum rerum lege, aut more positi: cuius scientia neglecta ab oratoribus plerisque, nobis ad dicendũ necessaria videtur. Quare de constituendis actionibus, accipiendis, subeũdisque iudiciis, de excipienda iniquitate actionis, de comparanda æquitate, quòd ea ferè generis eius sunt, vt, quanquam, in ipsum iudicium sæpe dilabantur, [a] tamen antè iudicium tractanda videantur, paullulũ ea seperaro à iudiciis, tempore magis agendi, quàm dissimilitudine generis. Nam omnia, quæ de iure ciuili, aut de æquo & bono disceptantur, cadũt in eam formam, in qua quale quid sit, ambigitur, de qua dicturi sumus: quæ in æquitate, & iure maximè consistit. In omnibus igitur causis tres sunt gradus, ex quibus vnus aliquis capiendus est, si plureis non queas, ad resistendum. Nam aut ita consistendum est, vt, quod obiicitur, factum neges: aut illud, quod factum fateare, neges eam vim habere, atque id esse, quod aduersarius criminetur. Aut, si neque de facto, neque de facti appellatione ambigi potest, id, quod arguêre[b], neges tale esse, quale ille dicat: & rectum esse quod feceris, concedendúmve, defendas. Ita primus ille status, & quasi conflictio cũ aduersario, coniectura quadã: secundus[c] autem definitione, atque descriptione, aut informatione verbi: tertius, æqui, & veri, & recti, & humani ad ignoscendum disputatione tractandus est. Et quoniam semper is, qui defendit, non solùm resistat oportet aliquo statu, aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate opponenda: sed etiam ratione subiiciat recusationis suæ: primus ille status rationem habet iniqui criminis, ipsam negationem, infitiatio némq. facti: secundus, quòd nõ sit in re, quod ab aduersario ponitur[d] in verbo: tertius, quòd id rectè factum esse defendat, quod sine vlla nominis controuersia factũ fatetur[e]. Deinde vnicuiq. rationi opponendũ est, ab accusatore id, quod si non esset in accusatione, causa omnino esse non posset. Itaq. ea, quæ sic referuntur, continentia causarũ vocentur: quanquam non ea magis, quæ contra rationẽ defensionis asserũtur, quàm ipse defensionis rationes, continẽt causas. Sed distinguẽdi gratia rationẽ[f] appellamus eã, quæ affertur à reo ad recusandũ, depellendi criminis causa: quę nisi esset, quid defenderet, nõ haberet. Firmamentum[g] autem, quòd contrà ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non potest. Ex rationis autem, & ex firmaméti conflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quam disceptationẽ[h] voco: in qua quid[i] deueniat in iudicem, & de quo disceptetur, quęri solet. Nã prima aduersariorum contentio diffusam habet quæstionem, vt in cõiectura, Ceperítne pecunias Decius. In definitione, minuerítne maiestatẽ Norbanus. In æquitate, Iuréne occiderit Opimius Gracchum. Hæc quæ primã contentionem habent ex arguendo & resistendo, lata, vt dixi, & [k] confusa sunt. Rationum, & firmamentorum contentio adducit in [l] angustam disceptationem. ea in cõiectura nulla est. Nemo enim eius, quod negat factum, rationem aut potest, aut debet, aut solet reddere. Itaq. in his causis eadem & prima quæstio, & disceptatio est extrema. In illis autem, vbi ita dicitur, Nõ minuit maiestatem, quòd egit de Cępione turbulentiùs. populi enim Romani dolor iustus vim[m] illam excitauit, non tribuni actio. Maiestas autẽ, quoniam est magnitudo quædam populi Romani in eius potestate, ac iure retinendo, aucta est potius, quàm [b] diminuta: & vbi ita refertur, Maiestas[c] est imperij, atque in omni populi Romani dignitate, quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad seditionẽ vocauit: exsistit illa disceptatio. Minuerítne maiestatem, qui voluntate populi Romani rem gratã, & æquã per vim egerit. In his autem causis vbi aliquid rectè factũ, aut concedendum, esse factum defenditur, cùm est facti subiecta ratio, sicut ab Opimio, Iure feci, salutis omnium, & conseruadæ reipublicæ causa: relatúmq. est ab Decio, Ne scelerati ssimum quidem ciuem sine iudicio iure vllo necare potuisti: oritur illa disceptatio, Potuerítne rectè, salutis reipublicę causa, ciuem, euersoré ciuitatis, indemnatum necare. Ita disceptationes eæ, quæ in[d] his cõtrouersiis oriuntur, quæ sunt certis personis, & tẽporibus notatæ, fiunt tursus infinitæ, detractísque temporibus, & personis, rursum ad consultationis formam, rationémque reuocantur. Sed in grauissimis firmamentis, &[e] illa ponẽda sunt, si qua ex scripto legis, aut testamenti, aut verborum ipsius iudicij, aut alicuius stipulationis, aut cautionis opponuntur[f] defensioni contraria. Ac ne hoc quidẽ genus in eas causas incurrit, quæ coniectura continentur. Quod enim factum negatur, id argui non potest scripto. Ne in definitionem quidem venit, genere scripti ipsius. Nam etiam si verbũ aliquod de scripto definiendũ est, quam vim habeat: vt cùm ex testamentis, quid sit penusi, aut cùm ex lege prædij quæritur, quæ sunt [i] kruta[k] cæsa: non scripti genus, sed verbi interpretatio controuersiam parit. Cùm autem plura significantur scripto, propter verbi, aut verborum ambiguitatem [m], vt liceat ei, qui contrà dicat, eò trahere significationẽ scripti, quò expediat, aut vèlit: aut, etiam si ambiguè scriptum nõ sit, vel à verbis voluntatem & sententiã scriptoris abducere. vel alio se eádem de re contrariè scripto defendere: tũ disceptatio ex scripti contẽtione exsistit, vt in ambiguis disceptetur, quid maximè significetur: in scripti, sententiæq. contentione, vtrum potiùs sequatur iudex: in cõtrariis scriptis, vtrum magis sit cõprobandũ. Disceptatio autem cùm est constituta: proposita esse debet oratori, quò omnes argumẽtationes repetitæ ex inueniendis locis cõiiciantur. Quod quanquam satis est ei, qui videt, quid in quoque loco lateat, quíque illos locos, tanquam thesauros aliquos argumẽtorum, notatos habet: tamẽ ea, quæ sunt certarum causarum propria, tangemus. In *coniectura*[n] igitur cùm est in infitiãdo reus, accusatori hæc duo prima sunt [o], sed (accusatoré pro omni actore, & petitore appello: possunt. n. etiam sine accusatore in causis hęc eadem cõtrouersiarum genera versari,) sed hæc duo sunt ei prima, causa, & euentus. *Causam* appello, rationem efficiendi: *euentum*, id, quod est effectum. Atque ipsa quidẽ partitio causarũ paullo antè in suasionis locis distributa est. Quæ enim in cõsilio capiendo futuri temporis præcipiebãtur, quamobrẽ aut vtilitatem

a L. delabantur.
b L. arguare, p. 239.
c L. secundus aut definitione &c. & ita v. c.
d al. ponatur
e L. fateatur.
f Et Iurisconsultis Exceptio.* gIurisconsulti, replicationem appellant.*
h Litis contestatio Iurisconsultis dicitur* i al. quid versari in iud.
k L. & diffusa sunt.
l L. in angustum
a L. vim tum illam
b L. quàm deminuta:
c L. Maiestas est in imperiis atque in nominis populi R. p. 8.
d L. in iis
e L. etiam illa
f L. opponi possunt def.
g L. Atque hoc quidem genus in eas causas non incurrit, q. h L. venit genus ser.
i Vide titulum Digestorum de penu legata.
k L. quæ sint. l de rutis & Cæsis dixi 2. de Oratore.
m ἀμφιβολίαν, & ἀμφιλογίαν.
n Quæstio sit ne seu coniecturæ quemadmodum tractandæ*
o L. prima sunt accusi.

videretur habitura, aut efficiendi facultatē, eadem, qui de facto argumentabitur, colligere debebit, quamobrē & vtilia illi, quem arguet, fuisse, & ab eo effici potuisse demōstret. Vtilitatis coniectura mouetur, si illud, quod arguitur, aut spe bonorū, aut malorum metu

a L. quod eo sit acrius, &c. spectant

feciſſe dicitur: quod[a] sit acrius, quo illa in vtroq. genere maiora ponuntur. Spectantur etiā ad causam facti, motus animorū, si ira recens, si odium vetus, si vlciscendi studium, si iniuriæ dolor: si honoris, si gloriæ, si imperij, si pecuniæ cupiditas: si periculi timor, si æs alienū, si angustiæ rei familiaris: si audax, si leuis, si crudelis, si impotens, si incautus, si insipiens, si amans, si commota mente, si vinolētus, si cum spe efficiendi, si cum opinione celandi: aut, si patefactum esset, depellendi criminis, vel perrumpendi periculi, vel in longinquum tempus differēdi: aut si iudicij pœna leuior, quàm facti præmium: aut si facinoris voluptas maior, quàm dānationis dolor. His ferè rebus facti suspicio cōfirmatur, cùm & voluntatis in reo causæ reperiuntur, & facultas. In voluntate autem vtilitas ex adeptione alicuius cōmodi, vitationéque alicuius incommodi quæritur, vt aut spes, aut metus impulisse videatur, aut alius repentinus animi motus, qui etiam citiùs in fraudem, quàm ratio vtilitatis, impellit. quamobrem sint hæc dicta de causis[c]. ¶ C.F. Teneo, & quæro, *qui sint illi euentus*, quos ex causis effici dixisti. C.P. Consequentia quædam signa præteriti, & quasi impressa facti vestigia: quæ quidem vel maximè suspicionem mouent, & quasi tacita sunt criminum testimonia. Atq.[d] hæc quidem grauiora, quòd causæ communiter, videntur insimulare & arguere omneis posse, quorum non interfuerit aliquid: hæc propriè attingunt eos ipsos, qui arguuntur, vt telum, vt vestigium, vt cruor, vt deprehēsum aliquid, quod ablatum, ereptúmve videatur, vt responsum inconstanter, vt hæsitatum, vt titubatum, vt cum aliquo visus, ex quo suspicio oriatur, vt eo ipso in loco visus, [e] in quo facinus, vt pallor, vt tremor, vt scriptum, aut obsignatum, aut depositum quippiam. Hęc enim, & talia sunt, quæ aut re ipsa, aut etiā antè quàm factum est, aut postea, suspiciosum crimen efficiant. Quæ si non erunt, tamen causis ipsis, & efficiendi facultatibus niti oportebit, adiuncta illa disputatione communi, non fuisse illum tam amētem, vt indicia facti aut effugere, aut occultare non posset: vt ita apertus esset, vt locum crimini relinqueret. Communis ille contrà locus, audaciā temeritati, non prudentię esse coniunctam. Sequitur autem ille locus ad augendum, non esse exspectandum, dum fateatur: argumentis peccata conuincī: & hīc etiam exempla ponuntur. Atque hæc quidē de argumentis. Sin autem erit etiam testiū facultas primùm genus erit ipsum laudandum, dicendúmque, ne argumētis teneretur reus, ipsum sua cautione feciſſe: testeis effugere nō potuisse. Deinde singuli laudēturf. Quæ autē essent laudabilia, dictū est. Deindeg etiā argumenro firmo, quia tam sæpe falsum est, posse rectè non credi: viro bono & firmo, sine vitio iudicis, nō posse nō credi. Atque etiā, si obscuri testes erunt, aut tenues: dicendum erit, non esse ex fortuna fidē ponderandā, aut eos esse cuiusq. locupletissimos testeis, qui id, de quo agatur, facillimè scire possint. Sin quęstiones habitę, aut postulatio vt habeantur, causam adiuuabunt: confirmandum genus primùm quæstio num erit: dicēdum de vi doloris, de opinione maiorū, qui eam rem totā, nisi probassent, certè repudiassent. De institutis Atheniēsiū, Rhodiorum[a], doctissimorum hominum, apud quos etiam (id quod acerbissimum est) liberi, ciuésque torquentur. De nostrorum etiam prudētissimorum hominum institutis, qui cùm de seruis[b] in dominos quæri noluissent, de incestu tamen, & coniuratione, quæ facta me consule est, quærendum putauerūt. Irridenda etiam disputatio est, qua solent vti ad infirmandas quæstiones, & meditata, puerilissque dicenda. tum faciendā fides, diligētet esse, & sine cupiditate quæsitū: dictáq. quæstionis, argumētis, & cōiectura ponderāda. Atque hæc accusationis ferè mēbra sunt.

Defensionis autem primùm infirmatio causarum, aut non fuisse, aut non tantas, aut non sibi soli, aut[c] commodiùs potuisse idem consequi, aut[d] non his esse moribus, aut non ea vita, aut nullos animi motus, aut nō tam impotenteis fuisse. Facultatum autem infirmatione vtetur, si aut vireis, aut animū, aut copias, aut opes abfuisse[e] demōstrabit: aut alienum tempus, aut locum non idoneum, aut multos arbitros, quorū crederet nemini: aut non se tam ineptum, vt id susciperet, quod occultare non posset, neque tam amentē, vt pœnas, ac iudicia conēneret. Consequentia autem diluet exponendo non esse illa certa indicia facti, quæ etiam nullo admisso consequi possent: consistétque in singulis: & ea, aut eorum, quæ ipse facta esse dicet, propria esse defendet potiùs, quàm criminis: aut si sibi cum accusatore communia essent, pro periculo potiùs. quàm contra salutem valere debere: testimúmque, & quæstionum genus vniuersum, & [f] quod poterit, in singulis, ex reprehēsionis locis, de quibus antè dictum est, refellet. Harum causarum principia, suspiciosa ad acerbitatem ab accusatore ponentur: denuntiabitúrq. insidiarum cōmune periculum, excitabuntúrque animi, vt attendant. A reo autem, querela conflati criminis, collectarúmque suspicionum, & accusatoris insidiæ, & item commune periculum proferetur, animíque ad misericordiam allicientur, & modicè beneuolentia[g] iudicum colligetur. Narratio autem accusatoris, erit quasi mēbratim gesti negotij suspiciosa explicatio, sparsis omnib. argumētis, obscuratis defensionibus. Defensori, aut præteritis, aut obscuratis suspicionū argumentis, rerū ipsarum euentus erunt, casúsque narrandi. In cōfirmandis autem nostris argumentationibus, infirmādisq. cōtrariis fæpe erunt accusatori motus animorum incitādi, reo mitigādi. Atque hæc quidē vtriq maximè in peroratione faciendā: alteri frequentatione argumētorū, & coacernatione vniuersa: alteri, si planè causam redarguendo explicarit, enumeratione, vt quidque diluerit, & miseratione ad extremū. ¶ C.F. Scire mihi iam videor, quemadmodum coniectura tractanda sit. Nunc de *definitione* audiamus. C.P. Communia dantur in isto genere accusatori, defensorique præcepta. Vter enim definiendo, describendóq. verbo magis ad sensum iudicis, opinionémque penetrarit, & vter ad communem

a L. Rhodiorūm. doctiss.

b L. 1. § 5. ff. de quæstionibus.

c aut se comportat.

d L. aut non iis esse moribus, non ea vita,

e L. afuisse

f fort. &, quoad poterit, singula ex repr.

g P. COXII. L. beniuolentia

h Quæstio Quid sit, seu definitiua, quemadmodum tractanda

c Euentus seu Effectum quod

d L. atque hoc quidem grauiora, q. c. comm. vid. inf. & arg. ep. quorum modo interf. aliq.

e L. in quo loco facinus factum fuerit: vt p.

f. 3.

f L. Laudabuntur.

g L. Deinde dicendum etiam arg.

munem verbi vim, & ad eam præceptionem[a], quam inchoatam habebunt in animis ij,qui audient, magis & propiùs acceſſerit,is vincat neceſſe eſt.Non enim argumentando hoc genus tractatur, ſed tanquam explicando,excutiendóque verbo: vt, ſi in reo pecunia abſoluto,turſúſque reuocato, prævaricationē accuſator eſſe definiat.omnem iudicij corruptelam ab reo: defenſor autem,non omnē ſed tantummodò accuſatoris corrupte la ab reo. Sit ergo hæc contentio prima verborū,in qua etiam ſi propiùs accedat ad conſuetudinem, mentémque ſermonis defenſoris, definitio, tamen accuſator ſententia legis [b] nititur. Negat enim probari oportere, eos,qui leges ſcripſerunt,ratum habere iudiciū,ſi totum corruptum ſit[c]:ſi vnus accuſator corruptus ſit,reſcindere nititur[d] æquitate:vt illa quaſi ſcribenda lex ſic eſſet, quæque tamen complecteretur in iudiciis corruptis,ea verbo vno prævaricationis cōprehendiſſe dicitur. Defenſor autē teſtatur conſuetudinem ſermonis, verbíque vim ex contrario reperiet quaſi ex vero accuſatore,cui contrarium eſt nomen prævaricationis[e]:ex conſequentibus,quòd ea littera[f] de accuſatore ſoleat dari iudici: ex nomine ipſo,quod ſignificat eū, qui in contrariis cauſis, quaſi variè eſſe poſitus videatur. Sed huic tamen ipſi confugiendum eſt ad æquitatis locos. ad rerum iudicatarum auctoritatem, ad finem aliquem periculi, communéque ſit hoc præceptū, vt cùm vterque definierit, quàm [g] maximè potuerit ad communem ſenſum, vímque verbi, tum ſimilibus, exemplíſque eorum, qui ita locuti ſunt,ſuam definitionem,ſententiámque confirmet.Atqueh accuſatori in hoc genere cauſarum locus ille cōmunis, minimè eſſe concedēdū,vt is,qui de re cōfiteatur,verbi ſe interpretatione defēdat.Defenſor aūt& ea,quā propoſui,æquitate nitatur,&ea cū ſecū faciat, non re,ſed deprauatione verbi ſe vrgeri queratur. Quo in genere percenſere poterit plerosque inueniendi locos. Nam & ſimilibus vtetur, & contrariis,& conſequentibus,quanquam vterque, tamen reus,niſi planè erit abſurda cauſa,frequentiùs. Amplificandi autem cauſa,quæ aut cùm digredientur[i] à cauſa, dici ſolent, aut cùm perorabunt, hæc vel ad odiū,vel ad miſericordiam, vel omnino ad animos iudicū mouendos ex iis,quæ ſunt antè poſita,ſumentur, ſi modò rerum magnitudo,hominúmve aut inuidia,aut dignitas poſtulabit.5;¶C.F.Habeo iſta:nunc ea,quæ quū, qualek ſit quippiam, diſceptatur,quæri ex vtra que parte deceat,velim audire.C.P.Cōfitean tur in iſto genere, qui arguuntur, ſe id feciſſe ipſum,in quo reprehenduntur:ſed quoniā iure ſe feciſſe dicunt,iuris eſt omnis ratio nobis explicanda.quod diuiditur in duas [k] partes primas,naturā,atque legem: & vtriuſque generis vis in diuinū[l]& humanum ius eſt diſtributa: quorum [n] æquitatis eſt vnum:alterum religionis. Æquitatis autem vis eſt duplex [o]: cuius altera,directi,& veri,& iuſti,&, vt dicitur, æqui & boni ratione defenditur: altera ad viciſſitudinem referendæ gratiæ pertinet:quod in beneficio,gratia:in iniuria, vltio nominatur. Atque hæc commuuia ſunt naturæ, atque legis: ſed propria [p] legis & ea, quæ ſcripta ſunt, & ea, quæ ſine litteris aut gentium iure,aut maiorum more retinentur. Scriptorum autem, Priuatum [a] aliud eſt,publicum aliud. Publicum, lex,ſenatuſconſultum,fœdus priuatum,tabulę,pactum[b], conuentum,ſtipulatio. Quæ [c] autem ſcripta non ſunt,ea, aut conſuetudine, aut conuentis hominum, & quaſi conſenſu obtinentur. Atque etiam hoc in primis,vt noſtros mores legéſque tueamur,quodammodo naturali iure præſcriptum eſt.Et quoniā breuiter apertid fontes ſunt quaſi quidam æquitatis, meditata nobis ad hoc cauſarum genus eſſe debebunt ea,quæ dicenda erunt in orationibus, de natura,de legibus,de more maiorū, de propulſanda iniuria, de vlciſcenda, de omni parte iuris.Si imprudenter,aut neceſſitate,aut caſu quippiā fecerit, quod non concederetur iis, qui ſua ſponte,& voluntate feciſſent: ad eius facti deprecationem, ignoſcendi petenda venia eſt:quæ ſumetur ex pleriſque locis æquitatis.Expoſitum eſt,vt poſui breuiſſimè,de omni controuerſiarū genere, niſi præterea tu quid requiris. 54[e] C.F.Illud equidē,quod iā vnum reſtare video, quale ſit, *cùm diſceptatio verſatur in ſcriptis*. C. P. rectè intelligis. eo enim expoſito,munus [e] promiſſi omne confecero.Sunt igitur ambigui duobus aduerſariis præcepta communia. Vterque enim hanc ſignificationem,qua [g] vtetur ipſe,dignam ſcriptoris prudentia eſſe defendet. Vterque id, quod aduerſarius ex ambiguē ſcripto intelligendum eſſe dicet, aut abſurdum,aut inutile,aut iniquū, aut turpe eſſe defendet, aut etiam diſcreparehcum ceteris ſcriptis,vel alio rum,vel maximè,ſi poterit,eiuſdem:quámq. defendet ipſe,eā rem, & ſententiam,quemuis prudentem, & iuſtum hominem,ſi i integrum daretur, ſcripturum fuiſſe,ſed planiùs: eámque ſententiam, quam ſignificari poſſe dicet,nihil habere aut captionis,aut vitij:cōtrariā autem ſi probarit, fore vt multa vitia, ſtulta,iniqua,contraria conſequantur. Cùm autem aliud ſcriptor ſenſiſſe videtur,& aliud ſcripſiſſe:*qui ſcripto* nitetur,eum, re expoſita, recitatione vti oportebit: deinde inſtare aduerſario,iterare, renouare, interrogare,num aut ſcriptum neget,aut contrā factum inficietur.Pòſt,iudicē ad vim ſcripti vocet.Hac confirmatione vſus,amplificet rem lege laudanda,audaciámque confutet eius, qui cùm palā contrà fecerit,ídque fateatur:adſit tamen,factúmque defendat. Deinde infirmet defenſionē:cùm aduerſarius aliud [d] voluiſſe, aliud ſenſiſſe ſcriptorem, aliud ſcripſiſſe dicat,non eſſe ferendum,à quoquam potiùs latoris ſenſum,quàm à lege,explicari.Cur ita ſcripſerit, ſi ita non ſenſerit?Cur,cùm ea,quæ planè ſcripta ſint,neglexerit: quæ nunquā ſcripta ſint, proferat? Cur prudentiſſimos in ſcribendo viros, ſummæ ſtultitiæ putet eſſe damnandos? Quid impedieriſcriptorē,quo minùs excipere tet illud,quod aduerſarius,tanquā ſi exceptū eſſet,ita dicit ſe ſecutū? Vtetur exēplis iis,quibus idē ſcriptor: aut,ſi id non poterit,quibus alij,quod excipiendum putarint,exceperint. Quærenda etiā ratio eſt,ſiqua [l] poterit inueniri,quare non ſit exceptū:aut iniqua lex,aut inutilis futura dicetur, aut alia cauſa obtemperandi[m],alia abrogādi:diſſentire aduerſarij vocem,atque legis.Deinde amplificandi cauſa, de conſeruandis legibus, de periculo re-

a πρόληψιν ſiue perceptionem.*

b *al.* nititur. *&* ita v. c.

c L.ſi vnus ac cuſator corruptus ſis,reſcindere nititur æquitate. Quod ſi ſcripta lex ſic eſſet:*Qui iudicium accuſato vénve corruperit*:quæcunque tamen compl. iudicij corrupti nomine,ea verbo vno pr. c.dicit.Def.

d *al.* nititur P. B.

æquitate & vtilitate qua ſi ſcribenda*

e L. prævaricatoris [rectè vt opponatur vero accuſatori.*

f litteram P. intelligit, quæ ſi cum litera A. coniuncta daretur,ſignificabat accuſatorem fuiſſe prævaricatum.*

g L.quàm maximè potuerit accōmodatè ad commun.

h L.Atque accuſatori ſit ſo h.g.

i L.degredientur.

k Quæſtio quale ſit, ſeu iudicialis, quēadmodū tractanda.*

l Ius eſt vel natura vel, conſtitutione:id eſt quia ita conſtitutum,quia ita lata lex eſt.*

m Ius aliud diuinum,aliud humanum *

n hoc ait: Ius iure humano æquitatem: diuino,religionem cerni.*

o Æquum aliud dicimus vt ipſi iuſtè vindicamus, aliud in talione, hoc eſt referenda gratia, iniuria propulſanda.*

p Ius ciuile aliud ſcriptū, aliud non ſcriptum.

a Ideo *Iuris* ciuilis duæ poſitiones dicuntur Publicū & priuatū l.1.§.2. de Iuſtitia.*

b L.pactum conuentum, vide l.32.& ſequentes ff. de legibus *

d *fort.* aperti ſunt fontes quaſi quidā.

e *fort.* munus omne promiſſi.conf.

f L.eam ſign.

g L.qua nititur ipſe,

h L.diſcrepare à ceteris

i *fort.* ſi integrum eſſet,

k a L.aliud voluiſſe, & ſcripſiſſe ſcripto rem,

l *g.lib.vnic.* ſi quæ

m *al.* temperandi*

a L. cùm aliis in locis.

rum publicarum, atque priuatarum, cùm aliis locis, tum in perorando maximè grauiter erit, vehementérque dicendũ. *Ille autem, qui se sententia legũ, voluntatíque defendet*, in consilio, atque in mente scriptoris, non in verbis, ac litteris vim legis, positam esse defendet: quódque nihil exceperit in lege laudabit, ne

b L. deuerticula

diuerticula[b] peccatis darentur, atque vt ex facto cuiusque iudex legis mentem interpretaretur. Deinde erit vtendum exemplis, in quibus omnis æquitas perturbaretur, si verbis legum, ac non sententiis pareatur. Deinde genus eiusmodi calliditatis, &[c] calumniæ retrahatur[d] in odiũ iudicis, cum quadã inuidiosa querela. Et si incidet imprudentiæ causã, quæ non ad delictum, sed ad casum, necessitatémve pertinet, quod genus paullo antè attigimus: erit iisdẽ æquitatis sententiis contra acerbitatẽ[e] verborum deprecandum. Sin scripta inter se dissentient: tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraq; connexa & apta, vt, quæ paullo antè præcepta dedimus ambigui, quæque proximè sententiæ & scripti, eádẽ ad hoc genus causæ tertiũ transferãtur. Nã quibus locis in ambiguo defendimus eã significationẽ, quæ nos adiuuat, ei idẽ in contrariis legibus nostra lex defendẽda est. Deinde est efficiendũ, vt alterius scripti sententiã, alterius verba defendamus. Ita quæ modò descripto, sententiáque præcepta sunt, éadem huc omnia transferuntur[f].

P. E. c *q. l. vet.* & *calumniæ*

d L. retrahetur

e L. acerbitates

§§ ¶ EXPOSITAE sunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidem è media illa nostra Academia floruerunt[g]: neque sine ea aut inueniri, aut intelligi, aut tractari possunt. Nã & partiri ipsum, & definire, & ambigui partitiones diuidere, & argumentorum locos nosse, & argumentationem ipsam concludere, & videre, quæ sumenda in argumentando sint, quídque ex iis, quæ sumta sunt, efficiatur: & vera à falsis, verisimilia ab incredibilibus diiudicare, & distinguere, aut malè sumta, aut malè concluſa reprehendere[h], & éadẽ vel an guste differere, vt dialectici qui appellantur: vel, vt oratorem decet, latè exprimere: illius exercitationis & subtiliter disputandi, & copiosè dicendi artis est. De bonis verò rebus, & malis: æquis, iniquis: vtilibus, inutilibus: honestis, turpibus quam potest habere orator, sine illis maximarum rerum artibus, facultatem, aut copiam? Quare hæc tibi sint, mi Cicero, quæ expoſui, quasi indicia fontium illorũ: ad quos si nobis eisdem dulcibus, aliísve, perueneris, tum & hæc ipsa meliùs, & multo maiora alia cognosces. ¶ C. F. Ego verò ac magno quidem studio, mi pater, multísque ex tuis præclarissimis muneribus nullum maius exspecto[i].

f transferemus. *al.* trãferentur.

g L. fluxerũt

h *q. lib. vet.* reprendere,

i *al.* expeto.

P. 449.

M. TVLLII CICERONIS DE OPTIMO GENERE ORATORVM.

a L. nam alterum est simplex, alterum multiplex.

b Melici, μελοποιοί, seu lyrici, vt Simonides, Sapphus, Alceman, Anacreon, hi cantilenas scribebant, vt à dithyrambis differãt, mox dicturus.*

c Dithyramborum argumentum, Liber pater. horum chori Cyclici: vt tragicorũ & Comicorũ quadrati sine strophis & antistrophis, eorũ erat oratio, in eo differẽs à Lyricis. Aristotel. 3. Rhetor. Plutarc. 19. problem. 15.*

d L. quod minus est tract. *al.* quòd magis.*

e *al.* reliquis genus.*

f Idem in Brutho.*

Synopsis libri de optimo genere oratorum.

Vnum Genus esse perfecti Oratoris.

ORATORVM genera esse dicũtur tanquã poetarũ. Id secus est. nam[a] alterũ est multiplex. Poematis enim tragici, comici, epici, melicib etiã, ac dithyrambici[c], quod[d] magis est tractatũ à Latinis, suum quoduis est diuersum à reliquis[e]. Itaque & in tragœdia comicum vitiosum est, & in comœdia turpe tragicũ. & in ceteris suus est cuiusque certus sonus, & quædã intelligentibus nota vox. Oratorum autem si quis ita numerat plura genera, vt alios grandeis[f], aut graueis, aut copiosos: alios tenueis, aut subtileis, aut breueis: alios eis interiectos: & tanquã medios putet: de hominibus dicet aliquid, de re parũ. In re enim, quod optimũ sit quæritur: in homine dicitur, quod est. Itaq; licet dicere & Ennium, summum epicũ poetam, sicut ita videtur: & Pacuuium, tragicũ: & Cæcilium fortasse, comicum. Oratorem genere non diuido, perfectum enim quæro. Vnũ est autẽ genus perfecti, à quo qui absunt, non genere differunt, vtg ab Accio Terentius, sed in eodem non sunt pares. Optimus est enim orator, qui dicendo animos audientiũ & docet, & delectat, & permouet. Docere, debitũ est: delectare, honorarium: permouere, necessarium. Hæc vt alius meliùs, quàm alius, concedendũ est. verùm id fit non genere: sed gradu. Optimum quidem vnum est, & proximũ, quod ei simillimum. ex quo perspicuum est, quod optimo dissimillum sit, id esse deterrimum. Nam quoniam eloquentia constat ex verbis, & sententiis, perficiendũ est, vt purè, & emendatè loquentes, quod est Latinè: verborum præterea & propriorum, & h tranſlato rum elegantiam persequamur: in propriis, vtaptissima eligamus: in tranſlatis, vt similitudi nẽ secuti verecundè vtamur alienis. Sententiarum

g *al.* vt ab Actio

h *v. c.* & tralatorum

i *v. c.* in trasla tis,

tiarum autem totidem genera sunt quot[a] dixi-
ximus esse laudum, sunt enim docēdi, acutæ:
delectandi, quasi argutæ: commouendi, gra-
ues. Sed & verborū est structura quædā, duas
res efficiens, numerū, & lenitatē: [b] & sententiæ
suam compositionē habent, & ad probandā[c]
rem accommodatum ordinem sed earum o-
mnium rerum, vt [d] ædificiorum, *memoria* est
quasi fundamentum, lumen *actio*. Ea igitur o-
mnia in [e] quo summa, erit orator peritissimus:
in quo media, mediocris: in quo minima, de-
terrimus. Et appellabuntur omnes oratores,
vt pictores appellantur etiam mali: nec gene-
ribus inter se se, sed facultatibus differunt. I-
taque nemo est orator, qui se Demosthenis
similem esse nolit: at Menander Homeri no-
luit. Genus enim erat aliud. id non est in o-
ratoribus: aut si est, vt alius grauitatē sequēs,
subtilitatem fugiat: contrà, alius acutiorem
se, quàm ornatiorem, velit: etiam si est in ge-
nere tolerabili, certè non est in optimo. si-
quidem, quod omneis laudes habet, id est o-
ptimum. Hæc dixi breuiùs equidē, quàm res
petebat: sed ad id, quod agimus, non fuit di-
cēdum pluribus. Vnum enim cùm sit genus,
id quale sit, quærimus. Est autem tale, quale
floruit Athenis, ex quo Atticorum oratorum
ipsa vis ignota est, nota gloria. Nam alterum
multi viderunt, vitiosi nihil apud eos: alterū
pauci, laudabilia esse multa: Est enim vitio-
sum in sententia, si quid absurdum, aut alie-
nū, aut non acutum, aut subinsulsum est. In
verbis, si inquinatū, si abiectum, si non aptū,
si durum, si longè petitum. Hæc vitauerunt
ferè omnes, qui aut Attici numerantur, aut
dicunt Atticè. sed [h] quatenus valuerunt, sani
& sicci duntaxat habeatur, sed ita, vt palæstri-
cè spatiari in xysto iis liceat, non ab Olym-
piis coronam petant. Qui cùm careant omni
vitio, non sunt contenti quasi bona valetu-
dine, sed vireis, lacertos, sanguinem iquærūt,
quandam etiam suauitatem coloris eos imi-
temur, si possumus: sin minus, illos potiùs, qui
incorrupta sanitate sunt, quod est proprium
Atticorum, quàm eos, quorum vitiosa abun-
dātia est, qualeis Asia multos tulit. Quod cùm
faciemus (si modò id ipsum assequemur: est
enim permagnū) imitemur, si poterimus Ly-
siam, & eius quidem tenuitatem potissimùm.
Est enim multis in locis grandior. sed quia &
priuatas ille pleraſque & eas ipsas aliis, & par-
uarum rerum causulas scripsit, videtur esse
ieiunior, quoniā se ipse consultò ad minuta-
rum genera causarum limauerit. Quod qui i-
ta faciet, vt, si cupiat, vberior esse, non possit,
habeatur sanè orator, sed de minoribus: ma-
gno autē oratori etiā illo modo sæpe dicen-
dū est in tali genere causarū. Ita fit, vt Demo-
sthenes certè possit summisse dicere: elatè Ly-
sias fortasse nō possit. Sed si eodem modo pu-
tāt, exercitu in foro, & in omnibus tēplis, quę
circum forum sunt, collocato, dici pro Milo-
ne decuisse [k], vt si de re priuata ad vnū iudi-
cem diceremus: vim eloquētiæ sua facultate,
nō rei natura, metiūtur. Quare quoniam nō-
nullorum sermo iam increbuit [l], partim sei-
psos Atticè dicere, partim neminem nostrūm
dicere: alteros negligamus. satis enim his res
ipsa respondet, cùm aut non adhibeantur ad
causas, aut adhibiti derideantur. nam [m] si
arrideantur, esset id ipsum Atticorum. Sed
qui dici à nobis Attico more nolunt, ipsi au-

tem se non oratores esse profitentur, si tere-
tes [a] aureis habent, intelligēnique iudicium:
tanquam ad picturam probandam, adhiben-
retur etiam inscij faciendi cum aliqua solertia
iudicandi. Sin autem intelligentiam ponunt
in audiendi fastidio, neque eos quidquam ex-
celsum, magnificúmque delectat: dicāt se sub-
tile quiddā, & politum velle: graue, ornatúm-
que contemnere: id verò desinant dicere, qui
subtiliter dicunt: eos solos Atticè dicere, id
est, quasi siccè, & integrè [b], & amplè, & ornatè,
& copiosè, cum eādem integritate, Atticorum
est: quid dubium est, vtrūm orationē nostam
tolerabilem tantùm, an etiam admirabilem
esse cupiamus? Non enim iam quærimus, *quid*
sit Atticè sed quid sit optimè dicere. Ex quo intel-
ligitur, quoniam Græcorum oratorum præ-
stantissimi sunt ij, qui fuerunt Athenis, eorum
autem princeps facilè *Demosthenes*: hunc si quis
imitetur, eum & Atticè dicturum, & optimè:
vt quoniam Attici nobis propositi sunt adi-
mitandum, bene dicere, id sit Atticè dicere.
Sed cùm in eo magnus error esset, quale esset
id dicendi genus: putaui mihi suscipiendum
laborem, vtilem studiosis, mihi quidem ipsi
non necessarium. Conuerti enim ex Atticis,
duorum eloquētissimorum nobilissimas ora-
tiones inter se contrarias, Æschinis, Demo-
sthenisque: nec cōuerti, vt [c] interpres, sed vt o-
rator, sententiis iisdem, & eorum formis, tan-
quam figuris, verbis ad nostram cōsuetudinē
aptis, in quibus non [d] verbum pro verbo ne-
cesse habui reddere, sed genus omnium ver-
borum, vimque seruaui. non enim ea me an-
numerare lectori putaui oportere, sed tāquam
appēndere. Hic labor meus hoc assequetur, vt
nostri homines, quid ab illis exigant, qui [e] se
Atticos volunt, & ad quam eos quasi formulā
dicendi reuocent, intelligant. Sed exorietur
Thucydides. eius enim quidam eloquentiam
admirantur. Id quidem rectè: sed nihil ad eū
oratorem, quem quærimus. Aliud est enim ex-
plicare res gestas narrando, aliud argumēran-
do criminari, criménve dissoluere: aliud nar-
ratione tenere auditorem, aliud concitare. At
loquitur pulcrè. Num meliùs, quam Plato? ne-
cesse tamen est oratori, quem quærimus, con-
trouersias explicare forenseis, dicendi genere
apto ad docendum, ad delectandum, ad per-
mouendum. Quare si quis erit, qui Thucydi-
dio genere causas in foro dicturū se esse profi
teatur, is abhorreat etiam à suspicione eius,
quæ versatur in re ciuili & forensi: qui Thucy
didem laudauit, adscribat suæ nostram sen-
tentiam. Quin ipsum *Isocratem*, quem [f] diui-
nus auctor Plato suum ferè æqualem admi-
rabiliter in Phædro laudari fecit à Socrate,
quémque omnes docti summum oratorem
esse dixerunt: tamen [g] hunc in numero non
repono. non enim in acie versatur, & [h] ferro,
quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem
(vt cum maximis minima conferam) gladia-
torū par nobilissimum inducitur. Æschines,
tanquam Æsninus (vt ait Lucilius) *non spur-*
eus homo, sed doctus & acer,

Cum [k] *Pacidiano hic componitur optimus*
longè
Post homines natos.

Nihil enim illo oratore arbitror cogitari po[†]
se diuinius.

Huic labori nostro duo genera reprehen-
sorum opponuntur: vnum [l] hoc, (verùm melius

a *fort.* quod diximus esse gradus oratorum.

b L. læuitatē: hęc vox defuit Lambino, aut sanè alia eius loco sub stituenda.*

c *al.* hæc duo vt ædificiorum, *delet Lambinus.**

P. B.

e L. in quo erunt summa: erit orator præstantissimus: in q. fal. erit orator perfectissimus: g *al.* aut etiā si est, &c.

h L. sed qui hactenus valuerunt, sani & sicci d. h. ita vt eis palæstr. sp. in x. l.

i sanguinem ita tribuit oratori. In Oratore.*

k *al.* debuisse,

l L. increbuit

m L. nam si arrideantur, est.

a *v. s.* tereti, auris P. CCXLIIII.

b L. & ferè grè. At si amplè, & ornatè & copiosè cum ead. int. Att. est: cui dub. eſt,

c Interpretis munus

d L. non verbum verbo. Sic Horatius libro de arte Nec verbum verbo curabitur reddere fidus interpres.*

e L. qui se esse Atticos volunt,

f Idem de Oratore.* g L. tamē hīc hoc in numero n. r. P. B.

h L. & ferro: sed quasi rud. i citantur hi versus à Nonio cap. 4. in Spurcum 425. lzl. Placidiano: sic Nonius cap. 4. in spurcum. sic Cicero 3. de Oratore. & *Horat.* 2. satyr. 7. *al.* Pacideiano.

† Tusculana 1. vnū hoc, verùm meliùs Græci tè

Græci)à quo quæratur,ecquid possint ipsi melius Latinè. Alterum,Quid istas potiùs legam, quàm [a] Græcas? Iidem Andriam,& Synephebos: nec minùs Terentiũ,& Cæcilium quàm Menandrum legunt: nec Andromacham,aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant. sed tamen Ennium,& Pacuuium, & Accium potiùs,quàm Euripidem & Sophoclem legũt. Quod igitur est eorum in orationibus è Græco cõuersis,fastidium, nullum cùm sit in versibus? Sed aggrediamur iam quod suscepimus, si priùs exposuerimus, quæ causa in iudicium deducta sit. Quum esset lex[b] Athenis, nequis populi scitum faceret,vt quisquàm corona donaretur in magistratu priùs,quàm rationes retulisset: & altera lex eos,qui à populo donarentur, in concione donari debere: quia [c] in senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit, eósque refecit pecunia sua: de hoc igitur Ctesiphon scitum fecit,nullis ab ipso rationibus relatis,vt corona aurea donaretur: eáque donatio fieret in theatro populo conuocato:qui locus non est concionis legitimæ: atq.ita prædicaretur,eum donari virtutis ergò,beniuolentiæque,quam erga populum Athenienſem haberet.Hunc igitur Ctesiphontẽ in iudiciũ adduxit Æschines,quòd contra leges scripsisset,vt[e] & rationibus non relatis corona donaretur, & vt in theatro, & quòd de virtute eius,& [f] beneuolentia,falsa scripsisset, quoniam Demosthenes nec vir bonus esset, nec bene meritus de ciuitate.

Causa ipsa abhorret illa quidem à formula consuetudinis nostræ, sed est magna. Habet enim & legum interpretationem satis acutam in vtramque partem,& meritorum in rempublicam contentionem sanè grauem. Itaque[a] causa fuit Æschini, quoniam ipse à Demosthene esset capitis accusatus, quòd[b] legationem ementitus esset,vt vlciscẽdi inimici causa, nomine Ctesiphontis, iudicium fieret de factis,famáque Demosthenis. Non enim tam multa dixit de rationibus non relatis, quàm de eo,quòd ciuis improbus, vt optimus, laudatus esset. Hanc raultam Æschines à Ctesiphonte petiit quadriennio ante PhilippiMacedonis mortem: sed iudicium factum est aliquot annis pòst, Alexandro[c] iam Asiam tenente: ad quod iudicium concursus dicitur è tota Græcia factus esse. Quid enim aut tam visendum, aut[d] audiendum fuit, quàm summorum oratorum in grauissima causa, accurata, & inimicitiis incensa contentio? Quorum ego orationes si, vt spero,ita expressero, virtutibus vtens illorum omnibus,id est,sententiis,& earum figuris,& rerum ordine, verba persequens eatenus,vt ea non abhorreant à more nostro: (quæ si è Græcis omnia conuersa non erunt, tamen vt generis eiusdem sint, elaborauimus) erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes, qui Attice volunt dicere. sed de nobis satis. Aliquando enim Æschinem ipsum Latinè dicentem audiamus.

a L. quàm Græcas? Nec Andromachã igitur, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiant, Sed tamẽ Ennium, & Pacuuium, & Accium potiùs, quàm Euripidem, & Sophoclẽ legunt. Iidem Andriam, & Synephebos: nec minus Terentium, & Cæcilium, quàm Menãdrum legunt.

b summa orationũ contrariarũ Demosthenis & Æschinis.*

c L. quia in sua tribu, &c. frectè. Idque cõfirmat Vlpianus interpres Demosthenis. *

d παρεσκεύασται L. & vt rat.

f v.c. & beniuolentia,

a L. Causa autem fuit accusandi Ctesiphontis Æschini, quon.

b παρεμπρεσβεύσας,

c Αλεξάνδρου τῆς Ασιας κρατοῦντος.

d L. aut tam audiend. P. CCXLV.

M. T. CICERONIS
OPERVM TOMVS II.
QVI CONTINET ORATIONES OMNEIS QVÆ extant.

Quarum orationum indicem versa pag.te docebit.

ORATIONES OMNES M. T. CICERONIS, QVÆ EXSTANT.

Pro P. Quinctio, Oratio I. pagina 1
Pro Sex. Roscio Amerino, Oratio II. 21
Pro Q. Roscio comœdo, Oratio III. 49
Diuinatio in C. Verrem, Oratio IIII. 61
Proœmium actionis I. in C. Verrem, Oratio V. 73
Accusationis in C. Verrem lib. I. Oratio VI. 85
Accusationis in C. Verrem lib. II. Oratio VII. 121
Accusationis in C. Verrem lib. III. Oratio VIII. 163
Accusationis in C. Verrem lib. IIII. Oratio IX. 219
Accusationis in C. Verrem lib. V. Oratio X. 259
Pro M. Fonteio, Oratio mutilata & truncata, XI. 303
Pro Aulo Cæcina, Oratio XII. 213
Pro Lege Manilia ad populum Rom. Oratio XIII. 335
Pro A. Cluentio Auito, Oratio XIIII. 251
De Lege Agratia, contra P. Seruilium Rullum tribun. pl. in senatu, Oratio XV. 397
De Lege Agratia, cõtra P. Seruilium Rullum ad populum, Oratio XVI. 405
De Lege Agraria ad populum Rom. cõtra Rullum trib. pleb. Oratio XVII. 429
Pro C. Rabirio perduellionis reo, ad Quirites, Oratio XVIII. 433
In L. Catilinam in senatu, Oratio XIX. 441
In L. Catilinam ad Quirites, Oratio XX. 449
In L. Catilinam ad populum, seu ad Quirites, Oratio XXI. 457
In L. Catilinam in senatu, Oratio XXII. 465
Pro L. Muræna, Oratio XXIII. 471
Pro L. Flacco, Oratio XXIIII. 495
Pro L. Sylla, Oratio XXV. 523
Pro A. Licinio Archia poeta, Oratio XXVI. 541
Ad Quirites post reditum suum, Oratio XXVII. 549
Post reditum in senatu, Oratio XXVIII 517
Pro domo sua ad Pont. Oratio XXIX. 567
De Aruspicum responsis in senatu, Oratio XXX. 601
Pro Cn. Plancio, Oratio XXXI. 619
Pro P. Sextio, Oratio XXXII. 645
In P. Vatinium, Oratio XXXIII. 683
Pro M. Cælio, Oratio XXXIIII. 693
De prouinciis consularibus, Oratio XXXV. 713
Pro L. Cornelio Balbo, Oratio XXXVI. 729
In L. Pisonem, Oratio XXXVII. est autem mutilata. 741
Pro T. Annio Milone, Oratio XXXVIII. 766
Pro C. Rabirio Postumo, Oratio XXXIX. 789
Pro M. Marcello, Oratio XL. 797
Pro Q. Ligario ad Cæsarem, Oratio XLI. 797
Pro rege Deiotaro ad Cæsarem, Oratio XLII. 805
In M. Antonium Philippica prima Oratio XLIII. 813
In M. Antonium Philippica II. Oratio XLIIII. 831
In M. Antonium Philippica III. Oratio XLV. 855
In M. Antonium Philippica IIII. Oratio XLVI. 865
In M. Antonium Philippica V. Oratio XLVII. 869
In M. Antonium Philippica VI. Oratio XLVIII. 881
In M. Antonium Philippica VII. Oratio XLIX. 885
In M. Antonium Philippica VIII. Oratio L. 891
In M. Antonium Philippica IX. Oratio LI. 897
In M. Antonium Philippica X. Oratio LII 901
In M. Antonium Philippica XI. Oratio LIII 907
In M. Antonium Philippica XII. Oratio LIIII. 917
In M. Antonium Philippica XIII. Oratio LV. 925
In M. Antonium Philippica XIIII. Oratio LVI. 637
Incerti auctoris in Ciceronem, Oratio 945
Incerti auctoris responsio. 951

M·TVLLII CICER·

PRO PVBLIO QVINCTIO,

ORATIO PRIMA·

SYNOPSIS.

Quæstio. *An si Sex. Quinctius vadimonium non deseruerit, Sexto Nævio bona Quinctij ex edicto prætoris possidere licuerit?* Actor, *Nævius.* Patronus Nævij, *Hortensius.* Reus, *Quinctius.* Patronus Quintij, *Cicero.* Iudex *Aquillius:* Adsessores *L. Lucullus, Quintilius, M. Marcellus.* Acta hæc causa oratione *in Comitio, Cicerone 26. ætatis annum agente, anno urbis 672. & in eadē vicisse Cicero videtur.*



VAE RES in ciuitate duę plurimùm possunt, eę contra nos ambę faciunt in hoc tempore, summa gratia & elōquentia: quarum alterā, C. Aquilli, vereor [a], alteram, metuo. eloquentia Qu. Hortensij [b] ne me [c] dicendo impediat, nonnihil commoueor: gratia Sex. Nævij d ne P. Quinctio noceat, id verò non mediocriter [d] timeo. Neque hoc tanto opere quærendum videretur, hæc summa [e] in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. Verùm ita se res habet, vt ego, qui neq vsu [f] satis, & ingenio parum possum, cum patrono diserissimo cōparer: P. Quinctius, cui tenues opes [g], nullæ facultates, exiguæ amicorū copiæ sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat. Illud quoque nobis accedit incōmodum, quòd M. Iunius, qui hanc causā, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multum, & sæpe versatus, hoc tempore abest, noua legatione imperditus: & ad me ventum est, qui, vt [h] summa haberem cetera, temporis quidem certè vix satis habui, vt rem tantam, tot controuersiis implicatam, possem cognoscere. Ita, quod mihi consueuit in ceteris causis esse adiumento, id [k] quoque in hac causa deficit. Nā, quo [l] minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui: quæ quanta sit, nisi tempus, & spatium datum sit, intelligi non potest. Quæ quo plura sunt, C. Aquilli, eo te, & hos, qui tibi in consilio [m] adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit: vt multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur. Quòd si tu index nullo [n] præsidio fuisse videbere contra vim, & gratiam, solitudini, atque inopiæ: si apud hoc consilium ex opibus, nō ex veritate causa pōdetur: profectò nihil est iam sanctum, atque sincerum in ciuitate: nihil, quòd humilitatem cuiusquā, grauitas, & virtus iudicis consoletur. Certè aut apud te, & eos, qui tibi adsunt, veritas valebit: aut ex hoc loco repulsa vi & gratia, locū vbi consistat, reperire non potest. Non [o] eo dico, C. Aquilli, quo [p] mihi veniat in dubium tua fides, & constantia, aut [q] quò non iis, quos [r] tibi aduocasti, viris electissimis [s] ciuitatis, spem summā habere. P. Quinctius debeat. Quid ergo est: Primùm magnitudo periculi summo timore hominem afficit, quòd vno iudicio de fortunis omnibus decernit: idque dum cogitat, non minùs sæpe ei venit in mentē potestatis, quàm æquitatis tuæ: propterea quòd *omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, cuius in ditione, ac potestate sunt, quam, quid debeat facere.* Deinde habet aduersarium P. Quinctius verbo, Sex. Nævium: re vera, huiusce ætatis hominem difficillimum, fortissimum, ornatissimum nostræ ciuitatis: qui communi studio, summis opibus Sext. Nævium defendunt: *si, id est defendere, cupiditati alterius obtemperare*, quo is faciliùs, quem velit, iniquo iudicio opprimere possit. Nam quid hoc iniquius, aut indignius, C. Aquilli, dici, aut commemorari potest, quàm me, qui caput alterius, famam, fortunasque defendam, priore [b] loco causam dicere: cùm præsertim Qu. Hortensius, qui hoc iudicio parteis accusatoris obtinet, contra me sit dicturus: cui summam copiam, facultatémque dicendi natura largita est? Ita fit, vt ego, qui tela [c] depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cùm etiam telum aduersarius nullum iecerit: illis autem id tempus impugnandi detur, cùm & vitandi illorum impetus potestas ademta nobis erit: &, siqua in re, id [d] quod parati sunt facere, falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum, iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Id accidit prætoris [e] iniquitate, & iniuria: primùm, quòd contra omnium consuetudinem, Iudicium priùs [f] de probrō, quàm de re, maluit fieri. deinde, quòd ita constituit id ipsum iudicium, vt reus, antequàm verbum accusatoris audisset, causam dicere cogeretur. quod eorum gratia, & potentia factū est, qui, quasi sua res, aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nævij studio, & cupiditati morem gerunt: & in eiusmodi rebus opes suas experiuntur, in quibus, quo plus propter virtutem, nobilitatémque possunt, eo minùs, quantum possint, debent ostendere. Cùm tot, tantisque difficultatibus affectus, atq. afflictus, in tuam, C. Aquilli, fidem [k], veritatem, misericordiam P. Quinctius confugerit: cùm adhuc ei propter vim aduersariorum non ius pari, non agendi potestas eadem, nō magistratus æquus re-

a L. florentissimos ‖ *Vet.* horrentissimos *Rancenses* potentissimos.*

b Priore loco actores dicere consueuerant.

c Allegoria.*

d L. id quod parati sunt facere, venenatum aliquod telum fecerint, &c.

e Dolabellæ.*

f Mos iudiciorum duplex.*

g Nā Marcellus sic. P. II. *l. 7. §. 1. ff. de restitut. in integrum* boni Prætoris est potius restituere litem, vt & ratio & æquitas postulabit, quàm adtionem famosam constituere: ad quam tum demum descendum est cum remedio locus esse non potest.*

h hoc est vadimonio desserto.*

i hoc est de repecuniaria ciuili actione, arbitrio pro socio.*

k Iudicis fides, veritas, misericordia.*

l Ius pari, id est reo & actori & in omnes æquabile, de L. nem. *lect.*

v vereri & metuere hic distinguit.*

b *al.* Hortensij: atque ita scribendum putat Lambinus. Verum id genus scribendi Græcanicum est, nō Latinum. Nam Græcis κάλως, καλῆς μῆς, καλλίκ ταρβευτικία λεξδουνοσία, ἰσοκωλία παῤῥακοπτία, est Latinis Valēs, Clemens, Gallia Narbonēsis Lugdunensis, Hispania Tarraconensis.*

c *al.* me in dicendo.*

d *al.* Nævij.*

e gratiā & eloquētiā.*

f Cicero tū agebat 26. ætatis.*

g tenues opes, nullas facultates, exiguas amicorum copias, gratiosissimo opponit.*

h *al.* accidit.*

i eloquentiam & gratiam vt ī.*

k L. id quoque me in hac c.

P. B. l *al.* quòd.*

m Consilio Iudicis aderant Iurisperiti ab eo aduocati de quibus mox dicam. Vnde iudices in consilium ire de consilij seu cētia pronunciare dicuntur.*

n L. nulli præs.

o *al.* Nec.*

p *al.* quòd mihi.

q *al.* aut quòd.

r Iudices dati in cōsiliū aduocabant, amicos, vt ex pius *Cic. 4. in Verr. 14. Gel. 2.* iique iidem subsiliis considebant: vt & in tribunali qui ex magistratib. in consilium adhibebantur *Cic. de orat.*

s L. lectissimi ejusd.

periri potuerit: cùm ei summâ per iniuriam omnia inimica, atque infecta fuerint: te, C. Aquilli, vósque, qui in consilio adestis orat, atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatâ, atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere, & cõfirmari patiamini. Id quò facilius facere possitis, dabo operâ, vt à principio, res quéadmodũ gesta, & cõtracta sit, si cognoscatis. ¶ C. Quinctius fuit P. Quinctij huius frater: sane ceterarum [a] rerum paterfamiliâs & prudens, & attentus: vna in re paullo minùs consideratus, qui [b] societatem cum Sex. Næuio fecerit, viro bono [c], verumtamen non ita instituto, vt iura societatis, & officia certi pãtis familiâs nosse posset: non quò ei deesset ingenium: (nam neque parum facetus scurra Sex. Næuius, neque inhumanus [d] præco est vmquam existimatus.) Quid ergo est? Cùm ei natura nihil melius, quàm vocé, dedisset, pater nihil, præter libertatẽ, reliquisset: vocem in quæstum contulit: libertate [e] vsus est, quò impunius dicax esset. Quare quòd socium tibi eum velles adiungere, nihil erat, nisi vt in tua pecunia condisceret, qui pecuniæ fructus esset. tamen inductus consuetudine, ac familiaritate Quinctius fecit, vt dixi, societatem earum rerum, quæ in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica, sanè bene culta, & fructuosa. Tollitur ab atriis [g] Laciniis, atque à præconum conscessu in Galliam Næuius, & trans Alpeis vsque transfertur. Fit magna mutatio loci [h], non ingenij. Nam qui ab adolescentulo quæstum [i] sibi instituisset sine [k] impendio [l], posteaquàm nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse nõ poterat. Nec mirũ, si is, qui vocé venalem habuerat, ea, quę voce quæsiuerat [m], magno sibi quæstui fore putabat. Itaq. hercule haud mediocriter de [n] cõmuni, quidquid poterat, ad se in priuatam domũ seuocabat. Qua in re ita diligens erat, quasi ij, qui magna fide societatem gererent, arbitrium [o] pro socio condemnari solerent. Verùm his de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ me P. Quinctius cupit cõmemorare: tametsi [p] causa postulat: tamen quia postulat, non [q] flagitat, præteribo. Cùm annos iam cõplures societas esset, & cùm sæpe suspectus Quinctio Næuius fuisset, neque ita commodè posset rationem reddere earum rerum, quas libidine, non ratione gesserat: moritur in Gallia Quinctius, cùm adesset Næuius: & moritur repentinò. heredẽ testamento reliquit hunc P. Quinctium: vt, ad quem summus mœror morte sua veniebat, ad eundem summus honos quoque perueniret. Quo mortuo, nec [r] ita multo post in Galliam proficiscitur Quinctius. Ibi cum isto Næuio familiariter viuit: annum ferè vna sunt, cùm & de societate inter se multa communicarent, & de tota illa ratione, atque re Gallicana: neque interea verbum vllum interposuit Næuius, aut societatẽ sibi quidpiã debere, aut priuatim Quinctiũ debuisse. Cùm æris alieni aliquãtulũ esset relictũ, quib. nominibus pecuniam Romę curari oporteret: auctionem in Gallia P. hic Quinctius Narbone se facturũ esse proscribit, earum rerũ, quæ ipsius erãt priuatæ. Ibi is vir optimus, Sex. Næuius, hominẽ multis verbis deterret, ne auctionetur: eum nũ ita cõmodè posse eo tẽpore, quæ proscripsisset, vẽdere. Ro-

quæ sibi nummorum facultatem esse, quam, si [a] sperat, communẽ existimaret, pro fraterna illa necessitudine, & [a] pro ipsius affinitate, nã P. Quinctij cognobrinã habet in matrimonio Næuius, & ex ea liberos. Quia, quòd virũ bonũ facere oportebat, id loquebatur Næuius: credidit Quinctius, eum, qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturũ. auctionem velle facere desistit: Romã proficiscitur: decedit [b] ex Gallia Romam simul Næuius. Cùm pecuniã C. Quinctius P. Scapulę debuisset: per te, C. Aquilli, decidit P. Quinctius, quod liberis eius dissolueret. Hoc eò per te agebatur, quod propter æriariã rationem non satis erat in tabulis inspexisse, quãtum deberetur, nisi [d] à Quæstoribus quæsisset [e], quamtum solueretur. Decedis, statuísque tu propter necessitudinem [f], quæ tibi cum Scapulis est, quid iis ad denariũ [g] solueretur. Hæc omnia Quinctius agebat auctore, & cõsuasore Næuio. nec mirum, si eius vtebatur consilio, cuius auxiliũ sibi paratum putabat. non modò enim pollicitus erat in Gallia: sed Romæ quotidie, simulátque sibi hic annuisset [h], numeraturũ se dicebat. Quinctius porrò istum posse facere videbat: debere intelligebat: mentiti, quia causa, cur mentiretur, non erat, non putabat. quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis daturum [i]. Næuium certiorem facit: rogat, vt curet, quod dixisset. Tum iste vir optimus (vereor, ne se deriderí puret, quòd iterum iã dico, optimus) qui hunc in summas angustias adductũ putarer, vt eum suis conditionibus in ipso articulo temporis adstringeret, assẽm sese negat daturum, nisi prius de rebus, rationibúsque societatis omnibus decidisset: & scisset, sibi cum Quinctio controuersiæ nihil futurum. Posteriùs, inquit ista videbimus, Quinctius: nunc hoc velim cures (si tibi videtur) quod dixisti. Negat te alia ratione facturum. quod promisisset, non [k] plus sua referre, quàm si, cum [l] auctionem venderet, domini iussu quippiã [m] promisisset. Destitutione illa perculsus [n] Quinctius, à Scapulis paucos dies aufert [o]: in Galliam mittit, vt ea, quæ proscripserat, veniant: deteriore tempore absens auctionatur: Scapulis difficiliore cõditione dissoluit. tunc appellat vltro Næuium, vt, quoniam suspicaretur aliqua de re fore controuersiam, videret, vt quàm primùm, & quàm minima cum molestia tota res transigeretur. Dat iste amicum P. M. Trebellium: nos communem necessarium, qui istius domi erat educatus, & quo vtebatur iste plurimùm, propinquũ nostrum, Sex Alphenum. Res conuenire nullo modo poterat: propterea quòd hic mediocri iactura facere cupiebat: iste mediocri prędâ contentus non erat. Itaque ex eo tempore res esse in [q] vadimonium cœpit. Cùm vadimonia sæpe dilata essent, & cùm aliquantum temporis in ea re esset consumtum, neque quidquam perfectum esset, venit ad vadimonium Næuius. Obsecro, C. Aquilli, vósque, qui adestis in consilio, vt diligenter attendatis, vt singulare genus fraudis, & nouam rationem insidiarum cognoscere possitis. Ait, se auctionatum esse in Gallia: quod sibi videretur, se vẽdidisse: curasse, ne quid sibi societas deberet: se iam neque vadari [r] amplius, neque vadimonium [s] sequi. Postulat, vt sibi caueatur. Quid cum eo conuitio. [t]

a *fort.* & pro ipsorũ affi.
b *al.* discedit
c gentili suo hoc est Quia ętas gentis 2. *Plin.* 55. *Dio.* 53.
d *al.* nisi ad Castoris qui. § *al.* ad Castoris templum quo in loco admittis amicis de re nummaria controuersias plerunque finiebat *sed* à Quæstoribus *emendat Hotomanus* cõsq. intelligi qui pecuniam vectigalium in Aerrium P. Romani referebant.*
e *al.* quæsisset.*
f *Vide Plin.* 54.*
g ad denarium, est ad pecuniæ Romanæ rationem. Alij integræ summæ solutionẽ interpretantur male, ad denarium vel denario solui est pecunia Romana non Cistophoro hoc est Asiatica: non victoriata id est Gallica & similibus.*
h L. innuisset, ‖ id est significasset nã annuere est cõprobare.*
i L. sedaturum.
k *fort.* non pluris.
l L. cum in auctione vend. ‖ *al.* cũ auctione vẽderet sed tum nebo aut ismem vendere hic eadem
P. IIII. forma dici videtur, qua à Cæsare sectionem vendere.*
m *al.* cuppiam.*
n *al* percussus
o i. moram seu dilationem paucorũ dierum impetrat.*
p *al.* arbitrium
q In vadimonium esse dixit vt alibi in potestatem esse *pro lege Manil. Perrina* 7. In possessionẽ *pro Cæcina* in historiã vestigiũ facere vel ponere *de finib.* In vadimoniũ autẽ, res esse incipit cũ vades seu fideiussores postulari incipiunt.* r *al.* neque quidquam profectum esset, ‖ cupleres certæ pecuniæ postulare.

a *al.* cetera sic Iulius 22. par cetera Allienũ Sallustius cetera P. Romani ignarus.* NARRATIO.
b Ironia.*
c *al.* quod.
d *al.* inurbanus.*
e id est, libertatis prærogatiua abusus est ad maledicendũ.*
f Iurisconsultis coire, inire, cõtrahere. societatem dicũt, at non facere, *vt hic l. cæsii. 7. & pas. fin. ff. pro socio.**
g Atria Licinia locus in vrbe, vbi præcones versabãtur. In Palatio locatur quibusdam.*
h sic Æschines aduersus Ctesiphontẽ. ἐ γὼ τὴν πρόφασιν, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετέλαξεν & poeta cœlũ non animum mutant.*
i an à lucro differat *v. l. 8. & 13. pro socio.*
k Id si inter socios cadit genus societatis Leonimæ dicitur *l. 29. inf. ff. pro socio.**
l hoc est dãno quo verbo nostri frequentiũs P. III. vtuntur *l. 55. ff. pro socio.**
m *al.* quæsierat.*
n de communi dotem constituere ita dicimus *l. 81. ff. pro soc.**
o L. arbitrio pro socio. recte: idque probabilius quàm quod à Manutio legitur ad arbitrium. *Ranconnetus*, ad arbitrum *Pantagathus* ad vltimũ.* P L. nam tametsi
q flagitare plus est quã postulare. Illud cuius ut

dimonium promittere. si quid agere secum velit Quinctius, non recusare. Hic, cùm rem Gallicanam cuperet reuisere, hominem in [a] præsentia non vadatur. ita sine vadimonio discedit. Deinde Romæ dies XXX. ferè Quinctius commoratur. cum ceteris, quæ [b] habebat, vadimonia differt, vt expeditus in Galliam proficisci posset proficiscitur Roma egreditur ante [c] diem tr. Kalend. Februarij, Scipione & Norbano C O S S. Quæso, vt eum diem memorię mădetis. L. Albius Sex. filius, Quirina [d], vir bonus, & cum primis honestus, vnà profectus est. Cùm venissent ad Vada Volaterrana quæ nominantur, vident perfamiliarem Nœuij, qui ex Gallia pueros venales isti adducebat, L. Publicium, qui, vt Romã venit, narrat Nœuio, quo in loco viderit Quinctium, quòd nisi ex [e] Publiano narratum Nœuio esset, non tã citò res in contentionẽ venisset. Tum [f] Nœuius pueros circũ amicos dimittit: ipse suos necessarios ab atriis [g] Liciniis, & à faucibus [h] macelli corrogat, vt ad tabulãk Sestiã sibi adsint, hora secunda postridie. veniunt frequentes, *restificatur iste, P.[m] Quinctium non stetisse[n], & se steriss[e]*. tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur [o]: discedit ur. postulat à Burrieno prætore Nœuius, *vt ex edicto bona possidere liceat. Iussit bona proscribi* eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, affinitas, liberis istius viuis, diuelli nullo modo poterat. Qua ex re intelligi facilè potuit, *nullum esse officium tam sanctũ, atque solemne, quod non auaritia comminuere, & que violare soleat*. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est iste, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se, & perfidiosum, & impium esse fateatur. Libellos [p] Sex. Alphenus, procurator [q] P. Quinctij, familiaris & propinquus Sex. Nœuij, deiicit: seruulum vnum, quem iste prætenderat, abducit: denuntiat, sese procuratorem esse: istum, æquum esse famæ, fortunisq. P. Quinctij consulere, & aduentum eius exspectare. Quod si facere noli, atque inhibuerit [r] eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari: &, si quid agere velit, iudicio defendere. Hæc dũ Romæ geruntur, Quinctius interea contra [s] ius, & consuetudinem, edicto prætoris, de saltu, agróque communi à seruis communibus vi detruditur. Existima, C. Aquilli, id, modo, & ratione omnia Romę Nœuium fecisse, si hoc, quod per litteras istius in Gallia gestum est, rectè atque ordine factum videtur. Expulsus, atque eiectus è prædio Quinctius, accepta insigni iniuria, confugit ad C. Flaccum Imperatorem, qui tum erat in prouincia: quem, vt ipsis dignitas poscit, honoris gratia nomino. Is eam rem quàm vehementer vindicandam putarit, ex decretis eius poteritis cognoscere. Alphenus interea Romæ cũ isto [t] gladiatore veruto quotidie pugnabat. vtebatur populo [u] sanè suo, propterea quòd iste caput petere nõ desinebat. iste postulat [x], *vt procurator iudicatum solui satisfiaret*. negat Alphenus, æquum esse, procuratorem satisdare, quòd reus satisdare non deberet, si ipse a lesset. Appellantur tribuni: à quibus cùm esset certum auxilium petitum, ita tamen disceditur, *vt idibus Septembribus P. Quinctium sisti Sex. Alphenus pronitteret*. Venit Romam Quinctius: vadimonium sistit [a]. iste homo acerrimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum & ses menseis nihil perit: quiescit: conditionibus hunc, quo ad posset producit: à Cn. Dolabella denique prætore postulat, *vt sibi Quinctius iudicatum solui satisdaret, ex formula, Quod ab eo petat, cuius, ex edicto prætoris Romani [b], bona dies xxx. possessa sint*. non recusabat Quinctius, quin ita satisdare iuberet [c], *si bona possessa essent ex edicto*. Decernit (quàm æquum, nihil dico, vnum hoc dico, nouum: & hoc ipsum tacuisse mallem, quoniam vtrũque quiuis intelligere potuisset.) *Iubet d P. Quinctium sponsione [e] cum Sex. Nœuio facere. Si bona sua ex edicto P. Burrieni prætoris dies xxx. possessa essent*. Recusabant qui aderant tum Quinctio. demonstrabant, de re iudiciũ fieri oportere, vt aut vterque inter se [f], aut neuter satisdaret: non necesse esse famam alterius in iudicium venire. Clamabat porrò ipse Quinctius, sese ideirco nolle satisdare, ne videretur iudicasse, bona sua ex edicto possessa esse. sponsionem porrò si iftiusmodi faceret: se (id quod nunc euenit) de capite [g] suo priore loco causam esse dicturum. Dolabella (quemadmodum solent homines nobiles: seu rectè, seu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo nostro loco natus assequi posset h) iniuriam facere fortissimè perseuerat: *aut satisdare i, aut sponsionem inire facere k*. & interea recusanteis nostros aduocatos acerrimè submoueri k. Conturbatus sanè discedit Quinctius, neque mirũ cui hęc optio tam misera, támq. iniqua daretur, vt aut ipse se capitis dãnaret, si satisdedisset: aut causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Cùm in altera re causæ nihil esset, qui secus iudicaret ipse de se: quod iudicium grauissimum est: in altera spes esset ad talem virum, iudicem, veniendi, vnde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiæ: *sponsionem facere maluit: fecit te iudicem, C. Aquilli, sponsit: ex [m] sponso [n] egit [o]*. in hoc summa iudicij, causãque tota consistit. Iudicium esse C. Aquilli, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunisque P. Quinctij vides. Cùm maiores ita constituerint, vt, qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret: nos inaudita criminatione accusatorum, priore loco causam dicere intelligis: eos porrò, qui defendere consuerunt, vides accusare: & ea ingenia conuerti ad perniciem, quæ ante versabantur in salute, atque auxilio ferendo. Illud etiam restiterat, quod hesterno die fecerunt, vt te in ius adducerent, vt nobis tempus [q], quamdiu diceremus, præstituerent: quam rem facilè à prætore impetrassent, nisi tu, quod esset tuum ius, & officium, partésque docuisses. Neque nobis adhuc, præter te, quisquam fuit, vbi nostrum ius contra illos obtineremus: neque illis vmquam satis fuit

[a] *al.* in præsenti.

[b] *al.* quæ habebat vadimonia, differt,

[c] *lib. vulg.* ante diem IIII. Kal. Ian te diem Kal. autem est pridie Kal.

[d] id est ex Quirinatu tu *Vet.* Quirinas *male*.*

P. B.

[e] L. à Publicio n.

[f] *lib. vulg.* Tũ Nœuius ipse pueros

[g] Mos antecandi.*

[g] dixi x.

[h] fauces macelli locus non admodũ ab atriis Liciniis distans. Cic. 3. *in Verrem*.*

[i] L. ad tabulam Sextiam

[k] Tabula Sestia locus vbi ius dicebatur vt & Valerii *de qua dixi Orat. in Pisonem & 11. familiar.* 2.*

[l] similis contestatio apud Plautũ *Curculione act.* 1. *scena* 3.*

[m] L. P. Quinctium non sistitisse, & se stitisse.

nal. stitisse.*

[n] Consignationes inde dicuntur testationes, seu tabulæ testificãdi gratia factæ & obsignatæ. *Quintil.* 15. c. 8.*

[o] p. proscriptionis bonorum de quibus dixi j.*

[q] procuratoris boni munus & partes in hac Alpheno nectare possumus.*

P. V.

[r] L. imbiberit id est sibi planè proposuerit: *Pantagathus* maluerit *al.* instituerit.*

[s] L. contra ius, consuetudinem, edicta prætorum, de saltu, recte. Id enim contra ius consuetudinem & edicta Prætorum vt is de suis bonis extorqueretur qui vadimonium non deseruerit.* [t] Sexto Nœuio.* [u] præconibus.* [x] *al.* postulabat.

[a] sic vadimonium sistere dixit Cato apud Gellium & Apulcius. 4. *Metamorphos. A ij* ueuit ad vadimonium: sistit se.*

[b] vox. Romani *delenda videtur Pantagathus*.*

[c] *fort.* iubebatur.

[d] L. iubet P. Quinctium aut satisdare, aut sponsionem cum Sex. Nœuio facere. Ni bona suæ ex ed. P. Burr. pr. dies xxx. possessa essent. ‖ Ita enim sponsiones ab eo qui lacessebat concipi bantur dixi *Verrina*. Pantagathus ensam lectionem defendit, & formulam sponsionis in persona Quinctii postulare, & in Nœuij, Ni.*

[e] De sponsionibus & earum formulis dixi *Verrina*.*

[f] erat ea restipulatio.*

[g] id est famæ deserto vadimonio.*

P. B.

[h] L. possint

[i] iudicatum solui.

[k] *al.* summoueri.

[l] Iudicis sibi sumendi potestas fuisse videtur ei qui sponsionem fecisset.*

[m] Ordo iudicij. in hac litis fuisse videtur. Nœuius iudicio se sistit, negat Quinctium stitisse: vt ex edicto bonã Quinctij possideat, imperat. Bonæ Quinctij proscribit: Quinctium absentem Alphenus procurator defendit: satisdare Quinctio sistitque

cogitur: Quinctius præterea, aut satisdare iudicatum solui, aut sponsionem facere iubetur à Dolabella prætore. Sponsionẽ Quinctius C. Aquillinum iudicem sumit (ex sponso, itaq. nunc agit.* [u] *al.* ex sponsu *vt apud Gell. 4. c. 4. & Fest. 5. de fine*.* [o] *al.* agit.* [p] *al.* arq. in auxilio f. [q] Tẽpus dicendi præstituebatur à iudice reo & testori. Sic Cic. in causa Rabirii, & in Milonis certũ tẽpus præscripsit.*

illud obtinere, quod probari omnibus possit. ita *sine* [a] *iniuria potentiam leuem, atque inopem esse arbitrantur.*

¶ Verùm quoniam tibi instat Hortensius, *vt eas in consilium:* à me postulat, ne dicendo tempus abiumam: queritur, priore patrono causam defendẽte, numquam perorari [b] potuisse: nõ patiar, istam manere suspicionem, nos rem iudicari nolle. nec illud mihi arrogabo, me posse causam commodiùs demonstrare, quàm antea demonstrata sit: neque tamẽ tam multa verba faciam, propterea quòd [c] ab illo, qui antè dixit, informata [d] iam causa est: &à me, qui neq. excogitare, neque pronunciare multa possum, breuitas postulatur, quæ mihimet ipsi amicissima est. Faciã, † quod te sæpè animaduerti facere, Hortensi: totam causæ meæ dictionem certas in partes [e] diuidam. Tu id semper facis, quia semper potes: ego in hac causa faciam, propterea quòd in hac videor posse facere. Quod tibi natura [f] dat, vt semper possis, id mihi causa dat, vt hodie possim. Certos mihi fineis, ter minósque constitutã, extra quos egredi non possim, si maximè velim: vt & mihi sit propositum de quo dicam: & Hortensius habeat exposita, ad quæ respondeat: &tu, C. Aquilli, iam antè animo prospicere possis, quibus de reb[g] auditurus sis. Negamus, te bona P. Quinctij, Sexte Næui, possedisse ex edicto prætoris. In [g] eo sponsio facta est. Ostendam primùm, *causam non fuisse cur à prætore postulares, vt bona P. Quinctij possideres:* deinde *ex edicto te possidere non potuisse:* postremò, *non possedisse.* Quæso, C. Aquilli, vósque, qui estis in consilio, vt quid pollicitus sim, diligenter memoriæ mandetis. etenim rem faciliùs totã accipietis, si hæc memineritis: & me facilè vestra existimatione reuocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circũdedi. Nego fuisse causam, cur postularet: Nego ex edicto possidere potuisse. Nego possedisse. hæc tria cùm docuero, perorabo.

¶ Nam [h] *fuit causa, cur* [i] *postularet.* Quî hoc intelligi potest? quia Sex. Nquio neque ex societatis ratione, neque priuatim quidquã debuit Quinctius. Quis [k] huic rei testis est? idẽ, qui acerrimus aduersarius. In hac re te, te, inquam, testem, Næui, citabo. Annum, & eo diu tiùs, post mortem C. Quinctij fuit in Gallia tecum simul Quinctius. doce, te petiisse ab eo istam nescio quam, innumerabilem pecuniã: doce, aliquando mentionem fecisse: dixisse deberi. debuisse cõcedam [l]. Moritur C. Quinctius: qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniã debuit heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipsum venit in agrum comunem: eò denique, vbi non modò res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes litteræ. Quis tã dissolutus in re familiari fuisset, quis tã negligẽs, quis tã tui, Sexte, dissimilis, qui [m], cum res ab eõ, qui [n] cõtraxisset, recessisset, & ad heredem peruenisset, nõ heredẽ, cùm primùm vidisset, certiorem faceret? appellaret, rationem [o] afferret? siquid in controuersiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur? Itáne est? Quod viri [p] optimi faciũt, si [q] qui suos propinquos, ac necessarios, caros[r] & honestos esse, atque habeti voluntate? id Sex. Næuius non faceret, qui vsque eò ferret, fertúrque sauaritia, vt de suis commodis nolit aliquam partem amittere [t], nequam [a] partem huic propinquo suo vllius ornamẽti relinquat? Et is pecuniam, siqua deberetur, non peteret, qui, quia, quod debitum numquam est, id datum non est. non pecuniã modò, verùm etiam hominis propinqui sanguinem, vitámque eripere conatur? Huic tu molestus esse videlicet noluisti, quem nunc tespirare liberè non sinis: quem nũc interficere nefariè cupis, eum tum pudenter [b] appellare nolebas? Ita credo hominem propinquum, tui obseruantem, virũ bonum, pudentem, maiorem natu, nolebas, aut nõ audebas appellare. sæpe, vt fit, cũ ipse te cõfirmasses, cùm statuisses de pecunia mentionem facere, cùm paratus, meditatúsq. venisses, homo timidus, virginali verecundia, subitò ipse te retinebas: excidebat repentè oratio. cùm cuperes appellare, non audebas, ne inuitus audiret. id erat profectó. Credamus hoc, Sext. Næuiũ, cuius caput oppugnet, eius aurib. pepercisse. Si debuisset, Sexte, petisses statim: si nõ statim, paullo quidẽ pòst: si nõ paullo: [c] aliquando: sex quidem illis mensibus profectò: annod vertente sine cõtrouersia. anno & sex mẽsibus verò, cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis. biennio iã confecto ferè, appellas. Quis tam perditus, ac profusus nepos [e], non adesa [f] iam, sed abundanti [g] etiam pecunia, sic dissolutus fuisset, vt fuit Sex. Næuius? Cũ hominẽ nomino, satis mihi videor dicere. Debuit tibi C. Quinctius. numquam petisti. mortuus est ille res ad heredem venit. cùm eum quo. idi videres, post biennium denique appellas. Dubitabitur, vtrum si probabilius, Sex. Næuium statim, si quid deberetur, petiturum fuisse, an, ne appellaturum quidẽ biennio? Appellandi tempus non erat? At tecũ anno plus vixit. In Gallia agi non potuit? At & in prouincia ius dicebatur, & Romæ iudicia fiebant. Restat, vt aut summa negligẽtia tibi obstiterit, aut vnica liberalitas. Si negligẽtiã dices: miserabimur. si bonitatem: ridebimus. neq. præterea quid possis dicere, inuenio. Satis est argumenti, nihil esse debitum Næuio, quòd tamdiu nihil petiuit. Quid si hoc ipsum, quod nunc facit, ostendo testimonio esse, nihil deberi? quid enim nunc agit Sex. Næuius? qua de re controuersia est? quod est hoc iudiciũ, in quo iã biennium versamur? quid negotij geritur, in quo ille tot, & taleis viros defatigath? Pecuniã petit. Nunc denique? verumtamen petit. audiamus. De rationib. & cõtrouersiis societatis vult diiudicari. Serò. verũ aliquãdo tamen: cõcedamus. Nõ, inquit, id ago, C. Aquilli, neque in eo nunc laboro, pecunia mea tot annos vrsitur P. Quinctius. vtatur sanè: nõ peto. Quid igitur pugnas? an, quod sæpe multis in locis dixisti, ne in ciuitate sit? ne iocũ suũ, quẽ adhuc honestissimè defendit, obtineat? ne numeretur inter viuos? decerna de vita, & ornamentis suis omnibus? apud iudicem causam priore loco dicat: & [k], eam cùm orauit, tum denique vocem accusatoris audiat? quid? hoc quò pertinet? vt ocyus ad tuũ peruenias? At, si id velles, iampridem actum esse poterat. Vt honestiore iudicio cõflictere? At sine summo scelere P. Quinctiũ, propinquũ tuum, iugulare non potes. Vt facilius iudiciũ sit? At neq. C. Aquillius de capite alterius libenter iudicat, & Q. Hortensius cõtra caput non didicit dicere. Quid à nobis autem, C. Aquilli,

a M. Iunio de quo 3.
b Eadem die vtramque partem dicere & iudicẽ pronunciare debuisse in actione de sponsu quidam ex hoc loco adnotant.*
c Informata causa nihil aliud, quàm nondũ bene explicata.*
d PARTITIO.*
e v. c. partis.
f L. natura dedit, vt
g L. in eam verba sponsio f.
h PRIMVM partitionis membrum. Non fuisse causam, cur postularet Sext Næuius vt bona P. Quinctij possideret.*
i P. B.
k al. cur postularet.*
l Per. qui *
m al. rectiùs.‖ Certa nomina vocare videtur, aperta liquida: quibus opponi forte videntur incerta l. 1. ff. ad Maced.*
n Mos veteribus fuit, debitores priuatim priùs conuenire, quàm in ius vocarent aut protraherent. facit l. quidã Hyberus 13. ff. de seruitut. vrbanis prad. Liuius 4.*
o L. qui cum contiax. 0 forti rationes aff.
p al. iure optimo.*
q L. & siqui,
r L. claros, & hon.
s Italoquitur Horatius *
t L. amittere, vt aliquã partẽ.

a al. ne aliquam. al. vt aliquam.*
b al. prudẽ P. VII. ter. male.*
c L. at aliquãto: ‖ scilicet poss.*
d Annus vertẽs, quid, vide apud Censorinum de die natali: Vtruntum 9.
e Hic sanè annus vertens, nihil aliud quàm sequẽs annus.*
f vide Festũ in Nepotes * id est, decocta.*
g al. abundante.
h al. fatigauit
i al. neq. de eo nunc lab.
k L. & eã cũ perorarit.

Aquilli, refertur? Pecuniam petit. negamus deberi. iudicium fiat statim: non recusamus.

a1. Num quidem præ. Num quid[a] præterea? si veretur, vt res, iudicio facto, parata sit: iudicatũ solui satis accipiat. quibus à me verbis satis accipiet, iisdem ipse quod peto, satisfaciet. actum iam potest esse, C. Aquilli. iam tu potes discedere liberatus molestia, propè dicam, non minore, quàm Quinctius. Quid agimus, Hortensi? quid de hac cõditione dicimus? possumus aliquando, deposita armis, sine periculo fortunarum, de re pecuniaria disceptare? possumus ita rem nostram persequi, vt hominis propinqui caput, incolume esse patiamur? possumus peritoris

P. VIII. personam capere, accusatoris deponere? Immò, inquit, abs te satis accipiam: ego autem tibi non satisfacio. Quis tandem nobis ista iura tam æqua describit? quis hoc statuit,

b adde Titij vt quod quisque iuris in alium statuerit eodem ipse iure vtatur.* quod bæquum sit in Quinctium, id iniquum esse in Næuium? Quinctij bona, inquit, ex edicto prætoris possessa sunt. Ergo id vt confitear, postulas[c]: vt, quod nunquam factum est iudicio defendimus, id, proinde quasi factũ sit, nostro iudicio cõfirmemus. Inueni id

c T. postulas, postulas, vt, quod n. d al. inuri.* ratio, C. Aquilli, non potest, vt ad suum quisque quàm primùm sine cuiusquam dedecore, infamia, perniciéque perueniat? Profectò, siquid deberetur, peteret: non omnia iudicia fieri mallet, quàm vnum illud, vnde hæc omnia nascũtur. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium, cùm potestas esset agendi quotidie: qui, quo tempore primùm malè agere cœpit, in vadimoniis differendis

e L. qui post ea quam vadimonium missum fecerit: hunc per insid. f id est iudicio pro socio.* g id est vadimonio desero.* h L. qui fateatur, se nõ p. i hoc est finem vniuersa bona, cuiusmodi lis capitalis dicitur.* k L. ingratiis pro ingrata sc. negotio. Verrina & inf. 36. c. 2. K. mandati.* tempus omne consumpserit: qui[e] postea quo que vadimonium missum fecerit, hunc per insidias vi de agro cõmuni deiecerit: qui, cũ de re agendi, nullo recusante, potestas fuisset, sponsionem de probro[g] facere maluerit: qui, cùm reuocetur ad id iudicium, vnde hec nata sunt omnia, conditionem æquissimam repudiet: fateatur[h], se non pecuniam, sed vitam & sanguinem petere: is non hoc palàm dicit? mihi siquid deberetur, peterem, atque adeò iampridem ab stultissem. nihil hoc tãto negotio, nihil tam inuidioso iudicio, nihil tã copiosa aduocatione opus esset, si perendum esset: extorquẽdum est inuito, atque ingratisk, quod non debet: cripiendum, arq. exprimendum est: de fortunis omnibus P. Quinctius

P. B. deturbandus est: potentes, diserti, nobiles omnes aduocandi sunt: adhibenda vis est veritati: minæ iactentur: pericula intendãtur: formidines opponantur, vt iis rebus aliquando victus, & perterritus ipse cedat. Quæ meher cule omnia, cùm, qui contrà pugnent, video, & cùm illum confessum considero, adesse, atque impendere videntur, neque vitari vllo modo posse. cùm autem ad te, C. Aquilli, oculos, animúmque retuli: quo maiore conatu, studióque agitur, eo leuiora, infirmioráque existimo. Nihil igitur debuit, vt tu ipse prædicas. Quid si debuisset? continuóne causa fuisset, cur à prætore postulares, vt bona possideres? non opinor id quidẽ neque ius esse, neque cuiquam expedire. Quid igitur demõstrat? vadimonium sibi ait esse desertum. An tequàm dpceo, id factũ non esse, liber mihi, C. Aquilli, ex officij ratione, atque ex omnia consuetudine rẽ ipsam, & factum simul Sex. Næuij considerare. Ad vadimonium nõ venerat, vt ait, is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ, & necessitudines vete

A res intercedebant. illicóne ad prætorem te conuenit? continuóne verum tuit postulare, vt ex edicto bona possidere liceret? ad hæc extrema, & inimicissima iura tam cupidè decurrebas, vt tibi nihil in posterum, quod grauius, atque crudelius facere posses reseruares? Nam quid homini potest turpius, quid[a] viro miserius, aut acerbius vsu venire: quod tantum euenire dedecus: quæ tanta calamitas inueniri potest? Pecuniam si cuipiam fortuna ademit, aut si a licuius eripuit iniuria: tamen, *dum existimatio est integra, facilè consolatur honestas egestatem.* At[b] non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis quidem suis vti, alterius[c] opes, id quod miserrimum est, non exspectat: hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuatur. *Cuius verò bona venierunt, cuius non modo ille amplissima fortunæ, sed etiam victus d, vestitusque necessarius sub præcone cum dedecore subiectus e est: is non modo ex numero ciuium exturbatur: sed, si fieri potest, infra seruiam mortuos amandatur.* Etenim *mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: vita* h *turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.* Ergo hercule, cuius bona ex edicto possidentur, huius i omnis fama, & existimatio cum bonis simul possidetur: de quo libelli k in celeberrimis locis proponuntur, huicne perire quidem certè tacitè, obscuréque conceditur. cui magistri l fiunt, de domini constituuntur: qui, qua lege, & qua conditione pereat, pronuntient: de quo homine præconis m vox prædicat, & pretium conficit n, huic acerbissimum viuo, videntíque funus indicitur: si funus id habendum sit, quò non amici conueniunt ad exsequias cohonestandas, sed bonorum emtores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas, & distrahendas. Itaque maiores nostri ratõ id accidere voluerunt: prætores, vt considerarẽ fieret, comparauerunt. Vti boni, cùm palàm fraudantur, cùm experiundi potestas non est, timidè tamen, & pedetentim istue descendunt, vi ac necessitate coacti, inuiti, multis vadimoniis desertis, sæpe illusi, ac destituti. Consideranten. quid & quantum sit, alterius bona proscribere. iugulare ciuẽ, ne iure quidem quisquam bonus vult. mault enim commemorare, se cum posset perdere, peperciisse, quàm, cùm parcere potuerit, perdidisse. Hæc[o] in homines alienissimos, de niquẽ inimicissimos, viri boni faciunt, & hominum existimationis, & communis humanitatis causa: vt, cùm ipsi nihil alteri scientes incõmodarint, nihil ipsis iure incõmodi cadere possit. Ad vadimonium nõ venit: quis? Propinquus. Si res ista grauissima suã sponte videretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine leuaretur. Ad vadimonium non venit, quis? Socius etiã grauius aliquid ei deberes concedere: quicum te aut voluntas cõgregasset, aut fortuna coniunxisset. Ad vadimonium non venit. quis? Is, qui tibi præstò semper fuit. Ergo in eum, qui semel hoc cõmisit, vt tibi præstò non esset, omnia tela cõ

fecisti

a quid vero mss.

b al. Erat ac.* c al. alienas opes, mendose.] Locus meo iudicio corruptus est. quid enim ambitiosius iis emendo. At qui miserimus est alterius opes nõ expetere: hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuatur.* d vestem tamen reliquendam hæ iusmodi debitori iubet lex 6. ff. de pignoribus.* P. IX.

e Præconis de superiore loco auctione vendebant. Statutes enim super lapide res venales pronunciabant. Hinc de lapide cupti in Pisoniana quasi corrupti.* f al. etiam in framor. g f. et. mandatur.* h Hetem. vita hæc tot pit ne morti quidem obscuræ locum relinquit.* i *dissentit Nonius. 135. Cf. ad Theophil. quib. ex locis manuscripti sunt.*

P. B. k De bonorum fraudationis causa sub fraudem creditorum adtinente, libelli de eo in celeberrimis locis vrbis, proposiri ac locus eius suspensi. vt hic & paulo post Seneca 4. de benefic. 12.* l *dixi de magistris auctionum ad Theophil. Iust. de succession. bonorum & 1. ad Attic.* m *vide quæ scripsi 12. ad Atticum 35.* n L. funus ducitur: et ita mihi alia et alia vi. o L. Hæc in homines nulla se cum cognatione, aut affinitate coniunctos alienis.

incisti, quę parata [a] sunt in eos, qui permulta malè agendi causa, fraudandíque fecerunt [b]. Si [c] de prędiis tuis ageretur, Sex. Nęui, si in paruula re captionis aliquid vereres e, nõ sta tim ad C. Aquillíũ, aut ad eorum aliquẽ, qui consulũtur concurrisses [d]? Cùm ius amicitię, societatis, affinitatis ageretur: cùm officii ratione, atque existimationis duci cõueniret: eo tempore tu [e] non modò ad C. Aquillium, aut L [f]. Luculum [, sed [g] ne ipse quidem te consuluisti]: sed ne ipse quidem ad te retulisti: ne hęc quidem tecum locut[o] es. Horę duæ fuerunt, Quinctius ad vadimoniũ non venit. quid ago? sí mehercule hæc tecũ duo verba fecisses, Quid ago? respirasset cupiditas, atque auaritia paullulũ: aliquid loci rationi & consilio dedisses: tu te collegisses: non in eam turpitudinẽ venisses: vt hoc tibi esset apud tales [h] viros confitendum, qua i tibi vadimonium non sit obitum, eádem te hora consilium cepisse, hominis propinqui fortunas fundi[o] euertere. Ego pro te nũc [k] hoc consulo post tempus in aliena re, quod tu in tua re, cùm tẽpus erat, consulere oblitus es. quęro abs te, C. Aquilli, L [l]. Luculle, P. Quinctili, M. Marcelle: vadimoniũ mihi non obiit quidam socius, & affinis meus, quicum mihi necessitudo vetus: cõtrouersia de re pecuniaria recẽs intercedit: postulóne à prętore, vt eius bona mihi possidere liceat [p]? an, cũ Romæ domus eius, vxor, liberi sint, domum potiùs denuntiẽ? Quid est, quòd hæc tandem de re vobis possit videri? Profectò si rectè vestram bonitatẽ, atque prudentiam cognoui, non multùm me fallit, si cõsulamini, quid iuris respondeatis: primùm [m], exspectare: deinde, si latitare [n], ac diutiùs ludificare, videatur, amicos [o] cõuenire: quærere, quis P. procurator sit: domum [q] denũciare. dici vix potest, quàm multa sint, quæ respondeatis antè fieri oportere quàm [r] ad hanc rationẽ extremam necessariam deuenire. Quid ad hæc Neuius? ridet scilicet nostram amentiam, qui [s] in vita sua rationẽ summi officii desiderem [t], & instituta bonorũ virorũ requiramus [u]. Quid mihi, inquit, cũ ista summa sanctimonia, ac dili gentia? viderint, inquit, ista officia viri boni: de me autem ita [u] considerent: non, quid habeam, sed quib[x] rebus [x] inuenerim, quærãt [y]: &, quemadmodum natus, & quo pacto educatus sim, memini [z]. vetus est, *de scurra multo facilius diuitem, quàm patremfamilias fieri posse*. Hæc ille, si verbis non audet, re quidem vera palàm loquitur. Etenim si vult vitę bonorũ bonum institutum viuere, multa oportet discat, atque dediscat: quorum illi ætati vtrumque difficile est. Non dubitaui, inquit cùm vadimonium desertum esset, bona proscribere. Improbè: verùm, quoniam tu id tibi arrogas, & cõcedi postulas, concedamus. Quid si nunquam defuit? si ista causa abs te tota per summam fraudem, & malitiam ficta est? si vadimonium omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit? quo te nomine appellemus? improbum? at, etiam si desertum vadimonium esset, tamẽ in ista postulatiõe, & proscriptione bonorũ, improbissimus reperiebare [a]. nũ malitiosum? ne as. fraudulentum? iã id quidem arrogas tibi, & prędicas. putas. audacẽ? cupidum? perfidiosum? vulgaria & obsoleta sunt: res autem noua, & inaudita. Quid ergo est? vereor mehercule, ne aut grauioribus vtar verbis, quàm natura fert, aut leuioribus, quàm causa postulat. Ais esse vadimonium desertum. Quę fuit à te statim vt Romam rediit Quinctius, quo die vadimonium ist re fa ctum esse diceres. respondisti statim, Nonis Feb. Discedens in memoriã redit Quinctius, quo die Roma in Galliam profectus sit. ad ephemeridem [a] reuertitur. inuenitur dies profectionis, pridie Kal. Feb. Nonis Feb. si Romæ fuit, causæ nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiserit. Quid? hoc inueniri qui potest: profectus est vnà L. Albius, homo in primis honestus. dicet testimoniũ. Profecti sunt familiares & Albij, & Quinctij. dicent hi quoque testimonium. litteræ P. Quinctij, testes tot, quibus omnibus causa iustissima est, cur scire potuerint: nulla, cur mẽtiantur, cum adstipulatore [c] tuo comparabũtur. Et in hac eiusmodi causa P. Quinctius laborabit? & diutius in tanto metu miser, periculóque versabitur? & vehementiùs eum gratia aduersarij perterrebit, quàm fides iudicis consolabitur? Vixit enim semper inculte, atque horride: natura tristi, ac recondita fuit: non ad solarium [d], non in campo [e], non in conuiuiis versatus est: id egit, vt amicos obseruantia, rem parsimonia retineret. antiquam officij rationem dilexit, cuius splendor omnis his moribus obsoleuit. At, si in causa pari discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum. Nunc in causa superiore, ne vt par quidem sit, postulat: inferiorem [f] esse se patitur, duntaxat vsque eò, ne cum bonis, fama, fortunísque omnibus Sex. Nęuij cupiditati, crudelitatíque dedatur. Docui, quod primũ pollicitus sum, C. Aquilli, causam omnino, cur postularet, non fuisse: quòd neque pecunia debebatur [g]: &, si maximè deberetur, commissum [h] nihil esse, quare ad istã rationem perueniretur. *Attende nunc, ex edicto prætoris, bona P. Quinctij possidere* [k] *nullo modo potuisse*. Recita edictum: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT. Nõ est is Quinctius: nisi latitat, qui ad negotium suũ, relicto procuratore, proficiscitur. CVI HERES NON EXSTABIT. Ne is quidẽ, QVI EXSVLIS CAVSA SOLVM VERTERIT. Quo [m] tẽpore existimas oportuisse, Nęui, absente Quinctiũ defendi, aut quomodo? tum, cùm postulabas, vt bona possideres? nemo affuit. neque enim quisquam diuinare [n] poterat, te postulaturũ: neque quemquã attinebat id recusare, quod prætor, sed ex edicto suo iubebat. Qui locus P. igitur absẽtis defendi procuratori primus datus est? Cũ proscribebas? Ergo affuit: non passus est: libellos deiecit Sex. Alphenus, qui primus erat officij gradus, seruatus est à procuratore summa cũ diligentia. Videamus, quæ deinde sint consecuta. Hominem P. Quinctij deprehẽdis in publico: conaris abducere. non patitur Alphenus: vi tibi ademit: curat, vt domũ reducatur ad Quinctium. Hìc quoque summè constat procuratoris diligentis officium. Debere tibi dici, Quinctium, procurator negat. Vadari [x] vis: promittit. In ius vocas: sequitur. Iudi-

[a] vide titul. ff. quibus ex causis in possessionẽ eatur. & de rebus auctoritate iudicis possidẽdis & l. 3. Cod. de bonis authoritate iudicis possidend. * [b] al. fecerunt? [c] L. Si dupõdius vnus ageretur. &c. al. Si dupondius tuus ag. ‖ Dupondiũ vocat, negotium duorũ assium & vt post, rem parũ vtilem. * [d] L. occurrisses? [e] L. tu non modò C. Aquillíũ, aut L. Lucullum. *q. dis. vulg.* tu non modò P. X. ad C. Aquill. *plane mensor.* [f] *Manus* In Lucillium de quo Cicero *in Brut.* * [g] inclusa desunt manuscript. Vrsini. * [h] v. c. talis. [i] L. qua tibi hora vadim. [k] l. nunc hos consulo post tempus in aliena re, quos tu in tua re, &c. Iassessores in hac causa. * [m] vide l. 2. & passim ff. quibus ex causis in possess. eatur. * [n] l. 8. Cod. de bonis authorit. iudicis. * [o] l. 9. § 1. ff. quibus ex causis in possess. * [p] *al.* requis * [q] adde l. 4. § 6. ff. de dãno. * [r] L. quàm ad hanc rationem extremam, ac nec P. B. *ecc. al.* extremam nec necessariam. * [s] *al.* cùm in vita tua rationem summi officii desideramus, *&c.* [t] *al.* requirimus [u] *hæc verba.* ita considerent *de suis quibusdam.* * [x] id est quàm turpi quæstu. * [y] L. quærant. quem admodum [z] *al.* meminerint *Vrsin.* * [a] L. reperiebare malitiosum? non negas.

non fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. * [b] L. Prosecuti sunt fam. [c] Adstipulator vadimonij tertij. * [d] Solarium quid esset di xi 4. *ad Herennium* 3. Quibusdam videtur locus fuisse ad fauces Macelli vbi otiosi homines animi gratia otiabãtur. * [e] Martio, ludẽdi gratia. * [f] L. inferiorem se esse p. ‖ *Al.* inferior esse patitur. *Vrsin.* * [g] L. debere tur. [h] L. comm. nihil esset. [i] SECVNDVM partitionis membrum: Sex. Nęuium ex edicto prætoris bona P. XI. P. Quinctij possidere nullo modo potuisse. * [k] *al.* possidere. [l] *videl* 7. §. 1. ff. *quibus ex causis in possessionem eatur.* * [m] L. Dici hoc de P. Quinctio nõ potest. QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS NON EVERIT. Ne is quidẽ. Quo temp. [n] diuinare nemo cogitur *l.* 31. ff. *ad l. Aquil. l.* 27. § 2. ff. *rãdam.* * [o] L. quod prætor fieri non ex edicto suo iubebat. Qui loc. ‖ *Vet.* quod prætor, sed ex edicto suo iubebat. *al.* quod prætor non modo fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. *al* quod prætor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. * [p] Procuratoris in defendendo partes præcipuæ quæ. * [q] L. vi tibi adimit. [r] Vadari hìc distinguitur ab in ius vocatione. Illud enim instantis: hoc temporis denuntiationem habet. *

ciũ postulas:nõ recusat. Quid aliud sit absentem defendi,ego non intelligo. At quis erat procurator? Credo aliqué electum hominem egentem, litigiosum,improbum, qui posset scurræ diuitis quotidianum conuicium sustinere. Nihil minus. Eques Rom. locuples, sui negotij bene gerens:denique is,quẽ,quoties Nęuius in Galliam profectus est,procuratorẽ Romæ reliquit. Et laudes, Sext. Nævi, negare, absentem defensum esse Quinctium,cùm eũ defenderit idem,qui te solebat? &,cùm is iudicium accepérit pro Quinctio,cui tu & rem & famam tuam commendare proficiscens,& concredere solebas:conaris hoc dicere,nemi nem exsti isse,qui Quinctium iudicio defen deret? Postulabam,inquis vt satisdaret. Iniuria postulabas. Ita dvidebare. Recusabat Alphenus. Ita: verùm prætor decernebat. Tribuni igitur appellabãtur. Hîc te,inquit,teneo. non est istud iudicium pati, neque iudicio defendere. cùm auxilium à tribunis petas. Hoc ego,cùm attendo,qua prudentia sit Hortensius,dicturum esse eum nõ arbitror. cùm autem antea dixisse audio, & causam ipsam considero,quid aliud dicere possit, non repe rio. fatetur enim libellos Alphenum dejecisse, vadimonium promisisse, iudicium quin acciperet in ea ipsa verba, quæ Nævius ede bat, non recusasse: * * ita tamen,more & instituto, per eum magistratum, qui auxilij causa constitutus est. Aut hæc facta non sunt, necesse est:aut C. Aquilli is, talis vir,iuratus, hoc ius in ciuitate constituat, cuius procurator non omnia iudicia acceperit, quę quisque in verba postularit: cuius procurator à prætore tribunos appellare ausus sit,eum nõ defendi: eius bona rectè possideri posse: ei misero, absenti, ignaro fortunarũ suarum, omnia vitæ ornamenta per summum dedecus, & ignominiam diripi conuenire. Quod si probari nemini potest, illud certè probari omnibus necesse est, defensum esse iudicio absentem Quinctium. Quod cùm ita est, ex edi to bona possessa non sunt. At enim tribuni pleb. ne audierunt quidem. Fateor, si ita est,procuratorem decreto prætoris Rom. oportuisse parêre. Quid si M. Brutus intercessurum se dixit palàm, nisi quid inter ipsum Alphenum,& Nævium conuenire? videturne interc ssisse appellatio tribunorum, nõ mora,sed auxilij causa? Quid deinde fit? Alphenus,vt omnes intelligere possunt,iudicio defendi Quinctiũ,nequa subesse posset alienа aut ipsius officio,aut huius existimatione suspicio,viros bonos complures aduocat,testatur, isto audiente, & pro communi necessitudine id primùm petere, nequid atrocius in P. Quinctium absentem sine causa facere conetur. sin autem inimicissimè,atque infestissimè contendere perseueret,se paratũ esse omni recta,atque honesta ratione defendere,quod petat, non debere i: sed iudicio id, quod edat,accipere. Eius rei, cõditionis q. tabellas obsignauerũt viri boni cõplures. resin dubiũ venire nõ potest. sit,rebus omnib integris, neque proscriptis neque possessis boni,vt Alphenus promittat Nęuio,sisti Quinctũ. Venit ad vadimoniũ Quinctius,iacet res in cõtrouersia,isto calumniante biennium, vsque dum inueniretur, qua ratione res absentata consuetudine recederet,& in hoc singulare iudicium causa omnis cõcluderetur.

Quod officium, C. Aquilli, commemorari procuratoris potest quod ab Alpheno præteritũ esse videatur? Quid affertur,quare P. Quinctius absens negetur esse defensus? An verò id,quod Hortensium, quia nuper iniecit,& quia Nævius semper id clamitat,dictum arbitror,non fuisse Nævio patrem certationem cum Alpheno,illo tempore,illis a dominantibus? quod si velim confiteri:illud,opinor, concedent, nõn procuratorẽ P. Quinctij neminem fuisse,sed gratiosum fuisse. Mihi autem ad vincendum satis est, fuisse procuratorem,qui cum experiri posset. Qualis is fuerit,si modò absentem defendebat per eos, & b magistratum, nihil ad rem arbitror pertinere. Erat c, inquit, illarum d partium. Quid? quasi apud te esset educatus:quem,tu à puero sic instituisses,vt nobili,ne gladiatori quidem cederet e, sicut tu semper summæ concupisti:idem f volebat Alphenus:ea re tibi cum eo par contẽtio erat. Bruti, inquit, erat familiaris. itaq. is intercedebat. Tu contrà Patricij,qui iniuriam decernebat:omniũ denique illorũ,qui tũ & poterãt per vim,& scelus plurimùm: &, quod poterant id,audebant. An omneis g tu istos vincere volebas? qui nunc, tu vt vincas,tantopere laborãs? aude id dicere nõ palàm,sed his ipsis,quod aduocasti. Tametsi nolo eam rem commemorando renouare, cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus, ac deleri arbitror oportere. Vnum illud dico:si propter partium studium potens erat Alphenus:potẽtissimus i Nævius. Si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus:multo iniquiora Nęuius impetrabat. Neque enim inter studium vestrũ quidquã,vt opinor,interfuit k ingenio,vetustate, artificio tu facilè vicisti. Vt alia omittã, hoc satis est Alphenus cum iis,& propter eos periit,quos diligebat. tu,postquàm,qui tibi erãt amici,non poterant vincere:vt amici tibi essent qui vincebant,effecisti. Quòd si tum partibi ius cum Alpheno fuisse non putas, quia tamen aliquem contra te aduocare poterat: quia magistratus aliquis reperiebatur, apud quem Alpheni causa cõsisteret: quid hoc tẽpore Quinctio statuẽdum est? cui neque magistratus adhuc equus inuentus est,neque iudicium redditum est visitatum: non conditio l,non sponsio,non denique vlla vmquam interessit postulatio,mitto æqua,verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita. De te pecuniaria cupio contẽdere. non licet. At ea controuersia est. Nihil ad me attinet:causã capitis dicas,oportet. Accusa,vbi ita necesse est. Non, inquit, nisi tu antè, nouo modo, priore loco dixeris:dicendum necessariò est: præstituendæ m horæ ad arbitrium nostrum: iudex ipse arcesseturn. Quid tu? Tu aliquẽ o patronum inuenies, hominẽ antiqui officij, qui splendorem nostrũ, & gratiã negligat, P pro me pugnabit L. Philippus q, eloquentia, grauitate, honore florẽtissimus ciuitatis:dicet Hortẽsius, excellens ingenio, nobilitate, existimatione: aderunt ante homines nobilissimi,ac potentissimi, quorum frequentiam, & consessum non modò P. Quinctius, qui de capite decernit,sed quiuis,qui extra periculum sit,perhorrescat. Hæc r est iniqua certatio, nõ illa, qua tu contra Alphenum pro Sex. Nævio, & pro tua existimatione descendebas? Quæ

a Marianis.*
b L. & per magistr.
c al. Erat enim, inquit ill.
d Marianarum & populi.*
e ita Hotomanus emendat veterrimè hæreret al. faueret.*
f L. item volebat Alph.
g v. omnis.
h al. huiusmodi.*
i al. potentissimus erat Nævius.*
k al. aliud interfuit.* P. XIII.
l satisdandi vel sponsionis faciendæ.*
m al. consistuendæ.*
n al. accebitur al. arcibitur al. arcio, quod idem valet quod actio.*
o Luculliniẽ ita Pantagathus.*
p negligat. Ita Pantagathus sine interrogationis nota.*
q aduocatus patronus meminit Brutus. & Horat. 1. epist. 7.*
r L. Hæc est iniqua certatio, qua tu huic ne vbi consisteret quidem contra te, locum reliquistiinõ illa, qua tu contra Alphenum velitabaris? Qu.
f al. vellitabas ita Pantagathus.*

a Ita
b L. vt satisdaret
c iudicatum solui.*
d Ita iubebare Recu. & ita Hotomanus. al. ita iubebatur scilicet Nævius.*
e vt interecederent decreto.*
f id est accipere.*
g hic locus cum interrogatione videtur legendus.*
h eadem formula.*
i L. non recusasse. cùm satisdare à prætore iuberetur, recusasse. ita tamen &c.
k L. cuius procurator omnia iudi-
P. XII. cia, &c. ita Hotomanus.* l al. quæque quis in verba postularit.*
m L. ignaro omnia fortunarum s.
n alij non more. male
o l. 5. §. 1. ff. quibus ex causis in possessi.*
p L. se iudicium iu id, quod edat, accipere. al. se iudicium quod edat accipere. *
q v. c. calumniante.

num negasse se procuratorem esse, non deiecisse libellos, iudicium accipere noluisse: aut, cùm hæc facta sint, ex edicto te bona P. Quinctij non possedisse cõcedas. Etenim si ex edicto possedisti: quæro, cur bona non venierint:

a al. possessores. cur æreri sponsores[a], & creditores non conuenerint. Nemóne fuit, cui deberet Quinctius? Fuerunt, & cõplures fuerunt: propterea q; C. frater aliquantũ æris alieni reliquerat. Quid ergo est? Homines erant ab hoc omnes alienissimi: & iis debebatur: neque tamẽ quisquam inuentus est tam insignitẽ improbus, qui violare P. Quinctij existimationẽ absentis auderet. Vnus fuit, affinis, socius, necessarius, Sex. Nævius: qui c. cũ ipse vltrò deberet, quasi eximio præmio sceleris expositio, cupidissimè contenderet, vt per se afflictũ, atque euersum propinquum suum, non modò honestè partis bonis, verum etiam communi luce priuaret. Vbi erant ceteri creditores? denique hoc tempore vbi sunt? quis est, qui fraudationis causa latuisse d dicat? quis, qui absentem defensum neget esse Quinctium? nemo inuenitur. At contrà omnes, quibus-cũ ratio aut est, huic aut fuit, adsunt, defendũt. fides huius multis locis cognita, ne perfidia Sex. Nævij derogetur, laborãt. In istiusmodi sponsionẽ testeis dare oportebat ex eo numero, qui hæc dicerent: Vadimoniũ mihi defuit: me fraudauit: à me nominis eius, quod inficiatus esset, diẽ petiuit: ego experiri non potui, latitauit, procuratorem nullũ reliquit. Horum nihil dicitur. Parantur testes, qui hęc dicant. Verùm, opinor, videremus, cùm dixerint. vnum tamen hoc cogitẽt, ita se graueis esse, vt, si veritatem volent retinere, grauitatem possint obtinere: si eam negligent, ita leues sint, vt omnes intelligant, non ad obtinẽdum mendacium, sed ad verum probandum, auctoritatem adiuuare. Ego hæc duo quæro: primùm, qua ratione Nævius susceptum negotium nõ transegerit: hoc est, cur bona, quæ ex edicto possidebat, nõ vendiderit: deinde, cur ex tot creditoribus aliis ad istã rationem nemo accesserit, vt necessario confiteare, neque eorum tam temerarium quemquã fuisse neque te ipsum id, quod turpissimè susceperis, perseuerare, & trãsigere potuisse. Quid si tu ipse, Sex. Nęui, statuisti, bona P. Quinctij ex edicto possessa non esse? opinor, tuum testimonium, quod in aliena re leue esset, id in tua, quoniam contra te est, grauissimum debet li esse. Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla dictatore vendente. socium tibi in huius bonis edidisti Quinctium. Plura non dico. Cũ eo tu voluntariam societatẽ coibas, qui te in hereditaria societate fraudarat? & eum iudicio tuo comprobabas, quem spoliatum fama, fortunisque omnibus arbitrabare? Diffidebã mehercule, C. Aquilli, satis animo certo, & confirmato me posse in hac causa consistere. sic cogitabam: cùm contrà dicturus esset Hortensius, & cùm esset attentè auditurus Philippus, fore, vti permultis in rebus timore prolaberer. Dicebam huic Q. Roscio, cuius soror est cum P. Quinctio, cum à me peteret, & summè contenderet, vt propinquum suũ defenderem, mihi perdifficile esse contra taleis oratores non modò tãtam causam peroratre, sed omnino verbũ facere contrari. Cũ cupidiùs instaret: homini pro amicitia familiariùs dixi, mihi videri ore[m] durissimo esse qui præsente eo gestum agere conaretur: qui verò cum ipso contenderent, eos, etiã si quid antea recti, aut venusti habere visi sunt, id amittere: nequid mihi eiusmodi[a] accideret, cùm contra talẽ artificem dicturus essem, me vereri. Tum mihi Roscius, & alia multa confirmandi mei causa dixit: & mehercule, si nihil diceret, tacito ipso officio, & studio, quod adhibebat erga propinquum suum, quemuis cõmoueret. Etenim, cùm artifex eiusmodi sit vt solus dignus videatur esse, qui in scena[b] spectetur: tum vir eiusmodi est, vt solus dignus videatur, qui eò non accedat. Verumtamẽ, quid si, inquit. habes eiusmodi causam, vt hoc tibi planũ sit faciẽdũ, neminẽ esse, qui possit biduo, dad summũ[e] triduo, septingenta millia passuũ ambulare? taménne vereris, vt possis hæc contra Hortensiũ contendere? minimè, inquã. Sed quid id ad rem? Nimirum[f], inquit, in eo causa cõsistit. Quo modo? Docet me eiusmodi rem, & factum simul Sex. Nævij, quod si solum proferretur, satis esse deberet. Quod abs re, C. Aquilli, & à vobis, qui adestis in consilio, quæso, vt diligenter attendatis. profectò intelligetis, illinc ab initio cupiditatẽ pugnasse, & audaciam: hinc veritatẽ, & pudorẽ, quoad[g] potuerit, restitisse. Bona postulas, vt ex edicto possidere liceat. quo die? te ipsum, Nævi, volo audire, volo, inauditũ[h] Acinus, ipsius, qui id cõmisit, voce cõuinci. Die Nęui diẽ. Antehdiẽ v. xa. iintercalareis. Bene agis. q̃ lõgè est hinc in saltũ vestrũ Gallicanum? Nęni, te rogo. d c c. millia pass. Optimè de saltu deiicitur Quinctius. quo die? possumus hoc quoque ex te audire? Quid taces? dic, inquã, diẽ. puder dicere. Intelligo: verùm & nequicquam puder. deiicitur de saltu, C. Aquilli, pridie kal. intercalareis, biduo pòst, aut vt ſtatim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo d c c. millia passuum conficiuntur. O rem incredibilem! ô cupiditatẽ inconsideratam! ô nuntium volucrem! Administri, & satellites Sex. Nævij Romã trãs Alpeis in Sebusianos khiduo veniunt. O hominẽ fortunatum, qui eiusmodi nũtios, seu potiùs Pegasos habeat. Hic ego si Crassi omnes cum Antoniis exsistant, si tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc causam voles cum Hortẽsio dicere, tamen superior sim necesse est. Nõ enim, quemadmodum putatis, omnia sunt in eloquentia. est quædam tamen ita perspicua veritas, vt eam infirmare nulla res possit. An antequàm postulasti, vt bona possideres, misisti, qui curarent, vt dominus de suo fundo à sua familia vi deiiceretur? Vtrumlibet elige. alterum incredibile est: alterum nefarium: & ante hoc tempus vtrumque inauditũ. Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo? dic, negas? ante igitur misisti. mălo. Si enim illud diceres: improbè mentiri videretur. cùm hoc confiteris: id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis. Hoc consilium Aquillio, & talibus viris, tam cupidũ, tam audax, tam temerarium probabitur? Quid hęc amentia, quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat? non vim? non scelus? nõ latrocinium? non denique omnia potiùs, quàm ius, quàm officium, quàm pudorem? Mittis iniussu prætoris. quo consilio? iussurum sciebas? quid? cùm iussisset, tum minùs nõnne poteras? Postulaturus eras. Quando? post dies xxx. Nępe si te nihil impedi-

a L. eiusdem modi

b P. v. c. scæna

c Histriones enim Romæ infames l. quod ait §. sit ff. de his qui notantur infamia.*

d al. biduo, aut summum trid.

e Vicena enim millia passuum itineri faciẽdo, in singulos dies veteribus enumerata l. i. ff. si quicantiõib. l. 3. ff. de verborum signi. § si verò Inst. de excu. tutor.*

f al. Nimium.*

g al. quoad potuerint. h id est x x. Februarij.* i intercalarei. Kalend. & paulopost & 6. epistolarum famil. 14. Februarix videntur esse quod illo mense dies intercaletur.

k Segusiano. P. XV. nos

l L. hanc eam fam velis cũ Hortẽsio dr.

pedíret: si volũtas eadem maneret: si valeres: denique si viueres. Prætor iussisset. Opinor, si vellet, si valeret, si ius diceret, si [a] nemo recusaret, qui ex ipsius decreto, & satisdaret, & iudicium accipere vellet. Nam per deos immortalcis, si Alphenus, procurator P. Quinctij tibi tum satisdaret [b], & iudiciũ accipere vellet: denique omnia, quę postulares, facere voluisset, quid ageres? reuocares eum, quem in Galliam miseras? At hic quidem iam de fundo expulsus: iam à suis diis [c] penatibus præceps eiectus, iam (quod indignissimum est, suorum seruorum manibus, nuntio atque imperio tuo, violatus esset. Corrigeres hęc, scilicet, tu postea. De cuiusquam vita dicere audes, qui hoc concedas necesse est, ita te cæcum cupiditate, & auaritia fuisse, vt, cùm posteà quid futurum esset, ignorares, accidere autem multa possent: ſpem maleficij præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocares? [e] Atque hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, cùm te prætor iussisset ex edicto possidere, si in possessionem mississes, debueris, aut potueris P. Quinctium de possessione deturbare. Omnia sunt, C. Aquilli, eiusmodi, quiuis vt perspicere possit: in hac causa improbitatem, & gratiam cum inopia, & veritate contendere. *

a L. si nemo recusaret, quin ex ipsius decreto & satisdaret, & iudicium accipere t. N.

b Dij, cuiq. ciuitati sui erant & proprij.*

c L. satisdare.

P. B.

d fort. quid postea futurum est

e L. collocares? Omnia sunt C. Aq. e. q. vt p. p. in h. c. impr. & gr. c. inop. & veritate cõtendere, Atq. hæc pr. loq. loq. q. ipso illo t. c. te pr. iuss. ex ed. p. si in p. m. d. aut p. P. Q. de p. deturbare. Prætor te &c.

* * Prætor te quẽadmodũ possidere iussit? opinor ex edicto. Sponsio quę in verba facta est? *Ni ex edicto prætoris bona P. Quinctii possessa non sint.* Redeamus ad edictum. id quẽadmodum iubet possidere? Num quid est causæ, C. Aquilli, quin, si longè aliter possedit, quàm prætor edixit, iste ex edicto nõ possederit, ego sponsione vicerim? Nihil, opinor. cognoscamus edictum. QVI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT. De te loquitur, Næui, quemadmodum tu putas. ais enim te ex edicto venisse. tibi, quid facias definitur: te instituir, tibi præcepta dat. EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quomodo? QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT, ID IBIDEM CVSTODIANT. QVOD NON POTERVNT, ID AVFERRE, ET ABDVCERE LICEBIT. Quid tũ? DOMINVM, inquit, INVITVM DETRVDERE NON PLACET. Eum ipsum, qui fraudãdi causa latitet: eum ipsum, quẽ iudicio nemo defendat: eũ ipsum qui cũ omnibus creditoribus suis malè agat, inuitũ de prædio detrudi vetat. Proficiscenti tibi in possessionem prætor ipse, Sex. Næui, palàm dicit: ita possideto, vt tecum simul possideat Quinctius: ita possideto, vt Quinctio, vi ne sit afferatur. Quid? tu id quemadmodum obseruas? mitto illud dicere, eum, qui nõ latitarit, cui Romæ domus, vxor, liberi, procurator esset, eum, qui tibi vadimonium non deseruisset: hæc omnia mitto: illud dico, dominum expulsum esse de prædio, domi à familia sua manus allatas esse ante suos Lareis familiareis. hoc dico.

c L. latitasse

d v. c. Kalumniatore.

e Non possedisse.*

f L. vt ei hoc

g al. detrudi vetat.

P. XVII.

h L. confiteretur Quinctium ex prædio vi detrusum esse. Om.

i L. Omnino autem

k al. vis non afferatur.

P. XVI.

Desideratur hic id omne, quod ad tertiũ partitionis mẽbrum pertinebat, & principium epilogi.

l PERORATIONIS Enumeratio.* m L. ne appellasse quidem

n Non fuisse causam postulandi.*

o L. cum summa sua

Næuium [l] *ne* [m] *appellauisse quidem Quinctium*[n], cùm simul esset, experiri posset quoti die: deinde quòd omnia iudicia difficillima cum [o] sua summa inuidia, maximóque periculo P. Quinctij fieri maller, quàm illud pecuniarium iudicium, quod vno die trãsigi posset;

A ex quo vno hæc omnia nata, & profecta esse concedit. Quo in loco conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, P. Quinctium iudicatum solui satisdaturum, dum ipse, si quid peteret, pari conditione vteretur. Ostẽdi, quàm multa antè fieri conueniret, quàm hominis propinqui bona possideri postularetur: præsertim cùm Romæ domus eius, vxor, liberi essent, & procurator æquè vtriusque necessarius. Docui, cùm desertum esse dicat vadimonium, omnino [a] vadimonium nullum fuisse: quo die hunc sibi promisisse dicat, eo die ne Romæ quidem eum fuisse, id testibus me pollicitus sum planum facturum, qui & scire deberent, & causam, cur mentiretur, non haberent. *Ex edicto* autem *non potuisse bona possideri*, demonstraui: quòd nequa fraudandi causa latitaret [c], neque exilij causa solum vertisse diceretur. Reliquum est, vt eum nemo iudicio defenderit, quod contrà copiosissimè defensum esse contendi, non ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore ed, at que improbo: sed ab equite R. propinquo, & necessario suo, quem ipse S. Næuius procuratorem relinquere antea consuesset: neque eum, si tribunos appellarit, idcirco minus iudicium pati paratũ fuisse: neque potẽtia procuratoris Næuio ius ereptum: cõtrà istum potentia sua tum tantummodò superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi potestatem da re. Quæsiui, *quæ causa fuisset, cur bona non venissent*, cùm ex edicto possiderentur. deinde illud quoque requisiui, qua ratione ex totcre dictoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contrà dicat, omnesq. pro P. Quinctio pugnent: præsertim cùm in tali iudicio testimonia creditorum existimentur ad rem maximè pertinere. Postea sum vsus aduersarij testimonio, qui sibi eum nuper edidit socium, quem, quo modo nunc intendit, ne in viuorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Tum illam incredibilem celeritatem, seu potiùs audaciam, protuli: confirmaui necesse esse aut biduo DCC. millia passuum esse decursa, aut Sex. Næuium diebus complutibus antè in possessionem misisse, quàm postularet, vti sibi liceret bona possidere. Postea recitaui edictum, quod apertè dominum de prædio detrudi vetaret: in quo constituit, Næuium ex edicto non possedisse, cùm confiteretur hex prædio vi detrusum esse Quinctiũ. Omnia [i] autem bona possessa non esse constitui: quòd bonorum possessio spectetur nõ in aliqua parte, sed in vniuersis, quæ teneri, ac possideri possint. Dixi, Romæ domum fuisse, quò iste ne adspirarit quidem: seruos complureis, ex quibus iste possederit neminem, ne attigerit quidem: vnum fuisse, quẽ attingere conatus sit: prohibitum fuisse: quieuisse. In ipsa Gallia cognoßis in prædia priuata Quinctij Sex. Næuium non venisse. Denique ex ipso saltu, quem, per vim expulso socio, possedit, seruos priuatos Quinctij non omneis eiectos esse. Ex quo, & ex ceteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Næuij, quiuis potest intelligere, istum nihil aliud egisse, neque nunc agere, nisi vti per vim, per iniuriam, per iniquitatem iudicij, totum agrum, qui communis est, suum facere possit. ¶ Nunc causa perorata [k], res ipsa, & periculi magnitudo, C. Aquilli, cogere videtur, vt te, atq. eos, qui tibi in [l] consilio sunt, obsecret, obtestẽturque P.

B

C

D

E

F

G

H

a al. tum omnino.* P. B.

b Nõ potuisse possideri.*

c L. latitasse

d v. c. Kalumniatore.

e Non possedisse.*

f L. vt ei hoc

g al. detrudi vetat.

P. XVII.

h L. confiteretur Quinctium ex prædio vi detrusum esse. Om.

i L. Omnino autem

k Peroratio nis amplificatio*.

l L. in consilio adfuit,

Quinctius per senectutem, ac solitudinem suam, nihil aliud, nisi vt vestræ naturæ, bonitatique obsequamini: vt, cùm veritas cùm hoc faciat, plus huius inopia possit ad miseri cordiam, quàm illius opes ad crudelitatem. Quo die ad te iudicem venimus, eodem die illorum minas, quas antè horrebamus, negligere cœpimus. Si causa cum causa contenderet: nos nostram perfacilè cuiuis probaturos statuebamus. Quod vitæ ratio cum ratione vitæ decerneret: idcirco nobis etiã magis te iudice opus esse arbitrati sumus. Ea res enim nunc in [a] discrimen versatur, vtrúmne possit se contra luxuriam, ac licentiam rusticana illa, atque incúlta parsimonia defendere: an deformata, atque ornamentis omnibus spoliata, nuda, cupiditati; petulentiæque addicatur. Non comparat se tecum gratia P. Quinctius, Sex. Næui: non opibus, non facultate contendit. omneis tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit. Fatetur, se non bellè dicere, non ad [b] voluntatem loqui posse: nõ ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare: non profusis sumtibus viuere: non ornare magnificè, splendidéque conuiuiũ: non habere domum clausam pudori, & sanctimoniæ: patentem, atque adeò expositam cupiditati, & voluptatibus: contrà, sibi officium, fidem, [d] diligentiam, vitam omnino semper horridam, atque aridam cordi fuisse. ista superiora esse, ac plurimùm posse his moribus sentit. Quid ergo est? Non vsque eò tamẽ, vt in capite, fortunísque hominum honestissimorum dominentur ij, qui, relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum, & sumtum Gallonij [c] sequi maluerunt, atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia, perfidiáque vixerunt. Si licet viuere eum, quem Sex. Næuius non vult: si est homini honesto locus in ciuitate, inuito Næuio: si fas est respirare P. Quinctium, contra nutum, ditionémq. Næuij: si quæ pudore ornamenta sibi [d] peperit, ea potest contra petulentiam, te defendente, obtinere: spes est & hunc miserum, atque infelicem, aliquando tamen posse consistere. sin & poterit Næuius id, quod libet, & ei libebit, quod non licet: quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? qui denique questus, qui mæror dignus [e] inueniri in calamitate tanta potest? Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est, iniuria, acerbum est ab aliquo circumueniri: acerbius, à propinquo, calamitosum est bonis euerti: calamitosius, cum dedecore. funestum est à forti, atque honesto viro iugulari: funestius, ab eo, cuius vox præconio quæstu prostitit. indignum est à pari vinci, aut superiore: indignius, ab inferiore, atque humiliore. luctuosum est tradi alteri cum bonis: luctuosius, inimico. horribile est causam capiti, dicere: horribilius, priore loco dicere. Omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est, C. Aquilli: non [a] prætorem modò, à quo ius impetraret, inuenire non potuit, atque adeò ne vnde arbitratu quidẽ suo postularet: sed ne amicos quidem Sex. Næuij quorum sæpe, & diu ad pedes iacuit stratus, obsecrans per deos immortales, vt aut secum iure contenderent, aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent. Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit: ipsius Sext. Næuij lacrymans manum [b] apprehendit [c], in propinquorum bonis proscribendis exercitatam: obsecrauit per fratris sui mortui cinerem [d], per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem & liberos, quibus propior P. Quinctio nemo est, vt [e] aliquando misericordiam caperet: aliquem, si nõ propinquitatis, at ætatis suæ: si non hominis, at humanitatis rationem haberet: vt secum aliquid, integra sua fama, qualibet, dummodo tolerabili, conditione trãsigeret. Ab ipso repudiatus, ab amicis eius non subleuatus, ab omni magistratu agitatus, atque perterritus [f], quem, præter te, appellet, habet neminem: tibi se, tibi suas omneis opes, fortunásque commendat: tibi committit existimationem, ac spem reliquæ vitæ. multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit, è fundo ornatissimo deiectus, ignominiis omnibus appetitus, cùm illum in suis paternis bonis dominari videret, ipse filiæ nubili dotem conficere nõ posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit. Itaque te hoc obsecrat, C. Aquilli vt, quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuũ propè acta iam ætate, decursáque attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre: neis, de cuius officio nemo vnquam dubitauit, sexagesimo denique anno, dedecore, macula, turpissimáque ignominia notetur: ne ornamentis eius omnibus Sex. Næuius pro spoliis abutatur: ne per te ferat, quo minus, quæ existimatio P. Quinctium vsque a [g] senectutem perduxit, eadem vsque ad rogum [h] prosequatur.

a L. in discrimine versatur.
P. B.
b fort. ad voluptatem
c memoriæ Cicero 2. de finibus.*
d al. sibi reperit,
e L. dignus inueniri calam.
P. XVIII.
a L. nõ prætorem modò à quo ius impetraret, atque adeo vnde arbitratu suo postularet, inuenire non potuit: sed ne amic.
b L. manum prehendit.
c Mos Romæ vt vehementius quempiam rogantes manum eius prehenderent.*
d Mos Romæ mortuorum cineres vrnis conseruare.*
d L. vt aliquando misericordia caperetur: aliq.
f al. proteritos
P. B.
g Mos Romæ Cremarimortuorum corpora.*
h al. persequatur.

PRO-

PRO [a] SEX. ROSCIO AMERINO, ORATIO SECVNDA.

a meminit huius orationis Cicer. lib.2.Officiorum. Adolescentes, inquit, contra L. Syllæ dominantis opes, pro Sex. Roscio Amerino diximus. Meminit quoque in Bruto, & Plutarchus in Ciceronе Gellius 15.c. 28.*

SYNOPSIS.

Quæstio, *An Sex. Roscius patrem suum interfecerit: eóque nomine bona Sexti Roscii ab eius aduersariis iuste occupata.* Accusator. *Erutius:* Accusatoris socij, *Roscii duo, Capito & Magnus, & Chrysogonus Syllæ libertus.* Prætor, *M. Fannius.* Adsessores, *senatores, (P. Scipionem & Metellum, opinor,) Sex. Roscius Amerinus.* Reus, Patronus Sexti Roscij, *Cicero.* Acta *in foro anno vrbis 673. Ciceronе annum ætatis 27. agente, in qua & ipse Cicero vicit.* Plutarch. in Cicer.

EXORDIVM.*

REDO ego vos, iudices, mirari, quid sit, quòd [b], cum tot summi oratores, hominésque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, is qui neque ætate [c], neque ingenio, neque auctoritate sim, cũ d iis, qui sedeant, comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adesse in hac causa, iniuriã nouo scelere conflatam putãt oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatẽ temporum [e] non audent. ita fit, vt adsint, propterea quòd officium sequũtur: taceãt autem idcirco, quia periculum metuũt. Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? minimè. at tanto officiosior, quàm ceteri? ne istius quidẽ laudis ita sum cupidus, vt aliis eam præreptam velim. Quæ me igitur res præter ceteros impulit, vt causam Sex. Roscij reciperem? quia, siquis istorum dixisset, quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas est, atque amplitudo: si verbum de republ. fecisset, id quod in hac causa fieri necesse est: multo plura dixisse, quã dixisset, putaretur. ego etiã si omnia quæ dicẽda sunt, liberè dixero, nequaquamẽ, tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. deindeh, quòd ceterorum neque dictum obscurum potest esse, propter nobilitatem, amplitudinem, neque temerè dicto cõcedi, propter ætatem, & prudentiam: ego siquid liberiùs dixero, vel occultum esse propterea quòd nondum ad remp. accessi, vel ignosci adolescentiæ meæ poterit: tametsi non modò ignoscendi ratio, verùm etiam cognoscendi consuetudo iam de ciuitate sublata est. Accedit illa quoque causa, quòd à ceteris forsitan ita petitum sit, vt dicerent, vt vtrumuis saluo officio se facere posse arbitrarentur. à me autem ii contenderunt, qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimùm possunt: quorum ego neque beneuolentiam i erga me ignorare, nec k auctoritatem aspernari, nec voluntatem negligere debeam. His de causis ego huic causæ patronus exstiti nõ electus vnus, qui maximo ingenio, sed reiectus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere: neque vti satis firmo præsidio defensus Sextus Roscius, verũ vti ne omnino desertus esset. ¶ Forsitan quæratis, qui iste terror sit, & quæ tanta formido, quæ tot, ac tales viros impediat, quo minus pro capite, & fortunis alterius, quemadmodum cõsueuerunt [m], causam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare nõ mirum est, propterea quòd consulto ab accusatoribus, eius rei, quæ conflauit hoc iudicium mentio facta non est. Quæ res ea est? bona patris huiusce Sex. Roscij, quæ sunt sexagies [a], quæ de viro fortissimo, & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino, duob. b millibus nummũm sese dicit emisse adolescẽs vel potentissimus hoc tempore nostræ ciuitatis, L. Cornelius Chrysogonus. Is à [c] vobis, iudices, hoc postulat d, vt, quoniam in alienam pecuniam tam plenam, atque præclarã, nullo iure inuaserit, quoniamquæ ei pecuniæ vita Sex. Roscij obstare, atq. officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionẽ omnem, metúmque tollatis. sese, hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimoniũ tam amplum, & copiosum posse obtinere: damnato, & eiecto, sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies, nocteisque stimulat ac pũgit, vt euellatis, postulat: vt [e] ad hanc suam prædam, tam nefariam, adiutores vos profiteamini. Si vobis æqua, & honesta postulatio [g] videtur iudicẽs: ego contra breuem postulationem affero, & (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem. Primùm à Chrysogono peto, vt pecunia, fortunisque nostris contẽtus sit, sanguinem, & vitam ne petat: deinde, à vobis, iudices, vt audacium sceleri resistatis, innocentium calamitatem leuetis, & in causa Sex. Roscij, periculum, quod in omneis intenditur, propulsetis. Quòd si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, quamobrem h videantur illi nonnihil tamẽ in deferendo nomine secuti: postremò si præter eam prædam, quam dixi, quidquam aliud causæ inueneritis: non recusamus, quin illorum libidini Sex. Roscij vita dedatur, sin aliud agitur nihil, nisi, vt iis ne quid desit, quibus satis nihil est: si hoc solùm hoc tempore pugnatur, vt ad illam opimam, præclarámque prædam damnatio Sex. Roscij, velut cumulus, accedat: nónne cùm multa indigna, tum vel hoc indignissimũ est, vos idoneos habitos, per quorum sententias, iúsque iurandum id assequãtur, quod antea ipsi scelere & ferro assequi consueuerũt? qui ex ciuitate in senatũ propter dignitatẽ, ex k senatu in hoc consiliũ delecti l estis propter seueritatẽ, ab his hoc postulare homines sicarios, atque gladiatores, non modò vt supplicia vitent, quæ à vobis pro maleficiis suis metuere,

b Causæ cur ad dicendum surrexerit.

c hoc est, anno ætatis 27. vt notat Gellius 15. c. 28.*

d al. cum his, qui Sex. Roscij Syllæ potentiam.*

f ide rebus à Sylla gestis P. I. & proscriptis eorũmque bonis vendi-tis.*

g id est, non tanti habebitur, vt ad Syllã perferatur cum sim adolescens, neque ita magna auctoritate præditus,* h id est, vel-to maximè.*

i ac. benioleutiam. k al. neque auo. isp. neq. vol.

l Causæ cur ceteri formidẽnt.

m vide consuerunt.

P. B.
a id est, 6000000. aureorum, seu 150. talentorum.
b id est, 60. aureis. Plutarchus dixit 2000. drachmarum hoc est 8000. num.*
c Postulatio Chrysogoni. d αἴτησις
e L. & ad hanc
f Postulatio Ciceronis.
g ἀξίωσις.
h L. quam rem videantur illi tamẽ in def.
P. XX.
i L. consuerunt?
k Iudices in hac causa ex senatu assumpti.*
l L. dilecti estis pr.

atque horrere debent: verùm etiam vt spoliis Sex. Roscij hoc iudicio ornati, auctíque discedant? His de rebus tantis, támque atrocibus, neque satis me commodè dicere, neque satis graviter conqueri, neque satis libere vociferari posse intelligo. Nam commoditati ingenium, gravitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Huc accedit summus timor, quem mihi natura, pudórque meus attribuit, & vestra dignitas, & vis aduersariorum, & Sex. Roscij pericula. Quapropter vos oro, atque obsecro, iudices, vt attentè, bonáque [a] cum venia verba mea audiatis. Fide, sapientiáque vestra fretus plus oneris sustuli, quàm ferre me posse intelligo. hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero, studio & industria, iudices. sin à vobis (id quod non spero) deseror, tamen animo non deficiam, & id, quod suscepi, quoad potero, perferam. quòd si perferre non potero: opprimi me onere officij mâlo, quàm id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. Te quoque magnopere, M. Fanni b, quæso, vt, qualem te iam antea populo R. præbuisti, cùm huic idē quæstioni iudex præesses, talem te & nobis, & populo Ro. hoc tempore impertias. Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, vides: quæ sit omnium mortalium exspectatio, quæ cupiditas, vt acria, ac seuera iudicia fiant, intelligis. Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primùm committi tur, cùm interea cædes indignissimæ, maximæque factæ sint. Omnes hanc quæstionem te prætore de manifestis maleficiis, quotidianóque sanguine haud [e] remissiùs sperant futuram. Qua vociferatione in ceteris iudiciis accusatores vti consueuerunt, ea nos hoc tempore vtimur, qui causam dicimus. Petimus abs te, M. Fanni, à vobísque, iudices, vt quàm acerrimè maleficia vindicetis: vt quàm fortissimè hominibus audacissimis resistatis: vt hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostẽdetis, eò prorumpere hominum cupiditatem, & scelus, & audaciam, vt non modò clàm, verùm etiam hîc in foro, ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia cædes futurę sint. Etenim quid aliud hoc indicio tentatur, nisi vt id fieri liceat? Accusant f ij, qui in fortunas huius inuaserunt: causam dicit is, cui, præter calamitatem, nihil reliquerunt. Accusant ij, quibus occidi patrem Sex. Roscii, bono fuit: causam dicit is, cui non modò luctũ mors patris attulit, verùm etiam egestatem. Accusant ij, qui hunc ipsum iugulare summè cupierunt: causam dicit is, qui eriã ad hoc ipsum iudicium cum præsidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur. Denique accusant ij, quos populus posci: causam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde est. Atque vt faciliùs intelligere possitis, iudices, ea, quæ facta sunt, indigniora esse, quàm hæc sunt, quæ dicimus: ab initio, res quemadmodum gesta sit, vobis exponemus: quo faciliùs & huius hominis innocentissimi miserias, & illorum audaciam cognoscere possitis, & reipubl. calamitatem [g]. Sex. Roscius, pater huiusce, municeps Amerinus h fuit, cùm genere, & nobilitate, & pecunia non modò fuit municipij [i], verùm etiam eius vicinitatis facilè primus, tum gratia, atque hospitiis florens hominum nobilissimorum. Nam cum Metellis, Seruilijs, Scipionibus erat ei non modò hospitium, verùm etiam domesticus vsus, & consuetudo: quas (vt æquum est) familias, honestatis, amplitudinisque gratia nomino. Itaque ex suis omnibus commodis hoc [a] solum filio reliquit. nam patrimonium domestici prædones vi ereptum possident: fama, & vita innocentis ab hospitibus, amicísque paternis defenditur. Hic cùm omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tũ hoc tumultu proximo [b], cùm omnium nobilium dignitas, & salus in discrimen veniret, præter cæteros in ea vicinitate eam partem, causámque opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectũ putabat, pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. Posteaquàm victoria constituta est ab armísque recessimus: cùm proscriberẽtur homines, atque ex omni regione caperẽtur ij, qui aduersarij fuisse putabantur: erat ille Romæ frequens: atque in foro, & in ore omniũ quotidie versabatur: magis vt exsultare victoria nobilitatis videretur, quàm timere, ne quid ex ea calamitatis sibi accideret. Erant ei veteres inimicitię cum duobus Rosciis Amerinis, quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video: alterum tria huiusce prædia possidere audio. quas inimicitias si tam cauere [c] potuisset, quàm metuere solebat, viueret. Neque enim, iudices, iniuria metuebat. nam duo isti sunt T. Roscij, quorum alteri Capitoni cognomen est: iste, qui adest, Magnus vocatur: homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum verus, ac nobilis gladiator habetur: hic autem nuper se ad eum laniſtam contulit, qui, cùm ante hanc pugnam tiro esset scientia, facilè ipsum magistrum scelere, audaciáque superauit. Nam cùm hic Sex. Roscius esset Ameriæ, T. autem iste Roscius Romæ: cùm hic filius assiduus in prædiis esset, cúmque se voluntate patris rei familiari, vitæque rusticæ dedisset: iste autẽ frequens Romæ esset: occiditur ad balneas Palatinas rediens à cena Sex. Roscius. Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem sit spicio maleficij pertineat. Verùm id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote.

¶ Occiso [d] Sex. Roscio, primus Ameriam nuntiat Manlius [e] Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus, cliens, & familiaris ipsius T. Roscij: & nuntiat [f] domum, non filij, sed T. Capitonis, inimici: &, cùm post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum ciuis [g] peruolauit: nonmodò vt exoptatum inimico nuntiũ primus afferret, sed etiam cruorem inimici quàm recentissimum, relúmque paullo antè è corpore extractum ostenderet. Quatriduo, quo hæc gesta sunt, res ad Chrysogonum in castra L. Syllæ Volaterras defertur: magnitudo pecuniæ demonstratur: bonitas prædiorum, (nam fundos decem, & treis reliquit, qui Tiberim ferè omnes tangunt) huius inopia & solitudo commemoratur. demonstrant, cùm pater huiusce, Sex. Roscius, homo tam splendidus, & gratiosus, nullo negotio sit occisus,

a sic apud Livium Locrẽsium legatus. Cum bona venia quæso audiatis P. C. & Paul. Actor. 26. ἀξίωμα σὺν μακροθυμίας ἀκοῦσαι μου. & Tertullus orator actor. 24. παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.

b Prator vrbis.*

c L. cùm huic eidem quæst. Inuenal. Satyr. 8. & recitè Cn. enim Dolabella erat prætor vrbanus hoc anno. At M. Tullius iudicia exercebat inter sicarios* d L. de manifestis maleficiis antè ad missis, quotidianóque sanguine, sperant futurae al. aut al. ante admissis.*

e Comparatio seu σύγκρισις.

g NARRATIO: ciúsq. pars prima.* h L. Amerinus, fuit cùm

i Municipia, vibes ciuitate Romana donatæ primum sine in re suffragij postea cum suffragio dicta autem municipia, quod numeris partem caperent.* P. XXI.

a al. hoc solum.

b An quo Sulla inimico Italia expulit, vt vult Manutius? ac quo Cinna & Marius in vrbes receptí, omnes ad ueršæ partis milites trucidarunt? quoque multi in Italiæ municipia cõfugerunt: vt notat Homanus?*

c al. prohibere: & ita apud Fortunatianum 2. Rhetoric.*

P. E.

d Narrationis pars secũda seu de cõsecutis ante al. Mallius.* f id est Nuntiatio.*

g Cisium vehiculi biroti genus. Nonius 2. num. 139. Cicero Philippic. 2. vnde cisiarius l. item queritur ff. locat.*

h L. vt non modo exor-

Romæ ignotū,de medio tolli poſſe.ad eā rē operam ſuā pollicētur.Ne diutius vos teneā, iudices,ſocietas [a]coitur.Cùm iā proſcriptionis mētio nulla fieret, & cùm etiā qui antea metuerant,redirent,ac iā defunctos ſeſe periculis arbitrarentur : hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis māceps [c]ſit Chryſogonus.tria præ dia vel nobiliſſima Capitoni propriad tradūtur , quæ hodie poſſidet: in reliquas omneis fortunas iſte T.Roſcius,nomine Chryſogoni quē admodū ipſe dicit,impetū facit. Hęc bona ſexagies [e]emuntur duobus millibus num mūm.Hæc omnia,iudices,imprudēte L.Sylla facta eſſe certò ſcio.Neque.n.mirū,cùm eodē tempore &ea,quæ præterita ſunt[h], & ea quæ videntur inſtare,præparet:cùm & pacis cōſtituendę ratione,& belli gerēdi poteſtate ſolus habeat:cùm omnes in vnū ſpectēt,vn[g] omnia gubernet:cùm tot,tantiſq.negotiis diſtentus ſit,vt reſpirare libere nō poſſit:ſi aliquid nō animaduertat:cùmpręſertim tā multi occupationē ei[p] obſeruēt, tēpúſque aucupentur,vt,ſimul atq.ille deſpexerit,aliquid huiuſcemodi moliātur. Huc accedit,q̄ quāuis ille felix ſit,ſicut eſt: tamen[m] in tāta felicitate *nemo poteſt eſſe in magna familia,qui nemine neque ſeruū,neque libertū improbū habeat.* Interea[n] iſte T. Roſcius,vir optimus,procurator Chryſogoni,Ameriā venit:in prædia,huius inuadit:hūc miſerū,iuctu perditū,qui nō dū etiā [o]paterno funere iuſta Pio luiſſet,nudū eiicit domo,atq.foeis patriis,diiſque penatibus [p]præcipitē,iudices, exturbat:ipſe ampliſſimæ pecuniæ ſit dominus.Qui in ſua re fuiſſet egeriſſimus,erat(vt fit) inſolēs in aliena. Multa palā domū ſuā auferebat : plura clām de medio remouebat: nō pauca ſuis adiutoribus [p] large,effuſéq.donabat:reliqua, cōſtituta auctione,vēdebat.Quod Amerinis vſq.[r]eò viſum eſt indignū,vt vrbe tota fleretur, gemitúſque fieret. Etenim multa ſimul ante oculos verſabātur.mors hominis florentiſſimi, Sex. Roſcij,crudeliſſimi:filij autē eius egeſtas indigniſſima: cui de tāto patrimonio prædo iſte nefarius ne iter quidē ad ſepulcrū patriū reliquiſſet:bonorū [t]emtio[u], flagitioſa poſſeſſio,furta,rapinæ,donationes.Nemo erat, qui non arderet [x]omnia mallet, q̄ videre in Sex. Roſcij, viri optimi,atq.honeſtiſſimi,bonis iactantē,ac dominantē T.Roſciū.Itaque decurionū decretū ſtatim fit,*Vti decem-primi[z] proſicīscantur ad L. Syllā,deceantq. eū, qui vir Sex. Roſcius fuerit:conquerantur de iſtorum ſcelere,& iniuriis:orent,vt & illius mortui famā,& filij innocentis fortunas conſeruatas velit.* Atque ipſum decretum , quæſo cognoſcite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in caſtra veniunt.intelligitur, iudices, id, quod iā antè dixi.imprudente L.Sylla,ſcelera hæc,&flagitia fieri. nā ſtatim Chryſogonus & ipſe ad eos accedit,&[a] homines nobileis allegat [b] iis,qui peterent,ne ad Syllam adirēt , & omnia Chryſogonum,quæ vellent , eſſe facturum poliſ-

cerentur. Vſque adeò autē ille pertimuerat, vt [a] mori mallet,quàm de his rebus Syllā doceri.Homines antiqui , qui ex ſua natura ceteros fingerēt,cū ille cōfirmarēt,ſeſe nomen Sex.Roſcij de tabulis [c] exēturum,prędia vacua filio traditurū:cúmq. id ita futurū T.Roſcius Capito,qui in X.legatis erat,appromitteret [d],crediderunt: Ameriā re inorata [e] reuerterētur. Ac primò rem differre quotidie,ac procraſtinare illi cœperunt:deinde aliquāto ſēriūs,nihil agere,atq.de iudere:poſtremò id q̄ facilē intellectum eſt,inſidias viro huiuſce Sex.Roſcij parare,neque ſeſe arbitrari poſſe diutiùs alienā pecuniā dño incolumi obtinere. Quod is ſimulatq.ſenſit : de amicorū,cognatorúmq.ſententia Romā *confugit* , [f] & ſeſe ad Cæciliā [g],Nepotis [h] filiā,quā honoris causa nomino,cōtulit,qua pater vſus erat plurimū:in qua muliere,iudices,etiā nūc,id quod omnes ſemper exiſtimauerūt, quaſi exempli cauſa , veſtigia antiqui officij remanent. Ea Sex.Roſciū inopē,erectū domo, atque expulſum ex ſuis bonis,fugientē latronum tela,& minas recepit domū:hoſpitiq.oppreſſo iā deſperatoq.ab omnibus, opitulata eſt.Eius virtute,fide, diligētia factū eſt,vt hic potiùs viuus in reos,quā occiſus in proſcriptos referretur.Nā poſtquā iſti intellexerūt,ſumma diligētia vitā Sex.Roſcij cuſtodiri,neq. ſibi vllā cędis faciūdę poteſtatē dari: *cōſilia* ceperūt plenū ſceleris,& audacię,vt nomē huius dekparricidio deferrent:vt ad eam rē aliquē accuſatorē veterē cōparārent,qui de ea re poſſet dicere aliquid,in qua re nulla ſubeſſet ſuſpicio: deniq.vt quoniā rimine nō poterāt, tempore [l] ipſo [m] pugnarent.ita loqui homines:q̄ iudicia tā diu facta nō eſſent [n],cōdemnari eū oportere,qui primus in iudiciū addu ctus eſſet:huic autē patronos propter Chryſogoni gratiā defuturos: de bonorū vēditione, & de iſta ſocietate verbū eſſe facturū neminē:ipſo nomine parricidij [o],& atrocitate criminis,fore, vt hic nullo negotio tolleretur, cùm ab nullo defenſus eſſet.Hoc cōſilio,atq. adeò hac amentia impulſi,quē ipſi,cùm cuperent,nō potuerūt occidere,eū iugulandū vobis tradiderūt. ¶ *Quid? primùm quærare? aut vnde potiſſimū exordiar, iudices? aut quod, aut à quib[9] auxiliū petā? Deorūmne immortaliū?populíne Romani?veſtrámne,qui ſummam poteſtatē habetis,hoc tempore fidē implorē? Pater occiſus nefariè, dom[o] obſeſſa,ab inimicis bona [q] ademta,poſſeſſa [r] direpta:ſi lii [ſ] vita inſecta,ſæpe ferro,atq.inſidiis appetita.*quid ab his tot maleficiis ſceleris abeſſe videtur?tamē hæc aliis nefariis cumulāt,atq. adaugēt:crimen ineredibile confingunt : reſtis in hunc,& accuſatores huiuſce pecuniæ comparant : hanc conditionem miſero ferunt,vt oper. vtrum malit , ceruices Roſcio dare,an inſutus [t] in culleum,ſupplicium [u] patriciadum,ne ſummum dedecus vitā amittere.Patronos huic defuturos putauerūt: defuerunt.qui liberè dicat, qui cū fide defēdat,(id quod in hac cauſa eſt ſaris,) quoniam quidē ſuſcepi,non deeſt profectò,iudices.Et forſitā in ſuſcipienda cauſa temerè impulſus adoleſcentia [x] fecerim:quoniā quidē ſemel ſuſcepi,licet Hercules vndique omnes [y] terrores, periculáque impendeant omnia, ſuccurram, atque ſubibo. Certum eſt, deliberatúmque,

2.
a Societas.*
b v. c. periclis
c Manceps qui & ſector is eſt qui aut P. XXII. ſtione aliquid emit conducitve vide Feſtum in Mancęps*
d *fort.* pro præmioti.
e *al.* ſexagies L.LS. id eſt ſexagies centū mi lia ſeſtertiū nummū id eſt 1600000 aureorum.*
f id eſt 60.*
g L. & ea quæ præterita ſunt,repareti:& ea,quæ videntur inſtare,præparet,cùm & p
h *al.* ſunt, cōſtituat *al.* ſūt reparet.*
i id eſt negligenter adſpexerit *al.* reſpexeri.*
k L.felix ſit, vt eſt:tamen tanta felicitate nemo p. hoc ideo dicit.Nam L. Sylla cognomen felicis ſibi adſciuerat *Plutarchus in Sylla Appianus* 1. *ciuil.7. Plin.* 44.*
m *al.* tamen tanta.*
3.
n Occupatio.*
o *al.* etiam omnia pater no funeri.*
p τὰ νομιζόμενα.
q Iuſta ſoluere mortuo hęred. xit,pro quo Iuriſcō ſultus , Iuſta mortuo facere l. 2. ff. *de iuſticantur in ius vocl.* 20. ff. *de adq. hæredit. Feſtum in Nouembrem* Iuſta autem,erant feſta quæ diis manibus ſiebant.*
P. B.
r *al.* vſque adeo
ſ Legibus prædiorum vendendorū

a *al.* vt omnia mallet.*
b Antiqui homines hic vel boni vel ſimplici ingenio & minimè calliidi.*
c proſcriptorum.*
d hinc apd promiſſor.*
e Inorare eſt nihil impetrare *
f 5. Fuga.*
P. XXIII.
g *Plutarch. in Sulla* vxorem Sullæ ad quem confugit Sex. Roſcius : cuius intercellione paſſus ſit Sulla fieri iudicium contra Chryſogonū tametſi gratioſum liber tum.*
h L. Baleārici filiam, Neporis ſororem.
i 6. Coſilia.*
k L. de paricidio.
l Tempus pro occaſione hîc ſumitur.*
m *al.* ipſum oppugnarent *non neceſſario.*
n propter bella ciuilia.*
o L. patricidij.
p DIGRESSIO.*
q *Anton. Auguſt.* bona poſſeſſa. *Pan tagathus* bona empta, poſſeſſa. Nā ſupra dixit bonorū emptio flagitioſa emptio.*
r *al.* poſſeſſio direpta *ita Paſſerianus.*
ſ *al.* filij vita inſecta ſæpe ferro, atque inſid.
P. B.

t *vide l.* 9 ff. *ad Pompeium de patricid. ubi dixi.*
u L. *hæc verba duas* SVPPLICIVM PATRICIDARVM, *quæ in omnib. editionibus vulgatis reperiuntur, pro* IN CVLLEVM. *delet. vt adnotantibus & aliis.*
x *fort.* ab adoleſcentia fec.

quæ ad causam pertinere arbitror, omnia nō modò dicere, verùm etiā libenter, audacter, liberéque dicere. Nulla res tanta exsistat, Iudices, vt possit vim mihi maiorē adhibere metus, quàm fides. Etenim quis tam dissoluto animo est, qui hæc cùm videat, tacere, ac negligere possit? patrem meum, cùm proscriptus non esset, iugulastis: occisum in proscriptorum numerum retulistis: me domo meā per vim expulistis: patrimonium meum possideris. Quid vultis amplius? etiámne ad subsellia cum ferro, atque telis veniſtis, vt hîc iugulentis, aut condemnetis? Hominem lōgè audacissimum nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriam, &, quod inter omneis cōstat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniūt, insanissimum. Is cùm curasset in funere C. Marij, vt Qd. Scæuula vulneraretur, vir sanctissimus, atque ornatissimus nostræ ciuitatis: de cuius laude neque hîc locus est, vt multa dicantur neque plura tamen dici possunt, quàm populus Rom. memoria retinet, die s Scæuulæ dixit, posteaquàm comperit, eum posse viuere. cùm ab eo quæreretur, quid tandem accusaturus esset eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commodè posset: aiunt, hominem (vt erat furiosus) respondisse, quòd non totum telum h cor pore recepisset. Quo populus Rom. nihil vidit indignius, nisi eiusdem viri mortem: quæ tantùm potuit, vt omneis i ciueis suos perdiderit, & afflixerit: quos k quia seruare per compositionem volebat, ipse ab iis interemtus est. Estne l hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ m non simillimum? accusatis Sex. Roscium. quid ita? quia de manibus vestris effugit: quia se occidi passus non est. Illud quia in Scæuula factum est, magis indignum videtur: hoc, quia fit à Chrysogono, num n est ferendum? Nam o per duos immortaleis, quid est in hac causa, quod defensionis indigeat? qui locus ingeniū patroni requirit, aut oratoris eloquentiam magnopere desiderat? Totam causam, iudices, explicemus, atque ante oculos expositam consideremus. ita facillimè quę res totum iudicium contineat, & quibus de rebus nos dicere oporteat, & quid vos sequi cōueniat, intelligetis. ¶ Tres P sunt res: quantum ego existimare possum, quæ q obstant hoc tempore Sex. Roscio: *crimen* r aduersariorum, & *audacia*, & *potentia*. Criminis confictionem accusator Erucius fuscepit audaciæ patres Roscij sibi s poposcerūt. Chrysogonus autem, is qui plurimum potest, potentia pugnat. De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo t. ¶ Quid igitur est? non eodem modo de omnibus: ideò quòd prima illa res ad meū officium pertinet: duas autem reliquas vobis populus R. imposuit. ego *crimen* u oportet diluam: vos & audaciæ resistere, & hominū eiusmodi pernicioſam, atque x intollerandam potētiam primo quoque tempore exstinguere, atq. opprimere debetis. Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. Scelestum y, dij immortales, ac nefarium facinus, atq. eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa z esse videātur. Etenim si (id quod præclarè à sapiētibus dicitur) *vultu*

a *al.* existet.*

b *alij libri.* aut condemnetis Sex. Roscium? *mendosè.* c *vide 9. Valet* 11.* d *lib. vulg.* Q. Scæuola e *al.* hic locus est, f *al.* tenet.* g Diem dicere, est ad populum accusare: quod priū maximè tribunorum.* h perinde P. XXIIII. agebat Fimbria aduersus Scæuulā ac si gladiator fuisset. Gladiatoribus enim imperati solitū, vt ferrū reciperent de quo diximus in oratione pro Sexio.* i *v.* omnis ciuis suos k *al.* qui quos seruare.* l L. Estne hoc illi dicto, atq. facto Fimbr. ano simillimum? m *al.* Fimbrianovt s.* n L. non est ferendum. o CONSTITVTIO CAVSAE.* p PARTITIO.* q L. quæ obstent h. r *hic lege* crimen, aduersariorum & audacia & potentia.* s *fort.* sibi de popoſcerūt. t *al.* intelligo. non eodē modo de omnibus ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis P. Romanus imp. B. posuit. Quid igitur est, ego crimē *ita restituis Passeratius.** u DE CRIMINE seu PARRICIDIO aut potius ACCVSATIONE PARRICIDII aduersus C. Eruciū hoc est Sext. Roscium, patrem suum non occidisse: x *fort.* atque haud tolerandā y Parricidij grauitas.* z complexa dixit passiuè pro comprehensa vt Priscianus hunc locum interpretatur lib. 9.*

A *Sæpe laditum pietatis* quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularet, iura diuina, atque humana cogebant? in hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita rarò a exstitit, vt, si quando auditum sit, portenti ac prodigij simile numeretur, quibus tandem te, C. Eruci, argumentis accusatorem censes vti oportere? nónne & auda ciam eius, qui in crimen vocetur, singularem ostendere, & mores feros, immanémque naturam, & vitam vitiis, flagitiisque omnibus deditam b, denique omnia ad pernicié profligata, atq. perdita? quorum tu nihil in Sex. Roscium; ne obiiciendi quidem causa, cōtulisti. Patrem occidit Sex. Roscius. Qui homo? Adolescentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? annos natus magis c quadraginta. Vetus videlicet sicarius, homo audax, & sępe in cæde versatus. at hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria, purgauit Erutius, cùm dixit, hunc ne in conuiuio quidem vllo fere interfuisse. nihil autem vmquā debuit. cupiditates porrò quæ possunt esse in eo, qui (vtipse accusator obiecit) rus semper habitarit, & in agro colendo vixerit? quę vita maximè disiuncta e à cupiditate, & cum officio cōiuncta. Quæres igitur tātum istum furorem Sex. Roscio obieci? Patri, inquit, non placebat. Patri non placebat? quam ob causam? Necesse est enim eā quoque iustam, & magnam, & perspicuam fuisse. Nam, vt illud incredibile est, mortē oblatā esse patri à filio sine plurimis, & maximis causis: sic hoc verisimile nō est, odio fuisse parenti filiū sine causis multis, & magnis, & necessariis. Rursus igitur eōdē reuertamur, & quæram f, quæ tanta vitia fuerint in vnico filio, quare is patri displiceret: neq. odij causā, patri, neque sceleris, filio fuisse. Nescio, inquit, quę causa odij fuerit: fuisse odium intelligo: quia antea, cùm duos filios haberet, illū alterū, qui mortuus est, secū omni tempore volebat esse: *hunc in prædia rustica relegare ac.* Quid Eruco accidebat in mala, nugatoriaq. accusatione, idem mihi vsu venit in causa optima. Illa, quæ ad crimen cōmentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues & qua ratione infirmem, ac diluam, reperire non possum. Quid ais, Eruci? tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo, relegationis, ac supplicij gratia, colenda, aestuenda tradiderat? Quid hoc? Patres familiāsi, qui liberos habent, præsertim homines illius ordinis, ex municipiis rusticanisk, nón ne optatissimū sibi putant esse, filios suos rei familiari maximè seruire, & in prædiis colendis operę plurimùm, studióque cōsumere? An amandarat l hunc sic, vt esset in agro, ac tantummodò aleretur ad villam, vt m commodis omnibus careret? Quid si constat, hunc non modò colendis prædiis, præfuisse, sed certis fundis, patre viuo, frui solitum esse? taménne hæc attēta n vita, & rusticana, relegatio, atque amanda-

a ideoque Solon legem aduersus parricidas dicitur non tulisse.*

b *lib. vulg.* de ditam, & de niq.

c *al.* maior.*

d *fort.* rure semper h. e *al.* disiuncta est.*

f Græci is patri displiceret: nec. odij causā, patri, neque sceleris, filio fuisse. Nescio, inquit, quę causa odij fuerit: fuisse odium intelligo: quia antea, cùm duos filios haberet, illū alterū, qui mortuus est, secū omni tempore volebat esse: *hunc in prædia rustica relegare ac.* Quid Eruco accidebat in mala, nugatoriaq. accusatione, idem mihi vsu venit in causa optima. Illa, quæ ad crimen cōmentitium confirmaret, non inueniebat: ego res tam leues & qua ratione infirmem, ac diluam, reperire non possum. Quid ais, Eruci? tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo, relegationis, ac supplicij gratia, colenda, aestuenda tradiderat? Quid hoc? Patres familiāsi, qui liberos habent, præsertim homines illius ordinis, ex municipiis rusticanisk, nón ne optatissimū sibi putant esse, filios suos rei familiari maximè seruire, & in prædiis colendis operę plurimùm, studióque cōsumere? An amandarat l hunc sic, vt esset in agro, ac tantummodò aleretur ad villam, vt m commodis omnibus careret? Quid si constat, hunc non modò colendis prædiis, præfuisse, sed certis fundis, patre viuo, frui solitum esse? taménne hæc attēta n vita, & rusticana, relegatio, atque amanda-

P. XXV.

appellant.*

g *v.* cuius

h *al.* patres familiæ.*

i Municipiorum duorū genera hinc quidam colligunt, alia vrbana: alia rusticana.*

k *al.* atque vtenda.

l Amandare est remouere à nobis, odij causa.*

m *al.* & non necessario.* n *al.* atta, nō necessario attenta

P. B. vita, diligēs intenta, laboriosa, dura?*

amẽdatio apellabitur? Vides, Eruci, quantum distet argumentatio tua ab re ipsa, atq. à veritate. Quod consuetudine patres faciunt, id, quasi nonum, reprehendis: quod beneuolentia [a] fit, id odio factum criminaris: quod honoris causa pater filio suo concesserit, id eum supplicij causa fecisse dicis. Neq. hæc tu non intelligis: sed vsq. eò quid [b] arguas nõ habes, vt non modò tibi contra nos dicẽdum putes, verùm etiã contra rerum naturam, contráq. [c] consuetudinem hominum, contráq. opiniones omnium. At enim, cùm duos filios haberet, alterum à se nõ dimittebat, alterũ ruri [d] esse patiebatur. Quæso, Eruci, vt hoc in [e] bonã partem accipias. non enim exprobrãdi causa, sed commonendi gratia dicam. Si tibi fortuna non dedit, vt patre certo [f] nascererere, ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset: at natura certè dedit, vt humanitatis non parũ haberes. Eò accessit studium doctrinæ, vt ne à litteris quidẽ alienus esses. Ecquid tandem tibi videtur (vt ad fabulas veniamus) senex ille Cęcilian[g] minoris facere Eutychum, filium, rusticum, quàm illum alterum, Chæreſtratũ? (nam, vt opinor, hoc [h] nomine est alterum in vrbe secũ honoris causa habere? alterũ tus supplicij causa relegasse? Quid ad istas ineptias abis? inquies. Quasi verò mihi difficile sit, [i] quis multos nominatim proferre (ne lõgiùs abeã) vel tribuleis [i], vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiũt. Verũ homines notos sumere, odiosũ est, cùm & illud incertum sit, vel intne hi sese nominari: & nemo vobis magis notus futurus sit, quã est hic Eutychus: & certè ad rẽ nihil interfit, vtrum hunc ego comicum adolescentẽ, an aliquẽ ex agro Veiente nominem. Etenim hęc conficta arbitror à poetis esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamq. imaginẽ [k] nostræ vitæ quotidianæ videremus. Agè nũc, refer animũ, sis [l], ad veritatem, & cõsidera, nõ modò in Vmbria, atq. in ea vicinitate, sed in his vetereib. municipiis, quę studia à patribus familiãs maximè laudentur. iam profectò te intelliges inopia criminum summã laudem Sex. Roscio vitio, & culpæ dedisse. At nõ modò hoc patrũ volũtate liberi faciunt: sed permultos & ego noui, & (nisi me fallit animus) vnusquisque vestrũm, qui & ipsi incensi sunt studio, quod ad agrum colendum attinet: vitamq. hanc rusticã, quam tu probro, & crimini putas esse oportere, & honestissimã & suauissimam esse arbitrantur. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium? quo studio, & qua intelligẽtia esse in rusticis rebus? vt ex his propinquis eius, hominibus honestissimis, audio, nõ tu in isto artificio accusatorio callidior es, quàm hic in suo. Verùm, vt opinor, quoniam ita Chrysogono videtur, qui huic nullum præsidium reliquit, & artificiũ obliuiscatur, & studium deponat, licebit. Quod tametsi miserũ, & indignum est, ferret tamen æquo animo, iudices, si per vos vitã, & famã posset [m] obtinere. Hoc verò est, quod ferri [n] non potest, si & in hanc calamitatem venit propter prædiorũ bonitatem, & [o] multitudinẽ: &, [p] ea studiosè coluit, id erit ei maximè fraudi? vt patrũ miseriæ sit, quòd aliis coluit, non sibi, nisi etiã, quòd omnino coluit, criminí fuerit. Næ tu, Eruci, accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus esses, cùm [r] ab arauro arcesse-

a v.c. benuolentia

b L. quod arguas

c *fort.* contra consuetudinem

d *fort.* rure

e In bonã partem accipere est boni consulere.

f vulgo cõceptum male, & vt spurium, Eruci notã perstringit. ac talem fuisse Metelli etiã huic Erucio obiecit. *Plutarch. in apophthegmat.* Incerto enim patre nasci dicũtur qui spuris §. 1. *Inst. de nuptiis.**

g Cęcilio Comico indictus. *

h *al.* hoc nomen ei est)

i Tribules, qui ex eadẽ tribu.*

P. XXVI.

k *Vulg.* imaginem nostrã vitæ quotid. l *id est*, si vis.*

m L. potuerit obt.

n *fort.* ferre

o L. ac multitudinem:

P fraudi est id est, ponæ: odio dãno. atque ita fraus & pœna & dãno se præcipitur. *in iure l. 1. ff. ad l. fabid. l. aliud fraus 11. ff. de verb. signif.**

p v. c. Ne tu Eruci, &c. *ita Diuinat. sect. 1.*

q *fort.* rure

r *lib. vulg.* qui neq. in vrbe viueret, neq. *al.* quem neque in vrbe viseret, neq. *fal.* qui neque in vrbe viueret, neque reuocaturus esset. Has enim causas adfert Cicero, cur Roscium nemo fere domum vocaret. Neque inquit Cicero in vrbe viuebat: & si visitet reuocaturus non erat. Est enim reuocare cũ à quo hilare cõuiuio acceptus fueris, vicissim inuitare.*

s *al.* reuocaturus *al.* euocaturus vt s. dixi.*

P. XXVII.

t L. vter *fort.* patrẽ se esse oblit.

bantur, qui consules fierent. Etenim, qui præesse agro colendo flagitium putes, profectò illum Atilium [a], quem sua manu spargentem semen, qui [b] missi erant, conuenerunt, hominem turpissimum, atque inhonestissimum iudicares. At hercule maiores nostri longè aliter & de illo, & de cęteris talibus viris existimabant. Itaque ex minima, tenuissimaque rep. maximam, & florentissimam nobis reliquerunt. Suos enim agros studiosè colebant: non alienos cupidè appetebant: quibus rebus, & agris, & vrbibus, & nationibus, remp. atque hoc imperium, & populi Rom. nomen auxerunt. Neque ego hæc eò profero, quo [c] conferenda sint cum hisce, de quibus nunc quærimus: sed vt illud intelligatur, cùm apud maiores nostros summi viri, clarissimíque homines, qui omni tẽpore ad gubernacula reip. sedere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquantum operæ, temporísque consumserint: ignosci oportere ei homini, qui se fateatur esse rusticum, cùm [d] ruri assiduus semper vixerit: cùm præsertim nihil esset, quod aut patri gratius, aut sibi iucundius, aut re vera honestius facere posset. Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc, opinor, ostenditur, Eruci, quòd hunc ruri [e] esse patiebatur. numquid est aliud? immò verò, inquit, est. nam *istum exheredare in animo habebat.* Audio: nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat. nam illa, opinor, tu quoque concedis leuia esse, atque inepta. *Conuiuia cum patre nõ inibat.* Quippe qui ne in oppidum quidem, nisi perraro, veniret. *Domum suam istum non ferè quisquam vocabat.* Nec mirum, quem [f] neque in vrbe videret, neque rure vocaturus [g] esset. Verùm hæc quoque tu intelligis esse nugatoria. Illud, quod cœpimus, videamus: quo certius argumentum odij reperiri nullo modo potest. *Exheredare patrem filium cogitabat.* Mitto quærere, qua de causa: quæro, quí sciás: tametsi te dicere, atque enumerare causas omnes oportebat: & id erat certi accusatoris officium, qui tãti sceleris argueret, explicare omnia vitia, atque peccata filij, quibus incensus parens [h] potuerit animũ inducere, vt naturam ipsam vinceret: vt amorem illum penitus insitum eiiceret ex animo: vt denique patrem [i] esse sese obliuisceretur. quæ sine magnis huiusce peccatis accidere potuisse non arbitror. Verùm concedo tibi, vt ea prætereas, quæ, cùm taces, nulla esse concedis. Illum quidem voluisse exheredare, certè tu planum facere debes. Quid ergo affers, quare id factum putemus? Verè nihil potes dicere. Finge aliquid saltem commodè: vt ne planè videaris id facere, quod apertè facis, huius miseri fortunis, & horum virorum talium dignitati illudere. Exheredare filium voluit. Quam ob causam? Nescio. Exheredauítne? Non. Quis prohibuit? Cogitabat. Cogitabat? cui dixi? Nemini. Quid est [k] aliud, iudicio, ac legibus, ac maiestate vestra abuti ad quæstum, atq. ad libidinem, nisi hoc modo accusare, atque id obiicere, quòd planum facere non modò non possis, verùm ne coneris quidẽm? Nemo nostrũm est, Eruci, quin sciat, tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse. vident omnes, qua de causa huic inimicus venias. sciunt, huiusce pecunia te adductum esse. Quid ergo est? ita tamen quæstus te cupidum esse oportebat, vt horum

a sic abarator. Dictatores petito. vt M. Cincinnatus *Plinius de viris illustrib.* cap. 17. 18. *Plin. 3.* & Serran* *Plin. de. 3.**

b *al.* Atillũ Calatinum autem intelligit. 4. *Val.* 4. *Plinius de viris illustribus c. 39.**

P. B.

c Viatores hi dicebantur. vide rectum in viatores 18. *Plin. 3. vbi vide formulã mandati à viatore facti.**

d v. c. r. p.

e v. c. r. p.

f *al.* quod conf.

g L. cùm iure *al.* qui iuri.*

h *fort.* rure

i *lib. vulg.* qui neq. in vrbe viueret, neq. *al.* quem neque in vrbe viseret, neq. *fal.* qui neque in vrbe viueret, neque reuocaturus esset. Has enim causas adfert Cicero, cur Roscium nemo fere domum vocaret. Neque inquit Cicero in vrbe viuebat: & si visitet reuocaturus non erat. Est enim reuocare cũ à quo hilare cõuiuio acceptus fueris, vicissim inuitare.*

k *al.* reuocaturus *al.* euocaturus vt s. dixi.*

P. XXVII.

l L. vter *fort.* patrẽ se esse oblit.

existimationē, & legē Memmiā [a] putares aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in ciuitate vtile est, vt metu cōtineatur audacia. verūtamē hoc ita est vtile, vt ne plane illudamur ab accusatoribꝰ. Innocēs est quispiā. verūtamē, quāquam abest à culpa, suspicione tamē nō caret. Tametsi miserū est, tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquo modo ignoscere. cū enim aliquid habeat quod possit criminosē, ac suspicioſē dicere, apertè ludificari, & calumniari [b] sciens non videatur. Quare facilè omnes patimur, esse quàm plurimos accusatores, quòd innocens si accusatus fuerit, absolui potest: nocens [c] nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. *Vtilius est autem [c] absolui innocentem, quàm nocentem causam non dicere.* An scribus [e] cibaria publicè locantur [g], & canes aluntur [h] in Capitolio, vt significēt, si fures venerint. At fures internoscere non possunt, significant tamen, siqui noctu in Capitoliū venerint: &, quia id est suspiciosum, tametsi bestiæ sunt, tamen in eam partem potiùs peccant, quę est cautior. Quòd si lucę quoque canes latrent, cùm deos salutatum aliqui venerint: opinor, iis [i] crura [k] suffrigantur, quòd acres sint etiam tum, cùm suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio. Alij vestrūm, anseres sunt, qui tantummodò clamant, nocere [l] non possunt: alij, canes, qui & latrare, & mordere possunt. Cibaria vobis præberi [m] videmus: vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur. hoc populo gratissimum est. deinde si volens, etiam tum, cùm veri simile erit aliquem cōmisisse, in suspicione latrato te. id quoque concedi potest. Sin autem sic agetis, vt arguatis aliquē patrē occidisse, neq. dicere possitis aut quare, aut quomodo: ac tātū modò sine suspicioe latrabitis: crura [n] quidē vobis nemo suffringet: sed si ego hos bene noui litterā [o] illā, cui vos vsque eò inimici estis, vt [p] etiam eas omneis oderitis, ita vehementer ad caput affigēt, vt postea neminem alium. nisi fortunas vestras, accusare possitis. Quid mihi ad defendendū dedisti, bone accusator? quid hisce autem ad suspicandū? Ne exheredaretur, veritus est. audio, sed qua de causa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pater in animo. Planū fac. nihil est: non, quicum deliberarit, quem certiorem fecerit, vnde istud vobis suspicari in mentem venerit. Cum hoc modo accusas, Eruci, nónne hoc palàm dicis? ego, quid acceperim, scio: quid dicam, nescio. vnum illud spectaui, quòd Chrysogonus aiebat, neminem isti patronū futurum: de bonorum emtione, déque ea societate neminem esse, qui verbum facere hoc tēpore auderet. Hęc te opinio falsa in istā fraudem impulit. non mehercule verbum feciſſes, si tibi quemquam responsurum putasses. Operæ pretium erat, si animaduertistis, iudices, negligentiam eius in accusando considerare. Credo, cū vidisset, qui homines in hisce subsellijs sederent, quæsisse, num ille, aut ille defensurus esset: de me ne suspicatum quidem, quòd antea [q] causam publicām nullam dixerim. posteaquàm inuēnit neminem eorum, qui possunt, & solent: ita negligens esse cœpit, vt cùm in mentem veniret ei, residēret: deinde spatiaretur: nonnumquam etiam puerum vocaret, credo citi enim imperaret: prorsus vt vestro cōsessu, & hoc conuentu pro sūma solitudine abuteretur. Perorauit aliquando: assēdit. surrexi ego. respirare visus est, quòd non alius potius diceret. cœpi dicere. Vsque eo animaduerti, iudices, eū iocari, atque [a] alias res agere antè quàm Chrysogonum nominaui: quem simul atque attigi, statī homo se erexit. mirari visus est. Chrys. *vel* intellexi, qui eum pupugissem. Iterum, ac tertiò nominaui. Postea homines cursare vltrò, & citro non destiterūt, credo, qui Chrysogono nuntiarent, esse aliquem in ciuitate, qui contra voluntatē eius dicere auderet: aliter causam agi, atque ille existimaret: aperi. i bonorum emtionē: vexari pessimè societatem: gratiam, potentiámque eius negligi: iudices diligenter attendere: populo rem indignam videri. Quæ quoniam te fefellerunt, Eruci, quoniámque vides versa esse omnia: causam pro Sex. Roscio, si nō commodè, at liberè dici: quem dedi putabas, defendi intelligis: quos traduturos sperabas, vides iudicare: restitue nobis aliquando veterē tuā illam calliditatem, atque prudentiam: cōfitere [b] huc ea spe venisse, quòd putares hīc latrocinii, non iudicium futurum. De [c] patricidio causa dicitur: ratio ab accusatore reddita non est, quam ob causam patrē filiꝰ occiderit. Quod in minimis noxis, & in his leuioribꝰ. peccatis, quæ magis crebra, & iam propè quotidiana sunt, maximè, & primùm quæritur, quæ causa maleficij fuerit: id Erucius in patricidio qui non purat oportere: in quo scelere, iudices, eriam [e] cùm multæ causæ conuenisse vnum in locum, atque inter se congruere videntur: tamen non temerè creditur, neque leui coniectura res pēditur, neque testis incertus auditur, neq. accusatoris ingenio res iudicatur. Cùm multa antea commissa male ficia. tum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostēdatur necesse est neque audacia solùm, sed summꝰ furor, atque amētia. Hęc [f] cùm sint omnia, tamē exstent oportet expressa scelerꝰ vestigia, vbi, qua ratiōe, per quos, quo tēpore maleficium sit admissum. quæ nisi multa, & manifesta sunt, profectò res tam sceleſta, tam atrox, tam nefaria credi non potest. Magna est enim vis humanitatis: multùm valet communio sanguinis: reclamitat istiusmodi suspicionibꝰ ipsa natura: portentum, atque monstrum certissimum est, esse aliquē humana specie, & figura, qui tantum [s] immanitate bestias vicerit, vt, propter hoc quos hane suauissimam lucē adspexerit, eos indignissimè lucē priuarit: cùm etiam feras inter sese partus atque educatio, & natura ipsa cōciliet. Non ita multis antè annis aiunt, T. i. Clœlium quendā Terracinēsem [k], hominem non obscurum, cùm cenatus cubitum in idem conclaue [l] cum duobus adolescentibus filiis esset, inuentum esse manè iugulatum, cùm neque seruus quisquam reperiretur, neque liber, ad quem ea suspicio pertineret: id ætatis autem duo filij propter [m] cubantes ne sensisse quidē se dicerēt: nomina filiorum de [n] patricidio delata sunt. Quid [o] postea? erat sanè suspiciosum. Neutrum [p] sensisse. ausum autē esse quemquam se in id cōclaue committere, eo potissimùm tempore

[a] *al.* Remiam ‖ *ita Ant. Augustinus.* Legis Remmiæ aduersus calūniatores meminit Iurisc. Ulpianus *l.* 1. ff. *ad Sc. Turpillianum* *l. quæstiō* ff. *de testibus.* *

[b] *q. v. t.* calumniari.

[c] Nocens sine accusatore non damnatur *l.* 6. ff. P. B. *de custodia reorum dixi ad l.* 6. §. 2. ff. *de muneribus.* *

[d] *Idem in l. absentem* D. *de pœnis.* *

[e] *fort* tamen absolui innocentem, *&c.* f. 10. *Plin.* 22. *

[g] Plin 10. c. 22. Cibaria anserum, censores in primis locant, * h hoc quidam negat. * i *fort.* crura ei suffiganturꝰ ‖ Anseres vigil. cura Capitolium defendit: Canum silentiū pene prodidit. Cui rei testandæ ac detestandæ quotannis Canes suppliciа pēdebāt, inter eadem Iuuētutis & Summani vitia in arbore Sambucea fixi Plin. 29. c. 4. 12. Aelian. 32. aut vt Plutarchus refert libello de fortuna P. XXVIII. P. Romani eruci fixi, an fere in strato sumptuoso & ferculo magnificè sedente *adde Augustin.* 2. *de ciuitate* 22. *

[k] de crurifragio adde quædam ex Philippica 13. *

[l] *fort.* mordere.

[m] προφέτεται *fort.* eruci quidem vos nemo suffiget: [o] Quidam litteram C. interpretatur: *malè* fuit enim littera *b.* id est balumniæ. sic enim scribebatur apud veteres & balumniatoribus fronti inurebatur *dixi ad l.* ff *ad Turpillianum.* Non est igitur littera c. sed nec condemnationis. * [p] *L.* vt etiam alias omneis *al.* vt etiam illas q. hac igitur oratio in causa public. Ciceronis prima fuit. Idem Cicero libro de claris oratoribus. *

[a] *fort.* atque alias res agere, donec Chrys. *vel fic,* alias res agere quoad Chrys.

[b] L. aut confitere, te huc ea spe venisse

[c] *lib. vulg.* De patricidio. P. B.

[d] *al.* parricidio. *

[e] Parricidij nemo damnandus ex coniecturis, nisi multæ & magnæ concurrant. *

[f] *fort.* Hæc cum sint omnia, tum exstent op.

[g] σαφῆ τοῦτον

[h] *al.* per quos, *sed nihil mutandum,* propter quos, *dictum pro,* quorum opera, & per quos.

[i] Idem 8. *Valer.* 1. *

[k] *al.* Tarracinensem. ‖ *malè al.* Terracinensem *

[l] Conclauia Festo loca quæ vna claue claudūntur. *

[m] Id est pro pe. Exempla vide apud Nonium c. 4. in propter 357. *

[n] *lib. vulg.* de parricidio

[o] *al.* Quid poterat enim tam suspiciosum esse, aut neutrum sensisse P. XXIX. aut ausum. *al.* quod poterat satis esse suspicioſum, aut neutrum. *al.* quid postea? erat sanè suspiciosum, neutrū sentire quenquam. *

[p] *al.* Neutrū ne sensisse.

tempore, cùm ibidem essent duo adolescentes filij, qui &sentire, & defendere facilè possent? Erat porro nemo, in quem ea suspicio conueniret. tamen cùm planũ iudicibus esset a factum, aperto ostio dormientes eos repertos esse: iudicio absolu i adolescentes, & suspicione omni liberati sunt. Nemo enim putabat, quemquam esse, qui, cùm omnia diuina, atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset: propterea quòd qui tantũ facinus commiserunt, nõ modò sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt. Videtis ne, quos nobis poetæ tradiderunt, patris vlciscendi causa, supplicium de matre sumsisse, cùm præsertim deorum immortalium iussis, atque oraculis id fecisse dicantur, tamen eos agitent furiæ, neque consistere vsquam patianturf, quod ne pij quidem sine scelere esse potuerunt? Sic se res habet iudices, magnã vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus, maternúsque sanguis? ex quo siqua macula concepta est, non modò elui non potest, verùm vsque permanet ad animum, vt summus furor, atque amentia cõsequatur. Nolite enim putare, quemadmodũ in fabulis sæpenumerò videris, eos, qui aliquid impiè, sceleratèq; ac cõmiserint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque flagus, & suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiáque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Hæ sunt impijs assiduæ, domesticæque furiæque dies, noctesque parentum pœnas à sceleratissimis filijs reperãt. Hęc magnitudo maleficij facit, vt, nisi pœne manifestum parricidium g proferatur, credibile non sit: nisi turpis adolescen ia, nisi omnibus flagitijs vita inquinata, nisi summus effusi cum probro, atque dedecore, nisi prompta audacia, nisi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab insania. Accedat huc oportet odium parentis, animadiersionis paternæ metus, amici improbi, serui cõsci, rẽpus idoneũ, locus opportunè captus, ad eã rẽ pœnè dicam respersas manus sanguine paterno iudices vi deãt oportere, si tantũ facinus, tã immane, tam acerbũ, crediturí sint. Quare hoc, quo minus est credibile, nisi ostenditur: magis est, si conuincitur, vindicandum. Itaque, cùm multis ex rebus intelligi potest, maiores nostros nõ modò armis plus, quàm cereras nationes, verùm etiam consilio, sapientiáque potuisse, tum ex hac re vel maximè, quod in impios sing larem supplicium inuenerunt. Quo in re quantum prudenti a præstiterint iis, qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur, considerate. Prudentissima ciuitas Athenienſiũ, dum ea rerum potita k est, fuisse traditur. eius porrò ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, scripserit. Is cùm interrogaretur, cur l nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondisse, id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cùm de eo nihil sanxerit, quod anteà cõmissum non erat, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. Quanto maiores nostri sapientius? qui cùm intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in m patricidas singulare excogitauerũt, vt, quos natura ipsa retinere in officio nõ potuisset, ij magnitudine pœnæ maleficio a summouerentur, insui volucrũt in culeum b viuos, atque ita in flumen deiici. O singularem sapiẽtiam, iudices! nónne c videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse, & d eripuisse, cui reperè cæl m, solem, aquam, terrámq. ademerunt, vt, qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse. dicuntur? Noluerunt feris corpus obiicere, ne bestiis quoque, quæ tãtum scelus attigi sent, immanioribus vteremur: nõ sic nudos in flumen deiicere, ne, cùm delati essent in mare, ipsum e pollu ssent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neq. tam vulgare est, cuius f partem vllam reliquerint. Etenim quid tam est commune, quàm spiritus? vius, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita viuunt, dum possint, vt ducere animam de cœlo nõ queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terrã non tangãt: ita iactantur fluctibus, vt numquam abluantur: ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa quidẽ mortui conquiescant. Tanti maleficij crimẽ, cui maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare te, Eruci, censes posse talibus viris, si ne causam quidem maleficij proferis? Si hunc apud bonorum emtores ipsos accusares, eíq. iudicio Chrysogonus præesset: tamen diligentiùs, paratiúsq. venisses. Vtrùm g quid agatur, non vides? an apud quos agatur? Agitur de parricidio: quod sine multis causis susceipi non potest. Apud homines autem prudentissimos agitur: qui intelligunt, neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere. Esto: causam proferre non potes. tamen si statim vicisse debeo, tamen de meo iure decedam: & tibi, quod in alia causa non cõcederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Nõ quero abs te, quare patrem Sex Roscius occiderit: quæro, quomodo occiderit. Ita' quæro abs te, C. Eruci, quomodo: & sic tecum agam, vt in eo loco vel respondendi, vel interpellandi ii i potestatem faciam, vel etiam, si quid voles, interrogandi. Quomodo occiderit? ipse percussit, an aliis occidẽdum dedit? Si ipsum arguis, Romæ non fuit. si per alios fecisse dicis: quero, seruósne, an liberos? quos homines? indidémne Ameria, an hosce ex vrbe ficarios? Si Ameria: qui sunt hi? cur nõ nominãtur? si Romæ: vnde eos nouerat Roscius, qui Romã multis annis non venit, neq. vmquam plus triduo fuit? vbi eos conuenit? quicum lõcutus est? quomodo persuasit? prętium dedit? cui dedit? per quem dedit? vnde, aut quãtum dedit? nónne his vestigiis ad caput maleficij peruenire solet? & simul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris, hunc hominem, ferum, atq. agrestem fuisse: numquam cũ homine quoquam collocutum esse: nunquam in oppido constitisse. Quia in re prætereo illud, quod mihi maximo m argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida, incultáq. vita isti ismodi maleficia gigni non solere: vt non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis: sic nõ omne facinus in omni vita nascitur. In vrbe luxuries creatur: ex luxuria exsistat auaritia necesse est: ex auaritia enim pat audacia: inde omnia scelera, ac maleficia

a *al.* factum esset,

b *al.* respirare.

c Orestem matris Clytemnestræ interfectorem designat. de quo Euripides in Oreste non Alemeonem Amphiarai filium matris Eryphiles interfectorẽ.*

d Bessus quidam parricida hirundinum nidum cum euertisset, interrogatus cur rẽ ita nefandã

P. 8. fecisset, scelestus conscientia tactus, diu, inquit clamant me patrem occidisse. Plutarchus de sera numinis vindicta.*

e *al.* vnquã*

f *al.* patiantur? quòdne pij quidem sine scel. esse potuerunt.

g *Hs. vulg.* parricidium.

h *vide l. 9. ff. ad Leg. Pompeiam de parricidio.**

i Parricidiũ autem Romæ prius fuisse dicitur anno ferè 600. vrbis secundo bello Punico: quo tempore L. Ostius dicitur patrẽ interemisse. Plutarchus in Romulo.*

k de Atheniensium imperio. vide Thucydid. 1. erat. pro lege Manilia.*

l Sic Ennius in Hecuba apud Nonium nunquã scripsistis qui aut parẽtem hospitẽ necasset, quo is cruciatu per

P. XXX. biteret id est periret.* ru *lib. vulg.* in parricidas

m *fort.* maximo argumento huius innocentiæ pot.

gignûtur. *Vita autẽ hæc rustica*, quã tu agrestã vocas, parsimoniæ, *diligentiæ, iustitiæ magistra est.* Verùm hæc missa facio. Illud quæro: ii homo, qui, vt tute dicis, numquã inter homines fuerit, per quos homines hoc tãtum facinus, tam occultum, absens præsertim, conficere potuerit. multa sunt falsa, iudices, quę tamen argui suspicioſè possunt. in his rebus si suspicio reperta erit, culpam inesse concedam. Romæ Sex. Roscius, occiditur, cum in agro Amerino esset filius, litteras, credo, misit alicui sicario, qui Romæ nouerat neminem. Arcessiuit aliquem. At quando? Nuntium misit. Quem? aut ad quem? pretio, gratia, spe, promissis induxit aliquem? Nihil horum ne confingi quidem potest: & tamen causa de patricidio dicitur. Reliquum est, vt per seruos id admiserit. O dij immortales! rem miseram, & calamitosam. quod in tali crimine innocenti saluti solet esse, vt seruos in quæstionẽ polliceatur. id Sex. Roscio facere non licet. vos, qui hunc accusatis, omneis eius seruos habetis vnus puer victus quotidiani administer, ex tã ta familia Sex. Roscio relictus nõ est. Te nunc appello, P. Scipio, te, Metelle, vobis aduocatis, vobis agentibus, aliquoties duos seruos paternos in quæstionem ab aduersariis Sex. Roscius postulauit. Meministisne, T. Roscium recusare? quid? ij serui vbi sunt? Chrysogonum, iudices, sectantur: apud eũ sunt in honore, & in pretio: etiam nunc, vt ex his quæratur, ego postulo: hic orat, atque obsecrat. quid facitis? cur recusatis? Dubitate etiam nunc, iudices, si potestis, à quo sit Sex. Roscius occisus: ab eõne, qui propter illius mortem, in egestate, & infidiis versatur, cui ne quærendi quidem de morte patris potestas permittitur: an ab iis, qui quæstionem fugitant, bona possident, in cæde, atque ex cæde viuunt. Omnia, iudices, in hac causa sunt misera, atque indigna: tamẽ hoc nihil neque acerbius, neque iniquius proferri potest. mortis paternę seruis paternis quæstionem habere filio non licet. ne tandiu quidem dominus erit in suos, dum ex iis de patris morte quæratur. Veniã, neque ita multo pòst, ad hunc locum. nam hoc totũ ad Roscios pertinet: de quorum audacia tum me dicturum pollicitus sum, cùm Erucij crimina diluissem. Nunc, Eruci, ad te venio. cõueniat mihi tecum necesse est, si ad hunc maleficiũ istud pertinet, aut ipsum suã manu fecisse, id quod negas: aut per aliquos liberos, aut seruos. liberósne? quos neque vt conuenire potuerit, neque qua ratione inducere, neque vbi, neque per quos, neque qua spe, aut quo pretio, potes ostendere. Ego contrà ostendo, nõ modò nihil eorum fecisse Sex. Roscium, sed ne potuisse quidem facere: quòd neque Romæ multis annis fuerit, neque de prædiis vmquam temerè discesserit. Restare tibi videbatur seruorum nomen, quò, *quasi in portũ, reiectus à* ceteris suspicionibus, confugere posses: vbi *scopulum offendis* eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas. Quid est ergo, quò tandem accusator, inopia argumentorum, confugerit? Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè occiderentur. quare tu hoc propter multitudinem sicariorum, nullo negotio facere potuisti. Interim mihi vidêris, Eruci, *vna mercede duas res assequi velle*; nos

a *al.* nocenti.*
b vide titul. ff. ad Silan. & de quæstionibus.
c v. c. omnis.
d hi videntur fuisse ad sessores huic causæ.*
e *al.* Dubitare etiam nunc, iudices potestis, à quo &c.
P. B.
f *al.* suos
g *al.* dum ex iis de patris morte quæratur?
h χρυσόγονος, *al.* interdum.*

A iudicio perfundere a: accusare autem eos ipsos, à quibus mercedem accepisti. Quid ais? b vulgò occidebantur c? per quos? & à quibus? nónne cogitas, te à sectoribus huc adductum esse? Quid postea? Nescimus, per ista tempora, eosdem ferè sectores d fuisse collorum, & bonorum? ij denique, qui tum armati dies, noctesque concurrabant, qui Romæ erant assidui, qui omni tempore *in præda, & sanguine versabantur*, Sex. Roscio temporis illius acerbitatem, iniquitatemque obiicient: & illam B sicariorum multitudinem, in qua ipsi duces, ac principes erant, huic crimini putabunt fore? qui non modò Romæ non fuit, sed omnino, quid Romæ ageretur, ne sciret, propterea quòd rari d assiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. Vereor, ne aut molestus sim vobis, iudices, aut ſne ingeniis vestris videar diffidere, si de tam perspicuis rebus diutius differam. Erucij criminatio tota, vt arbitror, C dissoluta est, nisi fortè exspectatis f, vt illam diluam, quæ *de peculatu*, ac de eiusmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc tempus, ac noua obiecit. quæ mihi iste visus est ex aliah oratione declamare, quàm in alium rem commentaretur: ita neque ad crimen patricidij i neque ad eum, qui causam dicit, pertinebant. de quibus quoniam verbo arguit, verbo satis est negare. Siquid est, quod ad testeis reseruet: ibi nos quoque, vt in ipsa causa, paratiores reperiet, quàm putabat. D ¶ Venio nunc eò, quò me non cupiditas ducit, sed fides. Nam si mihi liberet accusare: accusarem alios potius, ex quibus possem crescere: quod certum est non facere, dum virtumuis licebit. *Is enim mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum peruenit, non qui adſcendit per alterius incommodum, & calamitatem.* Desinamus aliquando ea seruitari, quæ sunt inania. quæramus, vbi maleficium & est, & inueniri potest. Iam intelliE ges, Eruci, certum crimen quàm multis suspicionibus coarguatur. tametsi neque omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam. neque enim id facerem, nisi necesse esset. & id erit signi, me inuitum facere, quòd non persequar k longiùs, quàm salus huius, & mea fides postulabit. Causam tu nullam reperiebas in Sex. Roscio. *At ego in T. Roscio reperio.* cur enim k enim mihi res est, T. Rosci, quoniam F istic sedes, ac te palàm aduersarium esse profiteris. De Capitone pòst viderimus, si, quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit: tum alias quoque suas palmas cognoscet, de quibus me ne audisse quidem suspicatur. L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum l, & sapientissimum iudicem m putabat, identidem in causis quærere solebat, *cui bono fuisset.* Sic o vita hominum est, vt *ad maleficium nemo conetur ſine ſpe, atque emolumento accedere.* Hunc quæsitorem P, ac iudicem fugiebant, atque horrebant ij, quibus periculum creabatur: ideò, quòd tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam G propensus ad misericordiam, quàm implicatus q ad seueritatem videbatur. Ego, quanquam præest huic quæstioni vir r & contra audaciam fortissimus, & ab innocentia clementissimus: tamen facilè me paterer, H vel illo ipso acerrimo iudice quærente, vel apud Cassianos s iudices, quorum eueris. sic Iudices Cassiani *Verr.* 5.*

a Perfundere iudicio est aliqua iudicij molestia afficere.*
b L. Quid ais? vulgo occidebatur homines per q. c *al.* vulgo occidebantur *ſi ne interrogatio ne* vt sine verba sructij.*
d à secundo fuit enim vecterib. bonorum sectio. Quin & corpus debitoris ex legib. xii. fas erat si non soluisset creditoribus inter se secare 20. *Gell.* 1. sed Labinus sectores à sequendo hic deduxit. Sane sectores Asconio, æstimatores & redemptores bonorũ damnati & proscripti Glossis dicuntur, *Σύνομος ὁ ἀφ' ἁρπαγῆς ἀγγρεύτωρ ὢν.*
e L. ture.
f L. aut ingenitis.
g *al.* exspectares, dum illa dictam,
h *al.* aliena & ita Pasceratius.*
i *lib. vulg.* parricidij.
k *al.* prosequens.*
l DE AVDACIA T. ROSCI, seu T. Roscium huiusce parricidij reum esse. Id enim secundũ mẽbrum partitionis.*
m *al.* seuerissimum.
n præfectus iudicio Vestalium, omnes damnauit. *Asco.*
o de hac formula dixi in oratione pro Milone.*
p *ſic Turnet. Anar.* Ita vt est hominis.*
q Quæsitor præerat iudicio: iudices quæsitori parebant.*
r *i.* flexus quem opponit propenso ad misericordiam. *Cicero* inclinatus.*
s M. Fannius.*
t Cassiani iudices, pro similib. & ſe-

tiam nunc

tiam nunc ij, quibus cauſa dicenda eſt, nomen ipſum reformidant, pro Sext. Roſcio dicere. in hac enim cauſa cùm viderent, illos amplißimam pecuniam poſſidere, hunc in ſummâ mendicitate eſſe: illud quidem nō quærerent, *Cui bono fuiſſet*: ſed [a] eò perſpicuū crimen, & ſuſpicionem potius ad prędam adiungerent, quam ad egeſtatem. Quid ſi accedit eōdem, vt tenuis [b] antea fueris? quid ſi, vt auarus? quid ſi, vt audax? quid ſi, vt illius, qui occiſus eſt, inimiciſſimus? nū quærenda cauſa quæ te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari poteſt? Tenuitas hominis eiuſmodi eſt, vt diſſimulari non queat: atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Auaritiam præfers, [c] qui ſocietatē coieris de muni cipiis, cognatique fortunis, cum alieniſſimo. Quàm ſis audax (vt alia obliuiſcar) hinc omnes intelligere potuerūt quod ex tota ſocietate, hoc eſt, ex tot ſicariis, ſolus tu inuētus es, qui cum accuſatoribus ſederes, atq. os ſtuū nō modò oſtēderes, ſed etiā offerres, inimicitias tibi fuiſſe cū Sex. Roſcio, & magnas rei familiaris controuerſias, concedas neceſſe eſt. Reſtat, iudices, vt hoc dubitemus, vter potiùs Sex. Roſcium occiderit: is [e], ad quem morte eius diuitiæ venerint: an is, ad quem mendicitas: is, qui antea tenuis fuerit, an is, qui poſtea factus ſit egentiſſimus: is, qui ardens [f] auaritia feratur infeſtus in ſuos, an is, qui ſemper ita vixerit, vt quæſtū noſſet nullū, fructū autē eū ſolum, quē labore peperiſſet: is, qui omnium ſectorū audaciſſimus ſit, an is, qui propter fori, iudiciorūmque inſolētia, [g] non modò ſubſellia, verūm etiam vrbem ipſam reformidet: poſtremò, iudices, id quod ad rem, mea [h] ſententia, maximè pertinet, vtrūm inimicus potius, an filius. Hęc tu, Eruci, tot, & tāra ſi nactus eſſes in reo, quamdiu diceres? quo te modo iactares: tempus, hercule, [i] te citius, quàm oratio deficeret. Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt, vt dies ſingulos poſſis conſumere. Neque ego non poſſum: non enim mihi tantum derogo: tametſi nihil arrogo, vt te copioſiùs quàm me, putem poſſe dicere: ve rùm ego forſitam, propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. te pugna [k] Cannenſis [l] accuſatorem ſat bonum facit [m]. Multos cæſos non ad [n] Traſimenum lacum, ſed ad Seruilium vidimus. *Quis [o] tibi non eſt [p] vulneratus ferro Phrygio* [q]? non neceſſe eſt omneis commemorare, Curtios, Marios, denique Mamercos [r], quos iam ætas à prælijs auocabat: poſtremo Priamum ipſum, ſenem Antiſtium [s]: quē non modò ætas, ſed etiā leges [t] pugnare prohibebant [u]. Iam, quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt, qui inter ſicarios, & de veneficiis accuſabant. qui omnes (quod ad me attinet) vellem viuerent. *Nihil* enim *mali eſt, canes tibi* [w] *quàm plurimos eſſe, vbi permulti obſeruandi*, [x] *multáque ſeruanda ſunt.* Verùm, vt fit, multa ſæpè, imprudentibus imperatoribus vis belli, ac turba molitur. dum [y] is in aliis rebus erat occupatus, qui ſummam [z] rerum adminiſtrabat [a]: erant interea qui ſuis vulneribus mederentur: qui, tanquam ſi offuſa reipublicæ ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniáque miſcebant b. à quibus miror, ne quod iudiciorum eſſe veſtigium, non ſubſellia quoque eſſe combuſta. nam & accuſatores, & iudices ſuſtulerunt.

Hoc commodi eſt, quòd ita vixerunt, vt teſteis [a] omneis, ſi cuperent, interficere non poſſent. nam, *dum homi num* [b] *genus erit*, qui accuſet eos, non deerit: dum ciuitas eſt, iudicia fient. Verùm, vt cœpi dicere, & Erucius, hæc ſi haberet in cauſa, quæ commemoraui, poſſet ea quamuis diu dicere: & ego, iudices, poſſum: ſed in animo eſt, (quemadmodum antè dixi, leuiter [c] *tranſire*, ac tantùm modò perſtringere vnamquamque rem: vt omnes intelligant, me non [d] ſtudio accuſare, ſed officio defendere. Video igitur, cauſas eſſe permultas, quæ iſtum impellerent. Videamus nunc, *ecqua facultas ſuſcipiendi maleficij* fuerit. Vbi occiſus eſt Sex. Roſcius? Romæ. Quid? tu, Roſci, vbi tunc eras? Romæ. Verum quid ad rem? & alij multi. Quaſi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit, ac non hoc quæratur, cum, qui Romæ ſi occiſus, vtrūm veriſimilius ſit ab eo eſſe occiſū, qui aſſiduus eo tempore Romæ fuerit: an ab eo, qui multis annis Romā m omnino non acceſſerit. Age, nunc *cæteras facultates* quoque conſideremus. Erat tum multitudo ſicariorum, id quod commemorauit Erucius: & homines impunè occidebantur. Quid? multitudo quæ erat? opinor, aut eorum, [e] qui in bonis erant occupati: aut eorum, qui ab iis conducebantur, vt aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant: tu es in eo numero, qui noſtra pecunia dines es. ſin eos, quos, qui leuiore nomine appellant, percuſſores [f] vocāt: quærre, in cuius fide ſint, & clientela: mihi crede, aliquem de ſocietate tua reperies: &, quidquid tu contrà dixeris, id cum defenſione noſtra cōtendito. ita facillimè cauſa Sex. Roſcij cum tua conferetur. Dices, [g] Quid poſtea, ſi Romæ aſſiduus fui? Reſpondebo. At ego omnino non fui. Fateor, me ſectorē eſſe: verum & alij multi. At ego (vt tute arguis) agricola, & ruſticus. Non continuò, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. At ego profectò, qui ne noui quidem quemquā ſicarium, longe abſum ab [h] eiuſmodi crimine. Permulta ſunt, quæ dici poſſunt, quare intelligatur, ſimmam tibi facultatem fuiſſe maleficij ſuſcipiendi: quæ non modò ideircò prætereo, quòd teipſum non libenter accuſo: verùm eo magis etiam, quòd, ſi de illis cædibus velim commemorare, quæ tum factæ ſunt iſta eādem ratione, qua Sex. Roſcius occiſus eſt, vereor, ne ad plureis oratio mea pertinere videatur. Videamus nunc ſtrictim, [i] ſicut cetera, quæ poſt mortem Sex. Roſcij abs te, T. Roſci, facta ſunt: quæ ita aperta, & manifeſta ſunt, vt medius fidius, k, iudices, inuitus ea dicam. vereor enim, [l] cuiuſmodi es, Roſci, ne ita hunc videar voluiſſe ſeruare, vt tibi omnino non pepercerim. Cum hoc vereor, & cupio tibi aliqua ex parte (quòd ſalua fide poſſim) parcere, rurſus immuto voluntatem meam. venit enim mihi in mentem oris tui. Tēte cùm ceteri ſocij tui fugerent, ac ſe occultarent, vt hoc iudicium non de illorum prędа, ſed de huius maleficio fieri videretur, potiſſimùm tibi parteis iſtas depoposciſſe, vt in iudicio verſarere, & ſederes cum accuſatore? qua in re nihil aliud aſſequēris, niſi vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſcatur, & impudentia. Occiſo Sex. Roſcio, qui primus Ameriam nuntiauit? Mallius Glaucia, quem iam antea nominaui,

a L. ſed eo perſpicuo, crimen, & ſuſpic. b Paſſer. ſed adeo *

b Tenuis pro pauperе. Hic tenuis vt ex homo l. 6. §. 5 ff. de of. præſ. *

c al. præ te fers, P. XXXIII.

d Os pro impudentia ſic Terent. And. Os durū pro Impudenti. *

e Comparatio. *

f Sic Cicero ardere inuidia, furore, dolore, ira, amore. *

g *Quæſtor*, h al. mea qui dē ſententia, i al. mercherculè, v. e. mercule, k Aenigma, * l i. bella ciuilia Marij & Sullæ. *

m i. fecit. n L. ad Traſimenum.

o verſus ex vetere tragœdia tranſlatus ad indicandam ciuium Romanorum cædē ad Seruilia nū lacū tuſſu Sullæ commiſſam vide *Firmic. 1. Matheſeos. Seneca de diuina prouidentia.* *

p i. Romano, nā Romani à Phrygibus & Troianis. *

q *Vet. Mammeos. al.* Mēmios. *

r huius meminit in Bruto. adde Plutarchum in P. B. Pompeio. *

s Leges militia exoſabant vel arcebāt hominem qui 46. P. B. ætatis annū exceſſiſſet. *Cic. in Catone Poly b. 6.* *

t Prohibere hic pro, non cogere. *

u i. accuſatores. *

x παραχαλκεσθαι, y al. dum tē tis in reb. * z al. ſummā rem vel ſummam Rempublicam. *

a L. Sylla. * b id eſt, c geſtati vel vltioni. *

c συσχεσις.

a v. c. teſtes omnis, b al. humanum genus

c *fori.* leuiter tranſigere.

d exercitē dē.

P. XXXIII.

e *fori.* qui in bonis alienis erant occ.

f Percuſſores.*

g al. Quid ē poſtea.

h al. Iuriſmodi

i adde Manium 11. in ſtrictim. *

k Iuramenti formula per dium fidium ſeu Iouis fidium. Feſtus. *

l L. cuiuſcuiuſmodi es Roſci, &c. vel, cuicuiſmodi es, &c. al. cuicuiſmodi eſt Roſci, ne ita hunc videar ſeruare, &c. ita legitur apud Seruiū 11. pro cuiuſcuiuſmodi. *

m al. Manlius. P. B.

tuus cliens,& familiaris. Quid [a] attinuit eum id [b] potißimum nuntiare [c], quod, ſi nullū iā antè conſilium de morte, ac de bonis eius in ieras, nullámque ſocietatem neque ſceleris, neque præmij cum homine vllo coieras, ad te minimè omnium pertinebat. Sua ſponte Mallius [c] nuntiat? quid quæſo, eius intererat? an, cum Ameriam non huiuſce rei cauſa venisſet, caſu áccidit, vt id quod Romæ audiebat, primus nuntiaret? cuius rei cauſa venerat Ameriam? Non poſſum, inquit, diuinare. Eò rem iam adducam [e], vt nihil diuinatione opus ſit. Qua ratione Roſcio Capitoni primùm nuntiauit? Cum Ameriæ Sex. Roſcij domus, vxor, liberíque eſſent: cùm tot propinqui, cognatíque optimè conuenientes: qua ratione factum eſt, vt iſte tuus cliens, ſceleris nuntius, T. Roſcio Capitoni potiſſimùm nuntiaret? Occiſus eſt à cœna rediens. nondum lucebat, cùm Ameriæ ſcitum eſt. Quid hic incredibilis curſus: quid hæc tanta celeritas, feſtinatióque, ſignificat? non quæro, quis percuſſerit. nihil eſt Glaucia, quòd metuas. non executio te, ſiquid fortè ferri habuiſti: non ſcrutor: nihil ad me arbitror pertinere quoniam, cuius conſilio occiſus ſit, inuenio: cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Vnum hoc ſumo, quod mihi apertum tuum ſcelus, réſque manifeſta dat. Vbi, aut vnde audiuit Glaucia? qui tam ſcito ſciuit? Fac audiſſe ſtatim. Quę res eũ nocte vna tantum itineris contẽdere coegit? quę neceſſitas eum tanta premebat, vt, ſi ſua ſponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma proficiſceretur, nullam partem noctis requieſceret? Etiámne in tam perſpicuis rebus argumentatio quærenda, aut coniectura capienda ſit? nónne vobis hæc, quę audiſtis, cernere oculis videmini, iudices? non illum miſerum, ignarum caſus ſui redeuntem à cœna videtis? non poſitas inſidias? non impetum repentinum? non verſatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? non adeſt iſte. Roſcius? non ſuis manibus in curru [f] collocat Automedõtem [g] illum, ſui ſceleris acerbiſſimi, nefariæque victoriæ nuntium? non orat, vt eam nocte peruigilet? vt honoris ſui cauſa laboret? vt Capitoni quàm primùm nũtiet? Quid erat, quòd Capitonem primum ſcire voleret? Neſcio: niſi hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium, de tribus & decem fundis treis [h] nobiliſſimos fundos eum video poſſidere. Audio præterea, non hanc ſuſpicionem nũc primùm in Capitonem conferri: multas [k] eſſe infames palmas: hanc primam eſſe tamen lemniſcatam [l], quæ [m] Romæ deferatur: nullũ modum eſſe hominis occidendi, quo ille nõ aliquot occiderit: multos ferro, multos veneno. Habeo [n] etiam dicere, quem contra morem maiorum, minorem annis LX [o] de ponte in Tiberim deiecerit, quæ ſi prodiderit, atque adeò cum prodierit (ſcio enim prodirum eſſe) audiet. veniat modò: explicet ſuum volumen illud, quod ei planum facere poſſũ. Erucium conſcripſiſſe: quod aiunt illum Sex. Roſcio intentaſſe & minitatũ eſſe, ſe omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. O præclarum teſtem iudices! ô grauitatem dignam ex ſpectatione! ô vitam honeſtã, atque ciuimodi, vt libentibus animis ad eius teſtimonium, veſtrum iuſiurandum accommoderis! Profectò non tã perſpicuè iſtorũ maleficia videremus, niſi ipſos, cæcos redderet cupiditas, & audacia. Alter ex ipſa cæde volucrem nuntium Ameriam ad ſocium, atque ad magiſtrum ſuum miſit: vt, ſi diſſimulare omnes cuperent ſe ſcire, ad quem maleficium pertineret, tamen ipſe apertum ſuum ſcelus ante omnium oculos poneret. Alter (ſi diis immortalibus placet) teſtimonium etiam in Sex. Roſcium dicturus eſt. Quaſi verò id nũc agatur, virum id, quod dixerint, credendum: an quod fecerit, vendicandum ſit. Itaque mo re maiorum comparatum, vt [a] in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re non dicerent. Africanus, qui ſuo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe, tamen ſi ſua res ageretur, teſtimonium non diceret. nam illud in talem virum non audeo dicere: ſi diceret, non crederetur. Videte nunc, quàm verſa, & mutata in peiorem partem ſint omnia. Cùm de bonis, & de cæde agatur, teſtimoniũ dicturus eſt is, qui & ſector [b] eſt, & ſicarius: hoc eſt, qui & illorum ipſorum bonorum, de quibus agitur, emtor, atq. poſſeſſor eſt: & eum hominem occidẽdum curauit, de cuius morte quæritur. Quid tu vir optime? ecquid habes, quod dicas? mihi auſcultа: vide, ne tibi deſis. tua quoque res permagna agitur: multa ſcelerate, multa audacter [c], multa improbè feciſti: vnum ſtultiſſimè, profectò tua ſponte, non de Erucij ſententia: nihil opus fuit te d iſtic ſedere. neq. enim accuſatore muto, neq. teſte quiſquam vtitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Huc accedit, quòd paullo occultior, atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet. nunc quid eſt, quòd quiſquam ex [e] vobis audire deſideret, cùm, quæ faciis, eiuſmodi ſint, vt ea dedita opera à nobis [f] contra voſmetipſos facere videamini? ¶ Age nunc, illa *videamus, iudices, quæ ſtatim conſecuta ſunt.* Ad Volaterras in caſtra L. Syllæ mors Sext. Roſcij, quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nuntiatur. Quæritur etiã nunc, quis eũ nuntium miſerit? Nónne perſpicuũ eſt, eundem, qui Ameriam? Curat Chryſogonus, vt eius bona veneant ſtatim: qui non norat hominem, aut rem i. At qui [k] ei venit in mentem prædia cõcupiſcere hominis ignoti, quẽ omnino numquam viderat? Soletis, cùm aliquid huiuſcemodi auditis, iudices, continuò dicere, Neceſſe eſt, aliquẽ dixiſſe municipẽ, aut vicinum. ij plerunque indicant: per eos pleriq. prodantur. Hic nihil eſt, quòd ſuſpicionem hanc putetis. Nõ enim ego ita diſputabo: veriſimile eſt, Roſcios iſtã rẽ ad Chryſogonum detuliſſe. erat enim eis cum Chryſogono iam ante amicitia. Nã cùm multos veteres à maioribus Roſcij patronos, hoſpitéſq. haberent, omneis eos colere, atq. obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem, & clientelam cõtulerunt. Hæc poſſum omnia verè dicere: ſed in hac cauſa cõiectura nihil opus eſt. ipſos certò ſcio non negare, ad hæc bona Chryſogonum acceſſiſſe impulſu ſuo. Si eum, qui indicij [l] partem acceperit, oculis cernetis: poteritiſne dubitare, iudices, qui [m] indicarit? Qui ſunt igitur in iſtis bonis, quib. partẽ Chryſogonus dederit? duo Roſcij? num [n] quiſquam præterea? nemo eſt, iudices. Num ergo dubium eſt, quin ij obtulerint hãc prædam Chryſogono, qui ab eo partem prædæ tulerunt? Age, nunc ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorũ factum conſideremus. Si nihil in iſta

P. 2.

b ſector quia eſſet paulò antè dixi.*

c T. audacißimè, ſic legit Priſcianus lib. 15.*

d *vulg.* te iſthi credere. *mendoſè. Malè* ſe debat enim T. Roſcius in accuſatorum ſubſeliis.*

e L. ex nobis *alij vulg.* à vobis.

f *Vulg.* vobis.*

P. XXXVI.

g *al.* miſer't

h L. fiatim. Qui non notat hominẽ, aut rem? At qui, &c.

i *al.* aut rẽ?*

k *al.* Arquivenit.*

l Indicium id vocat Appuleius.*

m *al.* quis indicarit.

n L. Num quiſquã præterea.

a vide l. 1. C. de teſtib.*

P. XXXV.

a *al.* Quid attinuit eum potißimum nuntiare? quòd ſi nullam iam antè conſil. de me ac de bon. eius in ſer. null. q. ſocietat. neq. ſcel. neq. pr. c. h. vllo coier. ad te min. omnium pertinebat.

b f. occiſum eſſe Sex. Roſcium.*

c *al.* nuntiare? & poſt pertinebat. non pertinebat?

d *al.* Manlius.*

e *al.* deducam,

f ſuprà dixit, c. ſi is.*

g τὸν τῶν Ἀχιλλέως ἵππων ἡνίοχον

h v. c. tris. i *fort.* hanc ſuſpicionem non nunc primùm.

k *al.* multas eſſe eius infames palmas.*

l Lemniſcata, palma à lemniſcis faſciolis coloratis quæ ex coronis dependebant feſtus, antiquiſſimum enim genus coronarum è laua vide quidam Laniſcatas legendum putant hîc & apud Plin. 21. c. 3. Suet. in Claudio. Athenæus ταινίαν ἀμφικεφάλιον vocat.*

m *al.* quæ Roma deferatur.

n ἐξ ἀγχίστου vide Feſtum in ſexagenarios & Depontani.*

o vide Feſtum in ſexagenarios & Depontani.*

In ista pugna, Roscij, quod operæ pretium esset, fecerant, quã ob causam à Chrysogono tantis præmiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt: nónne satis fuit his gratias agi? denique, vt perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? cur tria prædia tantę pecuniæ statim Capitoni dãtur? cur, quæ reliqua sunt, iste Roscius omnia cũ Chrysogono communiter possidet? nónne perspicuũ est, iudices, has manubias Roscíis Chrysogonum, re cognita, concessisse? Venit in decem-primis legatus in castra Capito. totã vitam, naturam, morésque hominis ex ipsa legatione cognoscite. Nisi intellexeritis, iudices, nullum esse officium, nullũ ius tam sanctum, atque integrum, quod non eius scelus, atque perfidia violarit, & imminuerit: virum optimum esse eum iudicatote. Impedimento est, quò minùs de his rebus Sylla [a] doceatur: ceterorum legatorum consilia, & voluntatẽ Chrysogono enuntiat: monet, vt prouideat, ne palàm res agatur, ostẽdit, si sublata sit vẽditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum adituram. illum acuere: hos, qui simul erant missi, fallere, illum idemtidem monere, vt cauere: hisce insidiosè spem falsam ostendere: cum illo contra hos iuire consilia, horum consilia illi enũtiare: cum illo partem suam depascisci [c]: hisce [d] aliqua fretus hora semper omnẽs [e] aditus, ad Syllam interclúdere. Postremò isto hortatore, auctore, intercessore, ad Syllã legati non adierunt: istius fide, ac potiùs perfidia decepti, id quod ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator voluerit testimoniũ eis denunciare, pro re certa spem falsam domum retulerunt. In priuatis rebus siqui rẽ mandatam non modò malitiosiùs gessisset, sui quæstus, aut commodi causa, verùm etiam negligentiùs: eum [f] maiores summum admisisse dedecus æstimabant. Itaque *mandati constitutum est iudicium, non* [g] *minus turpe, quàm furti.* credo propterea, quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operę nostrę vicaria, fides amicorum, supponitur: quam qui lædit, oppugnat [h] omnium commune præsidium: & quantũ in ipso est, disturbat vitę societatẽ. Non enim possumus omnia per nos agere. alius in alia est re magis vtilis. Idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mãdatum, si aut negle&turus, aut ad tuum commodum conuersurus es? cur mihi te offers, ac meis cõmodis, officio simulato, officis, & obstas? recede i de medio: per alium transigam. Suscipis onus officij, quod te putas sustinere posse: quod minimè videtur graue iis, qui mi nimè ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam, & fidem. nã neque mandat quisquam ferè, nisi amico: neque credit, nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & k fallere eum, qui ęsus non esset, nisi credidisset. Itáne est? in minimis rebus, qui mãdatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur, necesse lest: in re tanta, cùm is, cui fama mortui, fortunæ viui, commẽdatæ sunt, atque cõcreditæ, ignominia mortuũ affecerit m, * * is inter honestos homines, atque adeò inter viuos numerabitur? In minimis, priuatisque rebus etiam [n] negligentia [o] in crimẽ mãdati, iudiciúque [a] infamiam reuocatur, propterea quòd, si rectè fiat, illũ negligere oportet, qui mandarit, non illum, qui mandatum receperit: in re [c] tanta, quę publicè gesta, atq. commissa sit, qui non negligentia priuatum aliquod commodum læserit, sed perfidia legationis ipsius ceremoniam polluerit maculáque affecerit d: qua is tandem pœna afficietur, aut quo iudicio damnabitur? Si hanc ei rem priuatim Sex. Roscius mandauisset, vt cũ Chrysogono transigeret, atque decideret, inque eam rem fidẽ suam, siquid opus esse putaret, interponeret: ille, qui sese actorum recepisset, nónne si ex eo negotio tantulum in suam conuertisset, damnatus per arbitrum, & rem restitueret, & honestatem omnẽ amitteret? Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius mãdauit, sed, id quod multo grauius est, ipse Sex. Roscius cum fama, vita, bonísque omnibus à decurionibus publicè Roscio mandatus est: & ex eo T. Roscius non paullum nescio quid in rem suã conuertit: sed hũc funditus euertit bonis: ipse tria prædia sibi depactus [e] est: voluntatem decurionum, ac municipum omnium tantidem, quanti fidem suam, fecit. Videte iam porrò cetera, iudices, vt intelligatis fingi maleficium nullũ posse, quo iste sese non contaminarit. In rebus minoribus sociũ fallere turpissimum est, æquéque turpe, atque illud, de quo ante dixi: neque iniuria: propterea quòd auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cùm [f], per eius fidem lædatur, cui se commiserit? Atqui ea sunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. tecti esse ad alienos possũ mus: intimi multa aperiora videant, necesse est. socium verò cauere qui possumus? quem etiam si metuimus, ius officij lædimus. Rectè igitur *maiores* [g] *eum, qui socium fefellisset, in trium bonorum numero non putarunt haberi oportere.* At verò T. Roscius non vnum rei pecuniariæ socium fefellit (quod tametsi graue est, tamẽ aliquo modo posse ferri videtur) verùm nouem homines honestissimos, eiusdẽ muneris, legationis, officij, mãdatorúmque [h] socios, inducit, decepit, destituit, aduersariis tradidit, omni fraude & perfidia fefellit, qui de eius scelere suspicari nihil potuerunt: socium officij metuere non debuerũt: eius malitiam non viderunt: orationi vanæ crediderunt. Itaque nunc illi homines honestissimi propter insidias parum putantur cauti, prouidíq. fuisse. Iste, qui initiò proditor fuit, deinde perfuga: qui primò sociorum consilia aduersariis enuntiauit, deinde societatem cum ipsis aduersariis coiit, terret etiam nos, ac minatur, tribus prædiis, hoc est, præmiis sceleris, ornatus. In eiusmodi vita iudices, in his tot, tãtísque flagitiis, hoc quoq. maleficiũ, de quo iudicium est, reperietis. Etenim quærere ita debetis: vbi multa auarè, multa [i] audacter, multa improbè, multa perfidiosè facta videris, ibi scelus quoq. latére inter illa tot flagitia putato. Tametsi hoc quidẽ minimè latet, quod ita promptum, & propositum est, vt non ex illis maleficiis, quę in illo cõstat esse, hoc intelligatur: verùm ex hoc etiam, siquod illorũ fortè dubitatur [k], conuincatur. Quid tandem, quæso, iudices? num aut ille lanista omnino iam à gladiis recessisse videtur: aut iste discipulus magistro tantulum de arte concedere?

a *al.* Sulla.

b *fort.* fiat.
c *al.* depeculari.
d L. hisce aliqua fretus aura, &c. *fort.* vt aura sit reposita; si hora *legis* tempus erit, non occasio *al.* hisce aliqua fretũ hora. *ita P. Viãr. al.* hisce aliqua fretus hora. *ita Pantagathus.**
e *al.* omnis.

f *fort.* eum maiores nostri sanxerunt. P. XXXVII. & vide *l.* 1. *ff. de his qui notantur infamia.**
g *fort.* oppugnat hominũ commune.
h *al.* cede de medio: *fort.* & eum fallere, q.
i *al.* necesse est.
m *al.* affecerit, fortunis viuum cuertens, is inter &c. *al.* ad mendicitatẽ & egestatem viuum redegerit *male, aut certè non necessariò.**
n L. etiam negligentia mandati, in crimen, iudiciúmq. infamiæ vocatur.
o Negligentia enim certis casib. pœna fiatur. *vid. l.* 23. *ff. de reg. iur.**

a *al.* iudicio infamiæ *al.* iudiciumque infame. *
b *fort.* si *quidam accipit pro animale.**
c Legatus publicus & officio non fungatur perfidiæ etiam tenetur.* P. B.
d *fort.* asperserit.*
e *al.* defecerit vt 3. depeculatus.*
f *fort.* citra per eius perfidiam læd. *vel,* cùm per eius fraudẽ læd.
g *fort.* maiores nostri.
h *fort.* mandatorum tuorum.
i L. audaciter.
k L. dubitabitur.
l *alias* hic discipulus.

Par est auaritia, similis improbitas, eádem impudentia, gemina [a] audacia. Etenim, quoniam fidē magistri cognostis, cognoscite nūc discipuli æquitatem. Dixi iam antea, cæpenumero postulatos esse ab istis duos seruos in quæstionē. tu semper, T. Rosci, recusasti quæro abs te, iúne, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent? an [b] iste non commouebat, pro quo postulabant? an res ipsa tibi iniqua videbatur? postulabant homines nobilissimi, atque integerrimi nostræ ciuitatis, quos [c] iam antea nominaui: qui ita vixerunt, taléque à populo Romano putantur, vt, quidquid dicerent, nemo esset, qui non æquū putaret. Postulabant autem pro homine miserrimo, atque infelicissimo, qui vel [d] ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quæreretur. Res porrò abs te eiusmodi postulabatur, vt nihil interesset, vtrùm eā rem recusares, an de maleficio confiterere. Quæ cùm ita sint, quæro abs te, quam ob causam recusaris. Cùm occiditur Sex. Roscius, ibidem fuerunt. Seruos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. quòd à vobis hoc pugnari video, ne in quæstionem dentur, suspicionem est. quòd verò apud vos ipsos in honore tanto sunt, profectò necesse est, sciāt aliquid, quod si dixerint, pernicioſum vobis futurum sit. In [e] dominos quæri de seruis iniquum est. Anne [f] quæritur? Sex. enim Roscius reus est. Neque [g] enim, cùm de hoc quæritur, vos dominos esse dicitis? Cum Chrysogono sunt. Ita credo: litteris eorum, & vrbanitate Chrysogonus ducitur, vt inter suos omnium deliciarū, atque omniū artiū pueros ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hos versari, homines pænè operarios, ex Amerina disciplina patrisfamiliæ rusticani. Nō est ita profectò, iudices: nōn est verisimile, vt Chrysogonus horū litteras amarit, aut humanitatē: non, vt rei familiaris negotio diligentiam cognorit eorum, & fidem. Est quidā, quod occultatur. quod quo studiosius ab ipsis opprimitur, & absconditur, eo magis emi-

III. De POTENTIA & nimia gratia CHRYSOGONI sub tertio membro partitionis Ciceronianæ.*

net, & appāret. ¶Quid igitur? Chrysogonus sui maleficij occultādi causa quæstionem de his haberi non vult? minimè, iudices. *non in omneus [k] arbitror omnia conuenire.* Ego in Chrysogono, quo ad me attinet, nihil eiusmodi suspicor: neque hoc mihi nunc primùm in mentem venit dicere. Memini istis, me ita distribuisse initio causam, in crimē cuius tota argumentatio permissa Erucio [l] est: & in audaciam, cuius partes Rosciis impositæ sunt. quidquid maleficij, sceleris, cædis est, propriū id Rosciorum esse debebit. *nimiam gratiam, potentiámq. Chrysogoni, dicimus, & nobis obstare, & perferri nullo modo posse:* & à vobis, quoniam potestas data est, non modò infirmari, verùm etiam vendicari oportere. Ego sic existimo: qui quæri velit ex iis, quos constat, cùm cædes facta sit, affuisse, eum cupere verum inuenire: qui recuset, eum profectò, tametsi verbo non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi initio, iudices, nolle, me plura de istorum scelere dicere, quàm causa postularet, ac necessitas ipsa cogeret. Nam & multæ res afferri possunt, & vnaquæque earū multis cū argumētis dici potest. Verùm ego, quod inuitus, ac necessariò facio, neque diu, neque diligenter facere possum. quæ præteriti nullo modo poterāt, ea leuiter, iudices, attigi: quæ posita sunt in suspicionibus, de quibus si cœpero dicere, pluribus verbis sit differēdum, ea vestris ingeniis, coniecturæq; committo. *Venio nunc ad illud nomen [a] aureum* Chrysogoni, sub quo nomine tota societas statuitur: de quo, iudices, neque quomodo dicam, neque quomodo taceam, reperire possum. Si benim taceo: vel maximā partē relinquo. sin autē dico: vereor, ne nō ille solus (id quod ad me nihil attinet) sed alij quoque plures læsos se esse putent. Tametsi ita se res habet, vt [c] mihi in communem causam sectorū dicendum nihil magnopere videatur. Hæc enim causa noua profectò, & singularis est. Bonorū Sex. Rosc. ij emtor est Chrysogonus. Primùm hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt? Atque hoc non ita quæram, iudices, vt id dicā esse indignum, hominis innocentis bona venisse. Si enim hæc audientur, & liberè dicentur: non fuit tātus homo Sex. Roscius in ciuitate, vt de eo potissimùm conqueramur. Verùm hoc ego quęro, quî potuerunt ista ipsa lege, quæ de proscriptione est, siue Valeria [d] est, siue Cornelia, (nō enim noui, nec scio) verū ista ipsa lege, bona Sex. Roscij venire quî potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, vt eorum bona veneant, qui proscripti sunt: quo in numero Sex. Roscius non est: aut eorum, qui in aduersariorum præsidiis occisi sunt. Dum præsidia vlla fuerunt in Syllæ præsidiis fuit. posteaquàm ab armis recesserunt [e]: in summo otio rediens à cœna, Romæ occisus est. Si lege: bona quoque, lege venisse fateor. sinautem constat contra omnes non modò veteres leges, verùm etiam nouas, occisum esse: bona quo iure, aut quomodo, aut qua lege venierint, quęro. In quem hoc dicam, quæris, Eruci? non in eum, quem vis, & putas. Nam Syllam & oratio mea ab initio, & ipsius eximia virtus omni tempore purgauit. Ego hæc omnia Chrysogonū fecisse dico, vt emētiretur, vt malum ciuem Rosciū fuisse fingeret, vt eū apud aduersarios occisum esse diceret, vt hisce de rebus à legatis Amerinorum doceri L. Syllam passus nō sit. Denique etiam illud suspicor, omnino hæc bona nō venisse: id quod postea, si per vos, iudices, licitū erit, aperietur. Opinor enim esse in lege, quā ad diē proscriptiones, vēditionésque fiant: nimirum ad [f] Kalendas Iunias. Aliquot post menses & homo occisus est, & bona venisse dicūtur. Profectò aut hæc bona in tabulas publicas nullas [g] redierunt, nósq. ab isto nebulone facetius eludimur, quàm putamus: aut, si redierunt, tabulæ publicæ corruptæ aliqua ratione sunt. Nā lege quidē, bona venire non potuisse cōstat. Intelligo, me ante tempus, iudices, hæc scrutari, & propemodum errare, qui, *cum [i] capiti Sex. Roscij mederi debeam, reduuiem [k] curem.* Non enim laborat de pecunia, non vllius rationem sui cōmodi ducit: facilè egestatem suam se latutū putat, si hac indigna suspicione, & ficto crimine liberatus sit. Verùm quęso à vobis, iudices, vt hæc pauca, quæ restāt, ita audiatis, vt partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro Sext. Roscio. Quæ enim mihi ipsi indigna, & intolerabilia videntur, quæque ad [l] omneis, nisi prouidemus, arbitror pertinere, ea pro me ipso, ex animi mei sensu, ac dolore pronuntio. Quæ ad huius vitæ casum, causámq. perti-

[a] *forte legendum est* germana audacia. *nam paulo ante dixit* similis, eadem.*

[b] *fort.* an is non comm.

[c] P. Scipionem & Metellum.*

[d] *fort.* dum modo de p. P. B.

[e] *vid. l. 1. C. de quæstion.** *f al.* At nec.* *g al.* Neque cum de hoc quærebatur vos eum dominum esse dicitis:*

[h] L. non est vt Chrysogonus horū litt.

[i] III. De POTENTIA & nimia gratia CHRYSOGONI sub tertio membro partitionis Ciceronianæ.*

[k] *v. c.* omnis.

[l] L. Erucio est: id aud.*

P. XXXIX.

[a] De emptione bonorum Roscij facta à Chrysogono.*

[b] id est, esse*

[c] *al.* vt mihi in communem causam sect. nihil magnopere dicendum videatur.

P. B.

[d] Lex Valeria à L. Valerio Flacco interrege lata, vt quidquid I. Cornelius Sylla fecisset id ratum esset. Meminit idē Cic. 3. *Agraria* 3. & 1. *de Legibus Appianus* 1. *ciuilium.**

[e] *al.* recessum est.

[f] *al.* ante diem Kalēd. *male* ad Kalendas, id est vsq. ad Kal.

[g] L. nullā redierūt. *bona* scilicet.*

[h] L. deludimur

[i] Prouerbij species.

P. XL.

[k] *al.* reduium. Reduium quidā, alij reuuiū appellant, cū circa vngues cutis se resoluit. est enim luere, soluere. v. Festum in *Reduiam.** l *v. c.* ad omnis,

a erat enim L. Chrysogonus L. Syllæ libertus.*

b vid. 2. Phil. 84.*

c *lib. vulg.* pernicies *al.* pernicie *al.* pernicies? vt *Carisius* l. sed *Gell. 9. c. 14. refert apud Cicer. in orat. pro Sext. Roscio,* pernicij *scripta reliquisse.* Ibidē refert veteres dixisse famis, pernicij, acij, specij luxurij pro famis pernicies, acies, species, luxuries.*

d *al.* quam armis recuperarat. *al.* recipera-at,

e L. curauit? qui hoc iudicium confauit, cuius h. causa acc. se dixit Erucius. ‖ *al.* deferendam curauit. Hoc iudicium: Eius honoris causa accusare se dixit Erucius.

f & in primis ille locus in quo ostendit bona Sex. Roscij venire nō debuisse. Deinde amplificationis principium per quā inuidiā constat Chrysogono vt omnium Syllæ libertorum copiosissimo & potentissimo.*

g Chrysogoni potentiam repetit ab enumeratione prædiorum, supellectilis, familiæ, luxus & sumptus habitus, conatus.*

h Authepsa vas quod suæ sponte coquit (est enim ab αὐτὸς & ἑψέω) positis in interiore P. XLI. fundo (duos enim habuit) carbonibus.*

i id est, seruos. vide l. 195. ff. de verbor. sign.*

k *vulg.* vulgaris, l *al.* cocos, in Lect. carij, hic, non qui lectica gestare soliti, sed ipsi lecticarū actifices.*

pertineant, & quid hic pro se dici velit, & qua conditione contētus sit, iam in extrema oratione nostra, iudices, audietis. Ego hæc à Chrysogono, mea sponte, remoto Sex. Roscio, quæro. Primùm, quare ciuis optimi bona venierint: deinde, quare hominis eius, qui neque apud aduersarios occisus, neque proscriptus est, bona venierint, cùm in eos solos lex scripta sit: deinde, quare aliquanto post eam diē venierint, quæ dies in lege præfinita est: deinde, cur tantulo venierint. Quæ omnia si, quēadmodum solent liberti nequam, & improbi facere, in patronum [a] suum voluerit conferre, nihil egerit, nemo est enim, qui nesciat propter magnitudinem rerū multa multos, partim conniuente, partim imprudente L. Sylla, commisisse. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentiā præterire? non placet, iudices: sed necesse est. Etenim si Iupiter optimus maximus, cuius nutu, & arbitrio cælum, terra, mariáque reguntur, sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, vrbeis deleuit, [b] fruges perdidit: quorum nihil pernicij [c] causa, diuino cōsilio, sed vi ipsa, & magnitudine rerum, factum putamus: at contrà, commoda, quibus vtimur: lucémque, qua fruimur: spiritúmque, quem ducimus, ab eo nobis dari, atque impertiri videmus: quid miramur, L. Syllam, cùm solus remp. regeret, orbémque terrarum gubernaret, imperiíque maiestatem, quam armis recēperat, legibus confirmaret, aliqua animaduertere nō potuisse? nisi hoc mirum est, quod vis diuina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit. Verùm, vt hęc missa faciam, quę iam facta sunt: ex iis, quę nunc maximè fiūt, nónne quiuis potest intelligere, omnium architectum, & machinatorem vnū esse Chrysogonum, qui Sex. Roscij nomē deferendum curauit [e]? hoc iudicium, cuius honoris causa accusare se dixit Erucius?

DE SVNT NON PAVCA.

aptam, & ratione dispositam se habere existimant, qui in Salentinis, aut in Brutiis habent, vnde vix ter in anno audire nuntium possunt. Alter tibi descēdit de palatio, & ędibus suis: habet animi relaxandi causa *rus* [g] amœnum, & suburbanum, plura præterea prædia, neque tamen vllum, nisi præclarum, & propinquum: domus referta *vasis* Corinthiis, & Deliacis, in quibus est authepsa [h] illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, vt, qui præteruntes pretium enumerari audiebant, funditus venire arbitrarentur. Quid præterea cēlati argenti? quid stragulę vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse? tantum scilicet, quantum è multis, splendidíssque familiis in turba, & rapinis coaceruari vna in domo potuit. *Familiam* [i] verò quātam, & quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam? Mitto hasce artes vulgares [k], coquos [l], pistores, lecticarios [m] ammi, & aurium causa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, & neruorum, & tibiarum, nocturnísque conuiuiis tota vicinitas personet. In hac vita, iudices, quos sumtus *quot dianos*, quas effusiones fieri putatis? quæ verò conuiuia? honesta, credo, in eiusmodi domo: si domus

A hæc habenda est potiùs, quàm officina nequitiæ: & [a] diuersorium flagitiorū omnium. Ipse verò quemadmodum composito, & delibuto [b] capillo passim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis, iudices: vt omneis despiciat, vt hominem præ se neminem putet, vt se solum beatum, solum potentem putet. *Quæ vero efficiat*, & quæ conetur, si velim commemorare, vereor, iudices, nequis imperitior existimet, me causam nobilitatis, victoriámque voluisse lædere: tametsi meo iure possum, siquid in hac parte mihi non placeat, vituperare. Non enim vereor, nequis alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet. Sciunt ij qui me norunt, me pro illa tenui, infirmáq. parte, posteaquam id, quod maximè volui, fieri non potuit, vt cōponeretur: id maximè defendisse, vt ij [c] vincerent, qui vicerunt. Quis enim erat, qui non videret, humilitatem [d] cum dignitate de amplitudine contendere? Quo in certamine perditi ciuis erat, non se ad eos iungere, quib. incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Quæ [f] perfecta esse, & suum cuique honorem, & gradū redditum, gaudeo, iudices, vehementérq. lætor: eíq. omnia deorum voluntate, studio pop. Rom. consilio, & imperio, & felicitate L. Syllæ, gesta esse intelligo. Quod animaduersum est in eos, qui cōtrà omni ratione pugnarūt: non debeo reprehēdere. quòd viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis exstitit, honos habitus est: laudo. quæ vt fierēt, ideireo pugnatum esse arbitror, méq. in eo studio partium fuisse cōfiteor. Sin autem id actum est, & idcirco arma sumta sunt, vt homines postremi pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas vniuscuiusq. impetum facerent, & id non modò re prohibere nox licet, sed ne verbis quidem vituperare: tum verò in isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressúsq. pop. Rom. est. Verum longè aliter est. nihil horum est, iudices. non modò non lædetur causa nobilitatis, si istis hominib. resistetis: verùm etiam ornabitur. Etenim qui hęc vituperare volūt, Chrysogonum tantum posse queruntur: qui [g] laudare volunt, concessum ei non esse commemorant. Ac iam nihil est, quod quisquam aut tam stultus, aut tam improbus sit, qui dicat, Vellem quidē liceret: hoc dixissem: Dicas licet. Hoc fecissem: Facias licet: nemo prohibet. Hoc decreuissem: Decerne, modò rectè: omnes approbabūt. Hoc iudicassem: Laudabūt omnes, si rectè & ordine iudicaris. Dū necesse erat, résq: ipsa cogebat, vnus omnia poterat: qui posteaquàm magistratus creauit, legésq. constituit, sua cuique procuratio, auctoritásque est restituta. Quam si retinere volunt ij, qui h recuperarunt: in perpetuum potuerunt obtinere. sin has cædeis, & rapinas, & hos tantos, támque profusos sumtus aut faciunt, aut approbabunt: nolo in eos grauius quidquam, ne i ominis quidem causa dicere: i vnum hoc dico: nostri isti nobiles, nisi vigilantes, & boni, & fortes, & misericordes erunt: iis hominibus in quibus hæc erunt, ornamenta sua concedant necesse est. Quapropter *desinant aliquando dicere, male aliquem locutum esse, si quis verè, ac liberè locutus sit*: desinant suam causam cum [k] Chrysogono cōmunicare: desinant, si ille læsus sit, de se aliquid

a L. & diuersorium

b i. est vncto.*

c id est, vincla.*

d plebeiæ aduersus nobilitatem.*

e L. adiungere,

f *fort.* Quæ perfecta esse, hoc est, suum

c *al.* Quæ perfecta esse, suum c. P. &.

g *fort.* qui laudare, concessum.

h L. qui receperit: *fort.* qui recipere runt.

i *lib. vulg.* nec hominis quidem c.

P. XLII.

k *al.* cum Chrysogono.

detractum arbitrari: videant ne turpe,miserúmq.sit eos,qui equestrem splendorem pati non potuerunt,serui nequissimi dominationem ferre posse.Quę quidē dominatio,iudices,in aliis rebus antea versabatur: nūc verò quam [a] viam munitet [b], quò iter affecter,videtis. ad fidem, ad iusiurandum, ad iudicia vestra , ad id , quod solum prope in ciuitate sincerum,sanctúmq.restat. Hícne etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus? hîc etiam potens esse vult? ô rem miseram,atque acerbam! Neque mehercules hoc indignè fero, quòd verear,ne quid possit: verùm quòd autem victoria nobilium ornamento, atque emolumento reipublicæ, populóq.Rom.debet esse:tùm verò optimo,& nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet. Quòd siquis est,qui & se,& causam lædi putet,cùm Chrysogonus vituperetur: is causam ignorat,seipsum propè non nouit.Causa enim splendidior fiet,si nequissimo cuiq.resistetur. Ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cum illo rationem communicatam putat,lædítur,cùm ab hoc splēdore causæ seperatur. ¶ Verùm [f] hæc omnis ratio (vt iam antè dixi)mea est:qua me vti resp.& dolor meus , & istorum iniuria coegit. Sed Roscius horum nil indignum putat: neminem accusat:nihil de suo patrimonio queritur:putat homo imperitus [g] morum,agricola & rusticus , ista omnia , quæ vos per Syllam gesta esse dicitis,more,lege,iure gentium facta:culpa liberatus, & crimine nefario solutus cupit à vobis discedere.Si hac indigna suspicione careat, animo æquo se carere suis omnibus commodis dicit. rogat, orátque te, Chrysogone , si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem conuertit:si nulla in re te fraudauit : si tibi optima fide sua omnia concessit,adnumerauit [h], appendit:si vestitū, quo ipse tectus erat,annulúmque i dedit,osk suum tibi tradidit : si ex omnibus rebus se ipsum nudum,neq.præterea quidquam excepit: vt sibi per te liceat innocenti amicorum opib.vitā in egestate degere. Prædia mea tu possides[l]: ego aliena misericordia viuo:concedo: & quòd animus æquus est, & quia nec esse est. mea domus tibi patet , mihi clausa est:fero.familia mea maxima vteris,ego seruum habeo nullū:parior, & ferendum puto. Quid vis amplius? quid inſequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatē lædi à me putas?vbi tuis cōmodis officio? quid tibi obsto? si spoliorum causa vis hominē occidere, spoliasti. Quid quæris amplius? si inimicitiarū : quæ sunt tibi inimicitiæ cū eo,cuius antea [m] prædia possedisti,quàm ipsum cognosti? Sin metuis : ab eóne aliquid metuis, quē vides ipsum ab sese tam atrocē iniuriam propulsare nō posse? Sin,quòd bona,quæ Roscij fuerunt,tua facta sunt, idcirco hunc illius filium studes perdere : nónne ostendis , id te vereri, quod præter ceteros tu metuere non debeas, nequando liberis proscriptorū bona patria reddantur.Facis [a] iniuriā, Chrysogone, si maiorē spem emtionis tuæ in huius exitio ponis,quàm in his rebus, quas L.Sylla gessit. Quòd si tibi causa nulla est , cur hūc miserū tāta calamitate affici velis:si tibi omnia sua, præter animam [b], tradidit,nec sibi quidquam paternum, ne [c] monumenti quidē causa, reseruauit:per deos immortales [d], quę ista tāta crudelitas est:quæ tam fera,immanisq.natura? quis vnquam prædo fuit tam nefarius: *quis pirata tam barbarus, vt,cum integram prædam sine sanguine habere posset,cruenta spolia detrahere mallet?* Scis hunc nihil habere, nihil posse,nihil vmquā contra rē tuam cogitasse: & tamen oppugnas eum,quem neq.metuere potes , neque odisse debes , nec [e] quidquam habere iam reliqui vides, quod ei detrahere possis:nisi hoc indignū putas, quod vestitum sedere in iudicio vides: quem tu è patrimonio,tamquam è naufragio, nudum expulisti. Quasi verò nescias , hunc & ali , & vestiri à Cecilia,Balearici filia,Nepotis sorore,spectatissima fœmina: quæ cum patrem clarissimū, amplissimos patruos,ornatissimum fratrē haberet:tamen, cùm esset mulier,virtute [f] perfecit,vt,quanto [g] honore ipsa ex illorum dignitate afficeretur , non minora illis ornamenta ex sua lauderedderet. An quod diligēter defenditur , id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede,si pro patris eius hospitiis, & gratia , vellent omnes huius hospites adesse,&auderent liberè defendere:satis copiosè defenderetur. sinautem pro magnitudine iniuriæ,próque eo quod summa [h] reip. in huius periculo tentatur,hęc omnes vindicarent:consistere mehercule vobis isto in loco non liceret.Nunc ita defenditur,non i [i] sanè vt molestè ferre aduersarij debeāt,neque vt se potentia superari putent.Quę domi gerenda sunt,ea per Cæciliam transiguntur.fori , iudiciique tationem Messalla , vt videtis iudices,susceptt.qui si iam satis ætatis, atque roboris haberet,ipse pro Sex.Roscio diceret. quoniam ad dicendum impedimento est ætas,& pudor, qui ornat ætatem,causam mihi tradidit , quem sua causa cupere , ac debere intelligebat,ipse assiduitate,cōsilio, auctoritate,diligētia perfecit,vt Sex.Roscij vita,erepta de manib.sectorū,sententiis iudicū permitteretur.Nimirum,iudices,pro hac nobilitate pars maxima ciuitatis in armis fuit:hæc acta res est,vt nobiles restituerētur in ciuitatem, qui hoc facerent, quod facere Messallam videtis,qui caput innocentis defenderent : qui iniuriæ resisterent : qui , quantum possent, in salute alterius,quam in exitio,mallent ostendere. Quod si omnes , qui eodem loco nati sunt, facerent : & respublica ex illis , & ipsi ex inuidiā minùs laborarent. Verum si à Chrysogono,iudices,non impetramus, vt pecunia nostra contentus sit , vitam ne petat : si ille adduci non potest,vt,cùm ademerit nobis omnia, quæ k nostra erant propria, ne lucem quoque hanc , quæ communis est, eripere cupiat : si non satis habet auaritiam, suam pecunia explere , nisi etiam crudelitate sanguinis peritus l sit : vnum perfugium iudices, vna spes reliqua est Sex.Roscio, eādem, quæ reip.vestra pristina bonitas,& misericordia:quæ si manet,salui etiam nūc esse possumus.siu ea crudelitas , quæ hoc tempore in

a al. quò viam.*
b munitare est munire cupere.*
c v.c. talis viros.
d al.recipe-rauit,
e al. inermus.
f PERORATIO.*
P. B.
g al.imperitus rerum.
h al.annumerant.*
i al. annumq. de digito suum tibi tradidit: al.annulúm quę de digito suo tibi tradidit. *Annulum autem ferrewm hic interpretantur*, hoc est equestrem non aureum seu senatorium.*
k Os suum alteri præbere,quibusdā videtur esse idem quod alteri præsto esse: aliis,patienter ferre aliis annulum, in quo imago oris & vultus expressa,tradere. Mihi secunda opinio verior videtur: quod & sequentia satis declarant.*
l Prosopopeia.*
m al.ante.

a L.Fac's iniuriam L.Sylæ, Chrysogone,
b id est vitam.*
c superius dixit ne iter quidē ad sepulchrum.*
d v. c. immortalis,
e al. neque quicquam
f quasi diceret , tametsi sexu mulier sit, vir tamē virtute ac animo.*
g L.quanto-cumq.hon.
h L.summa resp.
i L. sanè vt non molestè ferre.
P. F.
k L. quæ nostra erant propriè
l al. prædi-tus sit?

a al. gratissima.*

re in rep. versata[a] est, vestros quoque animos (id quod fieri profecto non potest) duriores, acerbioresque reddidit: actum est, iudices: inter feras satius est ætatē degere, quàm in hac tāta immanitate versari. Ad eámne rem vos reseruati estis? ad eámne rem delecti, vt eos condemnaretis, quos sectores, ac sicarij iugulare nō potuissent? Solent hoc boni imperatores facere, cùm prælium committunt, vt in eo loco, quò [c] fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent: in quos, si qui ex acie fugerint, de improuiso incidant. Nimirum similiter arbitrantur isti bonorum emtores, vos hic, taleis viros, sedere, qui excipiatis eos qui de suis manibus effugerint. Dij prohibeāt, iudices, vt hoc quod maiores [d] consilium publicum vocari voluerunt, præsidiū sectorum existimetur. An verò, iudices, vos nō intelligitis, nihil aliud agi, nisi vt proscriptorū liberi quauis ratione tollantur & eius rei initiū in vestro iure iurādo, atque in Sex. Roscij periculo quæri? Dubiū est, ad quem male ficium pertineat, cùm videatis in altera parte sectorem, inimicū, sicarium, eundémque a ecusatorem hoc tempore: ex [e] altera parte egentem, probatum suis filium, in quo non modò culpa nulla, sed nè suspitio quidem potuit cōsistere? Num quid hīc aliud videtis obstare Roscio, nisi quòd patris bona venierunt? Quòd si id vos suscipitis, & eádem in re operam vestram profitemini: idcircò sedetis, vt ad vos adducantur eorum liberi, quorum bona venierūt: cauete, per deos immortaleis, iudices, ne noua, & multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Illam priorem, quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, nequid acriùs, quàm more maiorum comparatū est, publico consilio factum videretur. Hanc verò, quæ ad eorum liberos, atque infantium puerorum incunabula pertinet, nisi hoc iudicio à vobis reiicitis, & aspernamini, videte, per deos immortaleis, quem in locum remp. perueniturā putetis. Homines sapientes, & ista auctoritate, & potestate præditos, qua vos estis, ex quibus rebus maximè resp. laborat, iis maximè mederi conuenit. Vestrūm nemo est, quin intelligat, populū Ro. qui quondā in hostes leniſſimus existimabatur, hoc tēpore domestica crudelitate laborare. Hanc tollite ex ciuitate, iudices, hāc pati nolite diutius in hac rep. versari: quæ non modò id habet in se mali, quòd tot ciueis atrocissimè sustulit, verūm etiam hominibus leniſſimis ademit misericordiam consuetudine incōmodorum. Nam *cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus: etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate maleſtiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.*

Nihil videtur deesse.

b L. dilecti.

P. XLIII.

c *fort.* quà fug.

d *fort.* maiores nostri c.

e L. ex altera egen. em.

f *fort.* deuenturam

P. E.

g v. c. in hostis


h v. c. iuris.

PRO Q. ROSCIO COMOEDO, ORATIO TERTIA.

SYNOPSIS.

Quæstio. *An Roscio, Fānius aliquid debeat ex societate vestipulatione Roscij: repromissione Fānij?* Actor *Fānius:* Patronus Fānij: *P. Saturius:* Reus *Sext. Roscius Comœdus* Patronus Roscij *Cicero* Iudex *C. Calpurnius Piso Adsessor M. Perpenna vir cōsularis.* Acta *in Comitio anno Ciceronis 31. vrbis 677.*

Multa quæ desunt quærenda.



MALITIAM naturę[a], crederetur. Is b scilicet vir [c] optimus, & singulari fide præditus, qui suo iudicio, tabulis suis, testibus vti conatur. Solēt ferè dicere qui per tabulas [d] hominis honesti [e] pecuniam expectam tulerunt: Egóne talem virum corrumpere potui, vt mea causa falsum in codicē referret? Exspecto, quàm mox Chærea hac oratione vtatur: Egóne hanc manum, plenā perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, [f] vt falsum perscriberent [g] nomen? Quòd si ille suas proferet tabulas: proferet suas quoq. Roscius, erit in illius tabulis hoc nomē: at in huius nō erit. Cur potius illius, quàm [h] huius, credetur? Scripsisset ille, si nō iussu huius expensum tulisset? non scripsisset hic quod sibi expensum ferri iussisset? Nam, *quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur: sic improbum est, non referre, quod debeas.* æquè enim tabulæ condemnātur eius, qui verum non retulit: & eius, qui falsum perscripsit. Sed ego copia, & facultate causæ confisus [h], vide quò progrediar. Si tabulas C. Fannius accepti, & expensi profert [i] suas, in suam rem, suo arbitratu scriptas: quo minùs secundum illum iudicetis, non recuso. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, vt, quodcumque retulisset, id ratum haberet? ratum habebit Roscius, profer. quod tibi fuerit persuasum, huic erit persuasum: quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. Paullo [k] ante à M. Perpenna [l], P. Saturi [m] tabulas poscebamus [n]: nunc tuas, C. Fanni Chęrea, solius flagitamus, &, quo minùs secundum eas lis detur [o], non recusamus. Quid ita non profers? non confecit tabulas? Immò diligentissimè non refert parua nomina in P codices? Immò omneis summas. Leue, & tenue hoc [q] nomen LLS. CCCIↃↃↃ. sunt. quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria [r] iacet? quomodo LLS. CCCIↃↃↃ. in codice accepti & expensi non sunt? Prò dij immortales! esſiēne quemquam tanta audacia præditum, qui, quod nomen re ferre in tabulas timeat, id petere audeat? q. in codicem iniuratus referre noluit [s], id iurare [t] in litem non dubitet? quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conetur? Nimiùm citò ait me indignari [u] de tabulis: nō habere se hoc nomen in [x] codice accepti, & expensi relatū confitetur: sed in aduersariis patére cōtēdit. Vsq. eóne te diligis, & magni-

a *Cur. August.* naturæ. Credetur is scilicet, &c.

b *al.* hic.*

c Ironia *

d *al.* in *

e *al.* tabulas hominis scisti *al.* tabulas hominis ascisti*

f Victor & *Manut. citt. Aut. Augustin. scisti. Vrsin. acciti Pāgius* hæc alieni.*

g *al.* nomen perscriberet.

h L. quām huius tabulis credetur?

i προφερει;

k L. prosgeret suas, l L. C. Paullò antè, C. Pisone M. Perpenna P. Satirijū argentarij tabulas poscebamus:

m *al.* Perpenna *

n dicebat hic pro Fannio.*

o *al.* Poscebamus tuas nunc C. Fannio *

p *al.* decidatur. *al.* iudicetur *

q L. in codicem.

r *al.* hoc nomen LLSeccↃↃↃ. sunt. *al.* hoc nomen*

s Extraordinaria pecunia est non relata ordine in tabula, vti mos fuit. Aliis extraordinaria, ex fordido lucro *& mali* *

t *fort.* nolit.

u vide titulū de in litem iurando*

x *al.* indagare*

y L. in codicem accepti &c.

a *al.* non modo ex tuis tabulis.*

b *al.* sed aduersariis p.

c Aduersaria quid, mox dicetur.*

d arrogantia est:

e Aduersarium & tabularum differentiæ. Sunt autē Aduersaria, chartæ libelli, commentarioli quos qui scribebant, aduertebant. ὑπομνήματα, Demosth. hen Aphobū & vt paulo ante dixithic author, aduersaria perscriptionum liturarum, quæ negligēter scribuntur, quæ delentur statim. quæ pari temporis memoriam complectuntur: quæ dissecta; quæ in iudicium nemo profert: quibus opponuntur codices & tabulæ diligenter cōfectæ.*

f L. codicem instituere, cū scribere?

P. XLVI. g *al.* seruantur sanctæ h L. dissecta illæ in ordinem coniectæ. *al.* coniecta.*

i L. in codicem accepti & expēsi ref k L. conficiunt.

l *al.* in codicem accept. *mox*, habes n id est tertiæ litis seu eius rei de qua litigabatur *vt infrà.** o vide tit. C. de *subst. pupillis.**

p hoc est vno nummo, re minima. Hinc nummo sestertio mancipio dare. Vlpianus *l. cap.* 4. nummo vel vno nummo condicere l. 46. *ff. locati. l.* 10. *ff. de acquirend. possess.* vendere *l.* 65. *ff. de iure dotium.* & hic amplius sestertio. nummo petere: Plura de sestertio nummo dixi *ad l. vlt. C. de donationibus.** q Iudicij & arbitrij differentiæ.* r L. vt aut totam litem obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur. Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sūt. Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. SI PARET, s LLS. IOOO. DARI OP. Hic, nisi planum facit, petere: Plura de sestertio nummo dixi *ad l. vlt. C. de donationibus.** q Iudicij & arbitrij differentiæ.* r L. vt aut totam litem obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur. Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sūt. Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. SI PARET, s LLS. IOOO. DARI OP. Hic, nisi planum facit, petere: Plura de sestertio nummo dixi *ad l. vlt. C. de donationibus.** q Iudicij & arbitrij differentiæ.* r L. vt aut totam litem obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur. Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sūt. Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. SI PARET, s LLS. IOOO. DARI OP. Hic, nisi planum facit,

ficè circumspicis, vt pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersariis c petas? suum codicem testis loco recitare, arrogantiæ d est, suarum perscriptionum, & liturarum aduersaria proferre non amentia est? Quòd si eandem e vim, diligentiā, auctoritatémque habent aduersaria, quam tabulæ: quid attinet codicem f instituere? conscribere? ordinem conseruare? memoriæ tradere litterarum vetustatem? Sed fi, quòd aduersariis nihil credimus, idcirco codicē scribere instituimus: quod etiā apud omneis leue, & infirmum est, id apud iudicem graue, & sanctum esse ducetur? Quid est quòd negligēter scribamus aduersaria? quid est, quòd diligenter conficiamus tabulas? quæ de causa? Quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur g sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionē amplectuntur: hæc sunt deiectaⁱ, illæ in ordinem confectæ. Itaque aduersaria in iudicium protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitauit. Tu, C. Piso, tali fide, virtute, grauitate, auctoritate ornatus, ex aduersariis pecuniam petere non audetes. Ego, quæ clara sunt consuetudine, diutius dicere nō debeo: illud verò, quod ad rem vehementer pertinet, quæro: quām pridem hoc nomen, Fanni, in aduersaria retulisti? Erubescit: quid respōdeat, nescit: quid fingat extemplò, nō habet. Sunt duo menses iam, dices. Tamen in h codicem acceptum & expensum referri debuit. Amplius sunt sex menses. Cur tamdiu iacet hoc nomen in aduersariis? Quid si tandem ampliùs triennium est? quomodo, cùm omnes, qui tabulas conficiant k, menstruas pænè rationes in tabulas transferant, tu hoc nomē triennium ampliùs in aduersariis iacēre pateris? Vtrùm cetera nomina in l codicem accepti & expensi digesta habes, an non? Si nō: quomodo tabulas conficis? si etiam: quamobrem, cùm cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio ampliùs, quod erat in primis magnum, in aduersariis relinquebas? Nolebas sciri, debere Roscium. Cur scribebas? Rogatus eras, ne referres. Cur in aduersariis scriptum habebas m? Sed hæc quamquā firma esse video, tamen ipse mihi satisfacere non possum, nisi à C. Fannio ipso testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. Magnum est, quod conor: difficile est, quod polliceor, nisi eundem & aduersarium, & testem habuerit Roscius, nolo vincat. Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per iudicem: in qua legitimæ n partis sponsio facta est. Hic tu si o amplius LLS. P nummo petisti, quàm tibi debitum est, causam perdidisti: propterea quòd aliud p est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium est pecuniæ certæ: arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt r totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur. Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sūt. Quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. SI PARET, s LLS. IOOO. DARI OP. Hic, nisi planum facit,

LLS. IOOO. ad a libellam sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? mite, moderatū, QVANTVM b AEQVVS, ET MELIVS, ID c DARI. Ille tamen confitetur plus se petere, quàm debeatur: sed satis, supérque habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur. Itaq. alter causę confidit: alter diffidit. Quę cùm ita sint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis LLS. IOOO. de tuarum tabularum fide compromissum d feceris arbitrum sumseris, *quantum æquius & melius sit dari, repromittive, si* e *pareret*, Quis in hanc rem fuit arbiter? vtinā is quidem Romæ esset. Romæ est. Iam vtinam adesset in iudicio. Adest. Vtinam sederet in consilio C. Pisonis. Ipse C. Piso est. Fundémne tu arbitrum, & iudicem sumebas? eidem & infinitam f largitionem g remittebas, & eundem in angustissimam formulam sponsionis concludebas? Quis vnquā ad h arbitrum, quantum petiit, tantùm abstulit? Nemo. Quantum enim æquius esset sibi dari, petiit. De quo nomine ad arbitrū adisti, de eo ad iudicem venisti. Ceteri cùm ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt: hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus. qui cū de hac pecunia, de i tabularum fide arbitrum sumsit: iudicauit k, sibi pecuniā non deberi. Iam duæ partes causæ sunt cōfectæ: adnumerasse l sese negat: expensum m tulisse non dicit, cum tabulas non recitat. Reliquum est, vt stipulatum se esse dicat. præterea enim, quemadmodum certam pecuniam petere possit non reperio. Stipulatus es? vbi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo. Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei & diligentiæ meę, satis cautę & controuersię, satis formulis n, & spōsioni, satis etiam iudici feciſſe videar, cur secundum Roscium iudicari debeat. Pecunia petita est certa: cū tertia o parte sponsio facta est. Hæc pecunia necesse est, aut P data, aut expēsa q lata, aut stipulata sit. Datam non esse Fannius cōfitetur. expensam latam non esse codices Fannij confirmāt. stipulatā non esse taciturnitas testiū concedit. Quid ergo est? quod & res eius est. cui & pecunia leuissima, & existimatio sanctissima fuit semper: & iudex est is, quem nos non minus bene de nobis existimare, quàm secundum nos iudicare velimus: aduocatio ea est, quam propter eximium splēdorem, vt iudicem vnum vereri debeamus: perinde r ac si in hāc formulam omnia iudicia legitima s, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica concluſa & t comprehensa sint, perinde u di cem o. Illa superior fuit oratio necessaria, hęc erit voluntaria: illa ad iudicem, hęc ad C. Pisonem: illa pro reo, hæc pro Roscio: illa victoriæ, hæc bonæ existimationis causa, comparata. Pecuniam petis, Fanni, à Roscio: quam? dic audacter, & aperte. Vtrum quæ tibi ex societate debeatur? an, quæ ex liberalitate huius promissa sit, & ostentata? quorum alterum est grauius, & odiosius: alterum, leuius & facilius. Quæ ex societate debeatur? Quid ais? Hoc iam neque x leuiter ferendum est, neque negligenter defendendum. Si qua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis, & pēnè y dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ

a id est ad assem neque plus neque minus*

b Formulā hāc dat Prætor arbitrio, similis fuit in arbitrio rei vxoriæ *Cicer.* 3. offic. & in Topicis: *l. pen. in fi. ff. soluto matr. l. si Cornelius ff. de solutionib.** c *al.* fit*

d Compromissum pecunia in arbitriis, depositata vt in iudicijs sponsio* e *al.* si pateret. *al.* si peteres. Patere autem ad tabulas refertur *Pantagathus legis* si peteris*

f Infinitum hic pro incerto sumit* g id est adiudicationem* h *fortè* ab arbitro*

P. XLVII. i L. de suarū tabularum. k L. indicauit,

l *vel.* adulterasse *Ant. August.* adnotauit *Pantagathus* aduersaria scripsisse *al.* dedisse Hic verò ad numerasse est mutuum dedisse.*

m *fort.* expēsum non tulisse dicit,

n L. formulæ o sponsiones tertiæ partis litis fieri solitas hic locus nobis argumento esse potest.*

p Pecuniacerta petebatur quia vel adnumerata, vel expensa lata, vel stipulata. modos alios vide apud Gellium 14. c. 2.*

q *al.* expense*

r L. proinde s Iudicia, legitima arbitria, honoraria. Honoraria inquā vel quo ad arbitrū decurritur quasi ad virum bonū P. B. nūquod honoris est) vel quod arbitria ab his homines gerunt: Iudicia à lege* t *v. c.* & comprensa u L. proinde ¶ *quibus fit an desit hoc* perinde.* x *al.* non leuiter. y Iudicia fiduciæ, tutelæ societatis pœnæ capitalia*

a Fiduciam quidam hic inte pretantur cõtractũ quo fidem alterius ſequuti rem ei alii quã ſimulãdi tãtũ cauſſa mancipamus hoc eſt eã cõdirione, vtvciſſim atque in cõtinenti vel poſt tempus nobis eã rem mancipet. *Bortius. Topicis Cicer.* vnde fiduciarius pater, fiduciaria tutela. *Gaius 6. 5. Inſt. de fiduciaria tutela.* Eſt & fiducia, pignus lege commiſſoria datum apud Paul. 2. *ſent.* 13.

b *al.* perfidioſum *

c L. ſic falſũ crimen in puriſſi.

d *v.c.* ſcæna

e L. liberalior videatur.

f Patronus Fanni*

g L. eundem & virum op.

P. XLVIII.

h *al.* clemẽtem*

i *al.* quiſ vtrũ quæ noſtris. ſed non neceſſario*

k Imago Malitioſi & calidi hominis *

l *Cæſar*

m *v.c.* in ſcæna

n Lenonem apud Plautũ in Pſeudolo* o Id eſt Chereæ perſonã & mores imitatur*

p *al.* Roſcius Fannius

fiduciæ a, tutelæ, ſocietatis. æquè enim perfidioſum b & nefarium eſt, fidem frãgere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruẽnit: & ſocium fallere, qui ſe in negotio coniunxit. Quæ cùm ita ſint, qui ſit, qui ſocium fraudarit, & fefellerit, conſideremus. dabit enim nobis iam tacitè vita acta in alterutram partem firmum & graue teſtimonium Q. Roſcius? Quid ais? nónne, VT ignis in aquam coniectus, continuò reſtingui tur, & refrigeratur: ſic c referuens falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit, & extinguitur? Roſcius ſocium fraudauit? Poteſt hoc homini huic hærere peccatum? qui medius fidius (audacter dico) plus fidei, quàm artis: plus veritatis, quàm diſciplinæ poſſidet in ſe: quem populus Romanus meliorẽ virum, quàm hiſtrionem eſſe arbitratur: qui ita digniſſimus eſt ſcæna d propter artificium, vt digniſſimus ſit curia propter abſtinentiam. Sed quid ego ineptus de Roſcio apud Piſonem dico? ignotum hominem ſcilicet pluribus verbis commẽdo. éſtne quiſquam omnium mortalium, de quo meliùs exiſtimes tu? éſtne quiſquam, qui tibi purior, prudentior, humanior, officioſior, liberaliórque e videatur? Quid tu, Saturi f, qui cõtra hunc venis, exiſtimas aliter? nónne, quotieſcumque in cauſa in nomen huius incidiſti toties hunc & virum bonum eſſe dixiſti, & honoris cauſa appellaſti quod nemo niſi aut honeſtiſſimo, aut amiciſſimo facere conſueuit. Qua in re mihi ridiculè es viſus eſſe inconſtans, qui eundem & lęderes, & laudares: & g virum optimum, & hominẽ improbiſſimum eſſe diceres. eundẽ tu & honoris cauſa appellabas, & virum primarium eſſe dicebas, & ſocii fraudaſſe arguebas. Sed, vt opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiæ concedebas: de hoc, vt exiſtimabas, prædicabas: Chęreę arbitratu cauſam agebas. Fraudauit Roſcius. Eſt hoc quidem auribus, animiſque hominum abſurdum. Quid ſi tandem aliquem timidum, dementem h, diuitem, inertem nactus eſſet, qui experiri non poſſet? tamẽ incredibile eſſet. Verumtamen, quem fraudarit, videamus. C. Fannium Chæream Roſcius fraudauit. Oro, atque obſecro vos qui i noſtis, vitã inter ſe vtriuſque cõferte: qui non noſtis, faciem vtriuſque conſiderate, nõne ipſum caput k, & ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam, & clamitare l caliditatem videntur? nónne ab imis vnguibus vſque ad verticẽ ſummum (ſiquam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? qui idcirco capite, & ſupercilijs ſemper eſt raſis, *ne vllũ pilum viri boni habere dicatur.* cuius perſonam prędarè Roſcius in m ſęcna tractare conſueuit: neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. Nam Balionem n illum, improbiſſimum & periuriſſimum lenonem imitatur, agit, agit o Chęream, perſona illa lutulenta, impura, inuiſa, in huius moribus, natura, vitáque eſt expreſſa. Qui quamobrem Roſcium ſimilem ſui in fraude & malitia exiſtimarit, nihil videtur: niſi fortẽ, quòd præclarè hunc imitari ſe in perſona lenonis animaduerit. Quamobrem etiam, atque etiam conſidero, C. Piſo, quis quem fraudaſſe dicatur. Roſcius P Fannium. Quid eſt hoc probus improbum, pudẽs impudentem,

A periurum, caſtus, callidũ imperitus, liberalis auidum incredibile eſt. quemadmodum ſi Fannius Roſciũ fraudaſſe diceretur, vtrumq. ex vtriuſq. perſona veriſimile videretur, & Fannium per malitiam feciſſe, & Roſciũ per imprudentiã deceptum eſſe: ſic cùm Roſcius Fanniũ fraudaſſe a arguatur, vtrumq. incredibile eſt, & Roſcium quidquam per auaritiam appetiſſe, & Fannium quidquã per b ſe bonitate amiſiſſe. Principia ſũt huiuſmodi. ſpectemus reliqua. LLS. IↃↃↃ. Qu. Roſcius fraudauit Fãniũ. Quæ de cauſa? Subtridet Saturius, ve

B terator, vt ſibi videtur. Ait propter ipſa LLS. IↃↃↃ. Video: ſed tamen cur ipſa LLS. IↃↃↃ. tam vehementer cõcupierit, quæro. Nã c tibi M. Perpenna, C. Piſo, certè tãti non fuiſſet, vt ſocium fraudaret is. Roſcio cur tanti fuerit, cauſſam requiro. Egebat? Immò locuples erat. Debebat? Immò in ſuis nummis verſabatur. Auarus erat? Immò etiã, ante quàm locuples,

C ſemper liberaliſſimus, munificentiſſimúſque fuit. Prò deũm, hominúmq. fidem, qui LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. quæſtus facere noluit (nam certè LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. merere d & potuit, & debuit, ſi poteſt Dionyſia LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. merere) is per ſummã fraudẽ, & malitiã & perfidiam, LLS. IↃↃↃ. appetiit? Et illa fuit pecunia immanis, hæc paruula: illa

D honeſta, hæc ſordida: illa iucunda, hæc acerba: illa ꝓpria, hæc in cauſa, & in iudicio collocata. Decẽ his annis ꝓximis LLS. ſexagies honeſtiſſimè cõſeq potuit: noluit. laborẽ quęſtus recepit: quęſtũ laboris reiecit. populo R. adhuc ſeruire non deſtitit: ſibi ſeruire iampridã deſtitit. Hoc tu vnquã, Fanni, faceres? ſed e ſi hos quęſtus recipere f poſſes, nõ eodẽ tempore & geſtum, & animã ageres? Dic nũc

E te ab Roſcio LLS. IↃↃↃ. circumſcriptum eſſe, qui tantas, & tam infinitas pecunias non propter inertiã laboris, ſed propter magnificentiã liberalitatis repudiarit. Quid ego nũc illa dicã, quæ vobis in mentem venire certò ſcio? Fraudabat te in ſocietate Roſcius. Sunt ſura, ſunt formulæ g de omnibus rebus cõſtitutę, nequis aut in genere iniurię, aut h ratione actionis errare poſſit. expreſſę ſunt enim ex vniuſcuiuſq. dãno, dolore, incõmodo, calamitate, iniuria, publicæ à prętore formulę, ad quas priuata lis accõmodatur. Quæ cùm ita

F ſint, cur nõ i arbitriũ ꝑ ſocio adegeris Qu. Roſciũ, quæro. Formulã non norat? Notiſſima erat. Iudicio graui experiri nolebas? Quid ita? propter familiaritatem veterem? cur ergo ledis? Propter integritatem hominis? cur igitur inſimulas? Propter magnitudinem criminis? Itáne verò? quem per arbitrũ circumuenire non poſſes, cuius k de ea re proprium non erat iudiciũ, nunc per iudicem cõdemnabis, cuius de ea re nullum eſt arbitrium? Quin tu

G hoc crimẽ aut obiice l, vbi licet agere: aut iãcere noli, vbi nõ oportet. Tametſi iã hoc tuo teſtimonio crimen ſublatum eſt. Nam, quo tu tẽpore illa formula vti noluiſti, nihil hũc in ſocietatem fraudis feciſſe oſtendiſti. Fecit pactionem. Num m tabulas habet, an non? Si non habet, quemadmodum pactio eſt? ſi habet, cur non nominas? Dic nunc Roſcium abs te petiſſe, vt familiarem ſuum ſumeres

H arbitrum. non petiit. Dic pactionem feciſſe, vt abſolueretur. non pepigit. Quære, quare ſit abſolutus. quòd erat ſumma innocentia

P. E.

a *al.* aguitur.

b L. per ſuã bonitatẽ amiſiſſe. ‖ ſed plane nihil mutari neceſſe eſt.*

c L. Nã tibi C. Piſo, M. Perpe. certè tanti nõ fuiſſent, vt ſoc. fr. Roſc cur. t. fuerint, cauſam req.

d de quæſtu diurno & annuo Roſcij. vide Plinium 7. Macrob. 3. *Saturnal.* Budeũ *de aſſe**

e L. &, ſi hos quæſtus deſiſſere p. *al.* &, ſi hos quæſtus facere p. f *al.* reficere*

P. XLIX.

g formulæ vſitatæ apud veteres, poſtea ſublatæ C. de formulis & imperationib. actionum ſublatis*

h *al.* aut in ratione

i *al.* non ad arbitrum*

k L. cuius de ea re proprium erat iudiciũ hũc per iud. l v.i. obiice.

m L. In tabulis habet, an non.

& integritate. Quid enim factum est? venisti domum vltrò Roscij: satisfeciſti: quod temerè commisisses [a], in iudicium vt denuntiaret, rogasti, vt ignosceret: te assiduum negasti: debere [b] tibi ex societate nihil clamitasti. iudici hic denuntiauit: absolutus est. Tamen fraudis, ac furti mentionem facere audes? Perstat in impudentia. pactionem enim, inquit, mecum fecerat. Idcirco videlicet ne [c] condemnaretur. Quid erat causæ, cur metueret, ne condemnaretur? Res erat manifesta? furtum erat apertum. Cuius rei furtum factum erat? ¶ Exorditur magna cum expectatione veteris histrionis exponere societatem d. Panurgus, inquit, fuit Fannij. is fuit ei cum Roscio communis. Hic primùm quæstus est non leuiter Saturnius, communem factum esse gratis [e] cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannij. Largitus est scilicet homo liberalis, & dissolutus, & bonitate affluens Fannius Roscio f? Sic puto. Quoniam ille hîc constitit paulisper, mihi quoque necesse est paullum commorari. Panurgum tu, Saturi, proprium Fannij dicis fuisse. At ego totum Roscij fuisse contendo. Quid erat enim Fannij? corpus. Quid Roscij? disciplina. Facies non erat: ars erat pretiosa. Ex qua parte erat Fannij, nõ erat LLS.IↃↃↃ ex qua parte erat Roscij, amplius erat LLS.CCCIↃↃↃ. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabit, sed ex artificio comico æstimabat. Nã illa membra merere per se non ampliùs potérãt duodecim æris [g]: disciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat [h] se non minus LLS.CCCIↃↃↃ. O societatem captiosam [i], & indignam! vbi alter, LLS.IↃↃ, alter CCCIↃↃↃ. quod sit, in societatem affert: nisi idcirco molestè pateris, quòd LLS.IↃↃↃ. tu ex arca proferebas, LLS.CCCIↃↃↃ ex disciplina, & artificio Roscius promebat. Quam enim rem, [k] & exspectationem, quod studium, & quem fauorem secũ in scenam attulit Panurgus? Quòd Roscij fuit discipulus. qui diligebant hunc, hi fauebant: qui admirabantur hunc illum probabant: qui denique huius nomen audierant, illum eruditum, & perfectũ existimabant. *Sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.* Quid sciret ille, perpauci animaduertebant vbi didicisset, omnes quærebant, nihil ab hoc prauum, & peruersum produci posse arbitrabantur. Si veniret ab Statilio: tametsi artificio Roscium superaret, adspicere nemo posset. *nemo enim, sicut ex improbo patre probum filium nasci. sic* [m] *ex pessimo histrione bonum comœdum fieri posse existimaret.* Quia veniebat à Roscio, plus etiam scire, quàm sciebat, videbatur. Quod item nuper in Erote comœdo vsu vênit: qui posteaquàm è [n] scena non modò sibilis, sed etiam conuicio explodebatur: [o] sicut in aram, confũgit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Itaq. perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos. Quæ res extulit eum? Vna commendatio huius: qui tamen Panurgum illum, non solùm vt Roscij discipulus fuisse diceretur, dominum recepit: sed etiam summo cum [p] labore, stomacho, miseriáque erudiit. Iam [q], *quo quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet iracundius, & laboriosius.* Quod enim ipse celeriter arripuit, id cùm tardè percipit videt, diseruciatur. Paullo lõgiùs oratio mea prouecta est hac de causa, vt conditionem societatis diligenter cognoscereris. ¶ Quæ deinde consecuta? Panurgum, inquit, hunc, seruum communem Qu. Flauius Tarquinienſis quidam interfecit in hanc rem, inquit, me cognitorem dedisti. lite contestata, iudicio [b] damni iniuria cõstituto, tu sine me cum Flauio decidisti. Vtrum pro dimidia parte: an pro tota societate? planiùs dicam, vtrùm promeam, an pro me, & pro te? Pro me? potui [c] exemplo multorum licitum [d] est iure fecerunt multi: nihil in ea re tibi iniuriæ feci. pete tuum, exige, & aufer quod debetur. suã quisque partem iuris possideat, & persequatur. At [e] enim tuum negotium gessisti bene. Gere & tu tuum bene. Magno tuam dimidiam partem decidisti. Magno & tu tuam partem decide. LLS.CCCIↃↃↃ. tu abstulisti. Si sit [f] hoc verò: LLS.CCCIↃↃↃ. tu quoque aufer. Sed hanc decisionem Roscij, oratione, & opinione augere licet: re, & veritate mediocrem, & tenuem esse inuenietis. Accepit enim agrum temporibus iis, cùm iacerent [g] pretia prædiorum: qui ager neque villã habuit: neque ex vlla parte fuit cultus: qui nunc multo pluris est, quàm tunc fuit. neque id est mirum. tum enim propter reip. calamitates, omnium possessiones erant incertæ: nunc, deûm immortalium benignitate, omniũ fortunæ sunt certę. tum erat ager incultus sine tecto: nunc est cultissimus cum optima villa. Verumtamen, quoniã natura tam maleuolens est, nunquam ista te molestia, & cura liberabo. Præclarè suum negotium gessit Roscius: fundum fructuosissimum abstulit: quid ad te? tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide. Vertit [h] hic rationem: & id quod probare nõ potest, fingere conatur. De tota re, inquit, decidisti. Ergo huc vniuersa causa deducitur, vtrùm Roscius cum Flauio de sua parte, an de tota societate fecerit pactionem. Nam ego Roscium, si quid communi nomine tetigit [i], confiteor præstare debere societati. Societatis non suas litis redemit, cùm fundum à Flauio accepi. Quid ita? Satis non dedit [k], *amplius* [l] *à se neminem peritu-rum.* Qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem. qui pro sociis transigit: satisfdat, neminem eorum postea petiturum. Quid [m] ita? Flauio sibi cauere non venit in mentem? nesciebat videlicet Panurgum fuisse in societate? Sciebat. Nesciebat, Fannium Roscio esse socium? Præclarè. nam iste cum eo litem contestatam habebat. Cur igitur decidit, & nõ restipulatur [n], *neminem amplius peritu-rum?* cur de fundo decidit? & iudicio non absolui tur? cur tam imperitè facit, vt nec Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat? Est hoc primum & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis, grauissimum, & firmissimum argumentum: quod ego pluribus verbis amplecterer, si non alia ceterà, & clariora testimonia in causa haberem. Et, ne fortè me hoc frustrà pollicitum esse prædices: te, te, inquam, Fanni, ab tuis [o] subselliis contra te testem fuscitabo P. Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flauio pro societate decidisse. Quo tempore? Abhinc [q] annis XV. Defensio mea quæ est? Roscium pro sua

a L. commisisses, iudicio vt denuntiares, *al.* cõmisisti.*
b L. deberi
c L. ne condemnaretur?
d Societas inter Fannium & Roscium, vt Panurgi seruum Fannei arte histrionica erudiret vtque quæst? ex eo cõmunis esset. Panurges à Flauio quo dã interfect?
e Roscius cum eo iudicio damni cõstituto decidit. Quæritur an p sua tãtum parte decidisse videatur, vt hoc casu Socio id est Fannio nihil cõferat, an vero pro tota societate vt conferat? Roscius pro sua tantum parte decidisse sibi iure permissũ ait, & se communicare cogi negat. Quæstio, est an cogi debeat?
e Imo non gratis. Constare enim potest societas vno pecuniam, altero operas conferente. *l. 1. C. pro socio. l. 29. §. 1. D. pro socio. §. 2. Inst. de societ.* *
f L. Roscio.
g *id est* ἀσσαρίοις *
h L. locabat se non minoris
i L. captiosam: & iniquam. *id est inæqualem.** k *al.* tem* l *al.* in scenam
p L. m *al.* sic à pessimo histr. u. e scena o *al.* explaudebatur?
p Idem mos ille Roscio familiaris fuit. *Cicero 1. de Orat.** *al.* L. Nã quo

annos LV, *al.* ab hinc ann. IV.

a L. Quæ deinde sunt cõsecuta?
b Iudicium damni iniuria vt hic, & Flacco sic lis damni iniuriæ vel ij. agi dãi iniuria *l. 29. §. 13. ff. ad leg. Aquil. l. 27. D. de furtis* damni iniuria tenetur *l. 27. 10. §. 11. §. 29 ff. ad L. Aquil.*
c *al.* potui exẽplo multorum licitũ est: iure fecerunt multi.*
d P. B. Socius suã partem non maiorẽ alienare põt, suã tamẽ põt, vt & de ea trãsigere *al.* decidere *vt hic & l. 16. ff. de reb. cred. l. 68. ff. pro socio.* *
e L. At enim te tuum negotium. *al.* si fit hoc vero *al.* si fit hoc verum.*
g Iacere pretia prædiorũ dicuntur cũ emptorẽ nõ reperiũt prædia vel quod inculta, vel quod bellitę pore venalia sunt.*
h id est aliã viã defensionis inuit.*
i *al.* pepigit
k L. amplius ab eo cum. ¶ *al.* amplius
l Hæc formula repetitur in Bruto & 13. *Famil. 28. l. 27 §. 14. ff. ad l. Aquil. l. 2. D. ex legatorum. ll. 14. l. 15. l. 13. ff Vaiterem.** *
m *al.* Quid ita Flauio si ibi cauere nõ venit in mẽtem?
n Restipulari hîc non est contra stipulari, sed stipulari simpliciter cum ipse desaduersario fundum stipulari, inquam nemĩ amplius à te petiturũ *
o Erant enim subsellia iudicibus, aduocatis & reis *
p *al.* excitabo.
q L. ab hinc

[a] Tu Fanni?

sua parte cum Flauio trã egisse. Repromittis[a] tu abhinc triennium Roscio, Quid? recita istã restipulationem clariùs. Attẽde, quæso, Piso, Fannium inuitũ, & huc atque illuc tergiuersantem, testimonium contra se dicere [b] cogo. Quid enim restipulatio clamat? *Quod à Flauio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo.* Tua vox est, Fanni. Quid tu auferre potes à Flauio, si Flauius nihil debet? Quid hic porrò nunc restipulatur, quod iampridẽ ipse exegit? quid verò Flauius tibi daturus est, qui Roscio omne, quod debuit, dissoluit? cur in re tam veteri, in negotio tã confecto, in societate dissoluta, noua hæc restipulatio interponitur? Quis est huius restipulationis scriptor? testis? arbiter? quis? tu Piso. *Tu enim Q. Roscium pro opera, pro labore, quod cognitor fuisset, quod vadimonia obisset, rogasti, vt Fannio daret* LLS[c]. CCCIↃↃↃ, *hac conditione, vt, si quid ille exegisset à Flauio, partem eius dimidiam Roscio dissolueret.* Satisne ista restipulatio dicere tibi videtur apertè, Roscium pro se decidisse? At enim forsitan hoc tibi ve niat in mentẽ, repromisisse Fanniũ Roscio, liquid à Flauio exegisset, eius partem dimidiam: sed omnino exegisse nihil. Quid? tu non exitum exactionis, sed initium repromissionis spectare debes? neque, si ille perfecit noluit, non, quod in se fuit, iudicauit, Roscium suas, nõ societatis liteis redemisse[e]? Quid si tandem plane facio, post decisionem veterem Roscij, post repromissionẽ recentẽ hanc Fannij, LLS. CCCIↃↃↃ. Fannium à Q. Flauio, Panurgi nomine, abstulisse? tamẽ[f] diutius illudere viri optimi existimationi, Q. Roscij, audeat? Paullò antè quærebam, id quod vehemẽter ad rẽpertinet at, qua de causa Flanius, cùm de tota lit- faceret pactionẽ, neque satis acciperet à Roscio, neq. iudicio absolueretur à Fannio. nunc verò (id quod mirum, & incredibile est) requiro, quãobrem, cùm de tota re decidisset cum Roscio, LLS. CCCIↃↃↃ. sc paratim Fannio dissoluit?[h] Hoc loco, saturi, quid pares respẽdere, scire cupio vtrum omnino Fannium à Flauio LLS. CCCIↃↃↃ. non abstulisse? an alio nomine, & alia de causa abstulisse? Si alia de causa: quæ ratio tibi eũ eo intercesserat? nulla. Addictus erat tibi: non frustra tempus contero. Omnino, inquit, LLS. CCCIↃↃↃ, à Flauio nõ abstulit neque Panurgi nomine, neq. cuiusquam. Si planum facio, post hanc recentem stipulationẽ Roscij, LLS. CCCIↃↃↃ. à Flauio te abstulisse: nunquid causæ est, quin ab iudicio abeas turpissimè victus. Quo teste igitur hoc planũ faciam? Venerar, vt opinor, hæc res in iudicio. Certè. Quis erat petitor? Fannius. Quis reus? Flauius. Quis iudex? Cluuius. Ex his vnus mihi testis est producendus, qui pecuniã datam dicat. Quis est ex his grauissimus? Sine controuersia, qui omnium iudicio comprobatus est iudex. Quem igitur ex his tribus à me testem spectatissimum rem? Fannius est. contra se nunquã testimoniũ dicet. Reum? Flauius est. is iampridem est mortuus. Si viueret, verba eius audiretis. Iudicem? Cluuius est. Quid ais dici? LLS. CCCIↃↃↃ. Panurgi nomine Flauio Fannio dissoluisse, quẽ tu si ex cõsuetudine, si ex re, si ex tempore, si ex vita: homo clarissimus est. si ex testimonio iudicẽ sumsisti. si ex veritate: id q. scire potuit, & debuit, dixit. Nega, nega nunc, Quiriti Rom. homini honesto, iu-

[b] L. cogo dicere &, atque ita vitatur numerus poeticus, *al.* testimoniũ dicere contra te rogo.*

[c] Restipulatio hæc aut potius stipulatio est ex parte Roscij repromissio aut certè promissio, ex parte Fanni *al.* restipulari est vicissim stipulari ab eo qui à te stipulatus sit *l. 53. §. 1. ff. de damn.* Restipulationis exemplũ vide apud Valer. 8.* P. B.

[d] L. LLS. CCCIↃↃↃ. LLS. CCIↃↃ. id est quindecim millia sestertium *al.* fuerint IↃↃↃↃ.*

[e] L. quid tũ? non exitum ex.

[f] L. redemisse.

[g] L. taméne diutius il. virí opt. exist. audebit?

[h] quibusdã hæc duo distingenda videntur Q. Roscij*

[i] L. dissoluerit P. LII.

[k] ἐμφατικῶς pro expresse. Cicero. [l] Equites dicebantur qui quadringentis millibus censerentur, *Horat. 1. ep. 1. m. al.* castissimus.*

[a] *Ant. Augustin. ocrea.* vt *pro* nomen tribus Oericulanæ in qua Luscius tum peregrinus.*

[b] Hi testes de auditu alii, no testimonium dicunt cuiusmodi testimonij an vetera *v. l. 8 ff. de probat.** [c] *vulg. bo totum non habent*, testis.

T. MANLIO & C. LV. Cos. *al.* fortè hæc comendatur ordo, ætas natura, facultates *l. 3. ff. de testib.** P. B.

[d] Ἀφαιρεσις f. L. fortuna & copijs rei gestæ, ætatis ſeuerissimè exactæ fr.

[e] Comparatio testis iurati & in sua lite, cũ iurato & aliena*

[f] *vide l. si quis testim. 17. C. de test.** [g] L. eũ cùm test.

[h] *al.* dixisset*

[i] *in testem Cicero 2. de legibus. l. 2. C. de reb. credit. & incertum de vbi dixi.** [k] *al.* peractione.* [l] *v. c.* suscensere

tissimo homine, vt mea causa mentiatur: dicat, decisionem factam esse, quæ facta non est, LLS. CCCIↃↃ Ↄ à Flauio data esse Fannio, quæ data non sunt. Est hoc principium improbi animi, miseri ingenij, nullius consilij. Quid deinde? posteaquàm se præclarè confirmauit, venit ad Cluuium: quem hominem? leuem? immò grauissimum. mobilem? immò constantissimum familiarem? immò alienissimum. Hunc posteaquàm salutauit, rogare cœpit, blandè, & concinnè, scilicet: Mentire[a] mea causa: viris optimis, tuis familiaribus præsentibus: dic Flauium cũ Fannio de Panurgo decidisse, qui nihil transegit: dic LLS. CCCIↃↃↃ. dedisse, qui assem nullum dedit. Quidbille respondit? Ego verò cupidè, & libenter mentiar tua causa: &, siquando me vis peierare, vt paullulum tu compendij facias: paratum fore scito. non fuit causa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires: per nuntium hoc, quod erat tam leue, transigere potuisti. Prò deûm, hominúmque fidem! hoc aut Roscius vmquam à Cluuio petiisset, si LLS. millies in [c]iudicium haberet? aut Cluuius Roscio petenti concessisset, si vniuersæ prædæ particeps esset? Vix medius fidius[d], tu Fanni, à Ballione, aut aliquo eius simili hoc postulare auderes, & impetrare posses, quòd cùm est veritate falsum, tum ratione quoque est incredibile. Obliuiscor enim, Roscium, & Cluuium vitios esse primatios: improbos temporis causa esse fingo. Falsum subornauit testem Roscius Cluuium. cur tam ferò? cur, cùm altera pensio soluenda esset, non tum, cùm prima? nam iam antea LLS. IↃↃↃ. dissoluerat. Deinde, si iam persuasum erat Cluuio, vt mentiretur: cur potiùs LLS. CCCIↃↃↃ. quàm CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ, data dixit Fannio à Flauio, cùm ex restipulatione [e] pars eius dimidia, Roscij esset? Iam intelligis, C. Piso, sibi soli, societatis nihil Roscium petisse. Hoc cùm sentit Saturius esse apertum, resistere &[f] repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis. & insidiarum eodem vestigio diuerticulum[g] reperit. Petisse, inquit, suam partem Roscium à Flauio confiteor: vacuam, & integram reliquisse Fannij concedo: sed, quod sibi exegit, id commune societatis factum esse contendo. Quo nihil captiosius, nequehindignius potest dici. Quæro enim, potueritne Roscius ex societate suam partem petere, nécne. Si non potuit: quemadmodum abstulit? si potuit: quemadmodum non sibi exegit? Nam quod sibi petitur, certè alteri non exigitur. An ita est? si, quod vniuersæ societatis fuisset, petisset: quod[a] redactum [b] esset, æqualiter omnes partirentur: nunc, cùm petierit, quòd suæ partis esset: non, [c]quod abstulit, soli sibi exegit? Quid interest inter eum, qui per [d] se litigat, & [e] qui cognitor est datus? Qui per se litem contestatur, si soli petit, alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Itáne verò cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio ferres [g] tuũ. suo nomine petiit: quod abstulit, sibi, nõ tibi exegit. Quòd si quisquã petere potest alteri, qui cognitor non est factus: quæro, quid ita, cùm Panurgus esset interfectus, & lis contestata cum Flauio damni iniuria [h] esset, tu in eam litem cognitor Roscij factus: cùm præsertim ex tua oratione, quodcumque tibi peteres: quodcumque ubi exigeres, id in societatem rediret? Quòd si ad Roscium nihil peruenisset, quòd tu à Flauio abstulisses, nisi te in suã litem dedisset cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte exegit: quoniam tuus cognitor non est factus. Quid enim huic rei respondere poteris, Fanni, cùm de sua parte Roscius transegit cũ Flauio, actionem tibi tuam reliquit, an non? Si non reliquit, quemadmodũ LLS, CCCIↃↃↃ ab eo postea exegisti? si reliquit, quid ab hoc petis, quod per te persequi, & petere debes? Simillima enim, & maximè geminata[k] societas hereditatis est. Quemadmodum socius in societate habet partem: sic heres in hereditate habet partem. vt heres sibi soli, non cohæredibus petit: sic socius sibi soli, non[m] sociis petit. & quemadmodum vterque pro sua parte petit, sic pro sua parte dissoluit: heres ex sua parte, qua hereditatem adiit: socius ex ea, qua societatem coiit. Quemadmodum suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flauiõ, vt eam tu non peteres: sic, cùm exegit suam partem, & tibi integram petitionem reliquit: tecum partiri non debet: nisi fortè tu, peruerso more, quod huius est, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Perstat in sententia Saturius: quodcumque sibi petat socius, id societatis fieri. Quod si ita est: quæ, malùm, stultitia[n] fuit? Roscius, qui ex iuris peritorum consilio & auctoritate restipulare-tur à Fannio diligenter, *vt, quod is exegisset a Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret*: liquidè sine cautione, & repromissione, nihilominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat?

Desiderantur non pauca.

a L. Metire mea causa: viris optimis, t. fam. præsentibus, dic. Fl.

b L. Quid ille? Ego verò cup. & libenter, inquit, men. *&c. al.* Quid ille? ego verò cup. & lib. mètiar t.c.

c *al.* in iudicio hab.*

d hoc est vel per Iouis vel Diui fidem Festus in Medius fidius.*

P. B.

e Restipulari quid esset s. dictum est.*

f *al.* & pugnare

g L. deuerticulum r.

h *fort.* neque ab iniquius

a *al.* id cum

b L. exactum

c *al* nunquid cum abstulit, *al.* non quod tum abstulit

d *al.* pro se*

e *fort.* & cum qui cognit.

P. LIIII.

f cognitor

Asconio *in diuinatione Ciceronis*, qui præsentis causã nouit, eamque in iudicio tuetur, vt fiam: patronus qui orator: aduocatus qui ius fuggerebat vel præsentiam amico accommodabat: procurator qui negotium suscipiebat: Defensor verò absentis dicitur apud Iurisconsultos.*

P. LIIII.

g L. ferres tuum. cum suo n. p. q. dixit. tibi non sibi exegit?

h dixi s.*

i *al.* recidederet?

k *fort.* germana *ni fi.* geminam *pro* germana *accipiat.**

l sunt enim nomina inter heredes ipso iure diuisa, *l. ea quæ C. familiæ l. 11. Co. de excep.**

m Imo cohæredib. quoque videtur petere atque etiam communicare, *l. item ex diuersis ff. famil.* a**

n L. stultitia fuit Roscij, qui ex iuris. *al.* qua mala stultitia fuit Roscius.*

P. B.

o L. ejus dimi.

M. TVLLII CICERONIS IN Q. CÆCILIVM ORATIO, DE ACCVSATORE IN C. VERrem constituendo: quæ Diuinatio b dicitur.

ORATIO QVARTA.

SYNOPSIS.

Quæstio, *vtrum Cicero eligendus sit in accusatorem, vt C. Cornelium Verrem repetundarum reum accuset, an verò Q. Cæcilius niger, eiusdem Verris Quæstor.* Accusationis candidati. *Cicero & Cæcilius* Prætor *M. Glabrio*, Adsessores, *multi lectissimi viri.* Acta *in foro anno Ciceronis 37. vrbis 683. eo successu atque euentu, vt accusandi munus Ciceroni delatum fuerit.*

SI c QVIS vestrũ, iudices, aut eorum d, qui adsunt, fortè miratur e, me, qui tot f annos in causis, iudiciisque publicis ita sim versatus, vt defenderim multos, læserim neminem, subitò nunc g mutata voluntate ad accusandum descendere h: is si mei consilij causam, rationémque cognouerit, vnà & id, quòd facio, probabit, & in hac causa profectò neminem præponendum esse i mihi actorem putabit. ¶ Cùm quæstor in Sicilia fuissem, iudices: itaque ex ea prouincia decessissem, vt Siculis omnibus iucundam, diuturnámque memoriam quæsturæ nominísque mei relinquerẽ: factum est, vti cùm summũ in veteribus patronis k multis tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. Qui nunc populari atque vexati, cũcti ad me publicè sæpe venerunt, vt suarum fortunarum omnium causam, defensionémque susciperem: me l sæpe esse pollicitum, sæpe m ostendisse dicebant, siquod tempus accidisset, quo tempore aliquid à me requirerent: commodis eorum me non defuturum. venísse tempus aiebant, non iam vt commoda sua, sed vt vitam, salutémque totius prouinciæ defenderem: sese iam ne deos quidem in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere: quòd eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset. quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset, eas n omneis sese hoc vno prætore per triennium o pertulisse: rogare & orare, ne illos supplices aspernarer, quos, me incolumi, nemini supplices esse oporteret. Tuli grauiter, & acerbè, iudices, in eum me locum adductum p, vt aut eos homines spes falleret, qui opem à me, atque auxilium petiissent q: aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus ad accusandum traducere. Dicebam, habere r eos actore Q. Cæcilium s, qui præsertim quæstori in t eadem prouincia post me quæstorem fuisset. Quo ego adiumento sperabam hanc u à me molestiam posse dimoueri: id x mihi erat aduersarium maximè. nam illi multo mihi hoc faciliùs remissilent, si istum non possent, aut si iste apud eos quæstor non fuisset. Adductus sum, iudices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri cõsuetudine, institutóq. maiorum, vt onus hoc laboris, atque officij, nõ ex meo, sed ex meorum necessariorum a tempore, mihi susciendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res, iudices, consolatur, quòd hæc, quæ videtur esse accusatio mea, nõ potiùs accusatio, quàm defensio est existimanda. Defendo enim multos mortaleis, multas ciuitates, prouinciam Siciliam totam. Quamobrem, si b mihi vnus est accusandus, propemodum manere in instituto meo videor c, & non omnino à defendendis hominib. subleuandísq. discedere. Quòd si hanc causam tã idoneam, tam illustrem, tam graué non haberem: si aut hoc à me Siculi non petissent, aut mihi cum Siculis causa tantę necessitudinis non intercederet: & hoc, quod facio, me reip. causa facere profiterer, vt homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus, cuius furta, atq. flagitia non in Sicilia solùm, sed in Achaia, Asia, Cilicia, Pamphilia d, Romæ denique ante oculos omnium maxima, turpissimaq. nostemus, me agente in iudicium vocaretur: quis tandem e esset, qui meum factum, aut consilium posset reprehẽdere? Quid est, prò deũm, hominúmque fidẽ, in quo ego reip. plus hoc tẽpore pro desse possim? Quid est, q aut populo Rom. gratius esse debet, aut socijs, exterísque nationibus optatius esse possit, aut saluti, fortunísque omnium magis accommodatum sit? Populatæ, vexatæ, funditus euersæ prouinciæ: socij. stipendiaríique f populi Rom. afflicti, miseri, iam non salutis spem, sed g exitij solatium quærunt. Qui iudicia manere apud ordinem senatorium volsit h, qui rũtur accusatores se idoneos non habere. qui accusare possunt, iudiciorum seueritatem desiderant. Populus Rom. interea, tametsi multis incommodis, difficultatibúsque affectus est, tamen nihil eque in rep. atque illam veterem i iudiciorum vim, grauitatémque requirit. Iudiciorum desiderio tribunitia k potestas essflagitata est: iudiciorum leuitate ordo quoq. alius l ad res iudicandas postulatur: iudicium culpa, atq. dedecore etiã censorium m nomẽ,

a Verris quòdam Quæstorẽ in Sicilia*
b Diuinationes fiũt de accusatore cõstituendo: & nonnũquã inter delatores, Vter præmium meruerit 3. *Quintil.* 10. Diuinationes autẽ dicæ, quid remotis tabulis & testibus iudices argumenta sola sequantur & quasi dimicẽt vter debeat accusare. v 2 *G. l. 4. l. 8 pl. res 16. ff. de accusat.**
c Initiũ orationis Aeschinis cõtra Timarchidẽ vt detur adumbrasse*
d populi in foro (vbi iudicia fiebãt) audient s.*
e L. miratur me, qui t.
f Sex *annus* anno ætatis 37. Decem. adolescentes acusatio *Cicero 2. offic.**
g L. descedere: italegit Asconius descendere autem dixit, q. ex collib*, vbi nobiles habirabant, descensio erat in forũ & loca iudiciorum.*
h v. c. mihi esse.
k Marcellis inquorũ clientelas Sicili, de quo alias dixi. adde Officia. 1.*
l L. me sæpe sibi esse pollicitum *al.* sæpe etiam ostendisse.*
P. B.
m L. eas res omneis
o successore nullo per id tempus vel decreto absenatu, vel profecto: Alo quin ptoriæ quinciæ annua. phil. 1.*
p L. adduci, vt &c. & ita v. c.
q L. expectasse sent. sort. expetissent.
r L. eos habere
f Nigrum, domo Siculum, vt ait Pedianus, libertinũ, vt plutarch* Iudai cæ Iudeo cũ Verre? *Plutar.** t v. c. in sua prou. u L. hanc à me posse molestiam demoueri; x v. c. idem id mihi

religioni obnoxiũ. Vnde Cicero in eũ dixit: Quid
a hoc eũ hoſpitium. Ius. n. hoſpiti apud veteres sacro sanctum. *
b *al.* quia mihi & ita q. & l.
c g. v. c. video me & nõ
P. IVI.
d L. Pãphilia,
e *al.* tamẽ.*
f Stipendiarij erant inter socios cõditione deterrima cum stipendiũ arbitrio populi Romani, penderetur: vectígal (vnde vectigales socij) ex decimis portorio & pecore publico Alij socij erant immunes.*
g v. c. sed solatium exitij
h Iudicia ab equestri ordine in Senatorium ordinẽ à Sulla trãslata, quæ post equestri ordini & tribunis ærariis communicata,*
i qualis erat quo tẽpore equites exercebant.*
k Tribunis plebis licebat magistratũ, qui pecunia accepta iudicãsset, ad iudiciũ populi rapere eique multã dicere. *Cicero Cluent.* quod mutatũ a Sylla dictatore. restituũ Põpeio & Crasso Coss. *Sallust. in Catil. Flor. 97. Velleius 2. Plutarch. Pompei.**
l Equester*
m Censores qui corruptẽ iudicatũ notabant & senatu mouebant. *Florus* 98.

quod asperi[a] anteà populo videri solebat, id nunc poscitur: id iam populare, atque [a] plausibile factum est. In hac libidine hominum nocentissimorum, in populi Rom. quotidiana querimonia, iudiciorū infamia, totius ordinis [b] offensione, dum hoc vnū his tot incommodis remedium esse arbitrantur, vt homines idonei, atque integri causam reip. legúmque susciperēt: fateor, me, salutis omnium causa, ad eam partem accessisse reip. subleuandæ, [c] quæ maximè laboraret. ¶Nunc, quoniam, quibus reb[d] adductus ad causam accesserim, demonstraui, dicēdum necessariò est de contentione nostra, vt in constituendo accusatore, quod [d] sequi possitis, habeatis. Ego sic intelligo, iudices: cùm [e] de pecuniis repetūdis [f] nomen cuiuspiam deferatur, si certamē inter aliquos sit, cui potissimùm delatio detur, hæc duo in primis spectari oportere: quem maximè velint actorem esse ij, quibus factæ esse dicātur iniuriæ: & quē minimè [h] velit is qui eas iniurias fecisse arguatur. In hac causa, iudices, tametsi vtrumque esse arbitror perspicuum, tamen de vtroque dicam, & de eo priùs, quod apud vos plurimū debet valere, hoc est, de voluntate eorum, quibus iniuriæ factæ sunt: quorum causa iudicium de pecuniis repetundis est constitutum. Siciliam pro uinciam, C. Verres per triennium depopulatus [i] esse, Siculorum ciuitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Adsunt, [k] queruntur Siculi vniuersi: ad meam fidem, quam habēt spectatam iam, & [l] diu cognitā, confugiunt: auxilium sibi per me à vobis, atque à populi R. legibus petunt: me defensorem [m] calamitatum suarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt. Vtrum, Q. Cæcili, hoc dices, me non Siculorum rogatu ad causam accedere: an optimorum, fidelissimorúmque sociorum voluntatem apud [n] hos grauem esse non oportere? Sed id audebis dicere, quod C. Verres, cui te inimicum esse simulas, maximè existimari vult, Siculos hoc à me non petisse: primùm causam inimici tui subleuabis, de quo non præiudicium, sed [o] plane iudiciū iam factum putatur, quòd ita perbuit, [p] Siculos omneis [q] actorem suę causę contra illius iniurias quęsisse. Hoc si tu inimicus eius factum negabis, quod ipse, cui maximè hæc res obstat, negare non audet: videto, ne nimiùm familiariter inimicitias exercere videare. Deinde sunt testes, viri clarissimi nostræ ciuitatis, quos omneis [r] à me nominari non est necesse: eos, qui adsunt, [s] appellabo: quos, si mentiar, testeis esse impudētię meæ minimè vellem. Scitis, qui est in consilio, C. Marcellus: scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus: quorū fide, atque præsidio Siculi maximè nituntur, quòd omnino Marcellorum [t] nomini tota illa prouincia adiuncta [u] est. Hi sciunt, hoc non modò à me petitum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse petitum, vt aut causa mihi suscipiēda fuerit, aut officium necessitudinis repudiandū. Sed [x] quid ego his testib. vtor, quasi res dubia, [y] aut obscura sit? Adsunt [z] homines ex tota prouincia nobilissimi, qui præsentes vos orāt, atque obsecrāt, iudices, vt in actore causę suæ delegendo vestrum iudiciū à [a] suo iudicio ne discreper. Omnium ciuitatum totius Siciliæ legationes adsūt, [b] præter duas [c] ciuitates: quarum [a] duarū, si adesset, duo crimina vel maxima minuerentur, quæ cum his ciuitatibus C. Verri cōmunicata sunt. At enim cur à me potissimùm hoc præsidium petiuerunt? Si esset dubium, petissent à me præsidium, nécne, dicerem, cur petissent. Nūc verò, cùm id ita perspicuū sit, vt oculis iudicare possitis: nescio cur hoc mihi detrimēto esse debeat, si id mihi obiiciatur, me potissimùm esse delectū [b]. Verùm id mihi nō sumo, iudices, & hoc non modò in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidē cuiusquā relinquo, me omnibus patronis esse præpositum. Non ita est, sed vniuscuiusque tēporis, valetudinis, [c] facultatis ad agendum, ducta ratio est. Mea fuit semper hæc in hac re voluntas, & sentētia, quemuis vt hoc mallē de iis, qui essent idonei, susciperem, quàm me me vt mallem, quàm neminem. Reliquū est iam, vt illud queramus, cùm hoc cōsteret, siculos à me petisse [d], ecquid hāc rem apud vos, animósq. vestros valere oporteat: ecquid auctoritatis apud vos in suo intre repetundo socij populi R. supplices vestri, habere debeant. De quo quid ego plura commorem? quasi verò dubiū sit, quin tota lex [e] de pecuniis repetundis, sociorū causa constituta sit. Nā ciuibus cùm sunt ereptę pecuniæ, ciuili ferè actione, & priuato iure repetūtur. Hæc lex, socialis est: hoc ius, nationū exterarum est: hanc habent arcem minus aliquanto nunc quidem munitam, quàm antea: verumtamen, siqua reliqua spes est, quæ sociorū animos cōsolari possit, ea tota in hac lege posita est: cuius legis nō modò à populo R. sed etiā ab vltimis nationibus iampridem seueri custodes requiritūtur. Quis [f] igitur est, qui neget oportere eorū arbitratu lege agi, quorū causa lex sit constituta? Sicilia tota, si vna voce loqueretur, hoc diceret: [g] Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis vrbibus, sedibus [h], delubris [i] fuit: quod in vnaquaq. re beneficio senatus [k], populíque R. iuris habui, id mihi tu, C. Verres, eripuisti, atque abstulisti: quo nomine abs te sestertiūm millies ex lege repeto. Si vniuersa, vt dixi, prouincia loqui posset, hac voce vteretur. quoniam id nō poterat, harum rerum actorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa [l] delegit. In huiusmodi re quisquam tam impudēs reperietur, qui ad alienam causam, inuitis iis, quorū negotium est, accedere, aut adspirare audeat? Si tibi, Q. Cæcili, hoc Siculi dicerent: te nō nouimus: ne scimus qui sis: numquā te antea vidimus: sine nos per eum nostras fortunas defendere, cuius fides est nobis cognita: nónne id dicerēt, quod cuiuis probare deberent? nunc hoc dicūt: vtrumq. se nosse: alterum se cupere defensorem esse fortunarum suarum: alterum planè nolle. Cur nolint, etiamsi taceant, satis dicunt. verùm non tacent. tamen his inuitissimis te offeres? tamē in aliena causa loquēre? tamē eos defendes, qui se ab omnibus desertos potiùs, quàm abs te defensos esse malunt? tamen his operam tuam pollicebere; qui te neq. [m] velle sua causa, nec si cupias, posse arbitrantur? Cur eorum spem exiguam reliqua rum fortunarum, quam habent in legis, & iudicij seueritate positam, vi extorquere conaris? cur te interponis, inuitissimis [o] his quibus maximè lex consultum esse vult? cur, de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conatis euer-

a L. & plausibile t.

b senatorij*

P. 8.

c al. subleuādum.*

d al. quid sequi p.

e vide l. 3 plures 16. ff. de acusat.*

f quo crimine Verres accusabatur*

g al. defertur

h al. maxima velit i., al. maximè is.*

i al. depeculatus.*

k L. Assunt

l L. & cogitam, in defensore calamitatum iniuriæ: cognitor iuris actor causæ.*

m v.c. dicis o fortè apud me.*

p Præiudicij & iudicii differentia.*

q libri vulg. percrebuit,

P. LVII.

r v.c. omnis

s al. homines al. omnes

t L. assum, u Siculi in clientela Marcellorum ex captis à Marcello Syracusis id. n. victoribus erga victos humanissimè repēdebatur Officiorum 1.*

x al. addicta al. adiuncta

y al. Sed quid ego testibus vtor quasi res dubia, aut obscura sit. al. dubia sit, aut obscura.

z adsunt h. a L. ab suo iud.

b L. assunt, c Mammertinam & Syracusanam quæ Verris prædarum, furtorū quæ socię fuerunt & p Verre legationes miserunt.*

a al. quæ dum si adesset,

b v.c. dilecta

c v.c. valitudinis.

P. E.

d q. v.c. petisse id: ecq. fors id petisse: ecquid h.

e Lex de pecuniis repetūdis sociorum causa cōstituta: vnde socialis ad l. 1. & passim D. ad lul. repetundar.*

f L. Quis est

g Prosopopeia*

h al. ædibus

i L. delubris

quod in v.

k al. senati & ita legit Carisius 1.*

l fortè ipsa delegit.

m al. nec velle.

n L. & in iurum dicij

o L. inuitissimis 1 q.

euertere? cur [a] non modò persequendi iuris sui, sed etiam deplorandę calamitatis adimis potestatem? Nam, te actore, quem [b] eorum futurum putas? quos intelligis, non vt per te, aliud, sed vt per [c] aliquem, te ipsum vicissim cantur, laborare? At enim dissolu[d] id est, vt me Siculi maximè velint: alterum illud, credo, obscurum est, à quo Verres minimè se accusari velit. Ecquis vmquā tam palàm de honore, quem sibi semper de salute sua cōtendit, quàm ille, atque illius amici? vt ne hæc mihi delatio detur? Sunt multa quæ Verres in me esse arbitratur, quæ scit in te, Q. Cæcili, non esse: quæ cuiusmodi in vtroque nostrùm sint [g], paullo pòst commemorabo. Nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi assentiare: nullā rem in me esse, quam ille contemnat: nullā in te, quam pertimescat. Itaque magnus ille defensor, & amicus eius tibi [h] Hortensius suffragatur, me oppugnat: apertè ab iudicibus petit, vt tu mihi anteponare: & ait, hoc se honestè, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione contendere. Non [i] enim, inquit, illud peto quod soleo, cùm vehementius [k] contendi, impetrare, reus vt absoluatur, non peto: sed vt [l] ad hoc potiùs, quàm ab illo accusetur, id peto. Da [m] mihi hoc [n]: concede, quod facile est, quod honestum, quod non inuidiosum: quod cùm dederis, sine vllo tuo periculo, sine infamia illud dederis, vt is absoluatur, cuius ego causa laboro. Et ait [o] idem, vt aliquis [p] tus adiunctus sit ad gratiā P: certos [q] esse in consilio, quibus ostēdi tabellas velit. id esse perfacile: non enim singulos ferre [r] sententias, sed vniuersos cōstituere: ceratam vnicuique tabellā dari cera [s] legitima, non illa infami ac nefaria [t]. Atque is non tam propter Verrem laborat, quàm quod eū minimè res tota delectat. videt enim, si à pueris nobilibus [u], quos adhuc elusit [x]: si à quadruplatoribus [y], quos non sine causa contemsit semper, ac pro nihilo putauit, accusandi voluntas ad viros fortes, spectatósque homin[z] translata sit, se in iudiciis dominari non posse. Huic ego homini iam ante denūtio, si à me causam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutādam, & ita tamen mutandā, vt meliore, & honestiore cōditione sit, quàm qua ipse esse vult: vt imitetur homines eos, quos ipse vidit amplissimos, L. Crassum, & M. Antoniū: qui nihil se arbitrabātur ad iudicia causasque amicorū, præter fidem, & ingeniū, afferre oportere. Nihil erit, quod, me agente, arbitretur iudicium sine magno multorum periculo posse corrumpi. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, populi R. susceptā esse arbitror: vt mihi nō vnus homo improbus opprimendus sit, id quod Siculi pe

a L. Iis
b L. quem eorum assiduum putas, quos intelligis, &c. laborare,
c L. per aliquem alium, te ipsum vicissim per alium aliquē te ipsum.
d L. at enim dissolui id est, cur non S. vel sic, At enim id est perspicuum est cur me S.
P. B. e al. solidum id est, firmum & stabile, nisi forte Sol, legas cui mox opponit obscurum.*
f al. amici, ne hæc mihi al. sunt.*
g L. tua fuisse.
h L. Nonillud, inquit, peto, [i] data pecunia scilicet.*
l L. vt potiùs ab hoc, quàm [k] vt a Q. Cæcilio potius quā a Cicerone.*
m Inducit Cicero Hortensium iudices corrumpere volentem*
n vt scilicet Q. Cæcilius Verrem accusaret.*
o Hortensius.*
p id est adiuvigens metum Verris gratiosis ac pœnæ supplicibus. Metum suquam, vel custodem: qui eos obseruet quam tabellam sint conjecturi, vel tabellam certo signo notatam, vt eam conicere in vroam & ciftam necessario cogantur.*
q Locus obscurus, quem tamen, vt puto, cera legitima delineabo. Prætoris seu quæstoris munere is fuit tabellas iudicibus dare variis, absolutionis (in queis A.) condemnationis (in queis C.) amplicationis (in queis N.L. hoc est non liquere sibi profitebantur, has in causis maioribus vniuersi iudices simul in ciftam conijciebant: in leuioribus, sententiam de tabula pronunciabant. Demus in maiori aliqua causa Prætorem corruptum, is quique similibus hoc est redemptis iudicibus vti volentem, nec tamen omni modo illis fidentem. Metum ad ungebat ad gratiam, vt hic loquitur ironicōs ita loquitur Cicero) hoc est infami & necessaria, discolori scilicet signo aut aliis sordibus ab aliis distinctam, eamque etiam certis, quos sibi fidissimos in consilio habebat, ostendi iubebat.*
r L. ferre sententiam.
s Ceram legitimam vocat non discoloré.*
t vt cuius datio inuenta sit ad corrumpendos iudices.*
u Apio Claudio, C. Cæsare: Scauro.*
x ostendit, Cicero, defensos ab Hortensio damnatos fuisse.*
y Quadruplatores, delatores publicorum criminum: quique eo nomine quartam partem eorum bonis quos detulerant pro præmio reportabant. Aliis quadruplator, delator eorum qui conuicti quadrupli condemnari solebant.*

A tierunt: sed omnino omnis improbitas, id quod populus Rom. iamdiu flagitat, exstinguenda, atque delenda sit. In [a] quo ego quid eniti, aut quid efficere possim, mālo in alios respicere relinquere, quàm in oratione mea ponere. Tu verò, Cæcili, quid potes? quo tempore, aut qua in re non modò specimen [b] ceteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? In mētem tibi non venit, qui tā negotij sit causam publicam sustinere? vitam alterius to tam explicare, atque eam non modò in animis iudicum sed etiam in oculis, conspectúque omnium exponere? sociorum salutem, commoda prouinciarum, vim legum, grauitatem iudiciorum defendere? Cognosce ex me, quoniam hoc primum tempus discendi nactus es, quàm *multa esse oporteat in eo, qui alterū accuset*, ex quibus si vnum aliquod ne [c] cognoueris: ego iam tibi ipse istuc, quod expetis, mea voluntate concedam. Primum *integritatem, atque innocentiam singularem, nihil est enim, quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere.* Hic ego de te plura non dicam: vnū illud credo omneis animaduertere, te adhuc ab [f] nullis, nisi à Siculis, potuisse cognosci [g]: Siculos hoc dicere, cum eidem sint irati, cui te inimicum esse dicis, sese tamen, te actore, ad iudicium non affuturos. Quare negent, ex me non audies. hos patere id suspicari, quod necesse est. Illi qui idem (vt est hominum genus nimis acutum [h], & suspicionosum) non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur: sed, cùm iisdem litteris illius prætura, & i tua quæstura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia litteras suspicantur. Deinde *accusatorem, firmum, verumque esse oportet.* Eum ego si te putem cupere esse, facile intelligo esse non posse. Nec ea dico, quæ si dicam, tamen infirmare non possis: te, antequàm de Sicilia decesseris, in gratiam rediisse cum Verre: Potamonem [k], scribam, & familiarem tuum, retentum esse à Verre in prouincia, cùm tu decederes: M. Cæciliū, fratrē tuum, lectissimū, atq. ornatissimū adolescentē, non modò non adesse, neq. tecū tuas iniurias persequi: sed esse cū Verre: cum illo familiarissimè, atque amicissimè viuere. Sunt [m] hæc, & alia in te falsi accusatoris signa permulta: quib. ego nūc nō vtor. hoc dico, te, si maximè cupias, tamē vērū accusato ē esse [n] nō posse. Video enim, permulta esse crimina, quorū tibi societas cū Verre eiusmodi est, vt ea in accusando attingere nō audeas. Quæritur Sicilia tota, C. Verrē ab aratoribꝰ cùm frumentū sibi in cellam imperauisset, & cùm esset tritici modius L. S. [o] II. pro frumento in modios singulos, duodenos sestertios exegisse. Magnū crimen, ingēs pecunia, furtū impudens, iniuria nō ferenda. ego hoc vno crimine illū condemnē necesse est. Tu Cæcili, quid facies? Vtrū hoc tantū crimē prætermittes, an obiicies: Si obiicies: idne alteri crimini dabis, quod eodē tempore, in eadē prouincia, tu ipse feceris? audebis ita accusare alterū, vt, quo minus tute cōdēnere, recusare nō possis? Sin prætermittes: qualis erit ista [p] tua accusatio, quę, domestici periculi metu, certissimi, & maximi criminis nō modò suspicionem, verùm etiā mētionē ipsam pertimescat? Emtū est ex S.C. frumētum ab Siculis, prætore Verre, pro quo frumento pecunia omnis soluta nō est.

a L. In quo quid eniti,
b L. ceteris ipse crimen aliq.
c Accusatoris necessaria,*
d v. c. non habent, aliquod
e al. in te est cognoueris: al. in te agnoueris.
f L. à nullis, nisi ab Sicul.
g Magistratus virum* indicat.*
h Siculi acuti. Idem Cicero in Brute & 3. in Verrem & in epistol. ad Q. fratrem 6. Quintil. 4.*
P. B.
i L. & quæstura tua cōsig.
k de quo 3. & 4. in Verrē.*
l L. & cum illo fam.
m L. Sunt, & hæc,
n v. c. non esse posse
o sestertius a duobus & ita legitur apud Nonium c. q. in Exigere hoc est assibus octo. Alii hic legunt sesterdium duobus mall. essent enim aurei 60. in singulos modios.*
p L. tua ista

Graue est hoc crimẽ in Verrẽ: graue,me agẽte:te accusante,nullum.eras enim tu quęstor: pecuniam [a] publicã tu tractabas: ex qua,etiã si cuperet prætor,tamen neque deductio fieret,magna ex parte tua potestas erat. Huius quoque igitur criminis,te accusante,mentio nulla fiet.Silebitur toto iudicio de maximis, & notissimis illius furtis,& iniuriis.Mihi crede, Cæcili, *non potest in accusando socios verè defendere is, qui cum reo* [b] *criminum societate coniunctus est.* Mancipes à ciuitatibus pro frumẽto pecuniam exegerunt. Quid? Hoc, Verre prætore factum est solùm? non: sed etiam quæstore Cæcilio. Quid igitur? daturus es huic crimini, quod & potuisti prohibere, ne fieret,& debuisti? an totum id relinques? Ergo id omnino Verres in iudicio suo non audiet,quod cùm faciebat,quemadmodum defensurus esset, non reperiebat. Atque ego hæc,quæ in medio posita sunt, commemoro. Sũt alia magis occulta furta:quę ille,vt istius, credo,animos,atque impetus retardaret,cũ [c] quæstore suo benignissimè communicauit. Hæc tu scis ad me esse delata: quæ si velim proferre, facilè omnes intelligẽt, vobis inter vos non modò voluntatem fuisse coniunctã, sed ne prædam quidem adhuc esse diuisam. Quapropter si tibi iudicium [d] postulas dari, quòd tecũ vnà fecerit,cõcedo, si id lege permittitur:sin autẽ de accusatione dicimus,cõcedas oportet iis,qui nullo suo peccato impediuntur, quo minùs alterius peccata demonstrare possint.Ac vide,quãtum interfuturũ sit inter [e] meã,atque tuã accusationẽ.Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum, quòd te non prohibuerit, cùm summam ipse haberet potestatem:tu contrà, ne quę ille quidẽ fecit,obiicies,nequa ex parte coniunctus cũ eo reperiare.Quid illa,Cæcili? contẽnendáne tibi videtur esse, sine quibus causa sustineri,præsertim tãta,nullo modo potest?aliqua facultas agẽdi?aliqua dicẽdi cõsuetudo?aliqua in foro,iudiciis, legib⁹ aut ratio,aut exercitatio? Intelligo,quàm scopuloso,difficilíque in loco versẽr. nã *cùm omnis arreganția, odiosa est, tum illa ingenij, atque eloquentiæ, multo molestissima.* Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere:neque,si esset,dicerẽ.aut enim id mihi satis est,quod est de me opinionis, quidquid est: aut,si id parũ est,ego maius id commemorando facere non possum. De te, Cæcili,iam mehercule hoc extra hanc contẽtionem, certamẽnque nostrum familiariter tecum loquar.Tu ipse quemadmodum existimes,vide etiam atque etiam:& tu te collige: & qui sis,& quid facere possis, considera. Putásne, te posse de maximis, acerbíssimísque rebus,cùm causam sociorũ, fortunásque prouincię,ius pop.R.grauitatẽ [f] iudicij,legúmque susceperis [h],tot res,tã graues,tam varias,vocẽ,memoria,cõsilio,ingenio,sustinere?Putásne,te posse,que C.Verres in quæstura [i],quę in legatione,quę in prætura,quæ Romę,quę in Italia,quæ in Achaia,Asia,Pamphyliáque patrauit,ea, quemadmodũ locis, rẽporibúsque diuisa sint,sic criminibus, & oratione distinguere?Putásne [m],te posse,id quod in eiusmodi reo maximè necessariũ est,facere, vt, quæ ille libidinosè,quę nefariè,quę crudeliter fecerit,ea quę acerba,&indigna videantur esse iis,qui audiẽt,atque illis visa sunt,qui senserunt?Magna sunt ea,quæ dico,mihi crede: noli hæc contemnere.dicenda,demonstranda,explicanda sunt omnia:causa non solùm exponenda,sed etiã grauiter,copioséque agẽda est.*perficiendũ est,si quid agere,aut* [a] *perficere vis,vt homines te non solùm audiant, verùm etiã libenter, studioséque audiant.* In quo si te multùm natura adiuuaret?si optimis à pueritia disciplinis,atque artibus studuisses,&in his elaborasses:si litteras Græcas Athenis,non Lilybæib:Latinas Romæ,non in Sicilia,didicisses: tamen esset magnum tantã causam, tam exspectatam & diligentia consequi,& memoria complecti, & oratione exponere [c], & voce, & viribus sustinere.Fortasse dices,Quid?ergo hęc in te sunt omnia?vtinam quidem essent: verumtamen vt esse possent, magno studio mihi à pueritia est elaboratum. Quòd si ego hæc,propter magnitudinẽ rerum,ac difficultatem,assequi non potui,qui in omni vita nihil aliud egi: quàm longè tu te ab his rebus abesse arbitrare,quas non modò antea numquam cogitasti,sed ne nunc quidem, cùm in eas ingrederis, quæ, & quantæ sint, suspicari potes?Ego,qui,sicut omnes sciunt,in foro,iudiciísque ita versẽr,vt eiusdem ętatis aut nemo, aut pauci, plureis causas defenderint, & qui omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studijs, laboribúsque consumam, quo paratior ad vsum forensem, promtiórq. esse possim: tamen ita deos mihi velim propitios,vt,cùm d illius diei mihi venit in mentẽ,quo die,citato reo,mihi dicẽdũ sit,non solùm cõmoucor animo,sed etiã [e] toto corpore perhorresco.Iã nunc mente,&cogitatione prospicio,quæ tum studia hominũ, qui concursus futuri sint:quantã expectationẽ magnitudo iudicij sit allatura: quantã auditorũ multitudinẽ C [f]. Verris infamia concitatura:quantã deniq.audiẽtiã orationi meę improbitas illius facturа. [g] Quę cùm cogito,iã nunc timeo,quidnã pro offensione hominũ, qui illi inimici, infensíq.sunt, & expectatione omniũ,& magnitudine rerũ dignum eloqui possim.Tu horum nihil metuis:nihil cogitas,nihil laboras:&síquid ex veteribus aliquа oratione,IOVEM EGO OPTIMVM MAXIMVM: aut, VELLEM, SI FIERI POTVISSET, IVDICES: aut aliquid eiusmodi, edisscere poteris,pręclarè te paratum in iudiciũ venturum arbitraris.Ac,si tibi nemo respondebit,tamen ipsam causam,vt ego arbitror,demonstrare non posses. Nunc ne illud quidem cogitas, tibi cũ homine disertissimo, &ad dicendũ paratissimo,futurum esse certamen: quícum modò differendũ, modò omni ratione pugnandum,certandúmque [i] sit?Cuius ego ingeniũ ita laudo, vt nõ perimescã: ita probo,vt me ab eo delectari faciliùs, quã decipi putem posse. Numquã ille me opprimet consilio:nũquã vllo artificio peruertet:k nũquã ingenio me suo labefactare,atq.infirmare conabitur. noui omneis hominis petitiones,rationésque dicendi: sæpe in iisdem, sæpe in contrariis causis versati sumus.Ita cõtra me ille dicet,quãuis sit ingeniosus,vt nónullum etiã de suo ingenio iudicium fieri arbitretur.Te verò, Cæcili, quemadmodum sit elusurus,quàm omni ratione [l] iactaturus,videre iam videor: quoties ille tibi potestatẽ optionémque facturus sit, vt eligas,verũ velis,factum esse,nécne: verum esse,an falsum: vtrum dixeris,id contra te futurum.Qui tibi æstus,qui error,quæ tenebrę,dij immortales,

a Quæstoris munus pecuniam publicam tractare.* P. LX.

b Mancipes qui in auctione publicum quid redimunt.*

c L. benignissimè cũ quæst. suo comm.

d L.iudicium.

e L. inter meã,tuamq. acc.

f *al.* Quid, illa Cæcili, contemn. P. B.

g L. grauitatẽmq. iudicij,

h v.c.susceperis,

i cum esset Quæstor Cari & legatus Dolabellæ.*

k Sicilienſi & Romana.*

l L peccarit, & *ita v.c.*

m *al.* Putásne posse,

a L.aut proficere vis,

P. LXI.

b Lylibei de tertiis,quam in reliqua Sicilia Græcè loquebatur. Apud Siculos verò vtraque lingua & Græca & Latina in vsu; Diodorus 1.& 5.*

c *v. c.* exprimere,

d *al.*cum illius temporis mihi v. *ita q.v.*.

e Idẽ Crasso accidebat *Cicer. de Oratore.**

f v.c. infamia C. Verris

g *lib. vulg.* factura sit.

P. B.

h Cato Cẽsorius solebat in omnibus orationũ suarum prooemiis deorum mentionem facere. Seruius in illud T.Virgilij 7.Dij inquit incepta secundent. Huiusmodi autem principium,vulgare imperitis causidicis.*

i *al.* certandúmque sit.

k *al.* præuertet:

l *al.* oratione.*

erunt, homini minimè malo? Quid, cùm accusationis tuæ membra diuidere[a] cœperit, & in digi is suis singulas parteis causæ cõstituere? Quid, cùm vnumquodque[b] transigere, expedire, absoluere? ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculum faceſſeris[c]. Quid, cùm commiſerari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit? commemorare quæſtorisdcum prætore neceſſitudinem conſtitutam? morem[e] maiorum? ſortis[f] religionem? Poteríſne eius orationis ſubire inuidiam? Vide modò: etiã atque etiam conſidera. mihi enim videtur periculum fore, ne ille non modò verbis te obruat, ſed geſtu ipſo, ac motu corporis perſtringat[h] aciem ingenij tui, téq. ab inſtitutis tuis, cogitationibúſq. abducat. Atque huiuſce rei iudicium iam continuò video futurum. Si. n. mihi hodie reſpõdere ad hæc, quę dico, poſſeris: ſi ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi, neſcio i quis ex alienis orationibus cõpoſitum dedi, verbo vno diſceſſeris: poſſe te & illi quoque iudicio non deeſſe, & cauſæ atq officio tuo ſatisfacere arbitrabor. ſin mecum in hac prolusione[k] nihil fueris: quem te in ipſa pugna, cum acerrimo aduerſario ſore putemus? Eſto: ipſe nihil eſt, nihil poteſt: at venit paratus cum ſubſcriptoribus[l] exercitatis, & diſertis. Eſt tamen hoc aliquid: tamen ſi non eſt ſatis. omnibus[m] enim rebus is, qui princeps in agendo eſt, ornatiſſimus, & paratiſſimus eſſe debet. Verumtamen L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed vſu forenſi, atque exercitatione tironem. Deinde (vt opinor) habet Allienum[n], hunc tamen à ſubſelliis: qui, quid in dicendo poſſet, numquam ſatis attendi. in clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum, atq exercitatum. in hoc ſpes tuæ ſunt omnes. hic, ſi tu eris actor conſtitutus, totum iudicium ſuſtinebit. Ac ne is quidem tantum contendet in dicendo, quantum poteſt: ſed conſulet laudi, & exiſtimationi tuæ: & ex eo, quod ipſe poteſt in dicendo, aliquantum remittet, vt tu tamen aliquid eſſe videare. vt in actoribus Græcis fieri videmus: ſæpe illum, qui eſt ſecundarum[o], aut tertiarum partium, cùm poſſit aliquanto clariùs dicere, quàm ipſe primarum, multùm ſummittere, vt ille princeps quam maximè excellat: ſic faciet Allienus[p]: tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur: minùs aliquanto contendet, quàm poteſt. Iam hoc conſiderate, cuiuſmodi accuſatores in tanto iudicio ſimus habituri: cùm & ipſe Allienus[q] ex ea facultate, ſiquam habet, aliquantum detracturus ſit: & Cæcilius tum denique ſe aliquid[r] futurum putet, ſi Allienus[s] minùs vehemens fuerit, & ſibi primas in dicendo parteis cõceſſerit. Quantum quem ſit habiturus, non video, niſi quem fortè ex[u] illo grege oratorum[x], qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt, cuicumque vos delationem dediſſetis. Ex quibus alieniſſimis hominibus, ita paratus venis, vt[y] tibi hoſpes aliquis ſit recipiendus. Quibus ego non ſum tantum honorem habiturus, vt ad ea, quæ dixerint, certo loco, aut[z] ſingulatim vnicuiq. reſpondeam. Sic breuiter, quoniam non conſultò, ſed caſu in eorum mẽtionem incidi, quaſi præteriens ſatisfaciam vniuerſis. Tantáne vobis inopia videor eſſe amicorũ, vt mihi non ex his, quos mecũ adduxerim, ſed de populo ſubſcriptor addatur? vobis autem tanta inopia reorum eſt, vt mihi cauſam præripere conemini potiùs, quàm aliquos à columna Meniana[b] veſtri ordinis reos reperiatis? Cuſtodem[c], inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quã multis cuſtodib. opus erit, ſi te ſemel ad meas *cap*ſas admiſero? qui non ſolum, ne quid enuntie, ſed eriã ne quid auferas, cuſtodiendus ſis. Sed de iſto cuſtode toto ſic vobis breuiſſimè reſpondebo: non[e] eſſe hos taleis viros commiſſuros, vt ad cauſam tantam à me ſuſceptam, mihi creditam, quiſquã tuus ſubſcriptor, me inuito, adſpirare poſſit. Etenim fides mea cuſtodem repudiat, diligẽtia ſpeculatorẽ reformidat. Verùm, vt ad te, Cæcili, redeã, quàm multa te deficiant, vides: quàm multa ſint in te, quę reus nocens in accuſatore ſuo cupiat eſſe, profectò iam intelligis. Quid ad hæc dici poteſt? non enim quæro, quid [f] tu dicturus ſis. video mihi nõ te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor[g] tuus tenet: quibus te rectè monere voleſ, ſuadebit tibi, vt hinc diſcedas, neque mihi verbum vllum reſpondeas. Quid enim dices? an id, quod dictitas, iniuriam tibi feciſſe Verrem? Arbitror. neque enim eſſet veriſimile, cũ omnibus Siculis faceret iniurias, te illi vnum eximium, cui cõſuleret, fuiſſe. Sed ceteri Siculi vltorem ſuarum iniuriarũ inuenerũt: tu, dum tuas iniurias per te, id quod non potes, perſequi conaris, id agis, vt ceterorũ quoque iniuriæ ſint impunitæ, atque inultæ: & hoc te præterit, nõ id ſolùm ſpectari ſolere, qui debeat, ſed etiam illud, qui poſſit vlcíſci in quo vtrumque ſit, eum ſuperiore eſſe: in quo alterum, in eo nõ, quid is velit, ſed quid facere poſſit, queri ſolere. Quòd ſi ei potiſſimum cẽſes permitti oportere accuſandi poteſtatẽ, cui maximã C. Verres iniuriã fecerit: vtrum tandẽ cẽſes hos iudices grauiùs ferre oportere, te[k] ab illo eſſe læſum, an prouinciam Siciliam eſſe vexatam, ac perditam? Opinor, cõcedis[l], multo hoc[m] & eſſe grauius, & ab omnib. ferri grauiùs oportere. Concede igitur, vt tibi anteponatur in accuſando prouincia, nã prouincia accuſat, cùm is agit cauſam, quę ſibi illa defenſorem ſui iuris, vltorem iniuriarum, actorẽ totius[n] cauſæ adoptauit. At eam tibi C. Verres fecit iniuriam, quæ ceterorum quoque animos poſſet alieno incommodo cõmouere. Minimè. nã id quoque ad rẽ pertinere arbitror, qualis iniuria dicatur: quę cauſa inimicitiarũ proferatur. Cognoſcite ex me. nam iſte eam profectò, niſi planè nihil ſapit, numquã proferet. Agonis eſt quędã. Lilybęta na, liberta[o] Veneris Etycinę: quæ mulier ante hũc quæſtorẽ, copinſa planè, & locuples fuit. Ab hac præfectus Antonij quidã ſymphoniacos[p] ſeruos abducebat per iniuriã, quibus ſe in claſſe vti velle dicebat. Tũ illa, vt mos inſicilia eſt omniũ Venereorum[q], & eorũ, qui à Venere ſe liberauerunt, vt præfecto illi religionẽ [r] Veneris, nomẽque obiiceret, dixit & ſe, & omnia ſua, Veneris eſſe. Vbi hoc queſtori Cæcilio, viro optimo, & homini æquiſſimo, nuntiatũ eſt: vocari ad ſe Agonidẽ iubet: iudiciũ [s] dat ſtatim, *ſi* [u] *pareret, eam, ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſe*. iudicãt recuperatores id, quod neceſſe erat. neque enim erat cuiquã dubiũ,

a hanc laudem tribuit Cicero, Hortenſio in Bruto & in pro Quintio.*
b L. vnumquid.
P. LVVI.
c *fori.* faceſſeris.
d Quæſtoris cum prætore ſuo neceſſitudo ſumma: qualis inter liberos & parentes vt ſæpe.*
e Mos maiorum accuſare Prætorẽ ſuum quæſtori non licebat.*
f Sorte prouinciæ quæſtoribus contingebant.*
g motus quaſi geſticulatoris *in* Hortenſio notatur à Cicer. *de claris oratorib. & l. Gell. 5.*
h L. præſtinguat aciem ing. ‖ id eſt obtenebret obſcuret.*
i L. neſcio qui ex al. ‖ ita legit Nonius *cap. 4. in cẽpauere 62.*
k *al.* prælusione. ‖ Prolusio lenis quædam iactatio eſt gladiatorum in congreſſu.*
l Subſcriptores, cauſidici qui accuſatorem adiuuabant: ſubmiſsius autẽ agebant, quã qui princeps erat in agendo. *Aſconius hic.* In hac autem lite quatuor fuerunt.*
m L. omnibus in rebus qui pr. *al.* in omnibus enim reb. n *al.* Alienũ, *& ita v. c.*
o de ſecundariis & tertiariis dixi in Bruto.*
p *al.* Alienus
q *al.* Alienus
r *al.* aliquẽ *
ſ *al.* Alienus
t *al. &* tibi pr. *mendoſe.*
u L. ex illo grege oratorum, qui
x *al.* meritorum *al.* mercatorum *al.* mercatorum *Ver.* morcatorum *al.* mo ratorum.*
y *al.* vt ‖ tibi hoſpes.*
z L. aut ſigillatim vn.
a *al.* ad columnã Mœnianam.*
b *al.* Mœniã ad hanc columnam in foro poſitã, infames rei & ſortis infimæ vt fures & ſeruiẽ nequam accuſabantur. *Aſcon.* ſed & qui graui ære alieno premebantur *pro Sextio.* De qua P. LIII. lumna Mœnia adde Aſconium hic & Feſtum.*
c Cuſtodum non omnium firma fides ſic Philipp. jo. cuſtodẽ, ouium lupum Plato 3. polit. *τὸν γε φύλακα φύλακος δεῖσθαι.**
d auctoritatem ad me ex Sicilia deportatarum.*
e *al.* numquam eſſe hos t,
f L. quid dicturus ſis.
g Monitor is eſt qui aliũ monet.*
h *al.* qui ſi rectè te m.
i *al.* in quo alterutrum.
k L. te ab illo læſum.
l L. concedes,
m L. hoc & grauius eſſe, &
n L. cauſæ totius
o Libertos ſuos vt & ſeruos vel ipſi Dij apud Gẽtiles habuere.*
p Symphoniaci claſſicum canere ſoliti ſci & iſidem celeuma per aſſam, vocem cani ſolebat *Aſcon. hic.* ‖
q L. Veneriorum. ‖ Veneriij & Veneriæ dicebantur qui quæque Veneri conſecrati erant: ſic Martiales *pro Clemente*, qui in Martis familia.*
r *v. c.* religionem Veneris nomine obiicere, dixit tui, & ſua. Veneris eſſe.
ſ *al.* vt hoc Q. Cæcilio.* t Iudicium dare, eſt Iudices conſtituere: quod in prouinciis Prætores & Quæſtores poterant* u *lib. vat. &* pareret, *&c.*

quin ille dixisset. Iste in possessionē bonorū mulieris mittit: ipsam Veneri in seruitutem adiudicat: deinde bona vendit: pecuniā redigit. Ita dum pauca mancipia[a], Veneris nomine, Agonis, ac religione, retinere vult, fortunas omneis, libertatémq. suam istius iniuria perdidit. Lilybæum Verres veniit postea: rem cognoscit: factum improbat: cogit quęstorem suum, pecuniam, quam ex Agonidis bonis regessisset, eam mulieri omnem annumerare[b], & reddere. Est adhuc, id quod vos omneis admirari video, non Verres, sed Qu. Mucius[c]. Quid enim facere potuit elegātius ad hominum existimationem? æquius ad leuandam mulieris calamitatem? vehemētius ad quæstoris libidinem coërcendam? Summè hęc omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repentè è vestigio, *ex homine*, tamquam aliquo d Circæo poculo, *factus est Verres* redit ad mores suos. nam ex illa pecunia magnam partem ad[e] se vertit: mulieri reddidit quātulum visum est. Hic tu si læsum te à Verre esse dices: patiar, & concedam. si f iniuriam tibi factam quęrētis: defendam, & negabo. Deinde g de iniuria, quæ tibi facta sit, neminem nostrum grauiorum vindicem esse oportet, quàm te ipsum, cui facta dicitur. Si tu cum illo postea in gratiam redisti: si domi illius aliquoties fuisti: si ille apud te postea cenauit: vtrum te perfidiosum, an præuaricatorē existimari mauis? video esse necesse alterutrum. Sed ego tecum in eo non pugnabo, quo minùs, vtrum velis, eligas. Quid h, si ne iniuriæ quidem, quę tibi ab illo facta sit, causa remanet: quid habes, quod possis dicere, quamobrē non modò mihi, sed cuiquam anteponare? nisi forte illud, quod dicturum te esse audio, quæstorem illius fuisse. Quæ causa, grauis esset, si certares mecum, vter nostrūm illi amicior esse deberet. In contentione suspiciēdarum inimicitiarū, ridiculū est putare, causam necessitudinis ad inferendum periculū iustā videri oportere. Etenim, si plurimas à tuo prętore iniurias accepisses: tamen eas ferendo, maiorem laudem, quàm vlciscēdo, mererere. cùm verò nullum illius in vita rectius factū sit, quàm id, quod tu iniuriam appellas: hi statuent, hanc causam, quam ne in alio quidem probarent, in te iustam necessitudinem violandam videri? qui si summam iniuriam ab illo accepisti, tamē, quoniā quæstor eius fuisti, nō potes eū sine vlla vituperatione accusare. si verò nulla i tibi facta est iniuria, sine scelere eum accusare non potes. Quare cùm incertū sit de iniuria, quemquam esse horum putas, qui nō malit, te sinevit. peratione, quā cū scelere, discedere? At k vide, quid differat inter meam opinionē, ac tuā. Tu, cùm omnibus rebus inferior sis, hac vna in re mihi anteferri putas oportere, q. quæstor illius fueris. ego, si[m] superior ceteris reb. esses, te[n] hanc vnā ob causam accusatorē repudiari putare oportere. Sic enim à maioribus nostris accepimus, *prætorem*[o] *quæstori suo parentis loco esse oportere*: nullam neq. iustiorem, neq. grauiorē causam necessitudinis posse reperiri, quàm cōiunctionem sortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm P publicam muneris societatē. Quamobrem si iure eum[q] possis accusare, tamen, cùm is tibi parentis numero fuisset, id piè facere nō posses. cùm verò neq. iniuriam acceperis, & prætori tuo periculum crees: fateris necesse est, te illi iniustum, impiúmq. bellum inferre conari. Etenim ista quæstura ad eam rem valet, vt elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrem[a], qui quæstor eius fueris, accuses: non, vt ob eam ipsam causam postulandum sit, vt tibi potissimùm accusatio detur. Neque ferè vmquam venit in contentionem de accusando, qui quæstor fuisset, quin repudiaretur. Itaque b neque L. Philoni in C. Seruilium nominis deferendi potestas est data, neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neque Cn. Pompeio in T[c]. Albucium: quorum nemo propter indignitatem repudiatus est: sed ne libido violandæ nec fiitudinis, auctoritate iudicum comprobaretur. Atque ille Cn. d Pompeius ita cum C Iulio contendit, vt tu mecum. Quæstor enim Albucij fuerat, vt tu Verris. Iulius hoc secum auctoritatis ad accusandum afferebat, quòd, vt hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus, ad causam accesserat. Semper hæc causa plurimùm valuit: semper hęc ratio accusandi fuit honestissima pro sociis, pro salute prouinciæ, pro exterarū nationū commodis inimicitias susc ipere: ad periculū accedere, operam, studium, laborem interponere. Etenim si probabilis est eorum causa, qui iniurias suas persequi volūt: qua in re dolori suo, non reip. cōmodis seruiunt[e]: quanto illa causa honestior, quæ non solùm probabilis videri, sed etiam grata esse debet, nulla priuatim accepta iniuria, sociorum, atq. amicorum pop. Rom, dolore, atque iniuriis commoueri? Nuper cùm in P. Gabinium vir fortissimus, & innocentissimus L. Piso delationem nominis postularet, & contrà Q. Cæcilius peteret, itaque se veteres inimicitias iamdiu susceptas persequi diceret: cùm auctoritas, & dignitas Pisonis valebat plurimùm, tū illa erat causa iustissima, quòd eum sibi Achaïs patronum adoptarant. Etenim cùm lex ipsa de pecuniis repetundis, sociorum, atque amicorum pop. R. causa paratab sit: iniquum est, non eum legis, iudiciúque actorem idoneum maximè putari, quem actorem causæ suæ socij, defensorémq. fortunarum suarum potissimùm esse voluerunt. An, quod ad cōmemorandum est honestius, id ad prodendum non multo videri debet æquius? Vtra igitur est splendidior: vtra illustrior cōmoratio? accusaui eum, cui quæstor fueram: quicum me fors, consuetudóque maiorum, quicum me deorum, hominúmq. iudicium cōiunxerat k: an accusaui rogatu sociorum, atque amicorum? delectus l sum ab vniuersa p ouincia, qui eius iura, fortunásque defenderem? Dubitare quisquam potest, quin hò nestius sit, eorum causa, apud quos quæstor fueris, quàm eum, cuius quæstor fueris, accusare? *Clarissimi viri nostræ ciuitatu, temporibus oprimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimúmque ducebant, ab hospitibus*[m], *clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi R. ditionémque*[n] *essent*[o], *iniurias propulsare, eorumque fortunas defendere.* M. Catonem P illum Sapientem, clarissimum virum, & prudentissimum, cum multis grauis inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud q quos consul fuerat, iniurias. nuper C[r]. Domitium scimus Decimo [s] Silano diem [t] dixisse propter vnius hominis Egritomari[u], pa-

a *q. v. c.* mancupia,
b *al.* adnumerare,
c Scæuola.*
d *fues ex hominibus faciebat.*
e *ad se auert.* P. L. IIII. tit: *nam supra dixit Verrem ad suos mores redisse.**
f L. *sin iniuriam t.*
g *L.* Denique
h *al.* Quod *& post remanet non remanet?*
i *p c.* non vlla
k *L.* Ac vide,
l *L.* hac vna re te m.
m *L.* si superior ceteris omnib. rebus *esses: q v. c.* si superior omnib. reb. esses: *u L.* hanc vnam ob caus. te acc.
o De quæstoris & prætoris coniūctione *adde* 13. *fam.* 10. *& 26. & pro Plancio.**
p L. quam P. P. publici muneris soc.
q *L.* posses sum
r L. Cn. Domitium
s L. M. Silano d.
t Dic dicere solius erat magistratus puta trib. plebis: accusare, etiam priuati.*
u Transalpini *al.* Aecritomari, *vt in variis lectionibus libr. 1. in Verrem infra.*
a *I.* quamobrem cum, cui quæstor fueris, acc. *al.* quamobrem eum, cuius quæstor fueris, cc.
b Exempla quæstorum qui prætores suos non sunt permissi accusare.*
c *al.* T. Albutium.*
u *hæc verba* Cn. Pompeium; *glossema esse videntur.**
e *v. c.* quanto illa honestior causa est, q
f Patronum autem libertos suos accusare durum.*
g L. atq. amicorum populi R. causa. P. LXV. comparata sit:
h *al.* patrona.*
i *alij vulg.* eum, qui cū quæst. ‖ *al.* quo ius quæstor fuerat.*
k de coniunctione & necessitudine quæstoria adde 13. famil. 10. & 26. & pro Plancio.*
l *sert.* delectus sum ab vn.
m In officiis apud veteres ita obseruatum est, Primum tutelæ, deinde hospiti deinde clienti, tum cognato, postea affini 5. Gell. 13.*
n L. *sert.* ditionémque venissent, *al.* dicionem.*
o *al.* venissent *non necessarie.* Nam & aliàs, ita loquitur Cicero, in vadimonium esse *pro Quinctio*: & in potestatem esse *pro Milone* adde Gellium 1. c. 3.*
P. B. p Cato hic accusauit Ser. Galbam & P. Purium pro diript s Lusitanis. *A fomine hic.**
q *sert.* apud quos pro consule fuerat,

terni amici, atque hospitis iniurias. Neque enim magis animos hominum nocentium res vmquam vlla commouit, quàm hæc maiorũ consuetudo, lõgo interuallo repetita, atque [a] relata sociorũ querimoniæ delatæ ad hominem non inertissimum: susceptæ ab eo, qui videbatur eorum fortunas fide, diligentia, iaque sua posse defendere. Hoc timent homines [b], hoc laborant: hoc institui, atque adeò institutũ referri, ac renouari molestè ferũt. putãt fore, vti, si paullatim hæc consuetudo serpere, ac prodire cœperit: per homines honestissimos, virósque fortissimos, non [c] imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges, iudiciáque administrarentur [d]. Cuius consuetudinis, atque instituti patres, maiorésque nostros non pœnitebat tum, cùm P. Lentulus [e] is, qui princeps [f] senatus fuit, accusabat S. M'. Aquillii, subscriptore C. Rutilio Rufo: aut cùm P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, postea quàm bis consul, & censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocabat. Iure tum florebat populi R. nomen: iure auctoritas huius imperij, ciuitatísque maiestas, grauis habebatur. ne mo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc, homine paruis opibus, ac facultatibus prædito, simulãt sese mirari, cùm molestè ferãt. Quid sibi iste vult? accusatorémne se existimari, qui antea defendere consueuerat [h]: nunc præsertim, cæ tam ætate, cùm ædilitatẽ petat? Ego verò & ætatis nõn modò mæ, sed multo etiam superioris, & honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos: & miseros, calamitosósq. [k] defendere. ¶ Et [l] profectò aut hoc remedium est ægrotæ [m], ac propè desperatæ reip. iudiciísq. corruptis, ac cõtaminatis paucorum vitio, ac turpitudine, homines ad legum defensionem, iudiciorúmq. auctoritatem, quàm honestissimos, & integerrimos, diligentissimósq. accedere: aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profectò nulla vmquam medicina his tot incõmodis reperietur. Nulla salus reip. maior est, quàm eos, qui alterum accusant, nõ minùs de laude, de honore, de fama sua, quàm illos, qui accusantur, de capite, ac fortunis suis pertimescere. Itaque semper ij diligentissimè, laboriosissiméque accusarunt, qui se ipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt.

¶ Quamobrẽ hoc statuere, iudices, debetis, Q. Cæcilium, de quo nulla vmquam opinio fuerit, nullaq. in hoc ipso iudicio exspectatio futura sit: qui neque, vt antè collectam famam conseruet, neque vti reliqui temporis spem confirmet, laborat: non nimis hanc causam seuerè [n], non nimis accuratè, nõ nimis diligenter acturum. habet enim nihil, quod in offensione deperdat: vt turpissimè, flagitiosissiméque discedat, nihil de suis ueteribus ornamentis requiret. A nobis multos obsides habet populus [o] Rom. quos vt incolumeis conseruare, tueri, confirmare, ac recuperare [p] possimus, omni ratione erit dimicandum, habet honorem quem petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: habet existimationem, multo sudore, labore, vigiliísque collectam: vt, si in hac causa nostrum officium, ac diligẽtiam probauerimus, hæc, quæ dixi, retinere per pop. Rom. incolumia, ac salua possimus: sin tantulum offensum, titubatúmq. sit: vt ea, quæ singulatim [q], ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Quapropter, iudices, vestrum est deligere, quem existimetis facillimè posse magnitudinem causæ, ac iudicij sustinere fide, diligẽtia, consilio, auctoritate. Vos si mihi Q. Cæcilium anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: pop. Rom. ne tam honestam, tam seueram, diligentémque accusationem neque vobis placuisse, neque [r] ordini vestro placere arbitretur, prouidete.

a L. ac relata.
b *subaudi* nocentes.*
c *fori*, non per imp.
d L. administrentur.
e Lentuli Suræ pater strãgulati in carcere propter coniurationem *Asconius*, aliis auus Lentuli Suræ dicitur.*
f Princeps senatus dicebatur quem censores legissent ex his censoribus qui viuerent primi *Liuius* 7. Sic Princeps equestris ordinis quem in recitandis equitum centuriis primũ legisset.*
g repetundarum.*
h L. consuerat:
i *citatur hic locus à Nonio cap. 1. in calamitosum.* .*
k Calamitosi, malis & calamitatibus P. LVVI. prægrauati vnde Glosis Calamitas *δυστυχία*.*
l PERORATIO.* *περόρασις*
m *vt spero*,
n *al.* studiosè.
o v. c. P. R.
p v. c. recuperare
q singillatim. P. B.
r L. neque ordini no. stro

PROOEMIVM, SEV PRINCIPIVM PRIMæ actionis in C. Verrem: quod cohortationem iudicum ad seuerè iudicandum, comminationem in aduersarios, expositionem rationis consilij sui, quamobrem in accusando Verre perpetua oratione non sit vsurus, continet.

a EXORDIVM.*
b v. c. nostri
c senatorum ad quem decem antè annis translata fuerant iudicia ab equestri ordine L. Syllæ dictatoris.*
d v. c. percrebuit, & ita L.
e L. quæ nũc sunt,
f L. iudiciorum vestrorum,
g v. c. contentionibus, *meminit*.‖ Concionum autem voce Quintiũ intelligit trib. pleb. qui Oppianicũ Cluentio accusatore defendens, victus erat illo dãnato *Pacian.*.*

h Aurelij Cottæ prætoris, qui legem tulerat, de restituendis iudiciis ordini equestri *Paduanus adde Verr.*.*
i v. c. & prædicatione.
k Sub Carbone, Consule, cùm Quæstor esset. Est autem depeculator qui furtum facit pecuniæ publicæ.*
l sub Dolabella cum ei legatus & Quæstor esset.*
m in præfura sua vrbana.*
n ac religiosè iudic.

ORATIO QVINTA.

SYNOPSIS.

Exhortatio est ad iudices, vt seuerè iudicent: Epitome ac quasi Isagoge eorum quæ post dicenda sunt à Cicerone.

QVOD [a] erat orandum maximè, iudices, & quod vnum ad inuidiam vestri [b] ordinis [c], infamiámque iudiciorum sedandã, maximè pertinebat: id non humano consilio, sed propè diuinitus datum, atque oblatum vobis summo reip. tempore videtur. Inuexerauit enim iam opinio pernicio sa reip. vobísque periculosa: quæ non modò Romæ, sed & apud exteras nationes, omnium sermone percrebuit [d], his iudiciis, quæ [e] nũc sint, pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse dãnari. Nunc in ipso discrimine ordinis, iudiciorúmque [f] vestrorum, cùm sint parati, qui concionibus [g] & legibus [h] hanc inuidiam senatus inflammare conentur, reus in iudiciũ adductus est, C. Verres, homo vita atque factis, omnium iam opinione dãnatus: pecuniæ magnitudine, sua spe, ac ipredicatione, absolutus. Huic ego cauſſe, iudices, cũ summa volũtate, & expectatione populi Rom. actor accessi, non vt augerem inuidiam ordinis, sed vt infamiæ communi succurrerem. adduxi enim hominem, in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum populo R. satisfacere exteris nationib. possetis: depeculatorem [k] erarij, vexatorem Asiæ [l], atque Tamphyliæ, prædonem iuris [m] vrbani, labem atque pernitiẽ prouinciæ Siciliæ. De quo si vos seuerè, religioséque [n] iudicaueritis: auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hærebit. sin

istius ingentes diuitiæ iudiciorũ religionem
veritatémque a perfregerint: ego hoc tamen
assequar, vt iudicium potius reip. quàm aut
reus iudicibus, aut accusator reo defuisse vi-
deatur. ¶ Equidem b, vt de me confitear, iu-
dices, cùm multæ mihi à C. Verre insidiæ
terra, marique factæ sint c, quas partim mea
diligentia deuitarim, partim amicorum stu-
dio, officióque repulerim: numquam tamen
neque tantum periculum mihi adire visus
sum, neque tantopere pertimuid, vt nunc in
ipso iudicio. Neque tantum me exspectatio
accusationis meæ, concursúsque tantæ mul-
titudinis, quibus ego rebus vehementissimè
perturbor, commouet, quãtum istius insidiæ
nefariæ, quas vno tempore mihi, vobis, M^c.
Glabrioni prætori, sociis, exteris nationibus,
ordini, nomini denique seruatorio facere co-
natur. qui ita dictitat, *iis esse metuendum, qui,*
quod ipsis solis satis esset, surripuissent: se tantum
rapuisse, vt id multis satis esse posset. Nihil esse tam
sanctum, quod non violari: nihil tam munitum,
quod non expugnari pecunia posset. Quòd si, quã
audax est ad conandũ, tam esset obscurus f in
agendo: fortasse aliqua in re nos aliquãdo fe
fellisset. verùm hoc adhuc percõmodè cadit,
quòd cum incredibili eius audacia singularis
stultitia coniuncta est. Nã vt apertus in cor-
ripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrũpendi
iudicij perspicua sua consilia, conatúsque g
omnibus fecit. Semel ait se in vita pertimuis-
se: rum, cùm primùm reus h à me factus i sit:
quòd cùm è prouincia recens esset, inuidiáq.
& infamia non recenti, sed vetere, ac diuturna flagraret, tum ad iudicium corrumpendũ
tempus alienũ offenderet k. Itaque cùm ego
diem in l Siciliam inquirendi perexiguam m
postulauissem, inuênit iste qui sibi in n Acha-
iam biduo breuiorem diem postularet: nõ vt
is idem cõficeret diligentia, & industria sua,
quod ego meo labore, & vigiliis consecutus
sum. Etenim ille Achaicus inquisitor, ne Brũ
disium quidem peruênit: ego Siciliam totam
quinquaginta diebus sic obij, vt omnium po-
pulorum, priuatorúmque litteras, iniuriásq.
cognoscerem, vt perspicuum cuiuis esse pos-
si. o, hominem ab isto quæsitum esse, non qui
reum suum adduceret, sed qui meum tem-
pus obsideret. Nunc homo audacissimus, at-
que amentissimus hoc cogitat, intelligit, me
ita paratum, atque instructum in iudicium
venire, vt nõ modò in auribus vestris, sed in
oculis omnium, sua furta, atque flagitia defi-
xurus sim. Videt, senatores multos esse ex tes
audacię suę: videt, multos equites Romanos,
frequentes in præterea ciueis, atque socios, qui-
bus ipse insigne is iniurias fecerit. videt etiã
tot p graues is ab amicissimis ciuitatibus lega-
tiones q cum publicis auctoritatibus, ac r te-
stimonijs conuenisse. Quæ cùm ita sint, vsq.
eò de omnibus bonis malè existimat: vt quæ
eò senatoria iudicia, perdita s, profligatáque
esse arbitretur, vt hoc palàm dictitet, nõ sine
causa se cupidum pecuniæ fuisse, quoniam
tantum in pecunia præsidiũ experiatur esse:
sese (id quod difficillimum fuerit) tempus t
ipsum emisse iudicij sui, quo cetera facilius
emere u possent: vt, quoniam criminum vim
subterfugere nullo modo poterat, procel-
lam x temporis deuitaret. Quòd si non modò
in causa, verùm in aliquo honesto præsidio,
aut alicuius eloquentia, aut gratia spem ali-
quam collocasset: profectò non hæc omnia
colligeret, arq. aucuparetur: non vsq. eò despi
ceret, contemneretq. ordinem senatorium, vt
arbitratu eius deligeretur ex senatu, qui reus
fieret: qui, dum hic, quæ opus essent, compa-
raret, causam interea ante eũ diceret. Qui-
bus ego rebus quid iste speret, & quò animũ
intendat, facile perspicio. Quamobrem verò
se confidat aliquid b perficere posse, hoc c
Glabrione prætore, & hoc consilio, intellige-
re non possum. Vnum illud intelligo, quod d
prætor Rom. in reiectione e iudicum iudica-
uit ea spe istum fuisse præditum, vt omnẽ ra-
tionem salutis in pecunia poneret: hoc ere-
pto præsidio, vt nullam sibi rem adiumento
fore arbitraretur. Etenim quod est ingenium
tantum: quæ tanta facultas dicendi, & copia,
quæ istius vitam, tot viciis, flagitiísque f coni-
uictam, iampridem omnium voluntate, iudi-
cióque damnatam, aliqua ex parte possit de-
fendere? Cuius vt adolescentię maculas, igno
miniásque prætereamus: quæstura, primus gra-
dus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn.
Carbonem spoliatum à *quæstore* g suo pecunia
publica? nudatum, & proditum consulem? de-
sertum exercitum? relictam prouinciam? for-
tis necessitudinem, religionémq. violatam?
Cuius *legatio* h, exitium fuit Asiæ totius, &
Pamphyliæ, quibus in prouinciis multas i do-
mos, plurimas vibes, omnia fana depecula-
tos k est l, cùm in Cn. Dolabellam scelus suũ
illud pristinũ renouauit, & instaurauit quæ-
storiũ: cùm m eum, cui legatus n, & pro quæ-
store fuisset o, & in inuidiam suis maleficiis
adduxit, & in ipsis periculũ nõ solùm de se
ruit, sed etiã oppugnauit, ac prodidit? p. cuius
præturæ vrbanæ, ædium sacrarum fuit, publi-
corúmque operum depopulatio q simul in r
iure dicendo, bonorum, possessionúmque,
contra omnium instituta s, addictio t, & cõ-
donatio. Iam verò omnium vitiorum suorũ
plurima, & maxima constituit monumenta
& indicia *in prouincia Sicilia*: quam iste per
triennium ita u vastauit, vexauit, ac perdidit,
vt ea restitui in antiquum statum nullo mo-
do possit: vix autem per multos annos, inno-
centesque prætores aliqua ex parte recreari
aliquando posse videatur. Hoc x prætore Si-
culi neque suas *leges*, neque nostra senatuscõ
sulta, neque communia iura tenuerunt. tantũ
qui que habet in Sicilia, quantũ hominis ava
rissimi, & libidinosissimi aut imprudentiam
subterfugit, aut facietati superfuit. Nulla res
per triennium nisi *ad nutum* istius, iudicata
est: nulla res tam patria cuiusquã, atque anti-
ta fuit, quæ non ab eo, imperio istius, abiudi-
caretur. Innumerabiles pecuniæ *ex aratorum* y
bonis, quos z, nefariõque instituto coëgit: so-
cij fidelissimi in hostiũ numero existimati:
ines R. seruilẽ in modũ *cruciati, & necati*: ho-
mines nocentissimi propter pecuniã iudicio
liberati: honestissimi atque integerrimi, ab-
sentes b rei facti, indicta causa damnati, & eie-
cti: portus munitissimi, maximæ, tutissimęque
vrbes, piratis, prædonibúsq. patefactæ: nautæ,
militésque Siculorũ, socij nostri, atq. amici, fa
me necati: classes optimæ, atque opportunis-
sime cum magna ignominia populi Romani
amissæ & perditæ. Idẽ iste prætor *monumenta*
antiquissima partim regũm locupletissimorũ,

a *fort.* seueri-
atémq. perf.
b CONFIR-
MATIO.*
c *v.c.* sunt,
d *fort.* perti-
mui, quàm
nunc in
e L. M. Glabr.
prætore. M^c.
Glabrioni
P R. sociis
‖ est autem
differentia
inter M. &
M'. Prius no
ta est Marci:
posterius,
Manij.*
f sic obscu-
rus Horat. t.
epistol. 18. qui
occultat sua
consilia.*
g *al.* conatá-
que.*
h I. à me
reus factus
est: *v. c.* fa-
ctus sit:
i Reum fieri
est apud Prę
torem in iu
re legibus
P. B.
interrogari
& accusari.
Formula ea
erat accusa-
tionis ad te Si
culos spoliat
sesi reus ta-
cuisset, lis ei
æstimabatur
vt victo: si
negabat, pe-
tebatur à prę
tore dies in-
quisitionis
criminum &
instituebatur
accusatio *Ver-*
rian.*
k *fort.* offen-
derit.
l *fort.* in Sici-
liam, inqui-
rendi causa,
perex. *v. c.*
inquirendi
in Sicilia per
ex.
m hoc est
sic. Rupil-
lius verò si-
ue Oppius
suppositus à
Verre, 108.
quod & se-
quentibus
mox innuit*
n *v.c.* in Achaia
o *v.c.* posset
p L. tot tam
gravis
q Mos erat
legationes à
provincia, a
decedentibus
Romã mit
torum vel
commendan-
dorum vel
accusandorũ
causa.*
r *v.c.* non ha-
bent, ac testi-
monijs, *neque*
L. agnosci.
s Perdita in-
veniri non
possunt pro-
fligata, possunt
Metelli sui
Glabrionis
*Padian.** t in dilationem in annum sequentem & M.
amantissimi * u L. emere posita posset. x. iudicium
P. toris æquissimi.*

b *L.* aliquid
proficere
c *L.* hoc præ-
tore.
d *L.* quod pr.
R. ita Ac-
cronius.* *al.*
quod popu-
lus R.
e Iudices vt-
trinque reji-
cimos erat.*
f L. flagitii is-
que inqui-
ratam, iã pr.
al. flagitii is-
que comma-
dam, ‖ *al.* cõ-
inquinatã.*
g Verre.*
h sub Dola-
bella pro cõ-
sule.*
i *L.* plurimas
domos, mul-
tas vibeis,
omn.
k *al.* depopu-
latus.*
l *al.* est tum
cum.*
m *al.* cui le-
gatus pro
quæstore
fuisset.*
o Malleolo
mortuo.*
p Prodere
gravius est
quàm oppu-
gnare.*
q *al.* depe-
culatio:
r *L.* in iure
dicundo,
s decreta &
P. B.
edicta Prę-
torum intel-
ligit.*
t Addicebantur bona à Prætore: con donabantur seu cedebantur in iure ab aduersario.*
u *v.c.* ita ve-
xauit, ac per-
didit, vt *&c.*
x *v.c.* Hoc
pr. S.
y Aratores
decimas fru-
menti, P. Ro-
man, dabant:
quas marci-
pes publica-
ni, idémque
decumani di-
ci, exige-
bant*
z tres enim
easque deci-
mas amplas
coegit. *,
a *v.c.* pecu-
nias.
b vt Stenius
& Hera-
clius.*
c *v.c.* P. R.
d Agathoclis
& Hieronis
regum Sici-
liæ.*

quæ illi ornamento vrbibus esse voluerunt, partem etiã nostrorũ imperatorũ quę victores ciuitatibus Siculis, aut dederunt, aut reddiderũt, spoliauit, nudauitque omnia. Neque hoc solùm in statuis, ornamentisque publicis fecit: sed etiam *delubra* omnia sanctissimis religionibus consecrata depeculatus est: deũ denique nullum Siculis, qui ei paullò magis affabre, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. *In stupris* verò, & flagitiis nefarias eius libidines commemorare, pudoreq; deterreor. simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos, cõiugésque suas, integras ab istius petulantia conseruare non licitum est. At enim hæc ita commissa sunt ab isto, vt non cognita sint ab omnibus. Hominem esse arbitror neminem, qui nomẽ istius audierit, quin facta quoque eius nefaria commemorare possit: vt mihi magis timendum sit, ne multa crimina prætermittere, quàm nequa in istum fingere existimet. Neque enim mihi videtur hęc multitudo, quæ ad audiendũ conuênit, cognoscere ex me causam voluisse: sed ea, quæ scit, mecũ recognoscere. Quæ cùm ita sint, iste homo amens, ac perditus alia mecũ ratione pugnat. non id agit, vt alicuius eloquentiã mihi opponat: non gratia, non auctoritate cuiusquã, non potentia nititur. simulat his se rebus cõfidere: sed video, quid agat: (neque enim agit occultissimè) proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum arrogantium nomina: qui non tam me impediunt, quòd nobiles sunt, quam adiuuant, quod noti sunt. simulat se eorum præsidio confidere, cùm interea aliud quiddam ẽiam diu machinetur. Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iã, iudices: exponã, sed priùs, vt ab initio res ab eo constituta sit, quęso, cognoscatis. ¶ Vt primùm è prouincia rediit, *redemptio* est *huius iudicij* facta grandi pecunia, mansit in conditione, atque pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. postea quàm reiectio iudicum facta est: quod & in sortitione, istius spem, fortuna populi Romani, & in reiiciendis iudicibus mea diligentia istorũ impudentiam vicerat: renunciata est tota Pconditio. Præclarè se res habebat. libelli nominum vestrorũ, consiliique huius in manibus erant omniũ. nulla nota, nullus color, nullę sordes videbantur his sententiis allini posse: cũ iste repentè ex alacri, atque lęto, sic erat humilis, atque demissus, vt non modò populo Romano, sed etiam sibi ipse condemnatus videretur. Ecce autem repentè, his diebus paucis, *comitiis consularibus* factis, eãdem illa veteta consilia pecunia maiore reperuntur, eædémque vestræ famæ, fortunísque omniũ insidię per eosdem homines cõparantur. Quæ res primò, iudices, pertenui nobis argumento, iudicióque patefacta est: pòst aperto suspicionis introitu ad omnia in tima istorum consilia sine vllo errore peruenimus. Nam vt Hortensius cos. designatus, domum reducebatur è campo cum maxima frequẽtia à multitudine: fit obuiã casu ei multitudini C. Curio: quem ego hominẽ honoris potiùs, quàm contumeliæ causa nominatũ volo. Etenim ea dicam, quæ ille, si commemorari noluisset, non tanto in conuentu, tam apertè, palámque dixisset. quæ tamen à me pedetẽtim, cautéque dicẽtur: vt & amicitię nostrę, & dignitatis illius habita ratio esse intelligatur. Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem, appellat hominẽ, & ei voce maxima gratulatur: ipsi Hortensio, qui consul erat factus, propinquis, necessariisque eius, qui tum aderant, verbum nullũ facit: cum hoc consistit, hũc amplexatur. hũc iubet sine cura esse. *Renuntio*, inquit, *tibi te hodiernis comitijs esse absolutum.* Quòd cùm tã multi homines honestissimi audissent, statim ad me defertur: immò verò, vt quisque me viderat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. ridiculum iis, qui istius causam in testium fide, in criminum ratione, in iudicum potestate, non in comitiis consularibus positam arbitrabantur: indignum iis, qui aliùs perspiciebant, & hanc gratulationẽ quid iudicium à corrumpendum specture videbant. Etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi homines inter se, & mecũ loquebantur: apertè iã, & perspicuè nulla esse iudicia, qui reus pridie tam ipse se cõdemnatum putabat is, postea quàm defensor eius consul est factus, absoluitur. Quid igitur? quod tota Sicilia, quod omnes Siculi, omnes negotiatores, omnes publicæ, priuatæque litteræ Romæ sunt, nihilne id valebit? Nihil, inuito consule designato. Quid iudices? non crimina, non testeis, nõ existimationem populi Romani sequentur? num omnia in vnius potestate, ac moderatione verentur? Verè loquar, iudices, vehementer me hæc res commouebat. optimus enim quisque ita loquebatur. Iste quidẽ tibi eripietur: sed nos non tenebimus iudicia diutiùs. etenim quis poterit, Verre absoluto, de transferendis iudiciis recusare? Erat omnibus molestum: neque eos tam istius hominis perditi insubita lętitia, quàm homin sk amplissimi noua gratulatio commouebat. Cupiebam dissimulare, me id molestè ferre. cupiebam animi dolorẽ vultu tegere, & tacitur-nitate celare. ¶ Ecce autem illis ipsis diebus *cùm prætores designati sortirentur*, & M. Metello obtigisset, vt is de pecuniis repetũdis quæreret: nuntiatur, mihi tantam isti gratulationem esse factam, vt is domũ quoque pueros mitteret, qui vxori suę nuntiarẽt. Sanè ne hęc quidem res mihi placebat: neque tamen, quid tantoperè in hac sorte metuendum mihi esset, intelligebam. vnũ illud ex hominibus certis, ex quibus omnia compersi, reperiebam: fiscos cõplures cũ pecunia Sicilienſi à quodam senatore ad equitem Romanũ esse translatos: ex his quasi x. fiscos ad senatorẽ illũ relictos esse, comitiorũ nomine: diuisores omniũ tribuũ noctu ad istũ vocatos. Ex quibus quidã, qui se omnia mea causa facere debere arbitrabatur, eãdẽ illa nocte ad me venit. demonstrat, qua ista oratione vsus esset: cõmemorasse istũ, quam liberaliter eos tractasset etiã antea, cùm ipse prætura petisset, & proximis consularib. prętorijsque comitiis: deinde continuò esse pollicitum, quantum vellent pecunię, si me edilitate deiecissent. Hic alios negasse audire: alios respondisse, non putare id perfici posse: inuentum tamen esse fortem amicum, ex eãdem familia Q. Verrẽ, Romilia, ex optima diuisorũ disciplina, patris illius discipulũ, atque amicũ, qui LLS. quingẽtis millib. depositis, id se perfecturũ pollicereturr: & fuisse tamen nõnullos, qui se vnà facturos esse dicerent. quæ aliquis designãdus esset, significaretur ab vno eorũ quæ nomine, nomine, cognomine, cognatione, tribu, curia cẽsu. sequũtur præ-

a Marcelli, & Scipionis quorum ille dedit alter teddidit.*

P. LXIX.

b v.c. depopulatus est: *non placet.*

c Clenniens vxoris.*

d *αἰσχύνῃ μου*

e Curionis, trium Metellorum. Hortensij & Scipionis *Padian.**

f infames.

g dilatione accusationis & corruptionẽ iudicij.*

h L. vobis exponam.

i NARRA-TIO rerum à Verre gestarum.*

k id est reperti sunt artifices qui pecunia accepta in se, suóque periculo reciperẽt corrumpendos iudices Verris causa.*

l L. ea manſit in cond. m E senatu iudices conscribẽbatur, eorum nominibus in vrnam coniectis, Prætor sortiebatur numerũ necessarium: sortitionem, reiectio, reiectionem subsortitio sequebatur.*

n L. fortuna P. B. reip.

o Renunciatur conditio cùm reiicitur & pacto non statur.*

p L. tota cõductio.

q Notas tabellarum discolores intelligit de quibus dixi in diuinatione.*

r v.c. ædilini sunt & alia ædilitia, prætoria tribunitia.*

t Mattio & comitiorũ.*

u L. cũ maxima frequẽtia, ac multit. *& ita v. c.*

x apertè. ad verba palam ad præsentes refert.*

a constructum à Fabio Allobrogico.*

b L. voce maxima victorem gratulatur.*

P. LXX.

c *fort.* spectare ad iudicium corrumpendum videbant.‖ *atqueita vitatur versus.**

d versus hexametri: quod vitiosum si oratori excidat *Cic. de Orat.**

e L. Non omnia in vnius potestate, ac moderatione vertentur.

f Hortensij.*

g L. fauserimus à senatu iudicia.*

h *al.* perditi homitis

i Verris.*

k Curionis*

l *al.* his paucis diebus & *ita Asco.**

m *al.* neque tantopere quid in hac sorte.

n Fisci, vtensibilia vel vtensilia maioris pecuniæ capiendæ. his res publica deferebantur.*

o capta ex prædationibus Siciliæ.*

p Crassi vel Hortensio.*

q Publiũ.*

r i. iuxta circa *Cornel.* P. B. *Iuno Pronuba in exemplu eloquentiã hunc locum citat.**

s *al.* delatos, *al.* relatos.*

t Diuisores populum in tribus, Classes & centurias suffragiorum causa diuidebãt: & per eos ambitiosi minos diuidebãt. Magistri curiæ dicuntur Plauto.*

u L. qui se omnia mea causa debere arbitr.

x L. quantũ vellent pecuniã. & *ita v. c.*

y *fort.* negasse se aud.

z *fort.* inuentum tandem esse fort.

a tribu scilicet vide Sicilium Romilia. Moris, fuit, vt cum

b *al.* tacet.*

a v.c. benivolo
b v.c. non habent propter iudicium,
c Distringi est & sine vinculis in diuersorū manu ductium ferri: obligari verò, etiā nodis & vinculis.*
d lib. vulg. accersentur.
P. LXXI. e al. non venisse.
f i. infamiæ: nec enim potest cum adolescente esse gratia sine infamia.*
g obstenè, si referas ad adolescētem gratiosum.*
h intelligimus animaduertimus sensibus.*
i L. pecunia. k in Sicilia fuit & alius consul: Alius quæstor repetundarum vt mos requirit.*
l Consulē.* m Dilogia de qua vide hic Asconiū. Porro quæ fuerit hæc prærogatiua mox discēs.*
n quidam v.c. & vulgatiam reddidisse.
o Epitheraepeusis.*
p L. & me in t.
q lib. vulg. Accersit Cetera hæc est prærogatiua quam Metellus Verri pro præturæ gratiuis reddidit.*
r al. Q. Metellus
s corruptis pecunia Si P. B. cilienſi tribubus.*
t v.c. pro innocente homine.
u Fato Metelli Romæ fiunt consules Naulus apud Padianum sed Nasonio à Metello statim responsum senario hypercatalectico seu Saturnio, Dabunt malum Metelli Næuio poetæ.*

x Q. Hortensius & Q. Metellus.* y repetundarum M. Metellus. Quæstores propriè criminalium quæstionum.* z al. accedit etiā nobis ill. al. sed accedet.* a ædilis cum Tullio: ideo non iudicaturus, quia vno tempore Aedilis & iudicis partes sustinere nō poterat.*

cùm ita essent, sanè benevolo [a] animo me, vt magnopere cauerem, prænonebat. Sollicitabar rebus maximis vno, atque eo perexiguo tempore. vrgebant comitia: & his ipsis oppugnabar grandi pecunia. instabat iudicium: ei quoque negotio fisci Siculenses minabantur. Agere quæ ad iudicium pertinebant, liberè, comitiorum metu deterrebat: petitioni toto animo seruire, propter [b] iudicium, non licebat. minari denique diuisorii us rario non erat, propterea quòd eos intelligere videbam, me hoc iudicio districtum, atque obligatum futurum. Atque hoc ipso tempore Siculis denuntiatum esse audio, primùm ab Hortensio, domum ad illum vt venirent: Siculos in eo sanè liberos fuisse, qui, quamobrem arcesserentur [d], cùm intelligerent, non [e] venissent. Interea comitia nostra, quorum iste se, vt ceterorum hoc anno comitiorum, dominum esse arbitrabatur, haberi cœpta sunt. cursare iste homo potens, cum filio blando, & gratioso [f], circum tribus: paternos amicos, hoc est, diuisores [g], appellare omneis, & conuenire. Quod cùm esset intellectum, & [h] animaduersum: fecit animo libentissimo pop. Ro. vt cuius diuitiæ me de fide deducere nō potuissent, ne eiusdem pecuniis de honore deiicerer. Posteaquam illa petitionis magna cura liberatus sum, animo cœpi multo vagis vacuo, ac soluto, nihil aliud, nisi de iudicio, agere, & cogitare. Repetio, iudices, hæc ab istis consilia inita, & constituta, vt quacumque opus esset ratione, res ita duceretur, vt apud M. Metellum prætorem [k] causa diceretur. in eo esse hæc commoda: primùm M. Metellū, amicissimum: deinde Hortensium consuiem non solùm, sed etiā Q. Metellum [l]: qui quàm isti sit amicus, attendite. dedit enim prærogatiuam [m] suæ voluntatis eiusmodi, vt isti pro prærogatiuis eam [n] reddidisse videatur. An [o] me taciturum tantis de rebus existimauistis? & P in tanto reip. existimationisque meæ periculo, cuiquam consulturum potius, quàm officio. & dignitati meæ? Arcessit [q] alter consul designatus Siculos: veniunt nonnulli, proterea quòd L [r]. Metellus esset prætor in Sicilia. cum iis ita loquitur: se consulē esse: fratrem suum alterum Siciliam prouinciam obtinere: alterum esse quæsiturum de pecuniis repetundis: Verri ne noceri possit, multis rationibus esse prouisum [s]. Quid est, quæso, Metelle, *iudicium corrumpere*, si hoc non est? testeis, præsertim Siculos, timidos homines, & afflictos, nō solum auctoritate deterrere, sed etiam consulari metu, & duorum prætorum potestate? Quid faceres pro [t] homine innocente, & propinquo, cùm propter hominem perditissimum, atque alienissimū, de officio, ac dignitate decedis: & committis, vt, quod ille dictitat, alicui, qui te ignorat, verùm esse videatur? Nam hoc Verrem dicere aiebant, te non fato [u], vt ceteros ex vestra familia, sed opera sua, consulē factū. Duo [x] igitur coss. & quæsitor [y] erunt ex illius voluntate. Non solum effugiemus, inquit, hominem in quærendo nimium diligentem, nimium seruientē populi existimationi? M. Glabrionē: accedet [z] nobis etiā illud: iudex est M. Cæsonius [a], collega nostri accusatoris, homo in rebus iudicandis spectatus, & cognitus: quem minimè expediat esse in eo consilio, quod concemur aliqua ratione corrumpere: propterea quòd iam antea, cùm iudex in Iuniano [a] consilio fuisset, turpissimum illud facinus non solùm grauiter tulit, sed etiam in medium protulit. hunc iudicem ex Kal. Ian. non habebimus. Q. Manlium, & Q. Cornificium [b], duos seueriſſimos, atque integerrimos iudices, quòd tribuni pleb. tum erunt, iudices nō habebimus. P. Sulpicius, iudex tristis, & integer, magistratum ineat [c] necesse est nonis Decēbr. M. Crepereius ex acerrima [d] illa equestri familia, & disciplina: L. Cassius [e] ex familia tum [f] ad ceteras res, tū ad iudicandum seueriſſima: Cn. Tremellius, homo summa religione, & diligentia: tres hi homines, veteres tribuni militares [g] sunt designati. ex Kal. Ianuar. non iudicabunt. Subsortiemur etiam in M. Metelli locū: quoniam is huic ipsi quæstioni prætuturus est. Ita secundum Kalend. Ianuar. & prætore, & propè toto consilio commutato, magnas accusatoris minas, magnámque iudicij exspectationem ad nostrum arbitriū, libidinémque eludemus. Nonæ sunt hodie Sextiles h. hora i nona conuenire cœpistis. hunc diem iam ne numerant quidem. Decē dies sunt ante ludos votiuos k, quos Cn. Pompeius facturus est. hi ludi dies quindecim auferent. deinde continuò Romani [l] consequuntur. Ita propè x L, diebus interpositis, tū denique se ad ea, quæ à nobis dicta erunt, respōsuros esse arbitrantur: deinde se ducturos & dicendo, & [m] excusando, faci è ad ludos [n] Victoriæ. cum his plebeios [o] esse coniunctos: secundum quos aut nulli, aut pauci dies ad agendum futuri sunt. Ita defessa, ac refrigerata accusatione, rem integram ad M. Metelli prætorem esse venturam. quem ego hominem, si eius fidei diffisus essem, iudicem non retinuissem. Nunc tamen eo P animo sum, vt eo iudice, quàm prætore, hanc rem transigi malim: & iurato suam, quàm [q] iniurato aliorum tabellas committere. Nunc ego, iudices, iam vos consolo, quid mihi faciendum putetis. id enim consilij mihi profectò taciti dabitis, quod egomet mihi necessariò capiēdum intelligo. Si vtar ad dicendum meo legitimo tempore, mei laboris, industriæ, diligentiæque capiam fructum: & ex accusatione perficiam, vt nemo vmquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. Sed in hac laude industriæ meæ, reus ne elabatur, summum periculū est. Quid est igitur, quod fieri possit? non obscurū opinor, neque absconditum. Fructū istum laudis, qui ex perpetua oratione percipi potuit, in alio tēpore reseruemus: nunc hominem tabulis, testibus, priuatis, publicisque litteris, auctoritatibusque accusemus. Res omnis mihi tecū erit, Hortensi. dicā apertè, si te mecū dicendo, ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem: ego quoque in accusando, atque in explicandis criminibus operam consumerem. nunc, quoniam pugnare contra me instituisti, non tam ex tua natura, quàm ex istius [r] tempore, & causa, malitiosè: necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. Tua ratio est, vt secundum binos [s] ludos, mihi respondere incipias: mea, vt ante primos [t] ludos comperendinem

a quis hic Iunius vide Asconium.*
b al. Cornificium Græcis Appiano & Dioni κορνίφικιος.*
c L. ineat oportet nonis D. & ita v.c.
d quia sine infamia equites iudicabant, quo tēpore iudicia penes eos fuere.*
e à quo leges Cassiæ tabellariæ de suffragiis ferendis tabellā nō vocc.*
f L. cū ad cet. P. LXXII.
g Tribuorū militarium alij in exercitu creati, qui & Rufulialij nomæ qui comitiati Asconio. hic Festus Rufuli.*
h quæ post-e Augustæ.*
i al. hora octaua.
k à Pompeio ob deuictum Sertorium.*
l Ludi Romani qui & magni sub regib. instituti. Magni dicti, quod in eis primū impēsa 200000. nummorum: vel quod Cō so (secretorum deo) & Laribus Romæ diis magnis dati, quib. raptæ Sabinæ. *Asconius Pedianus Magnos Lin.t.*
m L. & r. cupiendo, facilè.
n institutos à Sylla victore bello ciuili.
o qui ob exactos reges: vel reconciliatā plebem senatoribus post secessionē in montem Auentinum.*
P. B. p. al. hoc animo sum
q Iudices iurati tabellas accipiebant: Prætor qui aliis tabellas dabat, nō iurabat. *Asco.*
r Verris.*
s Ludos votiuos & Romanos.*
t al. ante primo: comp.

a comperendinare quid alias dixi*
b al. cosdem velle m.
c corruptio* d Terentij Varronis vbi discoloribus ceris vsus est.
e al. incurrere.
f L. in mirũ odiosum, accusatorem assiduum, acerbum aduersarium.
g molestum* h & Rosc. Amer.* i quasi diceret, qua cædi populo Romano Verre immanem bestiam.*
k Deponitur apud sequestrem: accipitur à corruptore: recipitur id est promittitur ab eo qui pro iudicatur spondet: polliceturiudex aut præmiũ daturus.*
P. LXIII.
l Sequestres pecuniæ depositarij, interpretes per quos iudicibus pactio.*
m L. quæ inter decem per Sylla* n ex lege Seponia* p al. nulla. al. nulla iudicibus equitib. Rom. iudicãtibus. al. vel nulla vllo iudice Ro. iudicante. al. nulla equitibus Ro. iudicantibus. vel nulla vllo equite Romano iudicante* q hoc est pro vocatione a populum* r Prætor Hispaniæ*
s L. minoris LLS. tricies prætij id est tricies centũ millia sestertiumnummũ quæ sum mas in iudices diuidatur singulis darentur 1400000.
P. B. sestertium* t in iudices suos, minima pecunia corruptos* u repetũdarum rei vel exilio, vel pecunia, simpli dupli, quadrupli dãnabantur*

perendinè a facit. Ita fiet, vt tua ista ratio existimetur astuta: meum hoc consilium, necessarium. Verùm illud, quod institueram dicere, mihi rem tecũ esse, huiusmodi est. Ego, cùm hanc causam, Siculorũ rogatu recepissem, idque mihi amplum, & præclarum existimassem, b eos velle meæ fidei, diligentiæq; periculum facere, qui innocentiæ, abstinentiæque fecissent: tũ, suscepto negotio, maius mihi quiddã proposui, in quo meã in rempub. liberi cani voluntatem populus Romanus perspicere posset. Nam illud mihi nequaquam dignum industria, conatúque meo videbatur: istum à me in iudicium iam omniũ iudicio cõdemnatum vocari, nisi ista tua intolerabilis potentia, & ea cupiditas c, qua per hosce annos in quibusdam d iudiciis vsus es, etiam in istius hominis desperati causa interponeretur. Nunc verò, quoniam hæc te omnis dominatio, regnúmque iudiciorum tantopere delectat: & sunt homines, quos libidinis, infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat: qui quasi de industria in odium, offensionémque populi Romani irruere e videantur: hoc me profiteor suscepisse, magnũ fortasse onus, & mihi periculosum: veruntamen dignum, in quo omneis neruos ætatis, industriæque meę contenderẽ. Quoniam totus ordo, paucorum improbitate, & audacia premitur, & vrgetur infamia iudiciorũ: profiteor, huic generi hominum me inimicum f, accusatorem, odiosum, assiduum g, acerbum aduersarium. Hoc mihi sumo: hoc mihi deposco, quod agam in magistratu, quod agam ex eo h loco, ex quo me populus Romanus ex kal. Ian. secum agere de repub. lica, ac de hominibus improbis voluit, hoc munus ædilitatis i meæ populo Rom. amplissimumk, pulcherrimúmque polliceor. moneo, prædico l, antè denuntio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse, quique ad hãc rem aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc iudicio manus, animósque ab hoc scelere nefario. Erit tum consul Hortensius cũ summo imperio, & potestate: *ego autem ædilis, hoc est, paullo amplius, quam priuatus.* Tamen hæc huiusmodi res est, quam me acturum esse polliceor, ita populo R. grata, atque iucunda, vt ipse cos. in hac causa præ me minus etiã, si fieri possit, quàm priuatus esse videatur. omnia non modò cõmemorabuntur, sed etiã, expositis certis rebus, agentur, quæ m intra decẽ annos, poste aquàm *iudicia ad senatum trãslata n sunt*, in rebus iudicandis nefariè, flagitioséque facta sunt. Cognoscet ex me populus Ro. quid sit, quãobrem, *cum equester ordo iudicaret o, annos prope quinquaginta continuos*, nullo p iudice equite R. iudicãte, ne tenuissima quidem suspicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam constituta sit: quid sit, quòd iudiciis ad senatorium ordinẽ trãslatis, sublatáque q populi R. in vnumquémque nostrũm potestate r, Q. Calidius damnatus dixerit, *mmris* LLS. xxx M. *prætorium hominem honestè non posse damnari*: quid sit, q, P. Septimio senatore damnato, Q. Hortensio prætore, de pecuniis repetundis, lis s æstimata sit eo nomine, quòd ille ob rem iudicandã, pecuniã accepisset: q, in C t. Herennio, quòd in C. Popillio, senatoribus, qui ambo peculatus damnati sunt: q, in M. Attilio, qui de maiestate dãnatus est, hoc u planum factum est, eos pecuniã ob rem iudicandam accepisse: quòd inuenti sunt senatores, qui C. Verre præt. vrbano sortienteb, exirent in eum reum, quem incognita c causa eõdem parent: quòd *inuentus est senator c, qui cum iudex esset, in eodem iudicio & ab reo pecuniã acciperet, quam iudicibus diuideret, & ab accusatore, vt reum damnaret d.* Iam verò quomodo illam labem, ignominiam, calamitatémque totius ordinis conquerar? hoc factum esse in hac ciuitate, cùm senatorius ordo iudicaret, vt discoloribus e signis, iuratorũ hominũ sententiæ notarentur? hæc omnia me diligẽter, seuerèque acturũ esse polliceor. Quo me tandem animo fore putetis, si quid in hoc ipso iudicio intellexero simili aliqua ratione esse violatũ, atque commissum cùm præsertim planum facere multis testibus possim, C. Verrem in Sicilia, multis audientibus, sæpe dixisse, se habere hominem potẽtem, cuius fiducia prouinciam spoliaret: neque sibi soli pecuniam quærere, sed ita triennium illud præturę Siciliensis distributum habere: vt secum præclarè agi diceret, si vnius anni quæstũ in rem suam conuerteret: alterum patronis m, & defensoribus suis traderet: tertium illũ vberrimum, quæstuosissimúmque annum totũ iudicibus reseruaret. Ex quo mihi venit in mẽtem illud dicere, quod apud M. n Glabrionem nuper cùm in reiiciendis o iudicibus commorassem, intellexi vehementer populũ R. commoueri: me arbitrari, fore, vt nationes exteræ legatos ad populũ R. mitterent, vt lex de pecuniis repetundis, iudiciúmq. tolleretur. *si enim iudicia nulla sint, tantam vnumquemque ablaturum putant, quantum sibi, ac liberis suis satis esse arbitretur.* nunc, quòd eiusmodi iudicia sint, tantam vnumquemque auferre, quantum sibi, patronis, aduocatis, prætoribus, iudicibus satis futurum sit. Hoc profectò infinitum esse, se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. O cõmemoranda iudicia, præclarámq. existimationẽ nostri p ordinis, cùm socij populi Ro. iudicia, de pecuniis repetundis fieri nolunt, quæ q à maioribus nostris sociorum causa comparata sunt? An iste vmquam de se bonã ipsem habuisset, nisi de vobis malã opinionẽ animo imbibisset? Quo maiore etiam, si fieri potest, apud vos odio esse debet, quàm est apud populum Romanũ, cùm in auaritia, scelere, periurio vos sui similes esse arbitretur. r Cui loco, per deos immortales, iudices, cõsulite, ac prouidete, moneo, prædicóque id quod intelligo, tempus s opportunissimũ vobis hoc diuinitus datum esse, vt odio, inuidia infamia, turpitudine totum ordinem liberetis. Nulla t in iudiciis seueritas, nulla religio, nulla denique iam existimãtur esse iudicia. Itaque à populo Rom. contemnimur, despicimur: graui, diuturnáque iam flagramus infamia. Neque enim vllam aliã ob causam populus Romanus tribunitiam potestatem tanto u studio requisiuit: quam cùm poscebat, verbo illam posse videbatur, re vera iudicia poscebat. Neque hoc Q. Catulum, hominẽ sapientissimum, atque amplissimum fugit, q; i, Cn. Pompeio, viro fortissimo, & clarissimo, de tribunitia potestate referẽte x, cùm esset sententiã rogatus, hoc initio est summa cum auctoritate visus: Patres cõscriptos iudicia male,

a *al.* hoc planum factum sit, *etc.*
b *id est* subsortiente, vt significet subsortitionem iudicij Iuniani de qua fit mentio in Cluentiana.*
c C. Fidiculanium. Falculanum inuit, qui ad complendam Oppianici damnationẽ dicebatur esse suppositus
d *al.* quod in ueri sint sen. *al.* quod inuẽtus sit sen.
e Stalenus*
f *al.* in codẽ iud. ad reo.
g L. condemnaret.
h Discoloria signa, discolores tabulas intelligit de quibus iã prædixi.*
i iura eius leges iudicaturi solebant
k L. putaris *al.* cùm plenum facere
m L. patronis & defensoribus traderet
n Prætore?
o L. reiiciundis
P. LXXIIII.
p *al.* vestri ordinis,
q vnde lex socialis dicitur lex de repetundis*
r L. arbitratur*
s *v.c.* tempus hoc vobis diuinitus d. e.
t Iudiciorũ corruptela*
u per vrget ac nos*
x & eam poscerẽdet*

& flagitiosè tueri. quòd si in rebus iudicādis populi Romani existimationi satisfacere vo luissent, non tantopere homines fuisse tribu nitiam potestatem desideraturos. Ipse denique Cn.Pompeius, cùm primùm concionem ad[a] vrbē cos. designatus habuit: vbi (id quod maximè exspectari videbatur) ostendit, se tri bunitiam potestatem restituturum: factus est in eo strepitus, & grata concionis admurmuratio. Idem in eádem concione cùm dixisset, populatas, vexatásq. esse prouincias: iudicia autem turpia, & flagitiosa fieri: ei rei se prouidere, ac consulere velle: tum verò nō strepitu, sed maximo clamore suam populus Ro manus significauit voluntatem. Nunc[b] autem homines[c] in speculis sunt: obseruant, quem admodum sese vnusquisque vestrūm gerat in retinenda religione, cōseruandísque legibus. vident adhuc post legem tribunitiam vnum[c] senatorem vel tenuissimum fesse damnatum, quod tametsi non reprehendunt, tamen magnopere quod laudent, non habent. *Nulla est enim laus, ibi esse integrum, vbi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere.* Hoc est iudicium, in quo vos de reo populus Ro. de vobis iudicabit. in hoc homine statuetur, possitne, senatoribus iudicantibus, homo no centissimus, pecuniosissimúsque damnari. Deinde est huiusmodi reus, in quo homine nihil sit, præter summa peccata, maximámque pecuniā: vt, si liberatus sit, nulla alia suspicio nisi ea, quæ turpissima est, residere possit. non gratia, non cognatione, non[g] aliis rectè factis, non denique aliquo[h] mediocri vitio tot, tantáque eius vitia subleuata esse existimabuntur. Postremò ego causam sic agam, iudices: eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita manifestas proferā, vt nemo à vobis, vt istum absoluatis, per gratiā conetur cōtendere. Habeo autem certam viam, atque rationem, qua omneis illorum conatus inuestigare, & consequi possim. Ita res à me agetur, vt in eorum consiliis omnibus nō modò aures hominum, sed [k] etiam oculi populi Romani interesse videantur. Vos aliquot iam per annos conceptā huic ordini turpitudinem, atque infamiam delere, ac tollere potestis. Cōstat inter omneis, post hęc constituta[l] iudicia quibus nunc vtimur, nullum hoc splendore, atque hac dignitate cōsiliū fuisse. Hic siquid erit offensum: omnes homines non iā ex eo dem ordine alios magis idoneos (quod fieri non potest:) sed alium omnino ordinē ad res iudicandas quærendū arbitrabuntur. ¶ Quapropter[m] primùm ab diis immortalibus, quod sperare debere mihi videor, hoc[n] idem, iudices, peto, [o] vt in hoc iudicio nemo improbus, præter eum, qui iampridem inuentus est, reperiatur: deinde, si plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc populo R. iudices, cōfirmo, vitā me herculemihi prius, quàm vim, perseue rantiámque ad illorum improbitatem perse quendam defuturum. Verùm quod ego laboribus, periculis, inimicitiísque meis tum, cùm admissum erit dedecus, seuerè me persecuturum esse polliceor, id ne accidat, tu[p] tua sapientia, auctoritate, diligentia, M. Glabrio, pores prouidere. Suscipe causam iudiciorum: suscipe causam seueritatis, integritatis, fidei, religionis: suscipe causam senatus, vt is hoc iudicio probatus, cum populo Ro. & in laude, & in gratia esse possit. Cogita, [a] qui sis, quo loco, quid dare populo R. quid reddere maiorib. tuis debeas: fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege populus Rom. de pecuniis repetundis optimis iudiciis, seueriſſimísq. iudicibus vsus est. Circumstant te summæ auctoritates, quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant: quę te dies, [b] noctesque commoneant, fortissimum tibi patrem, [c] sapientissimum auum, [d] grauissimum socerum [e] fuisse. Quare si Glabrionis patris vim, & acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis: si aui Scæuulæ [f] prudentiam ad prospiciendas insidias, quæ tuæ, atque horum famæ comparantur: si soceri Scauri constantiam, vt nequis te de vera, & certa possit sententia demouere: intelliget populus Romanus, integerrimo, atque honestissimo prætore, delectóque [h] consilio, nocenti reo magnitudinem pecuniæ plus habuisse momenti ad suspicionem criminis, quàm ad rationem saluti. Mihi certum est non committere, vt in hac causa prætor nobis, consiliúmque mutetur, non patiar rem in id tēpus adduci, vt Siculi, quos adhuc serui designatorū cos. s. non mouerunt, cùm eos nouo exemplo vniuersos arcesserent, eos tum lictores consultum vocent: vt homines miseri, antea socij atque amici populi Romani, nūc serui, ac supplices, nō modò ius suum, fortunásque omneis eorū imperio amittant, verùm etiam deplorādi iuris sui potestatem non habeant. Nō sinam profectò, causa à me perorata, x l. diebus interpositis, tum nobis denique respondeant, cùm accusatio nostra in obliuionem diuturnitate i adducta sit: nō committam, vt tum res iudicetur, cùm hæc frequentia totius Italiæ Roma discesserit: quæ conuēnit vno tempore vndique, comitiorum, iudiciorum [k], confendíque causa. Huius iudicij, & laudis fructum, & offensionis periculum, vestrum laborem, sollicitudinémque nostram: scientiam quid agatur, memoriámque quid à quoque dictum sit, omnium puto esse oportere. Faciam hoc non nouum, sed ab iis, qui nunc principes nostræ ciuitatis sunt, ante factum, vt testibus vtar, statim, illud à me nouum, iudices, cognoscetis, quòd ita testes constituam, vt [l] crimē totū explicem: vbi id interrogando, argumentis, atque oratione firmauero, tum testeis ad crimen accommodē. vt nihil inter illam vsitatam accusationem, atque hanc nouam intersit, nisi quòd in illa tunc, cū omnia dicta sunt, testes dantur: hic in singulas res dabuntur: vt illis quoque eadem interrogandi facultas, argumentandi, dicendíque sit. Siquis erit, qui perpetuam orationem, accusationémque deside ret, altera actione audiet. nunc id, quod facimus, ea [m] ratione facimus, vt malitiæ illorū consilio nostro occurramus, necessāriò fieri intelligāt. hæc primæ actionis erit accusatio. Dicimus, C. Verrem, cùm multa libidinosè, multa crudeliter in ciueis Romanos, atque in socios, multa in deos, hominésque nefariè fecerit, tum præterea quadringenties sestertium ex Sicilia contra leges abstulisse. Hoc testibus, hoc tabulis, priuatis, publicísque auctoritatibus, ita vobis planum faciemus, vt hoc statuatis, etiamsi spatium ad dicendum nostro commodo, vacuóque dies habuissemus, tamen oratione longa nihil opus fuisse.

P. B. a Ad vrbem esse quid v. hic Asco.*

b Locus hic translatus videtur ex Dinarcho vide Prosini hic.* c Equestris ordo & plebs ipsa* d L. nostrum e L. vnū hominem, vel tenuiss. f Dolabellā*

g fort. nō vllis rectè f. sic ita Lambinus, nisi rectè facta referas ad vitia quod est.* h L. alio i L. videbuntur. P. LXXV.

k v. c. sed etiam P. R. interesse videantur.

l al. iudicia constituta, in PERORATIO*

m L. hoc idē iudices, opto vt in o al. opto vt ego.*

p L. tu tua auctoritate, fa.

a L. Cogita, quo loco sis

b de repetundis latæ.* c seueriſſimæ, vt qua P. B. ne comperendinari quidē liceret reū.* d L. nocteis, diésque e M. Acilium Glabrionē.* f Scæuolā* g dimouere* h al. Scæuolæ.

i lib. vulg. dimouere:

k fort. dilectóqu.

P. LXXVI. l al. diuturnitatis addimendo.

m L. Ludorū. n L. vt crimē totum interrogando explicem: vbi id argumentis atque ita Hotomanus* o L. ea ratione, vt malitiæ illorum. p videtur vnum verbum hic deesse. Dixi vt ex Asconio colligi potest, quo verbo finientes orationem vrebantur.*

ACTIO-

ACTIONIS SECVNDÆ[a], SEV ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER[b] PRIMVS,[c] DE VITA anteacta: seu prætura vrbana.

ORATIO SEXTA.

SYNOPSIS.

De Quæstura, legatione & Prætura vrbana Verris.

NEMINEM d vestrûm ignorare arbitror, iudices, hunc per hosce dies sermonem vulgi, atq. hanc opinionem populi Romani fuisse, C. Verrem altera actione responsurum non [e] fuisse f, neque ad iudicium adfuturum. Quæ fama nõ idcircò solùm emanarat, quòd iste certè statuerat, ac deliberauerat non adesse: verũ etiã, quòd nemo quẽquam tam audacem, tam amentem, tam impudẽtem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus [g], ora iudicũ adipicere, aut suum populo Romano ostendere auderet. Est idem Verres, qui fuit semper, vt ad audendum proiectus, sic h paratus ad audiendum. præsto i est [k]: respondet: defenditur. ne hoc quidẽ sibi reliqui facit, vt in reb. turpissimis, cùm manifestò teneatur, sic retineat, & absit, tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsisse videatur. Patior, iudices, & non moleste [l] fero, me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos. Nam si iste id fecisset, quòd primò [l] stauerat, vt non adesset: minus aliquãtò, quàm mihi opus esset, cognosceretur, quid ego in hac accusatione comparãda, constituendáq. elaborassem: vestra verò laus, tenuis planè, atque obscura, iudices, esset. Neque [m] enim hoc à vobis populus Romanus expectat: neq. eo potest esse cõtentus, si condemnatus sit is, qui adesse noluerit: & si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere. immò verò adsit [n], respondeat: summis opibus, summo studio potentissimorum hominum defendatur: certet mea diligentia cum illorum omnium cupiditate: vestra integritas cum istius pecunia: testium constantia cũ illius [o] patronorum minis, atque potentia. tum demum illa victa videbuntur, cùm in contentionem, certaméque venerint. Absens si [p] iste esset damnatus, nõ tam ipse sibi consuluisse, quàm inuidisse vestræ laudi videretur. Neque enim salus vlla reipublicæ maior hoc tempore periri potest, quàm populum Romanum intelligere, diligenter reiectis [q] ab accusatore iudicibus, socios, leges, rempublicam senatorio consilio maximè posse defendi. neq. tanta fortunis omniũ pernicies potest accedere [r], quàm opinione populi Romani rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis, ab hoc ordine [s] abiudicati. Itaque [t] mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositam reipublicæ partem suscepisse: neque in eo magis meæ, quàm vestræ laudi, existimationique seruisse. Accessi enim ad inuidiam iudiciorum leuandam, vituperationemque tollendam [a]: vt, cùm hæc res pro voluntate populi Romani esset iudicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas iudicio rum videretur: posthremò [b], vt esset hoc iudicatum, vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. Etenim sine dubio, iudices, in hac causa ea res in discrimẽ adducitur. Reus [c] est enim nocentissimus. qui si condemnatur, desinẽt omnes dicere, his iudiciis pecuniam plurimùm posse. sin absoluitur: de pecuniam plurimùm posse. sin absoluitur: de sinemus nos de iudiciis transferendis recusare. Tamẽtsi de absolutione istius neque ipse iam sperat, nec popul. Rom. metuit. De impudentia singulari. quòd adest, quòd respondet, sunt qui mirentur: mihi pro cetera eius audacia, atque amentia, ne hoc quidem mirandum videtur. multa enim & in deos, & in homines impiè, nefariéque [d] commisit. quorum scelerum pœnis agitatur, & à mente, consilióque deducitur. Agunt eum præcipitem *pœnæ ciuium Romanorum*: quos partim securi percussit, partim in [e] vinculis necauit, partim imploranteis iura libertatis, & ciuitatis [f] in [g] crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium *diÿ patrÿi*: quòd h iste inuentus est, qui è complexu parẽtũ abreptos filios ad necẽ duceret, & *parentes pretiũ pro sepultura liberũ poscerent*. Religiones verò, cæremoniæque i omnium sactorum, fanorumque violatæ, simulacraque deorum, quæ non modò ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris, ab isto retrusa, atque abdita, consistere eius animum sine furore, atque amentia non sinunt. Neque iste mihi videtur se ad damnationem offerre solùm, neque hoc auaritiæ seditionis. *Paulus. 5 sent.* 22. 5. 2.* supplicio k communi, qui l se tot sceleribus obstrinxerit, contentus esse: singulare quandam pœnam istius inmanis, atque importuna natura desiderat. non id solùm quæritur, vt, isto damnato, bona restituantur iis, quibus erepta sunt: sed & religiones deorum immortalium expiandæ, & ciuium Romanorum cruciatus, multorumque innocentium sanguis, istius supplicio luendus est. Non enim furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ: non sacrilegum, sed hostem sacrorum, religionumque: non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium, sociorumque in vestrum iudicium adduximus: vt ego

a L. tollendã & vt, cum h. r. pro vol. P. R. esset iud.

b L. postremo, cũ esset hoc iudicatũ vt finis aliq. *&c. al.* postremo vt vt esset hoc iudicatum: *vt vt* hoc loco, est si ue recte, sive perperã.*

c *al.* Homo est nocentissimus. L. Reus est homo nocentiss.

d Nefarii qui sacra celebrari solita, polluũt *Asco.*

e L. Invinctis P. R. Cruces supplicioru eau sa fuisse in ciuitatibus positas fuisse hinc colligi potest.*

f In crucem autem tollebantur vt plurimũ serui, latrones famosi *arg. l. sapientiam 18. in f. D. de pœnis*, auctores seditionis. *Paulus. 5 sent.* 22. 5. 2.* h quòd iste vnus.

i Ceremoniæ à Cere oppido Festus.*

k Suppliciũ commune repetundarũ vocat, exiliũ vel litis æstimationem.* l *al.* qui tot sceleribus se obstr.

a Cuius quinque qui sequũtur libri.*

b Accusationem Verris in libros distinctam esse vel ipse Cicero testis in oratore perfecto*

c Septem numerantur accusationis libri in oratore perfecto. male sunt enim quinque tantum & hi quidem qui sequũtur. Ac præterea Diuinatio quæ antecedit, actio est de cõstituendo accusatore non accusatio

Quæ verò diuinationẽ sequitur, exhortatio est iudicũ ad seuere iudicãdũ, nõ accusatio. & sanè vel ab ipso Ciceroõe oratio de signis, quartum accusationis appellatur *ii libri de oratore.* Et Nonius c. 4. *in committere & constituere, citant hunc librum*, actionẽ secundã in Verrem citat. *adde 11. Q. nil. 2. Tacitum de oratoribus**

d EX RDI VM.*

e Verres enim sua sponte elegerat exilium.*

f L. esse, neq. g. L. cõuictus & ita v. c.

h *fort.* sic ad audiendũ paratus.

P. LXXVII. i fingit Cicero & representat Verrẽ & facit quasi præsentẽ cũ non sit*

k Moris erat apud veteres, & iudices & reos & accusatores & defensores citari à præcone Prætoris. *Asco.**

l L. priusquam v. c. Neq. hoc à vobis popul.

m v. c. adsit

n L. istius p si esset iste q id est electis, vbi enim ejectio, ibi & electio est. In relectione autem accusatoris vel fides accusationis vel prævaricationis perfidia cernebatur. *Asco.* r L. Pot accidere, s Abiudicare, est auferre.* t itaq. mihi videor, iudices, magn.

hunc vnum, eiusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui [a] damnati expediret. [b] Nam quis hoc non intelligit, istum absolutum, diis, hominibúsque inuitis, tamé ex manibus populi Romani eripi nullo modo posse? quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum actum iri, si populus Romanus istius vnius supplicio contentus erit [c], ac non sic statuerit, nō istū maius in sese scelus concepisse, cùm fana spoliarit, cùm tot homines innocentes necarit: cùm ciueis Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit: cū prædonū duces, accepta pecunia, dimiserit: quàm [d] eos, si qui istū tot, tantis, tā nefariis sceleribus coopertum, iurati sententia sua liberarint? Non est, nō est in hoc homine cuiquam peccandi locus, iudices: non is est reus, non id tempus [e], non id cōsilium (metuo nequid arrogantiùs) apud taleis viros videar dicere) ne actor [f] quidem est is, cui reus tā nocens, tam perditus, tam [g] victus, aut occultè surripi, aut impune eripi possit. His ego iudicibus non probabo, C. Verrem *contra* [h] *leges pecunias cepisse?* sustinebunt tales viri, se tot senatoribus, tot equitib[o] Romanis, tot ciuitatib[o], tot hominibus honestissimis ex tā illustri prouincia, tot populorum, priuatorúmque litteris non credidisse? tāti populi Romani voluntati restitisse? Sustineant. reperiemus, si istum viuum ad aliud iudiciū [i] perducere poterimus, quibus probemus, istum in quæstura pecuniā publicam, Cn. Carboni [k] eos. s. datam, auertisse: quibus persuadeamus, istū alieno [l] nomine à quæstoribus vrbanis, quod priore actione didicistis, pecuniā abstulisse. Erūt qui in eo quoq. audaciā eius reprehēdant, quòd aliquot nominibus de capite [m], quantū commodū fuerit, frumenti decumani detraxerit. Erunt etiā fortasse iudices: qui illum eius peculatū vel acerrimè vindicandū putēt, quòd iste M. Marcelli, & P. Africani monumēta, quę nomine illorū: re vera, populi Romani, & erant, & habebantur, ex fanis religiosissimis, ex [n] vrbib[o] sociorum, atque amicorū non [o] dubitauerit auferre. Emerserit ex peculatus etiā iudicio. Meditetur *de ducibus hostium, ques accepta pecunia liberauit:* videat, [p] de illis respōdeat, quos in eorum locū subditos domi suę reseruarit, P. quærat non solùm, quem admodū nostro crimini, verùm etiam quo pacto suę confessioni possit mederi. meminerit se priore actione, clamore populi Romani infesto, atq. inimico excitatum, cōfessum esse, duces à se prædonū securi non esse percussos: se iam tū esse veritum, ne sibi crimini daretur, eos ab se pecunia liberatos. fateatur id quod negari nō potest, se priuatū hominem, prædonū duces viuos, atque incolumeis domi suæ, posteaquàm Romam redierit, vsque dum per me licuerit, tenuisse [q]. hoc, in illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam, ex hoc quoque euaserit: proficiscar eò, quò me iampridem vocat populus Romanus. *De iure enim libertatis, & ciuitatis* suum putat esse iudicium: & rectè putat. Confringat iste fanè vi sua, consilia senatoria: quæstiones omnium perrumpat: euolet ex vestra seueritate. mihi credite, arctioribus [r] apud populum Romanum laqueis tenebitur. credet iis equitibus Rom. populus Ro. qui ad vos antea [s] producti restes, ipsis inspectantibus ab isto ciuem Romanū, qui cognitores[a] homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerūt. credent omnes v. & xxx. [b] tribus homini grauissimo, atq. ornatissimo M. Annio, qui, se præsente, ciuem Romanū securi percussum esse dixit. audietur à populo R. vir primarius, eques Romanus L. Flauius. qui suum familiarē Herennium, negotiatorē ex Africa, cùm eū Syracusis amplius centū ciues Romani cognoscerēt, lacrymantē sq. defenderēt, pro testimonio dixit securi esse percussum. Probauit fidē, & auctoritatem, & religionē [c] suā L. Suetius [d], homo omnib. ornamentis præditus, qui iuratus apud vos dixit, multos ciueis Ro. in latumiis[e] istius imperio crudelissimè per vim morte esse multatos [f]. Hanc ego causam cùm agam beneficio populi R. de loco [g] superiore: non vereor, ne aut istū vis vlla ex populi R. suffragiis eripere, aut à me vllū munus [h] ædilitatis amplius, aut grauius populo R. esse possit. Quapropter omnes in hoc iudicio conentur omnia. nihil est iam, quod in hac causa peccare quisquam, indices, nisi vestro periculo, possit. Mea quidē ratio, cùm in præteritis est [i] reb[o] cognita, tū in reliquis explorata, atq. prouisa est. Ego meum studium in rempub. iam [k] illo tempore ostendi, cùm longo interuallo vete rem consuetudinē retuli, & rogatus sociorū, atq. amicorum populi R. meorum autem necessāriorum, nomē hominis audacissimi detuli. Quod meū factum lectissimi viri, atque ornatissimi (quo [l] in numero è vobis complures fuere) ita probarunt, vt ei, qui ist[i]us quæstor fuisset, & ab isto læsus inimicitias iustas persequeretur, non modò deferēdi nominis, sed ne subscribēdi quidē cùm id postularet, facerent potestatem. In Sicilium sum inquirendi causa profectus. quo in negotio industriam meā celeritas reditionis, diligentiam multitudo litterarū, & testium declarauit: pudorem verò, ac religionem, q., cùm venissem senator ad socios populi R. qui in ea prouincia quæstor fuissem, ad hospites meos, ac necessārios causæ cōmunis defensor deuerti [m] potiùs, quàm ad eos, qui à me auxilium petiissent. Nemini meus aduētus labori, aut sūtui neq. publicè, neque priuatim fuit. Vim in inquirendo tantam habui, quantā mihi lex [n] dabat: non quantam habere poteram istorum [o] studio, quos iste vexarat. Romam vt ex Sicilia redij, cùm iste, atq. istius amici, homines lauti, & vrbani, sermones huiuscemodi dissipassent, quò animos testium retardarent, me magna pecunia à vera accusatiōe esse deductū, tametsi [p] habatur nemini, q., & ex Sicilia testes erāt ij, qui quæstorē me in prouincia cognouerāt, & hinc homines maximè illustres, qui, vt ipsi noti sunt, sic nostrum vnūquemq. optimè norūt: tamē vsq. eò timui, ne qs de mea fide, atq. integritate dubitaret, donec ad reiiciēdos [p] iudices venim[o]. Sciebā in reiiciundis iudicib[o] nonnullos memoria nostra pactionis suspicionē nō vitasse, cùm ipsa in accusatione, eorū industria, ac diligentia probaretur. Ita reieci iudices, vt [q] hoc cōsteret, post hūc statum reip. quo nūc vtimur [r], simili splēdore, & dignitate cōsiliū nullū fuisse. Quā iste laudē, communem ait [s] sibi esse mecum, qui cùm P. Galba iudicē [t] reiecisset, M. Lucretiū [u] retinuit: &, cùm eius patron[o] ex eo quereret, cur suos familiarissimos, Sex. Pæducēū, Q. Confidium. Qu. Iunium reiici passus esset, respon-

[a] *al.* quę dā. *forte*, qui dānato expediret *

[b] impenden te ei animirū grauiore pœna, si ad populi iudicia is peruenisset. *

[c] L. fuerit,

[d] *al.* quàm eos, qui istū

[e] Iniudicio senatui*

[f] Tullius*

[g] *al.* tam cō uictus,

[h] Crimina Verris varia exponit*

[i] populi & equitum.*

[k] Marianarū partium* hoc est, quā carbonis exercitu aūdo, ad Syllam eo, uersus, auertit: *vel* quam destinatā emptio & æstimatio frumento auertit illam fœnerando: alteram auertendo*

[l] de frumēto à decumanis promisso ad leuandam annonam P. Romani.*

[m] P. B. n *v. c.* & ex vrbib.

[o] k. non dubitarit

[p] L. reseruauit.

[q] L. retinuisse.

[r] *v. c.* artioribus.

[s] L. antè pr.

[a] Cognitor proprie est, cum de statu alicuius agitur*

[b] Tribus Romanæ 35. vel à tributo dido, vel quod tres tantum ab initio *al. con.**

[c] Mos erat iuratos testes dicere*

[d] *v. c.* Sueto nius,

[e] L. in laromiis, *al.* in lau tomiis Latumiæ autem carcer Syracusis, & lapidicinæ*

[f] *forte* mulctatos.

[g] Rostra in telligit*

[h] Ædiliū cetiam curā ludos dare*

[i] L. rebus est coga.

[k] *al.* tantum *al.* tum illo*

[l] L. quo è numero *&c.*

[m] *lib. vet.* diuerti

[n] Lex repetundarū potestatē dabat inquirendi de pecuniis quæ ereptæ sociis nō de aliis flagitiis*

[o] *forte* eorum studio, q. P. B.

[p] *v. c.* reiici undos

[q] Commendatio huius consilij.*

[r] decennali scilicet*

[s] L. sibi ait esse m.

[t] bo um.*

[u] malum.*

a αὐτογνῶμον ἐστὶ id est sui iudicij: sic enim appellat Cornelius Nepos, in Ponio Attico hos tamen quidam rigidos interpretantur iudices. Ego singulares ac proprio iudicio, quibus sua opinio differens à cæteris effert*

b al. iniquus & ita v. c.

c al. adspectu*

d L. vestra dignitas mihi fit.

P. LXXX.

respondit, quòd eos in iudicando inimicum sui iuris, sententiæque cognosceret. Itaque iudicibus reiectis, peratã iá onus meũ vobiscũ esse commune, putabã non solùm noris, sed etiã ignotis probatã meam fidem esse, & diligentiam, quod me non fefellit. Nã comitiis meis, cùm iste infinita largitione contra me veteretur, populus R. iudicauit, istius pecuniã quæ apud me cõtra fidẽ meã nihil potuisset, apud se contra honorẽ meũ nihil posse debere. Quo quidem die, primùm iudices citati in hunc reum consedistis, quis tam inimicus huic ordini fuit, quis tam nouarum rerũ, iudiciorũ, iudicúmque cupidus, qui non cõspectu, concessiúque vestro cõmoueretur? Cùm in eo vestrã dignitas fructum diligentię ferret: id sum assecutus, vt vna hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecunioso, profuso perdito, spem iudicij corrũpendi præcideret: vt primo die testium tãto numero citato populus R. iudicaret, ipso absoluto rẽp. stare nõ posse: vt alter dies amicis istius, ac defensoribus nõ modò spẽ victoriæ, sed etiam voluntatem defensionis auferret: vt tertius dies sic hominem prosterneret, vt morbo simulato, non, quid responderet, sed, quemadmodum non respõderet, deliberaret: deinde reliquis diebus, his criminibus, his testibus, & vrbanis & prouincialibus sic obrutus, atq. oppressus est, vt his ludorum diebus interpositis, nemo istum comperendinatum, sed condemnatum iudicaret. Quapropter ego, quod ad me attinet, iudices, vici. nõ enim spolia C. Verris, sed existimationem populi R. concupiui. Meum fuit cum causa accedere ad accusandũ. Quæ causa fuit iustior, quàm à tam illustri prouincia defensorem constitui, & deligi? Reipubli cæ cõsulere? Quid iam reip. honestius, quàm in tanta inuidia iudiciorum adducere hominem, ruinis damnatione totus ordo cum populo R. & in laude & in gratia posse esse? ostendere ac persuadere, hominem nocentem adductũ h esse? Quis est in populo R. qui hoc non ex priore actione abstulerit, omnium ante damnatorum scelera, furta, flagitia, sic in vnum locum conferãtur, vix cum huius paruæ partis æquari, cõferríque possit? Vos, quod ad vestram famam, existimationem, salutémque communem pertinet, iudices, prospicite, atque consulite. Splendor vester facit: vt peccare sine summo reip. detrimento, ac periculo non possitis. Non enim potest sperare populus R. esse alios in senatu, qui rectè possint iudicare, vos si non potueritis. Necesse est, cùm de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorũ requirat. Hoc si vobis ideò leuius videtur, quod putatis onus esse graue, & incõmodũ, iudicare: intelligere debetis, primùm interesse, vtrùm id onus vobismetipsis reiecerit is an, quẽ probare populo R. fidem vestram, & religionem non potueritis, cò vobis iudicandi potestas erepta sit. deinde etiam illud cogitate, quãto periculo vẽturi simus ad eos iudices, quos propter odium vestri populus R. de vobis voluerit iudicare. Verùm vobis dicã id, quod intellexi, iudices: homines scitote esse quosdã, quos tantũ odiũ vestri ordinis teneat, vt hoc palàm iã dictitent, se istum, quẽ sciant esse hominem improbissimum, hoc vno nomine absolui velle, vt ab senatus iudicia per ignominiam, turpitudinémque auferantur. Hæc me pluribus verbis, iudices, vobiscũ agere coegit, nõ timor meus de vestra fide, sed spes illorũ noua, quę cùm Verrẽ à porta subito ad iudiciũ retraxisset, nõnulli suspicati sunt non sine causa illius cõsiliũ tã repentè esse mutatum. Nunc, ne nouo querimoniæ genere vti possit Hortensius, & dicere, *opprimi reum, de quo nihil dicat accusator: nihil esse tam periculosum fortunis innocentium, quàm tacere aduersarios.* & ne aliter, quàm ego velim, meũ laudet ingenium: cùm dicam, me, si multa dixissem, subleuaturum fuisse eum, quem cõtra dicerẽ: quia non dixerim, perdidisse? mortem illi geram: vtar oratione: nonne quoniã hoc sit necesse: verùm vt experiar, vtrũ ille terat molestiùs, me tunc tacuisse, an nunc dicere. Hìc tu fortasse eris diligens, ne quã ego horã de meis legitimis horis remittam. nisi omni tẽpore, quod mihi l ge cõcessum est abusus ero, querẽre: eide ũm, atq. hominum fidẽ implorabis. circumueniri C. Verrẽ, & accusator nolit tamdiu, quãdiu liceat, dicere. *Quod mihi lex mea causa det, eo mihi vti non licebit?* Nam accusandi mihi tempus mea causa datũ est, vt possem orationem meæ criminis, causámq. explicare. hoc si non vtor, non tibi iniuriã facio, sed de meo iure aliquid, & cõmodo detraho. Causam enim, inquit, cognosci oportet. Ea re quidẽ, & aliter condemnari reus, quãuis sit nocẽs, non potest. Id igitur tu molestè tulisti, à me aliquid factũ esse, quo minùs iste condẽnari posset? *Nã causa cognita possunt multi absolui: incognita quidẽ condemnari nemo potest.* Adimo enim comperendinatum, quod habet lex in se molestissimũ, *bis vt causa dicatur*, quod aut mea causa potius est constitutũ, quàm tua: aut nihilo tua potiùs, quàm mea. Nam si bis dicere est cõmodum: certè vtriusq. cõmune est. Si eum, qui postertiùs dixit, opus est redargui: accusatoris causa, vt bis ageretur, cõstitutũ est. Verũ, vt opinor, Glauciæ primus tuli, *ne cõperendinaretur reus*, antea vel iudicari primò poterat, vel *amplius* pronuntiari. Vtrã igitur putas legem mollio rem? opinor illã veterẽ, *qua vel citò absolui, vel tardè condẽnari licebat*. Ego tibi illam Aciliam k legẽ restituo, *qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel l auditu testibus, condemnati sunt*: nequaquã tam manifestis, neq. tantis criminibus, quãtis tu conuinceris. puta te nõ hac tã atroci sed illa lege mitissima causam dicere. Accusabo: respõdebis. testibus editis, ita mittã m in consilium, vt, etiã si lex n ampliandi o faciat potestatẽ, tamen isti turpe sit, si is existimet, nõ primo iudicare. P Verùm, si causam cognosci opus est, parúmne cognita est? dissimulamus, Hortẽsi q, quod sæpe experti in dicẽdo sumus? quis nos magnopere attendit vnquam, in hoc quidẽ genere causarũ, vbi aliquid ereptũ, aut ablatũ à quopiã dicitur? nónne aut in tabulis, aut in testibus omnis exspectatio iudicum est? Dixi prima actione, me planum esse facturum, C. Verrẽ LLS. quadringenties r cõtra legem, abstulisse.

a Hæc me pluribus verbis iudices vobiscũ al. Hæc me iudices, plurib. verb. vob.

b cum in exilium profici cerctur*

c al. nõ quòd hoc si n.

d Comperendinatum vocat, bis vt de causa dicatur vt etiam si primaactione iudicij liquaet reum damnandum esse, tamen eum condemnare non liceat*

e de quo vide Cicer. in Brut.*

f lege Glaucia tulerat vt comperẽdinaretur reus: sideest, vt ne semel tantum dicta causa & semel auditis testibus reus condemnaretur, volebat enim bis causam dici.*

g Amplius, nota amplia tionis seu mora iudicãdi, qua reo spatium adsese colligendum dabatur vi hic & in Verr. vnde ampliadi verbum *sup. post paulò & pro Cæcina.*

h Nã iudices dicebant *Amplius*, vel *non liquere pro Cæcina*, pro *cluentio. Quintil. declamar. 395. A san. diuinatione & 3. in Verrem. Seneca epist. vlt. 14. Gell. 2.**

i lege veteri cauebatur vt reus, cito, id est, semel dicta causa, vel indicaretur, vel ampliaretur causa. Post lege Acilia amplia tio & comperendinatio sublata quæ lege à Glaucia tandem restituta & lege Seruilia.*

k Lex Acilia comperendinationem reis tollebat, ea enim cauebatur vt semel dicta causa, semel auditis testibus, id est vt prima actione reus vel absolueretur, vel condemnaretur.* l atque ita sine comperendinatione nondum lata lege Glaucia, per quam reo licebat comperendinare vt bis causa diceretur.* m mittere in consilium est perorare causam ita vt nihil aliud restet quàm vt iudices in consilium dimittantur, sententiæ dicendæ causa. n Acilia.* o de ampliatione dixi paulò antè* p hoc est Verrem condemnare.* q l. Hortensi?* r hoc est decies centena coronatorum.*

e Quadruplatorem se negat, qui de bonis condẽ natis aliquid sumeret* f Ciceroni quæ fuerit iusta Verris accusandi causa g al. recip. cõsulere.

h al. adductũ esse i reportari sustulerit. k L. si vnum in locum. P. E.

l quiritem L. de nobis n al. Verum vobis dicam id quod int. o L. nostri ord.

Quid[a] hoc planiùs egissem, si ita narrassē? Dio quidā fuit Halesinus: qui, cùm eius filio, prætore [a] Sacerdote, hereditas à propinquo peruenisset, nihil habuit tū neq. negotij, neq. controuersiæ. Verres, simulac tetigit pecuniā, statim Messanam litteras dedit: Dionem euocauit: calumniatores[c] ex Asinu suo apposuit[c], qui illā hereditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. hac de re ostendit seipsum cognituru. Possum deinceps totam rē explicare: deinde ad extremū, id, quod accidit, dicere. Dionē LIS. decies[e] centena milia numerasse: vt causam certissimam obtineret: præterea greges equarum eius istum abigendos curasse, argenti, vestisque stragulę quod fuerit, curasse auferendum. Hæc neque cùm ego dicerē, neq. cùm tu negares, magni momēti nostra esset oratio. Quo tempore igitur aureis iudex erigeret, animúmq. attenderet: cùm Dio ipse prodiret, cùm ceteri, qui tum in Sicilia negotiis Dionis interfuissent? cùm per eos ipsos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumsisse mutuas, nominaq. sua exegisse, prædia vēdidisse: cùm tabulæ virorū bonorum proferrentur: cùm, qui pecuniam Dioni dederunt, dicerēt se iam tum audisse, eò nummos sumi, vt Verri darentur: cùm amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi, hæc eadem sēke audisse dicerent. Opinor, cùm hæc fierent, tum vos audiretis, sicut audistis: tum causa agi videretur, & ita v. c. eos nūmos sumi, &c. & ita L. P. LXXXII.

a L. C. Sacerdote prætore

b *al.* Messana.*

c *al.* kalumniatores

d EX sinu suo apponere, est emittere.*

e *Non c. 4. in Committere 46.* oppositū* f *Ilonaram, derelictam Nonius illo loco* interpretatur adquisitam.* g 30000. aureorum *alias* 23000.*

h Nomina, tituli debitorum, præsertim in his debitis in quibus nomina perscripta: cui rei contrarium mutuas accepisse *Asson.**

i v. c. eos nūmos sumi, &c. & ita L. P. LXXXII.

k testimonium de auditione apud antiquos admissum*

l L. tum causa agi verē videretur, & ita v. c. m L. posuissem, n qui circū subsellia coronam faciebat.*

o v. c. III.

p L. Hoc si ego

q *al.* aliud* r xx. diebus: totidem reo ad defendendum dabantur f L. ne me vox, viréfq. t reo compendiato* u L. cum iudicibus. P. B.

A diem ego, cùm potuissem vitare, incidissem? ¶Nunc[a] mihi tēporis eius, quod mihi ad dicendū datur: quoniā in animo est causam omnē exponere, habenda ratio est diligēter. Itaq. primū illum actū istius vitæ turpissimū, & flagitiosissimū prætermittā. nihil à me de pueritię suę flagitiis audietis: nihil hex illa impura a lolescentia sua quæ qualis fuerit, aut meministis, aut[c] ex eo quē sui simillimū produxerit, recognoscere potestis. Omnia præteribo, quę mihi turpia dictu videbūtur: neq. solūm, quid istū audire, verūm etiam, quid me deceat dicere considerabo. Vos, quæso, date hoc, & cōcedite pudori meo, vt aliquā partē de istius impudētia reticere possim. Omnē illud tēpus, quod fuit antequàm iste ad magistratus, rémq. publicā accessit, habeat per me solutū, ac liberum. sileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac vigiliis: lenonū, aleatorū[e], perductorū[f] nulla mētio fiat: dāna, de decora, quæ res patris eius, ætas ipsius pertulit, prætereantur: lucretur indicia veteris infamiæ: patiatur eius vita reliqua me hāc tātā iacturā criminū facere. ¶Quæstor[g] Cn. Papirio cōsuli fuisti abhinc annos quatuordecim. ex eā die ad hanc diē quæ fecisti, in iudiciū voco. Hora nulla vacua à furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. ¶Hi sunt anni, ex quibus sumti in *quæstura* & *legatione* Asiatica, & *prætura urbana*, & *prætura Siciliensi*. Quare hęc eadē erit quadripartita h distributio totius accusationis meæ. ¶*Quæstor* i ex S. C. prouinciā sortitus es, obtigit tibi cōsularis, vt cū COS. Cn. Carbone esses, eámq. prouinciā obtineres. Erat tū dissensio ciuiū: de qua nihil sum dicturus quid sentire debueris: vnū hoc dico: in eiusmodi tēpore, ac sorte, statuere, te debuisse, vtrū mallēs sentire, atq. defendere. Carbo grauiter ferebat, sibi quęstorē obtigisse, hominē singulari luxuria, atq. inertia. verūtamen ornabat[k] eum beneficiis, officiisque omnibus. Ne[l] diutius teneā: pecunia attributa[m], numerata est. profectus est quæstor in prouinciā. venit in Galliā expectatus ad exercitū cōsularē, cū pecunia. simulac primùm ei occasio visa est (cognoscite hominis principiū[n] magistratuū gerendorū, & reip. administrādæ) *auersa pecunia publica, quæstor consedem, exercitum, sortē, prouinciamque deseruit.* Video quid egerim: erigit se: sperat, sibi aurā[o] posse aliquam afflari, in hoc crimine, volūtatis, assensionisq. eorū, quibus Cn. Carbonis mortui nomen odio sit: quibus illā relictionē P, proditionémq. consulis sui gratam sperat fore. Quasi verò id cupiditate defendendę mobilitatis, aut studio partiū fecerit: ac nō apertissimè cōsulē, exercitū, prouinciāq. cōpilarit[q], & propter impudētissimū furtū aufugerit. Est enim obscurū, & eiusmodi factū eius, vt possit aliquis suspicari, C. Verrem, q. ferre nouos[r] homines nō potuerit, ad nobilitatem hoc fecisse, ad suos transisse: nihil fecisse propter pecuniam. *Videamus, rationes quemadmodū retulerit.* Iam ipse ostendet, quāobrem Cn. Carbonē reliquerit: iā se ipse indicabit. Primùm breuitatem cognoscite. ACCEPI, inquit, VICIES[s] DVCENTA, TRIGINTAQVINQVE MILLIA, QVADRINGENTOS XVII. NVMMOS: DEDI STIPENDIO, FRVMENTO, LEGATIS, PRO[x] QVAESTORIBVS, COHORTI PRAETORIAE, [y] LLS. MILLE[z] SEXCENTA, TRIGINTAQVINQVE MILLIA, QVADRINGENTOS, XVII. NVMMOS.

a CONSTITVTIO causa.*

b L. nihil de illa.

c L. aut ex isto q.

d *al.* produxit.*

e L. productorum

f Perductor inuitis: leno volentis & sciens. *Asson.**

g PARTITIO.*

h *al.* quadripartita

INARRATIO & de QVAESTVRA Verris

i Verrem, P. LXXXIII. auersa pecunia publica Carbonem deseruisse*

k L. ornabat cum beneficiis omnib.

l L. Ne diutius vos teneam:

m in stipendium militum*

n Quæstura primus gradus honoris erat*

o Auram aspirare *id est* recreari*

p *al.* reiectio nem,

q Compilare, est ne pilū quidem relinquere*

r Marianos aliàs, Noui homines, qui nūc primum nobiles: Nobiles qui maiorum imagines ostendere possunt. Ignobiles qui his contrarij*

s Ironia*

t aureorum 67550.*

u aureos 12. & dimidiū.* P. B.

x L. pro quæstore,

y comitibus cōsularibus*

z *Asson. Augustus.* His decies centena sexcenta*

NVMMOS. RELIQVI ARIMINI LLS. SEXCENTA MILLIA. Hoc est rationes referre? hoc modo aut ego, aut tu Hortēsi, aut quisquā hominum retulit? quid hoc est? quæ impudētia? quæ audacia? quod exemplum ex tot hominum rationibus relatis huiusmodi est? Illa tamen LLS. sexcēta millia, quæ ne falsō quidem potuit, quibus data essent, describere, quæ se Arimini scribit reliquisse, quæ ipsa LLS. sexcenta millia, reliqua facta sunt, neq. Carbo attigit, neque Sylla vidit, neq. in ærarium relata sunt. Oppidum sibi elegit Arimininum, quod tum, cùm iste rationes referebat, oppressum, direptúmque erat. non suspicabatur id, quod nunc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminensiū testes nobis in hāc rem reliquos esse. Recita denuo. P. LENTVLO, L. TRIARIO QVAESTORIBVS VRBANIS, RES RATIONVM RELATARVM. Recita. Ex S.C. Vt hoc pacto rationem referre liceret, cò Syllanus repentè factus est, non vt honos, & dignitas nobilitati restitueretur. Quòd si illinc inanis profugisses, tamen ista tua fuga nefaria: proditio consulis tui, scelerata iudicaretur. Malus ciuis, improbus consul, seditiosus homo, Cn. Carbo fuit. Fuerit aliis: tibi quando esse cœpit? posteaquàm tibi pecuniam, rem frumentariam, rationes omnes suas, exercitúmque commisit. Nam si tibi antea displicuisset: idem fecisses, quod anno pòst M. Pisō. Quæstor cùm L. Scipioni consuli obtigisset: non attigit pecuniam: non ad exercitum profectus est. quod de republica sensit, ita sensit, vt nec fidem suam, nec morem maiorum, nec necessitudinem sortis lædi ret. Etenim si hæc perturbare omnia, & permiscere volumus: otam vitam periculosam, inuidiosam, infectámque reddemus, si nullam religionem sors habebit, nullam societatem coniunctio secundæ, dubiæque fortunæ, nullam auctoritatem mores, atque instituta maiorum. *Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo vmquam sapiens proditori credendum putauit.* Ip e Sylla, cui aduentus istius gra issimus esse debuit, ab se hominem, atque ab exercitu suo remouit: Beneuenti esse iussit apud eos, quos suis partibus amicissimos esse intelligebat: vt iste summæ rei, causæque nocere nihil posset. ei postea præmia tamen ita eraliter tribuit: bona quædam proscriptorum in agro Beneuentino diripi nda concessit: habuit honorem, vt proditori, non vt amico fidem. Nunc quamuis sint homines, qui mortuum Cn. Carbonem odetint: tamen hi debent, non, quid illi accidere voluerint, sed quid ipsis in tali re metuendum sit, cogitare. Commune est hoc malum, commu nis metus, commune periculum. *nullæ sunt occultiores insidiæ, quam eæ, quæ latent simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. nam eum, qui palam est aduersarius, facilè cauendo vitare possis. hoc verò occultum, intestinum, ac domesticum malum, non modò non exstitit: verum etiam opprimit, antequam perspicere, atque explorare potueris.* Itáne verò? tu, cùm quæstor ad exercitum missus sis, custos non solùm pecuniæ, sed etiam consulis: particeps omnium rerum, consiliorúmque fueris: habitus sis in liberûm loco, sicut mos maiorum fuit, repentè relinquas? deseras? ad aduersarios transferas? O scelus! ô portentū in vltimas terras exportandum! Non enim potest ea natura, quæ tantum facinus commisserit, hoc vno scelere esse contenta. necesse est semper aliquid eiusmodi moliatur: necesse est in simili audacia, perfidiáq. versetur. Itaque idem iste, quem Cn. Dolabella postea C. Malleolo occiso pro quæstore habuit (haud scio, an maior etiam hęc necessitudo fuerit, quàm illa Carbonis: ac plus iudicium voluntatis valere, quàm sortis debeat) idem in Cn. Dolabellam, qui in Cn. Carbonem fuit. Namque in ipsum valebant crimina, contulit in illum, cauiámque illius omnem ad inimicos, accusatorésque detulit: ipse in eum, cui legatus, cui pro quęstore fuerat, inimicissimum, atque improbissimum testimonium dixit. Ille miser cùm esset: tum proditione istius nefaria, tum improbo & falso eiusdē testimonio, tum multo etiā ex maxima parte, istius furtorum, ac flagitiorum inuidia cōflagrauit. Quid hoc homine faciatis? aut ad quam spē tam perfidiosum, tam importunū animal reseruetis? qui Fin Cn. Carbone sortem, in Cn. Dolabella volūtatem neglexerit, ac violarit, cōsque ambos nō solùm deseruerit, sed etiā prodideri, atque oppugnarit. Nolite, quæso, iudices, breuitate orationis meæ potius, quā rerum ipsarum magnitudine, crimina ponderare. mihi enim properandū necessariò est, vt omnia vobis, quæ mihi cōstituta sunt, possim exponere. Quamobrē, quęstura istius demonstrata, primúq. magistratus & furto, & scelere perfecto, reliqua attēdite. in quibus illud tempus Syllanarum proscriptionum, ac rapinarum prætermittam: neque ego istum sibi ex cōmuni calamitate defensionē i vllam sinam sumere. suis eū certis, propriisque criminibus accusato. Quamobrē, hoc omni tempore Syllano ex acclatione circumscripto, legationem eius præclarā cognoscite. Postea quàm Cn. Dolabellæ prouincia Cilicia constituta est: ô dij immortales, quāta iste cupidita te, quibus allegationibus illā sibi legationē expugnauit! id quod Cn. Dolabellæ principiū maximæ calamitatis fuit. Nam vt iste profectus est, quacumq. iter fecit, eiusmodi fuit, nō vt legatus populi R. sed vt quędam calamitas peruadere videretur. ¶ In Achaia prętermittem minora omnia, quorum simile fortasse alius quoque aliquid aliquādo fecerit: nihil dicam, nisi singulare, nisi quod, si in alium diceretur, incredibile videretur) magistratum Sicyonium nummos popposcit. Ne si hoc crimen in Verrem: fecerunt alij. cùm ille non daret, animaduertit. improbum, sed non inauditum. Genus animaduersionis videte. quæretis, ex quo genere hominem istum iudicetis. Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco angusto fieri iussit. ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi R. socium, atque amicum, fumo excruciatum, seminiuum reliquit. Flamque iste signa, quas tabulas pictas, ex Achaia sustulerit, nō dicam hoc loco. est alius mihi locus ad hanc istius cupiditatem demonstrandam seruatus. Athenis audistis ex ędē Mineruæ grande auri pondus ablatum, dictum hoc est in Cn. Dolabellæ iudicio. dictum? etiam æstimatum. Huius consilij non modò participem C. Verrem, sed principem fuisse reperietis, Delum venit. ibi ex fano

a DELEGATIONE Verris & furtis rapinisq. in legatione cō missis variis in locis. P. B.

b *al.* quæ in istum val.

c miser pro innocēte hic sumitur. *Aſc.* cōm. aut potiùs pro affecto.

d L. ac falso e L. tum multo ex maxima p.

f *v.c.* qui in Cn. Carbonē sortē: in Cn. Dolabellam, voluit.

g L. cōsque ambo nō modò defer *Iste Latinè* duo pro duos.

h Syllani tēporis. i *vt dicat*, Sylla iussit, hoc fecit, hoc māduit.

k Allegationes, intercessiones & preces amicorum.

l *al.* Nam vt P. LXXXV. est profectus quāc. *& ita v.c.*

m Exactiones Verris.

n *al.* ex quo genere hominum ist.

o Furta Verris variis locis Cōmissa.

p non de signis aut tabulis ex Achaia sublatis, vt putauit Asconius, sed de pecuniis latis.

q *al.* referuntur. *hal.* separatis.

r impositō pretio exactum ex lege repetūdarū.

a *al.* proscribere.

b id enim Abbinouan⁹ Syllæ prodiderat.

c Quæstores prouinciales ad vrbanos rationes suas referebant.

d L. Verris rationes relatæ.

e *al.* Sullanus.

f *al.* es.

g *al.* concelebrata iud. *& ita v.c.*

h *al.* suas omneis

i *al.* M. Pisō quæstor, cùm L. Scipioni consuli obtigisset. n. at. P. LXXXIIII.

k cōiunctionem Quæstoris cum Prætore suo: quæ munera sorte potius quā voluntate cōtingebant.

l L. ac perm.

m L. insidio sam. inf.

n Beneuētano d.

a emergit, exoritur, exsurgit.

p L. prospicere.

q *al.* tu, cū q.

r Prætoribꝰ ita coniunctā Quæstores vt quasi liberorum loco haberētur à suo Prætore de qua cōsultatio nē dixi alias.

Apollinis religiosissimo noctu clàm sustulit signa pulcherrima, atque antiquissima: eaque in onerariam nauem suam coniicienda curauit. Postridie cùm fanum spoliatum viderent ij, qui Delum incolebant, grauiter ferebant. est enim tãta apud eos eius fani religio, atq. antiquitas, vt in eo loco ipsum Apollinẽ natum esse arbitrentur. verbum tamen facere non audebant, ne fortè ea res ad Dolabellam ipsum pertineret. Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ, iudices, vt non modò proficisci, cùm cuperet Dolabella nõ posset, sed vix in oppido consisteret [a]: ita magni fluctus eiiciebantur [b]. Hic nauis illa prædonis istius, onusta signis religiosis, expulsa atque iecta fluctu, frangitur. in littore signa illa Apollinis reperiuntur: iussu Dolabellæ reponuntur: tempestas sedatur: Dolabella Delo proficiscitur. Non dubito, quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio vmquam fuit religionis, nunc tamẽ in metu, periculóque tuo, tuorum tibi scelerũ veniat in mentem. Potéstne tibi vlla spes salutis commoda ostẽdi, cũ recordaris, in deos immortales quàm impius, quã sceleratus, quàm nefarius fueris? Apollinémne tu Delium spoliare ausus es? illíne tu tẽplo, tam antiquo, tam sancto, tam religioso manus impias, ac sacrilegas afferre conatus es? Si in pueritia non his artibus & [c] disciplinis institutus eras, vt ea, quæ litteris mandata sunt, discĕres, atque cognoscĕres: ne postea quidem, cùm in ea ipsa loca veniſti, potuisti accipere id, quod est proditum memoriæ, ac litteris? Latonem ex longo errore, & fuga, grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis, fugisse [d] Delum, atque ibi Apollinem. Dianám que peperisse: qua ex opinione hominũ, illa insula eorum deorum sacra [e] putatur: tantáq. eius auctoritas religionis & est, & sẽper fuit, vt ne Persæ [f] quidem, cùm bellum toti Græciæ, diis, hominibúsque indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quidquam conarẽtur aut violare, aut attingere. Hoc tu fanum depopulari [g], homo improbissime, atque amẽtissime audebas? fuit illa [h] cupiditas tanta, quæ tantã extingueret religionem? & si tum hæc non cogitabas, ne nunc quidem recordaris, nullũ esse tantum malum, quod non tibi pro sceleribus tuis iãdiu debeatur? In Asiam verò postquàm venit, quid ego aduentus istius, prandia, cenas, equos, muneráq. commemorem? nihil cum Verre de quotidianis criminibus auctarus sum. *Chio* per vim signa pulcherrima dico abstulisse: item Erythris, & Halicarnasso. *Tenedo* (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem [i] ipsum qui apud Tenedos sanctissimus [k] Deus habetur, qui vrbem illã dicitur condidisse: cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrimè factum, quem quondam in comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu ciuitatis. Illa verò expugnatio fani antiquissimi, & nobilissimi Iunonis *Samiæ* [l], quàm luctuosa Samiis fuit? quàm acerba toti Asiæ? quàm clara apud [m] eos? quàm nemini vestrũm inaudita? de qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent: respondsum tulerunt, eiusmodi querimonias, quę ad legatũ populi Romani pertinerent, non ad prætorem, sed Romam deferri oportere. Quas iste tabulas illinc, quę signa sustulit? quę cognouit egomet apud istum in ædibus nuper, cùm obsignandi [a] gratia veniſſem. quæ signa nũc, Verres, vbi sunt? illa quæro, quæ apud te nuper ad omneis [b] colũnas, omnib. etiã intercolũniis, in silua [c] deniq. dispósita sub [d] dio vidimus. Cur ea, quãdiu alium [e] prætoré cum iis iudicibus, quos in horũ locũ subsortitus [f] eras, de te in consilium iturum putasti, tamdiu domi fuerunt? posteaquàm nostris testibus nos, quàm horis [g] tuis, vti malle vidisti: nullũ signum domi reliquisti præter duo, quę in mediis ædibus sunt: quę ipsa Samo sublata sunt? non putasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia denũtiaturum, qui tuæ domi sæpe [h] fuissent: ex quibus quærerem [i] sciréntne fuisse, quæ nõ essent? Quid tum hodie te iudicaturos arbitratus es, cùm videret, te iam non contra accusatorem tuum, se cõtra quęstorem, sectoremque pugnare? Qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis: sese, cũ esset trierarchus [k], & Verrem ex Asia decedentem prosequeretur, iussu Dolabellæ fuisse vnà cum isto Sami: sese q. tum scire spoliatũ esse fanũ Iunonis, & oppidũ Samum: posteáque se causam apud Chios, ciues suos, Samiis, accusantibus, publicè dixisse: cóque se esse absolutum, quòd planum fecisset, ea, quæ legati Samiorũ dicerent, ad Verrem, non ad se, pertinere. *Aspendum*, vetus oppidum, & nobile in Pamphylia scitis esse, pleniſſimum signorum optimorum. non dicam illinc hoc signum ablatũ esse, & illud: hoc dico, nullum te Aspendi signum, Verres, reliquisse: omnia ex fanis, ex locis publicis, palàm, spectantibus omnibus, ploſtris euecta, asportatáq. l esse. Atque etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem *omnia intus* [m] *canere dicebant*, sustulir, & in intimis suis ædibus posuit: vt etiam illum ipsum artificio [n] suo superasse videatur. *Pergæ* [o] fanum antiquissimum, & sanctissimum Dianæ scimus esse. id quoque à te nudatum, ac spoliatum esse: ex ipsa Diana, quod habebat auri, detractũ, atque ablatum esse dico. Quæ, malùm, est ista tanta audacia, atque amentia? quas enim sociorum, atque amicorum vrbeis adisti legationis iure, & nomine: si in eas vi cum exercitu, imperióque inuasisses, tamen, opinor, quæ signa, atque [p] ornamenta ex his vrbibus sustulisses, hæc nõ in tuam domum, neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum deportasses. Quid ego de M. [q] Marcello loquar, qui Syracusas, vrbem ornatissimam, cœpit? quid de L. Scipione [r], qui bellum in Asia [s] gessit, Antiochúmque, regem potentissimum vicit? quid de Flaminio [t], qui regem Philippum, & Macedoniam subegit? quid de L. Paullo [x], qui rege Persen vi ac virtute superauit? quid de L. Mummio [y], qui vrbem pulcherrimam, atque ornatissimam, Corinthum, pleniſſimam rerum omnium, sustulit, vrbeísque Achaiæ, Bœotiæque multas sub imperium populi Romani, ditionémque subiunxit? quorum domus cùm honore, & virtute florerent, signis, & tabulis pictis erant vacuæ. At verò vrbem totam, templa deorũ, omneísque Italię par-

a *al.* cohibere:
b extra fines littoris exibant.*
c L. ac disciplinis
d L. confugisse Delum, *& ita v.c.*
e ideò sacra ta*
f sub Dario & Xerxe
g *al.* depeculari.
h *al.* vlla P. LXXXVI.
i Tenes deus*
k profert hunc locum Seruius 2. *Aeneidos.* ad illa verba Tenedos notissima fama*
l Samos Iunõi sacra *Virgil. Aeneid.* 1. m L. apud omneis? *al.* apud deos*

a Mos erat accusatorivt obsignaret domum, & omnia eius, quem accusatus erat ne qua furto rum indicia aut in vasis aut in signis, aut in literis constituta ab eo remouerẽtur. *Asson.**
b locus ille intercolumnium dicitur
c viridario*
d *v.c.* sub dio
e Metellum
f L. subsortitus eras,
g *al.* quàm horis, vti *c* P. B.
h *al.* semper fuisti
i L. quærerẽ, signa scirent ne f.
k Trierarchi* triremis (quæ ternos remorum ordines habet & ita biremis & quadriremis dicitur) præpositus.*
l L. exportaque?
m Citharistæ cùm canunt vtriusque manus officio fungũtur dextra. plectro (& hoc est foris canere) sinistra digitis chordas carpũt & hoc est intus canere. Aspendius ve rò, citharista nobilis ita exercitatus vt sinistra sola & sic intus, caneret, cãtũ ita occultabat plectro non vteus, quod postea in fures occultissimos translatum. *Asson. hu.**
n L. suo artificio
o aduerbiũ loci *Asson.**
p *al.* & quæ orn.
b vide Liuiũ 33.*
q *vide Liuiũ* 47.*
r cum illi vltro P. Scipio Africanus legatum se obtulisset.*
s P. LXXXII.
t L. quid de T. Flaminio, u *vide Liuiũ* 44. *& Plutarchum in eius vita.**
x *vide Liuium* 55. *Ciceronem* 2. *offic.* 3. *Plin.* 3. *Strabo* 8. *Flor.* 52. *Appianne Iybicis.**
y *Cicero* 2. *offic.*

teis, illorum donis, ac monumentis exornatas videmus. Vereor, ne hæc forte cuiquam nimis [a] antiqua, & iam obsoleta videantur. ita enim tum æquabiliter omnes erant huiusmodi, vt hæc laus eximiæ virtutis, & innocentiæ, non solùm hominum, verùm etiam temporum illorum esse videatur. P. Seruilius, [c] vir [d] clarissimus, maximis rebus gestis, adest: [e] de te sententiam laturus est: Olynthum [f] vi, copiis, consilio, virtute cepit, vrbem antiquam, & omnibus rebus auctam & ornatam. recens exemplum fortissimi viri profero. nam postea Seruilius Imperator populi Rom. Olynthum [g], vrbem hostium, cepit, quàm tu in iisdem locis legatus [h] quæstorius oppida pacata sociorum, atque amicorum diripienda, ac vexanda curasti. Tu, quæ ex fanis religiosissimis per scelus, & latrocinium abstulisti, ea nos videre, nisi in tuis, amicorúmque tuorum tectis, non possumus: P. Seruilius, quæ signa atque ornamenta ex vrbe hostium, vi, & virtute capta, belli lege, atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano apportauit, per i triumphum vexit, in [k] tabulas publicas ad [l] ærarium perscribenda curauit. Cognoscite ex litteris publicis hominis amplissimi diligentiam. Recita. RATIONES RELATAE P. SERVILII. Non solùm numerum signorum, sed etiam vniuscuiusque magnitudinem, figuram [m], statum, litteris definitas vides. Certè maior est victutis, victoriæque iucunditas, quàm ista voluptas, quæ percipitur ex libidine, & cupiditate. multo diligentiùs habere dico Seruilium prædam populi Romani, quàm te tua furta notata [n], atque descripta [o]. Dices, tua quoque signa, & tabulas pictas ornamento vrbi, forò que populi Rom. fuisse P. Memini: vidi simul cum populo Rom. forum, comitiúmque [q] adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, cogitationémque acerbo, & lugubri. vidi collucere omnia furtis tuis, præda prouinciarum, spoliis sociorum, atque amicorum. Quo quidem tempore, iudices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. Vidit enim eos, qui [r] *iudiciorum dominos* [s] se dici volebant, harum cupiditatum esse seruos. Sortij verò, nationésque exteræ, spem omnium primum abiecere [t] rerum, ac fortunarum suarum: propterea quod casu legati ex Asia, atque Achaia plurimi Romæ tunc fuerunt: qui deorum simulacra ex suis finis sublata, foro venerabantur: itémque cetera signa, & ornamenta cùm cognoscerent, alia alio in loco lachrymantes intuebantur. quorum omnium hunc sermonem tum esse audiebamus: nihil esse, quod quisquam dubitaret de exitio sociorum, atque amicorum: cùm quidem viderent in foro populi Romani, quo in loco aurea, qui socias iniurias fecerant, accusari, & condemnari solebant, ibi esse palàm posita ea quæ ab sociis per scelus ablata, ereptáque essent. Hîc ego non arbitror illum negaturum, [u] signa esse plurima, tabulas pictas innumerabiles habere: sed, vt opinor, solet hęc, quę rapuit & furatus est, nonnumquam dicere se emisse: quoniam quidem in Achaiam, Asiam, Pamphyliam, sumtu publico, & legationis nomine, [cum imperio, & securibus] mercator signorum, tabularúmque pictarum missus est. Habeo & istius, & [a] patris eius accepti tabulas omneis: quas diligentissimè legi, atque digessi: patris, quoad vixit: tuas, quoad ais te confecisse, nam in isto, iudices, hoc nouum reperietis. Audimus, aliquem tabulas nunquam confeciſſe: quæ est opinio hominum de Antonio falsa. nam fecit [c] diligentissimè. verùm sit hoc genus aliquod minimè probandum. Audimus, alium non ab initio feciſſe, sed ex tempore aliquo confeciſſe. est aliqua etiam huiusce rei ratio. Hoc verò nouum, & ridiculum est, quod hic nobis respondit, cùm ab eo tabulas postularemus: vsque ad M. Terentium, & C. Cassium consules confeciſſe [d], postea desitiſſe. Alio loco, hoc cuiusmodi sit, considerabimus. nunc nihil ad me attinet. horum enim temporũ, in quibus nunc versor, habeo tabulas & tuas, & patris. Plurima signa pulcherrima, plurimas tabulas optimas deportaſſe te, negare non potes: atque vtinam neges. vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris te emtum esse: vicisti. ne hæc quidem duo signa pulcherrima, quæ nunc ad impluuium [e] tuum stant, quę multos annos ad [f] valuas Iunonis Samiæ steterunt, habes [g] quomodo emeris: hæc, inquam, duo, quæ in ædibus tuis sola iam sunt, quæ sectorem [h] exspectant, relicta, ac destituta à ceteris signis: ¶ At, credo, in hisce solis rebus *indomitas* [i] *cupiditates*, atque effrenatas habebat: ceteræ libidines eius, ratione aliqua, aut modo continebantur. Quàm multis istum ingenuis, quàm multis matribus familiàs, in illa tetra, atque impura legatione vim attulisse existimatis? ecquo in oppido pedẽ posuit, vbi non plura stuprorum, flagitiorúmq; e suorũ, quàm aduentus sui vestigia reliquerit? sed ego omnia, quæ negari poterunt, prætermittam: etiam hæc, quæ certissima sunt & clarissima, relinquam: vnum aliquod de nefariis istius factis eligam: quo facilius ad Siciliam possim aliquando, quæ mihi hoc oneris, negotiíque imposuit, peruenire. Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, iudices, in primis Asiæ prouinciæ clarum, & nobile: hominesque autem ipsi Lampsaceni tum summè in omneis ciueis Romanos officiosi, tum præterea maximè sedati, & quieti, propè præter ceteros ad *summum Graecorum otium* potiùs, quàm ad vllam vim, aut tumultum accommodati. Accidit, cùm iste à Cn. Dolabella flagitaſſet, vt se ad regem Nicomedem [k], regémque Sadalam [l] mitteret, cúmque iter hoc sibi magis ad quæstum suum, quàm ad reipublicæ tempus accommodatum depoposciſſet: vt illo itinere veniret Lampsacum, cum magna calamitate, & propè pernicie ciuitatis. deducitur iste ad Ianitorem quendam hospitem: comitésque eius item apud ceteros hospites collocantur. Vt mos erat istius, atque vt eum suæ libidines flagitiosæ facere admonuerant [m], statim negotium dat illis suis comitibus, nequissimis, turpissimísque hominibus, vt [n] videant, & inuestigent, ecqua virgo sit, aut nulier digna, quamobrem iste Lampsaci diutius commoraretur. Erat comes eius Rubrius quidam, homò factus [o] ad istius libidines: qui nuto artificio, quocumque veneraret, hæc inuestigare omnia solebat. is ad eum rem istam defert: Palladium esse quendam genere, honore, copiis, existimatione facilè principem Lampsacenorũ: eius

a Moris fuit veteribus tabulas & Diaria quasi vitæ suæ conficere, vt quid rediturus, arte, fœnore, lucro sepositi set, cõstaret: sed & si quid dãni aut sumptus feciſſet: quod postea desuetũ, postquam ex suis quisque tabulis (dum obsignarẽtur tabulæ reorum) damnari cœpit. *Asc.n.*

b *cognomento* Tauricus.*

c *vt V.C.*

d *al.* adest de te sententiam laturus.*

e *al.* Olympũ & *ita videtur legisse Asconius* vt & legitur apud Strab. 14.*

f *al.* Olympũ

g Legatum ex quæstore agens.*

h Mos erat Seruilii, ligna ante trium phantem per pompã vehi. *Asc.n.*

i *al.* in tabulis publicis

k Mos erat, vt quod quisque de subiugata prouincia per triumphum asportasset perscriptũ in tabulis in ærario repositis conseruari.*

l Figura statuæ ad ornatum & habitum: status admẽbrorum gestũ & situ.* m *al.* notatam atque adscriptam, *vel* proscriptã vt cohereat cũ voce prædã.* n *al.* præscripta.

o cùm Aedili atq. Prætori Hortensio & Metelli rapta ex prouinciis signa ad ornandum forum & comitium comodasti. Comodatitiis enim signis & tabulis etiam vtebantur in id Aediles & qui munus populo dabant, ad speciem seu ornatum scænæ, cũ theatra nondum essent.*

p comitiúmque ornatu ad speciem magnifico ad sensum, cogi q L. qui iudiciorum, se di ci dominos vol

r *vide*

s *v.c.* abiecerunt

t L. signa se plur.

u Inclusa ad sunt MMS. & alioqui legatis neque imperium, neq. fecures.*

m *v.c.* admonebant & *ita L.*

n L. vti videant, & *ita v.c.*

o fimus industria: nescimur fere.*

esse filiam, quæ cum patre habitaret, propterea quòd virum non haberet, mulierem eximia pulchritudine: sed eam summa integritate, pudicitiáque existimari. homo, vt hæc audiuit, sic exarsit ad id, quod non modò ipse numquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo, qui ipse vidisset, vt statim ad Philolamum migrare se diceret velle. Hospes Ianitor, qui nihil suspicaretur, veritus, ne [a] quid in ipso se offenderit: hominem summa vi retinere cœpit. ist-, qui hospitis relinquendi causam reperire non posset, alia sibi ratione viam munire ad stuprum cœpit: Rubrium, delicias suas, in omnibus eiusmodi rebus adiutorem suum, & conscium, parum lautè diuersari dicit: ad Philolamum deduci iubet. Quod vbi est Philolamo nuntiatum, tametsi [c] non erat ignarus, quantum sibi, ac liberis suis iam tum mali constitueretur, tamen ad istum venit: ostendit, munus illud suum non esse: se, cùm suæ [e] partes essent, hospitum recipiendorum, tum [f] ipsos tantum prætores, & consules, non legatorum alleclas, recipere solere. Ille, qui vna c. piditate reperatur, totum illius postulatum, causámque neglexit: per vim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium deduci imperauit. Hic Philolamus, posteaquàm ius suum obtinere non potuit: vt humanitatem, consuetudinémque suam retineret, laborabat. homo, qui semper hospitalissimus, amicissimúsque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium inuitus [g] in domum suam recepisse: magnificè, & ornatè, vt erat in primis inter suos copiosus, conuiuium comparat: rogat Rubrium, vt quos ei commodum sit [h], inuitet: locum sibi soli videatur, relinquit [k]: vt etiam filium suum, lectissimum adolescentem, fortas ad propinquum suum quendam mitteret ad cenã. Tum Rubrius istius comites inuitat: eos omneis Verres certiores facit, quid opus esset. maturè veniunt: discumbitur. fit sermo inter eos, & inuitatio, vt *Græco [l] more biberetur*. hortatur hospes: poscunt [m] maioribus poculis: celebratur omnium sermone, lætitiáq. conuiuium. Posteaquàm satis c.l.re res Rubrio visa est: Quæso, inquit, Philolame, cur ad nos filiam tuam non introuocari iubes? Homo, qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & parens esset, obstupuit [n] hominis improbi dicto. Instare Rubrius. Tum [o] ille, vt aliquid responderet, *negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres*. Hic tum alius ex alia parte. Enimuero [p] ferendum hoc non esse vocetur mulier. & simul seruis suis Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat. Quod vbi ille intellexit, id agi, atque id patati, vt filiæ suæ vis afferretur: seruos suos ad se vocat: his imperat, vt se ipsum negligant: filium defendant: excurrat aliquis, qui hoc tantum domestici mali filio suo nuntiet. Clamor [q] interea fit tota domo inter seruos Rubrij, atque hospitis. Iactatur domi suæ vir [r] optimus, & honestissimus. pro se quisque manus affert: aqua denique feruenti à Rubrio ipso Philolamus perfunditur. Hæc vbi filio nuntiata sunt: statim exanimatus ad ædes contendit, vt & vitæ patris, & pudicitiæ sororis succurreret. Omnes eodé animo Lampsaceni, simul vt hoc audiuerunt [s], quòd eos tum Philolami dignitas, tum iniuriæ magnitudo mouebat, ad ædes noctu conuenerunt. Hic lictor istius Cornelius, qui cum eius seruis erat à Rubrio, quasi in præsidio, ad auferendam mulierem collocatus, occiditur, serui nonnulli vulnerantur, ipse Rubrius in turba sauciatur. Iste, qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret, cupere aliquà euolare, si posset. Postridie manè [a] homines in concionem veniunt. quærunt, quid optimum factu sit. pro se quisque, vt in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. inuentus est nemo, cuius non hæc & sententia esset & [b] oratio: *Non esse metuendum, si istius nefarium scelus Lampsaceni vlti vi, manúque essent, ne senatus, populúsque R. in eam ciuitatem animaduertendum putaret. Quòd si hoc iure legati populi R. in socios, nationésque exteras uterentur, vt pudicitiam liberorum seruare ab eorum libidine tutam non liceret: quidnã esse perpeti satius, quàm in tanta vi, atque acerbitate versari.* Hæc cùm omnes sentirent, & cùm in eam rationem pro suo quisque sensu, ac dolore loqueretur: omnes ad eam domum, in qua iste diuersabatur [c], profecti sunt: cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna, & sarmenta circumdare, ignem [d] subiicere cœperunt. Tum ciues Rom. qui Lampsaci negotiabantur, concurrunt: orant Lampsacenos, *vt grauius apud eos nomen legationis quàm iniuria legati putaretur*: esse intelligere hominem illum esse impurum, ac nefarium: sed, quoniam nec [e] perficeret, quod conatus esset, neque futurus esset Lampsaci posta: luis eorum peccatum fore, si homini scelerato pepercissent, quàm si legato non pepercissent. Sic iste multo sceleratior, & nequior, quàm ille Adrianus: aliquanto etiam felicior fuit. ille, quòd eius auaritiam ciues Romani ferre non potuerant [f], vi cæ domi suæ vinus exustus est [g]: illique [h] ita illi meritò accidisse existimatum est, vt lætarentur omnes, neque vlla animaduersio constitueretur: hic sociorum ambustus incendio, tamen ex illa flamma, periculóque euolauit: neque ad huc causam vllã excogitare potuit, quamobrem [i] commiserit, aut quid euenerit, vt in tantum periculum veniret. Non enim potest dicere, Cùm seditionem sedare vellem, cùm frumentum imperarem, cùm stipendium cogerem, cùm aliquid denique reipublicæ causa gererem: quòd acrius imperaui, quòd animaduerti, quòd minatus sum. Quæ si diceret: tamen ignoscí non oporteret, si nimis atrociter imperando sociis, in tantum adductus periculum videretur. Nunc cùm ipse causam illius tumultus neque veram dicere, neque falsam confingere audeat: homo autem, ordinis sui frugalissimus, qui [k] tum accensus [l] C Neroni fuit, P. Tettius, hæc eadem se Lampsaci cognosse dixerit: vir omnibus rebus ornatissimus C. Varro, qui tum in Asia tribunus militum fuit, hæc eadem ipsa se ex Philolamo audisse dicat: postestis dubitare, quin istum fortuna non tam ex illo periculo eripere voluerit, quàm ad vestrum iudicium reseruare? Nisi verò illud dicet, quod [m] & in testimonio Tettij, priore actione interpellauit [n] Hortensius: quo tempore quidem signi satis dedit, si quid esset, quod posset dicere, se tacere non posse: vt [o], quamdiu in ceteris rebus tacuerit,

a L. nequid in se offend. id est in Philolamo.* al. ne quid in ipso se offenderetur:
b L. deuersari
c L. tametsi erat ignarus, al. tametsi non erat ignarus,
d id est parabatur, ita interpretatur Nonius cap. 3. in constituere 67. citans hunc locum.*
e Hi Xenoparochi & parochi dicebantur.*
f L. ab ipsis tamen pr.
g L. inuitus domũ suam rec.
h al. fiet.* i citatur à Nonio cap. 4. in Iuuare 232.*
k L. relinquat. etiam fil. s. lect. adol. tor. ad prop. s. q. mittit ad cenam Rubr. ist.
l Bibere more Græco nõ est grandiũ. & meracibus poculis bibere. sed κυκεῶνα κρασίζειν merum enim cyathis libabant salutantes primos deos, deinde amicos suos nominatim. idque faciebant, quotties & deos & amicos nominatim vocabant.*
m id est prouocant te. al. putãt sæpe.* n q. v. c. obstipuit
o v. c. Tum, vt aliquid resp.
p Citatur à Donato in Andria hic locus. Est & expressus ex orationis Demosthenis περὶ παραπρεσβείας.*
q L. Clamor interea fit to ta domo: pugna inter seruos R.
r L. vir optimus, & honestissimus.
s L. audierunt.

A B C D E F G H

a v. c. homines manè
b al. & ratio:
c L. deuersabatur,
d v. c. ignemque subiicere cœp.
e L. neque perficer.
f legatus vel proprætor, vel, Prætor Africæ, al. porrexerunt
g Imò in prætorio suo Ascon.*
h quod corrupto seruitio de fine principum ciuitatis Vticæ conspiraisset Ascon.*
P. 8. i al. quamobrem euenerit aut quid commiserit al. quid commiserit aut quid euenerit quamobrem.*
k al. qui tunc
l Accensus nomen ordinis in militia.*
m L. quod & in Tettij testimo. io.
n Interpellat, qui medium orationem vel actionem alicuius interrumpit Ascon.*
o L. vt quamdiutacuit in ceteris testibus scire possumus.

P. XC.

rit, scire omnes possemus, nihil habuisse quod [a] diceret. hoc tum dixit, Philodamum, & [b] eius filium, à C. Nerone esse damnatos. De quo ne [c] multa disseram, tantum dico, secutum id esse Neronem, & eius consilium, quod Cornelium lictorem occisum esse constaret: putasse non oportere esse cuiquam ne in vlciscenda quidem iniuria, hominis occidendi potestatem. In quo video, Neronis iudicio non te absolutum esse improbitatis: sed illos damnatos esse cædis. verùm ista damnatio tamen cuiusmodi fuit? Audite, quæso, iudices, & aliquando miseremini sociorum, & ostendite, aliquid his in vestra fide præsidij esse oportere. Quòd toti Asiæ iure occisus videbatur istius ille verbo lictor, re vera minister improbissimæ cupiditatis [d]: pertinuit iste, ne Philodamus Neronis iudicio liberaretur. rogat, & orat Dolabellam, vt de sua prouincia decedat: ad Neronem proficiscatur: se demòstrat incolumem esse non posse, si Philodamo viuere, atque aliquando Romam venire licuisset. Commotus est Dolabella. fecit id, quod multi reprehenderunt, vt exercitum, prouinciam, bellum relinqueret, & in Asiam, hominis nequissimi causa, in alienam prouinciam proficisceretur. Postea quàm ad Neronem venit: contendit ab eo, vt Philodami causam cognosceret. Venerat ipse, qui esset in consilio, & primus sententiam diceret. adduxerat etiam præfectos, & tribunos militareis suos, quos Nero omneis in consilium vocauit. erat in consilio etiam æquissimus iudex ipse Verres. erant nonnulli togati [e] creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legati plurimum prodest gratia. Ille miser defensorem reperire [f] neminem poterat. Quis enim esset aut togatus, qui Dolabellæ gratia: aut Græcus, qui eiusdem vi, & imperio non moueretur? Accusator autem apponitur ciuis [g] Romanus de creditoribus Lampsaceno rum: qui si dixisset quod iste iussisset, per eiusdem istius lictores à populo pecuniam posset exigere. Cùm hæc omnia tanta contentione, tantis copiis agerentur: cùm illum miserum multi accusarent, nemo defenderet: cùmque Dolabella cum suis præfectis pugnaret in consilio: Verres fortunas agi suas diceret: idem testimonium diceret: idem esset in consilio: idem accusatorem parasset: hæc cùm omnia fierent, & cùm hominem constaret occisum: tamen tanta vis istius iniuriæ, tanta [h] in isto improbitas putabatur, vt de Philodamo *amplius* [i] pronunciaretur. Quid ego nunc in *altera* [k] actione Cn. Dolabellæ spiritus: quid huius lacrymas, & concursiones [l] proferam? quid C. Neronis, viri optimi, atque innocentissimi, nonnullis in rebus, animum nimis timidum, atque demissum? qui in illa re quid facere potuerit, non habebat: nisi forte, id [m] quod omnes tum desiderabant, vt ageret eam rem sine Verre, & [n] Dolabella: quidquid esset sine his actum, omnes probarent. Tum verò quod pronunciatum est, non per Neronem iudicatum, sed per Dolabellam ereptum existimabatur. Condemnatur enim perpaucis sententiis Philodamus, & eius filius. Adest, instat, vrget, Dolabella, vt quàm primùm securi feriantur: quo quàm minimè multi ex illis de istius nefario scelere audire possent. Constituitur in foro Laodiceæ [a] spectaculum acerbum, & miserum, & graue toti Asiæ prouinciæ: grandis [b] natu parens, adductus ad supplicium: ex altera parte filius: ille, quòd pudicitiam liberorum [c]: hic, quòd vitam patris, famámque sororis defenderat. Flebat vterque, non de suo supplicio, sed pater de filij morte, de patris, filius. Quid lacrymarum ipsum Neronem putatis profudisse? quem fletum totius Asiæ fuisse? quem luctum, & gemitum Lampsacenorum? securi esse percussos homines innocenteis, nobileis, socios populi Ro, atque amicos, propter hominis flagitiosissimi singulorem nequitiam, atque improbissimam cupiditatem? Nemo diam, Dolabella, neque tui, neque tuorum liberorum, quos tu miseros in egestate, atque in solitudine reliquisti, misereri [e] potest. Verrémne tibi tanti fuit, vt eius libidinem, hominum innocentum [f] sanguine lui velle? Idcircóne exercitum, atque hostem relinquebas, vt tua vi, & crudelitate, istius hominis improbissimi pericula subleuares? Quòd [g] enim eum tibi quæstoris in [h] locum constituebas, idcirco tibi amicum in perpetuum fore putabas? Nesciebas, ab eo Cn. Carbonem cos. cuius re vera quæstor fuit [i], non modò relictum, sed etiam spoliatum [k] auxiliis, pecunia nefariè oppugnatum, & proditum? Expertus igitur es istius præsidium tum, cùm se ad inimicos tuos contulit: cùm in te homo ipse nocens acerrimum testimonium dixit: cùm rationes ad ærarium, nisi damnato te, referre noluit? Tantæne tuæ, Verres, libidines erunt, vt eas capere, ac sustinere non prouinciæ populi Ro. non nationes exteræ possint? Túne, quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum præstò fuerit, nisi libidini tuæ, cupiditatíque paruerit [l], immittentur homines? expugnabuntur domus? ciuitates non modò pacatæ, verùm etiam sociorum, atque amicorum, ad vim, atque ad arma confugient, vt ab se, atque [m] ab liberis suis legati populi R. scelus, atq. [n] libidinem propulsare possint? Nam quæro abs te, circumsessúsne sis Lampsaci: cæperítne domum, in qua diuersabare [o], illa multitudo incendere: voluerintne legatum populi R. comburere viuum Lampsaceni. negare non potes. habeo enim testimonium [p] tuum, quod apud Neronem dixisti [q]: habeo quas ad eundem litteras misisti. Recita hunc ipsum locum de testimonio. TESTIMONIVM C. VERRIS IN ARTEMIDORVM. Recita ex Verris litteris ad Neronem. EX LITTERIS C. VERRIS AD C. NERONEM, NON MVLTO POST IN DOMVM [r]. Bellúmne [s] pop. R. Lampsaceni [t] ciues facere conabantur? deficere ab imperio, ac nomine nostro volebant [u]? Video enim; & ex iis, quæ legi & audiui, intelligo: in qua ciuitate non modò legatus populi R. circumsessus, non modò igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit: nisi publicè satisfactum sit [x], ei ciuitati bellum indici, atque inferri solere [y]. Quæ fuit igitur causa, cur cuncta ciuitas Lampsacenorum de concione, quemadmodum tute scribis, domum tuam concurreret? Tu enim neque in litteris, quas Neroni mittis, neque in testimonio, causam tanti tumultus ostendis vllam: obsessum te dicis: ignem allatum, sarmenta circumdata, lictorem tuum occisum esse di-

a L. quod diceret. hoc tum d.
b L. & filium eius.
c L. ne multum differa,
P. XCI.
d L. voluptatis [] quæ nobis est communis, eam bellis.*
e equites Rom.*
f L. neminē reperire
g L. ciuis Romanus, & excred.*
h L. tanta in isto improbitas esse putabatur,
i ea erat Amplitudo de
P. R. quæ alias dixi.*
k vt compendiaria sic ampliatio altera esse poterat.*
l L. concursationes. *al.* id, quod
m & sine Dolabella.
a *v. c.* Laodicix.
b L. hinc grandiorem.
c *fort.* liberi
d L. iam, ô Dolabella, me neq. tui, neq. tuorum liberorum, q. [] ita citatu ab Asconio *Diuinatione.** e L. miserere potest.
f L. innocentium
g *al.* Quod. P. XCII. enim tibi.*
h [] in loco
i L. fuerat,
k L. spoliatum auxiliis nefariè opp. &
l *fort.* parere rit,
m L. atque à lib.
n L. ac libid.
o L. deuersabatur.
p L. testimonium, quod apud
q cõtra Philodamum.*
r *Pantagathi.* Philodamum.*
s *Act. Aug.* Philodamum.*
t fic ad Neronem scripserat Verres.*
u L. Lampsacena ciuitas facere conabatur?
x L. volebat?
y id est, nisi decreto publico tradiet ad pœnam culpæ auctores.*
z vt Corinthiis & Tarentinis.*
a L. domum concurrerit?

cis: prodeundi tibi in publicum poteſtatem factam negas: cauſam huius tanti terroris occultas. Nam ſi quam Rubrius iniuriam ſuo nomine, ac non impulſu tuo, & tua cupiditate feciſſet: de tui comitis iniuria queſtum ad te potiùs, quàm te oppugnatum venirent. Cum igitur, quæ cauſa illius tumultus fuerit, teſtes à nobis producti dixerint, ipſe celarit: nónne, cauſam hanc, quàm nos propoſuimus, tum [a] illorum teſtimonia, tum iſtius taciturnitas perpetua confirmat? Huic homini parcetis igitur, iudices, cuius tanta peccata ſunt, vt ij, quibus iniurias fecerit, neque legitimum tempus exſpectare ad vlciſcendum, neque vim tantam doloris in poſterum differre potuerint. Circumſeſſus es à quibus? à Lampſacenis, barbaris hominibus, credo, aut iis, qui populi Rom. nomen contemnerent. Immò verò ab hominibus & natura, & conſuetudine, & diſciplina leniſſimis: porrò autem populi Ro. conditione ſociis, fortuna ſeruis, voluntate ſupplicibus: vt perſpicuum ſit omnibus, niſi tanta acerbitas iniuriæ, tanta vis ſceleris fuiſſet, vt Lampſaceni moriendum ſibi potius quàm perpetiendum putarent: numquam illos in eum locum progreſſuros fuiſſe, vt vehementiùs odio libidinis tuæ, quàm metu [b] legationis mouerentur. Nolite, per deos immortaleis, cogere ſocios, atque exteras nationes hoc vti pe fugio: quo, niſi vos vindicatis, vtentur neceſſariò. Lampſacenos in [c] iſtum numquam vlla res mitigaſſet, niſi eum pœnas Romæ daturum credidiſſent. Etſi talem acceperant iniuriam: quam nulla lege ſatis dignè perſequi poterant: [d] tamen incommoda ſua veſtris [e] committere legibus, & iudiciis, quàm dolori ſuo permittere maluerunt. Tu mihi cum circumſeſſus à tam illuſtri ciuitate ſis propter tuum ſcelus, atque flagitiũ: cum coegeris homines miſeros, & calamitoſos, quaſi deſperatis noſtris legibus & iudiciis ad vim, ad manus, ad arma confugere: cùm te in oppidis & ciuitatibus amicorum non [f] gatum populi Ro. ſed tyrannum libidinoſum, crudelémque præbueris: cùm apud exteras nationes, imperij, nominiſque noſtri famam tuis probris, flagitiiſque violaris: cùm te ex ferro [g] atque flamma ſociorum euolaris: hîc tibi perfugium ſperas futurum? Erras. vt hinc incideres, non vt hîc conquieſceres, illi te viuum exire paſſi ſunt. & ais, iudicium eſſe factum, te iniuria circumſeſſum eſſe Lampſaci, quod Philodamus cum filio condemnatus ſit. Quid, ſi doceo, ſi planum facio, teſte homine nequam, verùm ad hanc rem tamen idoneo (te ipſo, inquam, teſte docebo) te huius circumſeſſionis tuæ cauſam & culpam in alios tranſtuliſſe [h]? neque in eos, quas tu inſimularas [i], eſſe animaduerſum [k]? iam nihil te iudicium Neronis adiuuat. Recita quas ad Neronẽ litteras miſit. EPISTOLA C. VERRIS AD NERONEM. THEMISTAGORAS, ET THESSALVS. Themiſtagoram, & Theſſalum ſcribis populum concitaſſe. Quem populum? qui te circumſedit: qui te viuum comburere conatus eſt. Vbi hos perſequeris? vbi accuſas? vbi defendis ius, nomẽque legati? In Philodami iudicio dices. id actũ. Cedò mihi ipſius Verris teſtimonium, videamus, quid idẽ iſte iniuratus dixerit. Recita. AB ACCVSATORE ROGATVS I RESPONDIT, IN [k] HOC IVDICIO NON PERSEQVI: SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQVI.

Quid igitur te [a] iuuat Neronis iudicium, quid Philodami damnatio? Legatus cùm [b] eſſes circumſeſſus, cúmque, quemadmodum tute ad Neronem ſcripſiſti, populo Ro. communíque cauſæ legatorum facta eſſet iniuria [c] inſignis: non es perſecutus: dicis tibi in animo eſſe alio tempore perſequi. Quod fuit id tempus? quando es perſecutus, cur imminuiſti [d] ius legationis? cur cauſam populi Ro. deſeruiſti, ac prodidiſti? cur iniurias tuas, coniunctas cum publicis, reliquiſti? Non te ad ſenatum cauſam deferre: non de tam atrocibus iniuriis conqueri: non eos homines, qui populum concitarant, conſulum litteris euocandos curare oportuit? Nuper, M. Aurelio poſtulante, quòd is Epheſi ſe quæſtorem vi prohibitum eſſe dicebat, quo minùs e fano Dianæ ſeruum ſuum, qui in illud [e] aſylum confugiſſet, abduceret: Pericles Epheſius, homo nobiliſſimus, Romam euocatus eſt, quòd auctor iniuriæ [f] illius fuiſſe argueretur. Tu, ſi te legatum ita Lampſaci tractatum eſſe, ſenatum docuiſſes, vt tui comites vulnerarentur, lictor occideretur, ipſe circumſeſſus pænè incenderere: eius autem rei duces, & auctores, & principes fuiſſe, quos ſcribis, Themiſtagoram, & Theſſalum: quis non commoueretur? quis non ex iniuria, quæ tibi eſſet facta, ſibi prouideret? quis non in ea re cauſam tuam, periculum commune agi arbitraretur? Etenim *nomen ẽ legati, eiuſmodi eſſe debet, quod non modò inter ſociorum iura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume verſetur.* ¶ Magnum hoc Lampſacenum crimen eſt libidinis, atque improbiſſimæ cupiditatis, accipite [h] nunc *auaritiæ* propemodum in ſuo genere non leuius. Mileſios nauem poposcit, quæ eum præſidij cauſa Myndum proſequeretur. Illi ſtatim [i] myoparonem [k] egregium de ſua [l] claſſe, ornatum, atque armatum dederunt. Hoc præſidio Myndum profectus eſt. Nam, quid Mileſiis lanæ publicæ [m] abſtulerit, item de ſumtu in adſuentum, de coutumeliis, & iniuriis in magiſtratum Mileſium, tametſi dici tum verè, tum grauiter, & vehementer poteſt, tamen dicere prætermittam: eáque omnia teſtibus integra reſeruabo. illud, quod neque taceri vllo modo, neque dici pro dignitate poteſt, cognoſcite. Milites, remigéſque Miletum Myndo pedibus reuerti iubet: ipſe myoparonem pulcherrimum, de decem Mileſiorum nauibus electum, L. [n] Magio, & L. [o] Rabio, qui Mundi habitabant, vendidit. Hi ſunt homines, quos nuper ſenatus in hoſtium numero habendos cenſuit. hoc illi nauigio ad omneis populi R. hoſteis vſque ab Dianio, [p] quod in [q] Hiſpania] eſt, ad [r] Sinopem, [quæ in [ſ] Ponto] eſt, nauigauerunt. O dij immortales: incredibilem auaritiam, ſingularéque audaciam! Nauem tu de claſſe populi Rom. quam tibi Mileſia ciuitas, vt te proſequeretur, dediſſet, auſus es vendere? Si te magnitudo maleficij, ſi [t] te hominum exiſtimatio non mouebat: ne illud quidẽ cogitabas, huius improbiſſimi furti, [u] huius adeò nefariæ prædæ, iam illuſtrem, ac tam nobilem ciuitatem teſtem futuram esſe, quia tum Cn. Dolabella in eum, qui eam myoparoni præfecerat, Mileſiſque rem geſtam renuntiarat, animaduertere tuo rogatu conatus eſt, renuntiationémque eius,

a L. cum illorum.
b L. legationis metu
c L. nũquam in iſtum res vlla m. P. XCIII.
d L. poſſent e. al. noſtris
e f. v. c. atque ea flamma
g L. contulſſe h inſimularis,
i al. interrogatus & ita Aſcon. legiſſe videtur. Hoc autem idem p. B. dicit quod ſe ſi, niſi interrogato, loqui nõ licebat.*
k L. SE IN HOC IVD.
a L. te adiuuat N.
b al. cum eſſet cir.
c L. inſignis iniuria:
d Legationis enim ius imminuit, qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defendit.
e Aſylum enim ſuum templo Dianæ fuit.*
f L. illius iniuriæ fuiſſe arguebatur.
h vide l. 1. ff. de legationib.*
h al. ace pio verò auari Auaritiæ Verris exemplum in Mileſios admiſſe.*
k Myoparo nomen nauigij.*
l Mileſij ex fœdere claſſem præſidia riam habebant, præbendam P. Rom. maritimis neceſſitatib. Aſcon.
mal. publicam Transfugæ à Mariano exercitu ad Mithridatẽ à quo ad Sertorium in Romanos incitandũ miſſi, inquirendi à Romanis iuſſi. Proditor tamen poſt Mithridatẽ ad Romanos rediere. Aſcon.*
o L. Fannio, al. Fabio,
p Dianium oppidum maritimum ſtipendiarium Hiſpaniæ 3. Plin. 3. Aſco. hic.*
q inclusa videntur eſſe gloſſema adiectum ad differentiam Dianij inſulæ, quæ circa Corſicam 3. Plin. 6.*
r L. ad Sinopam
ſ & hæc Incluſa Gloſſema redoleo adiecta autẽ videntur ad differentiam Sinopes, quæ Sinueſſa 3. Plin. 5.*
t L. ſi hominum exiſtim
u L. furti ſiue adeo

eius,quæ erat in publicas litteras relata illo-
tum legibus,tolli iusserat: idcirco te hoc cri
mine clapsum esse arbitrabere? Multùm te
ista fefellit opinio,& quidem multis in locis.
semper enim existimasti, & maximè in Si-
lia,satis cautum tibi ad def nsionem fore, si
aut referri aliquid in litteras publicas vetuis
ses: aut, quod relatum esset, tolli coegisses.
Hoc quam nihil sit, tamesi ex multis Siciliæ
ciuitatibus priore actione didicisti, tamen
etiam in hac ipsa ciuitate cognosce. Sunt illi
quidem dicto audientes, quamdiu adsunt ij,
qui imperant.simulac discesserunt:nō solùm
illud perscribunt, quod tum prohibiti sunt,
sed etiam causam adscribunt,cur non tum in
litteras relatum sit.Manent istæ litteræ Mile-
ti, manent, &, dum erit illa ciuitas, mane-
bunt. Decem enim naues iussu L. Murenæ
populus Milesius ex pecunia vectigali populi
R. fecerat, sicut pro sua quæque parte Asia
ceteræ ciuitates. quamobrem vnam ex decē,
non prędonum repentino aduentu,sed lega-
ti latrocinio:non vi tempestatis,sed hac hor-
tibili tempestate sociorum, amissam, in lit-
teras publicas retulerunt. Sunt Romæ legati
Milesij, homines nobilissimi, ac principes ci
uitatis: qui tamesi mensem Februarium [a], &
coss. designatorum nomen exspectant [b],
tamen hoc tantum facinus non modò nega-
re interrogati, sed ne producti quidem reti
cere potuerunt.dicent,inquam,& religione
addicti,& domesticarum legum metu,quid
illo myoparone factum sit,ostendent,C.Ver-
rem in ea classe,quæ contra piratas ædificata
sit, piratam ipsum conscelcratum fuisse.¶ C.
Malleolo [e] quæstore Cn.Dolabellæ occiso,
duas sibi hereditates venisse arbitratus est:v
nam quæstoriæ procurationis: nam à Dola-
bella statim pro quæstore iussus est esse:alte
ram tutelæ.Nam,cùm pupilli Malleoli tuto
esset, in bona eius impetum fecit. nam Mal-
leolus in prouinciam sic copiosè profectus
erat, vt domi prorsus nihil relinqueret.præ-
terea pecunias occuparat apud populos, &
syngraphas [f] fecerat: argenti optimi cælati
grande pondus secum tulerat:(nam ille quo-
que sodalis istius erat in hoc morbo,& cupi-
ditate)grande pondus argenti, familiam ma-
gnam, multos artifices, multos formosos ho-
mines reliquit. Iste quod argenti placuit,in-
uasit:quę mancipia voluit,abduxit,vina,cete-
ráque,quæ in Asia facillimè comparātur,quæ
ille reliquerat,asportauit:reliqua vēdidit,pe-
cuniam exegit.Cùm cūs ad LLS XXD.quin-
quies redegisse constaret: vt Romam rediit,
nullam litteram pupillo, nullam matri eius,
nullam tutoribus reddidit:seruos artifices pu
pilli cùm haberet domi,circum pedes autem
homines formosos,& litteratos:suos hesse di-
cebat, se emisse.cùm sæpius mater, & alia
pueri postularent, vti, si non redderet pecu-
niam,nec rationē daret [i],diceret:saltē,quan-
tum pecuniæMalleoli deportasset:multis&ef-
flagitatus aliquando dixit, LLS.decies. dein
del in codicis extrema[m] cera nomen infimū
in flagitiosa litura fecit:expensaChrysogono
seruo LLS [n].sexcenta millia:accepto pupillo
Malleolo retulit. Quomodo ex decies LLS.
sexcenta sint facta:quomodo hoc DC.eodem mo
do quadrarint [a],vt illa de Cn.Carbonis pecu-
nia,reliqua LLS.sexcenta sint facta: quomo-
do Chrysogono expensa lata sint: cur id no-
men infimum, in litteráque sit, vos existima-
bitis.Tamen LLS.sexcenta millia cū accepta
retulisset, LLS. quinque [b] millia soluta non
sunt.homines,posteaquàm reus factus est,alij
redditi,alij etiam nunc retinentur:peculia o-
mnium,vicaríque retinentur. Hæc est istius
præclara tutela. En,cui tuos liberos commi-
tas: en memoria [c] mortui sodalis: en metus
viuorū existimationis. Cum tibi se tota Asia
spoliandam,ac vexandam tradidisset d: cùm
tibi expósita esset omnis ad prædandum Pā-
phylia : contentus his tam opimis rebus non
fuisti?manus à tutela,manus à pupillo,manus
à sodalis filio abstinere non potuisti? Iam te
non Siculi,non aratores (vt dictitas) circum-
ueniunt:non hi,qui decretis, edictísque tuis
in te concitati,infestíque sunt: Malleolus [e] à
me productus, & mater eius,atque auia, quæ
miserę [f], flentes,euersum à te querum patris
bonis esse dixerunt. Quid exspectas?an dum
ab inferis ille [g]Malleolus exsistat,atqueh abs
te officia tutelæ,sodalitatis,familiaritatísque
flagitet? ipsum putato adesse. homo auaris-
sime & spurcissime, redde bona sodalis filio:
si non quæ abstulisti:at quæ confessus es.Cur
cogis sodalis filium hanc primam in foro
vocem cum dolore, & querimonia emitte-
re? cur sodalis vxorem, sodalis socrum, do-
mum denique totam sodalis, mortui, contra
te testimonium dicere?eur k prudentissimas,
lectissimásque fœminas in tantum virorum
conuentum insolitas, inuitásque prodire co-
gis?Recita omnium testimonia. TESTIMO-
NIVM MATRIS ET AVIAE. ¶Pro l
quæstore verò quomodo iste commune [m]
Miliadum vexarit: quomodo Lyciam, Pam-
phyliam,Pisidiam, Phrygiámque totam frumento imperando,æstimando [n],hac sua, quā
tū primùm excogitauit, Siciliensi æstimatione afflixerit, non est necesse demonstrare
verbis. Hoc scitote : his nominibus, quæ res
per [o] eum gestæ sunt, cùm iste ciuitatis frumentum,coria,cilicia [p],saccos imperaret,ne-
que ea sumeret: pro [q] his rebus pecuniam
exigeret: his nominibus solis Cn. Dolabellæ
LLS,ad tricies litem esse æstimatam.Quæ o-
mnia, etiam si voluntate Dolabellæ fiebant,
per [r] istum omnia tamen gerebantur.Consi-
stam in vno nomine [s]: multa enim sunt ex
eodem genere.RECITA DE LITIBVS AE-
STIMATIS CN.DOLABELLAE PR.PECV-
NIAQVE POPVLO RO.REDACTA.QVOD
A COMMVNI MILIADVM.Te hæc coegisse.
tæstimasse,tibi pecuniā numeratam esse di-
co:eadémque vi,&iniuria,cùm pecunias ma-
ximas cogeres,per omneis parteis prouinciæ
te, tánquam calamitosam tempestatem, pe-
stémque peruasisse demonstro. Itaque M.
Seaurus, qui Cn. Dolabellam accusauit, i-
stum in sua potestate, ac ditione tenuit.
Homo adolescens cùm istius in inquiren-
do multa furta, ac flagitia cognosceret, fe-
cit peritè & callidè. volumen eius rerum
gestarum maximum isti ostendit: ab ho

a Quadrare dicuntur quæ solidantur,quæ solida fiunt: ita vt neq. plus neque minus inueniatur in summa *Ascon.* Gall. soluller, dicunt.*

b L.quinquaginta millia soluta.‖ *al.* quingenta millia.*

c *v.c.*memoriam.sod. P. B. en metum vi uorum

d L.præbuisset

e *al.*sed Mal leolus

f *al.* misere *

g L. ipse Mall.

h L.atq.officia tutelæ.

i L.mittere

k L. ur prudentissimas, l Iniur. a Verris in Milyadas.*

m Commune hic pro republica. *Ascan.*Græci τὸ κοινὸν. Sic infra lib. 2. Commune Siciliæ. sic τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων. *l.* fi de vi,37.ff. de iudic.l 5. ff.de vi pud. τῶν ἐγκλ. l.1. ff. de appell.Communitas Asia l. 6. §. 2. ff. *de excus. tut. & lib.2.in Verrem* commune Siciliæ Galli communes,communitates.*

n Magistratibus licebat in vsus suos frumentum accipere, si vellent: aut pro frumento pretium. quæ æstimatio dicebatur: in qua re auaritissimi quique infinitam in cuniam conflabant, aliquum re

o Cilicij

p Cilicia,texta de pilis,in castrorum vsum atque nauium. *Ascon.* l.17.§.3. ff. *de aff. empt. l.12. §.17. ff. de instruct.* * q *v.c.*pró que his rebus.

r L. per istum tamen omnia ger.

s *al.*crimine.*

tium socijs imperando *Ascon.* * o *q.v.t.* per hunc

a *fort.* Februarium ex spectat.‖ Hoc autem mense, frequens senatus dabatur audiendis legationibus.*

b *al.* extimescunt, *vt apud Ascon.*

c Curatiores,non modò verum di cere cogebatu , sed & verum non reticere *Ascon.*

d leges intelligit,quibus quisque cōiurationes & incommoda patriæ aperire cogitur.*

e Perfidia Verris in tutela Malleoli.

f Syngraphæ contrahentis vtriusq. manu scribebantur,& vtriq. parti seruandæ tradebantur, fidem etiam aut nō numerata, aut nondum numerata pecunia confirmabant: Chirographis verò vti res tantum gesta, & vnius partis manu tantum scribi poterat,& ab vna tantum parte ea seruabantur *Ascon.**

g L.ad LLS. vicies quinquies red.‖ *al.*ad HS.tricies quinquies.*

h L. suos esse, se emisse dicebat cum sæp.

i *fort.*ederet, k L.à multis l *al.* de inde codicis ad extremam ceram.*

m Cera extrema, id est vltima tabulæ pars.*

n LLS.quadringēta millia expensa Chrysogono seruo: LLS sexcenta millia accepto pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies LLS sexcenta millia reliqua sint facta vt illa de Cn. Carbonis pecunia, reliqua LLS. sexcenta sunt facta: quomodo hæc sexcenta eodem modo quadrarint: quomodo LLS. quadringenta millia Chrysogono expensa lata sint, &c.

mine quæ voluit,in Dolabellã abſtulit:iſtum teſtem produxit:dixit iſte,quæ velle accuſatorem putauit. Quo ex genere mihi teſtium, qui cum iſto furati ſunt,ſi vti voluiſſem, magna copia fuiſſet: qui vt ſe periculo litium, coniunctione criminum liberarent, quò [a] ego vellem,diſceſſuros pollicebantur.Eorum ego voluntatem omnium repudiaui [b]. non modò proditori, ſed ne perfugæ quidem locus in meis caſtris cuiquam fuit.Forſitam me liores illi accuſatores habendi ſunt, qui hæc omnia fecerunt [c]: ſed *defenſorem in mea perſona,non accuſatorem, maximè laudari volo.* Rationes ad ærarium,antequàm Dolabella condemnatus eſt, non audet referre. impetrat à ſenatu, *vt dies ſibi prorogaretur* [d], *quod tabulas ſuas ab accuſatoribus Dolabellæ obſignatas diceret*: perinde [e] quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet.Solus eſt hic,qui numquam rationes ad ærarium referat. Audiſtis quæſtoriam rationem tribus [f] verſiculis relatam:legationis non,niſi condemnato & electo eo, qui poſſet reprehendere:nunc [g] denique præturæ, quam ex S.C.ſtatim referre debuit,vſque ad hoc tempus non retulit.Quæſtorem [h] ſe in ſenatu exſpectare dixit: perinde [i] quaſi non,vt quæſtor ſine prætore poſſet rationem referre,vt tu Hortenſi vt omnes: eodem modo ſine quæſtore prætor. Dixit, idem Dolabellam impetraſſe. Omen [k] magis patribus conſcriptis,quàm cauſa [l] placuit [m], probauerunt.Verum quæſtores quoque [n] iampridem venerunt.cur non retuliſti? illarum rationum ex ea fæce [o] legationis, quæſtoriæque. tuæ procurationis illa ſunt nomina [p], quæ Dolabellæ neceſſariò ſunt æſtimata. Ex [q], LITIBVS AESTIMATIS DOLABELLAE PR. ET PROPR. Quòd minus Dolabella Verri acceptũ retulit quàm Verres illi expenſum tulerit, LLS.quingenta,triginta quinque millia [q]:&quod plus fecit Dolabella Verrẽ accepiſſ',quam iſte in ſuis tabulis habuit LLS ducenta triginta duo millia [r]:&quòd plus fruméti fecit accepiſſe iſtũ, LLS.decies & octingẽta millia ſ:quòd tu homo caſtiſſimus aliud in tabulis habebas.Hinc illæ extraordinariæ [t] pecuniæ,quas nullo duce,tamẽ aliqua ex particula inueſtigamus,redundarunt: hinc ratio cum Qu.& Cn.Poſtumiis [u],Curtiis.multis nominibus, quorũ in tabulis iſte habet nullũ [x]: hinc LLS.quaterdecies [y].Tadio numerata Athenis,teſtibus planum faciã:hinc emta aperti ſſimè prætura: niſi fortè id etiam dubiũ eſt, quomodo iſte prætor factus ſit. Homo ſciliect aut induſtria,aut opera probata,aut frugalitatis exiſtimatione præclara,aut denique,id quod leuiſſimum eſt,aſſiduitate:qui ante quæſturam cum meretricibus, lenonibuſque vixiſſet : quæſturam ita geſſiſſet,quemadmodũ cognouiſtis:Romæ poſt quæſturam illã nefariã vix triduum conſtitiſſet:abſens non in obliuione iacuiſſet:ſed in aſſidua commemoratione omnibus omniũ flagitiorũ fuiſſet: is repentè,vt Romã venit,gratis prætor factus eſt. Alia porrò pecunia,ne accuſaretur,data. Cui ſit data,nihil [y] ad me,nihil ad rem pertinere arbitror: datam quidem eſſe tum inter omneis recenti negotio facilè conſtabat. Homo ſtultiſſime,& amentiſſime, tabulas cùm confiteeres, & cum extraordinariæ pecuniæ crimen ſubturfugere velles: ſatis te elapſurum omni ſuſpitione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas,iis expenſum [a] non ferres,neque in tuas tabulas vllum nomen referres, cùm tot tibi nominib.acceptum Curtij referrent?Quid proderat tibi,te expenſum illis nõ tuliſſe?An tuis ſolis tabulis te cauſam dicturũ exiſtimaſti? ¶Verum [b] *ad illam iam veniamus præclaram præturam*,.crimináque ea, quæ notiora ſunt iis [c],qui adſunt , quàm nobis , qui meditati ad dicendũ,paratíque venimus : in quibus non dubito, quin offenſionem negligentiæ vitare,atque effugere nõ poſſim.Multi enim ita dicent: De illo nihil dixit,in quo ego interfui:illam iniuriam non attigit, quæ mihi,aut quæ amico meo facta eſt:quibus ego in reb. interfui. His omnibus , qui iſtius iniurias norunt , hoc eſt , populo R. vniuerſo me vehementer excuſatum volo,non negligentia mea fore,vt multa præteream : ſed quòd alia teſtibus integra reſeruari velim: multa autem propter rationem breuitatis,ac temporis prætermittẽda exiſtimem. Fatebor etiam illud inuitus,me prorſus, cùm iſte pũctum temporis nullum vacuum peccato prætetire paſſus ſit,omnia,quę ab iſto commiſſa ſunt,non potuiſſe cognoſcere.Quapropter ita me de præturæ criminibus auditore,vt ex vtroque [e] genere *& iuris dicendi* [f], *& ſartorum tectorum exigendorum,ea poſtuletis*,quę maximè digna ſunt [g] eo reo,cui parum ac mediocre obiici [h] nihil oporteat. Nam [i] vt prætor factus eſt,qui auſpicato [k] à Chelidone ſurrexiſſet,ſortem nactus eſt vrbanæ prouinciæ, magis ex [l] ſua,& Chelidonis,quàm ex populi R. voluntate.qui principio,qualis in edicto conſtituendo fuerit , cognoſcite. Tum [m]. *Anneius Aſellus* mortuus eſt, C. Sacerdote prætore [o]. Is cùm haberet vnicam filiam,neque cenſus [p] eſſet:quod eum natura hortabatur,lex nulla prohibebat , fecit , vt filiam bonis ſuis heredem inſtitueret. heres erat filia : faciebant omnia cum pupilla , legis æquitas , voluntas patris , edicta prætorum , conſuetudo iuris eius,quod erat tum,cùm Aſellus eſt mortuus. Iſte, prætor deſignatus(vtrùm admonitus,an tentatus, an, qua eſt iſte ſagacitate in his rebus,ſine duce vllo, ſine indice peruenerit ad hanc improbitatem, neſcio : vos tantùm hominis audaciam [q],amentiámque cognoſcite) appellat heredem L.Anneium , qui erat inſtitutus ſecundũ filiam (non enim mihi perſuadetur,iſtum ab illo prius appellatum) dicit ſe poſſe ei condonare edicto hereditatem: docet hominem , quid poſſit fieri illa bona res , huic vindibilis videbatur. Iſte tametſi ſingulari eſt audacia,tamen ad pupillæ matrem ſummittebat malebat pecuniam accipere,nequid noui ediceret,quàm vt hoc edictum tam improbum , & inhumanum interponeret.Tutores,pecuniam prætori ſi pupillæ nomine dediſſent,grandem præſertim, quemadmodum in [r] ratione inducerent, quemadmodum ſine periculo ſuo date poſſent , non videbant: ſimul & iſtum fore tam improbum non arbitrabantur. ſæpe appellati , pernegauerunt. Iſte ad arbitrium eius, cui condonarat [ſ] hereditatem ereptam liberis , quàm æquum edictum ſcripſerit , quæſo cognoſcite.C V M I N T E L L I G A M , L E G E M V O C O N I A M [t]. Quis vmquam credet, Verrem [u] mulierum aduerſarium futurum,an ideò aliquid cõtra mulieres fecit,ne totum

a L. quòd ego vellem,ſe deſcenſuros poll.

b quia non vt Scaurus, adoleſcens accuſ.*

c L.fecerũt. Ita eſt ſed ego d.f.

d v.c.prorogaretur,

e L.proinde quaſi exſcr.

f Accepi,dedi,reliqui*

g *al.* nunc denique.præturæ rationẽ, quam ex P. B.

h L. Quæſtores ſe in ſen.

i L.proinde quaſi omvt quæſtor ſine prætore poteſt rationẽ referre,vt tu Hort.vt omnes eod. modo poſſit ſine quæſt.pr.

k id eſt auſpicium.*

l id eſt execuſtio.*

m quia eius exemplum attulit Verres qui pecuniarum damnatus eſt.*

n bimis Libybatanus & Syracuſanus *Aſcen.**

o reſiduis ſordibus.*

p tituli & capita criminum.*

q L.millia: quòd plus

r L.millia: quod plus

ſ L.millia: quòd plus frumenti te fecit accepiſſe, quam tu, homo caſtiſſimus, in tabulis habebas.LLS.decies,& octogintamillia. Hinc tu ex ſortis & ſordidis lucris* u *Vſp.* Poſtumis.*

x *Am.Aug.*millies*

y Oratores quæ probari non poſſunt, fugunt ſe vociferando nec negligere.*

a Exſpectum ferret , qui ſcriberet pecuniam ſe dediſſe.*

b DE PRAETVRA. Vrbana Verris cuius hieduo capita,de Iurisdictione & de ſartis & tectis.*

c L.his qui adſunt.

d L.commiſſa ſint:

e Criminum Verris in prætura vrbana pars duplex. vna de Iurisdictione , altera de ſartis & tectis.*

f P. B. *al.*dicundi.

g v.c.ſint

h v.c. oſici

i De Iurisdictione & æquis edictis Verris.*

k auſpicia ab auibus ſumebantur. Hic non à Chelidone hirundine, (quæ Græcis χελιδὼν dicitur) ſed ab auſpiciis Chelidonis meretricis vrbanã prætoram auſpicatus eſt.

l v.c.ex ſua, Chelidonis.iſque *in al.*C.Ann. Aſ.

n De iniquis edictis Verris in heredit. Annij Aſelli.*

o qui Prætor Sic liæ ante Verrẽ.*

p Cenſus dicebatur qui ooooc.profeſſione detuliſſet: aut certè cuius bona cenſa anno luſtrali *

q v.c.amentiam , audaciámq.cogn.

r In rationẽ inducere, eſt in tabulis rationum ſcribere ?

ſ L.condonabat *

t Voconia lex quæ fuerit dicam infra

u L.mulierũ aduerſa iuris Verrem fuſ.

totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur? Cupiditati hominum ait se obuiam ire. Quid [a] potius, non modò his temporibus, sed etiam apud maiores nostros? quis tam remotus fuit à cupiditate? Dic quæso, cetera. delectat enim me hominis grauitas, scientia iuris, auctoritas. QVI AB [b] AVLO POSTVMIO, Q. FVLVIO CENSORIBVS, POSTVE [c] EA FECIT, FECERIT. Fecit, fecerit? Quis d vmquam edixit isto modo? quis vmquam eius rei fraudem, aut periculum proposuit edicto, quæ neque post edictum, neque ante edictum prouideri potuit? Iure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum P [e]. Annius fecerat nō [f] improbum, non inofficiosum, non inhumanum. quòd si ita fecisset: tamen post illius mortem nihil de testamento illius noui iuris constitui oporteret. Voconia lex te videlicet delectabat. Imitatus es ipsum illum C. Voconium, qui lege [h] sua hæreditatem ademit nulli neque virgini, neque mulieri: sanxit in posterum, *qui post eos censores* [i] *census* [k] *esset, ne quis heredem virginem neue mulierem faceret.* In lege Voconia non est, FECIT: FECERIT: neque in vlla præteritum tempus reprehenditur, nisi eius rei, quæ sua sponte scelerata, ac [l] nefaria est, vt etiam si lex non esset, magnopere vitanda fuerit. Atque [m] in his rebus multa videmus ita sancta esse legibus, vt ante facta in iudicium non vocentur Cornelia [n], testamentaria, nummaria, ceteræ complures: in quibus non ius aliquod nouum populo [o] constituitur, sed sanciturur: *quod semper* [p] *malum facinus fuerit, eius quæstio ad* [q] *populum pertineat ex certo tempore.* De iure verò ciuili si quis noui quid instituit [r], is omnia, quæ antè acta sunt, rata esse patitur. Cedo mihi leges Atinias [s], Furias [t], Fuffias [u], ipsam, vt dixi, Voconiam, omneis præterea de iure ciuili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eam legem populus vtatur. Qui plurimum tribuunt edicto, *prætoris edictum legem annuam dicunt esse.* Tu edicto plus complecteris, quàm lege. Si finem edicto prætoris afferunt Kalendæ Ian. cur non initium quoque edicti nascitur [x] à Kalend. Ianuarij? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo prætor alius futurus est: in illum, quo alius prætor fuit, regredietur? Ac si hoc iuris non [y] vnius causa hominis edixisses, cautiùs composuisses. Scribis, SI [z] QVIS HEREDEM FECIT, FECERIT. Quòd si plus legarit, quàm ad heredem, hered. ue perueniat, quod per legem Voconiam ei [a], qui census sit, licet: cur hoc, cùm in eodem genere sit, non caues? quia non generis, sed hominis causam verbis amplecteris: vt facilè appareat, te pretio esse commotum. Atque b hoc si in posterum edixisses, minus esset ne-

a *al.* quis*
b L. Ab A. Post.
c L. Póstue ea test mentum fecit, fecerit. ‖ *aut potius* hæredē fecerit filiū*
d Edicta enim prætorum in futurum tantum, concipi oportet, non de præteritis constituī.*
e L. P. Anneius f.
f Testamentum improbum: contra leges: inofficiosum, contra mores: inhumanum contra pietatem.*
g L. Q. Voconium ‖ *Sicinium Bellutum pro Cornelio Balbo.* Malè apud Flor. *epitomes* 4. Volumnius dicitur.*
h Legis Voconiæ sententia hæc fuit, vt qui post eos Censores census esset, hæredē virginem, nē ve mulierē faceret. De lege Voconia adde Ciceronem in Catone, & 2. de finibus, in Corneliana pro *Balbo Gell.* 17. Florum *Epitom.* 4. 1. Dion. 56. Paul. 4. *sentent.* 5. 5. 2. Inst. de Fal cidia & *Theophil. ibidem vbi ita.**
i A. Posthumium & Fulvium censores intelligit.
k Census Asconio pecuniosus qui centum mil. la professione detulisset. Erat autem prima eorū classis qui centum millibus æris censerentur.
l L. & nefaria est,
m L. Atque in his ipsis rebus.
n L. Corneliæ, testament. &c. *vel dele vocem* Cornelia. ‖ rectè testamentaria. n. & nummaria amb æ. Corneliæ Et que hic lex Cornelia de falsis *de qua Cicero 3. de natura Deor. Augusto* & ff. ad legem Cornel. de falsis.*
o *al.* ad prætorem Romanum. sola enim quæstio perduellionis P. Romano: cæteræ prætoribus, qui & quæstores, relictæ.*
p *al.* semper per se malum
q L. ad prætorem perr. ‖ cæteræ prætoribus, qui non om. quæ antè acta sunt rata esse patiatur,
r *al.* instituerit. in reb. furtiuis non vsucapiendis fit mentio. § *furtiuæ. Inst. de vsuc. & 17. Gell. 7.**
s Furiæ legis fit mentio *Inst. de leg. Falc.**
t Fuffias,
u L. nō habet,
x L. nascetur à Kal.
y L. non vnius hominis causa ed.
z L. si quis heredē virginē, mulierēmve fecit, fecerit. Quid si plus
leg. a L. ei, qui cēsus nō fit. ‖ *al.* ei qui cēsus sit, nō licet.*
b *al.* atqui

A farium: tamen esset improbum: sed tum h vituperari posset, in dubium venire non posse, nemo enim committeret. nunc est eiusmodi edictum, vt quinis intelligat, non populo esse scriptum, sed P. Anneij secundis heredibus. Itaque cùm à te caput illud tam multis verbis, mercenario [c] proœmio esset ornatum: eequis est inuentus postea prætor, qui illud idem ediceret? non modò nemo edixit, sed ne metuit quidem quisquam, ne quis ediceret. Nam post te prætorem multi testamenta eodē modo fecerunt. in his nuper Anneia [e]. Ea de multorum propinquorum sententia. pecuniosa mulier, quòd censa non erat, testamento fecit hæredem filiam. Itaque hoc magnum iudicium hominum de illius singulari improbitate, quod Verres sua sponte instituisset, id neminem meminisse, ne [f] quis reperiretur, qui istius institutum sequi vellet. Solus enim tu inuentus es, cui non satis fuerit corrigere voluntates viuorum, nisi etiam rescinderes mortuorum. Tu ipse ex Siciliensi edicto hoc sustulisti. voluisti, ex improuiso si quæ res natæ essent, ex vbano edicto decernere, quam postea tu tibi defensionem reperires? linquebas, in ea maximè offendisti, cùm tuā auctoritatem tute ipse edicto prouinciali repudiabas. Atque ego non dubito, quin, vt mihi, cui filia maximè cordi est, res hæc acerba videatur [g], atque indigna, sic h vnicuique vestrûm, qui simili sensu, atque indulgentia filiarum commouemini. Quid enim natura nobis iucundius, quid carius esse voluit? quid est dignius, in quo omnis nostra diligentia, indulgentiáque consumatur? Homo importunissime, cur tantam iniuriam P. Anneio i mortuo feci sti? cur hunc dolorem cineri eius, atque ossibus inussisti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita, eriperes, &, cui tibi esset commodum, condonares? Quibus [k] cum viui bona nostra patrimur, iis prætor adimere, nobis mortuis, bona [l], fortunásque poterit? NEC PETITIONEM, inquit, NEC POSSESSIONEM DABO. Eripies igitur pupillæ togam prætextam [m]? detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis? Miramur, ad aruia contra istum hominem Lampsacenos isse? miramur, istum de prouincia decedentem ciàm Syracusis profugisse? nos si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus: vestigium [n] istius in foro esset relictum? Pater dat filiæ: prohibet. leges sinunt: tamen te interponis. De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. Quid habes, quod reprehendas? nihil, opinor. At ego concedo: prohibe, si potes: si habes qui te audiat: si potest tibi [o] dicto audiens esse quisquam. Eripias tu voluntatem mortuis, bona viuis, ius omnibus? hoc populus Rom. non manu vindicasset, nisi te huic tempori, atque huic iudicio reseruasset? Posteaquàm ius prætorium constitutum est, semper hoc iure vsi sumus: *si P tabulæ testamenti non proferuntur* [q], *tum, vti proximum quemque potissimum heredem esse oporteret, si* [r] *is intestato mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur.* Quare hoc sit æquissimum, facile est docere: sed in re tam vsitata, satis est ostendere, omneis antea ius ita dixisse, & hoc, vetus edictum, transtatitiúmque [s] esse.

b *al.* tantum*
c L. mercenarioq. proœmio.
d L. idem ff. Iud
e *al.* Annia.
f *al.* neque reperir.
g L. videtur.
h L. hic vnicuique vestrum videatur, qui s.
i *al.* Annio
k liberi viuo patre, quasi domini bonorum patris l. 1. ff. de liberis.*
l bona, possessiones, fortunas. fructus possessionum Asconius hic interpretatur.*
m Toga cōmunis masculorum & fœminarū præterea tamen honestorum toga villorum *Ascon.**
n *al.* vestigium istius in foro non esset relictū. P. h.
o *al.* tuo edicto
p de hac bonorum possessione vide titulum Digestorum, si tabulæ testamenti nullæ extabant & vide liberi. à de & aliam de qua tit. Digestorum si tabulæ testamenti extabant vel di xi*
q *al.* proferentur, vt infra.*
r L. hoc rescīsi is intestatæ mort. esset. *dele* vt gloss ema*
s Translatitia, aliunde translata.*

¶ Cognoscite [a] aliud hominis in re vetere edictum nouum: & simul, dum est vnde ius ciuile discatur, adolescentcis ei in disciplinam tradite. mirum est hominis ingenium, mira prudentia. *Minucius* quidã, mortuus est ante istum prætorem. eius testamentum erat nullum. lege hereditas ad gentem Minuciam veniebat. Si habuisset iste edictũ, quod ante istum, & postea omnes habuerunt, possessio Minuciæ genti esset data. Si quis testamento [b] heredem esse arbitratetur, quod tum nõ exstarer, lege [c] ageret in hereditatẽ: aut, prædẽ d litis vindiciarum cùm satis accepisset, sponsionem [e] faceret. ita [f] de hereditate certaret [g]. Hoc, opinor, iure & maiores nostri, & nos semper vsi sumus. Videte, vt hoc iste correxerit. Componit edictum iis verbis, vt quiuis intelligere possit, vnius [h] hominis causa conscriptum esse: tantùm [i] quòd hominem non nominat: causam quidem totam perscribit: ius, consuetudinem, æquitatem, edicta omnium negligit. EX EDICTO VRBANO. SI DE HEREDITATE AMBIGITVR [k], ET POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET. Iam [l] quid id ad prætorem, vter possessor sit? nõne id quæri oportet, vtrum possessorem esse oporteat? Ergo quia possessor est, non moues possessione: si possessor non esset, non dares. nusquam enim scribis, neque tu aliud quicquam edicto amplecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniam acceperas. Iam hoc ridiculum est. SI DE HEREDITATE AMBIGETVR [m], ET TABVLAE TESTAMENTI OBSIGNATAE NON MINVS MVLTIS SIGNIS, QVAM E LEGE OPORTEAT, AD ME PROFERENTVR: SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI POTISSIMVM HEREDITATEM DABO. Hoc translatitium est: sequi illud oportet, SI TABVLAE TESTAMENTI NON PROFERENTVR. Quid ait? se ei daturum, qui se dicat heredem esse. Quid ergo interest, proferantur, nécne? si protulerit: vno signo vt sit minus, quàm ex lege oportet, non des possessionem. Si omnino tabulas non proferet, dabis. Quid nunc dicam? neminem vmquam postea alium edixisse [n]? valde [o] sit mirum, neminem fuisse, qui istius similem dici vellet. Ipse in Siciliensi edicto hoc non habet: exegerat enim iam merces dem. Item vt illo edicto, de quo antè dixi, in Sicilia de hereditatum possessionib. dandis, edixit idem, quod omnes Romæ, præter istum. EX EDICTO SICILIENSI. SI DE HEREDITATE AMBIGITVR [p]. At, per deos immortaleis, quid est, quod de hoc dici possit? Iterum enim iam quæro abs te, sicut modò in illo capite ¶ Anneiano [r] de mulierum hereditatibus, nunc [s] in hoc de hereditatum possessionibus: cur ea capita in edictum prouinciale transferre nolueris. Vtrum digniores homines existimasti eos, qui habitabant in prouincia, quàm nos, qui æquo iure vteremur [t]? An aliud Romæ æquum est, aliud in Sicilia? Non enim hoc potest hoc loco dici, multa esse in prouinciis aliter edicenda: non de hereditatum quidem possessionibus, non de mulierum hereditatibus. Nam [u] vtroque genere video non modò ceteros, sed te ipsum totidem verbis edixisse, quot verbis edici Romæ solet. Quæ Romæ magna cum infamia, pretio accepto, edixeras, ea sola te, ne gratis in prouincia malè audires, ex edicto Siciliensi sustulisse video. Et, cùm edictum totum eorum arbitratu, quam diu fuit designatus, componeret, qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarentur: tum verò in magistratu contra illud edictũ suum sine vlla religione decernebat. Itaque L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit [a], quòd iste aliter, atque vt edixerat, decreuisset. quod vos oblitos esse non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto prætore solitus sit conuenire. quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro. sed eo leuiores istius iniuriæ videbantur, quòd erat in æquitate, prudentiáque Pisonis paratissimum perfugium: quo sine labore, sine molestia, sine impensa, etiam sine patrono homines vterentur. Nam, quæso, redite in memoriam, iudices, quæ libido istius in [c] iure dicendo fuerit, quæ varietas decretorum, quæ nundinatio, quàm inanes domus eorum omniũ, qui de iure ciuili consuli solent: quàm plena, atque referta Chelidonis [d]: à qua muliere cùm erat ad eum ventum, & in aurem eius insusurratum, aliàs renocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretúmque mutabat: aliàs inter alios contrarium sine vlla religione decernebat, ac proximis paullo antè decreuerat. Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi inueniebantur ex dolore: quorum alij, vt [e] audistis, negabant mirandum esse, *ius* [f] *tam nequam esse Verrinum*: alij etiam frigidiores erant: sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, cùm *sacerdotem exsecrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset.* Quæ ego non commemorarem (neque enim perfacetè dicta, neque porrò hæc seueritate digna sunt) nisi vos illud vellem recordari, istius nequitiam & iniquitatem tum in ore vulgi, atque in communibus prouerbiis esse versatam. ¶ In plebem verò Romanam vtrùm superbiam priùs memorem, an crudelitatem? sine dubio crudelitas grauior est, atque atrocior. Oblitóne igitur hos putatis esse, quemadmodum sit [h] iste solitus virgis in plebem Romanam concidere? quàm rem etiam tribunus plebis in concione egit, cùm eum, quem virgis iste ceciderat, in prospectum [k] populi Rom. produxit. cuius rei cognoscendæ faciam vobis suo tempore potestatem. Superbia verò qua fuerit, quis ignorat? quemadmodum is tenuissimum quemque contemserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit? ¶ P. l. *Trebonius* viros bonos [m] & honestos complureis fecit heredes: in his fecit suum libertum. is A. Trebonium fratrem habuerat proscriptum. ei [n] cũ cautum vellet, scripsit, *vt heredes iurarent, se curaturos, vt ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum peruenirent.* Libertus iurat: ceteri heredes adeunt ad Verrem: docent, non oportere se iurare, facturos esse, quod contra legem Corneliam esset, *quæ proscriptum iuuari vetat* impetrant, vt ne iurent. dat his possessionem. Id ego non reprehendo. etenim erat, iniquum, homini proscripto, egenti, de fraternis bonis quidquam dari [p]: & ille libertus nisi ex testamento patroni iurasset, scelus se facturum arbitrabatur. Itaque ei Verres posse-

a De iniquis edictis Verris in testamento Minucij.

b *L.* se esse heredem

c id est aut peteret possessionem hæreditatis: aut certè ab aduersario satis acciperet pro prædelitis vindicia rum, hoc est, prædem seu fideiussorem locupletem hæreditatis controuersæ restituendæ acciperet à possessore: quo etiam, cæsu id non ipse possessori sponsionem faceret certæ pecuniæ aut æstimationis P. C. amittendæ, ni sua esset hæreditas de qua contenderet. Atque ita interpretor locum hunc perobscurum, de quo tamen vide etiam Asconium *hic.**

d *al.* prædevindiciarum *al.* per prædes litis.*

e De sponsionibus dixi 2. in Verrē.*

f *al.* & ita de hereditate certatur.*

g Certatur de hereditate per sponsionem.*

h Priuilegiũ ägitur erat nõ lex, quod neque à prætore fieri potuit.*

i Tantum quod; id est eo de pretio quod *vel* nisi quod.*

k *L.* AMBIGETVR, l *Priscian.* 18. Quid ad Prætorem.*

m *al.* AMBIGITVR, n *L.* ita edixisse?

o *al.* valde

P. B. hoc sit mirũ, *al.* valde hoc est mirum.

p L. AMBIGETVR.

q Capita iuris dicuntur.*

r P. Anneij Afelli de quo 3.*

s Item nunc de hoc de h.

t *fort.* vteretur

u *L.* Nam vtroque.

a Intercedere Prætor Prætori solebat, vt Piso Verri: appellatione ad collegam facta *Asco.**

b *al.* reducite in memoriam.*

c *fort.* in iure dicundo

d plebeiæ clientulæ & meretriculæ Verris.*

e *Vet. Vrs.* id quod sæpe audistis.*

f Ius verrinum vel à verre porco quod dicterium cum fri gidũ hic esse dixerit Cicero, mirũ cur Tac. t. 3. quasi falsè dictum à Cicerone scribat.*

g Iudit in ambiguo Sacerdotis in Prætura Sicili nisi Verrem l. C. l. successorem reliquerunt, cùm Sacerdotis munus esset inter cætera, sues in sacrificiis macta re.*

h *al.* iste solitus sit

i contra legem.*

k *al.* adspectum.*

l De iniquis edictis Verris in P. Trebonij hæredes*

m communi opinione

n *al.* circùm cautum esse vell.

o lex Cornelia aduersus proscriptos & vetans quis proscriptum iuuet*

P. B. P. L. dari. At ille lib.

possessionem hereditatis negat se daturum, ne posset patronum suum proscriptum iuua re:simul vt esset pœna,quòd alterius patroni testamento obtemperasset.Das possessionem ei,qui non iurauit.concedo : prætorium est.

a L. adimas tu ei,
b quasi dicere t, quid ad Prætorem? Prætoris munus non est, sed Quæsitoris rerum capitalium, qui de causa capitis cum consilio iudicabat.*
c libertatem quæ apud Terentium summū pretiū.* d al. Mon, e fort. iniqui tásque clamat
f De iniquis edictis Verris in Liguré*
g Olympus fuit. h & ita locutus est idem Cicero 3. ad Atticū 17. adde Turneb. 24. aduers.* l. CII.

a adimas[a] tu ei, b quasi dicere[b]t, quid ad Prætorem? Prætoris munus non est, sed Quæsitoris rerum capitalium, qui de causa capitis cum consilio iudicabat.* c libertatem quæ apud Terentium summū pretiū.* d al. Mon, e fort. iniquitásque clamat f De iniquis edictis Verris in Ligurem* g Olympus fuit. h & ita locutus est idem Cicero 3. ad Atticū 17. adde Turneb. 24. aduers.* l. CII.

Adimas tu ei, quasi dicere t, quid ad Prætorem? Prætoris munus non est, sed Quæsitoris rerum capitalium, qui de causa capitis cum consilio iudicabat.* libertatem quæ apud Terentium summū pretiū.* al. Mon, fort. iniquitásque clamat De iniquis edictis Verris in Ligurem* Olympus fuit. & ita locutus est idem Cicero 3. ad Atticū 17. adde Turneb. 24. aduers.* l. CII.

h Priscianus 18. in fin.

f quia ab alieniore hereditas veniebat.* k fort. sui quoque rationem d.

l L. crederetur?

m L. si hoc non fit?

n al. ob ius dicendum.

A ornatissimum loco,ordine, nomine, virtute, ingenio,copiis,posse re pecuniam non dubitarit? ¶ In a sartis b tectis vero quemadmodum se gesserit,quid ego dicam? dixerunt, qui senserunt.sunt alij,qui dicant : notæ res, ac manifestæ, prolatæ sunt,& c proferuntur. Dixit C.Fannius, eques Roma.frater germanus Q.Titinij iudicis d tui , tibi se pecuniam dedisse. Recita testimonium C.Fannij. Nolite C.Fannio dicenti credere: noli,inquam, tu Q.Titini,C.Fannio,fratri tuo, credere.dicit enim rem incredibilem : C.Verrem insimulat auaritiæ,& audaciæ : quæ vitia videntur in quemuis potius , quàm in istum conuenire. Dixit Q.Tadius , homo familiarissimus patris istius, non alienus à matris eius genere,& nomine:tabulas e protulit , quibus pecuniam se dedisse ostendit. Recita nomina Qu.f Tadij. Recita testimonium Qu.Tadij.N: tabulis quidem Qu.Tadij , nec testimonio credetur? Quid igitur in iudiciis sequemur? quid est aliud, omnibus omnia peccata & maleficia concedere, nisi hoc hominum honestissimorum testimoniis , & virorum bonorum tabulis non credere? Nā quid ego de quotidiano sermone , querimoniáq. populi Romani loquar ? de istius impudentissimo furto,seu potiùs nouo, ac singulari latrocinio ? ausum esse in h æde Castoris , celeberrimo,clarissimóque monumento,quod templum in oculis , quotidianóque adspectu populi Romani est positum , quò sæpenumero senatus conuocatur : quòi maximarum rerum frequentissimæ quotidie advocationes k fiunt: in eo loco , in sermone hominum , audaciæ suæ monumentum æternum relinquere? Ædem Castoris , iudices , P. Iunius habuit tuendam , L. Sylla, Qu. Metello , consulibus l. Is mortuus est. reliquit pupillum paruum filium. cùm L. Octauius , C.Aurelius, cos sm. ædeis sacras locauissent,neque potuissent omnia sarta tecta exigere,neque ij prætores,quibus erat negotium datum , C. Sacerdos , & M.Cæsius: factum est S.C.quibus de sartis tectis cognitum,& iudicatum non esset, vtn C. Verres, P. Cælius,prætores cognoscerent,& iudicarent. Qua potestate iste permissa, vt ex C.Fannio, & ex Q.Tadio cognouistio : verumtamen cùm esset omnibus in rebus apertissimè, impudentissiméque prædatus, hoc voluit clarissimum relinquere indicium latrociniorum suorum:de quo non audire aliquando, sed videre quotidie possemus. quæsiuit, quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere. Iunium ipsum mortuum esse sciebat : scire volebat, ad quem illa res pertineret : audit pupillum esse filium.homo , qui semper ita palàm dictitasset,*pupillos, & pupillas,certissimam prædam esse prætoribus*, optatum negotiū sibi in sinum delatum esse dicebat. Monumentum illa amplitudine , illo opere, quamuis sartum tectum, integrúmque esset, tamen aliquid se inuenturum, in quo p moliri,prædaríq; posset,arbitrabatur.L.Rabonio q ædem Castoris tradi oportebat. is casu, pupilli Iunij tutor erat,testamento patris,cū eo fine vllo interrimento r conuenerat iam, quemadmodum traderetur. Iste ad se Rabonium vocat:quærit ecquid sit,quod à pupillo traditum non sit,quod exigi debeat.Cùm ille,id quod erat,diceret , facilem pupillo tra-

B

C

D

E

F

G

H

a De SARTIS TECTIS exigendis*
b sic sarta tecta proconsulis curæ esse debebant vi de l. 7. §. 1. ff. de offic. proconsul.*
c fors & proferuntur. d iudicis huius tu.
e L. C. Fanij TESTIMONIVM C. FANNII Nol.
f certis nominibus à se scriptas,quo videlicet tempore , vnde, quomodo,& per quos annos dedisset pecunias.*
g L. Q. tadi nomina Q. Tadij Rec. testim. Q. Tadij testimonium Q. Tadij. Ne tab.
h Aedes Castoris Romæ & quæ in ea fieri solita.* i al. in quo max.
k vel vt cōsulantur,vel vt arbitri, vel vt iudices sint* l Vet. vs. Censoribus*
m fortè legendum Censores: Censorū enim decerat P. CIII. munus, ædes sacras locare tuendas,& reficiēdas. fuit tamen & Aedilium quoque hæc cura,raro Prætorum idque nisi senatus decreuisset. Asc. hic.
n l. vti de iis C. Verr.
o al. cognouistis:cum esset. L. cognouistis:tum vero tum esset
p al. quo aliquid moliri.*
q Priscianus Rabonio.*
r Interrimentum , & dantis est & accipientis: Detrimentis, vrsius partis dici potest. Asc.*

ditionem esse: signa, & dona comparêre omnia: ipsum templum omni opere esse integrum: indignũ isti videri cœpit, ex tãta æde, tantóque opere se non opimum præda, præsertim à pupillo, discedere. Venit ipse in ędẽ Castoris: considerat templum: videt vndique tectum pulcherrimè laqueatum: præterea cetera noua atq. integra: versat se: quærit, quid agat. dicit ei quidã ex illis canibus, quos iste Ligari dixerat esse circa se multos: tu Verres hîc quod moliare, nihil habes: nisi forte vis *ad perpendiculum*[a] *columnas exigere*. Homo omnium rerum imperitus, quærit, quid sit, ad perpendiculum. Dicunt, i, tere nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit. Iam m hercule, inquit, sic agamus: columnæ ad perpendiculum exigantur. Rabonius, qui legem[b] noüet, qua in lege numerus tantùm columnarum traditur, perpẽdiculi mentio fit nulla: & qui non putaret sibi expedire, ita accipere, ne eodem modo reddendum esset: negat, id sibi deberi: negat oportere exigi. Iste Rabonium quiescere iubet: & simul ei nonnullam spem societatis ostendi.. hominem modestum, & minimè pertinacem facilè coërcet: columnas ita se exacturũ esse cõfirmat. Nota res, atq. improuisa pupilli calamitas nuntiatur statim C. Mustio, vitrico pupilli, qui nuper est mortuus: M. Iunio, patruo: P. Potitio, tutori, homini frugalissimo. Hi rem ad virum primarium, summo officio, ac virtute præditũ, M. Marcellum, qui erat pupilli tutor, deferunt. Venit ad Verrem M. Marcellus. petit ab eo pro sua fide, ac diligẽtia, pluribus verbis, ne per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patriis conetur euertere. Iste, qui iam spe, & opinione prædam illam deuorasset, neque vlla æquitate orationis, neque auctoritate M. Marcelli cõmotus est. Itaque, quemadmodum ostendisset, se id de exacturum esse, respondit. Cùm sibi omneis ad istum allegationes[c] difficileis, omneis aditus arduos, ac potius intercluſos viderent, apudquem non ius, nõ æquitas, non misericordia, non propinqui oratio, non amici voluntas, non cuiusquam auctoritas, pro [d] pretio, non gratia valeret: statuunt, id sibi optimum esse factu, quod cuiuis veniſset in mentem, petere auxilium à Chelidone: quæ isto prætore non modò in iure ciuili, priuatorũmque omnium controuersiis, populo R. præfuit, verùm etiã in his sartis tectis[h] dominata est. Venit ad Chelidonem C. Mustius, eques Rom. ipublicanus, homo cum primis honestus: venit M. Iunius, patruus pueri, frugalissimus homo, & castissimusk: venit homo summo honore, & pudore, & summo officio spectatissimus ordinis sui, P. Potitius tutor. O multis acerbam, ô miseram, atque indignam prætoram tuam! vt mittam cetera, quo tandem pudore taleis viros, quo dolore, meretricis domum veniſse arbitraminiquis nulla conditione istam turpitudinem subiſſent, nisi officij, necessitudinisq. ratio coegisset. Veniunt, vt dico, ad Chelidonem. domus erat plena: noua iura, noua decreta, noua iudicia petebãtur. *Mihi det possessionem: mihi ne adimat: in me iudicium ne det: mihi bona addicat:* alij nummos numerabant: alij tabulas obsignabant. domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta. Simulac potestas primùm data est, adeunt hi quos dixi. loquitur Mustius: rem demonstrat: petit auxilium: pecuniam pollicetur. Respondit illa, vt meretrix, non inhumanè: libenter ait se esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam: reuerti iubet. tum discedunt: postridie reuertuntur. negat illa posse hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam conflci posse. Vereor, ne quis forte de populo, qui priori [a] actione non affuit, hæc, quia propter insignem turpitudinem sunt incredibilia, fingi à me arbitretur. ea vos antea, iudices, cognouistis. dixit iuratus P. Potitius, tutor pupilli Iunij: dixit M. Iunius tutor, & patruus: Mustius dixisset, si viueret: sed pro Mustio, recenti re de [b] Mustio auditum dixit L. Domitius: [c] qui cùm sciret, me ex Mustio viuo audisse, quòd eo sum vsus plurimùm, (etenim de id iudicium, quod propè omnium fortunarum suarum C. Mustius habuit, me vno defendente vicit) cùm hoc, vt dico, sciret L. Domitius me scire, ad eum res omneis Mustium solitum esse deferre: tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit: aliò responsionem suam deriuauit. Tãtus in adolescente clarissimo, ac principe [e] iuuentutis pudor fuit, vt aliquandiu, cùm à me premeretur, omnia potius responderet, quàm Chelidonem nominaret. Primò necessarios istius ad eum allegatos esse dicebat: deinde aliquando coactus Chelidonem nominauit. Non te pudet, Verres, eius mulieris arbitratu gessisse præturam, quam L. Domitius ab se nominari vix sibi honestum esse arbitrabatur? Reiecti à Chelidone capiunt consilium necessarium, vt suscipiant ipsi negotium. cum Rabonio tutore, quod erat [f] vix LLS. quadraginta millium, transigunt LLS. ducentis millibus. Refert ad istum rem Rabonius: vt sibi videbatur satis grãdem pecuniam, & satis impudentem esse: iste, qui aliquanto plus cogitasset, malè accipit verbis Rabonium: negat eum sibi illa decisione satisfacere posse. ne multa, locaturum se esse confirmat. Tutores hęc nesciunt: quod actum erat cum Rabonio, putãt id esse certissimum: nullam maiorem pupillo mutuunt calamitatem. Iste verò non procrastinat: locare incipit, non [g] proscripta, neque [h] edicta die, alienissimo tẽpore, ludis ipsis Romanis, foro ornato. Itaq. renuntiat Rabonius illã decisionem tutoribus. accurrunt tamen ad tẽpus tutores. *digitum i rollit* Iunius patruus. isti color immutatus est: vultus, oratio, mẽs denique excidit. quid ageret, cœpit cogitare. si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset: sibi nullam prędam esse. Itaque ex cogitat. quid [a] nihil ingeniosé. nihil, quod quisquam possit dicere, improbè [k] vel callidè: nihil ab isto rectũ, nihil verecundum exspectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur, impudentia, amentia, audacia. Si pupillo opus redimitur, mihi prędа de manibus eripitur. Quod est igitur remedium? quodne liceat pupillo redimere. Vni illa cõsuetudo in bonis, prędibus, prędiisq. vendendis, omnium cosscensorum, prętorum, quæstorũ denique, *vt optima conditione sit is, cuius res sit, cuium periculum?* Excludit eũ solum, cui prope diem soli potestatẽ factam esse oportebat. quid enim quisquam ad meam pecuniam, me inuito, adspirat[m] quid accedit[m]? Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur:

P. E.
a Perpendiculum, linea ad laterum æqualitatem probans. Ad perpendiculum autẽ columnas exigere penè stultum cum in iis aut media aut ima crassiora sint
b al. Nam mehercle.
c Legem propositione hîc accipit.*

d al. perpendiculum.*
e amicorum hominum.*
f Iudicis iniqui delineatio.*

g L. prętio,

P. CIIII.

h al. tectisq. i parcus & attentus.*

k quò magis ingenius fuit ad meretricem oratũ venisse.*

a L. priore act.

b Testis de auditu olim admittebatur.*

c Ahenobarbus qui postea Consul cum Appio Pulchro.*
P. B.
d al. etenim iudicium, q.

e Princeps iuuentutis vocari solebat quipræcipuè inter adolescẽtes. sic Brutum principẽ iuuentutis appellat Cicero epistola ad Atticum

f verbi gratia quod minus mille coronatis perfici poterat, trãsigit quia quæ millibus coronatorũ*

g Mos erat proscribi & edici diẽ quo opera publica addicerẽtur.*

h fort. neque prodicta die, Prodicere diem est prodere: vnde proditio, prodictio *Festus.**

i Mos fuit in auctionibus vt is qui licebatur digitũ & manũ tolleret vt *Victor Vetrina* 3. Isque maceps dicebatur. *Festus in Maceps. Ambrosius* 2. *epist.* 1. *vetus interpres Horatij ad illum versum satyra* 8. *lib.* 2. In lice monstrare digito.*

k L. improbè callidè.
l L. cuia res est cuium p.
m al. adipiscer?
n al. accedat?

tur: ego me refecturum esse dico: probatio futura est tua, qui locas: prædibus [a], & prædiis populo cautum est: &, si non putas cautum [b], scilicet tu prætor in mea bona, quos voles, immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere non sines? Operæpretium est, ipsam legem cognoscere. dicetis, eundem conscripsisse, qui illud edictum de hereditate: Ex [c] OPERE FACIVNDO QVAE PVPILLI IVNII. Dic, dic, quæso, clarius. C. VERRES PRAEVRBIS ADDIDIT. corrigitur leges censoriæ. Quòd [c] enim video in multis veteribus legibus, CN. DOMITIVS, L. METELLVS, L. CASSIVS, CN. SERVILIVS CENSORES [f] ADDIDERVNT: vult aliquid eiusmodi C. Verres. dic. quid addidit? QVI DE L. MARCIO, M. PERPENNA CENSORIBVS REDEMERIT, SOCIVM [g] NE ADMITTITO [h]: NEVE EI PARTEM [i] DATO, NEVE EI REDIMITO. Quid ita? ne vitiosum opus fieret? At erat probatio [k] tua. Ne parū locupletes essent? At erat, & esset amplius, si velles, populo cautum prædibus & prædiis. Hic te [l] si res ipsa, si indignitas iniurię tuę non commouebat: si pupilli calamitas, propinquorum lacrymæ, D. [m] Bruti, cuius prædia subierūt periculum [n], M. [o] Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat: ne illud quidē animaduertebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neq. negare posses (in tabulas enim retulisti) nec cum defensione aliqua confiteri? Addicitur id opus LLS. IOLX. millibus: cū tutores LLS. LXXX. millib. [p] id opus ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. Etenim quid erat operis? id, quod vos vidistis. omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis, machina appositā, nulla im pensa deiectæ, eisdémque lapidibus repositæ sūt. hoc tu LLS. IOLX. millib. locauisti. Atqui in illis columnis dico esse, quæ à tuo redemptore commorę non sint: dico esse, ex qua tan tùm testorium [P] vetus délitum [q] sit, & nouum inductum. Quòd si tanta pecunia columnas dealbari putassem, certè numquam ędilitatem petiissem. At, vt videatur tamen res agi, & non eripi pupillo: SI QVID OPERIS CAVSA RECIDERIS [r], REFICITO. Quid erat, quod resciinderet, cum suo quemque loco lapidem reponeret? QVI REDEMERIT, SATISDET DAMNI INFECTI, EI, QVI A VETERE REDEMTORE ACCEPERIT. Deridet, cum sibi ipsum iubet satisdare Rabonium. PECVNIA PRAESENS SOLVATVR [s]. Quibus de bonis? eius, qui, quod tu LLS. IOLX. millibus locasti, LLS. LXXX. millibus effecturum se esse clamauit. Quibus de bonis? pupilli. *cuius ætatem & solitudinem, etiamsi tutores non essent, defendere prætor debuit* [t]: tutoribus defendentibus, non modò patrias eius fortunas, sed etiam bona tuorum ademisti. HOC OPVS BONVM SVO [u] CVIQVE FACITO. Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machina fua. nam illo non faxum, non materies aducta est: tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucę opę fabrorum, mercedis tulerunt, & [x] manus pretium machinæ. Vtrūm existimatis minus operis esse vnam columnam efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo [a], an quatuor illas reponere? nemo dubitat, quin multo maius sit nouam facere. Ostendam, in ædibus priuatis, longa, difficiliq. vectura, columnas singulas ad impluuium [b], LLS. quadragenis millibus, nō minus magnas, locatas. Sed ineptum est de tam perspicua iſtius impudentia plurib? verbis disputare, præsertim cùm iste apertè tota lege omniū sermonem, atque existimationem cōtemserit, qui etiam ad [c] extremum conscripserit, REDIVIVA [d] SIBI HABETO. quasi quidquam rediuiui ex opere illo tolleretur, ac [e] non totum opus ex rudiuiuis constitueretur. At [f] enim pupillo redimi non licebat, non ne esse erat rem ad ipsum peruenire: poterat aliquis ad id negotiū de populo accedere. Omnes excluſi sunt non minus aperte, quàm pupillus. diem [g] præstituit operi faciundo, Kalendas Decembreis. locat circiter Idus Septembreis. angustiis tēporis excluduntur omnes. Quid ergo? Rabonius iſtam diem quomodo assequitur? Nemo Rabonio molestus est, neque Kalendis Decembr. neque Nonis, neque Idibus. denique aliquāto in prouinciā iste proficiscitur priùs quàm opus effectum est. Posteaquàm reus factus est, primò negabat opus in acceptum referre [h] posse. cùm instaret Rabonius, in me causam conferebat, quòd tum [i] codicem obsignassem. Petit à me Rabonius, & amicos allegat: facilè impetrat. iste, quid ageret, nescie bat. Si in acceptum non retulisset, putabat [k] aliquid defensionū habiturum. Rabonium porrò intelligebat rem totam esse patefactu rum. tametsi quid poterat esse apertius, quàm nunc est, vt vno minus teste haberet [l] Rabonio? Opus in acceptum retulit quadriennio post quàm diem operi dixerat [m]. Hac [n] conditione, si quis populo redemtor accessisset, cùm die ceteros redemtores excluſisset, tum in eius arbitrium ac potestatem venire nolebat, qui sibi ereptam prædam arbitraretur. Nam quid argumentamur, quò ista pecunia peruenerit? fecit ipse iudicium. Primùm cùm vehementiùs cum eo D. Brutus contenderet, qui de sua pecunia LLS. XL [o]. millia numerauit: quòd iam iste ferre [P] non poterat, opere addicto, prædibus acceptis, de LLS. IOLX. millibus, remisit D. Bruto LLS. CX. millia. Hoc si aliena res esset, certè facere nō potuisset. Deinde nummi numerati sunt Cornificio: quem scribam suum fuisse negare non potest. Postremò ipsius Rabonij tabulæ prædam illam istius fuisse clamāt. Recita nomina Rabonij [q]. Hic etiam priore actione Qu. Hortensius pupillum Iunium venisse præcxtatum in vestrum conspectum, & [r] testeis secum patruo testimonium dicente, questus est: & me populariter agere, atque in iudiam commouere, quòd puerum produceremus, clamitauit. Quid erat, Hortensi, tandem in illo puero popolare? quid inuidiosum? Gracchi, credo, aut Saturnini, aut alicuius hominis eiusmodi produxeram filium, vt nomine ipso, & memoria patris, animos imperitæ multitudinis concitarem. P. Iunij erat, hominis de plebe Romana, filius: quem pater moriens tum tutoribus & propinquis, tum legibus, tum æquitati magistratuum, tum iudiciis vestris commendandum putauit. Hic istius scelera: a locatione, nefarióque

a Prædes fideiussores: bona prædia; prædium ipsorum bona satisfactionibus obnoxia.*

b al. caueto*

c L. QVAE EX OPERE FACIVNDO PVP. al. Lex operi faciendo Iunij Pupilli, quā C. Verres Prætor Vrbanus addit. An, Augusti. Lex operi faciūdo pupilli Iunij. Quæ? Dic, dic quæso clarius. de lege operis faciendi adde l. lex Iulia ff. de l. Iulia repetundarum.* d L. PR. VRB. ADD. e al. Quid enim?*

f Legibus cēsoris, quæ de operum locatione scribebantur, hæc verba Censores addiderūt. huitio adscribi assueta vt paulo ante.*

g L. EVM SOCIVM P. B.

h al. ne admitto.*

i Particeps, certam liabens partem non agit vt socius. Asc.* k Vide l. lex Iulia ff. ad Iul. repetundar.*

l L. Hic si te res ipsa,

m L. si D. Bruti,

n satisdatio nis *

o L. si M. Marcelli

p Testoriū incrustatio calcis. vnde opus testorium siue albarium Vitruuio 5. de Archit. 10.*

q al. delectū al. deletum.*

r L. RESCIDERIT,

s al. SOLVITOR.

P. CVI.

t al. debuisti cui tutoribus defendētibus.*

u L. Bono suo quoque. id est bono latere, integris mensuris, apta arena, vtili calce, mastichis idonei?, proba materie.* x L. & manu. manus atque operis ductur.*

a citatur hic locus à Festo su Redituum.*

b Impluuiū quid sit supra dixi.*

c L. ad extremum adscripserit *ita Priscianus 18.*

d Redivivus ex vetusto requatum

e L. an non opus totum

f At enim, si pupillo red. n. lic. nō necesse erat rē ad itum perg Mos erat, diem præfati, tui operi publico faciundo.*

h L. referre se posse. P. E.

i al. eum al. suum.*

k L. defensionis

l al. haberē*

m al. edixerat.*

n Hac conditione fit, de populo redemptor accessisset, nō est vsus. cū die ceteros red. excluſ. tum in eius arb. ac pot. ven. nolebat, quimbi erept pr. arbitrarē tur. *ita citatur à Prisciano 18.*

o Vitruv. DIX. Manut. DXL. Ans. Aug. fl. ADL.*

p al. facere*

q L. Rabonii NOMINA RABONII

r L. & Reliſe cū patruo testat. & stetisse cum patruo testimonium dicente.*

s P. CVII.

a *al.* aliquando *al.* aliquãto.*

b Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis prætextatis solebat aurea, libertinis, scortea, quasi bullæ lentis aquæ, sinus cõmuniens, pectusque puerile. *Ascon.* Aliud Etymõ vide apud Festum *in Bulla.**

c *al.* nostrorum liberum

d L. Anniæ P B.

e *al.* Quærere mus etiam.

f Dalmatici à Dalmatis subactis. *Ascon.*

g Manubiæ, prædia Imperatoris, proportione ab hostibus capta. Ex manubiis autẽ suis Metellus ædẽ Castoris extruxerat. *Ascon.**

h Vertũnus Deus inuertẽdarũ rerũ, hoc est mercaturæ.*

i hoc in Circo maximo spectabantur ludi Circenses.

k cõmouere est in memoriam reuocare. *al. hic legitur* commonetur.*

l Viam exigere dicũtur magistratus, cũ vicinia cogunt munire diligẽtissimè supervisato.* *al.* thesarũ. sunt autẽ hic & Verrina 3. in fin. thensæ sacra vehicula dicta quante ipsas lora tẽdãtur, quæ gaudent manu tenere & tangere qui eas deducũt. *Ascon hic* Glossis Thensæ ἅρματα ἱερῶν. *al.* vt ipse illa o L. fretu disiunct. [Ita legendum esse constat ex Gellio 13. c. 19. Mollius, inquit, tertiusque visum est Ciceroni, quinãta in Verrem. fretu, scribere, quàm freto.* p *Priscian.* populi.* q *al.* Atqui.*

latrocinio, bonis patriis, fortunisque omnibus spoliatus, venit in iudiciũ: si nihil aliud, saltẽ, vt eum, cuius opera ipse multos annos est in sordibus, paullo a tamen obsoletiùs vestitũ videret. Itaque tibi, Hortensi, non illius ætas, sed causa: nõ vestitus, sed fortuna, popularis videbatur. neque te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla b venerat, vestitus enim neminẽ commouebat is, quem illi mos, & ius ingenuitatis dabat. quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indiciũ, atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptũ esse, grauiter, & acerbè homines ferebant. Neque erant hæ lacrymæ populares magis, quàm nostræ, quàm tuę, Q. Hortensi: quàm horum, qui sententiam laturi sunt: ideò, quòd communis est causa, commune periculum: communi præsidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, restinguenda est. *Habemus enim liberos paruos, incertus est, quàm longa nostrũm cuiusque vita futura sit. consulere vitæ, ac prospicere debemus, vt illorum solitudo, & puericia quàm firmissimo præsidio munita sit.* Quis est enim, qui tueri possit liberũm c nostrorũ puericiam contra improbitatem magistratuum? Mater, credo. scilicet magno præsidio fuit Anniæ d pupillæ mater, fœmina primaria: minùs, illa deos, hominẽsq. implorante, iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Tutorésne defenderent? perfacile verò apud istiusmodi prætorem, à quo M. Marcelli tutoris, in causa pupilli Iunij, & oratio, & volũtas, & auctoritas repudiata est. Quærimus e etiam quid iste in vltima Phrygia, quid in extremis Pamphyliæ partibus fecerit? qualis in bello prædonum prædo ipse fuerit, qui in foro populi Ro. pirata nefarius reperiatur? Dubitamus, quid iste in hostiũ prę da molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli f manubiis g fecerit? qui maiore pecunia quatuor colũnas dealbãdas, quàm ille omneis ædificandas locauerit? exspectemus, quid dicant ex Sicilia testes? Quis vmquam templũ illud aspexit, quin auaritię tuę, quin iniurię, quin audacię testis esset? Quis à signo Vertumni h in circum i maximum venit, quin is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoueretur k? quam tu viam l tẽsarum m, atque pompæ, eiusmodi exegisti, vt n tu ipse illà ire non audeas. Te putet quisquam, cùm ab Italia freto o disiunctus esses, sociis temperasse? qui ædem Castoris, testem furtorũ tuorum esse volueris: quam populus p Rom. quotidie, iudices etiam tum, cùm de te sententiam ferrent, viderent? Atque q etiam iudicium in prætura publicum exercuit. nõ enim prætereundum est ne id quidẽ. petita multa est apud istum prætorem à Q. Opimio: qui adductus est in iudiciũ, verbo, quòd, cùm esset tribunus pleb. intercessit contra legem Cornelian a: re b, quòd in tribunatu dixisset contra alicuius c hominis nobilis voluntatẽ. De quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi, lædẽdique sunt: quod mihi non est necesse. tantum dicam, paucos d homines arroganteis, hoc adiutore, Qu. Opimium per ludum, & iocum fortunis omnibus euertisse. Is mihi etiam queritur, quòd à nobis, 1x. solis diebus, prima actio sui iudicij trãsacta sit: cùm apud ipsum tribus horis Qu. Opimius, senator populi Rom. bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit? cuius propter indignitatem iudicij, sæpissimè est actum in senatu, vt genus hoc totum multarũ, ac iudiciorum eiusmodi tolleretur. Iam verò in bonis Qu. Opimij vendendis, quas iste prędas, quàm apertè, quàm improbè fecerit, longum est dicere. Hoc dico, nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi à me hoc totum temporis causa putatote. Iam qui ex calamitate senatoris populi Ro. cùm prætor iudicio eius præfuisset, spolia domum suam referre, & manubias e detrahere conatus f sit: is vllam ab sese calamitatem poterit deprecari? Nam de subsortitione g illa Iuniana iudicum nihil dico. Quid enim? contra tabulas, quas tu protulisti audeam dicere? difficile est. Non enim me tua solùm, & iudicum auctoritas, sed etiam annulus aureus scribæ tui deterret. Non dicã id, quod probare difficile est. hoc dicam, quod ostendam: multos ex te viros primarios audisse, cùm diceres, ignosci tibi oportere, quòd falsum codicem protuleris. nam, quia inuidia C. Iunius conflagrarat h, ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pertimendum fuisse. Hoc modo iste sibi, & saluti suæ prospicere didicit, referendo in tabulas & priuatas, & publicas, quod gestum non esset: tollendo, quod esset, & semper aliquid demendo, mutando i, curando k, ne litura appareat l, interpolando m. Eò enim vsque progreditur, vt ne defensionem quidem maleficiorum suorum sine aliis maleficiis reperire posset n. Eiusdem modi sortitionem homo amentissimus suorũ quoque iudicum fore putauit per sodalem suum, Q. Curtiũ iudicem quęstionis: cui nisi ego vi populi, & hominum clamore, atq. conuitio restitissem: ex hac decuria o nostra P, cuius mihi q copiam quàm largissimè r factã oportebat, erepta esset facultas s eorum, quos t iste annuerat, in suum consilium sine causa subsortiebatur.

Putant nonnulli quippiã desiderari. Ego non puto. Quòd si quid deest, pauca admodum desunt.

a Lege Cornelia tribunis plebis honores ademptũ, vt & magistratu, & alios habẽdi potestas. *Ascon. hic & Cornelianus Florus 89. Appia.* 1. *civil. Cicero* 3. *de legib. Sallustius. vbi de Macro tribun. plebis.**

b *al.* de vera P. CVIII. *prisciana ita legit.**

c Catulli Sylauarum partium.*

d L. paucos homines, vt leuissimè dicãs, arrogãteis. ‖ *Horatium autẽ intelligit Catullum & Curionem.**

e Manubiæ, spolia quæsita de hoste vi vel nobili pecuniã quæ dabatur imperatori erat. *Asco.* *vide plura apud* 13. *Gel.* 23.*

f L. conatus est is

g vide hic Asconium.*

h *al.* confla grauit.

i Est hoc verbũ tractũ ab arte fullonũ, qui pollendo diligẽter, veteraque æq. quasi in nouã speciẽ mutãt: hinc Glossis inter pollum & πτύσσειν.*

k inclusa fũt glossema & de fũt Nonio ca. 1. vt supra.*

l *al.* appareret

m *al.* mutãdo. interpolãdo. *sic enim legitur apud Nonium 1. in interpolare* 145.*

n L. possit.

o Decuriæ honestiorũ: cẽturiæ inferiorum ordinum.*

p *al.* vestra.

q *Asconius*

mihi potestatẽ quã largissimã fieri oportebat.* r *al.* largissimam fieri oportebat.* s L. facultas bonorum, cùm eos, quibus iste innuerat, iste t *al.* cùm is annuerat. *al.* cùm iis quos iste annuerat.*

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER SECVNDVS[a], DE IVRISdictione Siciliensi.

ORATIO SEPTIMA.

a Hunc librũ Cicero appellat Accusationum secundũ libro de Oratore.*

SYNOPSIS.

De Iniquis & iniustis edictis ac decretis Verris in prætura Siciliensi, in Dionem Halesinum, Sossippum & Epicratem Agyrinenses, Heraclium, Syracusanum, Epicratem Ridinum, & patrem Halicienses: & thenium Thermitanum. ¶ De venali eiusdem Verris iurisdictione seu de venditis dignitatibus senatoriis, sacerdotiis Censoriis. ¶ De pecunia vi exacta, statuarum nomine. ¶ De publicanorum cum Verre furtis colluſione.

VLTA mihi neceſſariò, iudices, A
passus est esse, sed ita reliquit ornatã, vt esset
idem monumentũ victoriæ, mãsuetudinis, cõ
tinentiæ: cùm homines viderent, & quid ex-
pugnasset, & quibus pepercisset, & quæ reli-
quisset. tantũ ille honoré Siciliæ habẽdũ pu-
tauit, vt ne hostiũ quidem vrbẽ ex sociorum
insula tollendã arbitraretur. Itaq. ad omneis
res Sicilia prouincia semper vsi sum[e], vt, quid
quid ex se posset efferre, id nõ apud[a] eos na-
sci, sed domi nostræ cõditum [b] putaremus.
Quando illa frumentũ[c], quod deberet, non B
ad diẽ dedit? quando id, quod opus esse puta-
ret, nõ vltrò pollicita est? quãdo id quod im
peraretur[c], recusauit? Itaq. ille M. Cato Sapiẽs
*cællam penariam reipublicæ nostræ, nutricem ple-
bis Romanæ, Siciliam nominauit*[b]. Nos verò ex-
perti sumus, Italico maximo, difficillimóque
bello, Siciliã nobis nõ pro penaria cællã, sed
pro ærario illo maiorũ vetere, ac referto fu-
isse. nã sine vllo sumtu nostro cortis, tunicis,
frumẽtóq. suppeditato, maximos exercitus C
nostros vestiuit, aluit, armauit. Quid illa, quæ
forsitan ne sentimus quidem, iudices, quanta q
sunt? q̃ multis[i] locupletioribus ciuibus vtimur?
q̃ habẽt propinquã, fidelẽ, fructuosámq. pro-
uinciam, quò facilè excurrant? vbi libẽter ne
gotiũ gerant? quos illa partim mercibus sup-
peditandis cum quæstu compendióq. dimi-
tit: partim retinet, vt arare, vt pascere, vt ne-
gotiari libeat, vt de niq. sedes, ac domicilium
collocare. quod cõmodũ nõ mediocre popu- D
li[m] Rom. est: tantum ciuium[n] Romanorũ nu-
merum tã propè ab domo, tã bonis, fructuo-
sisq. rebus detineri. Et quoniam quasi[o] quæ-
dam prædia populi R. sunt, vectigalia nostra,
atq. prouinciæ: quemadmodum propinquis
vos vestris prædiis maximè delectamini: sic
populo R. iucunda suburbanitas est huiusce
prouinciæ. Iã verò hominum ipsorum, iudi-
ces, ea patientia, virtus, frugalitã q. est, vt pro E
ximè ad nostrã disciplinã illam veterẽ, nõ P
ad hanc, quæ nunc increbuit[q], videantur ac-
cedere. nihil ceterorũ simile Græcorũ, nulla
desidia, nulla luxuria: contrà summus labor
in publicis, priuatisq. rebus, summa parsimo-
nia, summa diligentia. Sic porrò nostros ho-
mines diligunt, vt his solis neq. publicanus[u],
neq. negotiator odio sit. Magistratuũ aurẽ no
strorum iniurias ita multorum tulerũt, vt nõ
quam ante hoc tempus *ad aram*[x] *legum*, præsi-
diúmque vestrum publico[y] consilio confuge- F
que adeò P. Romanum.* [y] M. enim Lepidum accusarunt non
publico consilio, sed quod omnes acciuerent?

a al. apud eũ.
b L. conditi iam putaremus.
c id canon dicebatur.*
d id oblatio dicebatur.*
e id indictio dicebatur.*
f al. cellam.*
g Polybius de Sicilia καλλίστη δὲ ἁπάντων τῶν ἐπαρχιῶν ἐστὶ τὸ τῆς Σικελίας. Idem Strabo li. 6.*
h L. nominabat.
i sociali vide 3. Flor. 18.* P. CX.
k Aerariatria Romæ vetus seu vulgare quod extribuni, vectigalibus, & præda publica. Alterum factius quod ad vltimos casus: Tertiũ quod nisi bellũ Gallicicum, execratio nis, publicis additis, aperiebatur: quod victis Gallis apertum à Cæsare. *Appian.* l. 1. multo loc.
l L. reip. est: v. c. R. P. est al. ciuium numerum.*
m Vectigalia & prouinciæ quasi prædia P. Romani.* p al. nõ hãc, q vulg. increbuit,
r L. videatur acc.
s L. luxuries: t L. vt iis solis.
u Romanorũ hominũ per prouincias nomina.*
x Ad aras cõfugere veteres solebant, quo tuti ab iniuriis potẽtiorũ essent. sic apud Athenienses ara misericordiæ fuit. *Theophil. Inst. de incuna. Panis cis.* & Aræ salutis fit mentio *l. 3. C. de his qui ad Ecclesiã confugiũt l. 5. C. Theod. eod. tit.* Aras autem legũ hic appellat Tribunal Prætoris, Consilia Iudicum, leges ipsas, ipsum senatum, atque

a Hunc librũ Cicero appellat Accusationum secundũ *libro de* Oratore.*

b L. vt possim aliquando de iis reb. *al.* vt possim aliquomodo aliquando &c.

c senatorij: in famia laborantis propter iudicia.*

d Digressio de laudibus Siciliæ.*

e tum cum Messana ciuitas seditione diuisa, auxilium contra Hieronẽ per alios à P. Romano petiit: quod initiũ discordiæ fuit. *Aschines.** f L. applicauit:

g Primus eã C. Flauius prætor sortitus est *Solin.* adde Zonaram.*

h *Enim.* redillent. *vt loquatur de septẽdecim Siciliæ ciuitatibus de quibus libro 6.*

P. B.

i L. maioribus nostris in k captis Syracusis.*

l L. ac mari claudebatur

rint.tametsi & illum annum pertulerãt, qui sic eos afflixerat, vt salui esse nõ possent, nisi C.Marcellus quasi aliquo fato veniſſet, *vt bis ex eadem familia salus Siciliæ conſtitueretur.*

a *Al.vulg.* cõ stituerat P. B.

b *al.* & post ea

c *al.* sed ſic.*

& bpost M.Antonij infinitum illud impetiũ ſenſerant. Sic[c] à maioribus ſuis acceperãt tanta populi Romani inſiculos eſſe beneficia, vt etiam iniurias noſtrorum hominum perferẽdas putarent. In neminem ciuitates ante hũc teſtimonium publicè dixerũt. Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi deniq. vno aliquo in genere peccaſſet: ſed cùm perferre non poſſent luxuriem, crudelitatem, auaritiam, ſuperbiam: cùm omnia ſua cõmoda, iura, beneficia, ſenatus, populúsque Ro. vnius ſcelere, ac libidine perdidiſſent: hoc ſtatuerunt, aut iſtius iniurias per vos vlciſci, & perſequi: aut, ſi vobis indigni eſſent viſi, quibus opem, auxiliúmque ferretis, d *al.* relinquerent, vrbeis, ac ſedes ſuas relinquere, quandoquidem agros iam antè iſtius iniuriis exagitati reliquiſſent. Hoc conſilio à L. Metello legationes vniuerſæ petiuerant, vt quam primùm iſti ſucceder et. Hoc animo toties apud patronos de ſuis miſeriis deplorarunt: hoc cõmoti dolore, poſtulata conſulibus, quæ non poſtulata, ſed in iſtum crimina viderentur eſſe, ediderunt. Fecerũt etiam, vt me, cuius ſi lem. continenti imque cognouerãt, propè de vitæ meæ ſtatu, dolore, ac lacrymis ſuis deduc erent, vt ego iſtum accuſarem: à quo mea longiſſimè ratio, voluntáſque abhorrebat. Quãquam in hac cauſa multo plureis partes mihi defenſionis, quàm accuſationis, ſuſcepiſſe videor. Poſtremò homines ex tota prouincia nobiliſſimi, primíque, publicè, priuatímque e L. atque ampliſſima quæque venerũt: grauiſſima, atque honeſtiſſima quæque ciuitas vehementiſſimè ſuas iniurias perſecuta eſt. At quemadmodum iudices, venerunt? videor enim mihi liberiùs apud vos iã pro Siculis loqui debere, quàm forſitan ipſi velint: ſaluti enim eorum potiùs conſulam, quàm voluntati f. Ecquem exiſtimaſtis vmquam vlla in prouincia reum abſentem contra inquiſitionem accuſatoris, tantis opibus, tanta cupiditate eſſe defenſum? Quæſtores vtriuſque prouinciæ, qui iſto pr. fuerant, cum faſcibus mihi præſtò fuerunt. Hi porrò, qui ſucceſſerunt, vehementer iſtius cupidi, libe-

P. CXI.

f quia etiam aduerſũ Metellum, Siciliæ tum prætorem dicũ-tus eſt.*

g Lilybætanæ & Syracuſanæ, ſic, ſi quæſtores cõſideremus Siciliæ quaſi duo plex prouincia ſi prætorem, vna.*

h L. in vna prouincia q. i *fort.* ſic ſui ſtudioſam,

raſiter ex iſtius cibariis tractati: non minùs acres contra me fuerunt. Videte, quid potuerit, qui quattuor inſi prouincia quæſtores, ſtudioſiſſimos defenſores, propugnatoréſque habuerit: prætorem verò, cohortémque totam ſic i ſtudioſam, vt facilè appareret, non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quàm Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat, prouinciam fuiſſe. Minari Siculis, ſik decreuiſſent legationes, quæ contra iſtum dicerent: minari, ſi qui eſſent profecti: aliis, ſi laudarent, benigniſſimè promittere: grauiſſimos ptiuatarum rerum teſteis, quibus nos præſentibus denuntiauimus, eos vi, cuſtodiſque retinere. Quæ cùm omnia facta ſint, tamẽ vnã ſolam ſcitote eſſe ciuitatẽ Mamertinam, quæ publicè legatos, qui iſtum laudarent, miſerit. Eius autem legationis principem, ciui-

I L. nobiliſſimum ciuem, C. Heium

tatis nobiliſſimum', C. Heium, iuratum dicere audiſtis: iſti nauem onerariam maximam, Meſſanæ eſſe, publicè coactis operis, ædificatam idémque Mamertinorum legatus, iſtius laudator, non ſolùm iſtum bona ſua, verũm etiam ſacra, deóſque penateis à maioribus traditos, ex ædibus ſuis eripuiſſe dixit. Præclara laudatio, cùm *duabus in rebus legatorum vna opera conſumitur, in laudando atque* [a] *reperendo* [b]. Atque ea ipſius ciuitas qua[c] ratione illi[d] amica ſit, dicetur certo loco. reperietis enim, quæ cauſæ beniuolentiæ ſint Mamertinis erga iſtum, eas ipſas cauſas, ſatis iuſtas eſſe damnationis. Alia ciuitas nulla, iudices, publico conſilio laudat. Vis illa ſummi[e] impetij tantùm potuit apud perpaucos homines, nõ ciuitates, vt aut leuiſſimi quidam ex miſerrimis, deſertiſſimíſque oppidis inuenirentur, qui iniuſſu populi, ac ſenatus profiſciſcerentur: aut ij, qui contra iſtum legatos decreuerant, & teſtimonium publicum, ac mandata acceperant, vi, ac metu retinerentur. Quod ego in paucis tamen vſu [f] veniſſe non moleſtè fero [h], quo reliquæ tot, & tantæ, & tam graues ciuitates, tota denique Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet, cùm videretis nulla vi retineri, nullo periculo p hiberi poſſe, quo minùs experirẽtur, ecquid apud vos querimoniæ valerent antiquiſſimo iure, fideliſſimorúmque ſociorũ. Nam, quod fortaſſe nõ nemo veſtrũm audierit, iſtum à Syracuſanis publicè laudari: id tametſi priore actione ex Heraclij Syracuſani teſtimonio, cuiuſmodi eſſet, cognouiſtis: tamen vobis alio loco, vt ſe tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonſtrabitur. Intelligetis enim, nullis hominibus quemquã tanto odio, quanto iſtum Syracuſanis, & eſſe, & fuiſſe. At enim iſtum ſoli k Siculi perſequuntur: ciues Romani, qui in Sicilia negociantur, defendunt, diligunt, ſaluum eſſe cupiunt. Primùm, ſi ita eſſet, tamen vos in hac quæſtione de pecuniis repetundis, *quæ ſociorũ cauſa conſtituta eſt*, lege, iudicióque ſocialj, ſociorum querimonias audire oporteret. ſed intelligere potuiſtis priore actione, ciueis Romanos ex Sicilia plurimos, honeſtiſſimos, maximis de rebus, & quas ipſi accepiſſent iniurias, & quas ſcirent aliis eſſe factas, pro teſtimonio dicere. Ego hoc, quod intelligo, iudices, ſic confirmo: videor mihi gratum feciſſe Siculis, quòd eorum iniurias, meo labore, inimicitias periculo ſim perſecutus. nõ minus hoc gratum me noſtris ciuibus intelligo feciſſe: qui hoc exiſtimant, iuris, libertatis, rerum, fortunarũmq. ſuarũ ſalutẽ in iſtius damnatione conſiſtere. ¶ Quapropter de iſtius prætura Siciliẽſi non recuſo, quin ita me audiatis, vt, ſi cuiquam generi hominũ ſiue Siculorum, ſiue noſtrorum ciuium: ſi cuiquam ordini, ſiue aratorum, ſiue pecuariorum, ſiue mercatorum prouatus ſit: ſi non horum omnium communis hoſtis, prædóque fuerit: ſi cuiquam denique vlla in re vmquam temperauerit: vt vos quoque ei temperetis. ¶ Qui ſimulatque ei ſorte prouincia Sicilia obuẽnit, ſtatim Romæ, & ab vrbe antè quàm proficiſceretur, quærere ipſe ſecum, [m] & cogitare cum ſuis cœpit, qui-bũſnam rebus in ea prouincia maximã vno anno pecuniam facere poſſet. Nolebat in agendo diſcere (tametſi non prouinciæ rudis erat, & tiro) ſed in Siciliam paratus ad prædam, meditatúſque venire cupiebat. O præclarã coniectum à vulgo in illam prouinciã omen cõmunis famę, atq. ſermonis! eum ex nomine iſtius, quid [n] prouincia facturus eſſet, f.

a L. atque ſic repet.

b accuſando repetundarum.*

c ob remiſſa munera & ſo P. B. cietatem præ darum.*

d L. iſti amica ſit,

e Metelli prætoris in Sicilia, & Romæ fratris eius Metelli alterius conſulis cum Hortenſio.*

f L. aut iſqui contra iſtum legati decreti erant, & teſtimoniũ publicum, mandatáque acceperant,

g contigiſſe.*

h *v.c.* tuli.

i L. potuiſſe,

k *fort.* ſoli Siculi odio perſequuntur.

P. CXII.

PROPOSITIO.*

NARRATIO

l *al.* & ad vrbem. antè quam pr. *ita Aſconius legit.* Ad vrbẽ autem eſſe dicebatur. qui extra pomœrium vrbis erant cum imperio, vel in prouinciam ituri, vel vrbem ingreſſuri.*

m L. & agitare cum ſuis cœpit, *& ita v.c.*

n L. quid iſte in prouincia

perri-

perridiculi[a] homines augurabantur. Etenim quis dubitare posset, cùm istius in quæstura fugam, & furtum recognoscerer: cùm in legatione, oppidorum, fanorumq. spoliationes cognoscerentur: cùm videret in foro[b] latrocinia prætura: qualis iste in quarto[c] actu improbitatis futurus esset? ¶ Atque vt intelligatis, cum Romæ quæsisse non modò genera fruendi, sed etiam nomina: certissimum accipite argumentum, quo faciliùs de singulari eius impudentia existimare possitis. Quo die Siciliam tetigit[d] (videte, satisne paratus ex illo omine vrbano, *ad*[e] *euertendam prouinciam* venerit) statim Messana litteras Halesam mittit: quas ego istum in Italia scripsisse arbitror. nam, simulatque è naui egressus est, dedit operam, vt *Halesinus*[f] ad se *Dio* continuò veniret: se de hereditate velle cognoscere, quæ eius filio à propinquo homine Apollodoro Laphirone[g] venisset. Ea erat, iudices, pergrandis pecunia. Hic est Dio, iudices, nunc beneficio Qu. Metelli ciuis Romanus factus: de quo, multis viris primaris testibus, multorúmque tabulis vobis priore actione satisfactum est, LLS. hvndecies numeratam esse, vt eam causam, in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse, isto cognoscente obineret: præterea greges nobilissimarum equarum anactos: argenti, vestísque stragulæ domi quod fuerit, esse direptum. ita LLS. vndecies. Qu. Dionem, quod hereditas ei[k] obuenisset, nullam aliam ob causam, perdidisse. Quid? Hæc hereditas quo prætore Dionis filio venerat? eodem, quo Anneiæ, P. Anneij senatoris filiæ: eodem, quo M. Ligurj senatori, C. Sacerdote prætore. Quid? tum nemo molestus Dioni fuerat? non plus quàm Liguri, Sacerdote prætore. Quid? ad Verrem quis detulit? nemo: nisi forte existimatis ei quadruplatores[m] ad fretum præstò fuisse. Ad vrbem[n] cùm esset, audiuit, Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hereditatem: hereditatem stat as iussum esse in foro poneremini posuisset, Veneri Erycinæ esse multatum. Tametsi positæ essent ex testamento: putabat tamen, quoniam Veneris nomen esset, causam[o] pecuniæ se reperturum. Itaque apponit, qui petat Veneri Erycinæ illam hereditatem. non enim quæstor petit (vt est consuetudo, is qui Erycum[p] monte obtinebat: q petiit Næuius Turpio quidam, istius excursor & emissarius, homo omnium, ex illo conuentu, quadruplatorum deterrimus. C. Sacerdote prætore condemnatus iniuriarum. etenim erat eiusmodi causa, vt ipse prætor, cùm quæreret calumniatorem[r], paullo tamen considerationem reperire non posset. Hunc[u] hominem Veneri absoluit: sibi condemnat. maluit videlicet homines peccare, quàm deos: se potius à Dione, quod non licebat, quàm Venerem, quod non debebatur, auferre. Quid ego nunc hic Sex. Pompeij Chlori testimonium recitem, qui causam egit Dionis? qui omnibus rebus interfuit? hominis honestissimi, tametsi ciuis Romanus virtutis causa iamdiu est, tamen omnium Siculorum primi, ac nobilissimi? Quid ipsius Qu. Cæcilij Dionis, hominis, pbarissimi, ac prudentissimi? Quid L.[x] Veteciliij Liguris, T.[y] Manlij, L. Caleni[z]? quorum omnium testimoniis de hac Dionis pecunia confirmatum est. Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, iam antè cognosse. Quid? Lucullus, qui tum in Macedonia fuit, melius hæc cognouit, quàm tu Hortensi, qui Romæ fuisti? ad quem Dio confugit? qui de Dionis iniuriis grauissimè per litteras cum Verre questus es? noua tibi hæc sunt, & inopinata? nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt? nihil de Dione, nihil de socru tua, fæmina primaria, Seruilia, vetere Dionis hospita, audisti? nónne multa mei testes, quæ tu scis, nescíut? nónne te mihi testem in hoc crimine eripuit non istius innocentia, sed legis[a] exceptio? Recita. TESTIMONIA M. LVCVLLI, CHLORI, DIONIS. Satisne vobis magnam pecuniam Veneris bhomo, qui è Chelidonis sinu in prouinciam profectus esset, Veneris nomine quæsisse videtur? ¶ Accipite[c] aliam in minore pecunia non minus impudentem calumniam. *Sosippus* & *Epicrates*[d], fratres sunt *Agyrinenses*, horum pater ab hinc duos, & xx. annos est mortuus: in cuius testamento, quodam loco, si commissum[e] quid esset, multa erat Veneri. ip. os[f] xx. & annos, cũ tot interea prætores, tot quæstores, tot calũniatores in prouincia fuissent, hereditas ab his Veneris nomine petita non est. Causam Verres cognoscit. per Volcatium pecuniam accepit, ferè[h] ad LLS. CCCC. millia ab duobus fratribus. Multorum testimonia audistis antea. vicerunt Agyrinenses fratres, ita, vt egentes, inanéque discederent. At enim ad Verrem pecunia ista non peruenit. Quæ est ista defensio? vtrum asseueratur in hoc, an tentatur? mihi enim noua res est. Verres calumniatores[k] apponebat: Verres adesse iubebat: Verres cognoscebat: Verres iudicabat: pecuniæ maximæ dabantur: qui dabant, causas obtinebant: tu mihi ita[l] defendas? non est ista Verri numerata pecunia. Adiuuo te: mei quoque testes idem dicunt: Volcatio dicunt fuisse datum. Quæ vis erat, vt[m] in Volcatio tanta, vt LLS. CCCC. millia[n] à duobus hominibus auferrēt? & [o] quis Volcatio, si sua spōte venisset, vnam libellam dedisset? Veniat nunc: experiatur: tecto recipiet nemo. At ego amplius dico, LLS. quadringenteis Pacceps fisse te arguo contra leges: nego tibi ipsi vllum nummum esse numeratū: sed cùm ob q tua decreta, ob imperata, ob iudicata, pecuniæ dabantur, non erat quærendum, cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. Comites[p] illi tui delecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, haruspices, præcones, manus erāt tuæ. vt quisq. te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putatur. cohors tota illa tua, quę plus mali Siciliæ dedit, quàm si centũ cohortes fugitiorum fuissent, tua manus sine controuersia fuit. quidquid ab horũ quopiam captum est, id non modò tibi datũ, sed tua manu numeratum iudicari necesse est. Nam si hanc defensionem probabitis[r], Non accepit ipse: licet omnia de pecuniis repetūdis iudicia tollatis. Nemo[t] vnquam tam reus, tam nocens adducetur, qui ista defensione non possit vti. etenim cum Verres vtatur: quis erit vnquam posthac reus tam perditus, qui non ad Qu. Mu. ij [u] innocētiam referatur, si cum isto conferatur? Neque nunc tam mihi isti Ver-

Tom. 2.

a Lege non licebat accusatori, testimonium denuntiare de fesori. *Asc.* vel quæ patronos reorũ testimonio liberat.*

b Venetius, vel qui Veneris causam agit, vel qui amoribus indulget.*

c De rebus iudicatis in Sosippum & Epicratem Agyrinēses.*

d *al.* Philocrates.

e Commissa dicuntur quæ contra testatoris voluntatem facta, aut non facta ab hærede, multa aliqua, pœnáq. plectuntur.*

f P. B. v. c. Ipso vicesimo anno, cum tot int. prætor q. t. Kalũniatores in prou. f. h. ab his Ven. petita est

g Præscriptio temporis.*

h *al.* ferè LIS xx. à duobus fr. L. ferè LS CCCC. mill.

i *al.* testimonium aud.

k *v. c.* kalumniatorem ap. *& ita L.*

l L. ita defendas, nõ est ista Verri numerata pecunia.

m *al.* erat Volcatio t.

n L. millia duob. hom.

o L. ec qui Volc.

p *v. c.* CCCC cepisse te arg. L. quadringenties cepisse.

q L. obtua decreta, ob imperata, ob iudicia, &c. *& ita v. c.*

r Comites P. CXIIII. prætorũ in prouincijs qui fuerunt horum fit mentio in l. 4 *ff. de officio adsess. 9. in fin. ff. & 11. ad Attilium* 1.*

s *al.* Gbarisi.

t L. Nemo vnquam reus tã noc.

u qui. Asi innocentissime rexit Ci. ro, *immo*

a *al.* perridiculę

b ædę Castoris & Rostris.*

c prætura Siciliensis, post eius Quæsturam. & Prætura vrbana.* d L. attigit,

e *al.* ad euertendam pr.

P. B.

f De rebus Iudicatis in diuersor. ac primum in Dionem ita lesinum.*

g *al.* Aua erone

h L. LLS. io. numerata esse *v. c.* ista ferentum vndecies millia

i *al.* deroptã ita LL. Io. Dion.

k L. *v. c.* fuisset

l *al.* est hæc hæreditas.*

m Quadruplatores delatores quibus præmij loco quarta pars bonorũ damnati dabatur.*

n Adverbĕ est se quid paulo antedictũ*

o L. causam kalumniæ se rep.

p L. Erycinũ *mal.* Erycũ q hoc est Libybæanus.* r conciliator atque intr. nuntius verris.

s L. à Sacerdote pr. t *v. c.* alum. niatorem. u *al.* Hic hominem.

P. CXIII.

x *al.* L. Vecilij Lig.

y *al.* Manilij, z *al.* Galeni.*

rem defendere videntur, quàm in Verre defensionis tétare rationé. Qua [a] de re, iudices, vobis magnopere prouidendum est. pertinet hoc ad [b] summá reip. & ad existim. ordinis, salutémq. &c. [c] opera danda, vt vos nobiscum ducamus, qui nostræ famæ, eapitisque consulãt. deinde, si in hominibus elligendis nos spes amicitiæ fefellerit, vt vindicem [d] minor enim semper intelligitur, cùm nihil additur. [e] Vti sepr. [f] si salui, & honesti esse volumus: [g] & cum illis, ac per [h] Libertum Verrinum? [i] non solùm de tuis, sed etiam [k] fort. instituisset m. atq. vb. ex h. c. q. ipse constituit. cons. [l] fort. cotradendam. [m] al. petita sunt, [n] al. Quidvero si illud quoque accedet.*

P. B. [o] al. accedat v. r. accedit, [p] al. Balbus, homo &c.* [q] L. si in eiusmodi: L. Octauius. [r] lib. vulg. si apparet, [s] v. c. Q. D. A. L. & condemn. [u] al. tibi & post si patitur* [x] al. patitur vt s. dixi vt Subaudias iudiciam. Manutius legit, petit.* [y] Subaudi in ius vel vinculo.* [z] al. C. Fusidiũ al. C. Fusinium [a] al. L. Acilium [b] al. eiusmodi: [c] Subaudi da bãtur: itahũc locum interpretatur Donat[9] in Phormio, ad illum locum, Hic in noxia est* [d] Subaudi rei Donatus illo loco.* [e] L. cũ Siculos eorum legib. dare oporteret. Qui Siculi: si cives R. esset, cũ ciueis R. dare iudices oporteret. Verũm,

fensionis tétare rationé. Qua [a] de re, iudices, vobis magnopere prouidendum est. pertinet hoc ad [b] summá reip. & ad existim. ordinis, salutémque sociorum. *Si* enim *innocentes existimari volumus, non solum nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstare debemus.* Primùm omnium opera [c] tanta danda est, vt eos nobiscum ducamus, qui nostræ famæ, capitisque consulãt. deinde, si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit, vt vindicem [d] minor enim semper intelligitur, cùm nihil additur. [e] Vti sepr. [f] si salui, & honesti esse volumus, vt eam nobiscũ ab eo quidam vetus assectator, & ex numero amicorum, non impetraret, vt [g] se præfectum in Africam duceret, & id ferret molestè: *Noli*, inquit, *mirari, si tu à me hoc non impetras. ego iam pridem ab eo, cui meam existimationem carorem fore arbitror, peto, vt mecum præfectus proficiscatur: & adhuc impetrare non possum.* Etenim re vera multo magis est petendum ab hominibus, si [h] salui esse volumus, vt eant nobiscũ in prouinciam, quàm hoc illis in beneficij loco deferendum. Sed te, cùm & tuos amicos in prouinciam, quasi in prædam, inuitabas, ac [i] eos in [k] hãc cõcione annulis aureis donabas: nõ statuebas, tibi non i solùm de te, sed etiam de illorũ factis rationem esse reddẽdam? ¶ Cùm hos sibi quæstus constituisset [k] magnos, atque vberes ex his causis, quas ipse instituerat in consilio, hoc est, cum sua cohorte, cognoscere: tum infinitum genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam [l]. Dubium nemini est, quin *omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum, qui iudicant*: quin nemo nostrũm possit ẽdeis suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si, cùm hæc à quopiam vestrũm petita [m] sint, prætor improbus, cui nemo intercedere possit, det quem velit iudicem: iudex nequam & leuis, quod prætor iusserit, iudicet. Si [n] verò iudex quoque accedet, [o] vt in ea verba prætor iudicium det, vt vel Octauius Balbus [p] iudex, homo, & iuris, & officij peritissimus nõ possit aliter iudicare: si[q] iudicium sit eiusmodi, L. OCTAVIVS IVDEX ESTO: SI [r] PARET, FVNDVM CAPENATEM, QVO [s] DE AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM P. SERVILII ESSE, NEQVE IS FVNDVS Q. CATVLO RESTITVETVR: nõ necesse erit L. Octauio iudici cogere P. Seruilium Q. Catulo fundum restituere, aut [t] condemnare eum, quem non oporteat? Eiusdem modi totũ ius prætorium, eiusdẽ modi omnis res iudiciaria fuit in Siciliæ per triennium, Verre prætore: decreta eiusmodi: SI NON ACCIPIT QVOD TE DEBERE DICIS, ACCVSES: SI [u] PETITVR, [x] DVCAS *Y.C.* Fusicium duci iussit petitorem, L. Suetium, L[a]. Raciliũ. iudicia huiusmodi b: QVI CIVES RO. ERANT [c], SI SICVLI d ESSENT, TVM [e] SI EORVM LEGIBVS DARE OPORTERET. QVI SICVLI SI CIVES RO. ESSENT. Verũm, vt totum genus complectamini iudiciorum: priùs iura Siculorũm, deinde istius institutа cognoscite. Siculi hoc iure sunt, *vt, quod ciuis cum ciui agat, domi certet suis legibus: quod Siculus cum Siculo non eiusdem ciuitatis, vt de eo prætor indices* ex P.

A Rupilij [a] decreto, quod is de decem legatorũ sententia statuit: quam legem Siculi Rupiliam [c] vocant: *sortiatur. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato: senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet datur* d, cùm alterutræ ciuitates reiectæ sunt. *Quod ciuis R. à Siculo petit: Siculus iudex datur. quod Siculus à ciue R. ciuis Rom. datur. ceterarum rerum selecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi solent. Inter aratores & decumanos lege [e] frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiunt.* Hæc omnia isto prætore nõ modò perturbata, sed planè & Siculis, & ciuibus R. erepta sunt. Primùm ius quę leges, quod ciuis cũ ciui ageret, aut eum iudicem, quem commodum erat, præconem, haruspicem, medicum suum dabat: aut, si legibus eam iudiciũ constitutũ, & ad ciuem suum iudicem venerant[f], libere ciui iudicare non licebat. Edictum enim hominis cognoscite, quo edicto omnia iudicia redegerat in suam potestatem: si [g] *qua perpetua in iudicassent, se cognituram: cum cognosset, animaduersurum.* Idque cùm faciebat, nemo dubitabat, quin, cùm iudex aliũ de suo iudicio putaret iudicaturum, itéque in eo capitis periculum adituram, voluntatem spectaret eius, quem statim de [h] capite suo putaret iudicaturum. Selecti è conuentu, aut propositi ex negotiatoribus iudices, nulli hæc copia, quam dico, iudicum, cohors non Qu. Scæuulæ, qui tamen de cohorte sua dare non solebat: sed C. Verris. Cuiusmodi cohortem putatis hoc principe fuisse? sicuti videtis edictũ: SI QVID PERPERAM IVDICARIT SENATVS. Eũ quoque ostendam, si quando sit datus, coactu istius. quod nõ senserit, iudicasse. Ex lege Rupilia sortitio nulla, nisi cùm nihil interesset istius. lege Hieronica iudicia plurimarũ controuersiarum, sublata vno nomine omnia de cõuentu, ac negotiatoribus nulli [m] iudices. Quantam potestatem habuerit, videtis: quas res gesserit, cognoscite. ¶ *Heraclius* [n] est *Hieronis filius, Syracusanus*, homo in primis domi suæ nobilis, & ante hunc prætorem vel pecuniosissimus Syracusanorum: nũc nulla alia calamitate, nisi istius auaritia atque iniuria, pauperrimus. huic hereditas facilè ad [o] LLS. tricies venit testamento propinqui sui, Heraclij: plena domus cælati argẽti optimi, multæque stragulæ vestis pretiosorũm. [p] mãcipiorũ: quibus in rebus istius cupiditates, & Pinsiana quis ignoraret? erat in sermone res, magnã Heraclio pecuniam [q] venisse: non solùm Heraclium diuitem, sed etiam ornatum suppellectili, argento, veste, mancipiis futurum. audit hęc etiam Verres: & primò, illo suo leuiore artificio Heraclium aggredi conatur, vt eum roget inspiciendi, quę non reddat: deinde à quibusdam Syracusanis admonetur: hi autem quidam etant affines istius, quorũm vxores iste nũquã alienas existimauit, Cleomenes: & Æschrio: qui quantum apud istum, & quàm turpi de causa potuerint, ex reliquis criminibus intelligetis. Hi, vt dico, hominem admonent, rem esse præclaram, refertam [r] omnibus rebus: ipsum autem Heraclium, hominem esse maiorem natu, non promptissimum: & eum, præter Marcellos, patronum, quem iure suo adire, aut appellare posset, habere neminem: esse in eo testamẽto, quo ille heres esset, scriptum, vt statuas in palęstra deberet ponere. faciemus, vt palęstritę negẽt ex testa-

a P. hic Rupilius ex publicano factus Consul, decé P. CXV. legatorum sententia legesSiculis cõscripsit. *Aste nius.**
b L. quam illi legẽ Rupvoc.
c Lex Rupilia hic explicatur.*
d *al.* dat, cùm aliæciuitates reiectæ sint.*
e Lex Hieronica frumentaria.*
f L. ageret. Aut enim iudicem, q. ei comm.
g *al.* venerat.
h L. si qui
i *lib. vulg.* putet fuit.
k *lib. vulg.* spectet eius,
l *lib. vulg.* de cap. si putet iud.

m *forr.* nulli§ dati iudices.
n De rebus à Verre iudicatis in Heraclium Syracusanum.*

o *al.* pretiosissimorũmq.
p L. & insignias
q L. pecuniã reliquam.
r L. domum refertam.

testamento esse positas: petant hereditatem, quòd eam palæstræ commisisse [a] dicant. Placuit ratio Verri. nam [b] hoc animo prouidebat, cùm tanta hereditas in controuersiam veniisset, iudicióq. peteretur, fieri non posse, vt sine præda ipse discederet. approbat consilium: auctor est, vt quàm primùm agere incipiant, hominémq. id ætatis, minimè litigiosum, quàm tumultuosissimè adoriantur. Scribitur Heraclio dica. Primò mirantur omnes improbitatem calumniæ [c]: deinde qui illum nossent, partim suspicabantur, partim planè videbant, adiectum esse oculum hereditati. Interea dies aduenit, quo die se se ex instituto, ac lege [d] Rupilia, dicas [e] sorticurum Syracusis iste edixerat: paratus ad hanc dicã sortiendam venerat. tum eum docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quòd lex Rupilia vetaret diebus xxx. sortiri dicam [f], quibus scripta esset. dies xxx. nondum fuerant. sperabat Heraclius, si [g] illum diem effugisset, ante alterum sortitionem Q. Arrium, quem prouincia tum maximè exspectabat, successurum. Iste [h] omnibus [i] iudiciis diem distulit [k]: & eam diem constituit, vt hanc Heraclij dicam sortiri post dies xxx. ex lege posset. Posteaquàm ea dies venit: iste incipit simulare se velle sortiri. Heraclius cum aduocatis adit, & [l] postulat, vt sibi cum palæstritis, hoc est, cum populo Syracusano. æquo iure disceptare liceat. Aduersarij postulant, vt in eam rem iudices dentur, ex his ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent, electi, qui Verri viderentur. Heraclius contrà, vt iudices è lege Rupilia dentur: vt ab institutis superiorum, ab auctoritate senatus, ab iure omnium Siculorum ne recedatur. Quid ego istius in [m] iure dicundo libidinem [n] demonstrem? quis vestrûm non ex vrbana iurisdictione cognouit? quis vmquam, isto prætore, Chelidone inuita, lege [o] agere potuit? Non istum, vt non nominem, prouincia corruptissimè fuit, qui Romæ. Cùm id, quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, ius esse certum Siculis, inter se quo iure certarent, legem esse Rupiliam quam P. prætor Rupilius ex S. C. de decem [p] legatorum sententia dedisset: hoc [q] omneis semper in Sicilia consules, prætóresque seruasse: negarit se iudices è lege Rupilia sortiturum. quinq. iudices, quos commodum ipsi fuit, dedit. Quid [r] huic homini facias? quod supplicium dignum libidini [s] eius inuenias? Præscriptum tibi cùm esset, homo [t] deterrime, & impudentissime, quemadmodum inter Siculos iudices dares: cùm imperatoris P. R. auctoritas, legatorum decé, summorum hominum, dignitas, S. C. intercederet, cuius [u] consulto P. Rupilius prætor ex [x] legatorum sententia leges in Sicilia constituerat: cùm omnes ante [y] te prætores, Rupilias leges & in ceteris rebus, & in iudiciis maximè obseruassent: tu ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere? tibi nulla lex fuit? nulla religio? nullus existimationis pudor? nullus iudicij metus? nulli in apud te grauis auctoritas? nullum exemplum, quod sequi velles? Verùm, vt institui dicere, quinq. iudicibus nulla lege, nullo instituto, nulla religione, nulla sorte, ex libidine isti? dabis, non qui causam cognoscerent, sed qui, quod imperatum esset, iudicarent: eo die nihil actum est. adesse iubentur postridie. Heraclius interea, cùm omneis insidias à prætore fortunis suis fieri videret, capit consiliũ de amicorum & propinquorum sententia non adesse ad iudiciũ. itaque Syracusis illa nocte profugit. Iste postero die manè, cùm multo maturiùs, quàm vmquam antea, surrexisset: iudices citari iubet. vbi comperit Heraclium non adesse, cogere incipit eos, vt absentem Heraclium condemnarent. Illi eum commonefaciunt, vt, si ei videatur, vtatur instituto suo, nec cogat ante horam decimam de absente secundum præsentem iudicare, impetrant. Interea sanè [z] perturbatus & ipse, & eius amici, & consiliarij, molestè ferre cœperunt, Heraclium profugisse. putabant absentis damnationem, præsertim tantę pecuniæ, multo inuidiosiorem fore, quàm si præsens damnatus esset. Eò accedebat, quòd [b] iudices è lege Rupilia dati non erant, multo etiam rem turpiorem fore, & iniquiorem visum [c] iri intelligebãt. Itaque hoc dum corrigere vult, apertior eius cupiditas, improbitásque facta est. Nam illis quinque iudicibus vti sese negat: iubet, id quod initio è lege Rupilia fieri oportuerat citari Heraclium, & eos, qui dicam scripserant: atque se iudices è [d] lege Rupilia velle sortiri. Quod ab eo pridie multis lacrymis cùm cum oraret, atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuerat: id ei postera [e] die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex vrna treis. iis vt absentem Heraclium condemnent, imperat. itaque condemnant. Quæ, malùm, ista fuit amentia? eequando te ratione factorũ tuorũ redditurũ putasti? ecquãdo his de rebus tales viros audituros existimasti? Petatur hereditas ea, quæ nulla debetur, in prædam prætoris? interponatur nomen ciuitatis? imponatur honestę ciuitati turpissima persona Kalúniæ [f]? Neque hoc [g] solum: sed ita res agatur, vt ne simulatio quidẽ æquitatis vlla adhibeatur? Nam, per deos immortaleis, quid interest, vtrùm prætor imperet, vsq. cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere: an huiusmodi iudicium det, quo iudicio, indicta causa, fortunis omnibus euertí necesse sit? Profectò enim negare [h] non potest, te ex lege Rupilia sortiri iudicium debuisse, cùm præsertim Heraclius id postularet. Sin illud dices, te Heraclij voluntate ab lege recessisse: ipse te impedies: ipse tu tua defensione implicabere. Quare enim primũ ille ipse adesse noluit, cùm ex eo numero iudices haberet, quos postularat? deinde tu cur post illius fugam iudices alios sortitus es, si eos, qui erant antea dati, vtriusque dederas voluntate? deinde ceteras causas omneis illo foro M. Postumius quæstor sortitus est: hanc solam tu [i] illo conuentu reperiere sortitus. Ergo, inquiet aliquis, donauit populo Syracusano illam hereditatem. Primùm, si id confiteri velim, tamẽ istum condemnatis necesse est. *neque enim permissum est, vt impurè nobis liceat, quod alieni euperimus, id alteri tradere.* Verùm ex ista reperitis hereditate ita istum prædatum, vt perpauca occulte fecerit: populum quidem Syracusanum in maximam inuidiam sua intamia, alieno præmio peruenisse: paucos Syracusanos, eos, qui se nunc publicè laudationis causa venisse dicunt, & tunc participeis prædæ tuæ fuisse, & nunc non ad istius laudationẽ, sed ad communem litium æstimationem venisse. Po-

P. CXVII.

a L. commissam esse dicant: | Cõmissa hæreditas, quæ ad aliũ hæredem ex testamenti conditione deuoluitur *

b al. Iam hoc an.

c v.c. calumnix.

d Lex Rupilia de qua mox dicetur plenius. *

e dixerat. al. fecerat

f Dica, iudicium est. vt apud Terent. *Phormione.* *

g al. si illam diem

h L. iste omnibus dicis diem d.

i al. omnibus dicis *nam supra legitur* dicam & dicas sortiri. *

k al. diffidit. *

l al. & postulabat.

m lib. vulg. in iure dicendo

n libidinem & scelera de monstrem, P. B.

o Lege agere est ius suum lege persequi. *

p L. quam P. Rupilius consul de d. *

Lex Rupilia à P. Rupilio Prætore in Sicilia de decem legatorum sententia lata, qua lege Prætor inter Siculos qui non essent eiusdem ciuitatis, sortiri debebat. *

q L. hanc omneis

r L. Quid hoc homine facias,

s fort. libidine

t L. homo te terrime,

u al. cuius consulto P. Rupilius ex leg.

x al. de decem legatorum sententia. *

y al. ante te Prætorem,

z al. reiectionci.

a Carissimus hunc locum profert in verbo sane. *

b al. quid. quoniã iud. è l. R. d. m. erãt, m. etiam r. t.

c al. visu ist

ad quem modum Iurisconsulti dicunt restituiri. *

d v.c. ex lege velle sortiri

e L. postera die

f id est iudices iudicia. *

g fib. vulg. calamniæ,

h al. negari non potest,

P. B.

i al. tu in illo.

steaquàm damnatus est absens, non solùm illius hereditatis, de qua ambigebatur, quæ erat LLS. tricies [a], sed omnium bonorum paternorum ipsius Heraclij, quæ non minor erat pecunia, palæstræ Syracusanorum, hoc est, Syracusanis, possessio traditur. Quæ est ista prætura? Eripis hereditatem, quæ venerat à propinquo, venerat testamento, venerat legibus: quæ bona is, qui testamentum fecit, huic Heraclio, ante aliquanto, quàm est mortuus, omnia vtenda, ac possidenda tradiderat: cuius hereditatis, cùm ille aliquanto ante te prætorem esset mortuus, controuersia fuerat nulla, mentionem fecerat nemo. Verùm esto, eripe hereditatem propinquis, da palæstritis: prædare in bonis alienis, nomine ciuitatis: euerte leges, testamenta, voluntates mortuorum, iura viuorum. num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit? qui simulac profugit, quàm impudenter, quàm palàm, quàm acerbè, dij immortales, illa bona direpta sunt! quàm illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur! Nam illud quidem statim curatur, vt, quidquid celati argenti fuit in illis bonis, ad istum deferatur: quidquid Corinthiorum vasorum, stragulæ [b] vestis. hæc nemo dubitabat, quin nō modò ex illa domo capta & oppressa, verum ex tota prouincia ad istum cōportari necesse esset. Mancipia [c], quæ voluit, abduxit, alia diuisit: auctio facta est: in qua cohors istius inuicta dominata est. Verùm illud est præclarum: Syracusani, qui præfuerant his Heraclij bonis, verbo, redigendis: re, dispertiendis, reddebant eorum negotiorum rationem in senatu: dicebant scyphorum paria complura, hydrias [d] argenteas, pretiosa vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri [e] data esse: dicebant, quantum cuique, eius iussu, nummorū esset datum. gemebant Syracusani: sed tamen patiebantur. repentè recitatur, vno nomine LLS. CCL. millia iussu prætoris data. fit maximus clamor omnium, non modò optimi cuiusque, neque eorum, quibus indignū semper visum erat, bona priuati, populi nomine, per summam iniuriam erepta: verùm etiā ipsi illi auctores iniuriæ, & ex aliqua particula, socij prædæ, ac rapinarum clamare cœperunt, sibi vt haberet hereditatē. tātus in curia clamor factus est, vt populus cōcurreret. Res ab omni conuentu cognita, celeriter domū nuntiatur. Homo inimicus iis, qui recitassent: hostis omnibus, qui acclamassent: exarsit iracūdia, ac stomacho. Verum tamē fuit tū sui dissimilis. nostis os hominis, nostis audaciam: tamē tum tumore populi & clamore, & furto manifesto grandis pecuniæ perturbatus est. Vbi se collegit, vocat ad se Syracusanos: quia non posset negare ab illis pecuniam datam: non quæsiuit procul alicunde (neque enim probaret) sed proximum, penè alterum filium, quem illam pecuniam diceret abstulisse. ostendit se reddere coacturum: qui postea quàm id audiuit, habuit [g] dignitatis, & ætatis, & nobilitatis suæ rationem, verba apud senatum fecit: docuit, ad se nihil pertinere de isto, id, quod omnes videbant, neque ille quidem obscurè locutus est. Itaque illi Syracusani statuam postea statuerunt: & [h] is, vbi primùm potuit, istum reliquit, de prouinciáque decessit. Et tamē aiūt eum queri solere nonnumquam, se miserum, quod non suis, sed [a] suorum [b] comitum peccatis, & criminibus prematur. Trienniū prouinciam obtinuisti: gener electus adolescens vnum annum tecum fuit: sodales, viri fortes: legati tui primo anno te reliquerunt: vnus legatus P. Tadius, qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit: qui si semper vnà fuisset, tamen summa cura tum tuæ, tum multo etiam magis suæ famæ peperciſſet. Quid est, quòd tu alios accuses? quid est, quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum [c] aliquo posse? Numerantur illa LLS. [d] ducenta quinquaginta Syracusanis. ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum [e] reuertantur, tabulis vobis, & testibus, iudices, planum faciam. Ex hac iniquitate istius, & improbitate, iudices, quòd præda ex illis bonis ad multos Syracusanos, inuito populo, senatúq. Syracusano, venerat, illaſ scelera per Theomnestum, & Æschrionem, & Dionysodorum, & Cleomenem inuitissima ciuitate facta sunt, primùm vt vrbs tota spoliaretur: qua de re alius mihi locus ad dicendum est constitutus: vt omnia signa iste per eos homines, quos nominauī, omne ebur ex ædibus sacris, omnes undique tabulis pictas, deorum denique simulacra, quæ vellet, auferret: deinde vt in curia Syracusis, quem locum illi buleuterium [g] vocant, honestissimo loco, & apud illos clarissimo, sub [h] illius ipsius M. Marcelli, (qui cùm Syracusanis locū eum eripere belli ac victoriæ lege posset, conseruauit, & reddidit, statuai ex ære factæ: ibi inauratam isti, & alteram filio statuam posuerint: vt, dū istius hominis memoria maneret, senatus Syracusanus sine lacrymis, & gemitu in curia esse non posset. Per eosdem istius iniuriarū, furtorū, vxorúmque socios, istius imperio Syracusis Marcelleā [k] tolluntur maximo gemitu, luctúque ciuitatis: quem illi diem festum cum recentibus beneficiis M [l]. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ [m] Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Mithridates in Asia, cùm eam prouinciam totam occupasset. Mucia [n] non sustulit, hostis, & hostis in ceteris rebus nimis ferus, & cimmanis, tamen honorem hominis, deorū religione consecratum, violare noluit: tu [o] Syracusanos vnum diem festum Marcellis impartiri P vetuisti, per quos illi adepti sunt, vt ceteros dies festos agere [q] possent. At verò præclarum diem illis repositi, Verrea vt agerent. & vt ad eum diem, quæ sacris, epulísque opus essent, in complures annos locarentur. Iam [r] in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Nam me dies, vox, latera deficiant, si hoc nunc vociferari velim, quàm miserum, indignúmque sit, istius nomine apud eos diem festum esse, qui sese istius opera fundibus extinctos esse arbitrentur. ô Verrea [s] præclara, quóquam [t] si accessisti, quò non attuleris recum istum diē! etenim quam tu domum, quam vrbem adisti, quod fanum denique, quod non euersum, atque extersum reliqueris? Quare appellentur sanè ista Verrea, quę non ex nomine, sed ex manibus [u], naturáque tua constitura esse videantur. Quam facilè serpat iniuria, & peccandi consuetudo: quàm non facilè repri-

a L. sed suorum peccatis
b al. suorum peccatis.*
c L. cum alter
d v. c. LLS. CCC.
e Pseudothyron vocat posticum ædium, auersas fores.*
f al. etiam illa scelera sunt, quæ per
g Buleuterium Glossis Cassiodori, curiæ ordo.*
g L. vbi ipsius ipsius M. Marc. (qui eum Syr. loc. quem eripp.
i L. statua est ex ære facta.
k Marcellea dies Festus ad honorem M. Marcelli à Syracusanis constitutus.*
l al. C. Marcelli Familiæ plures ex vno Claudio genere, Marcellorū, Pulchrorum Nonarum: vt ex Cornelio Scipiones, Sullæ, Cinnæ, Dolabellæ: ex Acmylio, Mamertini, Barbulæ, Paulli, Lepidi, Papi, Scauri.*
m Mucia dies Festus Quinctij, Scæuolæ qui summa innocentia Asiæ præfuit.*
o al. tu Syracusanis vnum diem festum.
p al. impertire noluisti.
q L. agitare posset.
r L. Sed iam in
s L. O Verrea præclara, si quoquo accessisti nō attuleris tecum ist d. P. E.
t al. quò quæso accessisti quo non al. quo quasi accessisti, quæso quò non al. quasi quoquà accesseris, quo nō al. quōnam accessisse.*
u al. moribus.

a al. ccc.*
b v. c. Stragulæ vestis.
c v. c. Mancipia.
d v. c. hydrias argenteas, pretiosas, vestem stragulā multorum, mancipia.
e v. c. data esse Verri.
f al. LLS. CCC. mendose.
g L. habuit dign.
h L. & iis, vbi prim.

reprimatur, videte iudices. ¶ *Bidis* oppidum est, tenue sanè, non longè à Syracusis. Huius [a] longè primus ciuitatis est *Epicrates* [b] quidam. Huic hereditas LLS. quingentorum millium venerat à muliere quadam propinqua, atque ita propinqua, vt [c] ea etiam si intestata esset mortua, Epicratē Bidinorū legibus heredē esse oporteret. Recens Syracusana erat illa res, quā antè demonstraui, de Heraclio Syracusano, qui bona non perdidisset, nisi ei venisset hereditas huic quoq. Epicrati venerat, vt dixi, hereditas. Cogitare cœperūt eius inimici, nihilominus eodē prætore hunc euerti bonis posse, quo Heraclius esset euersus. rē occultè instituūt: ad Verrē per eius interpretes deferunt. ita causa componitur, vt item palæstritæ Bidenses [d] peterent ab Epicrate hereditatem, quemadmodum palæstritæ Syracusani ab Heraclio petissent. Numquam vos prætorem tam palæstrium [e] vidistis. verùm ita palæstritas defendebat, vt ab illis ipse vnctior [f] discederet §. qui h statim cum [i] præsensisset, iubet cuidam suorum [k] amicorum numerari. LLS. LXXXI. Res occultari satis non posse [m] per quendam eorum, qui interfuerat, fit. Epicrates certior. Primò negligere, & contenere cœpit, quòd causa prorsus, quod dubitari [n] posset, nihil habebat. Deinde, cùm de Heraclio cogitaret, & istius libidinem nosset: commodissimum putauit esse de prouincia clàm abire: itáque fecit. profectus est Rhegium. Quod vbi auditum est, æstuare illi, qui dederant pecuniam. putare nihil agi posse, absente Epicrate. nam Heraclius tum affuerat, cùm primùm dati sunt iudices: de hoc, qui antè quàm in ius aditū esset, antè quàm denique mentio controuersiæ facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse homines. Rhegium proficiscuntur, Epicratem conueniunt: demonstrant id, quod ille sciebat, se LLS. LXXX. [o] dedisse: rogant eum, vt sibi id, quod ab ipsis abisset pecuniæ, curet: ab se se caueat, quemadmodum velit: de illa hereditate cum Epicrate neminem esse acturum. Epicrates homines multis verbis à [p] se malè acceptos dimisit: redeunt illi Rhegio Syracusas: queri cum multis, ita vt fit, incipiunt: se se LLS. LXXX. nūmūm frustra dedisse. res percrebruit: in ore, atq. sermone omnium cœpit esse. Verres refert illam suam Syracusanam: ait se velle de illis LLS. LXXX. cognoscere: aduocat multos. dicunt Bidini Volcorio se dedisse illud non addunt, iussu istius. Volcatium vocat. pecuniam referri imperat. Volcatius animo æquissimo nummos affert, qui [r] nihil amitteret: reddit inspectātibus multis: Bidini nummos auferūt. Dicet aliquis, Quid ergo in hoc Verrem reprehendis, qui non modò ipse fur non est, sed ne alium quidem passus est esse? attendite, iam intelligetis hanc pecuniam, *qua via modò visa est exire ab illo, eadem semita reuertisse*. Quid enim debuit prætor [s] fecisse, cum consilio re [t] cognita, cùm comperisset, suum comitem, iuris, decreti, iudicij corrumpendi causa, qua in re ipsius prætoris caput, existimatióque ageretur, pecuniam accepisse: Bidinos autem contrà prætoris famam, ac fortunas dedisse? non & in eum, qui accepisset, animaduertisse [u], & in eos, qui dedissent? Tu, qui institueras in eos animaduertere, qui perperā iudicassent, quod sæpe per imprudentiam fit: hoc pāteris impunè discedere, qui ob tuum decretum, ob tuum iudicium, pecuniam aut dandā, aut accipiendam putarant? Volcatius idem apud te postea fuit eques Rom. tanta accepta ignominia. Nam *quid est turpius ingenuo, quid minus libero dignum, quàm in conuentu maximo cogi à magistratu furtum reddere?* qui [a] si eo animo esset, quo non modò eques Ro. sed quiuis liber debet esse: adspicere te postea non potuisset: inimicus, hostis esset, tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruiisset, quàm suæ, qui quàm tibi amicus nō modò tū fuerit, quamdiu tecum in prouincia fuit, verùm etiā nūc sit, cum iam à ceteris amicis sis relictus, & tu intelligis, & nos existimare possumus. An hoc solum argumentum est, nihil isto imprudente factum, quòd Volcatius ei non succensuit? quod iste nec in Volcatium, nec in Bidinos animaduertit? Est magnum argumentum: verùm illud maximum, quòd illis ipsis Bidinis, quibus [c] iratus esse debuit, vt à quibus comperit, quòd iure agere cum Epicrate nihil possent, etiamsi adesset, idcirco suum decretum pecunia esse tētatum: his, inquam, ipsis non modò illam hereditatem, quæ Epicrati venerat: sed, vt in Heraclio Syracusano, item in hoc, paullo etiā atrociùs, q. Epicrates appellatus omnino non erat: bona patria, fortunásq. eius Bidinis tradidit. ostendit enim nouo modo, si quis quid ab absente peteret, se auditurum. Adeunt Bidini: petunt hereditatem: procuratores postulant, vt se ad leges suas reiiciat aut ex lege Rupilia dicamd scribi iubeat. Aduersarij non audebant cōtrà dicere: exitus nullus reperiebatur: insimulant hominē fraudādi causa discessisse: postulant, vt [e] bona possidere liceat. Debebat Epicrates vllum [f] nummū nemini. amici, si [g] quis quid peteret iudicio, secum agi passuros: iudicatū solui satisdaturos esse dicebant. Cùm omnia iudicia [h] frigerent: admonitu istius insimulare cœperunt, Epicratem litteras publicas corrupisse: à qua suspicione ille aberat plurimùm: actionem eius rei postulant. amici recusare, nequod nouum iudicium, nequa ipsius cognitio, illo absente, de existimatione eius constitueretur: & simul idem illud postulare non desistebant, vt se ad leges suas reiiceret. Iste amplam occasionē calumniæ nactus, vbi videt esse aliquid, quòd [i] amici absentem Epicratem nollent defendere: asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum. Cùm omnes perspicerent, ad istum non modò illos nummos, qui per simulationē ab isto exierant, reuertisse: sed multo etiā plureis eum postea nummos abstulisse: amici Epicratem defendere desistērūt. iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere, & sibi habere iussit. Ad illa LLS. [n] millia hereditaria accessit ipsius antiqua LLS. quindecies pecunia. Vtrum res ab initio ita ducta [k] est? an ad extremū ita perducta [l] est? an ita parua est pecunia: [m] an is homo Verres, vt hæc, quæ dixi, gratis facta esse videantur? Hic nunc de miseria siculorum, iudices, audite. & Heraclius ille Syracusanus, & hic Bidinus Epicrates, expulsi bonis omnibus, Romā venerunt. sordidati, [n] maxima barba, & capillo, Romæ per biennium propè fuerunt. Cum L. Metellus in prouinciam profectus est, tū isti bene cōmodati cū Metello vnà proficiscūtur. Metellus

a *al.* Hic longè pr.
b De rebus iudicatis in Epicratem Bidinum.*
c L. vt ea etiam intestata mortua.
d L. Bidini
P. CXX.
e id est quæstum faciētem ex palæstra. *Alij legunt* palæstritam.*
f id est ditior. locus est autem ex consuetudine palæstrarum quoties innuggebantur.*
g L. abiret.
h *al.* quæ vel quod.*
i quod præsens esset, iubet cuidam, &c. *manuscr.*
k *v. c.* eorum habens, suorum
l *v. c.* CCC.
m L. posset. *al.* posuit.
n *al.* dispuari.*
o *v. c.* CCC.
p *al.* malè à se
q L. refert illam suam rationem Syracusanam: *al.* refert illam suā rem Syracusanā.¶ *al.* refert se ad illā suam rationem Syracusanam.*
r L. quippe qui n.
P. II.
s *lib. vulg.* prætor, cum cons.
t *al.* cognita causa.
u *v. c.* animaduertisset

a *al.* qui quoquo animo est eo, quo non modo.*
b *v. c.* succensuit?
c *al.* quibus ipse iratus esse deb.
d Dies iudicium. Glossis Iuris cōtrouersiæ examinatio, iudicatio, lis, litigium, causa.
e L. bona possidere iubeat.
f *al.* nummum vllum
g L. si quis quid peteret, iudicium se passuros.
h L. consilia fr.
i L. in quo amici absentem Epicratem noll. *al.* quod amici absente Epicrate noll. & *ita v. c.*
k *al.* ducta est.
l *al.* perducta est
m *al.* pecunia
n Mos hic eorum qui in lucru addunt *l. 16. §. 27. l. 39 ff. de iniust. rupt. irrit.*

a *al.* simul advenit Syr.
b *lib. vulg.* rescindit.*
c L. nisi fiquid moueri loco non poterat.
d L. Quòd Heraclium restitui iusserat, ac non restituebatur: quisquis erat editus Senator Syr.
e *al.* vix restituebatur:
f *al.* editus.*
g *fort.* rescissa sunt.
h L. vt non tam suam prætúram gerere quàm istius retexere vid. *al.* vt non tam ipse prætúram.*
i L. laudationes
k L. fociorũ
l *vl.* de compromiso
m *al.* iudicasset.*
n L. in senatu esse loc.
o v. c. kalumniæ
p L. prætuisset. *al.* ostendisset. ‖ *al.* possedisset.*
q *fort.* hæsit, *vel* fuit
r quandiu iste in prouincia fuit H.

P. P.

simul[a] ac venit Syracusas, vtrumque resciditᵇ, & de Epicrate, & de Heraclio. In vtriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi[c] quod moueri loco non posset. Fecerat hęc egregiè primo aduentu Metellus, vt omneis istius iniurias, quas modò posset, rescinderet, & irritas faceret. Heraclium[d] restitui iusserat: non[e] restituebatur: quisque erat eductus[f] Senator Syracusanus ab Heraclio, duci iubebat. itaque permulti ducti sunt. Epicrates quidem continuò restitutus est. Alia iudicia Lilybæi, alia Agrigenti, alia Panormi restituta[g] sunt. Census, qui isto prætore sunt habiti, non seruatum se Metellus ostendebat: decumas, quas iste contra legem Hieroni cam vendiderat, sese venditurum Hieronica lege dixerat. Omnia erat Metelli eiusmodi, vt[h] toram istius prætúram retexere videretur. Sim ilatque ego in Siciliam veni, mutatus est. venerat ad eum illo biduo Letilius quidam, homo non alienus à litteris. itaque eo iste tabellario semper vsus est. Is epistolas complureis attulerat: in his vnam domo, quę totum immutarat hominem. repentè cœpit dicere, se omnia Verris causa velle: sibi cum eo amicitiam, cognationémq. esse. Mirabantur omnes, hoc ei tum denique in mentem venisse, posteaquàm tam multis cum factis, decretúsq. iugulasset. Erant qui putarent, Letilium legatum à Verre venisse, qui gratiam, amicitiam, cognationémq commemoraret. Ex illo tempore à ciuitatibus laudationem[i] petere: testeis nõ solùm deterrere verbis, sed etiam vi retinere cœpit. Quòd ego nisi meo aduentu illius conatus aliquantulùm repressissem, & apud Siculos non Metelli, sed Glabrionis litteris ac lege pugnassem: tam multos hue euocare nõ potuisset. Verùm quod institui dicere, miserias cognoscite Siculorum[k]. Heraclius ille, & Epicrates longè mihi obuiã cum suis omnib. processerunt, venienti Syracusas egerunt gratias, flentes: Romam decedere mecum cupierunt quòd erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire vellem, constitui cum hominibus, quo die mihi Messanæ præstò essent. Eò mihi nuntiũ miserunt, se à prætore retineri. quibus ego restimonium denuntiaui, quorum nomina edidi Metello: cupidissimi veniendi, maximis iniuriis affecti, adhuc non venerunt. Hoc iure sunt socij, vt iis ne deplorare quidem de suis incommodis liceat. Iam Heraclij Centuripini, optimi, nobilissimique adolescentis, testimonium audistis: à quo ILS. c. millia, per calumniam, malitiámq. petita sunt. Iste pœnis, compromissisq. interpositis, ILS. CCC. extorquenda curauit: quódque iudicium secúdum Heraclium de[l] compromissis factum erat, quòd eius Centuripinus inter duos viros iudicasset[m], ad irritum iussit esse: eúmq. iudicem falsum iudicasse iudicauit: in[n] senatu ne esset: locis, commodisque publicis vti vetuit. siquis eum pulsasset, edixit, sese iudium iniuriarum non daturum: quidquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte datutum, ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. Quæ istius auctoritas tantum valuit, vt neque illum pulsaret quisquam, cum Prætor in prouincia sua verbo permitteret, re hortaretur: neque quisquam ab eo quidquam peteret, cùm iste calumniæ[o] licentiam sua auctoritate dedisset P. ignominia autem illa grauis, tamdiu in illo homine fuit[q],

a L. vt hæc Heraclio p.
b L. in vnius istius ass.
c v. c. potestarem,
d Capitales res vocat iudicia publica: causas publicas.*
e *al.* millibus.*
f De rebus iudicatis in Sopatrũ Halicien sem.*
g Accensi ab acciendo dicti ministratores *Varr. 6. de lingua.* Alio sensu dicuntur, attributi decurionibus & centurionibus Nonio c. 12. *in accens.* Festo adcensi qui in locũ mortuorum missum subito subrogati. Glossis accensor ὑπηρέτης ἐπιτηρητὴς ἐπίλαρχος.*
h Trãsactor pro interprete mercatur: iudicioru hic sumitur* i L. & causæ suæ cõfidat: *fortasse.*
k *al.* eo absoluto malle acc. *al* ob salutem malle acc.
l *al.* Qui potest dubitari q. mi *hoc rerum quid f. est. facies? d. ibi? Ver. cod.*
m *lib. vulg.* qui Sacerdotis
n v. c. cum — est idem, *&c.*

quãdiu in prouincia mansit. Hoc iniecto metu iudiciis, nouo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia, nisi ad nutum istius iudicatam? Vtrùm id solùm videtur esse actum, quod est tamen actum, vt[a] Heraclio pecunia eriperetur? an etiam illud, in quo præda erat maxima, vt nomine iudiciorum, omnium bona, atque fortunæ in[b] istius vnius essent potestate? [c] Iam verò in rerum capitalium[d] quæstionibus quid ego vnamquamque rem colligam, & causam? ex multis similibus[e] ea summa, quæ maximè improbitate excellere videbuntur. *Sopater*[f] quidam fuit *Halicien sis*, homo domi suæ cum primis locuples, atque honestus. is ab inimicis suis apud C. Sacerdocem prætorem rei capitalis cùm accusatus esset, facilè eo iudicio est liberatus. huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem, cùm is Sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detulerunt. Res Sopatro facilis videbatur, & quòd erat innocẽs, & quòd Sacerdotis iudicium improbare istum aufurum non arbitrabatur. Citatur reus: causa agitur Syracusis: crimina tractantur ab accusatore ea, quæ erant antea non solùm defensione, verùm etiam iudicio dissoluta. Causam Sopatri defendebat Q. Minucius, eques R. in primis splendidus, atque honestus, vobísque, iudices, non ignotus, nihil erat in causa, quod metuendum, aut omnino quod dubitandum videretur. Interea istius libertus, & accensus[g] idem Timarchides, qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerum huiusmodi omnium transactor[h], & administer ad Sopatrum venit. monet hominem, ne nimis iudicio Sacerdotis, & i causæ confidat: accusatores, inimicósque eius habere in animo pecuniam prætori dare: prætorem tamen à[k] salute malle accipere: & simul male, si fieri posset, rem iudicatam non rescindere. Sopater, cùm hoc illi improuisum, atque inopinatum accidisset, commotus est sane: neque in præsentia, Timarchidi quid responderet, habuit, nisi, se consideraturum, quid sibi de ea re esset faciendum: & simul ostendit, se in summa difficultate esse nummaria. Post ad amicos retulit, qui cùm ei fuissent auctores redimendæ salutis, ad Timarchidem venit. exposuit suis difficultatibus, hominem ad LLS. LXXX. perducit: eámque ei pecuniam numerat. Posteaquam ad causam dicendam ventum est: tum verò sine metu, sine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebant. crimen nullum erat res iudicata: Verres nummos acceperat. Quis[l] posset dubitare, quídnã esset futurum? Res illo die non peroratur: dimittitur iudicium. iterum ad Sopatrum Timarchides venit, ait, accusatores eius multo maiorẽ pecun à prætori polliceri, quàm quãtam hic dedisset: proinde, si saperet, videret, quid[m] sibi esset faciendũ. Homo quamquam erat & Siculus, & reus, hoc est, & iure iniquo, & tempore aduerso: ferre tamẽ, atque audire diutius Timarchidẽ non potuit. Facite, inquit, quod vobis libet, daturus nõ sum amplius. idémque hoc amici eius, & defensoribus vidébatur: atq. eo etiã magis, quòd iste, quoquo modo se in ea quæstione præbebat, tamen in cõsilio habebat homines honestos è cõuentu Syracusano, qui[n] Sacerdoti quoque in cõsilio fuerant tum, cùm[o] esset idem hic Sopater absolutus. Hoc rationis habebãt, facere eos nullo modo posse, vt eodem crimine iisdem te-

restibus, Sopatrum condemnarent iidem homines, qui antea absoluissent. Itaque hac vna spe ad iudicium venitur, quò posteaquàm ventum est, cùm in cõsilium frequentes conuenissent iidem, qui solebant, & hac vna spe tota defensio Sopatri niteretur, consilij frequentia, & dignitate, & quòd erant, vt dixi, iidem, qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant: cognoscite hominis apertam, ac non modò non ratione: sed ne dissimulatione quidem tectam improbitatem, & audaciam: M. Petilium, equitem R. quem[a] habet in consilio, iubet operam dare, quòd rei priuatæ iudex esset. Petilius recusabat, quòd suos amicos, quos sibi in consilio esse vellet, ipse Verres retineret. Iste homo liberalis, negat se quemquam retinere eorum, qui Petilio vellent adesse. itaque discedunt omnes. nam ceteri quoque impetrant, ne retineantur: qui se velle dicebant alterutri eorum, qui tum illud iudicium habebant, adesse. Itaque iste solus cum sua cohorte nequissima relinquitur. Non dubitabat Minucius, qui Sopatrum defendebat, quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem illam quæsiturus non esset: cùm repente iubetur dicere. Respondet[c]. Ad quos? Ad me, inquit, si tibi idoneus videor, qui de homine Siculo, ac de Græculo iudicem. Idoneus es, inquit: sed pernellem adessent ij, qui affuerant antea, causamq. cognorant. Die, inquit, illi adesse non possunt. Nam hercule, inquit Q. Minucius, me quoq. Petilius, vt sibi in consilio adessem, rogauit. & simul à subselliis abire cœpit. Iste iratus, hominem verbis vehementioribus prosequitur, atque ei grauiùs etiam minari cœpit, quòd in se tantum crimen, inuidiámque conflarit[e]. Minucius, qui Syracusis sic negotiaretur, vt sui iuris, dignitatisq. meminisset: & qui sciret ita se in prouincia rem[f] augere oportere, vt nequid de libertate deperderet: homini quæ vita sunt, & quæ tempus illud tulit, & causa, respondit: causam sese, dimisso, atque ablegato consilio, defensurum negauit. itaque à subselliis discessit: idémq. hoc, præter Siculos, ceteri Sopatri amici, aduocatique fecerunt. Iste, quamquam est incredibili importunitate & audacia, tamen subitò solus destitutus pertimuit, & conturbatus est. Quid ageret, quò se verteret, nesciebat. Si dimisisset eo tempore quæstionem, post illis adhibitis, quos ablegarat, absolutum[g] iri Sopatrum videbat. sin autem hominem miserum, atque innocentem condemnasset, cùm ipse prætor sine consilio: reus autem sine patrono, atque aduocatis fuisset, iudiciúmque C. Sacerdotis rescidisset: inuidiam se sustinere non posse tantam arbitrabatur. Itaque æstuabat dubitatione: versabat se in vtramq. partem non solùm mente, verùm etiam corpore: vt omnes, qui aderant, intelligere possent in animo eius metum, cupiditatémque pugnare. Erat hominum cõuentus maximus, summum silẽtium, summa exspectatio, quònam esset eius cupiditas eruptura. crebrò[h] demittebat se accensus ad aurem Timarchides. Tum iste aliquando, Age i, dic, inquit. Sopatrus implorare hominum, atque deûm fidem, vt cum consilio cognosceret. Tum repente iste testeis citari iubet: dicit vnus & alter breuiter. nihil interrogatur. præco[k], dixisse pronuntiat. Iste, quasi metueret, ne

a L. quem P. h. habebat

b al. alterutri iudicum eorum, &c. non placet.

c al. Respõdet, abiisse iudices. Annon, inquit, tibi idoneus, &c.

d al. & Græculo

e L. conflaret,

f al. rem augere.

P. cxxiii.

g v. absolutum iri Sop.

h L. crebrò demittebat se ac. i al. Age, dic, inquit. Reuerare atque obsecrare, vt cum cons.

k Mox hic videtur fuisse dictis testimoniis, præco, pronunciaret, testes dixisse.

A Petilius, priuato illo iudicio transacto, aut dilato, cum ceteris in consilium reuerterentur, ita properans de sella exsiluit[a]: hominem innocentem, à C. Sacerdote absolutum, indicta causa, de sententia scribæ, medici, haruspicísque[b] condemnauit. Retinete, retinete hominem in ciuitate, iudices: parcite, & conseruate, vt sit qui nobiscum res iudicet: qui in senatu sine vlla cupiditate de bello & pace sententiam ferat[c]. Tametsi minus id B quidem nobis, minus populo Romano laborandum est, qualis iste in senatu sententia futura sit. Quę enim eius auctoritas erit? quando iste sententiam dicere audebit, aut poterit? quando autem homo tanta luxuria, atque desidia, nisi Februario demense, adspirabit in curiam? Verùm veniat sane: decernat bellum Cretensibus[e]: liberet[f] Byzantios[g], regem appellet Ptolemæum[h], quæ vult Hortensius, omnia dicat, & sentiat. minus hæc ad nos, C minus ad vitæ nostræ discrimen, minus ad fortunarum nostrarum periculum pertinent. Illud, illud est capitale, illud i formidolosum, illud optimè cuique metuendum, quòd iste, ex hoc iudicio si aliqua vi se eripuerit, in iudicibus sit necesse est: sententiam de capite ciuis Romani ferat: sit in eius exercitu signifer, qui imperium iudiciorum tenere vult. Hoc populus Romanus recusat, hoc ferre non potest: clamat, permittite vobis, vt, D si istis hominibus delectemini, si rex hoc genere splendorem ordini, atque ornamentum curiæ cõstituere velitis: habeatis sane vobiscum istum senatorem: istum etiam de vobis iudicem, si vultis habeat is: de se homines[m], si qui extra istum ordinem sunt, quibus *ne reiiciundi quidem amplius, quam trium iudicum, præclaræ leges Corneliæ faciunt* potestatem, hunc hominem tam crudelem, tam sceleratum, tam nefarium, nolunt iudicare. Etenim E si illud est flagitiosum (quod mihi omnium rerum turpissimum, maximéque nefarium videtur) ob[n] rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictã fidem, & religionẽ: quãtò illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, à quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare: vt ne prædonum quidem prætor in fide retinenda consuetudinem cõseruaret? Scelus est accipere ab reo: quanto magis ab accusatore? quãto etiam sceleratius F ab vtroque? Fidem cum proposuisses venalem in prouincia: valuit apud te plus is, qui pecuniam maiorem dedit. Concedo. forsitan aliquis aliquando eiusmodi quippiam fecerit. Cùm verò fidem, ac religionem tuam iam P. alteri addictam pecunia accepta habueris, pòst eandem aduersario[q] tradideris maiore pecunia: vtrumque falles? & trades cui voles? & ei, quem fefelleris, ne pecuniam quidẽ reddes? Quem mihi tu bulbum,[r] quem Stalenum, quod vnquam huiusmodi mon- G strum, aut prodigiũ audiuimus, aut vidimus, qui cũ reo transigat, post eum accusatore discidat? honestos homines, qui causam norint, ableget, consiliúmque[s] dimittat? ipse solus reum absoluatur, à quo pecuniam acceperit, condemnet, pecuniámque non reddat? Hunc H

a al. exsilit.

b al. haruspicis condemnat.

c al. dicat.*

d Legator exterarum gentium Februario mense auditrimos erat.*

e qui belli societatem cum piratis aduersus P. Rom. coierunt. *Plutarc. Pompeio.* hoc sup. tauit Metellus, vnde Creticus dictus. adde Liuij epitomen 99. 3. *Flor. 3. 4. Eutrop. 6. 5. Vell. 2. 7. Iustin.**

f Liberari dicuntur prouinciæ cum statuitur, vt suis legibus vtantur, neq. P. Romanis vectigales sint.*

g hi postea liberati à P. Clodio trib. pleb. *Orat. de prouinciis consularib.*

h hic Rex à senatu p. Romano appellari cupiebat.*

i *lib. 2. vig.* illud est formi.

k v. c. si ex ea gen spl.

l L. habeat sane vobis istum senatorem, istum etiam de vob. v. c. habeatis sane istum vobiscum senatorem, etiam de &c.

m al. homines qui extra?

n Lex Cornelia lata à Sylla, vt ne interficiẽdis iudicibus aut plus quàm tres iudices reiiciendi potestas esset.*

o *vide l. 1. ff. ad l. Iul. repetundar.**

p L. Iam ante alteri

q al. aduersariis

r al. Tubulum *atque ita post l. 2. dest. 1. sum emendat Gulielmius* 1. Verisim. 7. *vbi fatetur se ne scire quem dicat Cicero.*

s Atqui *scire potuit Balbum eundẽ Stalenum adiunxisse in eam rem duos iudices in Oppianici iudicio turpiter & auare versatos, eosque animo pronos legibus dedisse. Cum enim ab Oppianico pecuniam accepissent vt eum absoluerent, tamen postea condemnarunt. vt de Cicerone pro Cluentio.** t al. à consilióque dimittat? *& ita Fabricius.**

hominem in iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam senatoriam iudex obtinebit? hic de capite libero iudicabit? huic iudicialis tabella committetur? quam iste nō modò cera, verùm etiam sanguine, si visum erit, notabit. Quid enim horum se negat fecisse? illud videlicet vnum, quod necesse est, pecuniam accepisse. Quidni iste neget? At eques Romanus, qui Sopatrum defendit, qui omnibus eius consiliis, rebusque interfuit, Qu. Minucius iuratus dicit pecuniam datam: iuratus dicit Timarchidem dixisse, maiorem ab accusatoribus pecuniam dari. dicent[a] hoc Siculi omnes: dicent omnes Halicienses: dicet etiam prætextatus Sopatri filius, qui ab isto homine crudelissimo, patre innocentissimo, pecuniáq. patria priuatus est. Verùm, si de pecuniæ testibus planum facere non possem: illud negare posses, aut nūc negabis, te, consilio tuo dimisso, viris primariis, qui in consilio C[b]. Sacerdotis fuerant, tibíque esse solebant, remotis, de re iudicata iudicasse? téq. eum, quem C. Sacerdos, adhibito consilio, causa cognita, absoluisset, eundem, remoto consilio, causa incognita, cōdemnasse? cùm hæc cōfessus eris, quæ in foro palàm Syracusiis, in ore, atque oculis prouinciæ gesta sunt: negato sanè, si voles, pecuniam [c] accepisse: reperies, credo, aliquem, qui, cùm hæc, quæ palàm gesta sunt, videat, quærat quid tu occultè egeris: aut qui dubitet, vtrùm malit meis testibus, an tuis defensoribus credere. Dixi iam antea, iudices, me nō omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum: sed [d] electurum ea, quæ maximè excellerēt. ¶ Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis sæpe cōmemoratum: & eiusmodi, vt [e] in vno omnia maleficia inesse videantur. attendite [f] enim diligenter: inuenietis id facinus natum à cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum, atq. conclusum. *Sthenius* [g] est is, qui nobis assidet, Thermitanus, antea multis propter summā virtutem, summámq. nobilitatem, nunc, propter summam calamitatem, atque istius insignem iniuriam, omnibus notus. Huius hospitio Verres cùm esset vsus, & [h] cùm apud eum solum Thermis sæpe non fuisset modò, sed etiam habitasset: domo eius omnia abstulit, quæ paullo magis animum cuiuspiam, aut oculos possent cōmouere. Etenim Sthenius ab adolescentia paullo [i] studiosius hæc cōpargrat, supellectilem ex ære elegantiorem, & Deliacam [k], & Corinthiam: tabulas pictas: etiā argenti bene [l] facti, prouT Thermitani hominis facultates ferebant, satis. quæ, cùm esset in Asia adolescens, studiosè, vt dixi, comparabat[m], non tam suæ delectationis causa, quàm ad inuitationes, aduentúsque nostrorum hominum suorum amicorum, atque hospitum. Quæ postea quàm iste omnia abstulit, alia rogando [n], alia poscendo, alia sumendo: ferebat Sthenius, vt poterat. angebatur [o] tamen animi dolore necessario, quòd domum eius exornatam, atq. instructam, ferè iam iste rediderat nudam, atq. inanem. verumtamē dolorem suū neutri impertiebat: prætoris iniurias, tacitè: hospitis, placidè ferendas arbitrabatur. Interea cupiditate iste illa sua nota, atq. apud [p] omneis peruulgata, cùm signa quædā pulcherrima, atq. antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamauit: à

a. I. dicent hoc multi Siculi: dicent omn.

b L.C. Sacerdotis f.
c L. te pecuniam acc.
d *al* sed delecturum
e *al.* vt in hoc vno
f L. attendite diligenter inuenietis enim id f.
g De rebus iudicatis in Sthenium Thermitanū
h *lib. vulg.* & cùm apud eum non modò Thermis P. B. fæpe numerò fuisset, sed etiam hab.
i L. studiosius paullo hæc
k Vasa ex ære Deliaco & Corinthio.*
l L. affabrè facti,
m L. comparat.
n Rogatur gratia: poscitur imperio: sumitur, precario: *vnde* hæc tria paullo post contingit, Imperium, gratia, precarium.*
o tangebatur tamen ¶ *al.* angebatur animi dolore necessario Sic Plautus *Epidico.* Absurdè facis qui angas te animi. *Eadem fabula* exercitari animi, desipere mētis, sermonis falli dixit. *Qui irridum ensem* tangebatur. *hanc locutionem Ennianam & Virgilianam defendunt illo loco,* Nec solos tangit Atridas iste dolor, *& Lucretiana illa* tangitur ira.*
p L. apud omneis peruulgata,

A Sthenio petere cœpit, vt ad ea tollēda operā suā profiteretur, séque adiuuaret. Sthenius verò non solùm negauit, sed etiā ostendit id fieri nullo modo posse, vt signa antiquissima, monumēta P. Africani, ex oppido Thermitanorum incolumi illa ciuitate, imperióq. pop. R. tollerentur. Etenim, vt simul P. Africani quoque humanitatē, & æquitatem cognoscatis, oppidū Himerā Karthaginienses quondā ceperant: quod fuerat in primis Sicilię clarū, & ornatum. Scipio, qui hoc dignū populo Romano arbitraretur, bello confecto socios suа B per nostram victoriam recuperare [a]: Siculis omnibus, Karthagine capta, quæ potuit, restituenda curauit. Himera deleta, quos ciues belli calamitas reliquos fecerat, ij sese Thermis collocarant, in eiusdē agri finibus, neque longè ab oppido antiquo. Hi se patrum fortunam, ac dignitatē recuperare arbitrabantur, cùm illa maiorū ornamenta in eorū oppido, collocabantur. erant signa ex ære complura: C in [b] his mira pulchritudine ipsa Himera, in muliebrem figuram, habitúmque formata, [c] ex oppidi nomine, & fluminis. erat etiam Stesichori poetæ statua semilis, incutua, cum libro, summo, vt putant [d], artificio facta [e]: qui fuit Himeræ: sed & est & fuit tota [f] Græcia summo propter ingenium honore & nomine. Hæc iste ad insaniam concupierat. Etiam, quod pæne præterij, capella quædam est, ea [g] D quidem, vt etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scite facta, & venustè. Hæc, & alia Scipio non negligenter abiecerat, vt homo intelligens Verres auferre posset: sed Thermitanis restituerat nonh quo ipse hortos, aut suburbanum, aut locum omnino, vbi ea poneret, nullum haberet: sed i si domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur, sed eorum, ad quos cunque ipsius [k] morte venissent: nunc his locis posita E sunt, vt mihi semper Scipionis fore videantur, itáque dicantur. Hæc cùm iste posceret, ageretúrque ea res in senatu. Sthenius vehementissimè restitit: multáque, vt in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemorauit: Vrbem relinquere Thermitanis [l] esse honestius, quàm patri tolli ex vrbe monumenta maiorum spolia, hostium, beneficia clarissimi viri, indicia societatis populi R. atque amicitię. Commoti animi sunt omnium. repertus est nemo, quin mori diceret satius esse. Itaque hoc adhuc oppidum Verres inuēnit propè solum in orbe terrarum, vnde nihil eiusmodi rerum de publico per vim, nihil occultè, nihil imperio, nihil gratia, nihil[m] pretio posset auferre. Verumtamē hasce hu ius cupiditates exponam alio loco: nunc ad Sthenium reuertar. Itaque [n] iste vehementer Sthenio infensus, hospitium [o] ei renuntiat: domo eius emigrat, atque adeò exitiū iam ante migrarat. Eum autem inimicissimi Sthenij domum suam statim inuitat, vt animum eius in Sthenium inflammarent, emētiendo aliquid, & criminando. Hi autem erant inimici, Agathinus, homo nobilis, & Dorotheus, qui habebat in matrimonio Callidamam, Agathini eius filiam: de qua iste audierat. Itaque ad generum Agathini migrare maluit. Vna nox [p] intercesserat, cùm iste Dorotheum sic diligebat, vt diceres omnia inter eos esse cōmunia: Agathinū ita obseruabat, vt aliquem affinem, ac propinquum cōtemnere.

a *v. r.* restituerare.
b L. in his eximia p.
c *fort.* conformata,
d *al.* ponūt, *id est refert.**
e *al.* facta ab eo qui f.
f *al.* tota in Græc.
g *al.* ea quidem mire, vt etiam o.
P. B. h L. nō quòd
i L. sed quòd si d.
k L. illius morte
l *al.* Thermitanos
m *al.* nihil precario
n L. Iratus iste vehementer Sthenio, atque iccensus hosp.
o Renunciandi hospitij mos vetustus. Sic renunciabant amicitiam Tacit. 2. Sueton. Caligul. cap. 3.*
p qua cum eius vxore concubuit.*

P. CXXVII.

nere etiam signum illud Himeræ iam videbam, quòd eum multo magis figura, & lineamenta hospitæ delectabant. Itaque hortari homines cœpit, vt aliquid Sthenio periculi crearent, criminísque confingerent. Dicebant se illi nihil habere, quod dicerent. Tum ille his apertè ostendit, & confirmauit, eos, [a] in Stheni m quidquid vellent, [b] dicerent, simulátque ad se detulissent, probaturos. Ita illi non procrastinant: Stheniũ statim educũt, aiunt ab eo litteras publicas esse corruptas. Sthenius postulat vt [c] secum sui ciues agant de litteris publicis corruptis, eiúsque rei legibus Thermitanorum actio sit: cum senatus populúsque R. Thermitanis, quòd semper in amicitia, fidéque manssissent, vrbeis d, agros, legéque suas reddidisset: Publiúsque Rupilius postea leges ita Siculis ex S.C. de decem legatorũ sententia dedisset, *vt ciues inter se suis legibus agerent:* idémque hoc habuerit Verres ipse in edicto, vt de his omnibus causis se ad leges reiceret. Iste, homo omnium æquissimus, atque à [e] cupiditate omnium remotissimus, se cognitutum esse confirmat: paratum ad causam dicendam venire hora f octaua iubet. nõ erat obscurum, quid homo improbus, ac nefarius cogitaret. neq. enim ipse satis occultarat: nec mulier tacere poterat. Intellectum est id [g] ipsum agere, vt, cùm Sthenium sine vllo argumento, ac sine teste damnasset, tum homo nefarius de homine nobili, atq. ad ætatis, suóq. hospite, virgis supplicíũ crudelissime sumeret. Quod cùm esset perspicuum, de amicorum, hospitúmq. suorum sententia, Thermis Sthenius Romam profugit. hiemi, fluctibúsque sese committere maluit, quàm non istam communem Siculorũ tempestatem, calamitatémque vitare. Iste homo certus & diligens, ad [h] horã octauam præstò est. Sthenium citari iubet: quem postea quàm vidit non adesse, dolore ardere, atq. iracundia furere cœpit: Venerios [i] in domum Sthenij mittere: equites circum agros eius, villásque dimittere: itaque cùm [k] exspectat, quidnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discessit. Postridie manè descendit: Agathinum ad se vocat: iubet, eum de litteris publicis in absentem Sthenium dicere. Erat eiusmodi causa, vt ille ne sine aduersario quidem apud inimicum iudicem reperire posset, quid diceret. Itaque tantum verbo posuit, *Sacerdote prætore, Sthenium litteras publicas corrupisse.* Vix ille hoc dixerat, cùm iste pronuntiat, *Sthenium litteras publicas corrupisse videri:* & [l] hæc præterea addidit [m] homo Venerius [n], nouo modo, nullo exemplo, *ob* [o] *eam rem L.L.S P. quingentos Veneri Erycinæ de Stheny bona exacturum:* bonáque eius statim coepit vendere: & vendidisset, si tantulum moræ fuisset, quo minus ei pecunia illa numeraretur. Ea postea quàm numerata est, contentus hac iniquitate non fuit, palàm de sella ac tribunali pronuntiat, *Si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese eius nomen recepturum:* & simul, vt ad causam accederet, nominémque deferret, Agathinum, nouum affinem, atque hospitem, cœpit hortari. Tum ille clare, omnibus audientibus, sese id non esse facturum, neque se vsque eò Sthenio esse inimicum, vt eum rei capitalis affinem esse diceret. Hic tum repente Pacilius quidam, homo egens, & leuis, accedit. ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. Iste verò, & licere, & fieri solere, & se recepturum. itaque defertur. edicit statim, vt Kalendis Decembr, adsit Sthenius Syracusis. Hic, qui Romam venisset [a], satísque feliciter anni iam aduerso tempore nauigasset, omniáque habuisset æquiora, & placabiliora, quàm animum prætoris, atque hospitis, rem ad amicos suos detulit: quæ [b] vt erant acerba, atque indigna, sic videbantur omnibus. Itaque in senatu continuo Cn. Lentulus, & Lucullus [c] cos. faciunt mentionem, placere statui, si P.C. videretur, *Ne absentes homines in prouinciis rei fierent rerum capitalium.* causam Stheni totam, & istius crudelitatem, & iniquitatem senatum docent. Aderat in senatu Verres, pater istius, & fletus vnumquemque senatorem rogabat, vt filio suo parceret: neque tamen multum proficiebat. erat enim [d] summa voluntas senatus. Itaque sententiæ dicebantur, cùm Sthenius absens reus factus esset, de absente iudicium nullum fieri placere: &, siquod esset factum, id ratum esse non placere. Eo die transigi nihil potuit, quòd & id temporis erat, & ille pater istius, inuenerat homines, qui dicendo tempus consumerent [d]. Postea senex Verres defensores, atq. hospites omneis Sthenij conuenit: rogat eos, atque orat, ne oppugnent filium suum: de Sthenio ne laborent: confirmat his, cutaturum se esse, nequid ei per filium suum noceretur: se homines certos eius rei causa in Siciliam & terra, & mari missurum. & erat spatium dierum ferè triginta ante kalendas Decembr. quo [e] iste, vt Syracusis Sthenius adesset, edixerat. Commouentur amici Sthenij, sperant, fore, vt patris litteris, nuntiísque filius ab [f] incepto furore reuocetur. In senatu postea causa non agitur. Veniunt ad istum domestici nuntij: litteráque a patre afferunt ante Kalendas Decemb. cùm isti etiam tum de [g] Sthenio integra tota res esset [e]. eodémque ei tempore de eadem re litteræ complures à multis eius amicis, ac necessariis afferuntur. Hic iste, qui præ cupiditate, neque officij sui, neque periculi, neque pietatis, neque humanitatis rationem habuisset vmquam: neque in eo, quod monebatur, auctoritatẽ patris, nec in eo, quod rogabatur, voluntatem anteponendã putauit libidini suæ. Manè Kalendis Decembr. vt edixerat, Stheniũ citari iubet. Si abs te istam rem parens tuus alicuius amici rogatu, benignitate, aut ambitione inductus [h] petisset: grauissima tamen apud te voluntas patris esse debuisset. cùm verò abs tui capitis causa peteret, hominésque certos domo misisset, híque eo tempore ad te venissent, cùm [i] tibi in integro tota res esset, ne tum quidem te potuit, si non pietatis, at salutis tuæ ratio ad officiũ sanitatémque reducere? Citatk reum [l]. non respondet. citatur [m] accusatorem: (attendite [n], quæso, iudices: videte, quantopere istius amentiæ fortuna ipsa aduersata sit: & simul videte, qui Sthenij causam casus adiuuerit) citatus accusator, M. Pacilius, nescio quo casu non respondit: non affuit. Si præsens Sthenius reus esset factus: si manifesto in maleficio teneretur: tamen, cum accusator non adesset, Sthenium condẽnari nõ oporteret. Etenim, si [o] posset reus, absente accusatore, damnari, nõ ego à Vibone Veliã parnulo naufragio inter fugitiuorũ, ac prædonũ, ac tua tempestate

a L. cos. in Sthen. quidquid vellent simulatq. ad sedes prob.

b al. vellent simul atque &c.*

c L. vt cùm secum s.c. agdelit. p. corruptis: eiúsque rei, legibus Thermit. actio sit: senatusq. & populus Ro. Cher. &c.

d L. vrbem, & agros.

e L. ã cupiditate omni remot. v. c. non habent, omni, neque omnium

f L. hora VIII.

g L. id ipsum agere

a L. peruenisset,

b L. quæ vt erat acerba, atque ind. sic videbatur omn.

c L. Gellio COSS.

d Senatusconsultũ ne hæc vel illa die fieret cauti dicẽdo impedire solebat quippe senatusconsultum ante exortũ aut post occasum solis factũ ratum non erat.*

e L. quo die iste, vt Syr.

f L. ab illo furore reu. al. ab incepto reuocetur.*

g v. c. de Sthenio in integro tota res est.

h L. adducus

i L. cùm tibi integra r.

k Citabantur rei & accusatores è tribunali præconis voce 5. inde erat Plutarch. in Brato. ἀπὸ τῦ βήματος id est voce præconis Suetonius Tiber. cap. 11. Basilius oratione in Marigr. tuli Prudentius Martigenia P. B. Martial. 5. epigram. vel si is esset capitalis, tuba seu tubicine Plutarch. in Grac. elog.*

l Citari reũmes fuit l. in re ff. de publicul.*

m Citari quoq. accusatores mos fuit vt ex hac loco discimus vt & patronos & oratores 6. Quintil. 5.

n L. attendite, quæso, videte, q. & ita v. c.

o Vibo vrbs sita in agro Brutio.*

la veniſſent, quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit cum [a] periculo capitis ob eam cauſam, ne tu ex reis eximerere, ſi ego non affuiſſem ad diem. Quod [b] igitur erat in tuo iudicio optatiſſimum, me, cùm citatus eſſem, non adeſſe: cur [c] Sthenio non putaſti prodeſſe oportere, cùm eius accuſator non affuiſſet? Itaq; fecit, vt exitus principio ſimillimus reperiretur. quem abſentem reum fecerat, eum abſente [d] accuſatore condemnat. Nuntiabatur illi primis illis temporibus id, quod pater quoque ad eum pluribus verbis ſcripſerat: agitatam rem eſſe in ſenatu: etiam in cõcione tribunum plebis de cauſa Sthenij M. Palicanum [e] eſſe queſtum: poſtremò me ipſum apud collegium hoc tribunorum plebis, cùm eorum omnium edicto *non liceret quemquam Romæ eſſe, qui rei capitalis condemnatus eſſet*, egiſſe cauſam Sthenij: cùm rem ita expoſuiſſem, quemadmodum nunc apud vos, docuiſſémque hanc damnationem duci non oportere: tribunos [f] pleb. hoc ſtatuiſſe, ſdque [g] de omniũ ſententia pronuntiatũ eſſe, non videri Sthenium impediri edicto, quo minus ei liceret Romæ eſſe. cùm hæc ad iſtum afferrẽtur, timuit [h] aliquãdo, & cõmotus eſt. vertit ſtilũ in tabulis ſuis: quo facto cauſam omnẽ euertit ſuã. nihil enim ſibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratione poſſet. Nam ſi ita defenderet: *recipi nomen abſentis licere*: hoc fieri in [i] prouincia nulla lex vetat: mala, & improba defenſione, verùm aliqua tamen vti videretur. Poſtremò illo deperatiſſimo perfugio vti poſſet, ſe imprudentem feciſſe: exiſtimaſſe id licere, quãquam hæc perditiſſima defenſio eſt: tamen aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id, quod [k] erat, & facit, coram delatũ eſſe. Hic videte, in quot laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe vmquam expediret. Primùm ipſe in Sicilia ſæpe, & palàm de loco ſuperiore dixerat, & in ſermone multis demonſtrarat, licere nomen recipere abſentis: ſe exemplo feciſſe id, quod feciſſet. Hęc cum dixiſſet [m], priore actione & Sex. Pompeius Clorus dixit, de cuius virtute antea cõmemorauí & Cn. Pompeius Theodorus, homò & Cn. Pompeij, clariſſimi viri, iudicio, plurimis, maximíſque in rebus probatiſſimus, & omnium exiſtimatione ornatiſſimus, & Poſſides, Matro, Solentinus, homo ſumma nobilitate, exiſtimatione, virtute: & hac actione quàm voletis multi dicent, & qui ex iſto ipſo audierint, viri primarij noſtri ordinis: & alij, qui interfuerint, cùm abſentis nomen reciperetur. deinde Romæ, cùm ita eſſet acta in ſenatu, omneis iſtius amici: in his etiam pater eius, hoc defendebat licere fieri: ſæpe eſſe factum: iſtum [n], quod feciſſet, aliorum exemplo, inſtitutóque feciſſe. dicit præterea teſtimoniũ tota Sicilia: quæ in cõmunibus poſtulatis ciuitatũ omnium, conſulibus edidit, Rogare, atque orare patres conſcriptos, vt ſtatuerent, ne abſentium nomina reciperentur. Qua de re Cn. Lentulum, patronum Siciliæ, clariſſimum adoleſcentem, dicere audiſtis: Siculos cùm ſe cauſam, quę pro his ſibi in ſenatu agenda eſſet, docerent, de Sthenij calamitate queſtos eſſe: propterèque hanc iniuriam, quæ Sthenio facta eſſet, eos ſtatuiſſe, vt, quod dico poſtularetur. Quæ cùm ita eſſent, tantáne amentia præditus, atque audacia fuiſti, vt in re tam clara, tam teſtata, tam abs te ipſo peruulgata, tabulas publicas corrumpere auderet? At quemadmodum corrupiſti? nónne ita, vt, omnibus nobis racentibus ipſe te tuæ tabulæ condemnare poſſent? Quæſo, codicem circumferendum videtiſne totum hoc nomen, coràm vbi facit delatum, eſſe in litura? Quid fuit iſtic antea ſcriptum? quod a mendum iſta litura correxit? quid à nobis iudices, exſpectatis argumenta huius criminis? nihil dicimus: tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas, atque interſitas eſſe clamant. Ex iſtis etiam tu rebus effugere te poſſe confidis, cum te nos non opinione dubia, ſed tuis veſtigiis perſequamur, quæ tu in tabulis publicis expreſſa, ac recentia reliquiſti? Is mihi etiam Sthenium litteras publicas corrupiſſe, cauſa incognita, iudicauit [b], qui defendere non [c] potuit, ſe non ex [d] ipſius Sthenij nomine litteras publicas corrupiſſe? Videte porrò aliam dementiam: videte, vt, dum expedire ſeſe vult, induat. Cognitorem adſcribit Sthenio. Quem? cognatum aliquem, aut propinquum? non: Thermitanum aliquem, honeſtum hominem, ac nobilem? ne id quidem. At Siculum, in quo aliquis ſplendor, dignitáſque eſſet? minimè [e]. Quem [f] igitur? ciuem Romanum. Cui hoc probari poteſt? Cum eſſet Sthenius ciuitatis ſuæ nobiliſſimus, ampliſſima cognatione, plurimis amicitiis: cùm præterea tota Sicilia multum auctoritate, & gratia poſſet, inuenirę neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret? Hoc ſi probabitis: an ipſe ciuem Romanum maluit? cedò, cui Siculo, cùm is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus vnquam ſit. Omnium prætorum litteras, qui [h] antè fuerunt, profer, explica, ſi vnum inueneris: ego hoc tibi, quèadmodum in tabulis ſcriptum habes, ita geſtum eſſe concedam. At, credo, S. henius hoc ſibi amplum eſſe putauit, eligere è ciuium R. numero, ex amicorum, atque hoſpitum ſuorum copia, quem cognitorem daret, quem delegit? quis in tabulis ſcriptus eſt? C. Claudius C. filius, Palatina i. Non quæro, quis hic ſit Claudius, quàm ſplendidus, quàm honeſtus, quàm idoneus, propter cuius auctoritatem, & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum conſuetudine diſcederet, & ciuem Romanum cognitorem daret. nihil horum quæro. fortaſſe enim S. henius non ſplendorem hominis, ſed familiaritatem ſecutus eſt. Quid ſi omnium mortalium Sthenio nemo inimicitior, quàm hic C. Claudius, tum [k] ſemper, tum in his ipſis rebus, & temporibus fuit? ſi de litteris corruptis contrà venit? ſi contrà omni ratione pugnauit? vtrùm potiùs pro Sthenio inimicum cognitoré eſſe factũ, an te in Sthenij periculo, inimici eius nomine abſumi eſſe credemus? Ac, ne quis forte dubiret, cuiuſmodi totum ſit negotium: rametſi iãdudum omnibus iſtius improbitatẽ perſpicuam eſſe confido, tamen paullulum etiam attendi te. Videtis illum ſub criſpo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, vt ſibi ipſe peracutus eſſe videatur? qui tabulas tenet? qui ſcribit? qui monet? qui proximus eſt? is eſt C. Claudius, qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur: nunc obtinet eum locum, vt vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur, & qui ſe non Timarchidis, ſed ipſius Verris collegam, & ſocium eſſe

a *Fere*, cum periculo capitis coniuncta ob c.
b L. Quid igitur tibi erat in tuo
c L. Cur id Sthen.
d Accuſatore abſente damnare abſentem non licet.*
e *al.* Palikanum. Is autem Trib. plebis fuit, quo auctore Tribunitia poteſtas à Sulla populo adempta & per Cn. Pompeium Conſulem reſtituta
f v. c. X. TR. PL.
g *al.* idque omnium
h L. pertimuit aliq.
i Abſentis nomen recipere non licuit. hoc eſt, abſente damnare *l. 1. & paſſim. ff. ne requiratur vel abſente damnatus l. abſentem. ff. de pœnis.**
k *hæc verba* quod erat & facit *malè huic loco inſerta eſſe puto.**
l cum abſens delatus eſſet.*
m i. dixiſſe.*
P. B.
n v. c. iſte quod fec.

a *al.* quam mẽdam. Iſta denique litura correxer. Ita videtur ſcripſiſſe Cicero. Nonius enim *cap. 3. in Mendum docet, Mendam* fœminiñe vſurpari in Verrinis.
b Quod mendoſa inquit, denique litera, *corrupte*, cum ſit legendum. Quam mendam denique litura correxit.*
b *al.* iudicabit,
c *al.* non potuerit,
d L. in ipſius Sth.
P. CXXX.
e *al.* neminẽ
f *al.* Quid igitur?
g L. Hoc probabis? *al.* His probatis? iudicib. perſuadebis.*
h L. qui ante te ſ.
i *ſubaudi* tribui.
k L. cùm ſemp.
l Contra venire in iudiciis frequẽs & vſitata formula de qua Philippic. 2. & pro Roſcio.*

a 1. Dubitate etiã nunc, si potestis, quin cũ, &c. arbitraretur. ‖ *ita paulò infra 3. Ver.**

esse dicebat. Dubitare[a] etiamnum potestis, quin eum iste potissimùm ex omni numero delegerit, cui improbam falsi cognitoris personam imponeret, quem & huic inimicissimum, & sibi amicum esse arbitraretur? Hic vos dubitatis, iudices, tantã istius audaciam, tantam crudelitatem, tãtam iniuriam vindicare? dubitatis exemplum iudicum illorum sequi, qui damnato Cn. Dolabella, damnationem[b] Philodami Opuntij rescinderunt, quòd is non absens reus factus esset: quæ res iniquissima, & acerbissima est: sed, cùm ei legatio Romã à suis ciuibus esset data? Quod illi iudices multo in leuiore causa statuerunt, ęquitatem secuti: vos id statuere in grauissima causa, præsertim[c] aliorum auctoritate iam confirmatum, dubitabitis? At quem hominem, C. Verres, tanta, tam insigni iniuria affecistiꝺ? cuius absentis nomen recepisti? quem absentem non modò sine crimine, & sine teste, verùm etiam sine accusatore damnasti? Quem hominem? dij immortales! non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum est: non hospitem[e], quod sanctissimum est: nihil enim minus libenter de Sthenio commemoro: nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, inuenio, nisi quòd homo frugalissimus, atque integerrimus, te, hominem plenum stupri, flagitij, sceleris, domũ suam inuitauit: nisi quòd, qui C. Marij, Cn. Pompeij, C. Marcelli, L. Isennę, tuiꝺ sensoris, cęterorum virorum fortissimorũ hospes fuisset, atque esset, ad eum numerum clarissimorũ hominũ tuum quoque nomen adscriptum. Quare de hospitio violato, & de isto tuo nefario sce re nihil queror: hoc dico, non iis, qui Sthenium norunt, hoc est, nemini eorum, qui in Sicilia fuerũt: nemo enim ignorat, quo hic in ciuitate sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate, atq. existimatione fuerit: sed, vt illi quoque, qui in ea prouincia nõ fuerũt, intelligere possint, in quo homine tu statueris exemplum eiusmodi, quod tũ propter iniquitatem rei, tũ etiã propter hominis dignitatem, acerbum omnibus, atque intolerandũ videretur. Estne Sthenius is, qui omneis honores domi suę facillimè cùm adeptus esset, amplissimè, ac magnificentissimè gessit? qui oppidũ non maximum, maximis ex pecunia sua locis cõmunibus, monumẽtisque decorauit? cuius de meritis in rempublicam Thermitanorũ, Siculósque vniuersos, fuit ænea tabula fixa Thermis in curia? in qua publicè erat de huius beneficiis scriptũ, & incisum? quæ tabula tum imperio tuo reuulsa, nunc à me tamẽ reportata[g] est: vt omnes huius honores inter suos, & amplitudinẽ possent cognoscere. Est ne hic, qui apud Cn. Pompeiũ, clarissimũ virũ, cùm accusatus esset, quòd propter C. Marij familiaritatẽ, & hospitium, contra remp. sensisse eũ inimici, & accusatores eius dicerẽt[h], quòd tum magis inuidioso crimine, quàm vero arcesseretur: ita à Cn. Pompeio absolutus est: vt in eo ipso iudicio Pompeius hunc hospitio suo dignissimũ statuerit? ita porrò laudatus defensúsque ab omnibus Siculis, vt idem Pompeius nõ ab homine solùm, sed etiam à prouincia tota se huius absolutione inire gratiã arbitrareturꝰ postremò estne hic, qui &cani mũ in remp. habuit eiusmodi, & tantum auctoritate apud suos ciueis potuit, vt perficeret in Sicilia solus, te prætore, quod nõ modò Siculus nemo, sed ne Sicilia quidẽ tota potuisset: vt ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres, cũ præsertim essent multa præclara, & tu omnia cõcupisses? Denique nunc vide, quid inter te, cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur, & præclara illa Verrea[a] celebrantur, cui statuæ Romæ stant inauratæ, à[b] cõmuni Sicilia, quemadmodum inscriptũ videmus, datæ: vide, inquam, quid inter te, & hunc Siculum, qui abs te est, patrono[c] Siciliæ, condemnatus, interfuit. Hunc ciuitates ex Sicilia permultæ, testimonio suo, legationibúsq. ob eam rem missis, publicè laudant: te omniũ Siculorum patronũ, vna Mamertina ciuitas, socia furtorũ, ac flagitiorum tuorũ, publicè laudat: ita tamẽ, nouo more, vt legati lædant: legatio laudet: cæteræ quidẽ ciuitates publicè litteris, legationibus, testimoniis accusant, queruntur, argũtur: si tu absolutus sis, fundit[e] euersas se esse arbitrãtur. Hoc de homine, ac de huius bonis etiam in[d] Eryco monte monumentum tuorum flagitiorũ, crudelitatísque positum est: in quo Sthenij Thermitani nomen adscriptum est. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. Quid tandẽ habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potissimùm Sthenianum præmiũ poneretur: vtrùm hoc signum cupiditatis tuæ, an[e] tropæum necessitudinis, atque hospitij, an amoris indicium esse voluisti? Faciunt hoc homines, quos in summa nequitia non solùm libido & voluptas, verùm etiam ipsius nequitiæ fama delectat, vt multis in locis notas ac vestigia scelerum suorũ reliquisse videantur. Ardebat amore illius hospitæ, propterquã hospitij iura violarat. Hoc nõ solùm sciri tum, verùm etiam commemorari semper volebat. itaque ex illa ipsa re, quam, accusante Agathino, gesserat, Veneri potissimùm deberi præmium statuit, quæ illã totam accusationẽ, iudiciúmque cõflarat. Putarẽ ne gratum in deos, si hoc donũ Veneri nõ de Sthenij bonis dedisses, sed de tuis: quod facere de buisti, præsertim cùm tibi illo ipso anno à Chelidone venisset hereditas. Hîc ego, si hãc causam non omnium Siculorum rogatu recepissem: si hoc à me muneris nõ vniuersa prouincia poposcisset: si me animus, atque amor in remp. existimatióque offensa nostri ordinis, ac iudiciorum non hoc facere coegisset: atque hæc vna causa fuisset, quòd amicum, atque hospitem meum Sthenium, quem ego in quæstura mea singulariter dilexissem, de quo optimè existimassem, quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum, cupidissimúmque cognossem, tam crudeliter, scelerate, nefariéque tractatasses: tamen dignane[g] causa esset, cur inimicitias hominis improbissimi susciperem, vt hospitis salutem fortunásque defenderem. fecerunt hoc multi apud maiores nostros: fecit etiam nuper homo clarissimus, Cn. Domitius[h], qui M. Silanum[i], consularem virum, accusauit propter Egritomariktransalpini hospitis iniurias. Futarem me idoneũ, qui exemplũ sequerer humanitatis, atq. officij, proponerémque spẽ meis hospitibus ac necessariis, quo tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrarentur. Cùm verò in communibus iniuriis totius prouinciæ, Sthenij quoque causa contineatur, multíque vno tempore à me hospites, atq. amici

a Verrea fines festus tu honorẽ Verris: vt S. Marcellea & Mucia sin honorem Marcelli & Mucij Scæuo x.*

b L. L. à cõmuni Siciliæ ‖ *Sic alibi: ô mune Miliadum.**

c Ironiæ*

d L. in Eryce

e *lib. vulg.* antropæum

P. CXXXII. f L. ac vestigia flagitiorum suorum

g L. digna causa videretur, cur inimicitias

h hic Cn. Domicius cum M. Silano & Q. Curtio præfectus monetæ cudendæ* ‖ *vide Diuinat. 3.** i *al.* Accerito

k *al.* Inuitat. fit etiam mẽtio in fragmentis orationis*

publicè,priuatímque defendantur: profectò vereri non debeo,ne quis hoc,quod facio,nõ existimet me summi officij ratione impulsum,coactúmque suscepisse. Atque vt aliquã do de rebus ab isto cognitis,iudicatísque, & de iudiciis datis dicere desistamus:&,quoniã facta istius in his generibus infinita sunt,nos modum aliquem,& finẽ orationi nostræ,criminibúsq. faciamus:pauca ex aliis generibus sumemus. ¶ Audistis[a] ob ius dicundũ [b]Qu.[c] Mario in dicere,procuratores suos isti cẽtum & triginta millia nummũm dedisse:memini stis Q.[d]Varij testimoniũ, rémque hãc totam C.Sacerdotis,hominisornatissimi,testimonio comprobari,scitis, Cn.Sertium, M.Modium, equites R.sexcentos præterea ciueis R.multósque Siculos,dixisse[e],se isti pecuniã ob ius dicundum dedisse.de quo crimine quid ego disputem,cùm[f] id totum positum sit in testibus:quid porrò argumẽter,qua de re dubitare nemo possit? An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit, qui Romæ totum edictũ, atque omnia decreta vendiderit? quin[g] is ab Siculis ob decreta interponenda pecuniã ac ceperit,qui M.Octauium Ligurem[h] ob ius dicundum poposcerit? Quod k enim præterea genus pecuniæ cogẽdæ præteriit?quod nõ ab omnibus aliis præteritum, excogitauit?eequa res apud ciuitates Siculas expetitur, in qua aut honos aliquis sit,aut potestas,aut procuratio,quin eam rem tu ad tuum quæstũ, nũdinationémque hominũ traduxeris?Dicta sunt priore actione & priuatim, & publicè testimonia:legati Centuripini,Halesini,Catinenses,Panormitaníque dixerunt,multarum præterea ciuitatum:iam verò priuatim plurimi: quorum ex testimoniis cognoscere potuistis, tota Sicilia per trienniũ neminem vlla in ciuitate senatoré l factum esse gratis:neminẽ, vt leges eorum sunt,suffragiis:neminem,nisi istius imperio,aut litteris:atque his omnibus senatoribus cooptandis, non modò suffragia nulla fuisse,sed ne genera quidẽ spectata esse,ex quibus in eum ordinẽ cooptari liceret: neque census,neque ætatis, neq.ceteta Siculorum iura valuisse. quicunque senator voluerit fieri,quamuis puer,quamuis indignus, quamuis ex eo loco,ex quo non liceret:si[m] is pretio apud istũ fieret idoneus[n] vt vinceret, factum esse semper: nõ modò Siculorũ nihil in hac re valuisse leges,sed ne ab senatu quidem,populóque Ro.datas. *Quas*[o] *enim leges sociis,amicísque dat*[u]*, qui habet imperium à populo Ro.auctoritatem legum dandarum à senatu: hæ debent & populi R. & senatus existimari.* Halesini pro multis & magnis suis,maiorúmque suorũ in remp.nostrã meritis,atq. beneficiis, suo iure nuper, L.Licinio,Qu.Mucio coss. cùm haberẽt inter se cõtrouersias de senatu cooptãdo,legesPab senatu nostro petiuerũt. Decreuit Senatus honorifico S. C. vt his C. Claudius,Appij filius,Pulcher,prætor,dẽ senatu cooptãdo leges cõscriberet.C.Claudius, adhibitis omnibus Marcellis[r], qui tũ erãt,de eorum sententia leges Halesinis dedit:in quibus multa sanxit *de ætate hominum, ne*[s] *quis minor triginta annis natu: de quæstu*[t]*, quem qui fecisset, ne legeretur: de censu*[u]*, de cæteris rebus.* quæ omnia ante istum pretorem,& nostrorũ magistratuum auctoritate,&Halesinorũ sum ma voluntate valuerunt.ab isto & præco,qui voluit,istum ordinem pretio mercatus est:& pueri annorũ senũm, septenúmque denũm, senatorium nomen nundinati sunt: &,quod Halesini, antiquissimi & fidelissimi socij, atque amici Romæ impetrarant vt apud se ne suffragiis quidẽ fieri liceret,id pretio,vt fieri posset,effecit.Agrigẽtini[a] de senatu cooptãdo Scipionis leges antiquas habẽt. in quibus &eadẽ illa sancta[b] sunt,& hoc amplius : cũ Agrigentinorũ duo genera sint, vnum veterum[c],alterũ colonorum, quos T. [d] Manlius prætor ex S.C. de oppidis Siculorum deduxit Agrigentũ: cautũ est in Scipionis legibus, *ne plures essent in senatu ex colonorum numero, quã ex*[e] *vetere Agrigentinorũ.* Iste,qui omnia iuta pretio exæquasset, omniúmq. rerũ delectũ[f], atq. discrimen pecunia sustulisset: nõ modò illa,quæ erant ætatis,ordinis, quæstúq. permiscuit : sed etiam in his duobus generibus, ciuium nouorum,veterúmq. delectũ[g] ordinémque turbauit. Nam,cùm esset ex veterũ numero quidam[h] senator demortuus, & cũ ex vtroq. genere par numerus reliquus esset veterem coopiari necesse erat legibus,vt his amplius numerus esset.Quæ cũ ita se res haberet:tamen ad istum venerunt emtũ locum illum senatorium non solũ veteres, sed etiã noui. sit vt pretio nouus vincat, literásque à prætore auferat. Agrigentini ad istũ legatos mittunt,qui eum leges doceant,consuetudinémque omnium annorum demonstrent: vt iste intelligeret,ei se illum locum vẽdidisse, cuik ne commercium l quidẽ esse oporteret, quorum oratione iste,cum pretium iam accepisset,ne tãtulum quidem commotus est.Idẽ fecit Heracleæ nam eò quoque colonos P. Rupilius deduxit: legésq. similes d cooptãdo senatu,ac de numero veterũ,ac nouorum dedit.Ibi non solũ iste,vt apud cæteros,pecuniam accepit: sed etiam genera veterũ,ac nouorũ,numerúmque permiscuit.Nolite expectare, dum omneis obeam oratione mea ciuitates.hoc vno complector crimine omnia: neminem isto pretore senatoré fieri potuisse,nisi qui isti pecuniam dedisset. ¶ Hoc idẽ transfero in magistratus, curationes, *sacerdotia*[m]:quibus in rebus non solùm hominũ iura,sed etiam deorum religiones immortaliũ omneis repudiauit.Syracusis lex[n] est de religione, quæ *in annos singulos Iouis sacerdotem sorte ito capi* iubeat : quod apud illos amplissimum sacerdotiũ putatur. Cùm suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt,res reuocatur ad sortem. Perficeretur[o] iste imperio, vt pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur.in sorte, cui imperari non poterat,exspectabant homines,quid ille[p] acturus esset.homo,id quod erat facillimum, primò vetat sortiri : iubet extra sortẽ Theomnastũ renuntiari.negãt id Syracusani per[q] religiones sacrorũ vllo modo fieri posse : fas denique negant esse.iubet ille sibi legẽ recitari[r].recitatur: in qua scriptum erat, vt quot essent renuntiati,tot in hydriam sortes conicerentur:cuius nomen exisset,vt is haberet id sacerdotium. Iste[s],homo ingeniosus, & peracutus, Optimè,inquit,nempe scriptũ ita est,quot renunciati erunt.quot ergo,inquit) sunt renuntiati?respondent,tres. Nũquid igitur oportet,nisi treis sorteis cõlici, vnã educi?nihil.Cõlici iubet treis, in[u] quibus scriptũ esset nomen Theomnasti. Fit clamor maximus,cùm

P. E.

a *al.*Agragantini.*

b *al.* sanctã sunt

c Ciuium,alij veteres,alij coloni,seu noui.*

d L. L.Manlius.

e L.ex veterum Arg.

f L. dilectũ, atque discr.

g *lib. vulg.* delectum

h L. quispiã sen.

i L. vt is amplior n.

k *fort.* cui ne commercium quidem eius esse op.

l Commercium est emẽdi vendendique inuicem ius. *Vlpian. in fragmentis tit. 19. §. 5.* paret tamen interdum latius id nomen l. 1. *& toto tit.* P. CXXXII II. *C. de commerciis.**

m De venditis sacerdotiis.*

n Lex Syracusana de Ioui sacerdotio in annos singulos sortito capienda.*

o *fort.* Perficeret iste imperio, pro f. v. Theomn. *al.* Perf. iste imp. vt popularis suffr. Th.

p L. quidnã factuus est.

q *al.*per religionem

r *lib. vulg.* legi.

s v.c. cuium nomen

t *lib.vulg.* habent, iste

u L.in quibus omnibus.

a DE VENALI IVRISDICTIONE & HONORIBVS VENDITIS.*

b *al.* dicendũ

c *al.*Q. valerium

d *al.*Q. Valerij

e *lib.vulg.* dixisse isti pecuniã.

f *lib.vulg.* cũ totum posit.

g *lib. vulg.*& quin ab S.

h L.pecunias ceperit,

i L. Ligurem pecuniam ob ius d. pop.

k L.Quodenim iste præterea &c. *& ita v.c.*

l De venditis senatorij honoribus.* P.CXXXIII. m L.si is prætio apud istũ fieret idoneus factum esse s. *al.*si is prætio apud istũ vt fieret idoneus, vinceret factum esse s. *al.*idoneos. ita Guillelmus interpretatur t. *Veris.*?*

o Legum amicis & socijs dandarum potestas, plerũque dabatur magistratib. P. Romani.* p leges petere à senatu, socijs & amicis p. Romani mos fuit* q leges de senatu cooptã do.* r Patroni Siciliæ erant.* s Senatores hoc ætatis anno Romæ lecti. *adde Ciceronem pro lege Manilia** t Quæstus Romæ senatorij vetitus. *adde Ciceronẽ paradox.** u Census senatorius 800000. sestertium hoc est 24000 aureorum.

mus, cùm id vniuersis indignum, atque nefarium videretur. Ita Iouis illud sacerdotiũ amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur. Cephaledi [a] mensis est certus, quo mẽse sacerdotẽ maximũ creari [b] oporteat. Erat eius honoris cupidus Athenio quidã, Climachias cognomine, homo sanè locuples, & domi nobilis: sed is fieri nullo modo poterat, si Herodotus quidã adesset. ei locus ille, atque honos in illum annũ ita deberi putabatur, vt ne Climachias quidẽ cõtrà diceret, res ad istũ defertur, & isti [c] more deciditur. toreumata [d] sanè nota, ac pretiosa auferuntur. Herodotus Romæ erat: satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. Iste ne aut alio mense, âc fas erat, comitia haberentur, aut Herodoto præsenti honos adimeretur, id quod iste non laborabat, Climachias minimè volebat, excogitat (dixi iamdudum: nõ est homo acutior quisquam, nec fuit) excogitat, inquam, quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adesse posset. Est consuetudo Siculorum, ceterorúmq. Græcorũ, quòd suos dies, mensésq. congruere volunt cum solis lunæque ratione vt nõnunquam, si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum, biduum ex mense: quos illi ἐξαιρεσίμους [e] dies nominãt: item nonnunquam vno die longiorẽ mensem faciunt, aut biduo. Quę fiste cùm cognouisset, nouus astrologus, qui non tam cœli rationem, quàm cælati argenti ducerer, eximiũ iubet non diem ex mense, sed ex anno vnũ, dimidiatúmque mensem, hoc modo, vt, quo die, verbi causa, esse oporteret idus Ianuarias eo die Kalendas Martias proferiberet: itaq. fit, omnibus recusantibus, & implorantibus [k], dies is erat legitimus comitiis habendis. eo modo sacerdos Climachias renuntiatus est. Herodotus cùm Roma reuertitur, diebus, vt ipse putabat, quindecim ante comitia, offendit eũ mensem, qui cõsequitur mẽsem [m] comitialẽ, comitiis iam ab hinc triginta diebus habitis. Tũc Cephaleditani [n] decreuerũt intercalariũ XLV. [o] dies longũ. vt reliqui menses in suã rationẽ reuerterẽtur. Hoc si Romę fieri posset, certè aliqua ratione expugnasset: iste, vt [p] dies XLV. inter binos ludos tollerẽtur, per quos solos iudiciũ fieri posset. ¶ Iam verò censores [q] quemadmodũ in Sicilia isto prætore creati [r] sunt, operæ pretiũ est cognoscere. Ille enim est magistratus apud Siculos, qui diligẽtissimè mãdatur à populo, propter hãc causam, [s] omnes Siculi ex [t] censu quotannis tributa cõferunt: in [t] censu habẽdo potestas omnis æstimationis habẽdæ. summáq. faciendæ [u], censori [x] permittitur. Itaque eum populus, qui maximam fidem suarũ rerũ habeat, maxima cura deligit: & propter magnitudinem potestatis hic magistratus à populo summa ambitione contenditur. In ea re iste nihil obscurè facere voluit, non in sortitione fallere, neq. dies de fastis eximere. nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est: sed, vt studia, cupiditatésque honorũ, atque ambitiones ex omnibus ciuitatibus tolleret, quæ [y] res euertendæ [z] reip. causa solent esse, ostendit, sese in omnibus ciuitatibus cẽsores esse facturũ. Tãto mercatu prætoris indicto, cõcurritur vndiq. ad istũ Syracusas. flagrabat domus tota prætoria studio hominũ, & cupiditate: nec mirũ, omnibus comitiis tot ciuitatũ vnam in domum reuocatis, tantáque ambitione prouinciæ totius in vno cubiculo inclusa. Exquisitis palã pretiis, & licitationibus factis describebãt censores binos in singulas ciuitates Timarchides. Is suo labore, fuisque accessionibus [a], huius negotij atq. operis moleſtiam [b] consequebatur, vt ad istũ sine vlla sollicitudine, summa [c] pecunia referretur. Iã hic Timarchides quantam pecuniã fecerit, planè adhuc cognoscere nõ potuistis: veruntamen priore [d] actione, quã variè, quàm improbè prædatus esset, multorum [e] ex testimoniis cognouistis. Sed, ne mireminí, qua ratione is tantum apud istũ libertus potuerit: exponam vobis breuiter, quid [f] hominis sit: vt & istius nequitiani, qui illum secũ habuerit, eo præsertim numero, ac loco: & calamitatẽ prouinciæ cognoscatis. In mulierum corruptelis, & in omni ciusmodi luxuria, atq. nequitia mirandum in modũ reperiebam hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines, singularémque nequitiam natum, atque aptũ à fuisse: inuestigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiusmodi rebus, quãuis callidè, quamuis audacter, quamuis impudenter: eũdem mira quædam excogitare genera furandi. nam ipsum Verrem, tantùm semper auaritia inhiante [g], atque imminenti fuisse: ingenio & cogitatione nulla, vt quicquid sua sponte faciebat, item vt vos Romæ cognouistis, eripere potius, quàm fallere videretur. Hæc verò huius erat ars, & malitia mirãda, quod [i] acutissimè tota prouincia quidkeuiq. esset necesse, indagare [l] & odorari solebat: omnium [m] inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare: ex vtraque parte causas, volũtates perspicere, facultates & copias: quibus opus esset: metum afferre [n]: quibus expediret spem ostendere: accusatorum, & quadruplatorũ quicquid erat, habebat in potestate: quẽcuique negotij cõflari [o] volebat, nullo labore faciebat: istius omnia decreta, imperia, litteras peritissimè & callidissimè venditabat. Ac nõ solùm erat administer istius cupiditatũ: verùm etiã ipse sui memineratˢ æquè nõ solùm nummos, siqui isti exciderant, tollere solebat, ex quibus pecuniam maximã fecit: sed etiam voluptatum, flagitiorúmque istius ipse reliquias colligebat. Itaq. in Sicilia nõ Athenionẽ [q], qui nullum oppidũ cepit: sed Timarchidẽ fugitiuum [r] omnibus oppidis per triẽniũ scitote regnasse: in Timarchidis potestate sociorũ populi R. antiquissimorũ, atque amicissimorũ liberorũ, matresfamiliâs. bona, fortunásq. omneis fuisse. Is igitur, vt dico, Timarchides in omneis ciuitates, accepto pretio, censores dimisit. comitia, isto prætore, censorũ, ne simulandi quidẽ causa fuerunt. Iã hoc impudẽtissimè. palàm (licebat enim videlicet legibus) singulis censoribus deni arij [q] recenti [s] ad statuam prætoris imperati sunt. Censores CXXX. facti sunt. pecuniã illam ob censuram cõtra leges clã dederunt, ac [t] denariũ XXXIX [u] millia palã saluis legibus conuellerũt in statuam. Primùm quò tantam pecuniam [x] deinde quamobrem censores ad statuam tibi cõferebant: ordo aliquis, censorum [y] est collegium? genus aliquod hominum? nam [y] aut

a *al.* accessionib. ‖ Accessiones vocat, quod ad vnum quemque accederet honoris vendendi causa.*
b L. moleſtia conſeq.
c *al.* ſumma pecuniæ ref.
d *al.* in priore act.*
P. B.
e *al.* multorum teſtimoniis cogn.
f *al.* quæ natura ſit hominis illius.
g *al.* hianti. ‖ Metaphora à coruis aut vulturib. qui cadaueribus inhiant faucibus apertis.*
h *al.* Huius verò erat ars & m. *al.* Hæc verò huiuſmodi erat, ars & m. mir.
i *al.* quod acuratiſſimè tota pr.
k L. quid eſſi quæ acetdiſſet, quid eumque opus eſſet, indag. & odorari ſolebat: *quid. libri nisi habẽ* ſolebat.
l Metaphora à canib.*
m L. omnium aduerſ. rios, omniũ inim.
n *al.* offerre.
o L. conflare vol.*
p L. L. memineratne, ſolùm nummos. P. CXXXV.
q Athenio hic dux in Sicilia Drepanitanorum (qui à P. Romano deſtituerant) & Iugurthæ quibus ſe Regem appellari iuſſit. *Appianus Alexandrinus.**
r Athenioni conditione ſim lem.*
ſ *al.* CCC.
t *al.* hæc dẽ. u V. c. XXX. XIIII.
x Cenſorum coll. ginus fuit.*
y Cenſores ex quibus ordinibus creãrentur in prouinciis.

a V. c. Cephaledij. ‖ Eſt autem Cephalidium paruũ oppidum Siciliæ ad radices montis Neboti.
b V. c. Artemo*
c Toreumata opera torno facta.*
d *al.* tempori.
e ἐξαιρεσίμους vocant dies, quos ex mense eximunt.
f L. Quæ cùm iſte cognouiſſet, in quam mutationes ſuiſmodi dierum, horũ ſibi lucri cauſa, vel honoris cauſa, cuius rei exiſtat exẽplum apud Plutarchum in Demetrio.*
g V. c. luno die.
h L. proſcribi iuberet, itaque ne, omnib. recuſantibus & ploratibus. *al.* omnib. recuſantibus & improbantibus.
k *al.* ploratibus. *al.* improbatibus.*
l *lib. vulg.* officuit cum meniſem cõmitialem, comitiis, &c.
m Menſis comitialis, quo comitia habẽrentur. aliàs dies comitiales quibus ſic agitur, & cum populo quod vltimum faſtis nõ licet, *Macrob. l. Saturnal* 16.*
n L. Cephaleditani fecerunt int.
o L. XXIV.
p L. vt dies XXXV. P. CXXXV.
q De vendit. Cenſoriis honoribus.
r L. creati ſunt.*
ſ Tributa ex cenſu conferebant. *vide l. 4. ff. de cenſibus.**
t *ſert.* in cenſu autem habendo.
u L. faciundæ.
x qui & cẽſitor. *l. 4. §. 1. ff. de cenſibus.*
y L. quæ res euertendæ reip. ſolent eſſe. ‖ Reipublicæ euertendæ eſſe *nihil aliud hic quàm* ad euertendam Rempublicam valere *ſic Livius* 40. cùm animaduertiſſet pleraque diſſoluendarum religionum eſſe, *id eſt ad diſſoluendam religionem.** 2 *al.* euertendæ.

publicè ciuitate istos honores habent: aut generatim homines, vt aratores, vt mercatores, vt nauicularij. Censores quidem qui magis, quàm ædiles? ob beneficium? Ergo hoc fatebere, abs te hęc petita esse: nam erepta nō audebis dicere: te eos magistratus nullo modo

a t. hoc cùm beneficij non reip. causa permisisse? Hoc [a] autē cùm tute fatebere, quisquā dubitabit, quin tu istam apud populos prouinciæ istius inuidiam atque offensionē, non ambitionis, neque beneficiorū collocandorum, sed pecunię

b *lib. vulg.* Itaque censores fecer. conciliandæ causa susceperis? Itaq. [b] illi censores fecerūt idem, quod in nostra republica solēt ij, qui per largitionē magistratus adepti sunt: dederunt operam, vt ita potestatem gererēt, vt illam lacunā rei familiaris explerēt. Sic census habitus est, te prærore, vt eo censu nullius ciuitatis respublica posset administrari. nam locupletissimi cuiusq. census [c] extenuarant, tenuissimi auxerant [d]. Itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur, vt, etiā si homines tacerent, res ipsa illum cēsum repudiaret: id quod intelligi facillimè re ipsa potest. nā L. Metellus, qui, posteaquàm ego inquirēdi causa in Siciliam veni, repentè Letilij aduentu, istius non modò amicus, verum etiam cognatus factus est: is, quòd videbat istius censum [e] stare nullo modo posse, eum censum obseruari iussit, qui viro fortissimo, atque innocentissimo Sex. [f] Peducæo prętore habitus esset. erant enim tum censores legib[9] facti, delecti [g] à suis ciuitatibus: quibus, si quid commisissent, pœnæ legibus erant constitutæ. Tę autem prætore, quàm censor aut legem metuerit [h], qua non teneba

c *al.* census. d *al.* istius cēsus stari. *al.* istius censu stari. Sic Cicero, pro Flacco re iud cata stari often dit placere. e. L. censum. d L. hauserant. *al.* te exhauserant.

P. B.

f *al.* Sex. Pæducęo g *al.* electi à suis c. h L. quis cēsor

tur, quoniam creatus lege non erat: aut animaduersionem tuam, cùm id, quod abs te emerat, vendidisset? Teneat iam sane meos testeis Metell[9]: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est: modò hæc faciat, quæ [k] fecit. Quis enim vnquam tanta à quoquam contumelia, quis tāta ignominia affectus est? Quinto [l] quoq. anno Sicilia tota cēsetur. censa prętore Peducæo. quinquennius annus cùm te prætore incidisset, censa denuo est. postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat: censores dicit de integro sibi creari placere: interea Peduceanū censum obseruari iubet. Hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tamen [m], si animo æquo, pudicia tulisset, inimici iudicium graue videretur. fecit amicus recens, & cognatus voluntarius. aliter enim, si prouinciam retinere, si saluus ipse in prouincia vellet esse, facere nō potuit. Exspectas etiā, quid hi iudicent? Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te afficisset, quàm cū ea, quę in magistratu gessisti, sustulit, atq. irrita iussit esse. Neque in hac re sola fuit eiusmodi sed, antequam ego in Siciliā veni, in maximis rebus, ac plurimis, nā & Heraclio Syracusano tuos illos palleſtri as bona restituere iussit, & Epicrati Bidinos, & pupillo Drepanitano A. Claudiū: & nisi maturè Letilius in Siciliā venisset cum litteris: minus xxx. diebus Metellus totam [n] triennij prætura rescidisset.

k L. quæ facit. l Cēsus quinto quoque anno in Sicilia agebatur. m *al.* tamen si animo. *al.* tametsi.* n L. totam tuam triennij. P. CXXXVII prætura recid. o De STATVIS quarū nomine vipetunia expresa à diuersis* p *al.* ad LLS. XX. LXI. tantum conficitur ex. q hoc est 30000 coronarum.

¶¶ Et, quoniā de ea pecunia, quam tibi ad statuam censores contulerunt, dixi: nō mihi prætermittendū videtur ne illud quidē genus pecunię cōciliatæ, quā tu à ciuitatib. statuarū[o] nomine coegisti. video enim, eius pecuniæ summā esse pergrandē: ad P LLS. CXX. millia [q]. tantum conficitur ex testimoniis, ac litteris ciuitatū: & iste hoc concedit, nec potest aliter dicere. Quare cuiusmodi putamus esse illa, quæ negat, cùm hæc tā improba sint, quæ fatetur? Quid [a] enim vis cōstituī? consum tam esse omnem istam pecuniam in statuis, Fac ita esse. tamen hoc ferendū nullo modo est, tantam ab sociis pecuniam auferri, vt omnibus in angiportis, prædonis improbissimi statuæ [b] ponātur, quā vix tutò trāsire [c] possē videamur. Verūm vbi tandem, aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumta est? Consumetur, inquies. Scilicet ēd exspectemus legitimū illud quinquenniū. si hoc interuallo nō consum. erit: tum denique nomē eius de repetūdis pecuniis statuarum nomine deferemus [e]. Reus est maximis, plurimisque criminibus in iudicium vocatus. LLS. [f] CXX. millia ex hoc vno genere capta vidēmus. si condēnatus eris: non, opinor, id ages, vt ista pecunia quinquennio cōsumatur in statuis. sin absolutus eris: quis erit tam amens, qui te ex tot, tantisque criminibus elapsum, post quinquēnium statuarum nomine accersat [g]? ita si neque adhuc cōsumta ista pecunia est, & est per spicuum non consumtū iri: licet iā intelligamus [h], inuentam esse rationem, quare [i] & iste LLS. CXX. millia vno genere cōciliarit, & ceperit: & ceteri, si à vobis hoc erit comprobatum, quàm volent magnas hoc nomine pecunias capere possint: vt ita videamur non à pecuniis capiendis homines abstterere; sed, cùm genera quædam pecuniarū capiēdarum comprobaremus, honesta nomina turpissimis rebus imponere. Etenim, si C. Verres LLS. [k] CXX. millia populum, verbi gratia, *Centuripinum* popoliss[et], eām [l] ab his pecuniā abstulisset: non, opinor, esset dubium, quin eum, si tum id planum fieret, cōdemnari necesse esset. Quid, si eundē populū LLS. CCC. millia popoli ir, eāque coegit, atq. abstulit? num idcirco absoluetur, quòd adscriptū est, eam pecuniam datam statuarum nomine? non opinor: nisi [m] forte id agimus, non vt magistratibus nostris moré [n] accipiendi, sed vt sociis causam dādi [o] auferre videamur. Quòd si quę statuæ magnopere delectant, & si quis earum honore & gloria ducitur: is hæc tamen constituat necesse est: primùm, *auerti P pecuniam domum non placere*: deinde, *ipsarum statuarum modum quendam esse oportere*: deinde illud, certè *ab inuitu exigi non oportere*. Ac [q] de auerten da pecunia, quæro abs te, vtrum ipsę ciui ates solitæ sint statuas tibi faciundas locare vi, cui possent optima cōditione locare, an aliquem curatorem præficere, qui statuis faciū dis præesset, an tibi, an cui tu imperasses, adnumerare pecuniā? Nam si per eos statuę fiebāt, à quibus tibi iste honos habebatur: audio, sin Timarchidi pecunia numerabatur: desine, quæso, similare, te, cū in manifesto furto teneare gloriæ studiosum, ac monumentorum fuisse. Quid verò? modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est, etenim sic considerate. *Syracusana ciuitas* (vt eam potissimùm nominem) dedit ipsi [r] statuam. est honos. & patri, bella hæc pietatis, & quęstuosa simulatio. & filio: ferri hoc potest. hunc enim puerum non oderant. verūm quoties & quot nominibus à Syracusanis statuas auferes? vt in foro statuerent, abstulisti: vt in curia. coegisti: vt pecuniam conferrent in eas statuas, quæ Romæ ponerentur [s], imperasti:

a *al.* Quid enim iudices constituent.

b L. statuæ ponatur. c L. transiri posse videatur. d Ad consuetudinem statuæ pecuniam quinquennij legibus promittebatur: quo præterito neque positis statuis accusare licebat. e *al.* deferemus. f *al.* LLS. XX ex h. g L. accessat.

h L. quæ ratione & iste. *al.* quæ & iste. P. B. i *al.* LLS XX vno g. k *al.* capiunt. di hom. abstinere. se d c.

l *al.* LLS. XX pop.

m Ironia v n *al.* moram. & *mal.** o *al.* auferre.

p Statuarum modus.*

q *v. c.* Age de auert.

P. CXXXVII. r *al.* isti

s *al.* ponerentur.

perastis: vt iidé darent homines aratorum nomine. dederunt. vt iidem pro parte in commune Siciliæ cõferrent. etiã id contulerunt. vna ciuitas cùm tot nominibus pecuniã contulerit, idémq. hoc ciuitates ceteræ fecerint: non res ipsa vos admonet, vt putetis, modum aliquem huic cupiditati constitui oportere? Quòd si hoc voluntate sua nulla ciuitas fecit: si omnes imperio, metu, vi, malo adductæ, tibi pecuniam statuarum nomine cõtulerunt: per deos immortales! num cui dubium esse potest, quin, etiam si quis statuerit, accipere ad statuas licere, idem tamẽ statuat, eripere certè non licere? Primùm igitur in hanc rem testem totam Sicilią citabo: quæ mihi vna voce statuarũ nomine magnam pecuniam per vim coactam esse demonstrat. nam legationes [a] omnium ciuitatum in postulatis communibus, quæ ferè omnia ex tuis iniuriis nata sunt, etiã hoc ediderunt, *vt statuas, necui nisi cùm is de prouincia decessisset, pollicerentur.* Tot prætores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores nostros Siculi senatũ adierunt: toties hac memoria: tamen huiusce noui postulati genus, atque principiũ tua prætura attulit. Quid enim tam nouum, non solùm re, sed genere ipso postulãdi? nã cætera, quæ sunt in iisdem postulatis de iniuriis tuis, sunt noua: sed tamẽ non nouo modo postulantur [b]. Rogant & orant Siculi patres conscriptos, *vt nostri magistratus posthac decumas lege Hieronica vendant.* Tu primus contrà vendideras: audio, ne, in cællam quod imperatur, æstiment. Hoc quoque propter tuos ternos [c] denarios nunc primùm postulatur: sed genus istud postulandi non est nouum. Ne abitensis nomen recipiatur. Ex Sthenij calamitate, & tua natum est iniuria. Cætera non colligam. Sunt omnia Siculorum postulata eiusmodi, vt crimina collecta in vnum te reum esse videantur. quę tamen omnia nouas iniurias habent, sed postulationum formulas vsitatas. Hoc postulatum de statuis, ridiculum esse videatur ei, qui rem sententiámque nõ perspiciat. Postulãt enim, non, vt ne cogantur statuere. Quid igitur? vt ipsis ne liceat. Quid deest hoc petis à me, quod in tua potestate est, vt id tibi facere non liceat? petere potius, ne quis te inuitum polliceri aut facere cogat. Nihil [e] ergo, inquit, negabũr enim omnes se coegisse. si me saluũ esse vis, mihi impone istam vim, vt omnino mihi nõ liceat polliceri. Ex tua prætura primùm nata est hęc postulatio: qua cùm vtũtur, hoc significant, atque adeò apertè ostendunt, sese adf statuas tuas pecuniam metu ac malo coactos inuitissimos contulisse. Quid, si hoc non dicant? tibi non necesse sit ipsi id cõfiteri? Vide & perspice, qua defensione sis vsurus. Nam intelliges, hoc tibi de statuis confitẽdum esse. Mihi enim renuntiatur, ita cõstitui à tuis patronis, hominibus ingeniosis, causam tuã, & ita eos abs te instituisse, & docuisse: vt quisque ex prouincia Sicilia grauior homo, atque honestior, testimonium vehementius dixerit, tanto sibi Siculi multi primarij viri multa dixerunt, te statim hoc istis tuis defensoribus dicere: inimicus est propterea, quòd arator est. Itaque vno genere, opinor, circumsteterit habetis in animo genus hoc *aratorum*, quòd eos infesto animo, atque inimico voluisse dicatis, quia fuerint in decumis iste vehementer. Ergo aratores, inimici omnes, & aduersarij g nemo eor.

a Legationes audiri Februario mẽse solebant.*

b al. postulãt P. E.

c quos pro singulis modiis tritici exegisti: cùm tamen binis tantum denariis modius esset *vide Diuinat. & lib. 3. j.**

d Dialogismus Ciceronis cum aliquo Siculo* e v. c. Nihil rogo, inquit, *non placet*, al. Nihil egero inquit*

f al. ad statuas pecuniam &c.

g lib. vulg. inimicis omnes aduersarij. v. CXXXIX. nemo eor.

A sunt: nemo eorum est, quin perisse te cupiat. Omnino præclarè te habes, cùm is ordo, atq. id genus hominum, quod optimũ, atque honestissimum est, à quo vno & [a] summa reipublicæ, & illa prouincia maximè cõtinetur, tibi est inimicissimum. Verùm esto: alio loco de aratorum animo, & iniuriis videto. nunc, quod mihi abs te datur, id accipio, eos tibi esse inimicissimos, nempe ita dicis, propter decumas. Concedo, non quæro, iure, an iniuria sint inimici. Quid ergo illæ sibi statuæ equestres inauratæ volũt, quæ populi R. oculos, animos, quæ maximè offendunt, propterea dem [c] Vulcani? Nam [b] inscriptum esse video, quandam ex his statuam aratores dedisse, honoris causa statuam dederunt: inimici nõ sunt. credamus testibus. tũ enim honori tuo, nunc iam religioni suæ cõsulunt [c]. sin autem metu coacti dederunt: confiteare necesse est, te in prouincia pecuniam statuarum nomine per vim, ac metum coegisse. Vtrum tibi commodum est, eligere. Equidem libenter hoc tibi crimen de statuis relinquam, vt mihi tu illud concedas, quod tibi honestissimum est, aratores tibi ad statuã honoris tui causa, voluntate sua, contulisse. da mihi hoc. iam tibi maximã partem defensionis præcideris. nõ enim potes aratores tibi iratos esse. atq. inimicos, dicere. O causam singularem! ô defensionẽ miseram, ac perditam! nolle hoc accipere reum ab accusatore, & eũ reũ, qui prætor in Sicilia fuerit, aratores ei statuam sua voluntate statuisse: aratores de eo bene existimare, amicos esse, salnũ esse cupere! metuit, ne hoc vos existimetis. obruitur enim aratorũ testimoniis. Vtar eo, quod datur. certè ita vobis hoc iudicandum est, eos, qui isti inimicissimi sunt, vt ipse existimari vult, ad istius honores, atque monumenta pecuniã non voluntate sua contulisse. Atque vt hoc tamẽ facilli [f] mè intelligi possit, quem voles eorum testium, quos produxero, qui in Sicilia testes sint, siue Siculum siue Romanum, rogato, & cum, qui tibi inimicissimus esse videbitur, qui se spoliatum à te dicet: ecquid suo nomine in tuã statuam contulerit. neminẽ reperies, qui neget. etenim omnes dederunt. Quemquam igitur putas dubitaturum, quin is, quem inimicissimum tibi esse oporteat, qui abs te grauissimas iniurias acceperit, pecuniam statuæ nomine dederit, vi atque imperio adductũ, nõ officio ac voluntate? Et huius ego pecuniæ, iudices, quæ permagna est, impudentissimẽque coacta ab inuitis, non habui rationem. neque habere potui, quantum ab aratoribus, quãtum ab negotiatoribus, qui Syracusis, qui Agrigẽti, qui Panormi, qui Lilybæi negotiantur, esset coactum: quoniam intelligitis, ipsius quoque confessione ab inuitissimis coactam esse. Venio nunc ad ciuitates Siciliæ: de quibus facillimè iudicium fieri volũtatis potest. An etiã Siculi inuiti contulerunt: non est probabile. Etenim sic C. Verrem prætură in Sicilia gessisse constat, vt, cùm vtrisque satisfacere non posset, & Siculis & togatis officij potius in socios, quàm ambitionis in ciues rationem duxerit. itaque eum nõ solum patronum istius insulæ, sed etiam *sodalem* inscriptum vidi Syracusis. Hoc quãtum est! ita magnum, vt latino vno verbo exprimi non possit. Is est nimirum soter, qui salutem dedit. Huius nomine etiam dies festi agitãtur, pulchra illa Verrea,

B

C

D

E

F

G

H

a l. & summa resp.

b id est propè.*

c In ædem Vulcani Tribuni plebis solebant conuenire in quo cancellis pro ædituis, & sacrilegis tantum a latrare fama erat.*

d lib. vulg. Nam scripti e l. consulet

f l. atque vt hoc totum facil. & ita v. c.

g v. c. siue togatum v.

h v. c. abs te

i l. Huius ego pec.

k al. soter, al. σωτὴρ quod si ita sit, *paulo ante legendum est*, patrono, non patronum Cæterum quod ad vim huius inscriptionis attinet, idem honos habitus T. Flamininio à Chalcidensibus, *Plutarchus in Flaminio.**

non quasi Marcellea, sed pro Marcelleis: quæ illi istius iussu sustulerunt. huius fornix in foro Syracusis est: in quo nudus filius stat: ipse autem ex equo nudatam ab se prouinciā prospicit: huius[a] statuæ omnibus locis erectæ sūt: quæ hoc demonstrare videtur, propemodum non minùs multas statuas istium posuisse Syracusis, quàm abstulisse. huic etiam Romæ videmus in basi statuarum, maximis litteris incisum. à[b] cōmuni Sicilia datas. Quamobrem[c] quī hoc probari potest cuiquam, tantos honores habitos esse ab inuitis? Hic tibi etiam multo magis, quàm antè in [c] aratoribus, videndum, & considerandū est, quid velis, magna res est. Vtrūm tibi Siculos, publicè, priuatimque amicos, an inimicos existimari vis? si inimicos, quid te[d] futurum est? quò cōfugies? vbi nitēre? modò aratorum honestissimorum hominum, & [e] locupletissimorum maximum numerum abs te abalienasti: nunc de Siculis ciuitatibus quid ages? dices tibi Siculos esse amicos? quī poteris? qui, quod nullo in homine antea fecerūt, vt in cū publicè testimoniū dicerent, cùm præsertim ex ea prouincia cōdemnati sint complures, qui ibi prætores fuerunt, duo soli absoluti, huc [f] conueniunt cum litteris, veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis. qui, si te publicè laudarent, tamen id more potius suo, quàm merito tuo, facere viderētur: hi cùm de tuis factis publicè conqueruntur, nónne hoc indicant, tantas esse iniurias, vt multò maluerint de suo more decedere, quàm de tuis moribus nō discere? Confitendum est igitur tibi necessariò, Siculos inimicos esse, qui quidē & in te grauissima postulata consulibus ediderunt [g], & me, vt hanc causam, salutisque suæ defensionem susciperem, obsecrarunt: [h] qui cùm à prætore prohiberentur, à quattuor[i] quæstoribus impediretur, omnium minas, atque omnia pericula, pro salute sua, leuia duxerunt: qui priore actione ita testimonia grauiter, vehementérque dixerunt, vt Artemonem Cēturipinum legatum, & publicè testem, Qu. Hortensius accusatorem, nō testem esse diceret. Etenim cùm propter virtutem, & fidem cum Androne, homine honestissimo, & certissimo, tum etiā propter eloquentiam, legatus à suis ciuibus electus[j] est, vt posset multas istius, & varias iniurias quàm apertissimè vobis, planissimèque explicare. Dixerunt Halesini, Catinenses, Tyndaritani, Ennēses, Herbitenses, Agyrinenses, Netinenses, Segestani. numerare[k] omneis nō est necesse. scitis quàm multi, & quàm multa priore actione dixerint. nūc & illi, & reliqui dicent. Omnes denique hoc in hac causa intelligent, hoc animo esse Siculos, vt, si in istum animaduersum non sit, sibi relinquendas domos, ac sedes suas, & ex Sicilia decedendum, atque adeò [l] fugiendum esse arbitrētur. Hos homines tu persuadebis ad[m] honores, atque amplitudinem tuā pecunias maximas voluntate sua contulisse? credo, qui te in tua ciuitate incolumem esse nollent, ij monumēta tuæ formæ, ac nominis, in suis ciuitatib. esse cupiebant. Res declarauit, vt cupierint. iamdudū enim mihi nimiùm tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor, vtrū statuas voluerint tibi statuere, an coacti sint. De[n] quo homine hoc auditum est vmquā, quod tibi accidit, vt eius in prouincia statuæ, in locis publicis positæ, partim[o] etiam in ædibus sacris, per[p] vim, per vniuersam multitudinem deiicerentur? [a] Tot homines in Asia nocētes, tot in Africa, tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in ipsa Sicilia fuerunt: ecquo de homine hoc vnquā auditum est? Nouum est, iudices: in Siculis quidē, & in omnib. Græcis, monstri simile, non credere[m] hoc de statuis nisi iacentibus, reuulsāsque vidissem: propterea quòd apud omneis Græcos hic mos est, vt honorem homini bus habitum in monumentis huiusmodi, nōnulla [b] religione deorum consecrari arbitrētur. Itaque [c] cum Rhodij [l] bellum illud propè soli superius cū Mithridate rege gesserint, omnesque eius copias, acerrimúmq. eius impetum[e], à mœnibus, littoribus, classibúsq. suis exceperint, cùm & regis inimici præter cæteros essent: statuam eius, quæ erat apud ipsos in celeberrimo vrbis loco, ne tum quidem in ipsis vrbis periculis attigerunt. Forsitā [f] vix cōuenire videretur, quem ipsum hominem cuperent euertere, eius effigiem, simulacrūm que seruare, sed tamen videbam, apud eos cùm essem, & religionem esse quādam in his rebus, à maioribus traditam, & hoc disputare: *cum statua, se eius habuisse temporis rationē, quo posita esset: cum homine verò, quo gereret bellum, atque hostis esset.* Videtis igitur, consuetudinem, religionémque Græcorum, quæ monumēta hostium in bello ipso soleat defendere, eā sum ma in pace prætoris populi Romani statuis præsidio non fuisse. Tauromitani, quorum est ciuitas fœderata, homines quietissimi, qui maximè ab[g] iniuriis nostrorum magistratuū remoti consuerant esse, præsidio fœderis: hi tamen istius euertere statuā non dubitarunt. quahablata, basin tamen in foro manere voluerunt: quòd grauius in istum fore putabāt si scirent homines, statuam eius à Tauromitanis esse deiectam, quàm si nulla vmquam posita arbitrarentur. Tyndaritani deiecerunt in foro: & eádem de causa equum inanē reliquerunt Leontini [i], misera in ciuitate atq. inani, tamen istius in gymnasio, statua deiecta est. Nā quid ego de Syracusanis loquar, [k] nō est proprium Syracusanorū, sed & illorū commune, & cōuentus illius, ac propè totius prouinciæ? quanta illuc multitudo, quāta vis hominum conueniisse dicebatur tum, cùm statuæ sunt illius deiectæ, atque euersæ? at quo loco? celeberrimo, ac religiosissimo: ante [l] ipsum louem, in primo aditu. v. stibulóq. templi. Quòd nisi Metellus hoc tā grauiter egisset, atque illā rem imperio, edictóque prohibuisset: vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esset relictum. Atque ego hoc non vereor, ne quid horum non modò impulsu, verūm omnino aduentu meo factum esse videatur. omnia ista antè facta sunt, non modò, quàm ego Siciliam, verūm etiā quàm iste Italiam attigit. dum ego in Sicilia sum, nulla statua deiecta est. posteaquā illinc discessi, quæ sunt gesta, cognoscite. Centuripinorum senatus decreuit, populúsque iussit, *vt, quæ statuæ C. Verris ipsius, & patris, & filij essent, eas quæstores demoliendas locarent: dumque ea demolitio fieret, senatores*[m] xxx. *non minus adessent.* Videte grauitatem ciuitatis, & dignitatem. neque eas in vrbe sua statuas esse voluerant, quas inuiti per vim, atque imperium dedissent: neque eius hominis, in quem ipsi cum grauissimo testimonio publicè, quod numquam antea, Romā mandata, legatosque misissent: & id grauius esse puta-

a De statuis Verris ciuitatis à Siculis.*

P. CXLI.

b Vnde Mos etiam seruis confugere ad statuas.*

c L. Itaque Rhodij, qui propè soli bellum illud supr.

d *add.* 3. Forum 5. Plin. de viris illustribus cap. 76. Appianus in Mithridatini.*

e L. impetum mœnibus, littoribus, classibusque suis exceperint.

f *al.* Ac fortasse tamen, cùm ei regi in.

g *lib. vulg.* ab iniuriis nostr. magistr. remotissimi consueuerant esse.

h *fort.* quæ abiecta, v. e. ablecta,

i L. Leonini.

P. B.

k L. aliorum comm.

l L. ante ipsum Serapin, in pr.

m I. senatoresue minus xxx. adesset.

a *al.* te tandē futurum est? e *al.* & locupletissimorum, & Siculorum, & ciuium R. maxim. num.

b L. à communi Siciliæ datas. ‖ Sic 3. lib. 1. Commune Msliadum dixit.* c *al.* de aratoribus, vid.

d *al.* hinc contra te vsus sit cum fit.

e L. edidexint.

f L. obsecrarint.

g quorū duo, Verris qui post eam rē in Sicilia remanserunt: alij duo, Metelli.*

P. B.

h *fort.* enumerare.

i *al.* aliò, to L. ad honorem

k *lib. vulg.* De quo homine apud. o *al.* partim in locis &c. p L. per vim & per vnin.

putauerunt, si publico consilio, quâ si per vim multitudinis factum videretur. Cùm hoc consilio statuas Centuripini publicè sustulissent, audit Metellus: grauiter fert: euocat ad se Centuripinum[a] Magistratũ, & decem primos. nihil restituissent statuas, vehementer iis minatur. Illi ad senatũ renuntiãt, statuq; quæ istius causa nihil profuissent, reponũtur[b]. Hic ego aliud agi concedo: Metello, homini sapiẽti, priorius nõ possũ ignoscere, siquid stultè facit. Quid? ille hoc putabat Verri crimiosum fore, si eius statuæ essent deiectæ, quod sæpe vẽto, aut aliquo casu fieri solet? non erat in hoc neque crimẽ vllum, neq. reprehensio. Ex quo igitur crimẽ, atq. accusatio nascitur? ex hominum iudicio, & voluntate. Ego, si Metellus statuas reponere Centuripinos, non coegisset, hęc dicerẽ: Videte, iudices, quantum, & quàm acerbum dolorẽ sociorum, atque amicorum animis inusserint istius iniuriæ, cùm Centuripinorum amicissima, & fidelissima ciuitas, quæ tantis officiis cum populo Rom. cõiuncta est vt non solùm remp. nostram, sed etiã in quouis homine priuato nomen ipsum Romanorum semper dilexerit, ea publico cõsilio, atque auctoritate iudicarit, C. Verris statuas esse in vrbe sua non oportere. recitarẽ decreta Centuripinorum: laudarẽ illam ciuitatem: id quod veriss. posse̅m: cõmemorarem decẽ millia ciuiũ Centuripinorum, fortissimorum, fidelissimorũq; sociorum: eos omnes ista tuisse, monumentũ istius in sua ciuitate nullũ esse oportere. Hæc tũ dicerẽ, si statuas Metellus nõ reposuisset. Velim quærere nunc ex ipso Metello, quidnã sua vi & auctoritate mihi ex hac oratione præciderit. cædem opinor omnia conuenire. neq. enim, si maximè statuæ deiectæ essent, eas ego vobis posse̅m iacentes ostẽdere. hoc vno vterer: ciuitatẽ tam grauem statuas iudicasse. C. Verris demoliẽdas. hoc mihi Metellus non eripuit: hoc etiã addidit, vt quererer, si mihi videretur, tã iniquo iure sociis, atq. amicis imperari, vt iis ne in suis quidem beneficiis libero iudicio vti liceret: vt vos rogarem, vt coniecturam facerẽtis, qualem[d] in iis rebus in me L. Metellũ fuisse putaretis, in quibus rebus obesse mihi posset, cũ in hac re tã aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit. Sed ego Metello non irascor, neque ei suã purgationem eripio, qua ille apud omneis vtitur, vt nihil malitiosè, neq. cõsultò fecisse videatur. Iã igitur est ita perspicuum, vt negare non possis, nullam tibi statuam voluntate cuiusquam datam, nullã pecuniã statuarum nomine, nisi vi expressam & coactam, quo quidem in crimine nõ illud solùm intelligi volo, te ad statuas, LLS[e]. CXX. milliã fecisse: sed multo etiam illud magis, quod simul demonstrandum est, quantum odium in te aratorum, quãtum omnium siculorum sit, & fuerit, in quo quę vestra defensio futura sit, cõiectura assequi nõ queo. Oderunt Siculi: togatorum[g] enim causa multa feci. At hi quidẽ acerrimi, inimicissimiq. sunt. Inimicos habeo ciueis Rom. quòd sociorum cõmoda, ac iura defendi. At socij in hostium numero se abs te habitos queruntur. Aratores inimici sunt propter decumas. quid? qui agros immuneis, liberósque arant, cur oderunt? cur Halesinj? cur Centupurini? cur Segestani? cur Halicienses? quod genus hominum quę numerum, quę ordinem proferre possis, qui te non oderit, siue ciuium Ro. siue sociorũ? vt etiam si causam, cur te oderint, non possim dicere, tamen illud dicendum puter̅ quem omnes mortales oderint, cum quoque vobis odio esse oportere. An hoc dicere audebis: verùm de te aratores, vtrum deniq. Siculi[a] vniuersi bene existiment, aut quomodo existimẽt, ad rem id non pertinere? neque tu hoc dicere audebis: neq. si cupias, licebit. eripiunt enim tibi istã orationem contemnendorum[c] Siculorum, atq. aratorum, statuæ illæ equestres, quas tu paullò antè, quàm ad vrbẽ venires, poni inscribique iussisti, vt omnium inimicorũ[d] animos, accusatorúmq. tardares. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, cùm videret statuas ab negotiatoribus, ab aratorib. à cõmuni Sicilia? Quod est aliud in illa prouincia genus humanum? nullum. Ergo ab vniuersa prouincia, generatim̃que à singulis eius partibus, nõ solùm diligitur, sed etiã ornatur. Quis hunc attingere audeat? Potes igitur dicere, nihil tibi obesse oportere aratorum, negotiatorum, Siculorúmq. omnium testimonia, cùm eorum nominibus in statuarum inscriptione positis, omnem te speraris[g] inuidiam, atque infamiam tuam exstinguere[h] posse? an quorum auctoritate tu statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero? ¶ Nisi forte, quod apud publicanos[i] gratiosus fuisti, in ea re spes te aliqua consolatur. Quæ gratia ne quid tibi prodesse posset, ego mea diligentia perfeci: vt etiam obesse deberet, tu tua sapientia curasti. Etenim rem totam, iudices, breuiter cognoscite. In Scriptura[k] Siciliæ pro magistro[l] est quidam L. Carpinatius, qui & sui quæstus causa, & fortasse quod sociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. Is cùm prętore circum omnia fora sectaretur, neque ab eo vnquam discederet: in eam iã venerat familiaritatẽ, consuetudinẽmq. in vendendis istius decretis, & iudiciis, tranigendísque negotiis, vt propè alter Timarchides numeraretur. hoc erat etiã capitalior, quòd idem pecuniã iis, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat. ea autem fœneratio erat huiusmodi, iudices, vt etiam hic[m] quæstus huic ederet. nam, quas pecunias iis ferebat expensas, quibuscum contrahebat: aut[n] scribæ istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi isti referebat acceptas, idẽ præterea pecunias istius extraordinarias grãdeis, suo nomine fœnerabatur. Hic primò Carpinatius antequã in istius tantã familiaritatẽ peruenisset, aliquoties ad socios litteras de istius iniuriis miserat. Canuleius verò, qui in portu Syracusis operas dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat ea[o], quæ sine portorio Syracusis erãt exportata: portum[p] autẽ, & scripturas eadem societas habebat. Ita factum est, vt essent permulta, quę ex societatis litteris dicere in istum, ac proferre possemus. Verùm, accidit, vt Carpinatius, qui iã cum isto summa cõsuetudine, prętera re, ac ratione cõiunctus esset, crebras postea litteras ad socios de istius summis officiis in rẽ communẽ, beneficiisq. mitteret. E. enim rũ[q] iste omnia, quæcunque Carpinatius postulabat, facere ac decernere solebat: tum ille etiam pluta scribebat ad socios: vt, si posset, quę antea scripserat, ea plane

a L. Centuripinorum magistratum P. C X L I I.

b Decempri mi qui & ἀκρο-πρῶτοι horum mentio est in iure.*

c L. reponuntur Decreta Centuripinorum, quæ de statuis erant facta, non tollũtur. Hic ego &c.

P. B. d *fort.* qualẽ in me L. Metellum in his reb. fuisse putaretis.

e ALLS. cc1ɔɔ. coeg. f hoc est 3000. coronatorum.*

g Togatos pro ciuibus Romanis accepit.*

a L. Siculi vniuersi bene an male existiment, ad rẽ &c. q. v. c. Siculi vniuersi bene existimant, an quomodo exist.

b *lib. vnic.* eripiunt tibi P. C X I I I. istam

c *al.* iudicibus torum.

d *al.* iniquorum.

e L. à communi Sicilia?

f L. hominum.

g *vulg.* speras

h *fort.* posse extinguere?

i DE PVBLICANORVM cum Verre in furtis colusione.*

k Scriptura, teste Asconio, dicitur tota publicorũ ratio.*

l Promagister, magistri vicarius Magister verò, qui societati publicanorũ præerat: cum etiam ipse eiusdem societatis esset, publicanorum & decumanorum rationes tractabat, eósque eo nomine cogebat.*

m L. is quæstus.

P. B. n *fort.* eas aut scr.

o L. eorum, quæ s.

p Vectigalia Romanorum variis ex causis redacta, ex mercium inuectione portoria ex aratoribus agris publicis decimæ ex iis qui fruebantur pascuiis & syluis publicis scripturæ, ex salinis vectigal salis: ex iis qui ea nuncupabantur vicesimæ.*

q L. cum ipsorum.

extingueret. Ad extremum verò, cùm iste iã decedebat, eiusmodi litteras ad eos misit, vt huic frequentes obuiam prodirent [a], gratiásque agerent facturos esse, si quid imperasset, studiosè pollicerentur. Itaque socij fecerunt: vetere instituto publicanorum, nõ quòd istũ vllo honore dignum arbitrarẽtur, sed q̃ sua interesse putabant, se memores, gratósq. existimari, gratias isti egerũt: Carpinatium sæpe ad se de eius officiis litteras misisse dixerũt. Iste cùm respondisset, se ea libenter fecisse, operáq. Carpinatij magnopere laudasset: dat amico suo cuidã negotiũ, qui tum magister erat eius societatis, vt diligenter caueret, atque prospiceret, ne quid esset in litteris sociorum, quod cõtra suum caput, atque existimationem valere posset. Itaque illo mulcitudine sociorũ remota, decumanos conuocat: rem defert. statuũt illi, atque decernũt, vt eæ litteræ, quibus existimatio C. Verris lædere-P. CXLIIII. tur, remouerentur: operáque daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset. Si ostendo, hoc decreuisse decumanos: si primum facio, hoc decreto remotas esse literas, quid expectatis amplius? possúmne rem magis iudicatam afferre? magis reum cõdemnatum in iudicium adducere? At quorum iudicio condemnatũ nempe eorum, quos ij, qui seueriora iudicia desiderant, arbitrentur reos iudicare oportere: publicanorũ iudicio: quos videlicet nũc populus iudices poscit: de quibus, vt eos iudices habeamus, legem ab homine non nostri generis, nõ ex equestri loco profecto, sed nobilissimo, promulgatã videmus. Decumani, hoc est, principes, & quasi senatores publicanorum, remouendas de medio litteras cẽsuerunt. habeo ex iis, qui affuerũt, quos pro-ducam, homines honestissimos, ac locupletissimos istos ipsos principes equestris ordinis: quorũ splendore vel maxime, istius, qui legẽ promulgauit, oratio & causa nitatur. venient in medium: dicẽt, quid statuerint. profectò, si rectè homines noui, nõ mentientur. litteras enim communeis de medio remouere potuerunt: fidem suam, & religionem remouere non possunt. Ergo equites Romani te suo iudicio condemnari voluerunt. Vos nunc vtrũm illorum iudicium, an volũtatem sequi malitis, cõsiderate. At vide, quid te amicorũ tuorum studiũ, quid tuum cõsilium, quid sociorũ voluntas adiuuet. dicã paullo amplius. neque enim iã vereor, ne quis hoc me magis accusatorie, quàm liberè dixisse arbitretur. Si istas literas nõ decreto decumanorum magistri remouissent, tantum possem in te dicere, quantum in litteris inueniri m. nunc, decreto isto facto, litteríque remotis, tantum mihi licet dicere, quantum possum: tantum iudici suspicari, quantum velit. Dico, te maximum pondus auri, argenti, eboris, putpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum fruméti, vim mellis maximam, Syracusis exportasse: his pro rebus, quod portoriũ non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret. Satísne magnum hoc crimẽ videtur? nullum, opinor, maius. Quid defendet Hortensius? postulabit, vt litteras Canuleij proferã? crimẽ huiusmodi, nisi litteris confirmetur, inane esse dicet. Clamabo, litteras remotas esse de medio: decreto sociorum erepta mihi esse istius indicia ac monumenta furtorum. Aut hoc contendat numquam esse factum: aut omnia tela excipiat necesse est. Negas esse factũ? placet mihi ista defensio: descendo. æqua enim conditio, equum[a] certamen proponitur. producam testeis, & producam plureis eodem tempore: quoniam tum cùm actum est, vnã fuerunt: nunc quoq; vnã sunt, cùm interrogabuntur, obligentur non solùm iurisurãdi, atque existimationis periculo, sed etiã communi inter se conscientia. Si planum fit, hoc ita, quemadmodum dico, esse factum: non poteris dicere, Hortẽsi, nihil in istis fuisse literis, quod Verrem lædere. non modò id nõ dices, sed ne illud quidem tibi dicere licebit tantùm, quantum ego dicam non fuisse. ergo hoc vestro [c] consilio, & gratia perfecistis, vt, quemadmodum paullò ante dixi, & mihi summa facultas ad accusandũ daretur, & iudicibus libera potestas adderedendum. Quod cùm ita sit, nihil fingã tamen, neminẽro me non sumsisse, quem accusarem: sed recepisse, quos defenderem: vos ex me causam nõ meprolatam, sed ad me delatam, audire oportere: me Siculis satis esse facturam, si quæ cognoui in Sicilia, quæ accepi ab ipsis, diligẽter expositero: populo Ro. si nullius vim, nullius potentiã perimuero: vobis, si facultatem verè atque honestè iudicandi, fide, & diligẽtia mea fecero: mihi, in eo, si ne minimũ quidẽ de eo curriculo vitæ, quod mihi semper propositum fuit, decessero. Quapropter nihil est, quod metuas, nec quid in te confingam: etiam quod lætere, habes. multa enim, quæ scio abste esse commissa, quòd aut nimiũ turpia, aut parum credibilia sunt, prætermittam. tãtùm agam de hoc toto nomine societatis, vt [g] verum scire possitis: quæram, decretúm-ne sit. cùm id inuenero: quærã, remotæ-ne sint literæ, cùm id quoque constabit, vos iam, me tacito, intelligetis, si illi, qui hoc istius causa decreuerunt, equites Ro. nunc iidem in cum iudices essent, istum sine dubio condemnarent, de quo literas eas quæ istius furta indicarent, & ad se missas, & suo decreto remotas scirent esse. Quem igitur ab iis equitibus Ro. qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo beneficiis maximè tractati sunt, condemnari necesse est: eis à vobis iudices, nulla vi, aut ratione auelli potest. Ac ne fortè ea, quæ remota de medio, atque erepta vobis sunt, omnia ita conditã fuisse, atque ita abdita latuisse videantur, vt hæc diligentia, quã ego à me exspectari maximè puto, nihil horum inuestigari, nihil assequi potuerit: quæ consilio aliquo, aut ratione inueniri potuerunt, inuenta sunt, iudices. manifestis in rebus hominẽ iam teneri videbitis. Nam quod in publicanorũ causis, vel plurimum ætatis meæ versor, vehementérque illum ordinẽ obseruo, satis commodè mihi video eorum consuetudinẽ vsu, tractaudóque cognouisse. Itaque vt hoc comperi, remotas esse literas societatis: habui rationem annorum, per quos iste in Sicilia fuit: deinde quæsiui, quod erat inuẽtu facillimum, qui per eosdem annos magistri isti [k] societatis fuissent, apud quos tabulæ fuissent. sciebam enim, hanc magistrorum, qui tabulas haberent, consuetudinem esse [m], vt cùm tabulas nouo magistro traderent, exẽpla literarum ipsi habere non nollent. Itaque ad L.

a L. gratias agerent: facturos se, si quid imp. & ita v.c.

b L. arbitrantur res iudicare

c Decumani qui.*
d incluſa gloſſema olent.*
e L. quos pro ducam, quibus hoc committam, hominis h.
f lib. vulg. istos princ.
g al. ipſius vel eius.*
h L. mittur.
i L. equites R. qui te ſuo iudicio condemnarunt, te horum iudicio cõdem nari noluerunt.
k v.c. te dicam paullo promtius, neque.

P. B.

l In portus qui operas dabant, curã habebant earum rerum pro quibus portorium non esset datum.*

a lib. vulg. æquum quæ cert.

b L. cum poteris dicere, Hort. nih. in it. f. l. q Ver. lædere?

c lib. vulg. notio & mendosè.

d v.c. ad cernendum. fort. ad decernendum.

P. B.

e L. mihimet si ne minim.

f lib. vulg. ne quis in te fingam.

g L. Vt iam scire possis. quærã, d. & ita v.c.

h L. vos iam. me tacito ce tera intelligetis si illa.

i Cõdita hæc accipit pro occultis.*

P. B.

k L. illius soc.
l lib. vulg. apud duos fuissent.
m Consuetudo fuit magistris societatis tum vt cum tabulas nouo magistro traderent exempla litterarũ ipsi habere non nollẽt.*

Vibiũ,equitẽ R.virum primariũ,quem reperiebã magistrum fuisse eo ipso anno,qui mihi maximè quærendus erat,primùm veni.Sanè homini præter opinionẽ improuiso incidi,scrutatus sum quę potui,& quęsiui omnia: inueni duos solos libellos ab L.Canuleio missos sociis ex portuSyracusis:in quib.erat ratio scripta mensium [a] complurium, rerum exportatarum istius nomine sine portorio.itaque obsignaui statim.erant [b] hæc ex eo genere, quòd [c] ego maximè genus ex sociorum litteris reperire cupiebam. verùm tantùm inueni, iudices, quod apud vos quasi exempli causa proferre possem. sed tamen, quidquid erit in his libellis, quantulumcumque videbitur esse, hoc quidem certè manifestũ erit: de ceteris ex hoc coniecturã facere debebitis.Recita mihi,quæso, hunc primum libellum:deinde illum alterum.LIBELLI CANVLEII.Iam nõ quæro,vnde cccc. amphoras mellis habueris, vnde tantum Meliteñsiũ [d],vnde quinquaginta triclinioru lectos, vnde tot candelabra:non,inquã,iam quæro, vnde hęc habueris:sed quò tibi tantum opus fuerit.id quæro.mitto de melle:sed tantùmne Melitensium?quasi etiam amicorum vxores : tantum lectorum ? quasi etiam omnium istorum villas ornaturus esses:Cum hæc paucorum mensium ratio in his libellis sit,tacte,vt vobis triennij totius veniat in mentem. Sic contendo:ex his paruis libellis apud vnũ magistrum societatis repertis, vos iam coniectura assequi posse, cuiusmodi prædo iste in illa prouincia fuerit,quàm multas cupiditates, quàm varias, quàm infinitas habuerit: quantam pecuniam non solùm numeratam, verum etiam huiusmodi in rebus positã,conficerit: quæ vobis alio loco planiùs explicabuntur. Nunc hoc attendite. his exportationibus,quæ recitatæ sunt,scribit LLS [e] LX. socios perdidisse ex vicesima [f] portorij Syracusis.Pauculis igitur mensib.vt hi pusilli,& contemti libelli indicant, furtra prætoris, quæ [g] essent LLS. duodecies, ex vno oppido solo exportata sunt. Cogitate nunc, cùm [h] illa sit hæc insula, quæ vndique exitus maritimos habeat,quid ex ceteris locis exportatum putetis:quid Agrigento,quid Lilybæo, quid Panormo,quid Thermis,quid Halesa, quid Catina,quid ex ceteris oppidis: quid verò Messana: quem iste sibi locum maximè tutum arbitrabatur : vbi animo semper soluto liberóque erat, quòd sibi iste Mamertinos delegerat, ad quos omnia, quæ aut diligentiùs seruanda,aut occultiùs exportanda erant,deportaret. His inuentis libellis,ceteri remoti, & diligentiùs sunt reconditi : nos tamen, vt omnes intelligant,hoc nos sine cupiditate agere, his ipsis libellis contenti fumus. Nunc ad sociorum [i] tabulas accepti & expensi, quas remouere honestè nullo modo potuerunt , & ad amicum tuum Carpinatium retemur.Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant,multis nominibus eos homines verum [k] à Carpinatio fecisse,qui pecuniã Verris dedissent [l].Erit vobis luce clarius, iudices, cùm eos ipsos produxero, qui dederunt.Intelligetis enim, illa tempora, per quæ, cùm essent in periculo, pretio sese redemerunt, cum societatis tabulis non solùm consulibus,verùm etiam mensibus, conuenire. Cùm hæc maximè cognoscerem, & iam in manibus tabulas haberemus : repentè adspicimus lituras eiusmodi: quasi quædam vulnera tabularum recentia. Statim suspicione offensi,ad ea ipsa nomina oculos, animúmque transtulimus. Erant acceptæ pecuniæ à [a] C. Verrutio,sic tamen, vt vsque ad alterum, R. litteræ constarent integræ : reliquæ omnes essent in litura. alterum, tertium, quattum, permulta erant eiusmodi [b] nomina.Cum manifesta res [c],tum flagitiosa tabularum, atque insignis turpitudo teneretur : quærere incepimus de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius, quicum tantæ pecuniæ rationem haberet.Hærere homo, auersari, rubere. Quòd lege excipiuntur tabulæ publicanorum, quò minùs Romam deportentur:vt res quàm maximè clara, ac testata esse posset, in ius [d] ad Metellum Carpinatium voco: tabulásque societatis in forum defero. fit maximus concursus hominum:& quòd erat Carpinatij nota cum isto prætore societas, ac fœneratio, summè exspectabant omnes, quid [e] in tabulis contineretur. Rem ad Metellum defero, me tabulas perspexisse sociorum in his tabulis magnam rationem C. Verrutij permultis nominibus esse,méque hoc perspicere ex cõsulum,mensiúmque ratione,hunc Verrutium neque ante aduentum C. Vertis , neque post decessionem quicquam cum Carpinatio rationis habuisse. post.Io , mihi respondeat, qui sit iste Verrutius:mercator [f], an arator, an pecuarius:in Sicilia sit, an iam decesserit. Clamare omnes ex conuentu,neminem vmquam ex Sicilia fuisse Verrutium. Ego instare,vt mihi responderet , vbi esset,quis esset, vnde esset : cur seruus societatis,qui tabulas confecerit,semper in Verrutij nomine,certo ex loco,mendosus esset. Atque hæc postulabam,non [g] quò illum cogi putarem oportere,vt ea mihi responderet inuitus : sed vt omnibus istius furta,illius flagitium,vtriusque audacia perspicua esse posset. Itaque illum iniuriæ [h] metu , conscientiáque peccati mutum,atque exanimatum,ac vix viuum relinquo: tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo : adhibentur in exscribendo de conuentu viri primarij:litteræ,literæque omnes assimulatæ [i],expressæ,de tabulis in libros transferuntur. Hæc omnia summa cura,& diligentia recognita, & collata,& ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Si Carpinatius tum mihi respondere noluit: responde mihi nunc tu Verres , quem esse hunc tuum pænè gentilem Verrutium putes.fieri non potest , vt, quem video, te prætore,in Sicilia fuisse,& quem ex ipsa ratione intelligo locupletem fuisse , eum tu in tua prouincia non cognoris. Atque [k] adeò hoc ne longius , aut obscurius esse possit , procedite in [l] medium , explicate descriptionem, imaginémque tabularum : vt omnes mortales istius auaritiæ non iam vestigia [m],sed ipsa cubilia videre possint [n]. Videtis Verrutium? videtis primas litteras integras?videtis extremam partem nominis, caudam [o] illam Verris, tamquam in luto , demersam esse in litura ? Sic habent se tabulæ, iudices,vt videtis.Quid exspectatis? quid quæritis amplius? tu ipse Verres quid sedes? quid moraris?nam aut exhibeas nobis Verrutium, necesse est: aut te esse Verrutium fateare.

a *L. mensiũ complurium, & ita vt.‖ Grammatici veteres ita hunc genitiuum vsurpatũ à scriptoribus antiquis testãtur. Qui & ipse Tullius alibi vsurpauit i. epist. 6. ad Pisonem lib. 7. Quid. 5. mensium. Et quos sustinui bis mensium quinque labores.*

b L.erant ex eodem gen.‖ *al.*nec erãt.*

c *vers.* quod ego genus maximè.

d *lib. vulg.* vnde tantum Melitensem vestem,vnde ‖ *subaudi* vestium. *Nam supra dixit*, plurimam vestem Melitensem.*

P. CXLVI.

e *al.* LLS. IↃC. soc. L. LLS. LX. millia socio.

f Vicesima portorij nomine dabatur : hoc est quinque in singula centum.*

g *al.* quæ esset LLS. CIↃ CC. ex h *vers.* cùm ea sit hæc insa.

i Tabulæ inter socios publicanos fiebant accepti & expensi.*

k Verrum facere hic est simpliciter ex alienum contrahere, quod si fiat, vt alij soluatur,proprie verrura dicitur*

l L. dedissent quod erit v.

P. B.

m *al.* afsimilatæ.

k L. Atque adeo ne hoc aut long.

l L. in medium. atque expl.

m Metaphora à venatoribus sumpta , qui ex vestigiis,cubilia considunt.*

n L. possint. liber explicetur. Videtis Ver.

o Verris caudam appellat Verrutium.manet autem in eadem metaphora bestiæ cuius caudæ extra cubile extare indicat eam illi latere.

a PERORATIO P. R.

¶ Laudantur a oratores veteres, Crassi illi, & Antonij, quòd crimina diluere dilucidè, q̃ copiosè reorum causas defendere solebant b. Nimirum illi non ingenio solùm his patronis, sed fortuna etiam præstiterunt. nemo enim tunc ita peccabat, vt defensioni locum non relinqueret: nemo ita viuebat, vt nulla eius vitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccato c tenebatur, vt, cùm impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. Nunc verò quid faciat Hortensius? auaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitiosissimum, libidinosissimũ, nequissimúmq. defendit. An ab hac eius infamia, nequitia, vestros animos in aliam partẽ, fortitudinis commemoratione, traducet? At homo inertior, ignauior d, magis vir inter mulieres nequã, impura inter viros muliercula proferri non potest. At mores commodi? Quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hæc sine cuiusquam malo. Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vmquam fuit? In hoc homine, atque in eiusmodi causa quid facerent omnes Crassi & Antonij? Tantùm, opinor, Hortensi, ad hanc causam non accederent, ne e in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent. liberi enim ad causas, solutique veniebant: neque committebant, vt, si impudentes in defendendo esse voluissent, ingrati f in deserendo existimarentur.

a *al.* peccatu atque ita scriptum fuisse in vno atque altero antiquissimæ fidei libris Titianus refert. *Gellius lib. 6. c. 19.*

b *L.* soleret.

c *al.* peccauit.

d *L.* ignauior vir magis quam inter mulieres, magis impura inter viros mul. *al.* vir magis inter mulieres nequam, magis pura, *&c.*

e *vt.* neq; in alterius, *&c. & ita L.*

f *fort.* insit.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER TERTIVS,

de frumento, seu oratio frumentaria.

ORATIO OCTAVA.

SYNOPSIS.

De frumento & re frumentaria. ¶ *Ac primum* de frumento decumano *& tribus edictis iniquissimis Verris aduersus aratores. De pecunia frumentario nomine erepta, & Verre eo nomine vario & argumentis & exemplis & priuatim & publicè convicto. Pecuniam enim eo nomine abstulisse priuatis, Nymphoni, Xenoni, Polemarcho, Eubulidi, Sothrato, Numenio & Nymphodoro. Publicè, Agyrinensibus, Herbitensibus, Segestensibus, Liparensibus, Tissensibus, Amestratinis, Petrinis, Haliciensibus, Segestranis, Thermitanis, Imacharensibus, Ennensibus, Calatinis, Muticensibus, Hyblensibus, Menenis, Æthnensibus, Leontinis. Superiora confirmare quoque ex Epistolis Metelli, ex effectis (vt quia multri necẽ sibi conscierint) quod societatem inierit cum decumanis: id enim probari testimonio Aproni & Decumanorum: deinde Sporsione Rubrij & Scandilij. Prolepsi quadam id etiam colligi, sed & epistola Timarchidis id confirmari. Et hæc de frumento decumano.* ¶ *Sequitur alia accusatio*, De frumento empto vel emendo. *Pecunias in id destinatas seneasse, auertisse, detraxisse.* ¶ *Sequitur tertia accusatio*, De frumento æstimato.

PRINCIPIVM.

OMNES, qui alterum, iudices, nullis impulsi inimicitiis, nulla priuatim læsi iniuria, nullo præmio adducti, in iudicium reip. causa vocant: prouidere debent, non solùm quid oneris in præsentia tollant, sed etiam quantum in omnem vitam negotij suscipere conentur, a *L.* sibi ipsi computant. *legem enim sibi a ipsi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutúmque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt.* atque eo magis, si id, vt ante dixi, faciunt nulla re commoti alia, nisi vtilitate communi. Nam qui sibi hoc sumsit, vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse a religione officij declinarit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiusmodi ciuis laudandus, ac diligendus est, qui b non solùm reip. c ciuem improbum remouet, verùm etiã se ipsum eiusmodi fore profitetur, ac præstat, vt sibi non modò communi voluntate virtutis atque officij, sed etiam vt quadam magis necessaria ratione recte sit, honestéque viuendum. Ita hoc, iudices, ex homine clarissimo, atque eloquẽtissimo, L. Crasso, sæpe auditum est, cùm se nullius rei tam pœnitere diceret quàm quòd C. Carbonem vmquam in iudicium vocauisset. minus enim liberas omniũ d rerum voluntates habebat: & vitam suam plutibus, quàm vellet, obseruari oculis arbitrabatur. Atque ille his præsidiis ingenij, fortunæque munitus, tamen hæc cura continebatur, quam sibi, nondum confirmato consilio, sed ineunte e ætate susceperat. quo minus etiam perspicuit eorum virtus, & integritas, qui ad hanc rem adolescentuli, quàm qui iam firmata ætate defecerunt. illi enim, antequàm potuerunt existimare, quanto liberior vita sit eorum, qui neminem accusarint, gloriæ causa, atque ostentationis, accusant. nos, qui iam, & quid facere, & quantulũ iudicare possemus. ostendimus, nisi facilè cupiditates nostras teneremus, numquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatémque viuendi. Atque hoc ego plus oneris habeo f, quàm qui ceteros accusant (si onus est id appellandum, *quod cum lætitia feras, ac voluptate*) veruntamen hoc ego amplius suscepi, quàm ceteri: quod ita postulatur ab omni-

b *L.* quod non solum ab reip. ciuem impr.

c *al.* à Republica.

d *lib. vulg.* omnium voluntates rerũ.

e *hoc est, anno 10. nono, quo Carbonem accusauit, Tacitus de claris oratoribus.*

f *fort.* subeo ex veteri *lectione.*

ab omnibus, vt ab iis se abstineant maximè viriis, in quib. alterum reprehenderunt. Furē aliquem, aut rapacem accusaris? vitanda tibi semper erit omnis auaritiæ suspicio. maleficum quempiam adduxeris, aut crudelem? cauendum erit semper, nequa in re asperior, aut iuhumanior fuisse videare. corruptorem, adulterum? prouidendum diligenter, nequod in vita vestigium libidinis appareat. *omnia postremò, quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt.* Etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Ego in vno homine omnia vitia, quę possunt in homine perdito, nefariòque esse, reprehendo: nullum[a] esse dico indicium libidinis, sceleris, audaciæ, quod non in vnius istius vita perspicere possitis. Ego in isto reo legem hanc, iudices, mihi statuo: viuendum ita esse, vt isti non modò factis, dictisque omnibus, sed etiam oris, oculorúmque illa contumacia ac superbia, quam videtis, dissimillimus esse, ac semper fuisse videar. Patior[b] non molestè, iudices, eam vitam, quę mihi sua sponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege, & conditione necessariam quoque futuram. Et in hoc homine sæpe à me quæris, Hortensi: quibus inimicitiis, aut qua iniuria adductus, ad accusandum descenderim. mitto iam rationem officij mei, necessitudinisque Siculorum: de ipsis tibi inimicitiis respondeo. *an tu maiores villas inimicitias putas esse, quàm contrarias hominum sententias, ac dissimilitudines studiorum, & voluntatum?* Fidem sanctissimam in vita qui putat, potest ei non inimicus esse, qui quæstor consulem suum, consiliis commissis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis, spoliare, relinquere, pudore, oppugnare ausus sit? Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? Qui religiones deorum immortalium retinere vult, ei, qui fana spoliarit omnia, qui ex censorum[c] orbitis prædari sit ausus, inimicus non esse qui potest? Qui iure æquo omnes putat esse oportere. is tibi non infestissimus sit, cùm cogitet varietatem, libidinémque decreterum tuorum? qui sociorum iniuriis, prouinciarúmque incommodis doleat, is in te non expilatione Asię, vexatione Pamphyliæ, squalore & lacrymis Siciliæ concitetur? qui ciuium Romanorum iura, ac libertatem, sanctam apud omneis haberi[d] vult, is non tibi plus etiam, quàm inimicus esse debeat, cùm tua verbera, cùm secureis, cùm cruceis ad ciuium Rom. supplicia fixas recordetur? An, si qua in re contra rem meam decresset aliquid iniuria, iure me ei inimicum esse arbitrarer[e]: cùm omnia contra omnium bonorum rem, causam, rationem, vtilitatem, voluntatémque fecerit, quæris, cur ei sim inimicus, cui populus Rom. infestus sit? qui præsertim plus etiam, quàm pars virilis postulat, pro voluntate populi Rom. oneris ac muneris suscipere debeam? Quid illa, quæ leuiora videntur esse? non cuiusuis animum possunt mouere? quòd ad tuam ipsius amicitiam, cæterorúmque[f] omnium maiorum, atque nobilium, facilliorem aditum istius habet nequitia, & audacia, quàm cuiusquam nostrûm virtus, & integritas? odistis hominum nouorum industrias[a]: despicitis eorum frugalitatem: pudorem contemnitis: ingenium verò & virtutem, depressam, exstinctámque cupitis: Verrem amatis. Ita credo: si non virtute, non industria, non innocentia, non pudore, non pudicitia: at sermone, at litteris, at humanitate eius delectamini. nihil horum est: contráque sunt omnia cùm summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate óblita. Huic homini si cuius domus patet, vtrùm ea patere, aut hiare, ac poscere aliquid videtur? Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt: hunc liberti vestri, hunc serui, ancillęque amant: hic cùm venit, extraordinem vocatur: hic solus introducitur, cæteri sæpe, frugalissimi homines, excluduntur. ex quo intelligi potest, eos vobis esse charissimos, qui ita vixerunt, vt sine vestro præsidio salui esse non possint. Quid? hoc cuiquam ferendum putas esse, nos ita viuere in pecunia tenui, vt prorsus nihil acquirere velimus: vt dignitatem nostram, populique R. beneficia non copiis, sed virtute tueamur? istum, rebus omnibus vndique ereptis, impunè eludentem circumfluere, atque abundare? huius[b] argento domos vestras, huius signis, & tabulis forum, comitiúmque ornari? præsertim cùm vos *vestro Marte* his rebus omnibus abunderis? Verrem esse, qui vestras villas suis manubiis ornet? Verrem esse, qui cum L. Mummio certet: vt plureis hic sociorum vrbeis, quàm ille hostium, spoliasse videatur? plureis hic solus villas ornamentis fanorum, quàm ille fana spoliis hostium ornasse? & is erit ob eam rem vobis charior, vt ceteri libentiùs suo periculo vestris cupiditatibus seruiant? ¶ Verùm hæc dicentur[c] alio loco, & dicta sunt: nunc de proficiscemur ad reliqua, si pauca amè[e] erimus à vobis, iudices, deprecati. Superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus. id fuit nobis gratum admodum: sed multo erit gratius si reliqua voletis attendere, propterea quod in his omnibus, quæ ante ea dicta sunt, erat quędam ex ipsa varietate, ac nouitate rerum, ac[f] criminum delectatio. *nunc tractare causam instituimus frumentariam:* quæ magnitudine iniuriæ[g] ferè criminibus ceteris antecellit: iucunditatis in agendo, & varietatis minus habebit. vestra autem auctoritate & prudentia dignissimum est, iudices, in[h] audiendo diligentiam non minus religioni tribuere, quàm voluptati. In hac causa frumentaria cognoscenda hæc vobis proponite, iudices, vos de rebus, fortunísque Siculorum omnium, de ciuium Rom. qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus à maioribus traditis, de vita, victúque populi Rom. cognituros, quæ si magna, atque adeò maxima vobis videntur: quàm varie, & quàm copiosè dicantur, exspectare nolite. Neminē vestrùm præterit, iudices, omnem vtilitatem, opportunitatémque prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda populi Romani adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximè. inam ceteris rebus adiuuamur ex illa prouincia: hac verò alimur, ac sustinemur. ¶ Ea causa tripertita[k], iudices, erit in accusatione. primùm enim *de decumano*, deinde *de emto* dicemus frumento, postremò *de æstimato*. ¶ Inter[l] Siciliam, ceteráque prouincias, iudices, in agrorum vectigalium rationibus[m] hoc interest, quòd ceteris aut

a L. industriā

a *lib. vult.* nullum esse iudicii lib.

b *v.v.* huius argento domus vestras, huius sign.

P. CXLIX. b *L.* Patior, non molestè ferre, iud.

P. CL.

c L. dicentur

d CONSTITVTIO causæ.*

e *L.* autè sumus à vobis,

f L. & criminum

g *v.c.* iniuriæ, & reorum.

h L. in audiendo. diligentiam nō re. & ita v.c.

i *lib. vult.* maximè in cæteris rebus.*

P. B.

k PARTITIO.

l NARRATIO de frumento decumano quod ex decimis præstatur ab aratoribus Siciliæ eorum publicorum.*

m *L.* rationibus

c *legendum est* tensarum *vel* thensarū *vt lib. 1. in Verrem* 3. vbi quid thensæ dictum est.*

d *v.c.* haberi velit ab n.

e *L.* arbitrarer

f *L.* ceterorúmque hominum maiorum, atq. nobil. & *ita v.c.*

impositum vectigal [a] est certum, quod stipendiarium dicitur, vt Hispanis, & plerisque Pœnorum, quasi victoriæ præmium, ac pœna belli: aut censoria locatio constituta est, vt Asiæ, lege [b] Sempronia. Siciliæ ciuitates sic in amicitiam, fidémque recepimus, *vt eodem iure essent, quo fuissent: eadem conditione populo R. parerent, qua suis antea paruissent.* perpaucæ Siciliæ ciuitates sunt bello à maioribus nostris subactæ: quarum ager cùm esset publicus populi R. factus, tamen illis est redditus. is [c] ager à censoribus locari solet. Fœderataque ciuitates duæ sunt, quarum decumæ venire non soleant, Mamertina & Tauromenitana. quinque præterea sine fœdere immunes ciuitates, ac liberæ, Centuripina, Halesina, Segestana, Haliciensis, Panormitana: præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum, decumanus est: itémque ante imperium populi R. ipsorum Siculorũ voluntate, & institutus fuit. Videte nunc maiorum sapientiam. qui, cùm Siciliam, tam opportunum subsidium belli, atque pacis, ad rempublicam adiunxissent, tãta cura Siculos tueri, & retinere voluerunt, vt non modò eorum agris vectigal nouum [e] nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, néve [f] vendundis aut tempus, aut locum commutarent: vt certo tempore anni, vt ibidem in Sicilia, denique vt lege Hieronica venderent, voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse: eorum[g] animos, non modò lege noua, sed ne nomine quidem legis nouo cõmoueri. Ita decumas [h] lege Hieronica semper vẽdendas cẽsuerunt, vt iis iucundior esset muneris illius functio, si eius regis, qui Siculis carissimus fuit, nõ solùm institutа, commutato imperio, verùm etiam nomen maneret. Hoc iure ante Verrem prætorem Sicuri semper vsi sunt: hic primus instituta omnium, consuetudinem à maioribus traditam, conditionem amicitiæ, ius societatis, cõuellere & cõmutare ausus est. Qua in re primùm illud reprehendo, & accuso, cur in re tam veteri, tam vsitata, quidquam noui feceris, ingenio aliquid assecutus es? tot homines sapientissimos [k], qui illam prouinciam ante te tenuerunt, prudentia, consiliõque vicistis? Est tuum, est ingenij, prudentiæque [l] tuæ do hoc tibi & concedo: scio, te Romæ, cùm prætor esses, edicto tuo possessiones [m] hereditatum ad alienos à primis heredibus ad secundos, à legibus adlibidiné tuam trãstulisse: scio, te edicta superiorũ omnium correxisse, & possessiones hereditatum non secundum eos, qui proferrent, sed secundum eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse: eáque res nouas absente prolatas, & innentas magno tibi quæstui fuisse scio: eundémque te memini censorias quoque leges in sartis tectis exigendis tollere & commutare: ne is [n] redimeret: cuia res esset ne pupillo tutores, propinquíque consulerent, quo minus fortunis omnibus euerteretur: exiguam diem præfiniri [o] operi, qua ceteros ab negotio excluderes, ipse Pin tuo redemtore nullã certam diem obseruares. Quamobrem nouã legem te in decumis statuisse non miror, hominem in edictis prætoriis, in censoriis legibus tam prudenté, tam exercitatum: non, inquam miror, te aliquid excogitasse: sed quod tua sponte, iniussu populi, sine senatus auctoritate iura prouinciæ Siciliæ mutaris, id reprehendo, id accuso. L. Octauio, & C. Cottæ consulibus senatus permisit, *vt vini, & olei de cumis, & frugum minutarum, quas ante te quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent, legémque his rebus, quam [a] ipsis videretur, dicerent.* Cùm locatio fieret, publicani postularunt, quasdam res vt ad legem adderent, neque tamen à censoriis ceteris legibus recederent. Contrà dixit is, qui casu tum Romæ fuit, tuus hospes, Verres, hospes, inquam, & familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus. Consules causam cognouerunt: cùm viros primarios, atque amplissimos ciuitatis multos in consilium aduocassent, de consilij sententia pronuntiarunt, *se lege Hieronica vendituros.* Itáne verò? prudentissimi viri, summa auctoritate prædíti, quibus senatus legum decendarum in locantis vectigalibus omnem potestatem permiserat, populúsque Romanus idem iusserat, Siculo vno recusante, cum amplificatione vectigalium, nomen Hieronicæ legis mutare noluerunt: tu homo minimi consilij, nullius auctoritatis, iniussu populi, ac senatus, tota Sicilia recusante, cũ maximo detrimento, atque adeò exitio vectigalium, totam Hieronicam legem sustulisti? [b] At quam legem cortigit, iudices, atque adeò totam tollit? acutissimè, ac diligentissimè scriptam: quæ [c] omnibus custodiis subiectum aratorem [d] decumano tradit, vt neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis, neque in amonendo, neque in [e] asportando frumento, grano vno posset arator, sine maxima pœna fraudare decumãnum. Scripta lex ita diligenter est, vt eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet: ita acuté, vt Siculumita seuerè, vt tyrannum: qua lege Siculis tamen arare expediret. nam ita diligenter constituta sunt iura decumanis, vt tamen ab inuito aratore plus decuma non possit auferri. Cùm hæc essent ita constituta. Verres tot annis, atque adeò sæculis inuentus est, qui hæc non [f] commutaret, sed euerteret: eáque, quæ iamdiu ad salutem sociorum, vtilitatém que reip. composita, comparatáque essent, ad suos improbissimos quæstus conuerteret? [g] qui primùm [l] certos instituerit nomine decumanos, re vera ministros, ac satellites cupiditatum suarum: per quos ostendam sic prouinciam per trienniũ vexatam, atque vastatam, iudices, vt eam multis annis, multorum[m] innocentia, sapientiáque recreare nequeamus. Eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps erat Qu. ille Apronius, quem videtis: de cuius improbitate singulari grauissimarum legationum querimonias audistis. Adspicite, iudices, vultum hominis, & adspectum: & ex ea contumacia, quàm hic in perditis rebus retinet, illos etiam spiritus Siciliensis quos fuisse putetis, cogitate, ac recordamini. Hic est Apronius, quem in prouincia tota Verres, cùm vndique nequissimos homines conquisisset, & cùm ipse secum sui similes duxisset, non parum multos: neq; itia, luxuria, audacia, sui simillimum iudicauit. Itaque istos inter se perbreui tempore, non res, non ratio, non commendatio aliqua, sed studiorum turpitudo, similitudóque coniunxit. Vertis mores improbos, impurósque nostis. fingite vobis, si potestis, aliquem, qui in omnibus istis [n] rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse possit. is [o] erat Apronius.

P. R.

a *al.* quæ ipsis videretur, edicerent.

b L. sustulisti?

c L. quæ lex omn.

d. Aratorum & decumano rum quæ ratio apud Siculos fuerit.*

e *L.* in expor tando

f Siculi acuti *Cicero de claris Oratoribus & epistola ad Q. fratrem & supra in diuinatione 6.*

Quintil. 4.*

g *L.* decumano, vt 1.

h Decumanis plus decuma ab aratore inuito non licuit auferre.*

i *al* non cõmutarit, sed euerterit.

k *L.* conuerteret:

l Decumanis suis quemadmodum Verres attriuerit aratores Siciliæ.*

m *L.* multorum prætorum inu.

n *L.* ist reb.

o *L.* is ille cerit Apronius: qui, *al.* is erat Apro.

a Vectigal aut certum est, seu stipendiarium, aut censoria locatione constituitur.*

b Lex Sempronia de agris Atiaticis P. Romani & censoribus locandis & stipendiario vectigali iis non imponẽdo.*

c Agri P. Romani à censoribus locari soliti.*

d Ciuitatum Siculaarumliæfœderatæ & earum decumæ venire non solent à censoribus) Aliæ sine fœdere quarum rursus aliæ immunes ac liberæ aliæ decumas exagris præstabant.*

e Vectigal nouum nullum impositum Siculis à Romanis sed nec vectigalium vendendorum, leges siue ad tempus siue ad locum pertinerent mutare. P. CLI. tæ.*

f L. néue vẽdundi aut semp. & ita v. c.

g L. eorúmque animi.

h Decumæ lege Hieronica apud Siculos venditæ.*

i λειτουργία

k v. c. sapientissimos, clarissimósque, qui ill.

l v. c. diligentiæque tuæ.

m L. possessiones hereditatum à liberis ad alienos.

n vide Verrinam 1.*

o L. præfinire operi. *al.* cùm ipse.

p. R.

a *al.* quæ ipsis videretur, edicerent.

b L. sustulisti?

c L. quæ lex omn.

d. Aratorum & decumano rum quæ ratio apud Siculos fuerit* e *L.* in expor tando f Siculi acuti *Cicero de claris Oratoribus & epistola ad Q. fratrem & supra in diuinatione 6.* *Quintil.* 4.* g *L.* decumano, vt 1. h Decumanis plus decuma ab aratore inuito non licuit auferre.* i *al* non cõmutarit, sed euerterit. k *L.* conuerteret: l Decumanis suis quemadmodum Verres attriuerit aratores Siciliæ.* m *L.* multorum prætorum inu. n *L.* ist reb. o *L.* is ille cerit Apronius: qui, *al.* is erat Apro.

Apronius ille: qui, vt ipse non solùm vita sed etiam corpore, atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut [a] gurges vitiorum, turpitudinúmque omnium. Hunc in omnibus stupris, hunc in fanorum expilationibus, hunc in impuris conuiuiis principem adhibebat: tantámque habebat morum similitudo coniunctionem, atque concordiam, vt Apronius, qui aliis inhumanus, ac barbarus, isti vni commodus, ac dissertus videretur: vt, quem omnes odissent, neque videre vellent, sine eo iste esse non posset: vt, cùm alij, ne conuiuiis quidem iisdem, quibus Apronius, hic iisdem etiam poculis vteretur: postremò, vt odor Apronij tæterrimus oris, & corporis, quem (vt aiunt) ne bestiæ quidem ferre possent, vni isti suauis, & iucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus: in cubiculo socius [b], in conuiuio dominus: ac tum maximè, cùm, accubante prætextato [c] prætoris filio, in conuiuio saltare nu lus [d] cœperat. Hunc, vti dicere instituit, principem Verres ad [e] euertendas fortunas aratorũ, vexandas, diripiendásq. esse voluit: huius audacię, nequitię, crudelitati, fidelissimos socios, optimósq. ciueis scitote hoc prætore traditos, iudices, atque addictos fuisse, nouis institutis & edictis, tota Hieronica lege (quemadmodum antea dixi) reiecta, & repudiata. *Primum edictũ*, iudices, audite præclarum: *Quantum* [f] *decumanus edidisset aratorem sibi decumæ* [g] *dare oportere*, vt tantum arator decumano dare cogeretur? Quomodo? quantum poposcerit Apronius, dato. Quid est hoc? vtrùm prętoris institutum in socios, an in hosteis victos insani edictum, atque imperiũ tyranni? Ego [h] tantum dem, quantum ille poposcerit? poscet omne, quantum exaruero. Quid omnes immo plus etiã, inquit, si volet. Quid tum? Quid censes? Aut dabis, aut contra edictum feciſſe dãnabere. Per deos immortales: quid est hoc? verisimile enim non est. Sic mihi persuadeo, iudices, tametsi omnia in istum hominem conuenire putaris [k], tamen hoc vobis falsum videri. ego enim, cùm hoc tota Sicilia diceret, tamẽ affirmare non auderem, si hæc edicta non ex ipsius tabulis totidẽ verbis recitare possem: sicuti faciam. da, quæso, scribæ: recitet ex codice. Recita edictum de professione. *Edictum de Professione.* Negat me recitare eorum. nam [l] id nutu significare videtur. Quid prætereo? an illud, vbi caues tamen Siculis, & miseros respicis aratores? edicis enim, *te in decumanum si plura* [m] *subtulerit* [n], *quàm debitum sit in octuplum iudicium daturum esse.* Nihil mihi placet prætermitti. Recita hoc quoque, quod postulat, totum. Recita edictum de iudicio in octuplum. *Edictum de iudicio in octuplum.* Iudicio vt arator decumanum persequatur? miserum, atque iniquum, ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad subsellia, ab vsu rerum rusticarum ad insolitam litem, atque iudicium. Cùm omnibus in aliis vectigalibus, Asiæ, Macedoniæ, Hispaniæ, Galliæ, Africæ, Sardiniæ, ipsius Italiæ, quæ [o] vectigalia sunt: cùm in his, inquam, rebus omnibus publicanus pretitor, ac pignerator, non creptor, neque possessor soleat esse: tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est, de aratoribus, ea iura constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria. Vtrum [p] est æquius, decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium, integra te, an perdita, fieri? eum, qui manu quæsierit, an eum, qui digito [a] licitus sit, possidere? Quid, qui in singulis iugis [b] arãt. qui ab opere ipsi non recedunt, quo in numero magnus ante te prætorem numerus, magna multitudo Siculorum fuit: quid facient? cùm dederit Apronio, quod poposcerit, relinquẽt arationes? relinquent Larem familiarem suum? venient Syracusas, vt, te prætore videlicet, æquo iure, Apronium, delicias, ac vitam tuam, iudicio recuperatorio persequantur? Verùm esto [c], reperietur aliquis fortis, & experiens, arator, qui, cùm tantum dederit decumano, quantum ille deberi dixerit, iudicio repetat, & pœnam octupli persequatur. Exspecto vim edicti, seueritatẽ prætoris: faueo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem postulat arator? nihil, *nisi ex edicto iudicium in octuplum.* Quid Apronius? non recusat. quid prætor? iubet [d] recuperatorum reiicere decurias [e]. Scribamus. Quas decurias? de cohorte mea reiicies, inquit, Quid? ista cohors quorum hominum est? Volusij haruspicis, & Cornelij medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Nam de conuentu nullum vnquam iudicem, nec recuperatorem dedit. iniquos decumanis [f] omneis dicebat esse, qui vnam agri glæbam possiderent. Veniebam erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalassent. O præclarum, & commemorandum iudicium! ô seuerum edictum! ô totum perfugium aratorum! Atque [g], vt intelligatis cuiusmodi ista iudicia in octuplum, cuiusmodi istius de cohorte recuperatores existimati sint: sic attendite. Ecquem putatis decumanum, hac licentia permissa, vt tantum ab aratore, quantum poposcisset, auferret, plus, quàm deberetur, poposcisse? considerate cum vestris animis vosmetipsi, ecquem putetis, præsertim cùm id non solùm sine auaritia, sed etiam sine impudentia accipere potuerit. multos necesse est. At ego omneis dico plus, [h] quàm decumas, abstulisse. cedò mihi vnum ex triennio prætoræ tuæ, qui octupli damnatus sit. damnatus? immo verò in quem iudicium ex edicto tuo postulatum sit. Nemo erat videlicet aratorum, qui iniuriam sibi factam queri posset: nemo decumanorum, qui grano amplius sibi, quàm deberetur, deberi professus esset. immo verò contrà, rapiebat, & asportabat, quantum à quoque volebat, Apronius: omnibus autem locis aratores spoliati, ac vexati querebantur: neque tamen vllum iudicium reperietur. Quid est hoc? tot viri fortes, honesti, gratiosi, tot Siculi, tot equites R. ab vno homine pequissimo, ac turpissimo læsi, pœnam octupli sine vlla dubitatione, commissam, nõ persequebãtur? quę causa? quæ ratio est? vna illa, iudices, quã videtis: quòd vltrò etiã killusos se, & irrisos ab iudicio discessuros videbant. Etenim quod esset iudiciũ, cùm è Verris turpissimo, flagitiosissimóque comitatu tres recuperatorum nomine assedissent, assecłę istius, non à parte ei traditi, sed à meretricula cõmendati? Ageret vicissim causam arator: nihi sibi frumenti ademisset, Apronio relictũ, bona suã etiã direptã esse pulsatũ, verberatúmque diceret. conferrent viri boni capita: de [m] comessatione loquerentur inter se, ac de mulierculis, si quas à prætore

a Digito sublato licitationes fieri solitas dixit Verrina 1.*

b L. iugeris ar. ‖ sed in singulis iugis arare, est vno tantum in iugo: cuiusmodi spatiũ iunctis boues vno die exarare possunt.

c De persona recuperatorũ

d L. iubet recuperatores reiicere. Decurias scribamus. e *al.* decurias exscribamus.

f *al.* decumanis esse aiebat, omneis qui villam agri.

g De collusione comitis Verris cum decumanis.*

h L. plus et multo plus quàm dec. *et ita v.c.*

i *lib. vulg.* habet, tot. P. CLIIII

k *lib. vulg.* illusos se & irritos ab iud. *mendose.* l *al.* irritos vt s. ac præterea illudere & irridere idem: igitur, *ita* irritos, *hic* referemus ad frustrationem iudicij, non ad ludibrium.* m *lib. vulg.* de comessatione. *sed ve ter.* comissari. nem dixerunt *vide Fest. in Comissatores.**

a *al.* ac.* P. B.

b *al.* solus, c id est impubere. Prætextam enim pueri ad annum 17. gestabant.*

d Mos Græcis, vt nudi in conuiuiis saltarẽt: quod oratione *in Pisonem* Gabinio 2. *Catilinaria*, Catilinæ sociis crimini dat.* e L. ad fortunas aratorũ vexandas, d. *v.c.*

f Primum edictum Verris in aratores insquisitum.*

g al. decumarum nomine dare oportere.*

h L. ego tantundem, quant.

i L. quidque quid est hoc, veri enim simile non est *& ita v.c.*

k L. puteris.

l L. nam id significare nutu videtur P. CLIIII.

m *al.* plus.* n L. abstulerit, q.

o L. *al.* quæ vectigalia sint; e quæ vectigalia sit, cùm *Cicero Verrem enim omnia Italiæ vectigalia.*

p Interest nostra portusnõ soluere quã solutũ repetere l. 3. *ff. de compensationibus.*

abeunteis posſent deprehendere, res agi videretur. surrexisset Apronius, noua dignitas publicani, non vt decumanus, squaloris plenus, ac pulueris: sed vnguentis oblitus: vino, vigiliisque langui lus. omnia primo motu, ac spiritu suo, vini, vnguenti, corporis odore cõplesset. dixisset hęc, quę vulgò dicere solebat. non se decumas emisse, sed bona, fortunásque aratorum: non se decumanum esse Apronium, sed Verrem alterum: dominum illorum, ac tyrannum. Quę cùm dixisset, illi viri optimi de cohorte istius recuperatores, nõ de absoluendo Apronio deliberarent, sed quærerent, quomodo [a] petitorem ipsum Apronio [b] condemnarent [c]. Hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cùm decumanis, hoc est, Apronio permisisses, vt, quantum vellet, posceret: quantum poposcisset, auferret: hoc tibi defensionis ad iudicium tuum comparabas, habuisse te edictum, recuperatores daturum in octuplum? Si mehercule ex omni copia conuentus Syracusani, splendidissimorum d, honestissimorumque hominum faceres potestatem aratori, non modò reiiciendi, sed etiam sumendi recuperatores: tamen hoc nouum genus iniuriæ ferre nemo posset, te, cùm tuos omneis fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amisisses, tum bona tua repetere, ac persequi lite, atque iudicio. Cùm verò verbo, iudicium sit in edicto, re quidem vera, tuorum comitum, hominum nequissimorum colluuio cum decumanis sociis tuis, atque adeo procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere, præsertim cùm id non modò oratione mea, sed etiam re ipsa refellatur? Cùm [e] in tantis incommodis aratorum, iniustissque decumanorum, nullum ex isto præclaro edicto non modò factum, sed ne postulatum quidem iudicium inueniatur. Erit [f] tamen [g] in aratores lenior, quàm videtur. Nam, qui in decumanos octupli iudiciũ se daturum edixit, idem habuit in edicto, *se in aratorum in quadruplum daturum.* Quis hunc audet dicere, aratoribus infestum, aut inimicum [h] fuisse? quanto lenior est, quàm in publicanum? Edixit, vt, quod decumanus edidisset, sibi dari oporteret, id ab aratore magistratus Siculis exigeret. Quid [i] dereliquit iudicij, quod in aratorem dari posset? Non malum est, inquit, esse istam formidinem: vt, cùm exactum sit ab aratore, tamen ne se commoueat, reliquus metus iudicij sit. Si iudicio à me vis exigere, remoue Siculum magistratum, si hanc vim adhibes, quid opus est iudicio? Quis porrò erit, qui non malit decumanis tuis dare, quod [k] poscerent, quàm ab asseclis tuis quadrupli [l] condemnari? Illa [m] verò præclara est *clausula edicti*, quòd *omnium controuersiarum, quæ essent inter aratorem, & decumanum, si* [n] *vter velit, edicit se recuperatores daturum.* Primùm, quæ potest esse controuersia, cùm is, qui petere debet, auferat? & cùm is non, quantum debetur, sed, quantum commodum est, auferat [o]? Ille autem, vnde ablatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest? deinde in hoc *homo lynceus* P. etiam callidus, ac veterator esse vult, quòd ita scribit, *Si vter volet* [q] *recuperatores dabo.* Quam lepidè se furari putat? Vtrique facit potestatem, sed vtrum ita scripserit, *Si inter volet*, an, *Si decumanus volet*, nihil interest, arator enim tuos istos recuperatores numquid [a] volet? ¶ Quid? illa cuiusmodi sunt, quæ ex tempore, ab Apronio admonitus, edixit? Q. Septitio, honestissimo homine, equitéque Romano resistente Apronio, & affirmante, se plus decuma non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum, *Ne* [b] *quis frumentum de area tolleret, antè quàm cum decumano pactus esset.* Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbri frumentum corrumpi in area patiebatur: cùm illud edictum repentè vberrimum, & quæstuosissimum nascitur, vt ante Kalendas Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent. Hoc edicto, non Siculi (nam eos quidem iam superioribus edictis satis perdiderat, atque afflixerat (sed [c] isti ipsi equites Rom qui suum ius retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis prætoribus gratiosi, vincti Apronio traditi sunt. Attendite enim, cuiusmodi edicta [d] sint. NE TOLLAT, inquit EX AREA, NISI ERIT PACTVS. Satis hæc magna vis est ad iniquè pacisendum. malo enim plus dare, quàm non maturè ex area tollere. At ista vi Septitium, & nonnullos Septitij similes non coercet: qui ita dicunt: Non [e] tollam potiùs, quàm paciscar. His hoc apponitur [f], Deportatũ habeas ante cal. Sext. Deportabo igitur. Nisi pactus eris, non cõmonebis. Sic deportãdi dies præstituta tollere cogebat ex area. cohibitio [g] tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. ¶ Iam verò illud non solùm contra legem Hieronicam, nec solùm contrà consuetudinem superiorum, sed etiam contra omnia iura Siculorum, quæ habent à senatu, populóque Romano, ne [h] extra suum forum vadimonium promittere cogãtur. Statuit ist, *vti arator decumano, quo vellet decumanus, vadimonium promitteret:* vt hic quoque Apronio, cùm [k] à Leontino vsque Lilybeum aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi [l] quæstus accederet. Quamquam illa fuit ad calumniam singulari consilio reperta ratio, quod edixerat, vt aratores ingera sationũ suarum profiterentur. Quæ res cùm ad pactiones, iniquissimas magnam vim habuit, sicut ostendemus, neque [m] ad vllam vtilitatem reip. pertinuit: tum verò ad calumnias. in quo omnes incideront, quos vellet Apronius. Vt enim quisque cõtra voluntatem eius dixerat, ita in eum iudicium de professione iugerum postulabatur. cuius iudicij metu magnus à multis frumenti numerus ablatus, magneque pecuniæ coactæ sunt: non [o] quo iugerum numerum verè profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri quid enim in eo periculi esse posset? sed causa erat iudicij postulandi P, quòd ex edicto professus non esset. Iudicium autem quod fuerit, isto prætore, si, quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis, scire debetis. Quid igitur est, quod ex hac iniquitate nouorum edictorum intelligi velim, iudices? Iniuriámne factam sociis? at videtis. Auctoritatem superiorum repudiatam? non audebit negare. Tantum Apronio isto prætore potuisse? confiteatur necesse est. ¶¶ Sed vos fortasse, quod vos lex commonet, id in hoc loco quæretis, num *quas* [q] *ex hisce rebus pecunias ceperit.* Docebo, cepisse maximas, omneisque eas iniquitates de quibus antea dixi, sui quæstus causa irripuisse [r] conuincam.

a L. numquæ volet.

b Secundum edictum Veris aduersus aratores.*

c al. sed illi ipsi.

d al. edicta sunt.

e L. ne tollam.

f L. opponitur.

g L. prohibitio.

h L. ne quis extra s. t. v. pr. cogatur.

i Tertium edictum Veris aduersus aratores.*

k L. cùm à Leontinis vs q. Lil. aliq. vadaretur ex mi. aratoribus calumniandi quæst. acc.

l v. c. calumniandi q.

m L. ostendã. n al. ucc ad vll.

o al. non quod.

p al. pertimescendi.*

q DE PRÆTVRA fragmentario nomine erepta*

r. L. reperisse vincam, ab. constituisse vincam, & ita v. c.

s al. constituisse vincam, & ita v. c. rat. al. instituisse vincam.*

a L. eequo modo petito rem ipsum Apronio condemnare posset. Hanc.

b al. Apronio condonaret.

c al. promitterent. al. cõdonarent.*

d al. splendidissimorum hom. honestiss. que.

P. E.

e al. Quod in tantis incommodis ar. iniur. q dec. u. ex isto pr. ed. n. m. f. f. ne postul q. ind. inuen tur: & ita v. c.

f forr. quanto in aratorẽ len.

g De pœna quadrupli in aratores constituta à Verre.*

h al. iniqui.*

i L. Quid est reliqui iudicij, & ita v. c.

k L. quod poscerent, quàm.

l al. quadruplo cond. & ita v. c.

m De Clausula edicti à Verre in aratores compositi.*

n L. si vter volet ed. v. c. si vter velit, ed.

P. CIV. o lib. vulg. auferat? p L. luteus fort. blitcus, & luteus autem est hebes & stultus.*

q fort. velit,

uincam, si prius illud propugnaculum, quo contra omneis meos impetus vsurum se putat, ex defensione eius deiecero. *Magno*, inquit, *decumas vendid.* Quid ais? an tu decumas homo audacissime, atque amentissime, vendidisti? tu parte is eas, quas te S. P. Q. R. voluit, an fructus integros, atque adeò bona, fortunásque aratorum omneis vendidisti? Si palàm præco iussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire parteis, & ita emtores accessissent, vt ad dimidias parteis emendas: si pluris vendidisses tu dimidias, quàm certi decumas, cuinam mirum videretur? Quid verò, si præco decumas pronuntiauit: re vera, hoc est, lege, edicto conditione plus etiam, quàm dimidiæ venierunt? tamen tibi hoc præclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quàm ceteros quod oportebat, vendidisse? Pluris[a] vendidi decumas, quàm ceteri. Quibus rebus id assecutus es? innocentia: Adpisce ædem Castoris: deinde, si audes, fac mentionem innocentiæ. Diligentia? codicis lituras tui contemplare in Sthenij Thermitani nomine: deinde aude te dicere diligentem ingenio? qui testeis interrogari priore actione nolueris, & iis tacitum os tuum præbere malueris, & quantumuis[b], & te, & patronos tuos, ingeniosos esse dicito. Qua re igitur id, quod ais, assecutus es? magna est enim laus, si superiores consilio vicisti, posterioribus exemplum, atque auctoritatem reliquisti. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. At te videlicet, imitatorem rerum optimarum, ac principem, imitabuntur omnes. Quis aratorum, te prætore decumam[c] dedit? quis duas? qui's non maximo se affectũ beneficio putauit, cùm tribus decumis pro vna defungeretur, præter paucos, qui propter societatem furtorum tuorũ nihil omnino dederunt? Vide, inter importunitatem tuam, senatúsque bonitatem, quid interfit. Senatus, cùm temporibus reip. cogitur, vt decernat[d], vt alteræ decumæ exigantur: ita decernit, *vt pecunia pro his decumis soluatur aratoribus*: vt,[e] quod plus sumitur, quã debetur, id emi, non auferri putetur. Tu, cùm tot decumas non s.c. sed nouis edictis tuis, nefariisque institutis exigeres, & eriperes: magnum te feciſſe arbitrabere, f si pluris vendideris, quàm L. Hortensius, pater istius Q. Hortensij, quàm Cn. Pompeius, quàm M. Marcellus: qui ab æquitate, ab lege, ab institutis non recesserunt? An tibi vnius anni, aut biénij ratio habenda fuit: salus prouinciæ, commoda rei frumentariæ, ratio reip. in[g] posterum fuit negligendah, cùm ita rem constitutam accepisses, vt & populo R. satis frumenti ex Sicilia suppeditaretur, & aratoribus tamen arare, atq. agros colere expediret? Quid effecisti? quid assecutus es? Vt populo R. prætore te, nescio quid ad decumas accederet, deserendas arationes, relinquendásque curasti? Succesſit tibi L. Metellus. Tu innocentior, quàm Metellus? tu laudis, & honoris cupidior? tibi enim consularus quærebatur, Metello paternus honor, & auitus negligebatur. multo minoris vendidit, nõ modò, quàm tu, sed etiã, quàm qui ante te vendiderũt. Quæro, si ipse excogitare non poterat, quemadmodum quàm plurimo vẽderet: ne tua quidem recentia proximi prætoris vestigia persequi poterat, vt tuis præclaris, abs te principe inuentis, & excogitatis edictis, atque institutis vteretur? Ille verò tum se Metellum minimè fore putasset, si te vlla in re imitatus esset: qui ab vrbe Roma, quod nemo vnquam post hominum memoriam fecit, cùm sibi in prouinciam proficiscendum putaret, litteras ad Siciliæ ciuitates misit, per quas hortatur, & rogat, vt arent, vt serant. In beneficio populi R. hoc petit aliquanto ante aduentum suũ: & simul ostendit, se lege Hieroniea venditurum, hoc est, in omni ratione decumarum nihil isti simile facturum. Atque hæc, nõ cupiditate aliqua scribit ad[a] uctus, vt in aliena prouinciam mittat litteras ante tẽpus: sed consilio, ne, si tempus sationis præteriisset, granum in[b] prouincia Sicilia nullum haberemus. Cognoscite Metelli literas. Recita epistolam L. Metelli. LITTERAE L. METELLI. Hæ litteræ, iudices, L. Metelli, quas audistis, hoc, quantum[c] est ex Sicilia frumenti domotinij d exarauerunt. glæbã commosset in agro decumano Siciliæ nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset. Quid? Metello diuinitus hoc vẽnit in mentem ab Siculis, qui Romam frequentissimi conuenerant, negotiatoribúsque Siciliæ doctus est? quorũ, quanti conuentus ad Marcellos, antiquissimos[e] Siciliæ patronos, quanti ad Cn. Pompeium, cos. designatum, ceterósque illius prouinciæ necessarios, fieri soliti sint, quis ignorat? Quod quidem iudicium nullo vmquam de homine factum est, vt absens accusaretur ab iis palàm, quorũ in bona, liberósque, summum imperium, potestatémque haberet. Tãta vis erat[f] iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de[g]istius prauitate, & iniuriis deplorare, & conqueri mallent. Quas litteras cùm ad omn is ciuitates propè supplicit er misisset Metellus: tamen antiquum modum sationis, nulla ex parte exsequi hpotuit. diffugerant enim permulti, id quod ostendam: noni solùm arationes, sed etiam sedes suas patrias, istius iniuriis exagitati, reliquerant. Non mehercule criminis augendi causa dicam, iudices: sed, quem accepi ipse oculis, animóque sensum, hũc vere apud vos, &, vt potero, planissimè exponam. Nam, cùm quadriennio pòst in Siciliam venissem: sic mihi affecta visa est, vt hæ[k] tertæ solent, in quibus bellum acerbum, diturnúmque versatum est. quos ego campos antea, colleísq. hiidúsimos, viridissimósque vidissem, hos ita vastatos nunc, ac desertos videbã, vt ager ipse cultorem desiderare, ac lugere dominũ videretur. Herbitensis ager, Ennensis, Murgẽtinus, Assorinus, Macharensis,[l] Agyrinensis, ita relictus erat ex maxima parte, vt non solùm iugerum, sed etiam dominorum multitudinem quæreremus. Ætnensis verò ager, qui solebat esse cultissimus, & quod caput est rei frumentariæ, campus Leontinus, cuius ante[m] spes hæc erat, vt, cùm obsitum vidisses, annonæ caritatem non verere: sic erat deformis, atque horridus, vt *in vberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus*, [n] labefactarat enim vehementer aratores iam superior annus: proximus verò funditus euerterat. Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarum? Tu[o] in tanta acerbitate, in tot & tantis iniuriis, cùm in arationibus, & in earum rerum iure prouincia Sicilia constaterit, si fundituis aratoribus, relictis agris,

a *al.* Pluris vendidisti decumas, q. *al.* Pluris decumas vendidisti q.

b L. quamuis & te.

c *fort.* vnam decumam d.

d P. R.

e Decumæ alterę imperari solitæ à senatu, pro vsu & necessitate temporum.*

e L. vt quo plus sumitur q.

f L. arbitrare, si pl.

g v. c. in posteritatem.

h L. negligẽdæ Cùm ita r. c. ac. vt & P. R. l. fr.

a L. inductus & ita v. c.

b L. ex prouinc.

c *fort.* quantum est, ex S. d Hornotinũ frumentum, quod vnius aut huius anni. sic Horatũ Lucilio & Varroni, & ipsius anni apud Nonũ c. 2. in Hornum 401.*

d Patroni Siciliæ antiquissimi Marcelli.*

f *al.* erat iniuriarum.*

g L. de istius improbitate & iniur.

h L. assequi P.

i L. nec solã

k L. cæ terr.

l *al.* Macharenis *scribendum est* Imacharensis vt apud Ptolemæum, & in alphabeto Plinij Siciliensi.

m L. speciem h.

n L. requiremus.

o L. tu in tãta improbitate, in tanta acerb.

cùm in prouincia tam locuplete, ac referta, non modò rem, sed ne spem quidem vllam reliquam cuiquam feceris, aliquid te populare putabis[a] habere, cùm dices, *te pluris quàm ceteros, decumas vendidisse?* Quasi verò aut populus R. hoc voluerit, aut senatus hoc tibi mandauerit, vt, cùm omneis aratorum fortunas decumarum nomine eriperes, in posterum fructu illo, commodóque, rei frumentariæ populi[b] R. priuares: deinde si quâ parte tuæ prædæ ad summá decumarum addidisses, bene[c] de populo R. meritus videreris. Atque deperinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda, quòd propter gloriæ cupiditatem, vt aliquos summa[e] decumarum vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interposuerit, omnium superiorum auctoritatem repudiarit. Magno tu decumas vendidisti. Quid, si doceo, te non minus domum tuam auertisse, quàm Romam nisisse, decumarum nomine? quid habet populare ratio tua, cùm ex prouincia populi R. æquam partem tu tibi sumserls, atque populo R. miseris? quid, si duabus partibus doceo te amplius frumẽti abstulisse, quàm populo R. misisse? tamẽne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam[f] iactaturum, & populo se ad coronam daturum[h]? Hæc vos antea, iudices, audistis: verùm fortasse ita audistis, vt auctorem rumorem haberetis, seruomémque omnium. cognoscite nunc, innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam: vt simul illam quoque eius vocem improbam[i] agnoscatis: qui se vno quæstu decumarum omnia sua pericula redemturum esse dicebat. Audiuimus[k] hoc iamdiu, iudices: nego quemquam esse vestrûm, quin sæpe audierit, socios istius fuisse, decumanos. nihil aliud arbitror in istum falsò esse dictum ab iis, qui malè de isto existimarint, nisi hoc. nam socij putádi sunt, quos inter res communicata est. Ego rem, totam, fortunásque aratorum omneis, istius fuisse dico: Apronium, veneriósque seruos, quod isto prætore fuit nouum genus publicanorum, ceteróque decumanos, procuratores istius quæstus, & [l] ministros rapinarum fuisse [m] dico. Quomodo hoc doces? quo modo ex locatione illa columnarum docui istum esse prædarum? opinor, ex eo maximè, quòd iniquam legem, nouámque dixisset. Quis enim vmquam conatus est iura omnia, & consuetudinem omnium commutare cum vituperatione, sine quæstu? Pergam, atque insequar longius, iniqua lege vendebas, quo pluris vendere, cur iam addictis, & vẽditis decumis, cùm iam ad summam decumarũ nihil, ad tuum quæstum multùm posset accedere, subitò, atque ex tempore noua nascebantur edicta? nã vt vadimonium decumano, quocumque is vellet, promitteretur: vt ex area, nisi pactus esset, arator ne tolleret: ante [n] Kal. Sext. decumas deportatas haberent: hæc [o] omnia, venditis iam decumis, anno tertio te edixisse dico: quæ si reip. causa faceres, in vendundo essent pronuntiata: quia tua causa faciebas, quod erat impudentia prætermissum, id quæstu ac tempore admonitus reprehendisti P. Illud verò cui probari potest? te sine tuo quæstu, ac [q] maximo quæstu, tantam tuam infamiã, tantum capitis tui, fortunarúmque [r] tuarum periculum neglexisse, vt, cùm totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniásque audires: cùm, vt ipse dixisti: rem te fore putares: cũ huiusce iudicij discrimen ab opinione tua non abhorreret: paterere tamen aratores indignissimis iniuriis vexari, ac diripi? profectò, quamquam ex singulari crudelitate, & audacia: tamẽ abs[s] te totam alienari prouinciam, tot [b] honestissimos, tibi inimicissimos fieri nolles, nisi hanc rationem, & cogitationẽ salutis tuæ, pecuniæ cupiditas, ac præsens illa præda superaret. ¶ Etenim, quoniã summam, & numerum iniuriarum, iudices[c], vobis non possum exponere[d]: singulatim[e] autem de vniuscuiusq. incommodo dicere infinitũ est: genera[f] ipsa iniuriarum, quæso, cognoscite. *Nympho*, est *Centuripinus*, homo nauus[g], & industrius experientissimus, ac diligentissimus arator. is cùm arationes magnas conductas haberet, (quod homines etiam locupleteres, sicut ille est, in Sicilia facere cõsueuerunt) eásque magna impensa, magno instrumento[h] tueretur: tanta ab isto iniquitate oppressus est, vt non modò arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia profugeret, Romámque vnà [i] cum multis ab isto eiectis, veniret, fecit vt decumanus Nymphonem [k] vocaret ex edicto illo præclaro, quod nullã ad aliam rem, nisi ad huiusmodi quæstus pertinebat, numerum [l] iugerum professum [m] non esse. Nympho cùm se vellet æquo iudicio defendere, iste viros optimos recuperatores dat, eundẽ illum medicum Cornelium, 's est Artemidorus Pergamenus[n], qui in sua patria dux isti quondam, & magister ad despolianDumDianę templum fuit; & haruspicem Volusianum [o], & Valerium præconẽ. Nympho, antequam planè constitit, condemnatur. Quãti, fortasse quæritis. Nulla erat edicti pœnã certa, frumenti eius omnis, quod in areis esset. Sic Apronius decumanus non decumã debitam, non frumentum remotum, atque celatum, sed tritici septẽ millia medimnũm ex Nymphonis arationibus, edicti pœna, non redemtionis aliquo iure tollit. *Xenonis Meneni*, nobilissimi hominis, vxoris fundus erat colono locatus. colonus, quod decumanorum iniurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugẽrum professione. Xenon P. ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat. dabat iste iudicium, *si [q] pateret, iugera eiusmodi fundi esse plura, quam colonus esset professus, tum Xenono damnaretur.* Dicebat ille, non modò non arasse se, id [r] quod satis erat, sed nec dominum eius esse fundi, nec locatorem: vxorem esse. eam ipsam suum negotium gerere: ipsam locauisse. Defendebat Xenonem homo summo splendore, & summa auctoritate prædius, M. Cossetius. Iste nihil ominus iudicium LLS. LXXX. millium dabat. Ille tamẽsi recuperatores de cohorte latronum sibi parari videbat: tamen iudicium accepturum se esse dicebat. Tum iste magna voce Veneriis imperat, vt Xenonem audirent: dum [s] res iudicaretur, hominem vt asseruarent: cùm iudicatum sit, ad se adducant. & illud simul dixit, se non putare, illum, si propter diuitias, pœnas damnationis contemneret, etiam vigas contemnere. Hæc ille vi, & hoc metu adductus, tantũ decumanis, quantum iste imperauit, exsoluit. *Polemarcus* est Murgentinus vir.

a *al.* putas habere, cùm dicit te pl.

b *al.* remp. pr.

c L. bene de rep. bene de populo R.

d L. Atque hæc proinde lon.

e L. summa frumenti decumani vi-ceret.

P. CXLVIII.

f hic gestus reprehensus inHortensio, *Gellius, Quintil.*

g L. & populo se, ac coronæ datum.

h Dare se coronæ est accommodare se ad mul tícudinis voluntatem.

vt hunc locum interpretatur Donatus *in Adelphis ad illud Terentij.* Da te hodie mihi, *Veram se ad coronam dare nihil aliud mihi videtur, quàm populi gratiã aucupari velle.**

i *al.* probro-sam

k L. Audimus hoc

l L. & administros

m *lib. vulg.* dico fuisse *mendose.*

n *lib. vulg.* Kalendis Sextilibus de cumas dep. bo I. hæc omnia, venditis iam decumis,

o *al.* deprehendisti. *al.* præsentasti.*

q L. ac maximo quidẽ quæstu,

r *lib. vulg.* fortunarúmque periculũ

a L. tot sin abs te alien.

b L. tot honestissimos ac locupletissimos, tibi

c L. vobis iudices,

d L. exprómeret figillatim aut ra

e Singulatim enumerat, à quibus Verres, frumentario eó quæ decumano nomine, pecuniam in iustè acceperit.*

f id est exémplo.*

g Nauus homo, celer ac strenuus Ennio, vnde Naue præceleri ter Plautos à nauium celeritate deriuat Festus.*

h Instrumẽtum autem fundi consistit in iis quæ fructus quærendi, cogendi, conservandi causa sunt. *l. instrumento l. quæsitum. ff. de Instrubo.**

i *al. lib.* cum multis vna

k L. Nymphonem necelatum, sed tritici septẽ millia medimnũm ex. Nymphonis arationibus, edicti pœna, non redemtionis aliquo iure tollit.

l forma cẽsuali caucbatur, vt fundi, quot iugerum essent in censum referrẽtur. *l. 4 ff. de cẽsib.**

m L. professum esse.

n I. Pergæus. *al.* Pergamus à Perga Pamphyliæ oppido *vbi Spoliarum ac vndarum templum* Dianæ.*

o L. Volusiũ p L. Xeno.

q I. si pateret, iugera eius fundi *&c. al.* si pãret.

P. B. r *al.* id quod fat erat

s Seruis Veris.*

vir bonus atque honestus is, cum pro iugeribus [a] quinquaginta medimna[b] ɪ ɔ ɔ ɔ. decumę imperarentur, quòd recusabat, domum ad istum in ius deductus [c] est: &, cùm iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est: quod, nisi mulieri, & decumano, paretur alij nemini. Ibi, cùm pugnis & calcibus concissus [d] esset: qui ɔ ɔ ɔ. medimnis decidere noluisset, mille promisit. *Eubulides est* Grosphus Centuripinus, homo cùm virtute & nobilitate domi suæ, tum etiam pecunia princeps. huic homini, iudices, honestissimæ ciuitatis honestissimo, non modò frumenti scitote, sed etiam vitę, & sanguinis tantum relictum esse, quantum Apronij libido tulit. nam vi, malo, plagis adductus est, vt frumenti daret non quantum haberet, [e] sed quantum cogeretur. *Sostratus*, & *Numentus*, & *Nymphodorus* eiusdem ciuitatis, cùm ex agris tres fratres cõsortes [f] profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exarant: hominibus coactis, in eorum arationes Apronius venit: omne instrumentum dispuit, familiam abduxit, pecus abegit. postea cùm ad eum Nymphodorus venisset Ætnam: & oraret, vt sibi sua restitueretur: hominem corripi, ac suspendi iussit in [g] oleastro quadam: quæ est arbor, iudices, Ætnę [h] in foro. tamdiu pependit in arbore socius, amicúsq. populi R. in sociorum vrbe ac foro, colonus, aratórque vester, quamdiu voluntas Apronij tulit. Genera iam dudum innumerabiliũ iniuriarum, iudices, singulis nominibus profero: infinitam multitudinem iniuriarum prætermitto. vos ante oculos, animósq. vestros, tota Sicilia decumanorũ hos impetus, aratorum direptiones, huius importunitatem, Apronij regnum proponite. Contemsit Siculos: non duxit homines: nec ipsos ad perseq̃dũ vehementeis fore, & vos eorum iniurias leniter laturos existimauit. Esto: falsam de illis habuit opinionem, malam de vobis: verumtamen cùm de Siculis malè mereretur, ciueis R. coluit, his indulsit, eorum voluntati, & gratiæ deditus fuit. Iste ciueis Romanos? At [i] nullus inimicior, aut infestior fuit. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera, mitto secures: crucem [k] denique illam prætermitto, quàm ciuibus Romanis testem humanitatis in eos, ac [l] beneuolętię suę voluit esse: mitto, inquam, hæc omnia, atque in aliud dicendi tempus reicio: de decumis, de ciuium R. cõditione in arationibus disputo: qui quemadmodũ essent accepti, iudices, audistis ex ipsis. bona sibi erepta esse dixere. Verùm hęc, quo niam [m] huiusmodi casus affuit, ferenda sunt: nihil valuisse equitatem, nihil consuetudinẽ: damna denique, iudices, nulla tanta sunt, quę non viri fortes, magno & libero animo affecti, ferenda arbitrentur. Quid, si equitibus R. non obscuris, neque ignotis sed honestis, & illustribus, manus ab Apronio, isto prætore, sine vlla dubitatione afferebãtur? quid exspectatis? quid à me amplius dicendum putatis? an id agendum, vt eò celeriùs de isto trãsigamus, quò maturiùs ad Apronium possimus, id quod ego illi iam in Sicilia pollicit[o] sum, venire: qui C. Matrinium, iudices, summa virtute hominem, summa industria, summa gratia. Leontinis [n], in publico, biduum tenuit, atque [o] ab Apronio, iudices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia, libidinésque accõmodato, equitem Rom. scitote biduum cibo, tectóque prohibitum: biduum Leontinis [a], in foro, custodiis Apronij retentum, atque seruatum, neq. antè dimissum, quàm ad conditiones eius depactusb est. Nam quid ego de Q. Lollio, iudices, dicam, equite Rom. spectato atque honesto? Clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima, atque notissima: qui cùm araret in Ætnensi, cùm is ager Apronio cum ceteris agris esset traditus: equestri vetere illa & auctoritate, & gratia fretus, affirmauit, se decumanis plus quàm deberet, non daturũ. refertur eius sermo Apronio [c]. Enimuerò iste ridere, ac mirari, Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus audisse. mittit ad hominẽ Venerios (hoc quoq. attẽdite, apparitores à prætore assignatos habuisse decumanum: si hoc mediocre argumentum videri potest, istũ de cumanorum nomine ad suos quæstus esse abusum) adducitur à Veneriis, atq. ideò attrahitur Lollios commodè [d], cùm Apronius è palæstra rediisset, & in triclinio quod in foro Ætnæ statuerat, decubuisset [e]. Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum cõuiuio. Non mehercule, quę loquor, crederẽ, iudices, tametsi vulgò audieram, nisi mecum ipse senex, cùm mihi, atq. huic volũtati accusationis meæ lacrymãs gratias ageret, summa cũ auctoritate esset locutus. Statuitur, vt dico, eques Rom. propè annos xc. natus, in Apronij conuiuio, cùm interea Apronius caput, atq. os suum vnguẽto perfricaret. Quid est, Lolli, inquit, *tu, nisi malo coactus, rectè facere nescis?* Homo, quid ageret, taceret, respondere[t]: quid faceret deniq. illa auctoritate, & ętate prædituș, nescibat. Apronius interea cenam, ac pocula poscebat. serui autem eius, qui & moribus iisdem essent, quibus dominus, & eodem genere, ac loco nati, prætor foculos Lollij hæc omnia ferebant. Ridere conuiuæ: cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis, eũ in vino, ac [g] luxu non risisse, qui nunc periculo, atque exitio suo risum tenere non possit. Nemulta iudices: his contumeliis scitote Q. Lolliũ coactũ, ad Apronij leges, conditionẽque venisse. Lollius, ætate & morbo impeditus, ad testimoniũ dicendũ venire non potuit. Quid opus est Lollio? nemo hoc nescit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus, nunc se primùm hoc dicet audire M. Lollius, filius eius, adolescens lectissimus, præstò est: huius verba auditis. nam i Q. Lollius, eius filius, qui k Calidium accusauit, adolescens & bonus, & fortis, & in primis distortus, cùm his iniuriis, contumeliisque commotus in Sicilia esset profectus, in itinere occisus est. cuius mortis causam fugitiui sustinent: re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eò sit occisus, quòd l habere clausa non potuerit sua cõsilia de Verre. Iste porrò non dubitabat, quin is, qui antea aliũ studio adductus accusasset, sibi aduenienti prætò esset futurus, cùm esset parentis iniuriis, & domestico dolore commotus. Iámne intelligitis, iudices, quę pestis, quæ immanitas in vestra antiquissima, fidelissima, proximáque prouincia versata sit? Iam [m] videtis, quam ob causam Sicilia tot hominũ aurea furta, rapinas, iniquitates, ignominiásque perpessa, non [n] potuerit nouum, ac singulare, atque incredibile genus iniuriarum, contumeliarúmque ferre [o]? Iam omneis in-

a L. Iugeris.
b Medimnũ senos modios capiebat.
c L. eductus est.
d *v. c.* concissus esset: *& ita L.*
e L. deberet, seq.
f Consortes qui agrum eundem sortiti, cũq. inter se postea regionibus distulerunt. Ad hos consortes refer *L. duodum 14. C. de contr. empt.*
g L. in oleastro quodam P. CAL.
h *q. libri non habent* Actæ.
i L. At nullis
k in quam egit P. Gauiũ ciuem Romanum *Verrina 5.*
l *v. c.* ac beneuolentiæ
m L. quonĩã eiusmodi casus fuit, *& ita v. c.*
P. B.
n *al.* Leontini.
o *al.* atqui.
a *al.* Leontinis, *vt sit nomen ꝓprium.*
b L. depectus est. *al.* deiectus est.
c L. ad Apronium.
d *al.* compulsum.
e L. recubuisset.
P. CLXI.
f Præter *hæc* pro ante sumitur *& ita Nonius bene locum interpretatur*, vbi tamen soli legitur *pro* Lollij.
g L. ac lucro non risi.
h L. audieris *si vera.* nam Q. Lollium, etiã eius filius, qui Cal.
k *al.* qui Canidius acc.
i L. quòd in
m *al.* Iámne videris,
n L. non potuerit hoc nouum.
P. B.
o L. perferre?

telligunt, cur vniuersa prouincia defensorem suæ salutis eum quæsiuit[a], cuius iste fidei, diligentiæ, perseuerantiæ, nulla ratione eripi possit. tot iudiciis interfuistis: tot homines nocentes, & improbos, accusatos & vestra, & superiorum memoria scitis esse. eosque vidistis, eosdem audistis, in tantis furtis, in tam apertis, in tanta audacia, tantab impudētia esse versatum? Apronius stipatores Venerios secum habebat: ducebat eos circum ciuitates: publicè sibi conuiuia parari, sterni[c] triclinia etiam in foro iubebat: eò vocari homines honestissimos, non solùm Siculos, sed etiam equites Romanos, vt, quicum[e] inire cō uiuium nemo vnquam, nisi turpis, impurúsque voluisset, ad eius conuiuium spectatissimi, atque honestissimi viri tenerentur. Hæc tu omnium mortaliū profligatissime, ac perditissime, cùm scires, cùm audires quotidie, cùm videres: si sine tuo maximo quæstu fierent, cū tanto periculo tuo fieri paterere, atque concederes? & tantum apud te quæstus Apronij, tantum eius sermo inquinatissimus, & blanditiæ flagitiosæ valuerunt, vt num quā animum tuum, cura tuarum fortunarum, cogitatióque tangeret? Cernitis, iudices, quod, & quantum incendium, decumanorum impetu non solùm per agros, sed etiam per relliquas fortunas aratorum: non[f] solùm per bona, sed etiam per iura libertatis, & ciuitatis, isto prætore, pertiaserit. videtis pendere alios ex arbore: pulsari autem alios & verberari: porrò alios in publico custodiri: destitui alios in cōuiuio: condēnari alios à medico, & præcone prętoris: bona tamen interea nihilominus eorum omnium ex agris auferri, ac diripi. Quid est hoc? populi R. imperium? populi R. leges? iudicia? socij fideles? prouincia suburbana[g]? ? nónne omnia potiùs eiusmodi sunt, quæ, si Athenio[h] vicisset, rex fugitiorum, in Sicilia non fecisse? non, inquam, iudices, esset vllam partem istius nequitiæ fugitiorum insolentia cōsecuta. ¶Priuatim hoc modo: quid? *publicè iniuriatus quemadmodum tractatus sunt?* audistis per[k] multa indicia, & testimonia ciuitatum, & reliquarum audietis. Ac primùm *de Agyrinensi* populo, fideli, & illustri, breuiter cognoscite. Agyrinensis est in primis honesta ciuitas Siciliæ, hominum antè hunc prætorem locupletiū, summorúmq. aratorū. eius agri decumas cùm emisset idē Apronius, Agyrium venit. Qui cùm[m] eò cum apparitoribus, id est, cum minis, ac vi venisset, poscere pecuniam grandem cœpit, vt, accepto lucro, discederet. nolle se negotij quid quam habere dicebat, sed[n], accepta pecunia, quàm primùm aliam ciuitatem occurrere. Sunt[o] homines Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat: sed homines & satis fortes, & satis planè frugi, ac sobrij: & in primis hæc ciuitas, de qua loquor, iudices. Itaque hominiPin primis improbissimo, respondent Agyrinenses, sese decumas ei, quemadmodum deberent, daturos: lucrum cùm ille magno præsertim emisset non additurus. Apronius certiorem facit istum, cuias res erat, quid rei esset. Statim, tanquam coniuratio aliqua Agyrij cōtra rempublicam facta aut legatus prætoris pulsatus esset, ita Agyrio magistratus, & quinque primi[q], accitu[r] istius, euocantur. Veniunt Syracusas: præsto est Apronius: ait, eos ipsos, qui venissent, contra edictum prætoris fecisse. Quærebant, quid? respondebat, se ad recuperatores esse dicturum. Iste, æquissimus homo, formidinem illam suam miseris Agyrinensibus inijciebat: recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. Agyrinenses, viri fortissimi, iudicium se passuros esse dicebant. Ingerebat iste Artemidorum[a] medicum Cornelium, pictorem b Tlepolemum, & eiusmodi recuperatores: quorum ciuis Romanus nemo erat: sed Græci sacrilegi, iampridem improbi, repentè[c] Cornelij videbant Agyrinenses, quidquid ad eos recuperatores Apronius attulisset, illum perfacilè probaturum. eōdemnari cum istius inuidia, infamiáque malebant, quàm ad eius conditiones, pactionésque accedere[e]. Quærebant, quæ in verba recuperatores darent. Respondebat, *si pateret se aduersus edictum fecisse*: quæs in iudicio dicturum esse dicebath. Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus, conflictari malebant, quàm quidquam cum isto sua voluntate decedere. Summittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, vt transigerent. Pernegabant. Quid ergo? In singulos LLS. quinquagenis millibus damnari maualtis? Malle dicebant. Tum iste clarè, omnibus audientibus, *Quid damnatus erit*, inquit, *virgis ad necem cædetur*. Hic illi flentes rogare, atque orare cœperunt, vt sibi suas segetes, fructúsque omneis, arationésque vacuas Apronio tradere liceret: vt ipsi sine ignominia, molestiáque discederent. hac lege, iudices, decumas vēdidit Verres. Dicat licet Hortensius, si audet, magno Verrem vendidisse. Hæc cōditio fuit isto prætore aratorum, vt secum præclarè agi arbitrarétur, si vacuos agros Apronio tradere liceret: multas enim crucis propositas effugere cupiebant. quantū Apronius edidisset deberi, tantum ex edicto dandū erat. Etiámne si plus edidisset, quàm quantum natum esset? Etiam. Quomodo? Magistratus ex k ipsius edicto exigere debebant. At arator repetere poterat. Verum Artemidoro l recuperatore. Quid, si minus arator dedisset, quàm popoposcisset Apronius? Iudicium in aratorem in quadruplum. Ex quo iudicum numero? Ex cohorte prætoris præclara m honestissimorum Quid amplius? *minus te iugerum professum esse duos* recuperatores reiice, quòd aduersum edictum feceris. Ex quo numero? ex eadem cohorte. Quid erit extremum? *Si damnatus erit* (nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat esse?) *virgis te ad necem cædi necesse erit*. His legibus, his conditionibus, erit qui[s] quam tam stultus, qui decumas veniſſe arbitretur? qui aratori nouē parteis reliquas factas esse existimet? qui non intelligat, istam sibi quæstui, prædæque habuisse bona, possessiones, fortunas aratorum? Virgarum metu Agyrinenses, quod imperatum esset, facturos se esse dixerunt. Accipite nunc, quid imperarit: & dissimulate vos, si potestis, vos intelligere, ipsum prætorem, quod tota Sicilia perspexerit, redemtorem decumarum, atque adeò aratorum dominū, ac regem fuisse. Imperat Agyrinensibus, vt *decumas ipsi publicè accipiant: Apronio lucrum dent*. Si magno[n] emerat, quoniam[o] tu es, qui diligentissimè pretium exquisisti: qui, vt ait, magno vendidisti: quare putabas emtori lucrum addi oportere? Esto: putabas, quam-

P. B. a L. quæsiuerit,

b L. in tanta impudentia & ita v.c.

c L. sterni triclinia, & in foro sterni iub. & ita v.c.

d L. cō conuocari e al. vt quicum conuiue re nemo vm quam. al. qui cum viuere nemo vnq.

f L. neque solùm p.

g Suburbana prouinciam vocat, quòd propinqua sit.*

h L. si Athenio, rex fugitiorum, vicisset, in Sic. de quo libro 2.5.

P. CLXII. i Tranfit à priuatis exēplis ad publica.*

k L. permultarum indicia, & testimonia ciui. l simile loquendi genus extat Divinatione & lib 2.5.

m L. Qui cū apparitorib. vi, ac minis, eò venisset, posc.

n L. sed, accepta pecunia, velle quàmp

o L. cum sint omnes Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat sed & satis fortes, planè frugi, ac sobrij: tum in primis &c. p L. homini improbissimo.

q Quinque primi qui esse dixi in superioribus.* rid est vocatione.*

P. B. a L. Artemidorum Cornelium medicum, Valerius præconem, Tlepolemum pictorem & eiusmodi b al. præco & male. Hanc fit mentio Verrina 5.* c sic apud Vlpianū heri seruus hodie libertus. l. 7. §. 2. ff. de iniuriis. vbi plura dixi.* d hoc est Cōnelij Verris liberti aut eius beneficiues facti.* e fors. descendere.

f L. si paret aduersus. al. si paret aduersus.

g L. quæ se in iud. hal. iebat.

i L. si volet, magno Verremdecumas vendidit.

k L. ex istius ed.

P. CLXIII. l al. Arthemidoro

m L. præclara hominum honestiss.

n Subaud. Apro ius. Alij legunt emerat.*

o fors. quoniam tu es qui dil.

quamobrem imperabas, vt adderent? Quid est aliud capere, & conciliare pecunias, in quo lex te tenet, si hoc non est, vi, atque imperio cogere inuitos lucrum dare alteri, hoc est pecuniam dare? Age, quid tum? si Apronio, deliciis prætoris, lucelli aliquid iussi sunt dare, putate Apronio datum, si Apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur. Impera, vt decumas accipiam: Apronio dent [a] lucrũ, tritici medimna [b] XXXIIII. Quid est hoc? vna ciuitas ex vno agro plebis [c] Romanæ prope menstrua cibaria prætoris imperio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vendidisti, cùm tantum lucri decumano sit datum? profectò si pretium exquisisses diligenter, tum, cùm vendebas, x. medimna [d] potius addidissent. quàm LLS. D C. postea. Magna præda videtur: audite reliqua, & diligenter attendite, quo minus miremini, Siculos, re necessaria coactos, auxilium à patronis, à consulibus [e], à senatu, à legibus, à iudiciis [f] petiuisse. Vt probaret Apronius hoc triticum, imperat Agyrinensibus Verres, *vt in medimna singula dẽtur Apronio* LLS. III. Quid est hoc? tanto numero frumenti, lucri nomine, imperato, & expresso, nummi præterea exigentur [h], vt probetur frumentum? an poterat non modò Apronius, sed quiuis, exercitui, si metiendum esset, improbare Siculum frumentum, quod [k] isti ex area [l], si vellet, admetiri licebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur. non est satis, nummi præterea imperantur. dantur. parum est. Pro decumis hordei alia pecunia cogitur. iubes [m] LLS. XXX. lucri dari. Ita ab vna ciuitate, vi, minis, imperio, iniuriáque prætoris, eripiuntur tritici medimna [n] XXXIII. & præterea LLS. IX. an hæc obscura sunt? aut, si omnes homines velint, obscura esse possunt? quæ tu palàm egisti? in conuentu imperasti? omnibus inspectantibus coegisti? qua de re Agyrinenses magistratus, & quinque primi, quos [o] tui quæstus causa euocasti [p], acta & imperia tua domum ad senatum suum renuntiauerunt: quorum renunciatio, legibus illorum, litteris publicis mandata est: quorum legati, homines nobilissimi, Romæ sunt, qui hoc idem pro testimonio dixerunt? Cognoscite Agyrinensium publicas litteras: deinde testimonium publicum ciuitatis. Recita litteras publicas. LITTERAE PVBLICAE. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Animaduertistis in hoc testimonio, iudices, Apollodorum, cui Pyragri [q] cognomen est, principem suæ ciuitatis, lacrymantem testari, ac dicere, numquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum, & cognitum, Agyrinenses is contra quemquam inimicum ciuem Ro. dixisse, aut fecisse quippiam: qui nunc contra prætorem populi Ro. magnis iniuriis, & magno dolore publicè testimonium dicere cogerentur. Vni mehercule, huic ciuitati, Verres, obsistere tua defensione non potes: tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate, tantus dolor iniuriæ, tanta religio in testimonio. Verùm [s] nõ vna te, sed vniuersæ similibus afflictæ incommodis, legationibus ac testimoniis publicis persequẽtur. ¶ Etenim deinceps videamus *Herbitensis ciuitas*, honesta, & antea copiosa, quemadmodum spoliata, ab isto, ac vexata sit. At quorũ hominum? summorũ aratorum, remo istorũ à foro, iudiciis, controuersiis [t]: qui eius parcere, & consulere, homo impurissimus, & quod genus hominum studiosissimè conseruare debuisti. Primò [b] anno venierunt eius agri decumæ [c] tritici à medimna XVIII. Atidius [e], itẽ istius minister in decumis, cùm emisset, & præfecti nomine cùm venisset Herbitã cum Veneriis, locúsq; ci publicè, quò diuerteretur datus esset: coguntur Herbitenses ei lucri dare tritici [g] modiũ XXXVII. millia cũ decumæ venissent tritici modiũ XVII. Atque [h] hoc triticum lucri cogũtur dare publicè [i], cùm iam priuatim aratores ex agris spoliati, atque exagitati decumanorũ iniuriis profugissent. Anno secundo cùm emisset Apronius decumas [k] tritici modiũm XXV. millibus, & ipse Herbitã cum [m] illa prædonũ copia, manúque venisset: populus publicè coactus est ei conferre lucri tritici [n] modiũm XXVI. [o] & accessionẽ LLS. MM. De accessione dubito, an Apronio ipsi data sit, merces operæ, pretiúmq. impudentiæ. De tritici quidẽ numero tãto quis potest dubitare, quin ad istum prædonẽ frumentariũ, sicut Ægyrinense frumentũ, peruenerit? Anno verò tertio in hoc agro consuetudine vsus est regia. Solere [p] aiunt barbaros reges Persarum, ac Syrorum, plureis [q] vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere, hoc modo: *Hæc ciuitas mulieri [r] rediminiculum præbeat, hæc in collũ, hæc in crinem.* ita populos habent vniuersos nõ solùm conscios libidinis suæ, verùm etiã administros. Eandẽ istius, *qui se regem Siculorum esse dicebat*, [s] licentiam, libidinémque fuit se cognoscite. Æschrionis Syracusani vxor est Pippa: cuius nomẽ istius neq. itia tota Sicilia peruulgatũ est, de qua muliere versus plurimi supra tribunal, & supra prætoris caput [t] rebantur. Hic Æschrio, Pippæ vir adũoratus, in Herbitensibus decumis nouus instituitur publicanus. Herbitenses cũ viderent, si ad Æschriõnem pretiũ redisset [u], se ad arbitriũ libidinosissimæ mulieris spoliatũ iri: liciti sunt vsque eò, quoad se efficere posse arbitrabantur. Supra adiecit Æschrio, neq. enim metuebat, nẽ prætore Verre, decumana mulier damno affici posset. Additur [v] medimnis CIↃ. CIↃ. dimidio [x] ferè pluris, quàm superiore anno. Aratores funditus euertebantur: & eo magis, quòd iam superioribus annis exhausti [y] erant, ac pænè perditi. Intellexit iste ita [z] magno venisse, vt amplius ab Herbitensibus exprimi non posset. Demit de [a] capite medimna DC. iubet in tabulas pro medimnis CIↃ. CIↃ. CIↃ. VIII. referri IↃ. CIↃ. CIↃ. IↃ. & IIII. Hordei decumas eiusdẽ agri Docimus emerat. Hic est Docimus, qui [b] ad istum deduxerat Tertiã, Ilidori mimi filiam, vi abductã ab Rhodio tibicine. Huius Tertiæ plus etiã, quàm Pippæ, plus quàm ceterarũ, ac propè dicã, tantum apud istũ in Sicilia fuit prætura auctoritas valuit, quantum in vrbana Chelidonis. Veniũt Herbitã duo prætoris æmuli, non molesti, mulierecularum [c] deterrimarum

a L. dent lucri, tritici medimna XXXII. millia.
P. B.
b *subaudi* millia.*
c *al.* plebei Rom. ¶ *vt sit genitiuus ad antiquum vsum Tullii & Liuii.**
d L. x medimnum mil lia potius ad didissent, quam XXXIII millia postea e v. ab cõsulib.
f L. ab iudicibus, *& al. e.*
g L. hoc tritico, quòd ei dabatur, imp.
h L. exigantur, *al.* exigũtur.
i L. metiendum.
k L. quod si li.
l *al.* arca & male.
m L. iubes LLS. XXX. millia lucri d.
n L. medimnum XXXIII. millia, & præterea ad LLS C. XXIX. millia.
o L. quos tu sui q.
p L. euocaras
P. CLXIIII.
q L. Pyragro cognome est, *al.* cui Pyragro nomẽ est
r L. tantus dolor in iniuria,
s L. Verum. nõ vna te, non tantum, sed
t L. & controuers.
b (Huius lei de decumis Herbitẽsium restitutio petenda est ex Frõtone Grãmatico, in exẽplis eloquutionum, in voce dimidio, vbi adducit Ciceronis verba ex libro quẽ Tiro in lucẽ edidit, *Commentariis causarum.**
c L. tritici medimnum XVIII. millib.
d *al* tritici modiũ XLIIII *Vssn. al.* tritici medimnum XVIII. millib.
e *al.* Atidius ac census Istius. item minister in decum.
f L. cùm decumas emisset,
g L. tritici modium XXXVIII millia, cùm decumæ venissent tritici modium C. VIII. millib. Atq. *al* tritici M. XXXVIII. D.* CC cùm decumæ venisset. M. XVII. Atque.
P. B.
h L. Atque hoc tantũ tr.
i L. publicè, tum, cum iã
k L. decumas tritici medimnum XX. mill. *Al.* decumas tritici M. XXV Dccc. & ipse.
l *al.* XXV. DCCC *Vssn.**
m L. cum illa sua præd.
n L. tritici modium XVI. millia, & accessionis LS CIↃ. CIↃ. Decem, *Al.* tritici M. XXI. & accessionis *LS* CIↃ. CIↃ. D.
o *al.* X X V. *Vssn.**
p Mos Persarum & Syrorum.*
Plato in Alcibiade. *Iouis* Iustini.
r *al* mulieri in rediminiculũ præbeat.*
s L. ducebat.
t L. recidisset.
u L. addicuntur medimnum CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. IↃↃ. *al.* Addicitur med. VIII. c. dimid.
x Vide huius loci lectionem apud Cornelium Frontonem in exemplis electionum. *verum, bimestre.** y *al.* affecti erant, ac z L. sic ita magno vendidisse, vt ampl. a *al.* de capite med. DC. iubet in tabulas pro med. VIII. referri VII. Hord. L. de capite medimnũ CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ. IↃↃ. referri CCIↃↃ. CCIↃↃ. CCIↃↃ Hord CIↃ CCC.
b L. medimnum CIↃ. CIↃ. [*al.* medimnum VII. referri *Vssn.**
c *al.* adquem iste deduxerat. Tertiam, *& mea paucis.*
d potuit.
e L. mulierecularum terrimarum impr.

improbissimi cognitores. incipiũt postulare, poscere, minari. non poterant tamen, cũ cuperent, Apronium imitati. Siculi Siculos non tam pertimescebant. Cùm omni ratione tamen illi calumniarentur [a]: promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas. Eò posteaquam ventum est, coguntur Æschrioni, id est, Pippæ, dare tantũ, quantũ erat de capite dẽtũ, tritici [b] modios CIↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. Mulierculæ publicanę noluit ex decumis nimiũ lucri dare, ne fortè ab nocturno suo quæstu animum ad vectigalia redimenda trãsferret. Transactum putabant Herbitenses, cùm iste, Quid de hordeo, inquit, &[c] Docimo, amiculo meo? quid cogitatis? At [d] hoc agebat in cubiculo, iudices, atque in lectulo suo. Negabant illi sibi quidquam esse mandatum. Non audio: numerate LLS [e]. XV. Quid facerent miseri? aut quid recusarẽt? præsertim cùm in lectulo, decumanæ mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perseuerandum intelligebant? Ita ciuitas vna sociorum, atque amicorum, duabus deterrimis [f] mulierculis, Verre prętore, vectigalis fuit. Atque ego nunc, eum frumenti numerũ, & eas publicè pecunias decumanis ab Herbitensib. datas esse dico: quo illi frumento, & quibus pecuniis tamen à decumanorum iniuriis ciueis suos non redemerunt. perditis [g] enim, & direptis aratorum bonis, hæc decumanis merces dabatur, vt aliquando, ex eorum agris, atque ex vrbibus abirent. Itaque cùm Philinus Herbitensis, homo disertus, & prudẽs, & domi nobilis, de calamitate aratorũ, & de fuga, & de reliquorum paucitate publicè diceret: animaduertistis, iudices, gemitũ populi R. cius frequentia huic causæ numquam defuit. qua de paucitate aratorum alio loco dicam, nunc illud, quod pænè prætерij, non omnino relinquendum videtur. Nam per deos immortaleis, quod [h] de capite ipso demsit, quo tandem modo vobis non modò ferendum, verùm etiã audiendum videtur? Vnus adhuc fuit post Romam cõditam (dij immortales faxint, ne sit alter) cui resp. tõtam se tradidit, temporibus coacta, & malis domesticis, L. Sylla. Hic tantum potuit, vt nemo, illo inuito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset: tantum animi habuit ad audaciam, vt dicere in concione nõ dubitaret, bona ciuium Romanorum cùm venderet, *se prædam suam vendere*. Eius omneis res gestas non solùm obtinemus, verùm etiam propterk morlorum, incommodorum, & calamitatum metum, publica auctoritate defendimus. Vnum [l] hoc illius senatus consulto reprehensum, decretúmque est, vt quibus ille de capite demsisset, hi pecunias in ærarium referrent. Statuit senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui concessĕrat omnia, à [m] populo factarum, quæsitarúmque rerum summa, iminuere. Illum vitis fortissimis iudicarunt patres conscripti remittere de summa nõ potuisse: te mulieri deterrimæ [n] rectè remisisse senatores iudicabunt? ille, de[o] quo lege populus Roman. iusserat, vt ipsius voluntas P populo Rom. esset pro lege, tamẽ in hoc vno genere, veterũ religione legum, reprehenditur. tu, qui omnibus legibus implicatus, tenebare, libidinem tibi tuam pro lege esse volui sti: in illo reprehenditur, quòd ex ea pecunia remiserit, quã ipse quæsierat, tibi cõcedetur, qui de capite vectigalium populi Romani remisisti? ¶ Atque in hoc genere audaciæ *multo etiam impudentius in decumis Segestensium versatus est*: quas cùm addixisset eidẽ illi Docimo, hoc [b] est tritici modiũm quinque millia, & accessionem adscripsisset LLS. MↃ. coegit Segestenses à Domico tantidem publicè accipere. id [e] quod ex Segestensium publico testimonio cognoscite. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Audistis, quãti decumas acceperit à Docimo ciuitas, tritici [d] modiũ quinque millia, & accessionem. Cognoscite nunc, quanti se vẽdidisse retulerit. LEX DECVMIS VENDVNDIS C. VERRE PR. Hoc nomine vidistis tritici modiũm CIↃ. CIↃ. CIↃ. de capite esse dẽta, quæ cùm de populi Ro. victu, de vectigaliũ neruis, de sanguine detraxisset ærarij, Tertiæ mimæ condonauit. Vtrum impudentiùs à sociis abstulit, an turpiùs meretrici dedit? an improbiùs populo Ro. ademit? an audaciùs tabulas publicas commutauit? Ex horũ seueritate te vlla vis, aut vlla largitio eripiet? sed si eripuerit, non intelligis, hæc, quæ iamdudũ loquor, ad alia quæstionem, atque ad peculatus iudiciũ pertinere? Itaque hoc mihi reseruabo genus integũ totum: ad illam, quã institui, causam frumenti, ac decumarũ reuertar. Qui cùm agros maximos, ac feracissimos, per seipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur: ad minores ciuitates habebat alios, quos, tanquam canes, immitteret, nequã homines, & impŗobos: quibus aut frumentum, aut pecuniam publicè cogebat dari. A. Valentius est in Sicilia, interpres: quo iste interprete non ad linguã Græcam, sed ad furta, & flagitia vti solebat. Fit interpres hic, homo leuis, atque egens, repentè decumanus. ¶ *Emit agri Liparensis, miseri atq. ieiuni, decumas* tritici medimnis IↃ C. Liparenses vocantur. ipsi accipere decumas & numerare Valentio coguntur lucri LLS [f]. XXX. millia. Per deos immortaleis, vtrum tibi sumes ad defensionem? tantóne minoris te decumas vendidisse, vt ad medimna [g] IↃ C. XXX ß. millia lucri, statim sua voluntate ciuitas adderet, hoc est, tritici [h] medimna DI. millia? an, cùm magno decumas vendidisses, te expressĕ ab inuitis Liparensibus hanc pecuniam? Sed quid ego ex te quæro, quid defensurus sis potiùs, quàm cognoscam ex ipsa ciuitate, quid gestũ sit? Recita testimoniũ publicum Liparensium, deinde quemadmodũ Valerio nũmi sint dati. TESTIMONIVM PVBLICVM, QVOMODO SOLVTVM SIT, EX LITTERIS PVBLICIS. Etiámne hæc tã parua ciuitas, tã procul à manib. tuis atq. à cõspectu remota, eiũcta à Sicilia, in insula inculta, tenuiq. posita, cumulata aliis tuis maioribus iniuriis, in hoc quoq. frumentario genere prędę tibi, & quæstui fuit? quã tu totam insulã cuidã tuorũ sodaliũ, sicut aliquod mu musculũ, cõdonaras: ab hac etiã hæc frumentaria lucra, tanquã à mediterraneis, exigebãtur? Itaque qui tot annis agellos suos ante te prętorẽ redimere à piratis solebãt, fidẽk seipsos à te pretio imposito redemerũt. ¶ Quid ergo? *a Tissibus* perparua, & tenui ciuitate, & [m] aratoribus laboriosissimis, frugalissimísq. hominibus, nõne plus lucri nomine, eripitur quàm quantum frumenti omnino exarãt? ad quos tu decumanum Diognetũ Venerũ misisti,

[a] v. c. kalumniarentur: [b] L. tritici medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. al. tritici CIↃ al. tritici med. DIIII. DC. [c] P. B. [d] v. c. & de Docimo, am. & ita L. [e] al. Atque* L. LLS. XV mi. al. LLS. XII. [f] L. deterrimis mul. [g] L. perditis enim iam, & dir. [h] v. c. quod de capite iste demsit. [i] proscriptiones. vide orationem in Pisonem, & 2. ad Att. 1* [k] sert. præter maiorũ incommodd. [l] L. Vnũ hoc aliquot senatusconsultis reprehẽsum decretúmque est [m] L. ab ipso partarum, quæsitarúmq. [n] L. deterrimæ re [o] L. de quo legem populus R. iussit. P. C X LV I. p L. Voluntas ei posset esse. pro lege & ita v. c.

[a] L. Egestensium [b] L. hoc est, Tertiæ, tritici medimnũ CIↃ. & accessionem. LLS. DↃ. coegit Egestenses à Doc. [c] L. id quod ex Egestensium publ. [d] L. tritici medimnum quinque mil lib. & accessione. Cognosce. [e] L. videtis tritici medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. decẽ. [f] L. LLS. V. millia. Per al. LLS. XXX. Per deos [g] L. LLS. V. millia lucri, [h] L. tritici modium DI. millia? [i] v. c. in insula cula inc. fort. in insulula i. [k] sert. iidem seipsi à te pr. [l] L. à Tissiensib. [m] L. sed aratoribus.

misisti, nouum genus publicani. cur hoc auctore non Romæ quoque serui publici ad vectigalia accedant? Anno secundo Tissenses LLS. XXI. lucri dare coguntur inuiti. tertio anno LLS. CIↃ. CIↃ. modium tritici, lucri Diogneto Venerio dare coacti sunt. Hic Diognetus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit, vicarium dnullum habet, nihil omnino peculij. Vos etiam nunc dubitate, si potestis, vtrum tātum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit, an huic exegerit, atque hæc ex publico Tissensium testimonio cognoscite. TESTIMONIVM PVBLICVM TISSENSIVM. Obscure, iudices, prætor ipse decumanos est, cùm eius apparitores frumentū à ciuitatibus exigāt, pecunias imperēt aliquanto plus ipsi auferant, quàm quantum populo Romano decumarum nomine daturi sunt? Hæc æquitas in tuo imperio fuit, hæc prætoris dignitas, vt seruos Venerios Siculorum dominos esse velles. hic odelectus, hoc discrimen, te prætore, fuit, vt aratores in seruorum numero essent, serui in publicanorū. ¶ Quid? *Amestratini* miseri, impositis ita magnis decumis, vt ipsis reliquū nihil fieret, nónne tamen numerare pecunias coacti sunt? Ad dicuntur decumæ M. Cæsio, cùm adesset legati Amestratini. statim cogitur Heraclius legatis numerare LLS. XXII. Quid hoc est? quæ est ista præda? quæ vis? quæ direptio sociorū? Si erat Heraclio ab senatu mādatum, vt emeret: emisset, si non erat? qui poterat sua sponte pecuniam numerare? Cæsio renuntiat se dedisse. Cognoscite renuntiationem ex literis. Recita ex litteris publicis. LITERAE PVBLICAE. Quo S.C. erat hoc legato permissum? nullo. cur fecit? coactus est, quis hoc dicit? tota ciuitas. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Ab hac eádem ciuitate anno secundo, simili ratione extortam esse pecuniam, & Sex. hVennonio datam, ex eodem testimonio cognouistis. At Amestra nos, homines tenuei, cùm eorum decumas medimnis DCCC. vēdidisses Banobali i Venerio (cognoscite nominā publicanorum cogis eos prius lucri addere, quàm quanti venierant, cum magno veni ent. dāt Banobali i med. DCCC. LLS. MD. m Profectò, numquam iste tam amens fuisset, vt ex agro populi Romani plus frumenti seruo Venerio, quàm populo Romano tribui pateretur, nisi omnis ea præda, serui nomine, ad istum ipsum peruenisset. ¶ *Petrini*, cùm eorum decumæ magno addictæ essent, tamen inuitissimi T. Næuio Turpioni, improbissimo homini, qui iniuriarum, Sacerdote, prætore, damnatus est, LLS. nVII. dare coacti sunt. Itáne dissolute decumas vendidisti, vt o, cùm medimnûm XV. millibus veniſſent, hoc est LLS XXXXV. vt p lucri decumano LLS. MMM. darentur? At permagno decumas eius agri vendidisti q. Videlicet gloriatur, non Turpioni lucrum datum, sed Petrinis pecuniam ereptam. ¶ Quid? *Halicienses*, quorum incolæ decumas dant, ipsi agros immunes habent: nónne huic eidem Turpioni: cùm r decumæ c. med. veniſſent, LLS. XV. CIↃ. dare coacti sunt? Si id, quod maximè vis, posses probare, hæc ad decumanos lucra veniſſe, nihil te attigisse: tamen hæ pecuniæ, per vim, atque iniuriam tuam captæ, & conciliatæ, tibi fraudi, & damnationi esse deberent. cùm verò hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse, vt Apronium, ac Turpionē, seruos homines, tuo, liberorúmq. tuorum periculo diuites fieri velles: dubitaturū quemquā existimas, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? ¶ *Segestam* item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur. is ab isto litteras affert, vt sibi contra h omnia S. C. contra iura omnia, contráque legē Rupiliā, extra forum vadimonia promittat aratores. Audite litteras, quas ad Segestanos miserit. LITTERAE C. VERRIS. Hic Venerius quēadmodū aratores eluserit, ex vna pactione hominis honesti, gratioſiq. cognoscite. in eodē enim genere sunt cetera. Diocles est Panormitanus. Phimes c cognomine, homo illustris, ac nobilis arator. Is agrū in Segestano (nā e commerciū in eo agro Panormitanis est) cōductū habebat LLS. f ex millib. pro decuma cùm pulsatus à Venerio esset, dedit g LLS. XVI. millia, & CICIIIII. id ex tabulis ipsius cognoscite. NOMEN DIOCLIS PANORMITANI. Huic eidem Simmacho, Annēius h Brocchus, i senator, homo eo splendore, ea virtute, qua omneis existimatis, nūmos præter frumētum coactus est dare. Venerióne seruo, te prætore, talis vir, senator populi Romani, quæstui fuit? Hunc otium si dignitate antecellere non existimabas, ne hoc quidem sciebas, iudicare? Antea cùm equester ordo iudicaret, k improbi, & rapaces magistratus in prouincijs inseruiebant publicanis: ornabant eos, quicunque in operis erant: quemcunque equitem Romanum in prouincia viderant, beneficijs, ac liberalitate prosequebantur: neque tantum illa res nocentibus proderat, quantum obfuit multis, cum aliquid contra vtilitatem eius ordinis, voluntatémque fecissent. Retinebatur hoc tum nescio quomodo quasi communi consilio ab illis diligenter, vt, qui vnum equitem Ro. contumelia dignum putasset, ab vniuerso ordine malo dignus iudicaretur. Tu sic ordinem senatorium despexisti, sic ad iniurias, libidinésque tuas omnia coæquasti: sic habuisti statutum l cum animo, ac deliberatū, l omneis m, qui n habitarent in Sicilia, aut qui Sicilia te prætore attigissent, iudices reiicere, vt illud non cogitares, tamen ad eiusdem ordinis homines te iudices esse venturum? in quibus, si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret: tamē esset illa cogitatio, in alterius iniuria sese despectos, dignitatémque ordinis contemtā & abiectam. quod mehercule, iudices, mihi non mediocriter fe rendum videtur. *HABET enim quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes* o, *ac viri boni difficillimè possunt.* Spoliasti Siculos. solent enim inulti esse in iniuriis suis prouinciales. vexasti negotiatores. inuiti enim Romam, raróque decedunt P. Equites q Ro. ad Apronij iniurias dedisti. quid enim iam nocere possunt, quibus nō licet iudicare? Quid, cùm senatores summis iniurijs afficis? quid aliud dicis, nisi hoc? credo mihi etiam istum senatorem: vt hoc amplissimum nomen senatorum non modò ad inuidiam imperitorum, sed etiam ad contumeliam improborum natum esse videatur. Neque hoc in vno fecit Annēio r, sed in omnibus senatoribus: vt ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiā veleret. In C. Cassio,

a L. accedūt? P. CLXXII.
b L. Tissienses LLS. XX millia lucri d.
c L. tert'o anno XII. modium tritici millia lucri D.
d Vicarius seruiseruus.*
e L. Tissiensium t.
f L. plus ipsi lucri auf.
g L. hic dilectus,
h al. Sexto animo d.
i al. Barioba-bi.
k hoc est barbara non Romana.*
l al. Barioba-li med. 12. ccc. LLS. CIↃ. 12.
P. B. *mod.* XII. *al.* pro medimnis DCCC.*
n L. LLS. Xx CIↃ. dare co. o L. vt cùm esset medimnus LLS. XV. veniſſent autem decumæ medim. IIII. CIↃ. hoc est, LLS. XXXXV. p L. vt lucri decumano LLS. XV. millia d.
q *lib. vulg.* vēdidi. Videlicet igitur nō Tur. lu. d. sed Pet. pecuniæ crepitæ Q. r L. cùm decumæ CC. medimnos ve nisserit, LLS. duo mil ia dare c.
a L. liberūque tuor.
b L. contra omnia S. C. contráque legem Rup.
c al. Phimes.
d L. ac nobilis Arabat is agrum cōductum in Seg. al. ac nobilis. Is agrum in Seg.
e L. (nam cō mercium in agro nemini est)
f L. LLS. VI. millib. Cùm pulſ.
g L. accidit LLS. XV. millib. & CIↃ. IIII.
h L. Annēius Brocchus,
i Fugiæ gentiscognomē*
k lege Sempronia ante X. annos.*
l al. statutū animo.
m senatores.*
P. B. n L. qui haberent in Si.
o L. prudentes ac viri b.
p fort. diſc.
q *lib. vulg.* Equitem R.
r L. Annēio.

viro clarissimo & fortissimo, cùm is eo ipso tempore, primo istius anno COS. esset, tanta improbitate vius est, vt, cùm eius vxor, fæmina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, frumentum[a] omne in decumas auferre iusserit. Hûc tu in hac causa testem Verres, habebis: quoniam iudicem ne haberes, prouidisti. Vos autem, iudices putare debetis, esse quiddam nobis inter nos commune, atque coniunctû. multa sunt imposita huic ordini[c] munera, multi labores, multa pericula, non solûm legum d, ac iudiciorû, sed etiam rumorum ac temporum. Sic est *hic ordo quasi propositus, atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circumflari posse videatur.* In hac misera & indigna cõditione vitæ, ne hoc quidem retinebimus, iudices, vt magistratibus nostris in obtinendo iure nostro ne contemtissimi, ac[e] despectissimi esse videamur? ¶ *Thermitani* miserunt, qui decumas emerêt agri sui. Magni sua putabant interesse, publice potius quamuis magno emi, quàm in aliquem istius emissarium incidere. Appositus erat Venuleius quidam, qui emeret. Is liceri nõ destitit. illi, quoad videbatur ferri aliquo modo posse, contendebant: postremò liceri destiterunt. addiebatur[f] Venuleio tritici mod. VII. c. Legatus Possidorus renuntiat. Cùm omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat, tritici mod. VI. præterea LLS. CIↃ. CIↃ. millia. ex quo facile apparet, quæ merces decumani, quæ prætoris præda esse videatur. Cedo Thermitano rum mihi litteras, & testimoniũ. TABVLAE THERMITANORVM, ET TESTIMONIVM ¶ *Acharenſeis* h iam omni frumento ablato, iam omnibus iniuriis tuis exinanitos, tributum ferre, miseros ac perditos, coegisti: vt Apronio darent LLS. XX. millia. Recita decretum de tributis, & publicum testimonium. S.C. DE TRIBVTO CONFERENDO TESTIMONIVM ACHARENSIVM. *Ennenſes*, cùm decumæ venissent agri Ennẽsis medimnûm CIↃ. CIↃ. CIↃ. CC. Apronio coacti sunt dare tritici k modiûm LLS. MMM. & LLS. III. millia. Quæso attendite, quantus numerus frumẽti cogatur ex omni agro decumano. nam per omneis ciuitates, quæ decumas dẽbent, percurrit oratio mea: & in hoc genere nunc iudices, versor, in quo non singiliatim aratores euersis bonis omnibus sunt, sed publice decumanis lucra data sunt vt aliquando ex eorum agris, atque vrbibus, expleti, atque saturati cum hoc cumulo quæstus decederent. ¶ *Calatini* quamobrem imperasti anno tertio, vt decumas agri sui, quas Calatæ dare consueuerant, Amestrati M. Cæsio decumano darent, quod neque ante te prætorem illi fecerant, neque tu ipse hoc ita statueras antea per biennium? ¶ Theomnastus Syracusanus in *agrum Myticenſem*[m] cur abs te immissus est? qui aratores ita vexauit, vt illi in alteras decumas, id quod in aliis quoque ciuitatibus ostẽdam, triticum emere necessario, propter inopiam, cogerentur. ¶ Iam verò *ex Hyblenſium pactionibus* intelligetis, quæ[n] pactæ sint cum decumano Cn. Sergio sexies tantum, quàm quantum fatum sit, ablatum esse ab aratoribus. Recita sationes, & pactiones ex litteris publicis. Recita. PACTIONES HYBLENSIVM CVM VENERIO SERVO EX LITTERIS PVBLICIS. ¶ Cognoscite item professiones sationum, & pactiones *Meneniorum* cum Venerio seruo. Recita ex litteris publicis. PROFESSIONES SATIONVM, ET PACTIONES MENENIORVM CVM VENERIO SERVO EX LITTERIS PVBLICIS. Patiemini, iudices, à sociis, ab aratoribus populi Romani, ab iis, qui vobis laborant, vobis seruiunt, qui ita plebem Romanam ab sese ali volunt, vt sibi ac liberis suis tantum superesse, quo ipsi ali possint: ab his, per summam iniuriam, per[a] summas contumelias plus aliquanto ablatum esse, quàm natum sit? ¶ Sentio, iudices, moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendámque vestrã satietatem. non versabor in vno genere diutiùs, & ita cetera de oratione mea tollam, vt[b] in[c] causa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortissimorum virorum, diligentissimorúmque[d] querimonias. cognoscetis, iudices[e], Entellino rum[f] summi labores, summæque industriæ, dolorem, & iniurias: Heraclienſium, Inciliẽsium g, Ætnenſium, Solentinorum incommoda proferentur: Catinenſium, locupletissimorum hominum, amicissimorúmque agros vexatos ab Apronio cognoscetis: Tyndaritanam, nobilissimam ciuitatem, Cephaleditanam, Halesinam, Apollonienſem, Eggynam, Capitinam, perditas esse hac iniquitate decumanorum intelligetis: Murgentinis, Assorinis, Elorinis, Ennensibus, Letinis, nihil omnino relictum: Cithariuos, Acherinos, paruarũ ciuitatum homines, omnino abiectos esse: a perditos: omneis denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigaleis fuisse: & plerisque aratoribus nihil omnino superfuisse: quibus quod tum aut remissum, aut relictum sit, id fuisse tantũ, quantum ex eo, quo istius auaritia contenta fuit, redũdarit. Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos, ac nobilissimos, Ætnensem, & Leontinum. Horum agrorum ego missos faciam quæstus triennij: vnum annum eligam, quo facilius id, quod institui, explicare possim. Sumam annum tertium, quod & recentissimus est, & ab isto ita administratus, vt, cùm se certè decessurũ videret, non laboraret, si aratorem nullũ in Sicilia omnino esset relicturus. Agri Ætnenſis, & Leontini decumas agemus. Attendite, iudices, diligenter. agri sunt feraces: annus tertius: decumanus Apronius. ¶ *De Ætnenſibus* perpauca dicam. dixerunt enim ipsi priore actione publice: memoria tenetis, Artemidorum Ætnensem, legationis eius principẽ, publicè dicere, Apronium venisse Ætnam cum Venerijs: vocasse ad se magistratum: imperasse, vt in foro sibi med o lecti sterneretur: quotidiè solitum esse non modò in publico, sed etiã de publico conuiuari: cum in eis cõuiuiis symphonia caneret, maximísque poculis ministraretur, retinere i solitũ esse aratores, atque ab iis non modò per iniuriam, sed etiam per contumeliã, tantum exprimi frumenti quantũ Apronius imperasset. Audistis hæc iudices, quæ nunc ego omnia prætereo, ac relinquo. Nihil de luxuria Apronij loquor, nihil de insolentia k, nihil de singulari nequitia, ac turpitudine: tantũ de quæstu, ac lucro dicã vni° agri, & vni° anni, quo facilius vos coniecturã de triennio, & de tota Sicilia facere possitis. Sed mihi Ætnenſiũ breuis est oratio

a v. c. frumentum omne de cumanos auferre iuss. b al. auferri*

c Senatorio* d Legibus enim repetundarum solisse P. CLAVX. natores tenebant *Cicero pro Clauentio & Postumo.**

e L. ac despicatissimi esse vid.

f L. addicuntur Venuleio tritici mod. VIII. millib. Legatus Possidorus renuntiat. g L. tritici modii 12c. & præterea LLS. duomil. exq.

h al. Imacharenses v. s. al. Macharenses.*

i al. medimnum VIII. CC. k L. tritici mod. XVIII. millia & LLS. III. mil. fere. medimnum XI. & LLS. III. mil.

P. B. l al. singulatim. al. sigillatim.*

m L. Mulgensem. al. Mutycnſem]* & ita apud Plinium & Stranonem*

n v. c. quæ facta sint.

a L. peraccebissimas cõtu-

b L. vt in causa tamen relinquam, c In causa relinquere non est in causa relinquere sed ita de oratione aliquid tollere aut silentio verbis præter mittere, vt tamen inter cætera accusationis capita id mandet *

d L. diligentissimorũ, & locupletissimorum aratorum queri mon.

e L. vox iudices abest a v. c.

f L. Entellinorum, hominum summi laboris, s.

g L. Geleniũ Solẽtinorum incom.

h L. si cui quid aut remissum aut r

P. B.

i L. retinere solitos esse

k insolentia al. nihil de promissa ab isto licentia.

oratio. ipsi enim venerunt: ipsi publicas litteras deportarunt. docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo non malus, familiaris prætoris, Apronius. id quæso, ex ipsorum testimonio cognoscite. Recita testimonium Ætnensium. TESTIMONIVM AETNENSIVM. Quid ais? dic, dic, quæso, clarius, vt populus R. de suis vectigalibus, de suis aratoribus, de suis sociis, atque amicis audiat. L[a]. MEDIMNA. Per deos immortales, vnus ager vno anno CCC. millia mod. tritici: & præterea LLS. L. millia lucri dat Apronio? tantóne minoris decumæ venierunt, quàm fuerunt: an, cùm satis magno venissent, hic tantus tamen frumenti, pecuniæque numerus ab aratoribus per vim ablatus est? vtrum enim horum dixeris, in eo culpa & crimen hærebit. Nam illud quidem non dices, quod vtinam dicas, ad Apronium non peruenisse tantum. ita te non modò publicis tenebo, sed etiam priuatis aratorum pactionibus, ac litteris: vt intelligas, non te diligentiorem in faciendis furtis fuisse, quàm me in deprehendendis. Hoc tu feres? hoc qui? quâ defendet? hoc hi, si aliter de te statuere voluerint, sustinebunt? Vno aduentu, ex vno agro, Q. Apronium, præter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, CCC. millia mod. tritici lucri nomine sustulisse? Quid? hoc Ætnenses soli dicunt? immò etiam Centuripini, qui agri Ætnensis multò maximam partem possident: quorũ legatis, hominibus nobilissimis Androni, & Arthemoni, senatus ea mandata dedit, quæ publicè ad ciuitatem ipsorum pertinebant. de iis iniuriis, quas ciues Centuripini nõ in suis, sed in aliorũ finibus acceperũt. senatus & populus Centuripinus legatos noluit mittere: ipsi aratores Centuripini, qui numerus est in Sicilia maximus, honestissimorũ, & locupletissimorum, arcis legatos, ciueis suos, delegerunt [c]: vt eorum testimonio non vnius agri, sed propè totius Siciliæ calamitates cognoscerentur. arât enim tota Sicilia ferè Centuripini. & hoc in te grauiores, certioréque testes sunt, quòd ceteræ ciuitates suis solùm incommodis commouentur: Centuripini, quòd in omnibus ferè finibus habẽt possessiones, etiã ceterarum ciuitatum dãna ac detrimẽta sentiunt. Verùm, vt dixi, ratio certa est Ætnensium, & publicis, & priuatis litteris consignata. ¶ Meæ diligentiæ pensum magis *in* [e] *Leontino agro* est exigendum, propter hanc causam, quòd ipsi Leontini publicè nõ sanè me multum adiuuerunt, neque enim eos, isto prætore, hæc decumanorum iniuriæ læserunt: potius [f] etiam adiuuerunt. Mirum fortasse hoc vobis, aut incredibile videatur, in tantis aratorum incõmodis, Leontinos, qui principes rei frumentariæ fuerunt, experteis incommodorum, atque iniuriarum fuisse. hoc causæ est, iudices, quòd in agro Leontino, præter vnam Mnasistrati familiam, glebam Leontinorum possidet nemo. Itaque Mnasistrati, hominis honestissimi, atque optimi viri testimonium, iudices, audietis [g]: ceteros Leontinos, quibus non modò Apronius in agris, sed ne tempestas quidem vlla nocere potuit, exspectare nolite. etenim non modò tu commòdi nihil ceperunt: sed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæstu sunt, compendióque versati. Quapropter, quoniam me Leontina ciuitas, atque legatio, propter eam, quam dixi, causam, defectu mihi-

a L. tritici medimnum xxxvi. millib. hoc est, trit. mod. CCXV. millib. M.

b L. modium C. millia.

c L. si tua iniquitas. si tu ex coh. rec.

d L. quin propter iniquitatem tuã tanta magn.

e L. ne id quidem satis significat, illum P. CLAXII. tuum nõ fuisse negot.

f *lib. vulg.* ratio decumarũ. Rationes decumanorũ vti fierent. *

g *lib. vulg.* pactiones decumarum.

h L. tot supplicia, tot ex

i L. In iugero agri L.

k L. ager efficit cum octauo, bene vt agatur.

l Prouentus agrorum frumentariorũ apud Leontinos quis. * L. decumo

m *ita v. c.*

n L. ex iugero exararent med. aut ex iugero d.

o L. venibãt

p L. non est plus, quam xxx. millium. Decumæ xxxvi. millib. medimnum venier. ¶ & ita paulo apertius infra legitur. *

q *al.* decuma num nomine. *

r L. vt cum decumo fr. ¶ *id est* cum decima parte fructuum. *

s L. Atqui hoc.

t L. vt in iugera singula tern.

u. P.

A met ineunda ratio, & via reperienda est, qua ad Apronij quæstum, siue adeò, qua ad iſtius ingentem, immanémque prædam possim peruenire. Agri Leontini decumæ anno tertio venierũt tritici [a] medimnis XXXVI. hoc est, tritici mod. CCXVI. Magno iudices, magno. neque enim hoc possum negare. itaque necesse est aut damnum, aut certe non magnum lucrum fecisse decumanum. Hoc enim solet vsu venire iis, qui magno re demerunt. Quid, si ostendo, in hac vna emtione, lucri fieri tritici modios [b] CC? quid, si CCC? quid si CCCC? dubitabitis etiã, cui ista tanta præda quæsita sit? Iniquum me esse quispiã dicet, qui ex lucri magnitudine conijcturam faciam furti atque prædæ. Quid si doceo, iudices, eos, qui CCCC. millia modiũm lucri faciunt, damnum facturos fuisse, si [c], vt tua iniquitas fuit, si tui ex cohorte recuperatores non intercederent: num quis potuit in tanto lucro, tantáque iniquitate dubitare, quin [d] propter iniquitatem tam magnos quæstus feceris? propter magnitudinem quæstus improbus esse voluerit? Quomodo igitur hoc assequar, iudices, vt sciam, quantũ lucri factũ sit? nõ ex Apronij tabulis, quas ego cùm conquirerem, non inueni: & cùm in ius ipsum eduxi, expressi, vt conficere tabulas se negaret. Si mentiebatur: quamobrem remouebat, si hæ tabulæ nihil tibi erant ob futuræ? Si omnino nullas confecerat litteras: ne [e] id quidem satis significabat, illum non suum negotium gessisse? ea est enim ratio [f] decumanorum, vt sine plurimis litteris confici non possit. singula enim nomina aratorum, & cum singulis pactiones [g] decumanorum, litteris persequi & conficere necesse est. Iugera professi sunt aratores omnes imperio, atque instituto tuo: non opinor quẽquam minus esse profectum, quàm quantum aratum est, cum tot cruces, tot [h] iudicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. Int iugere agri Leõtini medimnũ ferè tritici seritur, perpetua, atque æquabili satione. ager [k] efficit, cum [l] octauo bene vt agatur: verùm, vt omnes dij adiuuent, cum decimo [m]. quod si quando accidit, tum fit, vt tantum decumæ sit, quantum seueris: hoc est, vt quot iugera sunt sata, totidem medimna decumæ debeãtur. Hoc cùm ita esset: primùm illud dico, pluribus millibus medimnũm venisse decumas agri Leontini, quàm quot millia iugerũm sata erant in agro Leontino. Quòd si fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex [n] iugere ararent: medimnum autem ex iugere decumano dari poterat, cùm ager, id quod perraro ẽuenit, cum decumo extulisset quæ erat ratio decumani, si quidem decumę, ac non bona veniebant [o] aratorum, vt pluribus aliquanto medimnis decumas emeret, quàm iugera erant sata? In Leontino iugerũ subscriptio, ac profectio, nõ [p] est plus XXX. Decumæ XXXVI. medimnis venierunt. Etrauit, an potius insaniuit Apronius? immò tum insanisset, si aratoribus, quod deberent, licitum esset: & non, quod Apronius imperasset, necesse fuisse dare. Si ostendo, minus tribus medimnis in iugerũ neminem dedisse decumæ [q]: concedes, opinor, vt [r] cum decumano fructus arationis perceptus sit, neminẽ minus tribus decumis dedisse. Atque [s] hoc in beneficij loco perium est ab Apronio, vt [t] *iugera*

a Metaphora à lampendiis aut potius lanificis. *

e L. in agro Leontino

f L. potius etiam, iudices, audiuit.

P. S.

g L. audistis, opi.

singula ternis medimnis decidere liceret. Nã cùm à multis quaterna, etiam quina exigerentur: multis autem non [a] solum granum vllũ, sed ne palæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur; tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus est, vnum in locum conuenerunt: hominem suæ ciuitatis in primis honestum, ac nobilem, Andronem Centuripinum, legatum ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc iudicium, legatum, & testẽ Centuripina ciuitas misit: vt is apud eum causam aratorum ageret, ab eóque peteret, *vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera singula, quàm terna medimna exigeret.* Hoc vix ab Apronio in summo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum est, id cùm impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, *vt pro singulis decumis, ternas decumas dare liceret.* Quòd si tua res non ageretur, à te potius postularé, ne ampliùs, quàm singulas, quàm ab Apronio, vt ne plus, quàm ternas decumas darent. Nunc, vt hoc tempore ea, quæ regie, seu potius tyrannicè, statuit in aratores Apronius, prætermittam: neque eos appellem [b], à quibus omne frumentum eripuit, & quibus nihil non modò de fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui fecit: ex his ternis medimnis (quod beneficij, gratiæque causa concessit) quid lucri fiat, cognoscite. Professio [c] est agri Leontini ad iugerum xxx. millia. Hæc sunt ad tritici medimna [d] xc. id est, tritici mod. DXL. millia. deductis tritici mod. CCXVI. millibus quãti decumæ venerunt, reliqua sunt tritici CCCXXII. millia. ad de totius summę CXL. milliũ modiũm treis quinquagesimas, id est, tritici mod. XXXII. millia, CCC. ab omnibus enim ternæ prætereà quinquagesimæ exigebantur. Sunt [e] hæc iã ad LLS. CCCXL. mod. tritici. At ego CCCC. millia lucri facta esse dixerã. non enim duco in hac ratione, eos, quibus ternis medimnis nõ est licitũ decidere. Verùm, vt hac ipsa ratione summam mei promissi compleam, ad singula medimna multi [f] LLS. duo, multi LLS. quinque accessionis cogebãtur dare: qui minimum, singulos nummos. hoc minimum vt sequamur, quoniã XC. medimnûm millia duximus, accedant eò nouo, pessimóque exẽplo LLS. XC. millia. Hic mihi etiam dicere audebit, magno se decumas vendidisse, cùm ex eodem agro, dimidio plus ipse abstulerit, quàm populo Ro. miserit? CCXVI. modiũm millib. decumas agri Leontini vendidisti. si ex lege, magno: si, vt lex esset libido tua, paruo: si, vt, quæ dimidiæ essent, decumæ vocarentur: paruo vendidisti. multo enim pluris fructus anni Siciliæ venire potuerunt, si id te senatus, aut populus Ro. facere voluisset. etenim sæpe decumæ tãti venierũt, cùm lege Hieronica venirent, quanti nunc lege Verrea venierunt. Cedo mihi C. [g] Norbani decumas venditas. C. NORBANI DECVMAE VENDITAE AGRI LEONTINI. Atque h tũ neque iudicium de modo iugerum dabatur: neq. enim erat Artemidorus Cornelius recuperator: neq. ab aratore magistratus Siculus tantũ exigebat quantũ decumanis ediderat: nec beneficium petebatur à decumano, vt in iugera singula ternis medimnis decidere liceret: nec nummorũ accessionẽ [k] cogebatur arator dare, nec ternas quinquagesimas fru-

a L. non modo granum nullum, sed ne pal. & in v.c.

b L. appellẽ, Quibus omne c Agri Leontini professio & decumæ.

d L. medimnum xc. millia, id est, tritici mod. 19. xxx. millia.

e L. sunt hæc iam ad tritici modium ccclvj. millia cccc.

f L. multis LLS. binos, multi LLS. singulos, & semiss. accessionis cogn.

g Caius hic Norbanus, Prætor fuit Siciliæ incuius aureo nũmo, C. Norbanus Pr. R. sc. In argenteo fasces, spica, & prora signata sunt ad iusticandam P. CLXXIII. eius Prætoram Siciliensem.*

h L. Atqui t. i al. neq; beneficium p.

k Accessiones nummorum vocat, bina illa vel terna millia nummũ quæ per Aproniũ Verres exigebat à decumanis. cum alicuius agri decumas venderet: quam pecuniam decumam ipsi à miseris aratoribus postea exprimebant. Hanc ipsam pecuniam postea corollarium nummorum vocat. Verris ratio posuit fortè colorari nec ipso quòd legimus super annuã mercedem, quinquennio quoque, conductoribus priuatorum aliquid amplius portũ l. 17. §. ex sc. ff. solut. matrimonio.

A menti addere: & tamen populo Ro. magnus fruméti numerus mittebatur. Quid verò istæ sibi quinquagesimæ, quid porrò nummorum accessiones volunt? quo id iure, atq. adeò quo id potius ore feci sti? nummos dabat arator. quomodo? aut vnde? qui, si largissimus esse vellet, cumulatiore mensura vteretur, vt antea solebant [a] facere in decumis, cùm æqua lege, & conditione venibant. Is nummũ dabat. Vnde? de frumento? quasi habuisset, te prætore, quod venderet. De viuo igitur erat aliquid resecandum, vt esset, vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollariũ [b] nummorum adderetur. Iam id porrò verum libentes, an inuiti labant? libentes? amabant, credo, Apronium. inuiti? qua re, nisi vi, & malo cogebantur? Iam iste, homo amentissimus, in vendũdis decumis nummorum [c] faciebat accessiones ad singulas decumas: neque multum: bina d, aut terna millia addebat. siũt per triennium LLS. fortasse XD. millia. Hoc neq. exemplo cuiusquam, neque vllo iure fecit: neque eã pecuniam retulit: neque hoc parũ crimen quemadmodum defensurus sit, homo quisquam vmquam excogitauit. Quod cùm ita sit, audes dicere, te magno decumas vendidisse, cùm sit perspicuum, te bona, fortunásque aratorum, non populi R. sed tui quæstus causa, vendidisse? VT, si quis villicus ex eo fundo, qui [e] LLS. dena meritasset [f], excisis arboribus ac venditis, dẽtis tegulis, instrumento, pecore abalienato, domino XX. millia nummũm pro X. miserit: sibi alia prætereà centum conficerit: primò dominus, ignarus incommodi sui gaudeat, villicóque delectetur, q̃ tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit: deinde, cùm audierit, eas res, quibus fundi fructus, & cultura cõtinentur [g], amotas & venditas: summo supplicio villicum afficiat, & secum male actum putet: item à populus R. cùm audit, pluris decumas vendidisse C. Verrem, quàm innocentissimum hominem, cui iste successit, C. Sacerdotem, putat se bonum in arationibus, fructibúsque suis habuisse custodem ac villicũ. cùm enserit, istum omne instrumentum aratorum, omnia subsidia vectigaliũ vendidisse, omnem spem posteritatis auaritia tua sustulisse, arationes & agros vectigaleis vastasse, atq. exinanisse: ipsum maximos quæstus, prædáque fecisse; ipse metiget secum aratum esse pessimè: istum autẽ summo supplicio dignum existimabit. Vnde ergo hoc intelligi potest ex hoc maximè, quòd ager decumanus prouinciæ Siciliæ propter istius auaritiam desertus est. nequek id solum actum est, vt hi minus multis iugis ararent, si qui in agris remanserunt: sed etiam vt permulti locupletes homines, magni & naui aratores, agros latos [m], ac fertiles desererent, totáque arationes derelinquerẽt. Id adeò sciti facillimè potest ex litteris publicis ciuitatũ, propter ea q̃ lege Hieronica numerus [n] *aratorum* [o] quotannis apud magistratus publicè subscribitur. Recita tandem, quot ac ceperit aratores agri Leõtini Verres. OCTOGINTA TREIS. quot anno tertio profiteantur. TRIGINTA DVO. Vnũ & quinquaginta aratores ita video deiectos [p], vt his ne vicatij quidẽ successerint. Quot aratores, aduenĩte te, fuerũt agri Muticensis [q], videamus ex litteris publicis. CENTVM OCTOGINTA OCTO. Quid? anno tertio? CENTVM ET VNVS.

P. R.

a Aratores in decumis, cum æquale ge venibant, cumulatiore mensura vti consuescrãt: interdum etiam munus dare.*

b Corollarium Glossis Græcis quod pro coronis datur qualis Athenis victoribus dabatur. l. 5. qui res pignori vbi dixi.*

c LLS. nummum s.

d Bina, aut terna millia nummũm ad deb.

e L. qui sestertia dena meritasset. al. cui LLS dena merces esset.

f Meritare fundus Siculis dicitur, ex quo merces fructus & prouentus præstatur.*

g al. effectum sit. al. receptũ sit.

h al. contigentur.

i al. ta.* P. CLXXII.

k L. nequid id solum accidit, vti multis iugis araarent, si qui &c. l. fort. remanserant; ut al. læros,

n Aratorum numerus quotannis apud magistratus Siciliæ subscribebatur vt quot quòquo in agro essent, ex eo constaret.*

o Aratores dejecti à Verre.*

p fors. ejectos.

b L. Mugensis, al. Muttensis.

NVS. Octoginta septem aratores vnus ager istius iniuria desiderat: atque adeò nostra resp. quoniam illa populi R. vectigalia sunt, hunc tot patrumfamiliâs numerũ desiderat, & reposcit. Ager Herbitensis primo anno habuit aratores ducentos, quinquaginta[a] septẽ, tertio centum viginti. hinc centum triginta septem patresfamiliâs extorres profugerunt. Agyrinensis ager, quorum hominum! quàm honestorum! quàm locupletum! [b] ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno prætoræ tuæ. Quid tertio anno? octoginta, quemadmodũ legatos Agyrinenseis recitare ex publicis litteris audistis. Prò dij immortales! si ex prouincia tota centum septuaginta eiecissẽs, possẽsne seueris iudicib. saluus esse? Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta aratoribus inanior cùm sit, vos coniecturam torius prouinciæ non [c] facietis? Atque hoc peræquè in omni agro decumano reperietis: quibus aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumento, minus [d] multis iugis, minores[e] remãsisse, & metuebant, si [f] recessissent, ne reliquas fortunas omneis amitterent: quibus autem iste nihil reliqui, quod perderent, fecerat, eos planè non solùm ex agris, verùm ex ciuitatibus suis profugisse. Illi ipsi, qui remanserãt vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erãt, nisi ad eos Metellus Roma litteras misisset, *se decumas lege Hieronica venditurũ*, & nisi ab iis hoc petiuissẽt, *vt serirent quàm plurimum:* quod illi semper sua [h] causa fecerant, cùm eos nemo rogaret, quamdiu intelligebant, sese sibi, & populo R. non Verri & Apronio serere, impẽdere, laborare. Iã verò, iudices, si Siculorum fortunas negligitis: si, quemadmodum socij populi Ro. à magistratibus nostris tractentur, non laboratis: at vos communem populi Ro. causam suscipite, atque defendite. Eiectos [i] aratores esse dico: agros vectigaleis vexatos, atque exinanitos à Verre: populi ram, vexatámque prouinciam: hæc omnia doceo [k] ciuitatum, & priuatis primariorum virorum testimoniis. Quid vultis amplius? num exspectatis, dum L. Metellus is, qui multos in istum testeis imperio & potestate deterruit, idem absens de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat? non opinor. At is optimè, qui successit isti, potuit cognoscere. Ita est: verùm amicitia impeditur. At debet nos certiores facere, quo pacto se habeat prouincia. Debet: verumtamen non cogitur. ¶ Num quis *in Verrem L. Metelli testimonium* requirit? nemo. num quis postulat? non opinor. Quid si testimonio L. Metelli, ac litteris hæc omnia vera esse docebo? quid dicetis? vtrùm Metellum falsum scribere? an amicum lædendi esse cupidum? an prætorem, quemadmodum prouincia affecta sit, nescire? Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium, & M. Crassum COSS. quas ad [m] M. Mummium prætorem, quas ad [n] quæstores vtbis misit. EPISTOLA L. METELLI. DECVMAS FRVMENTI LEGE HIERONICA VENDIDI. Cùm scribit, se lege Hieronica vẽdidisse, quid scribit? ita se vendidisse, vt omnes, præter Verrem, cùm scribit se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? se per istum erepta Siculis maiorum nostrorum beneficia, ius ipsorum, conditionem societatis, amicitiæ, fœderum redidisse. dicit, quanti cuiusque agri decumas vendiderit. deinde quid scribit? Recita de epistola reliqua. SVMMA[a] DATA EST OPERA A ME, VT QVAM PLVRIMO DECVMAS VENDEREM. Cur igitur, Metelle, non ita magno vendidisti? quia desertas arationes, inaneis agros, prouinciam miseram, perditámque offendi. Quid? id ipsum, quod satum est, qua ratione quisquam, qui sereret, inuentus est? Recita litteras. LITTERAE ait se misisse, & [b] confirmasse, suam interposuisse auctoritatem. tantum quòd aratoribus Metellus obsides dedit [c], se nulla in re Verri, similem futurum. At quid est tandem, in quo se laborasse dicat? Recita. VT ARATORES QVI RELIQVI ERANT, QVAM PLVRIMVM SERERENT. Qui d reliqui? quid hoc est? reliqui? quo ex bello? qua ex vastitate? quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum, re prætore, versatum est, vt is, qui tibi successerit, reliquos aratores collegisse, & recreasse videatur? Cùm bellis Karthaginẽsibus Sicilia vexata est, & [e] post nostram, patrúmque memoriam, cùm bis in [f] ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ versatæ sint: tamen aratorum interneciones facta nulla est: tum, semente prohibita, aut messe amissa, fructus annuus interibat: tamen incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum. tum, qui M. Leuinio, aut P. Rupilio, aut M'. Aquilio prætoribus in eam prouinciam successerant, aratores reliquos non colligebant. Tantóne plus Verres cum Apronio prouinciæ Siciliæ calamitatis importauit, quàm aut Hasdrubal cum Pœnorum exercitu, aut Athenio h cum fugitiuorum maximis copiis, vt temporibus illis simulat. que hostis superatus esset, ager araretur omnis, neque aratori prætor per litteras supplicaret, neque eum præsens oraret, vt quàm plurimùm sereret: nunc autem, ne post abitum quidem huius importunissimę pestis, quisquam reperiretur, qui sua voluntate araret? pauci essent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atque ad suum larem familiarem redirent? His te litteris, homo audacissime, atque amentissime, iugulatum i esse non sentis? non vides, i *al.* Iugulatum non sentis.* cùm is, qui tibi successit, aratores reliquos appellet [k], hoc eum diserte scribere, reliquos hos esse, non ex bello, neque ex aliqua huius modi calamitate, sed ex tuo scelere, importunitate, auaritia, crudelitate? Recita cetera. TAMEN PRO EO, VT TEMPORIS DIFFICVLTAS, ARATORVMQVE PAENVRIA TVLIT. Aratorum, inquit, pænuria. Si ego accusator toties de re eádem dicerem, vererer, ne animos vestros offenderem, iudices. Clamat Metellus: nisi litteras misissem, non est satis. Nihil præsens confirmassem. id quidem satis est. Reliquos, inquit, aratores. reliquos? propè lugubri verbo calamitatem prouinciæ Siciliæ significat. addit, Aratorum pænuria. Exspectate etiam, iudices, si potestis, auctoritatẽ accusationis meæ. dico aratores istius auaritia eiectos [m]: scribit Metellus, reliquos ab se esse confirmatos. dico agros relictos, arationésque desertas esse: scribit Metellus aratorum esse pẽnuriam. hoc cùm scribit, illud ostendit, deiectos [n], eiectos fortunis omnibus expulsos esse populi Ro. socios, atque amicos. quibus siqua calamitas propter

a *v. c.* Summa vi data est à me opera, vt q.

b *L.* & præsentem confirmasse.

c *L.* non dedit, se nulla in re *&c.* P. B.

d *al.* Quid reliqui.

e *L.* & post nostra, patrúmque memoria, *al.* & nostra patrúmque memoria,

f *L.* in eádẽ pr.

g *L.* interitio ‖ & ita legitur apud Nonium *cap.* 5. *in Interitus* 112.

h *de quo* 2 *& lib.* 2.*

i *al.* Iugulatum non sentis.*

k *L.* appellat P. CLXVII.

l *L.* Exspectate etiam iudices, exspectate, si pot.

m *al.* deiectos:

n *al.* deiectos, fortunis omn. *&c.*

a *v. c.* Summa vi data est à me opera, vt q.

b *L.* docebo litteris ciuitatum ostendam testimoniis & publicis honestissimarum ciuitatum, & priuatis primariorum virorum, Quid vultis *&c.* ‖ *al.* docebo litteris publicis honestissima rum ciuitatum & priuatis.*

c *L.* epistolis Metelli Verrem conuincit.*

d P. CLXXV.

e *al.* ad M. Nummium pr.

f *L.* ad quæstores vrbanos m.

g *lib.* 2. decumas legeH. se

h *v. c.* sui causa

i *al.* Deiectos

k *L.* docebo litteris ciuitatum ostendam testimoniis & publicis honestissimarum ciuitatum, & priuatis primariorum virorum, Quid vultis *&c.* ‖ *al.* docebo litteris publicis honestissima rum ciuitatum & priuatis.*

l *L.* epistolis Metelli Verrem conuincit.*

m *al.* ad M. Nummium pr.

n *L.* ad quæstores vrbanos m.

c *al.* nónne facietis? Atqui hoc

d *L.* minus multis iugis remansisse,

e *al.* timore *al.* minore familia.*

f *L.* si discessissent, ne rel

istum, saluis vectigalibus nostris, accidisset, animaduertere in eum vos oportebat: præsertim cùm ea lege iudicaretis, quæ sociorum causa esset constituta. cùm verò perditis, profligatísque sociis, vectigalia populi R. sint [a] deminuta: res frumentaria, commeatus, copię, salus vrbis, atque exercituum nostrorum in potestate sit: [b] istius auaritia interierit: saltem commoda populi R. respicite, si sociis fidelissimis prospicere non laboratis. Atque, vt intelligatis, ab isto, præ lucro, prędáque præsenti, nec vectigalium, nec posteritatis habitam esse rationē: cognoscite, quid ad extremum scribat Metellus. IN RELIQVVM TEMPVS VECTIGALIB. PROSPEXI. In reliquum tempus ait se vectigalib. prospexisse. nō scriberet se vectigalibus prospexisse, nisi hoc vellet ostendere, te vectigalia perdidisse. Quid enim erat, quod vectigalibus prospiceret Metellus in decumis, & in tota re frumentaria, si iste non vectigalia populi R. suo quęstu peruertisset? Atque ipse Metellus, qui vectigalib. prospicit, qui reliquos aratores colligit, quid assequitur, nisi hoc, vt arent, si qui possint, quib. aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit: qui tamen in agris spe, atque exspectatione Merelli remanserunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maximus numerus aratorum, qui non modò ex agris eiecti sunt, sed etiam ex ciuitatibus suis, ex prouincia, denique bonis, fortunísque omnibus ereptis, profugerunt? qua ratione ij reuocabuntur? quot prætorum innocentia, sapientiáque opus est, vt illa aratorum multitudo aliquando in suis agris, ac sedibus collocetur? ¶ Ac [c] ne miremini, tantam multitudinē profugisse, quantā ex litteris publicis, aratorúmque professionibus cognouistis: scitote, tātam acerbitatem istius, tantum scelus in aratores fuisse, incredibile dictu est, iudices: sed & factum, & tota Sicilia peruulgatum, vt homines, propter iniurias, licentiámque decumanorum, *mortem sibi ipsi consciuerint* [d]. Centuripinum Diocletem, hominem locupletem, suspendisse se constat, quo die sit ei nuntiatum, Apronium decumas redemisse. Dyrrachinum [e], primum ciuitatis eadem ratione mortem oppetisse dixit apud vos homo nobilissimus, Archonidas Elorinus; cùm audisset tantū decumanum professum esse ex edicto istius sibi deberi, quantum ille bonis suis omnibus efficere [f] non posset. Hæc tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus, crudelissimúsque semper fuisti, tamen numquā perpeterere, quod illi gemitus, luctúsque prouinciæ ad tui capitis periculum pertinebant [h]: non, inquam, perpeterere, vt homines iniuriæ tuæ remedium i morte, ac supplicio quærerent, nisi ea res ad quæstum, & ad prædam tuam pertineret. ¶ Quid [k] illud perpeterere? *attendite* iudices, omnibus enim notum mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt omnes intelligant, quàm improbam, quàm manifestam, quàm confessam rem pecunia redimere conentur [l]. Graue crimen est hoc, & vehemens, & post hominum memoriam, iudiciáque de pecuniis repetundis constituta, grauissimum, prætorem populi R. socios habuisse decumanos. Nōn [m] hoc nunc primum audit priuatus de inimico, reus ab accusatore. iam antea in sella sedens prętor, cùm prouinciam Siciliam obtineret, cum ab omnibus non solùm, (id quod commune est) propter imperium, sed etiam, (id quod istius præcipuum est) propter crudelitatem metueretur, millies audiuit, cùm eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, auaritiæque suæ frenaret [a]. *Loquebantur* enim *decumani palàm*, & præter ceteros is, qui apud istum plurimùm poterat, maximósque agros populabatur, Apronius: perparum ex illis magnis lucris ad se peruenire: prætorem esse socium. Hoc cùm palàm decumani tota prouincia loquerentur, tuúmque nomen in re tam turpi, nefariáque interponerent: nihílne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere? nihil denique capiti, ac fortunis tuis prouidere? cùm tui nominis terror in auribus, animísque aratorum versaretur: cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas, non suam vim, sed tuum scelus, ac nomen opponerent: ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla salus seruare posset? cùm planum fieret, decumis contra [b] institutā legis, consuetudinémque omnium venditis, in aratorum bonis, fortunísque diripiendis decumanos dictitasse tuas esse partes, tuā rem, tuam prædam: idque [c] te tacuisse, &, cùm dissimulare non posses, potuisse tamen perpeti, & perferre, quòd magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem, plúsque aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quàm iudicij metus posset? Esto. cetera negare non potes, ne illud quidem tibi reliquum [d] fecisti, vt hoc posses dicere, nihil eorum te audisse, nihil ad tuas aureis de infamia tua peruenisse. Querebantur cum luctu, & gemitu aratores. Tū id nescbas? Fremebat tota prouincia, nemo id tibi renuntiabat? Romæ querimoniæ de tuis iniuriis, conuentúsque habebātur. Ignorabas hæc? ignorabas hæc omnia? quid? cùm palàm Syracusis, te audiente, maximo conuentu P. Rubrius [e]. Qu. Apronium sponsione [f] lacessiuit, *Ni Apronius dictitaret se sibi in decumis esse socium*: hæc te vox non perculit? non perturbauit? non, vt capiti, & fortunis tuis prospiceres, excitauit? Tacuisti: sedasti [g] etiam illeis illorum: & sponsio illa ne fieret, laborasti. Prò, dij immortales! hoc aut innocens homo perpeti potuisset, aut quanuis nocens, qui modò iudicia Romæ fore putaret, non [h] aliqua se simulatione populi R. existimationi hominum vindicasset? Quid est hoc? spōsio fit de capite, ac fortunis tuis. tu sedes, & quiescis? non persequeris? non persecueras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? vnde hoc datum, quemadmodum prolatum sit? Si quis tibi ad aurem accessisset, & dixisset, Apronium dictitare, te sibi esse socium, commoueri te oportuit, vocare [k] Aproniū, nec illum ante tibi satisfacere, quàm tu omnium existimationi satisfeciſſes. cùm verò in foro celebertimo, tanta frequentia, hoc, verbo, & simulatione, Apronio: re vera, tibi obiectum esset: tu vnquam tantam plagam tacitus accipere potuisses, nisi hoc ita sta tuisses: in re tam manifesta quidquid [l] dixisses, te deterius [m] esse facturum? Quæstores, lictores, præfectos suos, tribunos, multi missos fecerunt, & de prouincia decedere iusserunt,

a *al.* sint diminuta.
b *al.* saltem commoda vestra respic.
P. E.
c Effectis in iurias Verris probat.*
d *al.* conciuerint.
e v.c. Tiracinum, & ita L.
f *al.* reficere.*
g L. quòd il le gemitus,
h L. pertinebant: P. clxxvii; 3 *fort.* remedium à morte, ac suspendio q.
k § Societatem cum decumanis obiicit Verri eámque multis probat.*
l L. conetur.
m L. Non nunc primū audit hoc pr.

a L. renasceretur.
b L. contra institutā, lēges, consuetudinē.
c L. id te tacuisse, &, cū diss.
d *vic.* reliqui
e L. L. Rubrius
f Sponsionibus se muniebant, qui contendebant, pronocare consuescrāt, siue actionibus siue interdictis experturi essent: cuiusmodi sponsiones ab hac particula, *Ni*, incipiēs, habent *vt hic & in Pisonem.* Ni P. B.
g Quintilianus in institut. *de Verrina de supplicio.* Ni furtis quæstum faciret & 7. *famil.* 21. Ni bonorum Turpiliæ possessionem Q. Cæpio prætor ex edicto suo mihi dedit, & paulo post, hæc *in Actione.* Ni te Apronius in decumis socium esse dicat & 3. *offic.* Ni vir bonus esset. & *pro Cæcina.* Ni Cæcina restitutus ex edicto Prætoris esset, & *ibidem.* Ni adueritis edictum Prætoris vis facta esse & *pro Quintio.* Ni bona sua ex edicto P. Burrieni Prætoris dies 30. possessa essent 13. *Gell.* 2. Ni vir melior esset Gellius, quàm Titius orat. 1 Ni corpore quæstum fecisset. Simile quiddā erat, Sacramento contendere: de quo dixi 7. familiar. 32.*
h L. non aliquā simulatione existimationi se hominum venditasset, i *al.* venditasset *vt* 3.* k L. euocare Apr. l *al.* quidquid dixisset. m *al.* deteriorem.*

quòd

quòd eorum culpa se minus commodè audire arbitrarétur, aut quod peccare illos aliqua in re iudicarent. Tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum: qui non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset, eum [a] in tanto tuo dedecore profectò, ne verbo quidem grauiore appellatiès: ne que apud te tam sancta religio societatis fuisset, vt tui capitis periculum negligeres, nisi rem tam notam esse omnibus, & tam manifestam videres. Cum eodem Apronio postea P. Scandilius, eques Rom. quem vos omnes nostis, eandem sponsionem de societate fecit, quàm Rubrius facere voluerat. Instirit, oppressit, non remisit: facta est sponsio LLS. v. millib. cœpit Scandilius recuperatores, aut iudicem postulare. Satisne vobis prætori improbo circumdati cancelli [b] videntur in sua prouincia? immò verò in sella, ac tribunali: vt aut de suo capite iudicium fieri patiatur, presens, ac sedens: aut confiteatur, se omnibus iudiciis conuinci necesse esse? Sponsio d est, *ni te Apronius in decimis socium esse dicat*: prouincia tua est: ades, abs te iudicium postulatur. Quid facis? quid decernis? Recuperatores dicis te daturum. bene agis: tametsi qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cùm prætor adsit, non solùm contra voluntatem eius, sed etiam contra fortunas iudicare? Verùm esto. manifesta res est, cùm nemo esset, quin hoc se audisse liquid[o] [e] diceret, locupletissimus quisque, certissimus testis esset: nemo erat Sicilia tota qui [f] nesciret decumas esse prætoris, nemo [g], qui non audisset ita Apronium dictitasse? præterea conuentus [h] honestus Syracusiis, multi equites Rom. viri primarij, ex qua copia recuperatores reiici oporteret, qui aliter iudicare nullo modo possent. Instat [i] Scandilius, poscere recuperatores. tum iste, homo innocens, qui illam suspicionem leuare, atque ab se remouere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. Prò deûm, hominúmque fidem! quem ego accuso? in quo meam industriam, ac diligentiam spectari volo? quid est, quod ego dicendo, aut cogitando efficere, aut assequi debeam? teneo, teneo, inquam, in mediis vestigalibus populi R. in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifestò auertentem [k] tem frumentarium omnem, pecuniam maximam: teneo, inquam ita, vt negare non possit. nam quid hic dicet? sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, *Ni [l] te socium sibi in decimis esse dictitarer.* Exspectant omnes, quantæ tibi ea res curæ sit, quemadmodum hominum existimationi te, atque innocentiam tuam probari velis. Hîc tu medicum, & haruspicem, & præconem tuum, recuperatores dabis, aut etiam illum ipsum, quem tu in cohorte tua *Cassianum* [m] *iudicem* habebas, si qua res maior esset, Papirium [n] Potamonem, hominem seuerum, ex vetere illa equestri disciplina? Scandilius postulare de consentu recuperatores. Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam, nisi suis, commissurum. Negotiatores sibi [o] putant esse turpe, id forum sibi iniquum [p] eiurare, vbi negotientur. Prætor prouinciam suam toram sibi iniquam eiurat. O impudentiam singularem! Hic postulat se Romæ absolui, qui in sua prouincia iudicauit, se absolui nullo modo posse? qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam, quàm apud treis negotiatores metum valere? Scandilius verò negat sese apud Artemidorum [a] recuperatorem verbum esse facturum: & tamen vrget [b], atque onerat te bonis conditionibus, si tu vti velis. si ex prouincia Sicilia tota statuas idoneum iudicem, aut recuperatores nullũ posse reperiri, postulat à te, vt [c] Romam reiicias. Hic enimuerò tu exclamas, hominem improbum, qui postulet ibi de tua existimatione iudicium fieri, vbi te inuidiosum esse intelligebat [d]: negas te Romam reiecturũ: negas de conuentu recuperatores daturum: cohortem tuam proponis. Scandilius rem se to tam reiecturum dicit, & suo tempore esse rediturum. Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis. quid? sponsionem acceptam [e] facere? Impudenter tollis exspectatum existimationis tuæ iudicium? non facis. Quid ergo? Apronio permittis, *vt, quos velit, de cohorte sumat recuperatores?* Indignum, vni potius ex iniquis sumendi, quàm vtrique ex æquis reiiciendi fieri potestatem. Neutrum facis eorum. Quid ergo? Est [g] aliquid, quod improbiùs fieri possit. cogit enim Scandiliũ quinque illa millia nummûm dare, atque adnumerare Apronio. Quid potuit elegantiùs facere prætor cupidus existimationis bonę: qui ab sese omnem suspicionem propulsaret? qui se eripere ex infamia cuperet? Adductus erat in sermonem, inuidiam, vituperationem. dictitarat homo improbus, atque impurus. Apronius, socium [h] esse prætorem: vencrat res in iudicium, atque discrimen: potestas erat isti, homini integro, atque innocenti data, vt, in Apronium cùm animaduertisset, se grauissima leuaret infamia. Quid excogitat pœnæ? quid animaduersionis in Apronium? cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem, atq. audaciam, prædicationémq. nefariæ societatis, LLS. v. millia, mercedis nomine, ac præmij dare. Quid interfuit, homo audacissime, vtrum hoc decerneres: an id, quod Apronius dictitabat, tute de te proferres [i], ac dictitares? quem hominem, si quis pudor in te, atque adeò siquis metus fuisset, sine supplicio dimittere non debuisti: hunc abs te sine præmio discedere noluisti. Omnia simul intelligere potuistis [m], iudices, ex vno crimine Scandiliano: primùm, hoc non esse Romæ natum de societate decumarum [n], non ab accusatore fictum, non (vt [o] solemus interdum in defensionibus dicere) crimen domesticum, ac vernaculum [p], non ex tempore periculi tui constitutum sed [q] vetus, excogitatum iam, &, te prætore iactatum, & non ab inimicis Romæ compositum, sed Romam de [r] prouincia exportatum. Simul [s] intelligi potest illud istius in Apronii studiũ, Apronij de isto non modò confessio, verùm etiam commemoratio. eôdem [t] accedit, quòd [u] hoc quoque intelligere potestis, istum statuisse, in prouincia sua, existimationis suæ iudicium extra cohortem suam committendum fuisse nemini. Ecquis est iudex, cui non ab initio decumani criminis persuasum sit, istum in aratorum bona, fortunásq. impetum fecisse? quis hoc non ex eo statim iudicauit, quod ostẽdi, istum decumas noua lege, atque adeò nulla lege, contra

a Medicum Verris *
b *v.c.* auget atque onerat te b.
c *v.c.* vt Romam rem reiicias *& ita L.*
d L. intelligat
e Acceptum facere est acceptilatione seu verborũ solenni formula liberare debitorẽ *l. 1. ff. de acceptilat. l. fin. ff. quibus modis tollitur obligatio. A lij tamen hic legũt* factam missam faceres *alij* acceptã prosequi.*
f L. quàm vtriq. ex æq.
g L. Est ne g liquid, quod improbius fieri possit? Est cog.
h L. socium sibi esse pr.
i L. infamia leuaret.
k *v.c.* mercedis, ac præmij dare. *& ita L.*
l L. profiteretur, acc.
m *v.c.* potestatis *& ita L.*
n *fort.* decumanorum.
o Defensores reorum, P. B. vt eorum crimina eleuarent, dicebãt crimen domesticum ac vernaculum esse, id est domi confictum esse ab accusatore.*
p Vernacula dicuntur dominata vnde Vernæ serui in iure qui ex ancillis nostris domi nati.*
q L. agitatũ iam, & te pr. *al.* cogitatũ *al.* cognitũ.*
r *v.c.* de prouincia deportatum.
s L. Simul illud int. potius in apr. t L. eodem accedit, quod ex hoc quoque intel.
u *al.* quod ex hoc quoque

a L. cum in tanto tuo dedecore, ne verbo quidẽ graui appellatus, atq. apud te tam f. f. vt t. c. P. n. n. t. not. esse omn. & t. man. videres,
b Metaphora à bestiis quæ septis & cancellis cõtinentur ne effugiant.*
c L. prouincia, immo verò in sella ac
d De sponsionum formula paulo ante dixi.*
e Liquido dicere, est palã apertè, facile ex animi sui sententia. Sic liquido iurare *l. aliàs 18. ff. de iurei.* vbi dixi.*
P. B.
f L. quin sciret &c.
g L. nemo, quin aud.
h L. conuentus honestus erat S.
i *al.* Instat Scãdilius posce re recup.
k *v.c.* auertentem
l *v.c.* ni socium te sibi m Cassianus iudex pro se uero a L. Cassio qui populus reorũ dicebatur *ad de orat. pro Rosio Amerino, pro Milone Philipp 2.**
m Scriba Verris nominatur *in diuinatione 5.**
n *lib. vulg. non habent*, sibi
o Eiurare forum, nihil aliud quàm reiicere iudicem, sic eiurare 2 *de Orat.* iniquũ eiurare dicitur *v. 1. Philippica vbi dixi.**
p Eiurare forum, nihil aliud quàm reiicere iudicem, sic eiurare 2 *de Orat.* iniquũ eiurare dicitur *v. 1. Philippica vbi dixi.**

omniũ consuetudinem, atque institutа vendidisse? Verùm, vt istos ego iudices tam seueros, tam diligenteis, tam religiosos non [a] haberem: ecquis est, ex iniuriarum magnitudine, improbitate decretorum, iudiciorum iniquitate, qui hoc non iamdudum statuerit, & iudicarit? Etiam sanè sit aliquis dissolutior in iudicando: legum, officij, reip. sociorum, atque amicorum negligentior: quid? is possitne de istius improbitate dubitare, cùm tanta lucra facta, tam iniquas pactiones, vi & metu expressas cognouerit? cùm tanta præmia ciuitates, vi, atque imperio, virgarum ac mortis metu, non modò Apronio, atque eius similibus, verùm etiam Veneriis seruis dare coactas? Quòd siquis sociorum incommodis minus [b] mouetur: si quem aratorum fugæ, calamitates, exsulia [c], suspendia denique non permouent: non possum dubitare, quin is tamen, cùm vastatam Siciliam, relictos agros ex ciuitatum litteris, & epistola L. Metelli cognouerit? statuat, fieri non posse, vt de isto non seueriſſimè iudicetur. Erit etiam aliquis, qui hæc omnia dissimulare, ac negligere possit? Attulit sponsiones ipso præsente factas de decumarum societate, ab ipso prohibitas iudicari. Quid est, quod posset quisquam manifestius hoc desiderare? non dubito, quin vobis satisfecerim, iudices. verumtamen progrediar longiùs: non mehercule quo magis hoc vobis persuadeatur, quàm iam persuasum esse confido: sed vt ille aliquando impudentiæ suæ finem faciat: aliquando desinat, ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit venalia, fidem, iusiurandum, veritatem, officium, religionem: desinant amici eius ea dictitare, quę detrimento, maculę, inuidiæ, infamiæ nobis omnibus esse possint. At qui amici? O miserum, atque inuidiosum, offensúmque paucorum culpa, atque indignitate ordinem senatorium! Albam Æmilium sedentem in faucibus [d] macelli loqui palàm, vicisse Verrem, emtos habere iudices, alium LLS.CCCC.millibus, alium [e] LLS.IↃ.quem minimo, CCC. Atque ei cùm responsum esset, fieri nõ posse: multos testeis esse dicturos, me præterea causæ non defuturum: Liceat hercules, inquit, omnes omnia dicant: in illo nisi ita res manifesta erit allata, vt responderi nihil possit, *vicimus*. Bene agis Alba: ad tuam veniam conditionem. nihil [h] putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil ánteactæ vitæ existimationem, nihil bonorum virorum testimonia, nihili ciuitatum auctoritates, ac testimonia, litteras manifestas quæris. Non quæro *iudices*, [k] *Cassianos*: veterem iudiciorum seueritatẽ non requiro; vestram [l] in hoc fidem, dignitatem, religionem in iudicando non imploro: Albam habebo iudicem, cum hominem, qui se ipse scurram im probissimum existimari vult; qui à scurris potiùs semper *gladiator*, quàm *scurra* appellatus sit: afferam rem eiusmodi in decumis, vt Alba fateatur: istum in re frumentaria, & in bonis aratorũ aperè, palámq. esse prædatum. Decumas agri Leontini magno [m] dicit se vendidisse. Ostendi iam illud initiò. non existimandum magno vendidisse eum, qui verbo decumas vendiderit: re, & conditione, & lege, & edicto, & licentia decumanorũ, decumas aratoribus nullas reliquas fecerit. Etiam illud ostendi, vendidisse alios magno decumas agri Leontini, ceterorũmque agrorum: lege Hieronica vendidisse: & pluris etiam, quàm te vendidisse, nec aratorem quemquam esse quæstum, nec enim fuit quòd quisquam queri posset, cùm lege æquissimè [a] scripta venirent: neque illud vnquam aratoris interfuit, quanti decumæ venirent. non enim ita est, vt, si magno venirent, plus arator debeat: si paruo, minus. Vt [b] frumenta nata sunt. ita decumę veneunt. aratoris autem interest, ita se frumenta habere, vt decumæ quàm plurimò venire possint. dũ arator ne plus decuma det, expedit ei decumam [c] esse quàm [d] maximam. Verùm hoc, vt opinor esse vis caput defensionis tuæ, *magno te decumas vendidisse* [e]. agri verò Leontini, qui plurimum efficir, tritici mod. CCVI. millibus. Si doceo, pluris aliquanto potuisse te vendere, neque his voluisse addicere, qui contra Apronium licerentur: & Apronio multo minoris, quàm aliis potueris [f], tradidisse: si hoc doceo: poteritne [g] te Alba, tuus antiquissimus non solùm amicus, verùm etiam amator, absoluere? Dico equitem Rom. hominem in primis honestum, Qu. Minucium, cum sui similibus, ad decumas agri Leontini tritici mod. non CIↃ. CIↃ. non CIↃ CIↃ CIↃ. sed ad vnas vnius agri decumas tritici mod. XXX. millia voluisse addere, & ei potestatem emendi non esse factam, ne res abiret ab Apronio. negare hoc, nisi fortè negare omnia constituisti, nullo modo potes, palàm res gesta est, maximo conuentu, Syracusis: testis est tota prouincia, propterea quòd vndique i ad emendas decumas solent eò conuenire. quod siue fateris, siue conuinceris: quot k, & quam maximis in rebus teneare, non vides? primum tuam rem illam, & prædam fuisse. nam, nisi ita esset, cur tu Apronium malebas, quem l omnes tuum procurare in decumis negotium loquebantur, quàm Minucium, decumas agri Leontini sumere? deinde immensum, atque infinitum lucrum esse factum. nam si XXX [m]. millibus mod. tritici tu commotus non esses: certè hoc idem lucri Minucius Apronio libenter dedisset, si ille accipere voluisset. Quantam igitur illi spem prædæ propositam arbitramur fuisse, qui tantum præsens lucrum, nulla opera insumta, contemserit, atque despexerit? deinde ipse Minucius numquam tanti habere voluisset, si decumas tu lege Hieronica venderes: sed quòd tuis nouis edictis, & iniquissimis institutis plus aliquanto se, quàm decumas, ablaturum videbat, idcirco longiùs progressus est. At Apronio semper plus etiam multo abs te permissum est, quàm quod edixeras. Quantum igitur quæstum putamus factum esse per eum, cui quiduis licitum sit: cùm tantum lucri voluerit addere is, cui, si decumas emisset, idem non liceret? Postremò illa quidem certè tibi præcisa defensio est, in qua tu semper omnia tua furta, atque flagitia latère posse arbitratus es: *magno te decumas vendidisse*: plebi Romanę cõsuluisse: annonæ prospexisse. Non potest hoc dicere, is, qui negare non potest, se vnius agri decumas XXX [n]. millib. mod. minoris, quàm potuerit, vendidisse: vt etiam, si tibi hoc concedam, Minucio ideo te non tradidisse, quòd iam ad diuisses Apronio: (aiunt enim te ita dictitare. quod ego exspecto: cupióque [o] te illud defendere)

a L. non habeam

P. CLXXX.

b L. minus cõmouetur

c al. exsilia,

d vbi præcones stare soliti.*

e L. alium IC.

f al. dicant in illo *Ant. Augusti.* dicant in illum P. B.

*Virginia hæc verba in illo glossema esse existimat.**

g L. in illo nisi res manif. erit allata, ita, vt r.

h Coniecturæ suspiciones, testes & testimonia in iudiciis plurimum valent.*

i L. nihil ciuitatum auctoritates, ac litteras res manifestas q.

k Scueros.* l L. vestram in hac re fid.

m L. magno dicis te vẽd.

a L. æquissimè scripta venderent: neq.

b Decumæ vendebantur vt frumenta nata erant.*

c id est decumarum maximam esse vẽditionem.

nam maxima decumarum venditio argumentum erat veris anni & prouentus.*

d L. quàm maximi Ver.

e L. vendidisse: atque P. CLXXXI.

aliorum quidem agrorũ proportione magno decumas vendidisse agri verò Leontini

f L. potueris vẽdere trad.

g L. poterit ne te iste Alba.

h Amatoris & amici diferimen. hic animi, ille corporis *

i Decumis emendis fere ad decumas emendas vndique solebant conuenire.*

k al. quot, & quàm manifestis in reb. ten. v.c. quot, & quã manifestis rebus ten.

l L. quem omnes tuum procuratorẽ esse in decumis tuis negotium agere loq.

m v.c. XXX. tu comm. P. B.

n al. XXX. mod.

o L. cupió q. te ita illud.

fendere, verùm vt ita fit, tamen non potes hoc, quasi præclarum aliquid, prædicare, magno te decumas vendidisse, cùm fuisse fateare, qui multo pluris voluerint emere. Tenetur igitur [a] iam, iudices: & manifestò tenetur auaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia. Quid si hæc, quæ dico, ipsius amici, de censoréque iudicarunt? quid vultis amplius? Aduentu L. Metelli, prætoris, cùm omneis eius comites iste sibi suo illo panchresto [b] medicamento amicos redemisset, aditum [c] est ad Metellum: eductus est Apronius: eduxit vir primarius C. Gallius, senator: postulauit à [d] L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Apronium, QVOD [e] PER VIM AVT METVM ABSTVLISSET: quam formulam Octauianam, & Romæ Metellus habuerat, & habebat in prouincia. non impetrat: cùm hoc diceret Metellus. [f] præiudicium à se de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. Tota Metelli cohors, hominum non ingratorum, aderat Apronio. C. Gallius, homo nostri ordinis, à suo familiarissimo L. Metello iudicium ex edicto nó potest impetrare. Non reprehendo Metellum, pepercit homini amico, & quem admodum ipsum dicere audiui, necessario, non reprehendo, inquam, Metellum: sed hoc miror, quomodo, de quo homine præiudicium noluerit fieri per recuperatores, de [f] hoc ipso non modò præiudicarit, verum grauissimè, ac vehementissimè iudicarit. Primùm enim, si Apronium absolutum iri putaret: nihil erat, quod vllum præiudicium vereretur. deinde, si condemnato Apronio, coniunctam cum eo Verris causam omnes erant existimaturi: Metellus quidem certè iam hoc iudicabat, eorum rem, causámque esse coniunctam: qui statuerit, Apronio condemnato, de isto præiudicium futurum. & simul vna res vtrique rei est argumento: & aratores vi & metu coactos Apronio multò plus, quàm debuerint, dedisse: & Apronium istius rem suo nomine egisse, cùm L. Metellus statuerit non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scelere, atque improbitate iudicaretur. ¶ Venio [g] *nunc ad Epistolam* Timarchidis [h], liberti istius, & accensi: de qua cùm dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. Hæc epistola est, iudices, quam nos Syracusis in ædibus Apronij, cùm litteras conquireremus, inuenimus. missa est, vt ipsa significat, ex itinere, cùm Verres iam de prouincia decessisset, Timarchidis i manu scripta. Recita epistolam Timarchidis: TIMARCHIDES VERRIS ACCENSVS APRONIO SALVTEM DICIT. Iam hoc quidem non reprehendo k, quod l adscripsit, ACCENSVS [m]. cur enim sibi hoc scribæ soli sumant? L. PAPIRIVS SCRIBA. volo ego hoc esse commune accensiorum, lictorum, viatorum. FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS, QVOD AD EXISTIMATIONEM PRAETORIS ATTINET. Commendat Apronio Verrem, & hortatur, vt inimicis eius resistat. Bono præsidio munitur existimatio tua: si quidem in Apronij constituitur diligentia, atque auctoritate. HABES VIRTVTEM, ATQVE ELOQVENTIAM. Quàm copiosè laudatur Apronius à Timarchide! quàm magnificè! cui ego non putem illum placere oportere, qui tantopere Timarchidi probatus sit! HABES SVMTVM VNDE FACIAS. Necesse est, quod redundaret [a] de vestro frumentario quæstu, ad illum potissimùm, per quem agebatis, defluxisse. SCRIBAS, APPARITORES RECENTEIS [b] ARRIPE. CVM L. VVLTEIO, QVI PLVRIMVM POTEST, CAEDE, CONCIDE. Videte quàm valde militiæ suæ confidat Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis præcepta det. Iam [c] hoc, CAEDE [d], CONCIDE, non verba domo patroni depromere videtur, ad omne genus nequitiæ accommodata? VOLO [e] MIHI FRATERCVLO TVO CREDAS. Consorti quidem in lucris, atque furtis, gemino & simillimo nequitia, improbitate, audacia. IN COHORTE CARVS HABEARE. Quid est hoc, IN COHORTE? quò pertinet? Apronium doces? quid? in vestram cohortem, te monitore, an sua sponte peruenerat? QVOD CVIQVE OPVS SIT, OPPONE. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? ait, omnia pecunia effici posse: dare [f], profundere, opponere, si velis vincere. Non hoc mihi tam molestum est, Apronio suadere Timarchidem, quàm quod hoc idem patrono suo præcipit. TE POSTVLANTE OMNES VINCERE SOLENT. Verre quidem prætore, non Sacerdote, non Pæduceo, non hoc ipso Metello. SCIS METELLVM SAPIENTEM ESSE. Hoc verò ferri iam non potest, irrideri viri optimi, L. Metelli, ingenium, & contemni, ac despici à fugitiuo Timarchide, SI VVLTEIVM HABEBIS, OMNIA LVDIBVNDVS PERFICIES. Hîc vehementer errat Timarchides, qui aut Vulteium pecunia corrumpi putet posse, aut Metellũ vnius arbitratu gerere præturam, sed [g] errauit coniectura domestica: quia multos per se, & per alios multa ludibundos libidinosè apud Verrem effecisse vidit: ad [h] omneis, eosdem patère aditus arbitrabatur [i], facilius vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre, quòd multa eius ludorum genera noratis. INCVLCATVM EST METELLO, ET VVLTEIO, TE ARATORES EVERTISSE. Quis istuc Apronio attribuebat, cùm aratorem aliquem euerterat? aut Timarchidi, cùm ob iudicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquid, aut remittendum, pecuniam acceperat? aut Sestio [k] lictori, cùm aliquem innocentem securi percusserat? nemo. omnes ei Verri tunc attribuebant, quem nunc condemnari volunt. OBTVDERVNT EIVS AVREIS, [l] TE SOCIVM PRAETORIS FVISSE. Videsne, [m] hoc quàm clarum sit, ac fuerit? cùm etiam Timarchides hoc metuat: concedes, non [n] hoc crimen nos in te confingere, sed iamridem ad crimen aliquam defensionem libertum quærere. libertus, & accensus tuus, & tibi ac liberis tuis, omnibus in rebus coniunctus ac proximus, ad Apronium scribit, vulgò esse ab omnibus ita demonstratum Metello, tibi Apronium in decumis socium fuisse. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORVM. IPSI SVDABVNT, SI DII VOLENT. [p] Quid istuc, per deos immortaleis, aut qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium, atque tantum? quantam [q] iniuriam fecerunt Verri aratores, vt eos etiam libertus & accensus eius tam

a L. ergo

b al. Panchristo, id est medicamento ad omnia vitia (eadem ratione herba Panacea dicta. Plinio) Hac porro voce pecuniam Verris intelligit.*

c al. aditus est Metellus

d v. c. ab L. Met.

e L. QVOD PER VIM, AC METVM ABST. P. clxxxii.

f L. de hoc ipso non m.

g 7. Epistola Timarchidis.*

h L. Timarchidi lib.

i L. Timarchidi m.

k Ironia.*

l L. quod adscribit,

m Reprehendit irrisione adhibita Tullius, quod Timarchides Verris accensus in inscriptionibus lit terarum muneris sui nomen adscriberet, & se, *Accensum*, venditaret stultè: cùm tanti non esset Accensi munus, & huiusmodi inscriptiones vsitatæ essent imperatoribus Consulibus Prætoribus, Aedilibus, Censoribus, non Accensis: temerè plerique, vt scribæ huiusmodi inscriptionis vsi.

a L. reduxerit de

b v. c. RECENTIS

c L. Iam hæc CAEDE CONCIDE, nónne vobis vera

d Concidendi verbum inter verba summæ nequitiæ. Sic apud Lampridium in Heliogabali Cæcide Magiæ plura vide apud Lipsiũ Epistolicar. quæst. 14.*

e v. c. VOLO MI FRATER FRATERCVLO T.

f L. dare, profundere opõrtere, si velis vince. *al.* DA, PROFVNDE, OPPONE, SI VELIS V.

g L. sed errat coniect.

h v. c. ad omnis. i *fort.* arbitratur.

k L. Sextilicii.

l v. c. auris m L. vides hoc quàm

n L. non nõe hoc crim.

o *fort.* ab omnibus id &.

p *al.* VVLTVNT.

q L. quã iam iniur.

irato animo a, his litteris insequatur? Neque ego huius fugitiui, iudices, epistolam vobis recitassem, nisi vt ex ea totius familiæ præcepta, & institutam, & disciplinam cognoscere-tis. Videtis, vt moneat Apronium? quibus b rebus, ac muneribus se insinuet in familiaritatem Metelli? Vulteium corrumpat? scribas, accensumque c pretio deliniat? ea præcipit, quæ vidit: ea monet alienum hominem, quæ domi didicit ipse. verùm in hoc errat vno, quòd eadem existimat vias ad omnium familiaritates esse munitas. Quamquam meritò sum iratus Metello: tamen hęc, quę vera sunt, dicam. Apronius ipsum Metellum non pretio, vt Verrem, non conuiuio, non muliere, non sermone impuro d, atque improbo posset corrumpere: quibus rebus non sensim, atque moderatè ad istius amicitiam e adrepserat, sed breui tempore totum hominem, notamque eius præturâ possederat. Cohors autem Metelli, quam vocat, quid erat, quòd corrumperet, ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur? Nam quòd scribit, Metelli filium puerũ esse, vehementer errat. non enim ad omnes prætoram filios iidẽ aditus sunt. O Timarchide. Metelli est filius in prouincia, non puer, sed adolescens bonus ac pudens, dignus illo loco ac nomine. vester ille puer prętextatus, in prouincia quemadmodũ fuisset, non dicerem, si pueri esse illam culpã, ac non patris existimarem. Tũne, cùm te, ac tuam vitam nosses, in Siciliam tecum grandẽ prętextatum filium ducebas? vt, etiam si natura puerum à paternis vitiis, atque à generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum, & disciplina degenerare non sineret? Fac enim fuisse in isto C. Lælij, & M. Catonis materiẽ f, atque indolẽ: quid ex eo boni sperari, atque effici potest, qui in patris luxurie sic vixerit, vt nullum vmquam pudicum, neque sobrium conuiuium viderit? qui in epulis quotidianis, adulta ætate, per triennium inter impudicas mulieres, & intemperanteis viros versatus sit? nihil vmquam à g patre audierit, quo pudentior, aut melior esset? nihil vmquam patrem agere h viderit, quod cùm imitatus esset, non, id quod turpissimum est, patri i similis putaretur? Quibus in rebus non k solùm filio, verùm etiam reip. feceris iniuriam. Susceperas enim liberos non solùm tibi, sed etiam patriæ: qui non modò tibi voluptati, sed etiam qui aliquando vsui reip. esse possent. Eos instituere, atque erudire ad maiorum instituta, atque l ciuitatis disciplinam, non m ad tuas turpitudines debuisti. Esset n inerti, atque impuro, & improbo parente natus, & pudẽs, & probus filius. Haberet aliquid ab te resp. muneris. nunc pro te Verrem substituisti alterũ ciuitati. nisi hoc fortè deterior est, si fieri potest, quòd tu eiusmodi euasisti, nõ in hominis luxuriosi, sed tãtùm in furiosæ diuisoris disciplina educatus. Quid isto festiuius fore arbitramur, qui est tuus natura filius, consuetudine discipulus, voluntate similis? Quem ego, iudices, quamuis o bonum fortémque facilè paterer euadere. non enim me inimicitiæ commouent, si quæ mihi cum isto futuræ sint. nam si in omnibus rebus innocẽs fuero, meque similis: quid mihi istius inimicitiæ nocebunt? sin aliqua in re Verri p similis fuero, non magis mihi deerit inimicus: quàm Verri defuit. Etenim, iudices, eiusmodi resp.

debet esse, & erit, seueritate iudiciorum constituta, vt inimicus neque deesse nocenti possit, neque obesse innocẽti. Quapropter nulla res est, quamobrem ego istum nostim ex paternis probris, ac vitiis emergere. id quod tametsi isti difficile est, tamen haud scio an fieri possit: præsertim si (vt nunc fit) custodes amicorum eum sectabuntur: quoniam pater tam negligens, ac dissolutus est. Verùm huc longius, quàm voluntas fuit, ab epistola Timarchidis digressa a est oratio mea. qua recitata, conclusurum me esse crimen decumatum dixeram: ex quo intellexistis, innumerabilem frumenti numerum per triennium auersum à repub. esse, abreptúmque b aratoribus. ¶ Sequitur c, vt *de frumento emto* vos, iudices, doceam, maximo atque impudentissimo furto: de quo dum certa, & pauca, & magna dicam breuiter, attendite d. Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex senatusconsulto, & ex lege Terentia, & Cassia, frumentaria. Emundi duo genera fuerunt: vnum e certarum decumarum: alterum, quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distributum. Illius decumani tantum, quantũ ex primis decumis fuisset: huius f imperati tritici mod. ID.CCC. millia: pretium autem constitutum decumano in mod. singulos LLS g. ternos: imperato LLS.IIII. lta in frumentũ imperatum LLS h. duodetricies in annos singulos Veri decernebatur, quod aratoribus solueret: in alteras decumas fermè ad nonagies. sic per triennium ad hanc frumenti emtionem Siciliensem propè centies i & tricies erogatum est. Hanc k pecuniam tantã, datam tibi ex ærario inopi, atque exhausto: datam ad frumentum, hoc est, ad necessitatem salutis & vitæ: datam, vt Siculis aratoribus, quibus tanta onera resp. imponeret, solueretur: abste sic lacerată esse dico, vt possim illud probare, si velim, omnẽ te hanc pecuniã domum tuam auertisse. etenim si hanc rem totam administrasti, vt hoc, quod dico, probari æquissimo iudici possit. Sed ego habebo rationẽ auctoritatis meæ: meminero, quo animo, quo cõsilio ad causam publicam accesserim: nõ agam tecũ accusatoriè: nihil fingam: nihil cuiquam probari l velim, me dicente, quod non antè mihimetipsi probatum sit. In m hac pecunia publica, iudices, hæc insunt tria genera furtorũ. Primùm n eam, cùm posita esset apud eas societates, vnde erat attributa, binis centesimis fœneratus est. Deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino: Postremò, si cui ciuitati soluit: tantum detraxit quantum commodum fuit: nulli, quod debitum est, reddidit. Ac *primum* o hoc ex te quæretur, cui publicani ex Carpinatii litteris gratias egerunt, pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi R. ad emendum frumentum attributa, fuerítne tibi quæstui: pensitarítne tibi binas centesimas. Credo te negaturum. *TESTIS enim est, & periculosa confessio.* Mihi autem hoc perarduum est demonstrare. quibus p enim testibus? Publicani tractati honorificè sunt: tacebunt. litteræ eorum decreto decumanorum remotæ sunt. Quò me igitur vertam? rẽ tam improbam; crimen tantæ audaciæ, tantæque impudentiæ, propter inopiam testium, ac literarum prætermittam? non faciam, iudices. vtar teste. quo? P. Vettio Chilone, homine equę-

a L. degressa est or.
b L. crepũque arator.
c II. DE FRVMENTO empto.
d. Attentio
e L. vnum alterarum decumarum.
f L. huius imperati in annos singulos, tritícim.
g & LLS. terni imperato LLS. quaterni.
h t. LLS. bis & tricies in annos sing.
i Et centies & vicies ex.
k Propositio.
l L. probari volo, me d. m Partitio
n L. Primùm cùm posita esset pecunia apud eas soc. vnde erat attributa, binis eam c.
o Primum furtum Verris seu fœneratio.
p L. quibus enim testibus publicanis, tractati honorificè sunt: tacebunt literis eorum, decreto dec. & *sic v.c.*

P. clxxxiiii.

f *al.* natura.

g *al.* audierit a patre,

h L. facere viderit,

i *fort.* patris

k L. non solùm filio, Verres, verùm

l *fort.* atque ad ciuit.

m L. non ad tua flagitia, neque ad suas turp.

n L. Esset ex inerti, atque

o *al.* quasi bonum

P. L. 2 *fort.* Verris

equestris ordinis honestissimo,atq.ornatissimo:qui isti ita [a] amicus,& necessarius est, vt etiã si vir bonus non esset,tamen,quod eõtra istum diceret,graue videretur : ita vir bonus est,vt,etiam si inimicissimus isti esset,tamen eius testimonio oredi oporteret. Admiratur & exspectat,quidnam Vettius dicturus sit.nihil dicet ex tempore:nihil ex sua voluntate: nihil, vt ei vtrumuis licuisse videatur. Misit in Siciliã litteras ad Carpinatium, cùm esset magister scripturæ [b], & sex publicanorum: quas [c] ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum allatarũ libris:Romę in litterarũ missarum apud Magistrum Tulliũ [d],familiarẽ tuũ inueni: quibus ex litteris impudentiã fœnerationis,quæso,cognoscite. LITTERAE MISSAE [e] I. VETTII, L. SERVILII, C. [f] ANTISTII, MAGISTRORVM. Præstò se tibi ait futurum Vettius,& obseruaturum,quẽadmodum rationes ad ærarium referas : vt,si hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas societatí. Possumus hoc teste, possumus P. Seruilij, & C [h]. Antistij, magistrorum litteris,primorum hominum,atque honestissimorum,possumus auctoritate societatis,cuius litteris vtimur,quod dicimus,obtinere?an aliqua fiemiora,aut grauiora quærenda sunt? Vettius,tuus familiarissimus:Vettius,tuus affinis,cuius sororem habes in matrimonio,tuæ frater vxoris Vettius,frater tui quæstoris,testatur [i] impudentissimũ tuũ furtũ,certissimũque peculatũ.(nã quo alio nomine pecuniæ publicæ fœneratio est appellanda?) [k] * * *

Recita reliqua.Scribam tuum dicit: Verres,huius perscriptorem fœnerationis fuisse. ei quoque magistri minantur in litteris: & [l] casu scribæ tum duo magistri fuerunt cum Vettio.Binas centesimas ab se ablatas ferendum non putant:& rectè non putant.Quis enim hoc fecit vmquam? quis denique conatus est facere, aut posse fieri cogitauit, vt cùm senatus publicanos vsura sæpe iniuisset, magistratus à publicanis pecuniã pro vsuris auferet auferre?Certè huic homini spes nulla salutis esset,si publicani,hoc est,si equites Romani iudicarent. Minor [m] esse cura nunc,iudices,vobis disceptantibus debet : & quanto minor, quanto est honestius alienis iniuriis, quàm re sua commoueri. Quid ad hæc respondere cogitas? Vtrum factum negabis? an tibi hoc licitum esse defendes? negare [n] qui potes? an vt tanta auctoritate litterarum, tot testibus publicanis conuincare? licuisse verò qui?si mehercule te [o] pecuniam tuam, non populi R.in prouincia fœneratum docerem,tamen effugere non [p] posses. * *

sed publicam, sed ob frumentum decretam,sed à publicanis fœnore accepto: hoc licuisse cuiquã probabis? quo non modò ceteri,sed [q] tu ipse nihil audacius,improbiúsque feceris. Non mehercule hoc, quod omnibus singulare videtur, de quo mihi deinceps dicendum est,possum,iudices, dicere audacius esse,aut impudentius,quòd permultis ciuitatibus pro frumento nihil [r] soluit omnino.maior hæc præda fortasse est:sed illi impudentia certe non minor.Lt,quoniam de illa fœneratione satis dictum est, nunc *de hac tota pecunia auersa*,quæso,cognoscite.Siciliæ ciuitates multæ sunt,iudices,ornatę,atque honestę:ex quibus in primis numerãda est ciuitas Halesina.nullã enim reperietis aut officiis fideliore, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate grauiorem. Huic iste in annos singulos,cùm sexaginta tritici millia modiũm imperauisset,pro tritico nummos abstulit, quanti erat in Sicilia triticum,quos de publico nummos acceperat,retinuit omneis. Obstupui [a], iudices:cùm hoc mihi primùm Halesiæ demonstrauit in senatu Halesinorum homo summo ingenio, summa prudentia , summa auctoritate præditus Halesinus Æneas [b], cui senatus dederat publicè causam [c], vt mihi, fratrique meo gratias ageret : & simul, qui nos ea,quæ ad iudicium pertinerent, doceret. Demonstrat,hanc istius consuetudinem ac rationem fuisse , cum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta, solitum esse istum pecuniam cogere à ciuitatibus , frumentum improbare : quantum frumenti Romam esset mittendum , tantum de suo quæstu,ac de sua copia frumenti mittere. Posco rationes : inspicio litteras : video frumenti granum Halesinos,quibus LX d.millia modiũm imperata erant,nullam dedisse: pecuniam Volcatio,Timarchidi, scribæ dedisse. reperio genus huiusmodi,iudices, prædæ, vt prætor, qui frumentum emere debebat, non emat,sed vendat : pecunias, quas ciuitatibus distribuere debebat, eas omneis auertat , atque auferat.Non mihi iam furtum,sed monstrum , ac prodigium videbatur : ciuitatum frumentum improbare , suum probare : cùm suum probasset , pretium ei frumento constituere : quod constituisset , id [e] ciuitatibus auferre : quod à populo R.accepisset,tenere. Quot vultis esse in vno furto peccatorum gradus? vt [f] si singulis insistere velim,progredi iste non possit. Improbas frumentum Siculum. Quid ? ipse quod mittis : peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit?Cùm senatus decernit, vt ematur in Sicilia frumentum,aut [g] cùm populus iubet: hoc,vt opinor intelligit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere. Tu, cùm ciuitatum Siciliæ vulgò omne frumentum improbas , num ex Ægypto , aut ex Syria frumentum Romam mittis [h] ? Improbas Halesinum,Cephaleditanum,Thermitanum, Amestratinum,Tyndaritanũ,Herbitense, multarum præterea ciuitatum. Quid [i] accidit tandé,vt horum populorum agri frumentũ eiusmodi , te prætore, ferrent [k], quod numquam antea , vt neque mihi,neque tibi,neque populo R.posset probari,præsertim cùm ex iisdé agris,eiusdémq. anni frumentum ex decumis Romam mancipes aduexissent? quid [l] accideratˌvt ex eodem horreo decumanum probaretur, emtum [m] non probaretur? Dubiúmne est, quin ista,omnis improbatio,cogendę pecuniæ causa nata sit? Esto.improbas Halesinũ:habes ab alio populo quod probes. eme illud , quod placet:mitte hoc,quorũ frumentum improbasti.Sed ab iis,quos repudias,exigis tantum pecuniæ,quantum ad eum numerũ frumenti saris sit, quem [n] ciuitati imperas. Dubium est quid egeris? In medimna singula videlicet ex litteris publicis tibi Halesinos LXS. quinos denos dedisse.Ostendã ex tabulis locupletissimorum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentũ vendidisse. Quæ est ergo ista ratio, aut quæ potiùs amẽtia , frumentũ improbare id,quod ex eo

a L. ita & amic.

b L.scripturæ. & societatis publicani.‖ al.scripturæ eius societatis.*

c al.quas ego Syracusis in litterarũ missarum libris apud magistr. Tull.

d L.Pulium

e v. c. non fidem,missas.

f al.Vettij.

g lib.vulg. C.Antistius.

h lib. vulg. C.Antistius.

i L.sestatur litteris tuum impud.furt.

k L.indicatum se ac pater.furũ minatur.

Rec.

l L.etenim casu cum scribæ duo magistri affuerunt c.*

P. clxxxvi. m L.Minor esse nunc,iudices, vobis disceptantibus,debet.

n L. negare qui potes?tanta auct. lit.&c.

o v.c.tepecuniam tuã prætorem in prou.fan.

p L.non posses. Nunc cũ fœneratus esse pecuniam reperiare nõ tuã,sed publ. sed ob.

q lib.vulg. sed ipse ‖ secundum furtum Verris seu auersio * r L. nihil soluit. Omnino maior, &c.

a L. Obstupui,iud.& ita v.c.& sic apud Plaut.* P. B.

b al.Aeneas

c id est,decorat totam controuersiã litteris proscriptam, vt eam me doceret.*

d L.sexagena mill.

e al.ab eis ciuitatibus

f L.tot sunt vt in singulis insistere si velim,progredi ipse non possim.Impr.

g lib. vulg. aut populus.

h L.missus es? Impr. P. clxxxvii.

i L.Quid ac cidit tãdem, cur hor.

k L.efferrẽt.

l L.quid acciderat, cur ex eod.

m L. emtum improbaretur? & ita v.c.

n L. quem ef ciuitati imperas, emendum Dub.& ita v.c.

o L.quod & eo loco sic ex q.

loco sit, ex quo senatus & populus R. emi voluerit: ex [a] eo aceruo, ex quo partem tu idem, decumarum nomine, probaris: deinde à ciuitatibus pecunias [b], ad emendum frumentum, cogere, cùm ex ærario acceperis? Vtrùm [c] te lex Terentia, Siculorum, an populi R. pecunia, fr. ab Sicul. emere iussit, [d] Lex hæc Terentia lata est M. Terentio Lucullo, & C. Cassio Vero Cos. P. R. anno vrbis 580. & ad frumentum ex Sicilia exportandum solũ pertinebat. * [e] L. retines LLS. XVIII. prætore etiã grata esse debuerit? Est enim mõdius lege, LLS. III. æstimatus. fuit autẽ, te prætore, vt [f] tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, LLS. II. Sed fuerit LLS. III. quoniam tu tantũ à ciuitatibus in modios singulos exegisti, cùm, si solueres Siculis tantum, quantum te populus R. iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset: tu non modò eos accipere quod oportebat, noluisti: sed etiã dare, quod nõ debebant, coegisti. Atque hæc ita gesta esse, iudices, cognoscite & ex litteris publicis ciuitatum, & ex testimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum [h] intelligetis. Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non [i] interpositis, neque perturbatis, neque repentinis [k], sed certis institutis, ordine [l] relata, atque confecta sunt. Recita rationes Halesinorum. Cui pecuniam dari dicit? dic etiam clariùs. VOLCATIO, TIMARCHIDI, NAEVIO. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse verbatos? *mancipes* frumentum improbasse? mancipes pretio cum *ciuitatibus decidisse*, & eosdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abstulisse: deinde ipsos sibi frumentum coëmisse: *nihil* hæc ad te pertinere? Magna mehercule, ac misera defensio, prætorem hoc dicere. Ego frumentum neque attigi, neque adspexi [m]: mancipibus potestatem probandi, improbandique permisi: mancipes à ciuitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. Mala [n] est hæc quidem, vt dixi, defensio criminis: sed tamen hac ipsa tibi, si vti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuæ. tuorúmque deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ: cui simul, & Volcatio pecunia à ciuitate numerata est. Iam verò scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuênit, ista [o] te ratione vti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi vti fateare, te Romam frumentum emtum Siculorum pecunia misisse: publicam pecuniam domum tuam auertisse [p]? *O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, & audaciam, cùm pœna abfuit* [q], *& licentia consecuta est!* Iste in hoc genere peculatus non nunc primùm inuenitur: sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numeratam quæstori ad sumtum exercitus consularis: vidimus paucis pòst mensibus & exercitum, & consulem spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam remp. tum occupauerant [a]. Iterum gessit hereditariam quæsturam cum [b] Dolabella. magnam pecuniam auertit: sed eius ratio nem cum damnatione Dolabellæ permisit. Commissa est pecunia tanta prætori non reperietis hominem timidè, nec leniter hæc improbissima lucra ligurientem [c]. deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. *Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere ipse sibi non possit.* Teneretur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidisse, non solùm vt eas pœnas, quas proximè meruisset, solueret: sed vt illa etiam scelera eius in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur. Etenim noua quoque alia res exstitit, iudices, in hoc crimine, quæ tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam, vt illud missum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc 10. ccc. millia modiũm, quod emtum populo Romano darent, non habuisse: sed à tuo procuratore, hoc est, ab Apronio, emisse: ex quo intelligi potest, nihil te aratoribus reliqui fecisse: vt hoc præteream, quod [d] in multis est testimoniis expositum: potest illo quidquam esse certius, in tua potestate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ, per triennium, atque omneis fructus agri decumani, fuisse? Cum enim à ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas, vnde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tu id non omne clausum & compressum possidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæstus [e] fuit, ipsius frumenti, quod erat ereptum ab aratoribus: alter, quòd id [f] frumentum improbissimè per triennium partum, non semel, sed bis: neque vno, sed duobus pretiis, vnum & idem frumentũ vendidisti: semel ciuitatib. LLS. XV. in medimnũ: iterum populo R. à quo LLS. XII. in medimna, pro eodem illo frumento abstulisti. At [h] enim frumentum Centuripinorum, & Agrigentinorum, & nonnullorũ fortasse præterea probasti, & his populis pecuniam dissoluisti. Sint [i] aliquæ ciuitates in eo numero, quarum frumentum improbare noleris. Quid tandem? his ciuitatibus omnis ne pecunia, quæ pro frumento debita est, dissoluta est? Vnum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quære, circumspice, si quis forte est ex ea prouincia, in qua tu triennium præfuisti, qui te nolit perisse: vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui [k] vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. confirmo, iudices, neminem esse dicturum. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti certis [l] nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione [m], & collybo [n]: deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. nam [o] collybus esse quî potest, cùm vtantur omnes vno genere nummorum? cerarium [p] verò quid vocas? quomodo hoc nomen ad rationes magistratus? quomodo ad pecuniam publicam alla-

[a] L. & ex eo acerno, [b] L. pecuniã ad em. [c] L. Vtrùm enim te lex Terentia, Siculorum, an populi R. pecunia, fr. ab Sicul. emere iussit, [d] Lex hæc Terentia lata est M. Terentio Lucullo, & C. Cassio Vero Cos. P. R. anno vrbis 580. & ad frumentum ex Sicilia exportandum solũ pertinebat. * [e] L. retines LLS. XVIII. prætore etiã grata esse debuerit? Est enim mõdius lege, LLS. III. æstimatus. fuit autẽ, te prætore, vt [f] tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, LLS. II. Sed fuerit LLS. III. quoniam tu tantũ à ciuitatibus in modios singulos exegisti, cùm, si solueres Siculis tantum, quantum te populus R. iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset: tu non modò eos accipere quod oportebat, noluisti: sed etiã dare, quod nõ debebant, coegisti. Atque hæc ita gesta esse, iudices, cognoscite & ex litteris publicis ciuitatum, & ex testimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum [h] intelligetis. Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non [i] interpositis, neque perturbatis, neque repentinis [k], sed certis institutis, ordine [l] relata, atque confecta sunt. Recita rationes Halesinorum. Cui pecuniam dari dicit? dic etiam clariùs. VOLCATIO, TIMARCHIDI, NAEVIO. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse verbatos? *mancipes* frumentum improbasse? mancipes pretio cum *ciuitatibus decidisse*, & eosdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abstulisse: deinde ipsos sibi frumentum coëmisse: *nihil* hæc ad te pertinere? Magna mehercule, ac misera defensio, prætorem hoc dicere. Ego frumentum neque attigi, neque adspexi [m]: mancipibus potestatem probandi, improbandique permisi: mancipes à ciuitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. Mala [n] est hæc quidem, vt dixi, defensio criminis: sed tamen hac ipsa tibi, si vti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuæ. tuorúmque deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ: cui simul, & Volcatio pecunia à ciuitate numerata est. Iam verò scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuênit, ista [o] te ratione vti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi vti fateare, te Romam frumentum emtum Siculorum pecunia misisse: publicam pecuniam domum tuam auertisse [p]? *O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, & audaciam, cùm pœna abfuit* [q], *& licentia consecuta est!* Iste in hoc genere peculatus non nunc primùm inuenitur: sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numeratam quæstori ad sumtum exercitus consularis: vidimus paucis pòst mensibus & exercitum, & consulem spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam remp. tum occupauerant [a]. Iterum gessit hereditariam quæsturam cum [b] Dolabella. magnam pecuniam auertit: sed eius ratio nem cum damnatione Dolabellæ permisit. Commissa est pecunia tanta prætori non reperietis hominem timidè, nec leniter hæc improbissima lucra ligurientem [c]. deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. *Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere ipse sibi non possit.* Teneretur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidisse, non solùm vt eas pœnas, quas proximè meruisset, solueret: sed vt illa etiam scelera eius in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur. Etenim noua quoque alia res exstitit, iudices, in hoc crimine, quæ tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam, vt illud missum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc 10. ccc. millia modiũm, quod emtum populo Romano darent, non habuisse: sed à tuo procuratore, hoc est, ab Apronio, emisse: ex quo intelligi potest, nihil te aratoribus reliqui fecisse: vt hoc præteream, quod [d] in multis est testimoniis expositum: potest illo quidquam esse certius, in tua potestate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ, per triennium, atque omneis fructus agri decumani, fuisse? Cum enim à ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas, vnde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tu id non omne clausum & compressum possidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæstus [e] fuit, ipsius frumenti, quod erat ereptum ab aratoribus: alter, quòd id [f] frumentum improbissimè per triennium partum, non semel, sed bis: neque vno, sed duobus pretiis, vnum & idem frumentũ vendidisti: semel ciuitatib. LLS. XV. in medimnũ: iterum populo R. à quo LLS. XII. in medimna, pro eodem illo frumento abstulisti. At [h] enim frumentum Centuripinorum, & Agrigentinorum, & nonnullorũ fortasse præterea probasti, & his populis pecuniam dissoluisti. Sint [i] aliquæ ciuitates in eo numero, quarum frumentum improbare noleris. Quid tandem? his ciuitatibus omnis ne pecunia, quæ pro frumento debita est, dissoluta est? Vnum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quære, circumspice, si quis forte est ex ea prouincia, in qua tu triennium præfuisti, qui te nolit perisse: vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui [k] vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. confirmo, iudices, neminem esse dicturum. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti certis [l] nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione [m], & collybo [n]: deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. nam [o] collybus esse quî potest, cùm vtantur omnes vno genere nummorum? cerarium [p] verò quid vocas? quomodo hoc nomen ad rationes magistratus? quomodo ad pecuniam publicam alla-

[a] *L.* occuparant. [b] *L. al.* cum A Dolabella. [c] *L. liguriẽtem.* [d] *L.* quod multorum est testim. [e] *L.* quæstus erat ipsum frumentum, quod erat ereptum aratoribus [f] *V. t. non habent prouocatibulum*, id. [g] *L.* XVIII. [h] Tertium furtum seu decratio.* [i] *L.* Sint sanè aliquæ ciuit. [k] *L.* vel qui tibi ad stat. [l] *al. recte s.* Certis nominibus deductiones fieri *hic dixit vt pro Quinctio* certis nominibus pecuniam debere Horat. 2. *epistol.* 1. nominibus certis expendere nummos.* [m] Spectatio hic, est probatio pecuniæ.* [n] Collybus quod pro nummorum permutatione dicitur.* [o] *L.* nam collybus quinã esse potest, cùm &c. [p] *al.* cerarium vero quid quom. I Cerarium est quod pro ceraditur.*

[a] *L.* occuparant. [b] *L. al.* cum A Dolabella. [c] *L. liguriẽtem.* [d] *L.* quod multorum est testim. [e] *L.* quæstus erat ipsum frumentum, quod erat ereptum aratoribus [f] *V. t. non habent prouocatibulum*, id. [g] *L.* XVIII. [h] Tertium furtum seu decratio.* [i] *L.* Sint sanè aliquæ ciuit. [k] *L.* vel qui tibi ad stat. [l] *al. recte s.* Certis nominibus deductiones fieri *hic dixit vt pro Quinctio* certis nominibus pecuniam debere Horat. 2. *epistol.* 1. nominibus certis expendere nummos.* [m] Spectatio hic, est probatio pecuniæ.* [n] Collybus quod pro nummorum permutatione dicitur.* [o] *L.* nam collybus quinã esse potest, cùm &c. [p] *al.* cerarium vero quid quom. I Cerarium est quod pro ceradatur.*

[a] *L.* & ex eo acerno, [b] *L.* pecuniã ad em. [c] *L.* Vtrùm enim te lex Terentia, Siculorum, an populi R. pecunia, fr. ab Sicul. emere iussit, [d] Lex hæc Terentia lata est M. Terentio Lucullo, & C. Cassio Vero Cos. P. R. anno vrbis 580. & ad frumentum ex Sicilia exportandum solũ pertinebat. * [e] *L.* retines LLS. XVIII. prætore etiã grata esse debuerit? Est enim mõdius lege, LLS. III. æstimatus. fuit autẽ, te prætore, vt [f] tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, LLS. II. Sed fuerit LLS. III. quoniam tu tantũ à ciuitatibus in modios singulos exegisti, cùm, si solueres Siculis tantum, quantum te populus R. iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset: tu non modò eos accipere quod oportebat, noluisti: sed etiã dare, quod nõ debebant, coegisti. Atque hæc ita gesta esse, iudices, cognoscite & ex litteris publicis ciuitatum, & ex testimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum [h] intelligetis. Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non [i] interpositis, neque perturbatis, neque repentinis [k], sed certis institutis, ordine [l] relata, atque confecta sunt. Recita rationes Halesinorum. Cui pecuniam dari dicit? dic etiam clariùs. VOLCATIO, TIMARCHIDI, NAEVIO. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse verbatos? *mancipes* frumentum improbasse? mancipes pretio cum *ciuitatibus decidisse*, & eosdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abstulisse: deinde ipsos sibi frumentum coëmisse: *nihil* hæc ad te pertinere? Magna mehercule, ac misera defensio, prætorem hoc dicere. Ego frumentum neque attigi, neque adspexi [m]: mancipibus potestatem probandi, improbandique permisi: mancipes à ciuitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. Mala [n] est hæc quidem, vt dixi, defensio criminis: sed tamen hac ipsa tibi, si vti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuæ. tuorúmque deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ: cui simul, & Volcatio pecunia à ciuitate numerata est. Iam verò scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuênit, ista [o] te ratione vti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi vti fateare, te Romam frumentum emtum Siculorum pecunia misisse: publicam pecuniam domum tuam auertisse [p]? *O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, & audaciam, cùm pœna abfuit* [q], *& licentia consecuta est!* Iste in hoc genere peculatus non nunc primùm inuenitur: sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numeratam quæstori ad sumtum exercitus consularis: vidimus paucis pòst mensibus & exercitum, & consulem spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam remp. tum occupauerant [a]. Iterum gessit hereditariam quæsturam cum [b] Dolabella. magnam pecuniam auertit: sed eius ratio nem cum damnatione Dolabellæ permisit. Commissa est pecunia tanta prætori non reperietis hominem timidè, nec leniter hæc improbissima lucra ligurientem [c]. deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. *Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere ipse sibi non possit.* Teneretur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidisse, non solùm vt eas pœnas, quas proximè meruisset, solueret: sed vt illa etiam scelera eius in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur. Etenim noua quoque alia res exstitit, iudices, in hoc crimine, quæ tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam, vt illud missum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc 10. ccc. millia modiũm, quod emtum populo Romano darent, non habuisse: sed à tuo procuratore, hoc est, ab Apronio, emisse: ex quo intelligi potest, nihil te aratoribus reliqui fecisse: vt hoc præteream, quod [d] in multis est testimoniis expositum: potest illo quidquam esse certius, in tua potestate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ, per triennium, atque omneis fructus agri decumani, fuisse? Cum enim à ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas, vnde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tu id non omne clausum & compressum possidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæstus [e] fuit, ipsius frumenti, quod erat ereptum ab aratoribus: alter, quòd id [f] frumentum improbissimè per triennium partum, non semel, sed bis: neque vno, sed duobus pretiis, vnum & idem frumentũ vendidisti: semel ciuitatib. LLS. XV. in medimnũ: iterum populo R. à quo LLS. XII. in medimna, pro eodem illo frumento abstulisti. At [h] enim frumentum Centuripinorum, & Agrigentinorum, & nonnullorũ fortasse præterea probasti, & his populis pecuniam dissoluisti. Sint [i] aliquæ ciuitates in eo numero, quarum frumentum improbare noleris. Quid tandem? his ciuitatibus omnis ne pecunia, quæ pro frumento debita est, dissoluta est? Vnum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quære, circumspice, si quis forte est ex ea prouincia, in qua tu triennium præfuisti, qui te nolit perisse: vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui [k] vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. confirmo, iudices, neminem esse dicturum. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti certis [l] nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione [m], & collybo [n]: deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. nam [o] collybus esse quî potest, cùm vtantur omnes vno genere nummorum? cerarium [p] verò quid vocas? quomodo hoc nomen ad rationes magistratus? quomodo ad pecuniam publicam alla-

[a] *L.* & ex eo acerno, [b] *L.* pecuniã ad em. [c] *L.* Vtrùm enim te lex Terentia, Siculorum, an populi R. pecunia, fr. ab Sicul. emere iussit, [d] Lex hæc Terentia lata est M. Terentio Lucullo, & C. Cassio Vero Cos. P. R. anno vrbis 580. & ad frumentum ex Sicilia exportandum solũ pertinebat. * [e] *L.* retines LLS. XVIII. prætore etiã grata esse debuerit? Est enim mõdius lege, LLS. III. æstimatus. fuit autẽ, te prætore, vt [f] tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, LLS. II. Sed fuerit LLS. III. quoniam tu tantũ à ciuitatibus in modios singulos exegisti, cùm, si solueres Siculis tantum, quantum te populus R. iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset: tu non modò eos accipere quod oportebat, noluisti: sed etiã dare, quod nõ debebant, coegisti. Atque hæc ita gesta esse, iudices, cognoscite & ex litteris publicis ciuitatum, & ex testimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum [h] intelligetis. Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non [i] interpositis, neque perturbatis, neque repentinis [k], sed certis institutis, ordine [l] relata, atque confecta sunt. Recita rationes Halesinorum. Cui pecuniam dari dicit? dic etiam clariùs. VOLCATIO, TIMARCHIDI, NAEVIO. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse verbatos? *mancipes* frumentum improbasse? mancipes pretio cum *ciuitatibus decidisse*, & eosdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abstulisse: deinde ipsos sibi frumentum coëmisse: *nihil* hæc ad te pertinere? Magna mehercule, ac misera defensio, prætorem hoc dicere. Ego frumentum neque attigi, neque adspexi [m]: mancipibus potestatem probandi, improbandique permisi: mancipes à ciuitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. Mala [n] est hæc quidem, vt dixi, defensio criminis: sed tamen hac ipsa tibi, si vti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuæ. tuorúmque deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ: cui simul, & Volcatio pecunia à ciuitate numerata est. Iam verò scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuênit, ista [o] te ratione vti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi vti fateare, te Romam frumentum emtum Siculorum pecunia misisse: publicam pecuniam domum tuam auertisse [p]? *O consuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, & audaciam, cùm pœna abfuit* [q], *& licentia consecuta est!* Iste in hoc genere peculatus non nunc primùm inuenitur: sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numeratam quæstori ad sumtum exercitus consularis: vidimus paucis pòst mensibus & exercitum, & consulem spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam remp. tum occupauerant [a]. Iterum gessit hereditariam quæsturam cum [b] Dolabella. magnam pecuniam auertit: sed eius ratio nem cum damnatione Dolabellæ permisit. Commissa est pecunia tanta prætori non reperietis hominem timidè, nec leniter hæc improbissima lucra ligurientem [c]. deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. *Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere ipse sibi non possit.* Teneretur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidisse, non solùm vt eas pœnas, quas proximè meruisset, solueret: sed vt illa etiam scelera eius in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur. Etenim noua quoque alia res exstitit, iudices, in hoc crimine, quæ tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam, vt illud missum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc 10. ccc. millia modiũm, quod emtum populo Romano darent, non habuisse: sed à tuo procuratore, hoc est, ab Apronio, emisse: ex quo intelligi potest, nihil te aratoribus reliqui fecisse: vt hoc præteream, quod [d] in multis est testimoniis expositum: potest illo quidquam esse certius, in tua potestate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ, per triennium, atque omneis fructus agri decumani, fuisse? Cum enim à ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas, vnde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tu id non omne clausum & compressum possidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæstus [e] fuit, ipsius frumenti, quod erat ereptum ab aratoribus: alter, quòd id [f] frumentum improbissimè per triennium partum, non semel, sed bis: neque vno, sed duobus pretiis, vnum & idem frumentũ vendidisti: semel ciuitatib. LLS. XV. in medimnũ: iterum populo R. à quo LLS. XII. in medimna, pro eodem illo frumento abstulisti. At [h] enim frumentum Centuripinorum, & Agrigentinorum, & nonnullorũ fortasse præterea probasti, & his populis pecuniam dissoluisti. Sint [i] aliquæ ciuitates in eo numero, quarum frumentum improbare noleris. Quid tandem? his ciuitatibus omnis ne pecunia, quæ pro frumento debita est, dissoluta est? Vnum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quære, circumspice, si quis forte est ex ea prouincia, in qua tu triennium præfuisti, qui te nolit perisse: vnum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui [k] vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. confirmo, iudices, neminem esse dicturum. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti certis [l] nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione [m], & collybo [n]: deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia, iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. nam [o] collybus esse quî potest, cùm vtantur omnes vno genere nummorum? cerarium [p] verò quid vocas? quomodo hoc nomen ad rationes magistratus? quomodo ad pecuniam publicam alla-

[a] *L.* occuparant. [b] *L. al.* cum A Dolabella. [c] *L. liguriẽtem.* [d] *L.* quod multorum est testim. [e] *L.* quæstus erat ipsum frumentum, quod erat ereptum aratoribus [f] *V. t. non habent prouocatibulum*, id. [g] *L.* XVIII. [h] Tertium furtum seu decratio.* [i] *L.* Sint sanè aliquæ ciuit. [k] *L.* vel qui tibi ad stat. [l] *al. recte s.* Certis nominibus deductiones fieri *hic dixit vt pro Quinctio* certis nominibus pecuniam debere Horat. 2. *epistol.* 1. nominibus certis expendere nummos.* [m] Spectatio hic, est probatio pecuniæ.* [n] Collybus quod pro nummorum permutatione dicitur.* [o] *L.* nam collybus quinã esse potest, cùm &c. [p] *al.* cerarium vero quid quom. I Cerarium est quod pro ceradatur.*

[a] *L.* occuparant. [b] *L. al.* cum A Dolabella. [c] *L. liguriẽtem.* [d] *L.* quod multorum est testim. [e] *L.* quæstus erat ipsum frumentum, quod erat ereptum aratoribus [f] *V. t. non habent prouocatibulum*, id. [g] *L.* XVIII. [h] Tertium furtum seu decratio.* [i] *L.* Sint sanè aliquæ ciuit. [k] *L.* vel qui tibi ad stat. [l] *al. recte s.* Certis nominibus deductiones fieri *hic dixit vt pro Quinctio* certis nominibus pecuniam debere Horat. 2. *epistol.* 1. nominibus certis expendere nummos.* [m] Spectatio hic, est probatio pecuniæ.* [n] Collybus quod pro nummorum permutatione dicitur.* [o] *L.* nam collybus quinã esse potest, cùm &c. [p] *al.* cerarium vero quid quom. I Cerarium est quod pro ceradatur.*

eam allatum est? Nam illud genus tertiũ deductionis erat ciusmodi, quasi non modò liceret, sed etiã oporteret: nec solùm oporteret sed planè necesse esset. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur. Quis tibi hoc concessit? quę lex, quę senatus auctoritas? quæ porrò æquitas, vt tantam pecuniam scriba tuus auferret? siue de aratorum bonis, siue de populi Rom. vectigalibus? Nam si potest ista pecunia sine aratorũ iniuria detrahi: populus R. habeat, præsertim in tantis æratij anguſtiis. sinauté & populus id voluit, & æquũ ita est, soluí aratoribus: tuus apparitor parua mercede populi conductus, de aratorũ bonis prædabitur? & in hac causa scribarũ ordinem in me cõcitabit Hortẽsius? & eorum commoda à me labefactari, atque oppugnari iniuria dicet? quasi verò hoc scribis vllo exemplo fit, aut vllo iure cõcessum. Quid ego vetera repetam? aut quid eorũ scribarum mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines, atq. innocẽtissimos fuisse? non me fugit, iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri, atq. haberi. in his temporibus versabor miseris, ac perditis. Nuper, Hortensi, quæstor fuisti. quid tui scribæ fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cùm in eãdem ista Sicilia pro frumento ciuitatibus pecuniam soluerem: mecum duos frugalissimos homines scribas haberé, L. Mamilium, & L. Sergiũ: non modò istas duas quinquagesimas, sed omnino nummum nullum cuiquam esse deductum. Dicerem, hoc mihi totum esse attribuendum, iudices, si illi vmquã à me hoc postulassent, si vmquã omnino cogitassent. Quamobrem enim scriba deducat, ac non potius mulio, qui aduxit, tabellarius? cuius aduentu certiores facti petiuerunt? præco, qui adesse iussit? viator, ac Venerius, qui fiscum sustulit? quæ pars operæ, aut opportunitatis in scriba est? cur ei non merces tanta detur, sed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo est honestus. Quis negat? atque quid ea res ad hanc rem pertinet? est verò honestus, quòd eorum hominum fides tabulæ publicæ, periculáque magistratuũ cõmittuntur. Itaque ex his scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familiãs, viris bonis atque honestis, percontamini, quid sibi istæ quinquagesimæ velint. iam omnes intelligetis, nouam rem totam, atque indignam videri. Ad eos me scribas reuoca, si placet: noli hos colligere, qui nũmulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corrolariis, cùm decuriam emerunt, ex primo ordine ex ploſorum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt. Eos scribas tecum disceptatores huius criminis habebo, qui istos scribas esse molestè ferunt. Tametsi cùm in eo ordine videamus esse multos nõ idoneos, qui ordo industriæ propositus est, & dignitati: mirabimur, turpe is aliquot in eo esse, quòd ciuitas LLS. tredecies scribam tuum permissu tuo cùm abstulisse fateare, reliquam tibi vllã de sensionem putas esse? hoc ferre quemquam posse? hoc quemquam denique nũc tuorum aduocatorum animo æquo audire arbitrare? qua in ciuitate C. Catoni, clarissimo viro, consulari homini, LLS. XVIII. millibus lis æstimata sit: in eãdem ciuitate apparitori tuo esse cõcessum, vt LLS. vno nomine tredecies auferret? Hinc ille est annulus aureus, quo tu istũ in cõcione donasti, quæ tua donatio singulari impudẽtia prædita, noua Siculis omnibus, mihi verò etiam incredibilis videbatur. *Sæpe enim nostri imperatores, superatis hostibus, optimè rem gestam, scribæ suos annulos aureos in concione donarunt.* Tu verò quibus rebus gestis, quo hoste sup rato, concionẽ, donandi causa aduocare ausus es? Neque enim solùm scribam tuum annulo, sed etiam virum fortissimum, ac tui dissimillimũ, Q. Rubrium, excellẽti virtute, auctoritate, copiis, corona & phaleris, & torque donasti: M. Cossutiũ, sanctissimũ virum, atque honestissimum: M. Castritium, summo splẽdore, ingenio, gratia præditum. Quid hæc sibi horum trium ciuium Romanorum dona voluerunt? Siculos præterea, potentissimos, nobilissimó q. donasti: qui nõ, quemadmodũ speraſti, tardiores fuerunt: sed ornatiores tuo iudicio ad testimonia dicunda venerunt. Quibus ex hostium spoliis? de qua victoria? qua ex præda, aut manu iis, hęc abs te donatio constituta est? an quòd, te prętore, paucorũ aduentu myoparonum, classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidiúmque prouinciæ, piratarũ manibus incensa est? an quòd ager Syracusanus prædonum incendiis, te prætore, vastatus est? an quòd forum Syracusanum nauarchorum sanguine redundauit? an quòd in portu Syracusano piraticus myoparo nauigauit? Nihil possum repperire, quamobrem te in istam amentiã incidisse arbitrer: nisi fortè id egisti, vt hominibus ne obliuiſci quidem rerum tuarũ male gestarum liceret. Annulo est aureo scriba donatus, & ad eã donationem cõcio est aduocata. Quod erat os tuũ, cùm videbas in cõcione eos homines, quorum ex bonis iste annulus aureus donabatur, qui ipsi annulos aureos portauerant, liberíque detraxerant, vt esset vnde scribæ tuus hoc tuum munusk, ac beneficium tueretur? quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? Illa scilicet vetus, atq. imperatoria? *Quando quidem in prælio, in bello, in re militari:* cuius ne mentio quidem, te prætore, vlla facta est an illa? *Quandoquidem tu nulla vmquam mihi in cupiditate, ac turpitudine defuisti: omnibusque in isdem flagitiis mecum & in legatione, & prætura, & hic in Sicilia versatus es: ob hasce res, quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono.* Vera hæc fuisset oratio. non enim iste annulus aureus abs te datus, istum virum fortem, sed hominem locupletẽ esse declarat. Ita eundem annũlum ab alio datum, testem virtutis duceremus: abs te donatum, comitẽ pecuniæ iudicamus. ¶ Dictum, iudices, est de decumano frumento: dictum de emto, extremum, & reliquum est, *de æstimato*, quod cùm magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere: & verò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defensio, sed improbissima confessio cõparatur. Nam cùm ex S.C. & ex legibus frumentum ei in cællam sumere liceret: id q. frumentum senatus ita æstimasset, quaternis LLS. tritici modium: binis, hordei: iste numero ad summam tritici adiecto, tritici modios singulos cũ aratoribus denariis ternis æstimauit. Non est in hoc crimen, Hortensi: ne fortè ad hoc mediteremur: multos sæpe viros bonos, & forteis, & innocenteis cum aratoribus, & cum ciuitatibus frumentum, in cęllam

a *al.* auferret. *al.* auferret.

b *l.* iura di. 9. 1.

c *al.* L. Mallium. P. B.

d L. ac nõ potius mulio qui aduxit? tabellarius, cuius, &c. e *al.* multò f *vox.* cur ei non merces tanta detur, §

g *v.c.* patribus familiis *vide Cic. ii. nam lib. 6.* *

h *al* donis, i *v.c.* scænicorum

k *l.* turpeis aliquos ibi esse, l L. quatuor decies scrib. P. CXC. m L. C. Catonì singulari homini, clarissimo viro §qui Siciliæ præfuit.* n L. LLS. ccloo. cloo. clo. clo. o L. LLS qua tuor decies vno nomine auferret?

a *v. c.* annulus ab imperatoribus.*

b Annulis donati scribæ

c *al.* excellentem virt.

d *al.* M. Crassicium.

e L. dicenda ven.

f L. è qua r. § *v. c.* rerum tuarum licuerit.

h Annulos aureos cum darent scribis suis Imperatores, eo cio nem aduocatam ex hoc loco intelligi potest.*

i L. quorum ex bonis istũ annulo aureo donabas: qui

g Equestrem ordinem cuius census 400000. sesterium hoc est 12000. coronatorum. Annulis & aureis & censu à plebe distinguebantur. P. B.

tur equites. *Vlm.33.**

l Donationis, virtutes ergo, qualis ab imperatoribus fortissimis militib. fiebat, vetus formula.*

m L. & in p.

n frumẽtum aliud ordinarium, nec emptum quod & decumanum, aliud emptum sed æstimatum.*

o III. DE FRVMENTO ABSTIMATO.*

p L. tũ verò eo mag. ‖ *al.* te verò.*

q *al.* ternis LLS.

r Duplex Iudicrũ fuit Verri in frumento æstimato, vnũ in æstimatione, quã à ternis sestertiis ad ternos denarios perduxerat: Alterũ in adiectione frumenti, maiorẽ cum tritici numero P. C. CI. rũ quàm legibus liceret, imperabat. ſ hoc est æstis. *

quod sumi oporteret, æstimasse, & pecuniam pro frumẽto absoluisse. Scio, quid soleat fieri: scio, quid liceat. nihil, quod [a] antea fuerat in consuetudine bonorũ, nunc in istius facto reprehenditur. hoc reprehendo, q̃, cùm in Sicilia LLS. II. tritici mod. esset, vt istius epistola ad te missa [b] declarat, summam LLS. ternis: id quod & testimoniis omnibus, & tabulis aratorũ planum factum antea est: tum iste pro tritici modiis singulis ternos ab aratoribus [c] denarios exegit. Hoc crimẽ est: vt intelligas, nõ ex æstimatione, neque ex ternis denariis pẽdere crimen, sed ex coactione [c] annonæ, atque æstimationis. Etenim hęc æstimatio nata est, iudices, initiò non ex prætorum, aut consulum, sed ex aratorum, atque ciuitatum cõmodo. Nemo enim fuit initiò tã impudens, qui, cùm frumentũ deberetur, pecuniam posceret. certè hoc ab aratore primùm est profectũ, aut ab ea ciuitate, cui imperabatur: cùm [d] aut frumentum vendidisset, aut seruare vellet, aut in eum locum, quò imperabatur, portare [e] nollet: petiuit in beneficij loco, & gratiæ, vt sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare liceret. Ex huiusmodi principio, atque ex liberalitate, atque accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est. Secuti sunt auariores magistratus: qui tamẽ in auaritia sua non solùm viam quæstus inuenerunt, verùm etiam exitum, ac rationem defensionis [g]. Instituerunt semper ad [h] vltima ac difficillima loca apportandũ frumentum imperare, vt vecturę difficultate. ad quam vellent, æstimationem, peruenirẽt. In hoc genere facilior est exisitimatio, quàm reprehensio: ideò quòd eum, qui hoc facit, auarũ possumus existimare: crimen in eo constituere non tam facilè possumus: quòd vide tur concedendum magistratibus nostris esse, vt iis, quo loco velint, frumentum accipere liceat. Itaque hoc est, quod multi fortasse fecerunt: & ita multi, vt [k] ij, quos innocentissimos meminimus, aut audiuimus [l], non fecerint.

Quæro nunc à te, Hortensi, cum vtris tandem istius factum collaturus es? cum iis, credo, qui benignitate adducti, per beneficium, & gratiam ciuitatibus cõcesserunt, vt nummos pro frumẽto darent. Ita credo, petisse ab isto aratores, vt, cùm LLS. ternis tritici modium vendere non possent: pro singulis modiis, ternos denarios dare liceret. An, quoniam hoc non audes dicere, illuc cõfugies, vecturæ difficultate adductos, ternos denarios dare maluisse? Cuius vecturæ? quo ex loco, in quem locum ne portarent? Philomelone [m] Ephesum? Video, quid inter annonam interesse soleat: video quot dierum via sit: video Philomelensibus [n] expedire, quanti Ephesi sit frumentum, tantũ dare potius in Phrygia, quàm Ephesum portare, aut ad emendum frumentum Ephesum pecuniam, & legatos mittere. In Sicilia verò quid eiusmodi? Enna, mediterranea est maximè. coge, vt ad aquam tibi, id quod sumi iuris est, frumentum Ennenses metiãtur: vel Plutiam, vel Halesam, vel Catinam, loca inter se maximè diuersa, eodẽ die, quo iusseris, deportabunt. tametsi ne vectura quidem opus est. Nam totus quæstus hic, iudices, æstimationis, ex annonæ natus est varietate. hoc enim magistratus in prouincia assequi potest, vt ibi accipiat, vbi est carissimum. ideò valet ista ratio æstimationis in Asia: valet in Hispania: valet in his prouinciis, in quibus vnum pretium frumento esse non solet. In Sicilia verò quid cuiusquã intererat quo loco daret? neque enim portandum erat: & quò quisque vehere iussus esset, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset. Quamobrẽ [a] si quid, Hortensi, docere vis, aliquid ab isto simile, in æstimatione, atque à ceteris, esse factum: doceas oportet, [b] aliquo in loco Siciliæ, prætore Verre, ternis denariis tritici modium fuisse. Vide quam tibi defensionem patefecerim, quàm iniquã in socios, quàm remotam ab vtilitate reip. quàm sciũtam à voluntate, atque [c] sententia legis. Tu, cùm tibi ego frumentũ in meis agris, atque in mea ciuitate: denique cùm in diuis locis, in quibus es, versaris, rem geris, prouinciam administras, paratus fim dare: angulum mihi aliquem eligas prouinciæ. recõditum, ac derelictum? iubeas ibi me metiri, quò portare [e] nõ expediat? vbi emere nõ [e] possum: Improbum facinus, iudices: non ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. tamen ego hoc, quod ferri nego posse, Verri, iudices, concedo, & largior. Si vllo in loco eius prouinciæ frumentum tanti fuit, quanti iste æstimauit, hoc crimen in istũ reum valere oportere non arbitror. Verùm enimuerò [f] cùm esset LLS. binis, aut etiam ternis, quibusuis in locis prouinciæ duodenos sestertios exegisti. Si mihi tecum neque de annona, neque de æstimatione tua potest esse controuersia, quid sedes? quid exspectas? quid [g] defendis? Vtrùm tibi pecuniæ [h] cõciliatæ videtur aduersum leges, aduersum remp. cũ maxima sociorũ iniuria: an verò id rectè, ordine, è rep. sine cuiusquam iniuria factum esse defendes? cùm tibi senatus ex ærario pecuniam promisisset, & singulos tibi denarios adnumerasset, quos tu pro singulis modiis aratoribus solueres? quid facere debuisti? Si, q. L. Piso ille frugi, qui legem de pecuniis repetundis primus tulit: cùm emisses, quanti esset: quod superaret pecuniæ, retulisses: si, vt ambitiosi homines, aut benigni: cùm pluris senatus æstimasset, quàm quãti esset annona: ex senatus æstimatione, nõ ex annonę ratione soluisses: sin, vt pleriq. faciunt, in quo etiã erat aliquis quæstus, sed is honestus, atque cõcessus: frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses: sumsisses id nummorum, quod tibi senatus, cellæ nomine, concesserat. Hoc verò quid est? quam habet rationem, non quæro æquitatis, sed ipsius improbitatis, atq. impudẽtiæ? Neque enim est ferè quidquam, quod homines palàm facere audeãt in magistratu, quamuis improbi, quin eius facti, si non bonam, at aliquam rationẽ afferre soleãt. Hoc [l] quid est? Venit prætor [m]: frumentum, inquit, me abs te emere oportet. Optimè [n]. Modium denario. Benignè, ac liberaliter. nam [o] ego tribus LLS. non possum vendere. Mihi P frumento non opus est: nummos volo. Non [q] sperabam, inquit arator, me ad [r] denarios peruenturũ: sed, si ita necesse est, quãti frumẽtum sit, cõsidera. Video esse binis LLS. Quid ergo à me tibi nummorũ dari potest, cùm senatus tibi quaternos nummos [s] dederit? Quid possit, attendite: & vos quæso, simul, iudices, æquitatẽ prætoris attendite. Quaternos LLS. quos mihi senat [t] decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciuitã [t] transferã ex [u] fisco.

Quid

a L. quod antea fuerit in cons.

b testimoniis omniũ, & t.

c Coactio annonæ, id quod ad ordinariam tritici summam a Verre addebatur.*

d L. cum frumẽtum aut.

e lib. vulg. frumentum portare nollet.

f Accommodatio magistratuum, eorum facilitas.*

g al. defensionis instituerunt. semper &c.

h L. in vltima, an difficillima ad portandum loca, frumentum imp.

P. B.

i al. portandum.*

k L. vt ij, quos meminimus aut vidimus, non fecer. & ita v.c.

l al. vidimus*

m Philomelione Epũ. [Est axie Philomeli Phrygiæ oppidum à quo Ephesum vsque via duodecim red dunt amfractus & flexus.*

n L. Philomelensibus.

A

P. excẽ.

a L. Quamobrem, si vis, Hortensi, docere, aliquid, ab isto simile in æstimat.

b v.c. oportebit,

B

c al. atque à sententia legis.

d L. In eius locis.

C

e L. non possim?

f L. cùm esset modius LLS. binis.

g al. quid defendis?

h L. Pecuniæ coactæ, conciliatæ videntur adu.

i L. Frugi.

k Lex de pecuniis repetundis. Idem Cicero 2. de officiis & in Brut.*

D

B. P.

l L. Hoc verò quid est?

m Dialogismus inter Prætorem & aratorem.

n L. Optumè.

o L. Nã ego LLS. ternis non poss.

p L. Mihi frumentum non opus est: nummos volo Sperabam. inq. al. volo. Nam sperabam, &c.

E

q al. Nam al. Non sperauera m &c.

r Ad denarios peruenire dicitur, qui nummo soluit nõ frumẽto.*

s L. LLS. ded. t Ciuẽ & ciui differentia, incisam autem ex fisco trãsferre hic dicitur, qui ex fisco publico in suam & priuatam rem & æraram pecuniam transfert.*

u L. de fisco,

F

G

H

Quid postea? quid pro singulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos LLS. dato. Qua ratione? Quid quæris rationem? non tanta rationem res habet, quanta vilitatem, atq; prædam. Dic [a], inquit ille, planiùs. Senatus te voluit mihi nummos dare: me tibi frumentum metiri. tu eos nummos, quos mihi senatus dare voluit, ipse habebis: à me, cui singulos denarios dari oportuit, binos [b] aufers? & huic prædæ ac direptioni, cællæ nomen imponis? Hæc [c] decrat iniuria, & hæc calamitas aratoribus, te prætore, qua reliquis fortunis omnibus euerterētur [d]. Nam quid esse réliqui poterat ei, qui per hanc iniuriā non modò frumentū [e] omne amitteret, sed etiā omne instrumentum [f] vendere cogeretur? Quò enim se verteret, nó habebat, ex quo fructu nummos, quos tibi daret, inueniret. Decumarū nomine tantum erat ablatū, quantum volūtas tulerat Apronij: pro alteris decumis, emtóque frumento, aut nihil datū, aut tantum datū, quantū réliqui scriba [g] fecerat, aut vtiò etiam, id quod didicistis, ablatum. Cogantur etiā nummi ab aratoreh. quo iure? quo exemplo? Nam, cùm tractus diripiebātur aratorum, atque omni lacerabātur iniuria: videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quæsisset, in quo elaborasset, quod agri, fegetésq. extulisset. Quibus iniuriis grauissimis tamen illud erat miserum solatium, quòd id perdere videbatur. quod alio prætore, eodē ex agro reparare i posset. Nummos k verò, vt l daret arator, quos [m] non aratro, ac manu quærit, boues [n] & aratrum ipsum, & omne instrumentum vendat, necesse est. Nō enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis: habet [o] idē in vrbanis prædiis. Nam [p] *cum arātori onus aliquod imponitur, non omnes, si quæ sint præterea facultates, sed orationis ipsius vis, ac ratio consideranda est, quid easustinere, quid pati, quid efficere possit, ac debeat.* Quamquam illi quoque sunt homines ab isto omni ratione exinaniti, ac perditi: tamen hoc vobis est statuendū, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rep. [q] fungi ac sustinere velitis. Imponitis [r] decumas: patiuntur. alteras: tēporibus vestris seruiendum putant. det emtum prætereā. dabunt, si voletis. Hæc quàm sint grauia, & quid his rebus detractis, possit ad dominos puri, ac réliqui peruenire, credo vos ex vestris rebus rusticis, coniectura assequi posse. Addite nūc eódem istius edicta, institutā, iniurias: addite Apronij, Veneriorúmque seruorum, in agro decumano regna, ac rapinas. Quamquam hæc omitto: de cælla loquor. Placétne vobis, in cællā magistratibus nostris [s] frumētum Siculos gratis dare? Quid hoc indignius? quid iniquius? Atq. hoc scitote aratoribus [t], hoc prætore, optandum, ac petendum fuisse. Sositenus [x] est Entellinus, homo cum [y] primis ciuitatis prudens, & domi nobilis: cuius verba audistis: [z] qui ad hoc iudicium legatus publicè cum Arthemone, & Menisco, primariis [a] viris, missus est. Is cùm in senatu Entellino multa mecum de istius iniuriis ageret, hoc dixit: si hoc de cælla, atque hac æstimatione concederetur, velle Siculos senatui polliceri frumentū in cellam gratis, ne posthac tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus. Perspicere vos certò scio, siculis quantopere hoc expediat, non [a] ad æquitatis conditionē, sed *ad minima malorum eligenda*. Nam, qui mille modiūm Verri [b] suæ partis in cællam gratis dedisset, duo millia nummūm, aut summum tria dedisset: idem nunc pro [c] eodē numero frumēti LL sd. XXII. millia dare coactus est. Hoc arator assequi per triēnium certo fructu suo nō potuit: venderit instrumentū, necesse est. quòd si munus, & hoc vectigal aratro tolerare, hoc f est, Sicilia ferre, ac pati potest: populo [g] Ro. ferat potius, quàm nostris magistratibus. Magna est pecunia: magnum præclarúmque vectigal. si modò id salua prouincia, si sine iniuria socio rum percipere possitis: nihil detraho. Magistratibus tantundem detur in cellā, quantum semper datum est. quod præterea Verres imperat, id, si facere non possunt, recusent. si possunt, populi Rom. potius hoc sit vectigal, quàm præda prætoris. Deinde cur in vno genere solo frumenti ista æstimatio constituitur? Si est æqua & [h] ferenda: populo R. Sicilia decumas det, pro singulis tritici modiis ternos denarios: sibi habeat frumentū. Datait sibi pecunia est, Verres: vna, qua frumentum tibi emeres in cællā: altera, qua frumentū emeres à ciuitatibus, quod Romā mitteres. Tibi datam pecuniā domi retines: & præterea pecuniam permagnam tuo nomine aufers. facidem in eo frumento, quòd ad populum R. pertinet. exige eādem æstimatione pecuniā à ciuitatibus, & refer, quam accepisti. tum k tertius erit ærarii populi R. quàm vmquā fuit. At l enim istam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rē in meo frumento tulit. Proinde quasi aut æquior sit ista æstimatio in tuo, quàm in populi R. commodo: aut ea res, quam ego dico, & ea, quam tu fecisti, inter se genere iniuriæ, non magnitudine pecuniæ differat. Verùm istam ipsam cællam ferre nullo modo possunt, vt omnia remittātur, vt omnibus iniuriis, & calamitatib., quas te prætore tulerunt, in posterum liberentur: istam se cællā, atque istā æstimationem negant se vllo modo ferre posse. Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompeium COS. nuper, homo dissertissimus, & omni doctrina, & virtute ornatissimus, pro tota Sicilia de aratorū miseriis grauiter, ac copiosè dixisse, ac deplorasse dicitur, ex quibus hoc, iis, qui aderant, (nam magno conuentu acta res est) indignissimū videbatur: qua in re senatus optimè ac benignissimè cū aratorib. egisset, largè, liberaliterque æstimasset, in ea re prædari prætorem, bonis euerti aratores: & id non modò fieri, sed ita fieri, quasi liceat, concessūmq. sit. Quid ad hæc Hortensius? falsum esse crimen? Hoc numquā dicet. Non magnam hac ratione pecuniam captam? Ne id quidē dicet. Non iniuriam factam Siculis, atq. aratoribus? Quis poterit dicere? Quid igitur dicet? *Fecisse in alios*: quid est hoc? Vtrum crimini defensio, an comitatus exsilio [n] quæritur? Tu in hac rep. an in hac hominū libidine, & vt adhuc habuit se status iudiciorum, etiā licentia, nō [o] ex iure, nō ex æquitate, nō ex lege, nō ex eo, quod oportuerit, nō ex eo, quod licuerit, sed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehēditur, rectè factū esse defendes? Fecerūt? alii qui alia quàm multa: cur in hoc vno crimine

a Dic, dic, inquit ille, planius.
b L. binos auferes? & huic prædæ, ac direptioni nom. imponeS.
c P. CXCIII. *al.* Hoc derat iniuriæ, & h.
d *forte*, euerteretur: vt *propius abludat ad Verrinum nomen.**
e L. fructum omnem am.
f Instrumentum rustic. intellige.*
g L. scribæ fecerant.
h Aratores, de quib. hic, dicitur, quibus agri publici dabantur ea conditione vt ex x decumas darent: aget qui dabatur. ea lege vectigalis, decumanus, arator: quorum ipsi aratores non domini erant, sed P. Romanus: vnde alibi aratores & domini distinguuntur.
i Reparare dicitur, qui P. R. redimit, qui reficit, vixi *ad l.* 122. §. 1. *ff. de verborū obligat.* Sic Horatius vina Syra reparata merce.*
k Nummos aratorem dare difficile.*
l *al.* vt det a.
m L. quos nō exarat, quos non aratro ac m.
n quos capi prohibent leges debiti causa. *Auctē agricultores Cod. quæ res pignori.**
o L. habet in verb.
p L. nam cū aratori aliquid imponi tur: non hoc satis fit, si quæ f.
q *al.* in rēp.
r Aratoribus quæ onera imposita.*
s *al.* veltris.
t *al.* Atqui hoc u L. Aratoribus Verre prætore, opt. x L. Sositheus est. y L. cum primis prudens & domi n. z L. audietis: qui.
a Primarij viri ciuitatum qui, primores ciuitatum dicti, *l. 16. ff. de ritu & ritualia legata.**

b L. Verri pro sua parte in exili.
c L. pro eo numero
d *al. LLS. XVIII.* millia.
e L. certe fa & suo n. *al.* profecto, *al.* toto. *al.* certo. Certum autem fructū appellat, capi solitum & cō suetum.*
f L. hoc est si Sicilia ferre
g v. c. P. R. ferat potius, quàm nostri magistratus, M.
h L. & ferenda: debet populo R. Sicilia decumas, det pro singulis modiis ternos. sibi hab.
i Prætor ib. Siciliæ pecunia dabatur frumentario nomine duplici ex causa, hoc est, vt & sibi in cellā: & in vsum p. o. ma emeret.*
k *al.* iam ref.
l L. At enim quam rem in publico frumento Sicilia non ferret. v. c. At enim istā rē, quam in pub. frum. Sici. non ferret hac rem.
m Hanc exceptionem, *Fecisse idem alios* repudiat & reprehendit Demosthenes in oratione κατ' *Aristocratem* & Isocrates in oratione quæ inscribitur περὶ εἰρήνης. *Aristocratem* exsulio id est, hac defensione Horteusius non assequitur ve Verres absoluatur, sed ut solus condemnetur & exsilij sui comites habeat.
n Ius vrbe dici & fumi oportet.*
o L. fecerunt alij. Quid alij quia non fe

istō genere defensionis vteris? Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum aliū hominē dici, [a] neque conuenire possint: quædam tibi cum multis communia. Ergo, vt omittam tuos peculatus, vt ob ius dicendum pecunias acceptas, vt eiusmodi cetera, quæ forsitan alij quoque etiam fecerint: illud, in quo te grauissimè accusaui, quod ob iudicandam rem pecuniam accepisses, eādem ista ratione defendes, fecisse alios? Vt ego assentiar orationi, defensionem tamen nō probabo. Potius enim te dānato, cæteris angustior locus improbitatis defendendæ relinquetur, quam, te absoluto, alij quod audacissimè fecerunt, rectè fecisse existimentur. *Lugent omnes prouinciæ: querūtur omnes liberi populi: regna denique iam omnia de nostris cupiditatibus & iniuriis expostulabant: locus intra Oceanum tam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non, per hæc tempora, nostrorum hominum libido, iniquitásque peruaserit.* sustinere iam populus Romanus, omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lachrymas, querimonias non potest. In eiusmodi re, ac moribus: si is, qui erit abductus in iudicium, cum manifestis [b] in flagitiis tenebitur, *alios* [c] *eadem feciſſe dicet*: illi exempla non deerunt, reip. salus deerit, si improborum exemplis improbi iudicio ac periculo liberabuntur. Placēt vobis hominum mores? placet ita geri magistratus, vt geruntur? placet socios sic tractari, quod restat, vt per hæc tempora tractatos videtis? Cur hæc à me opera consumitur? quid sedetis? cur non in media oratione consurgitis, atque discedit is? Vultis autem istorum audacias, ac libidines aliqua ex parte resecare? *Desinite dubitare, vtrum sit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an vnius improbi supplicio multorum improbitatem coercere.* Tametsi quæ ista sunt exempla multorum? nam cùm in causa tanta, cùm in crimine maximo dici à defensore cæptum est factitatum esse aliquid: expectant ij, qui audiunt, exempla ex vetere memoria & monumentis, ac litteris, plena dignitatis, plena antiquitatis. Hæc [e] plurimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & iucunditatis ad audiendum. Africanos mihi, & Catones, & Lælios commemorabis? & eos fecisse idem dices? quamuis res mihi non placeat: tamen contra hominum auctoritatem pugnare non potero. An, cùm eos non poteris proferre, proferes hos recenteis, Q. Catulum patrem, C. Marium, Q. Scæuulam, M. Scaurum, Q. Metellum? qui omnes prouincias habuerunt & frumentum cellæ nomine imperauerunt. magna est hominum auctoritas, & tanta, vt etiā delicti suspicionem tegere possit. Non habes ne ex his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, vllum auctorē istius æstimationis. Quò me igitur, aut ad quę exempla reuocas? Ab illis hominibus, qui tum versati sunt in rep. cùm & optimi mores erant, & hominum existimatio grauis habebatur, & iudicia seuera fiebāt, ad hanc hominum licentiā & libidinē me abducis? & in quos aliquid exēpli populus R. statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quæris? Non fugio ne hos quidem mores, dummodo ex his ea, quæ probat populus R. exempla, non ea, quæ cōdemnat, sequamur. Non circunspiciā, non [g] quęrā foris, cùm habeas iudices, principes ciuitatis, P. Seruiliū, Q. Catulum: qui tanta auctoritate sunt, tātis rebus gestis, vt in illo antiquorū [d] & clarissimorum hominū, de quibus antea dixi, numero reponantur. Exempla quærimus, & [b] ea nō antiqua. modò vterque horū, exercitum habuit. Quærę, Hortēsi quoniā te recentia exempla delectant, quid fecerint, Itáne verò? Q. Catulus frumento est vsus, pecuniā non coegit. P. Seruilius quinquenniū exercituſ cùm præesset, & ista ratione innumerabilē pecuniā facere [c] posset, *nō statuit sibi quidquā licere, quod non patre suum, nouū auū Q. Metellū facere vidisset: C. Verres reperietur, qui, quod expediat, id licere dicat?* quod nemo, nisi improbus, fecerit, id aliorū exemplo se fecisse defendat? At in Sicilia factitatum est. Quæ est ista cōditio Siciliæ: cur, quę [e] optimo iure, propter vetustatē, fidelitatē, propinquitatē esse debet, huiet præcipua lex iniurię dēsi nitur? Sed in ista ipsa Sicilia, non quærā exēplū foris: hoc ipso in cōsilio vtar exemplis. C. Marcelle, te appello. Siciliæ prouinciæ, eum esses pro cōsule [g], præfuisti: nū quæ [h] in tuo imperio pecuniæ, cellæ nomine, coactæ sunt? neque ego hoc in tua laude pono, alia sunt tua facta, atq. cōsilij, summa laude digna: qui bus illā tu prouinciā afflictā & perditam erexisti, atq. recreasti. nā hoc de cella, ne Lepidus quidē fecerat, cui tu succesisti. Quę sunt tibi igitur exępla in Sicilia cellæ, si hoc crimē nō modò Marcelli facto, sed ne Lepidi quidē potes defendere? An ad me M. Antonij æstimationē frumenti, exactionémq. pecuniæ reuocaturus es? Ita, inquit, ad M. Antonij. Hoc enim mihi significasse, & annuisse [i] visus est. Ex omnibúsne igitur populi R. prætoribus, consulibus, imperatoribus, M. Antoniū delegisti, & eius vnū improbissimum factū, quod imitarere? Et hic vtrū mihi difficile est dicere, an his existimare, ita se in [k] illo infinito imperio M. Antoniū gessisse, vt multo isti pernicioſius sit dicere, se in improbissima voluisse Antoniū imitari, quàm [l] si posset defendere, mihi in vita se M. Antonio simile feciſſe? *Homines in iudiciis ad crimen defendendū, non, quid fecerit quispiā, proferre solent, sed quid* [m] *prębarit.* Antoniū, cùm multa contra sociorū salutem, contrā [n] voluntatem prouinciarū & facerer, & cogitaret, in medijs eius iniuriis, & cupiditatibus mors oppressit. Tu mihi quasi eius omnia facta, atque consilia S. [o] P. Q. R. iudices comprobarint, ita M. Antonij exēplo istius audaciam defendis. At idem fecit Sacerdos P. Hominem innocentē, & summa prudentia præditum nominas: sed tum idem feciſſe erit existimandus, si eodem consilio fecerit. Nam genus æstimationis [q] ipsum, à me numquam est reprehensum: sed eius æquitas, aratorum cōmodo, & voluntate perpenditur. *Non potest reprehendi vlla* [r] *æstimatio, quæ aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est.* Sacerdos, vt in prouinciam vēnit, frumentum in cellam imperauit. Cùm esset, ante [s] nouū, x. v. tritici modius LLS. xv. petierūt ab eo ciuitates, vt æstimaret. Remisit aliquanto ejus fuit æstimatio, quàm annona. nam [t] æstimauit denariis III. Vides, eandem æstimationem, propter temporis dissimilitudinem in illo laudis causam habere: in te, crimnis? in illo beneficij: in te, iniuriæ? Eodem tempore Antonius III. denariis æstimauit

post

P. CXCV.

b v.c. manifestis flagitijs
c Exempla non excusant delictum.*

d Explorū auctoritas & voluptas.
e L. Hæc enim plur.

f L. An. cùm eos, non poteris, proferes hos r.

P. B.

g L. non quæram foris. Habeo iudices.

a fort. neque dici, neque

a L. antiquissimorum, &c

b al. & ea nō antiquæ

c v.c. facere cùm posset.

d L. non aut L. Metellum clarissimum hominem, facere vidisset.

e Prouinciæ Siciliæ condition cur melior quàm ceterarum prouinciarū esse debuerit Romanis.*

f al. huic præ cipuæ lex iniuriæ def. v.c P. CXCVI. præcipua

g al. procos sul.*

h fort. nunc quam.

i al. innuisse

k al. in infinito

l L. quàm posse defendere nihil al. quàm se posse defendere.*

m lib. vulg. quid probarit?

n L. cōtra vtilitatem pr. o senatus populúsque R. iudices cōpr. & ista v. c. al. senatus, populique R. mendose.

o al. C. Sacerdos.

P. B.

q in æstimatione frumēti quid probet & improbet Cicero.* r L. illa æst. & ista v.c.

s L. ante nouum, tritici modius LLS. x. v. pet. al. tritici modius LLS. xx.

t L. Num æstimauit x. III. Vid. al. Nam æstimauit LLS. xiii Vid.

post messem, summa in vilitate, cùm aratores frumentũ dare gratis malebãt. & aiebat, se tanidem æstimaturũ, quãti Sacerdoterm: neque mentiebatur: sed eâdem ista æstimatione, alter subleuarat aratores, alter euerterat. Quòd nisi *omnis frumenti ratio ex temporibus esset*, & annona, non ex numero, neq. ex summa, considerãda: nunquã tam grati hi sesquimodij Q. Hortẽsij, fuissent: quos tu cùm ad mẽ suræ tam exiguã rationem populo R. in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti, *caritas* enim *annonæ faciebat, vt istuc, quod* [c] *re paruum erat paruum videbatur, tempore magnum videretur.* Idem istuc si in vilitate populo R. largiti vo luisses: derisum tuum beneficiũ esset, atque contemtum. Noli igitur dicere, istum idem fecisse, quod Sacerdotẽ: quoniam nõ eo tempore, nequedimili fecit anno. dicito potius, quoniam habes auctorẽ idoneum, quod Antonius vno aduentu, & vix menstruis cibariis fecerit, id istũ per triennium fecisse: & istius innocentiam M. Antonii facto, atq. auctoritate defendito. Nam de Sex. quidem Pæduceo, fortissimo, atq. innocentissimo viro, quid dicitis [e] de quo quis vmquã arator questus est? aut quis non ad hoc tẽpus innocentissimã omnium, diligentissimámq. præturã illius hominis existimauit? Biennũ prouinciam obtinuit, cùm alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. nũ aut in vilitate nummũ arator quisquã dedit? aut in caritate de æstimatione frumẽti questus est? At vberiora cibaria facta sunt caritate. Credo: neq. id est nouũ, neq, reprehendendũ. modò C. Sentiũ vidimus, hominem vetere illa, ac singulari innocentia præditũ, propter caritatẽ frumẽti, quæ fuerat in Macedonia, permagnã ex cibariis pecuniã deportare. Quamobrẽ nõ ego inuideo tuis commodis, siquafad te lege venerunt: iniuriam queror, improbitatẽ arguo [f]: anaritiã in crimen, & in iudicium voco. Quòd si suspiciones inijcere voleris, ad plureis homines & ad plureis prouincias crimen hoc pertinere: nõ ego istã defensionẽ vestram perimescam, sed me omnium prouinciarũ defensorem esse profitebor. Etenim hoc dico, & magna voce dico: Vbicumq. hoc factũ est, improbe factum [h] est. quicũque hoc fecit, supplicio dignus est. Nã, per deos immortales, videte, iudices, & prospicite animis, quid futurũ sit. multi magnas pecunias ab inuitis ciuitatib., atq. ab inuitis aratorib. ista ratione, cælle nomine, coegerunt: (omnino ego neminem video, præter istũ, sed do hoc vobis, & cõcedo, esse multos:) in hoc homine rem adductã in iudiciũ videtis. quid facere potestis? Verùm, cùm iudices sitis de pecunia capta [i], conciliata, tãtam pecuniã captam negligere: an, cùm lex [k] sociorũ causa rogata sit, sociorũ querimonias non audire? Verùm hoc quoq. vobis remitto. negligite præterita, si vultis: sed ne reliquas spes turbetis, atq. omneis prouincias euertatis, id prouidete, ne auaritiæ, quæ antehac occultis itinerib. atq. anguſtiis vti solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis illustrem [m], atque latam. Nam si hoc probatis, & [n] si hoc licere, pecunias isto nomine capi, iudicatis: cer è hoc, quod adhuc nemo, nisi improbissimus, fecit, posthac nemo, nisi stultissimus, non faciet. *Improbi sunt, qui pecunias contra leges capiunt: stulti, qui, quod licere iudicatum est, prætermittunt.* Deinde, iudices, videte, quàm infinitam sitis hominibus licentiã pecuniarum eripiendarum daturi. Si ternos denarios qui coegit, erit absolutus: quaternos, quinos, denos denique, aut vicenos coget alius. quæ erit reprehensio? in quo [b] primùm in iuriæ gradu resistere incipiet seueritas iudicis? quotus erit iste denarius, qui non sit ferendus, & in quo primùm æstimationis iniquitas, atque improbitas reprehendatur [c]? nõ enim à vobis summa, sed genus æstimationis [d] est comprobatum. neque hoc potestis iudicare, ternis denariis æstimare [e] licere. *vbi enim semel ab annonæ ratione, & ab aratorum voluntate res ad prætoris libidinem translata est: non est iam in lege, atque in officio, sed in voluntate hominum, atque audacia positus modus æstimandi.* Quapropter si vos semel in iudicando finem æquitatis, & legis transieritis [h]: scitote, vos nullum ceteris in æstimando finem improbitatis & auaritiæ reliquisse. Videte igitur, quàm multa simul à vobis postulentur. Absoluite eum, qui se fateatur maximas pecunias cum summa socioruminiuria cepisse. nõ est satis. Sum alij quoque plures, qui idem fecerint. absoluite etiã illos, siqui sunt: vt vno iudicio quàm plurimos improbos liberetis. Ne id quidem satis est. facite, vt ceteris posthac idem liceat. licebit. At hoc parum est. Permittite, vt liceat, quãti quisque velit, tãti æstimet. æstimabit. Videtis iam profectò, iudices, hac æstimatione à vobis comprobata, neque modum posthac auaritiæ cuiusquam, neque pœnã improbitatis futurã. Quas ob res quid agis Hortensi? cõsul es designatus: prouinciã sortitus es: de æstimatione cùm dices frumẽti, sic te audiemus, quasi id, quod ab isto rectè factum esse defendes, te factum profiteare, & quasi, quod ifti licitum esse dices, vehementer [k] cupias ti i licere. Atqui fiid licebit, nihil est, quod putetis quemquã posthac cõmissurum, vt de pecuniis repetundis condẽnari possit. Quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per [l] cælle nomen æstimationis magnitudine cõsequatur. At enim est quiddam, quod, etiã si palàm in defendendo non dicit Hortensius, tamen ita dicit, vt vos id suspicari, & cogitare possitis: pertinere hoc ad commodum senatorium: pertinere ad vtilitatẽ eorum, qui [m] iudicent, qui in prouinciis cum [n] potestate, aut cum legatione se futuros aliquando arbitrentur. Præclaros [o] viros existimas iudices nos habere, quos alienis peccatis cõcessuros putes. quo facilius ipsos P peccare liceat. Ergo id volumus populum R. id prouincias, id socios, nationésque exteras existimare, si senatores iu dicent, hoc certè vnum genus infinitæ pecuniæ, per summam iniuriam cogendæ, nullo modo posse reprehendi? quod si ita est, quid possumus contra illum prætorem [q] dicere, qui quotidie templum [r] tenet, qui *frumenti. b. fisse negat, posse, ni ad equestrem ordinem iudicia referantur*? Quòd si ille hoc vnum agitare cœperit, esse aliquod genus cogendæ pecuniæ senatorum commune, & iam prope concessum ordini, quo genere ab sociis maxima pecunia per summam iniuriam auferatur [u]: neque [x] illud modò senatoriis iudiciis reprehendi posse, sdque, dum equester ordo iudicaret, numquam esse commune: quis obsteret? quis erit tam cupidus vestri, tã fautor ordinis, qui de transferendis iudiciis possit

a L. malent

b sic Paulus Nonnullã pretio variatem locus tẽporaque adferunt &c. *l. pretia 63. ff. ad l. falc.* * c L. quod re paruum erat

d L. neque simili fecit anno dicito

e L. dicetis, *al.* dicis?

P. CXCVII.

f *al.* si quæ ad e.

g L. coarguo & inuerso.

h L. factum est, supplicio quicumque hoc fecit, dignus est.

i *al.* capta, & k *subaudi* repetundarũ. *

l L. atq. anguſtiis

m L. latam, atque illustrẽ P. B.

n L. & si licere, pecunias isto.

a *al.* quarto *

b *al.* consilium-re.

c L. reprehẽdetur.

d L. æstimationis erit &c.

e L. æstimari licere, denis non licere.

f L. vtilitate

g L. atque auaritia

h *al* transilitis:

i Cretã: quamtamen collegæ Metello concessa, (vnde Cretici nomen adeptus est) in vrbe mãsit. * P. CXCVIII.

k *vide.* inmagne cupias

l hoc est cælle nomine. Sic apud Tacitum, vbi per nomẽ agrorũ fumen & inuasta monitium excipiant *

m L. qui res iudicent.

n Cum potestate in prouinciis erant magistratus, qui imperium P. Ro. acceperant. vt Prætores & consules: legati verò à senatu mo e maiorum de legabantur. *

o L. Præclaros verò existimas, p L. ipsis peccare lic.

q L. Mælium Collum. *

r Templum vocat. rostra in quibus magistratus legem ferebat in quibus quotidie Cotta Prætor erat, vt legem de iudiciis ferre posset *

al. qui rẽpsister. neg.

s *fors.* transferantur?

t L. auertatur.

x L. neque id vllo modo sen. & inter. P. B.

recusare? Atque vtinã posset aliqua ratione hoc crimẽ, quamuis falsa, modò humana atque vsitata defendere. minore periculo vestro, minore periculo prouinciarũ omnium, iudicaretis. Negaret[a] hac æstimatione se vsum: vos [b] id credidisse homini, non factum cõprobasse videremini. nullo modo negare potest: vrgetur à tota Sicilia: nemo est ex tãto numero aratorũ, à quo pecunia cællæ nomine nõ sit exacta. Vellem etiam hoc posset dicere, nihil ad se istam rationem pertinere: per quæstores rem frumentariam esse administratam: nec id quidem ei licet dicere: propterea quòd ipsius literæ recitantur, ad ciuitates de ternis denariis missæ. Quæ est igitur defensio? Feci quod arguis: coegi pecunias maximas cællæ nomine: sed hoc mihi licuit: vobis, si prospicitis, licebit. Periculosum prouinciis, genus iniuriæ cõfirmari iudicio: *perniciosum nostro ordini, populum Rom. existimare, non posse eos homines, qui ipsi legibus teneantur, leges in iudicando religiosè defendere.* Atque isto prætore, iudices, non solùm æstimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem. neque enim id, quod debebatur, [d] sed quantum commodum fuit, imperauit. Summam faciam vobis ex publicis literis, & testimoniis ciuitatum, frumenti in cællam imperati, reperietis quinquies tanto, iudices, amplius istum, quàm quantum ei in cællam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse. Quid ad hanc impudentiam addi potest, si & æstimauit tanti, vt homines ferre non possent, & tanto plus, quàm erat ei concessum legibus, imperauit? ¶ Qua propter[e], cognita tota re frumentaria, iudices, iam facillime perspicere potestis, amissam esse populo Romano Siciliam, fructuosissimam, atque opportunissimã prouinciam, nisi eam vos istius damnatione recuperatis. Quid est enim Sicilia, si ei agricultionem sustuleris, & si aratorum numerũ, ac nomen extinxeris? quid enim potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores, isto prætore, per summam iniuriam ignominiámque peruenerit? quibus, cùm decumas dare deberent, vix ipsis [g] decumæ relictæ sunt: cùm pecunia [h] deberetur, soluta nõ est: cùm optima æstimatione senatus frumentum eos in cællam dare voluisset, etiam instrumenta agrorum vendere coacti sunt. Dixi iam antea, iudices, vt has omneis iniurias tollatis, tamen *ipsam rationem arandi spe magis, & iucunditate quadam, quàm fructu, atque emolumento teneri. eremum ad incertum casum, & euentum, certus quotannis labor, & certus sumtus impenditur. annona porro pretium, nisi in calamitate fructuum, non haber.* si autem vbertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis: vt aut malè vendendum intelligat, si processit [h]: aut malè perceptos fructus, si rectè [i] licet vendere. *Totæ autem res rusticæ eiusmodi sunt, vt eas non ratio, neque labor, sed res incertissimæ, venti, tempestatesque moderentur.* Hinc cùm vnæ decumæ lege, & [k] conditione trahantur: alteræ nouis institutis propter annonæ rationem imperentur: ematur præterea frumentum quotannis publicè: postremò etiam in cellam magistratibus & legatis imperetur: quid, aut quantum præterea est, quod aut liberum possit habere ille arator, ac dominus in potestate, suorum fructuum, aut in ipsis fructibus solutum? Quòd si hæc feruntur omnia: si vobis potius, ac populo Rom. quàm sibi, & suis commodis, opera, sumtu, labore, deseruiunt: etiámne hæc noua debent edicta, & imperia prætorum, & Apronij dominationem, & Veneriorum seruorum furta, rapinásque perferre? etiámne frumentũ pro empto gratis dare? etiámne in cællam cùm cupiant[m] gratis dare vltrò, pecuniam grandẽ dare? etiámne hæc tot detrimenta, atque damna cum maximis iniurijs, contumelijsque perferre? itaque, hæc iudices, *quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt.* Arationes[n] tota Sicilia desertas, atque à dominis relictas esse cognoscitis: neque quidquam aliud agitur hoc iudicio, nisi vt antiquissimi socij, fidelissimique, Siculi, coloni populi Romani, atque aratores, vestra seueritate, & diligentia, meduce, atque auctore, in agros, atque in ædes suas reuertantur.

a L. Si negaret, hac æstimatione se vsum. al. Negaret hic æst. al. Vellẽ negare posset, hac æstim.

b v. c. vos id credidisse, hominib. credidisse, nõ factum comp. & ita L. al. ne id quidem est licebit dicere:

d v. c. debetur, & ita L.

e PERORATIO.* P. CXCIX.

f al. agricolationem.*

g L. ipsæ decumæ r.

h Prodierit dicitur cum messis copiosa.

i Rectè vendit qui carè.

k L. & conditione detrahãtur. al. & consuetudine detrahant. al. & cõsuetudine trah.* P. B.

l Deseruit qui inseruiendo nihil omittit.

m L. cupiãt vltrò dare gratis, pecuniam grandẽ addere?

n L. Arationes omneis tota S.

P. CC.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER QVARTVS[a], de signis, ORATIO NONA.

a Citatur hic liber à Cicerone libro de Oratore, & appellatur quartus accusationis.*

SYNOPSIS.

¶ *De latrociniis Verris, & quæ abstulerit.* 1. *C. Heio Mamertino.* 2. *Philarcho Centuripino.* 3. *Pamphilo Lilybætano (Diocli, Melitensi Dioduro: Cn. Calidio: L. Papyrio:)* 4. *Æschylo Tyndaritano: & aliis Tyndaritanis:* 5. *Eupolemo Calactino:* 6. *Catinensibus.* 7. *Agyrinensibus.* 8. *Haluntinis.* 9. *L. Titio.* 10. *Antiocho regi Syriæ.* 11. *Segestanis.* 12. *Tyndaritanis.* 13. *Agrigentinis.* 14. *Assorinis.* 15. *Enquinis:* 16. *Catinensibus:* 17. *Melitensibus.* 18. *Ennensibus.*

b TRANSITIO.*

c Studiũ rei honestæ: mores & insania, fortunæ: latrocinium, deliciæ nomen est.*

d L. vos eam suo, non nominis pond. & ita v. c.

e L. quod id nom.

f PROPOSITIO.*

g L. tam locupleti, &c. ita v. c.

h v. c. aut Deliacũ fuisse: vllam gemm.

i L. aut Margaritã, quidquam exauro,

k L. neque in tabula.

l v. c. neque textili

m L. quis conquisierit.

VENIO b nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium [c]: vt amici eius, morbum, & insaniam: vt Siculi, latrocinium. ego, quo nomine appellem, nescio. tẽ vobis proponam: vos d eam suo nominis põdere pẽdirote. genus ipsum priùs cognoscite, iudices: deinde fortasse nõ magnoperè quæretis, quo[e] nomine appellandũ putetis. ¶ Negof in Sicilia tota, tã [g] locuplete, tam vetere prouincia, tot oppidis, tot familiis, tã copiosis vllum argenteũ vas, vllum Corinthium, aut Deliacum fuisse: nego vllam gemmam, aut [i] margaritam fuisse, aut quidquam ex auro, aut ebore factũ, signum vllũ æneum marmoreũ, eburneum: nego vllam picturam neq. [k] in tabulis, neque textilem fuisse, quin[m] quæsierit, inspexerit: quod placitũ sit, abstulerit. Magnũ videor

videor dicere, attendite etiam, quemadmodum[a] dicam. non enim verbi, neque b crimi-
nis augēdi causa complector omnia. cùm pro-
co, nihil istum eiusmodi rerum in tota pro-
uincia reliquisse, Latine[c] me scitote, nō ac-
cusatorie loqui: etiam planiùs: nihil in ædi-
bus cuiusquam, ne in oppidis quidē: nihil in
locis communibus, ne in fanis quidem: nihil
apud Siculum, nihil apud ciuem Romanū[d],
denique nihil istum, quod e ad oculos ani-
múmque acciderit, neque priuati, neque pu-
blici, neque profani, neque sacri tota in Sici-
lia reliquisse. ¶ Vnde[g] igitur potius incie-
piam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in
amore, atque in deliciis fuit? aut ex quo po-
rius numero, quàm ex ipsis laudatoribus. tuis?
facilius enim perspicietur, qualis apud eos fu
eris, qui te oderūt, qui accusant, qui persequū
tur: cùm apud tuos Mamertinos inueniare
improbissima ratione esse prædatus. *C. Heius
est Mamert nus* (omnes[h] hoc mihi facilè con-
cedent i, qui Messanam accesserunt) omni-
bus rebus in illa ciuitate ornatissimus. Huius
domus est vel optima Messanæ, notissima
quidem certè, & nostris hominibus apertissi-
ma, maximéque hospitalis. Ea domus ante k
aduentum istius sic ornata fuit, vt vrbi quo-
que esset ornamento. nam ipsa Messana, quę
litu mœnibus, portúque ornata sit, ab his re-
bus, quibus iste delectatur, sanè vacua, atque
nuda est. Erat l apud Heium sacrarium ma-
gna cum dignitate in ædibus, à maioribus tra
ditum, perantiquum: in quo signa pulcher-
rima quattuor, summo artificio, summa no-
bilitate: quæ non modò istum hominem,
ingeniosum, atque intelligentem, verùm e-
tiam quemuis nostrûm, quos iste idiotas ap-
pellat, delectare possent: vnum Cupidinis,
marmoreum, Praxitelis[m]: (nimirum didici
etiam, dum in istum inquiro, artificum no-
mina) idē, opinor, artifex eiusdem modi Cu-
pidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter
quem Thespiæ[n] visuntur. Nam alia visendi
causa nulla est. Itaque[o] ille L. Mummius,
cùm p Thespiis ea, quæ ad ædem Felicitatis
sunt, ceteráque profana ex illo oppido signa
tolleret, hunc marmoreum Cupidinē, quòd
erat cōsecratus, nō attigit. Verùm vt ad illud
sacrarium redeam, signum erat hoc, quod di-
co, Cupidinis è marmore: ex altera parte Her
cules egregiè factus ex ære, is dicebatur esse
Myronis q, vt opinor: & r certè ante hosce
deos erāt tabulę, quæ cuiusdam sacrarij religio-
nē significare possent. erāt enea præterea duo
signa, non maxima, verùm eximia venustate,
virginali habitu atq. vestitu, quæ manib. sub-
latis sacra quædam more Atheniēsium[t] virgi-
nū reposita in capitibus sustinebant. Cane-
phoræ[u] ipsæ vocabantur: sed earū artificem:
quémnam[x]? rectè admones. Polycletum esse
dicebāt. Messanā vt quisq. nostrûm venerat,
hęc videre solebat: omnib. hæc ad visendum
patebāt quotidie[y]: domus erat nō domino:
magis ornamēto, quàm ciuitati, C. Claudius[z],
cuius ædilitatē magnificentissimā scimus fuisse
vsus est hoc Cupidine tādiu, dum forum diis
immortalibus, populóq. R. habuit ornatū: &

a γλαύκιον vocat Plutarchus libello περὶ φιλοτιμίας. huiusmodi homines, vide Victor. 1. Var. 14.*
b al. neq. crimanis causa P. B. augend.
c Latinè dicere hic pro apertè vere dicere ac nō accusatoriè seu per calūniam aut ad accusatorib. familiarem.
d al. Romanum nihil de nique istum quod oculos animúmque accenderit.
e al. quod oculos, animúque accenderit, neque cęt.
f Accidere ad aures, oculos, & animum, ita quę Cicero alibi loquitur vt & Lucretius.*
g NARRATIO.*
h 1. (omnes hoc mihi qui Messanam ac cesserunt, facilè concedunt.)
i v.c. concedunt)
k L. ante istius aduentum sic orn.
l Primū sacrum aduersus Heium.*
m v.c. Praxitele. fort. Praxitelis.
n. Oppidum est Bœotiæ. P. CCI. Strabone 9.*
o v.c. Atq; ille.
p v.c. cùm Thespiadas. quæ.
q de quo 34. Plin. 8.*
r L & certè est. Itē ante.
s L. erant aurulæ quę. ¶ Aurulas vocat, paruas aras * t. Horat. 1. sat. 1. 8. vt alter ru virgo cum sacris Cereris procedie* ur Canephorę dicebantur quæ sacra repolita in capitibus, manibus sub latis sustinebant. Moris enim veteribus fuit sacra, résque sacras, ita deferre ac ducere. * Virgil. 8. Aeneid. & 2. Georg. Horat. 1. sat. 1. 8. & 3. Varro 4. de lingua: Fertur Canephoræ. al. Canephoroe. al. Canephori.*
x L. quem? quemnam? & ita v.c.
y v.c. cotidiæ.
z Pulcher auus P. Clodij Ciceronis inimici: cuius ædilitatis mentio fit. offic. 2. & 2. Valer. 5.*

esset hospes Heiorum, Mamertini autē popu
li patronus, vt illis benignis visus est ad com-
modandū[a], sic ipse diligens fuit ad reportan-
dum. Nuper homines nobiles eiusmodi, iu-
dices: & quid dico nuper? immò verò modò,
ac planè paulo antè vidimus: qui forum, acò
basilicas nō spoliis prouinciarum, sed orna-
mentis amicorū, commodis[c] hospitum, non
furtis nocentiū, ornarent: qui tamē signa atq.
ornamenta suæ cuique reddebāt: non ablata
ex d vrbibus sociorū quatridui causa per si-
mulationē ædilitatis, domū deinde, atque ad
suas villas auferebant. Hæc omnia, quæ dixi,
signa, iudices, ab e Heio de sacrario Verres
abstulit: nullū, inquam, horum reliquit, neq.
aliud vllum tamen, præter vnum peruetus li
gneum, Bonā Fortunam, vt opinor, eam iste
domi[f] suæ habere voluit. Prò deūm, homi-
nūmque fidem. quid hoc est? quæ hæc causa?
quæ hæc impudētia est? quæ dico signa, ante-
quàm abs te sublata sunt, Messanā cū impe-
rio nemo vēnit, quin viderit, tot prętores, tot
consules in Sicilia, tum in pace, tum etiam in
bello fuerunt, tot homines cuiusq. modi: nō
loquor de integris, innocentibus, religiosis:
tot cupidi, tot improbi, tot audaces: quorum
nemo sibi tam vehemens, tam potēs, tam no-
bilis visus est, qui ex illo sacrario quidquam
poscere, aut tollere, aut attingere aud. ret.
Verres quod vbique erit pulcherrimū, aufe-
ret? nihil habere præterea cuiquam licebit:
toth domus locupletissimas domus istius vna
capiet? idcircò nemo superiorū attigit, vt iste
tolleret? ideo C. Claudius Pulcher retulit, vt
C. Verres posset auferre? At non requirebat
ille Cupido lenonis domum, ac meretricium
disciplinam: facilè illo sacrario patrio conti-
nebatur: Heio se à maioribus relictum esse
sciebat. Ad k hæreditatem l sacrorum[m] non
quærebat meretricis[n] hæredē[o]. Sed quid ego
tā vehementer inuehor? verbo[p] iam vno re-
pellar. Emi[q], inquit. O dij immortales, præcla-
ram defensionem! *mercatorem[r] cum imperio,
ac securibus in prouinciam misimus*: qui omnia
signa, tabulas pictas, omne argentum, aurum,
ebur, gemmas comparet: nihil cuiquam re-
linquat. Hæc enim mihi ad omnia defen-
sio patefieri videtur, emisse. Primùm, si id,
quod vis, tibi ego concedam, vt emeris: quo-
niam in toto hoc genere hac vna defensione
vsurus es: quæro, cuiusmodi tu iudicia Romæ
putaris esse, si tibi hoc quemquam concessū-
rum putasti, te in prætura, atque imperio, tot
res, tā pretiosas, omneis denique res, quę ali-
cuius pretij fuerint, tota ex prouincia coemis-
se. Videte maiorum diligētiam, qui nihil dū
etiam istiusmodi suspicabantur: verumtamē
ea, quæ paruis in rebus accidere poterat, pro-
uidebant. Neminem, qui cum potestate, aut
legatione in prouinciam esset profectus, tam
amentem fore putarunt[s], vt emeret argētum:
dabatur enim de publico: vt vestē: præbeba-
tur enim legibus. mancipiū pugnauerunt[u]: quo
& omnes vtimur, & non præbetur à populo.
Sanxerunt, *Ne[x] quis emeret mancipium[y] nisi in
demortui locum*, si[z] quis Romæ esset demor-
tuus? immò, si quis ibidē. nō enim te instruc-
re domū tuā voluerunt in prouincia: sed illū
vsum prouinciæ supplere. Quę fuit causa, cur
tā diligenter nos in prouinciis ab emtionib.

a Cum in foro ludi populo dārentur, signis ac tabulis pictis, partim ab amicis; partim à Græcia cōmodatis vtebātur ad scenæ speciem & ornatum, *si con.*
b v.c. & basilicas. ¶ Basilicis in foro tribun. plebis. ius dicebant. *Plutarchus.*
c Commoda hic pro commodatis accipit.
d L. ex vrbibus sociorū per causam, & per simulationem ædil.
e L. ab Heio è sacrario.
f L. habere dom. suæ
g al. cu. cuiusmodi. al. eius mod. ac. cuiusciusmodi.*
h al. tot domus
i v.c. vt hic tolleret?
k v.c. In hereditate sacrorū non q.
l Ant. Augast. hereditā, vt in Hereditas sacrorū vna cum hereditate venebat in Cneii Domitii.
m Verrē qui à Cneii dono heres institutus,*
n L. vbi hoc volumine repell.
o similis est locus libro
p L. mercatorem in prouinciam cum imperio, ac securi. minimè: omnia qui signa. & ita v.c.
q Coemit qui simulres vēdas emit.*
r L. putauerunt, & ita v.c.
s L. putarūt & ita v.c.
t Prætores in prouinciis quidquam emere vetusti; similiter mancipiū in demortui
u L. Si qui Romæ esset dem.

remouerent[a]? hæc, iudices, quòd *putabant ereptionem esse, non emtionem, cùm venditori suo arbitratu vendere non liceret.* in prouinciis intelligebant, si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset, emere vel let, idq. ei liceret: fore, vti, quod quisque vellet, siue esset venale, siue non esset, quâti vel let, auferret. Dicet aliquis, Noli isto modo agere cum Verre: noli eius facta ad antiquæ religionis rationem exquirere[b]: concede, vt impunè emerit, modò vt bona ratione emerit, nihil pro potestate, nihil ab inuito, nihil per iniuriam. Sic agam, si quid venale habuit Heius, si id, quanti æstimabat, tanti vendidit: desino quærere, cur[c] emeres. Quid igitur nobis faciundum[d] est? num argumentis vtendũ in re eiusmodi? quærendum est, credo, Heius iste nũ es alienum habuerit, num auctionem fecerit: si fecit, num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit, tanta egestas, tanta vis oppresserit[e], vt sacrarium suum spoliaret: vt deos patrios venderet. At hominem video auctionem fecisse nullam: vendidisse, præter fructus suos, nihil vmquam non modò in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis esse, ac semper fuisse. si hæc cõtrà, ac dico, essent omnia: tamen illum hæc, quæ tot annos in familia, sacrarioque maiorum fuissent, vẽditurum non fuisse. Quid si magnitudine pecuniæ persuasum[f] est ei? *verisimile non est, vt ille homo tam locuples & tam honestus, religioni suæ, monumentisque maiorum pecuniã anteponeret*[h]. Sunt ista: veruntamen abducuntur homines nonnumquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ. Videamus quãta[i] ista pecunia fuit, quæ potuerit Heium, hominem maximè locupletem, minimè auarum, ab humanitate, à pietate, ab religione deducere. Ita iussisti, opinor, ipsum in tabulas referre: HAEC OMNIA SIGNA PRAXITELIS MYRONIS, POLYCLETI, LLS. VI.[k] MILL. VERRI VENDITA SVNT. Recita ex tabulis. TABVLAE HEII. Iuuat me, hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cælum ferunt, Verris æstimatione sic concidisse. Cupidinè Praxitelis[l] LLS. CIↃ. IↃC. profectò hinc natum est, *Malo*[m] *emere quàm rogare.* Dicet aliquis, Quid? tu ista permagno æstimas? Ego verò ad meam rationem, vsúmq.[n] non æstimo. veruntamen à vobis ita arbitror spectari oportere, quanti[o] hæc eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, æstimentur, quanti venire soleant: quãti hæc ipsa, si palàm, libereque venirent, venire possent, denique ipse Verres quanti æstimet. numquam enim, si denariis quadringentis[p] Cupidinem illum putasset, commisisset, vt propter eum, in seruonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. Quis vestrûm[q] igitur nescit, quanti hæc æstimentur? In auctione signũ æneum non[r] magnum LLS. [s]CXX.[t] millib. venire non vidimus? Quid si velim nominare homines, qui aut non minoris, aut[u] etiam pluris emerint? nónne possum? etenim qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est æstimationis. *difficile est enim finem facere pretio nisi libidini facere.* Video igitur Heium, neque voluntate, neque difficultate aliqua tẽporis, neque[x] magnitudine pecuniæ adductum esse, vt hæc signa venderet: téque ista simulatione emtionis, vi metu, imperio, fascibus, ab homine eo, quem vnà cum ceteris sociis non[a] solùm potestati tuæ, sed etiam fidei populus Romanus commiserat, eripuisse, atque abstulisse. Quid mihi tam optandũ, iudices, potest esse in hoc crimine, quàm vt hęc eádẽ dicat ipse Heius, nihil profectó, sed ne difficilia optemus. Heius est Mamertinus: Mamertina ciuitas istum publicè communi consilio sola laudat: omnibus iste ceteris Siculis odio est: ab his solis amatur. Eius autem legationis, quæ ad istum laudandum missa est, princeps est Heius. Etenim est[b] primus ciuitatis. ne[c] fortè, dum publicis d mandatis seruiat[e], de priuatis iniuriis reticeat. Hæc cùm scirem & cogitarem, commisi tamen me, iudices, Heio. produxi eum prima actione: neque id tamẽ vllo periculo feci. Quid enim poterat Heius reipondere, si esset improbus, si sui dissimilis? signaf illa domi suæ esse, non apud Verrem? quî poterat quidquam eiusmodi dicere? vt homo turpissimus esset, impudentissimèque mentiretur, hoc diceret: illa se habuisse venalia, eáque sese, quanti voluerit, vendidisse. Homo domi suæ nobilissimus, qui vos de religione sua, ac dignitate verè existimare maximè vellet, primò dixit se istum publice laudare, quòd sibi ita mandatum esset: deinde neque se illa habuisse venalia, neque vlla conditione, si, vtrum vellet, liceret, adduci vmquam potuisse, vt venderet illa, quæ in sacrario fuissent à maioribus suis relicta & tradita. Quid sedes Verres? quid exspectas? quid te âC ntu-ripina ciuitate, à Catinensi, ab Hal sina, Tyndaritana, Ætnensi[h] Agyrinensi, ceteris que Sicilię ciuitatibus circumueniri, atque opprimi dicis? tua te *altera patria*, quemadmodum dicere solebas, Messana circumuenit: tua, iuquam, Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, prædarum ac furtorum receptrix. adest enim vir amplissimus eius ciuitatis, legatus, huiusce iudicij causa domo missus, princeps laudationis tuæ: qui te publicè laudat. ita enim mandatum atque imperatum est. tametsi rogatus de Cybea, i tenetis memoria, quid responderit: ædificatá publicis operis, publicè coactis, eíque ædificandæ publicè. Mamertinũ senatorem præfuisse. Idé ad vos priuatim, iudices, confugit: vtiturk hac lege, qua *iudicium est communis, & priuatæ rei sociorum*: tametsi lex est de[m] pecuniis repetundis, ille se negat pecuniam repetere: quam ereptam non tantopere desiderat: sacra se maiorũ suorum repetere abs te dicit: deos penates[n] à te patrios reposcit. Ecquis[o] pudor est? ecqua religio, Verres? ecquis? metus? habitasti apud Heium Messanæ: res illũ diuinas apud[q] eos deos in suo sacrario propè quotidie[r] facere vidisti. non mouetur pecunia: denique quæ ornamenti causa fuerũt, non requirit: tibi habe Canephoras[s]: deorum simulacra restitue. Quæ quia dixit, quia tempore dato, modestè apud vos, socius, amicúsque populi Rom. quæstus est: q ria religioni suæ non modò in diis patriis repetũdis: sed etiam in[t] ipso iureiurando, ac testimonio, proximus[u] fuit: *hominem*[x] *missum ab isto scirote esse Messanam de legatu vnum*, illum ipsum, qui naui istius ædificãdę publicè prefuit, qui à senatu peteret, vt Heius ignominia afficeretur.

a L. non solùm potestati tuæ permiserat, sed etiam fidei populus R. cum. *v.c. tamen non habens verbum.* permiserat.
b L. primus est
c *al.* & fortè
d *al.* priuatis iniuriis seruiat, de publicis mandatis reticeat.*
e *fort.* seruit.
f L. illa figura *v.c.*
g *L.* eáque se quâti vol. *& ita v.c.*
h L. Ennensi.
i Naui onerariã à Mamertinis publicè ædificata, Verr que donata vt ex portare sua furta posset. Quadratã autẽ fuisse quidam suspicantur. si χυβος Cybea dicta sit
k L. vt itur hac lege, tanquam cõmuni arce socio p. R. rum. tametsi l. eſt de pecũ. repet.
l *al.* qua iudicium est munia arcæ foci orum. *al.* tanquam cõmuni arce socio rum sed nihil necessario mutandũ. Vocat enim legem repetũdarum, iudiciũ communis & priuatæ rei sociorum legem.*
m *v.c.* de repetundis pecuniis, ille se negat pec.
n *v.c.* penates te patrios reposc.
o *v.c.* Ecqui pud. est? ecque rel.*
p *v.c.* ecqui m
q *al.* apud eos in suo *& rel. al.* apud deos in suo.*
r *al.* quotidie no. *al.* quotidianas.*
s *L.* Canephoros.
t *L.* in ipso testimonio, ac iureiuran do. pr.
u Proximus religioni, in iureiurando & testimonio hic dici videtur qui à religionis iureiurando & testimonio non discedit. * x Secundum scelus aduersus Heium.*

a *al.* remouerint.
b *fort.* cuigeret.
c *L.* cur eme ris.
d *L.* faciendum est?
e *v.c.* presserit,
f *L.* ei persuasum est.
g *al.* tam locuples, tam copiosus, tã honestus.*
h *al.* antepone ret?
i *L.* quanta ista pecunia fuerit, q.
k id est 150. coronatis.*
l *L.* Praxiteli ſvi fi patriæ cæſus.*
m Prouerbij species in eos qui malunt rem cariõ emere, quàm pr cario accipere.*
n *L.* vsum q. meum non o Prætia rerum cõmuni ter fungi *ad. l. prætia* ff. *ad l. falcid.*
p id est 400 coronatis.*
q *al.* nostrum
r *L.* non maximum
s *v.c. LLS.* XL.
t id est 3000 coronatorũ.*
u *L.* aut etiã pluris emerint?
x *v.c.* nec magni.
P. CCIII.

Homo amentissime, quid [a] putasti? te impetraturum? quanti is à ciuibus suis fiere, quanti auctoritas eius haberetur, ignorabas? Verùm fac te impetrauisse: fac aliquid grauius in Heium statuisse Mamertinos: quantam [b] putas auctoritatem laudationis eorum futuram, si in eum, quem constet verum pro testimonio dixisse, pœnam constituerent [c] tametsi *quæ est ista laudatio, cum laudator interrogatus lædat, necesse est?* Quid? isti laudatores tui, nónne [c] testes mei sunt? Heius est laudator: læsit grauissimè. producam ceteros: reticebunt, quæ poterunt, libenter: dicent, quæ necesse erit ingratis[f]. Negent isti onerariam nauem maximam ædificatam esse Messanæ? negent, si [g] possint. negent ei naui faciundæ senatorem Mamertinum publicè præfuisse? vtinam negent. Sunt etiam cetera, quæ [h] malo integra reseruare, vt quàm minimum sit illis temporis ad meditandum, confirmandúmque periurium. Hæc tibi laudatio procedat in numerum. hi te homines auctoritate sua subleuent: qui te neque debent adiuuare, si possint: neque possunt, si velint: quib. tu priuatim iniurias plurimas, contumeliásq. imposuisti: quo in oppido multas [i] familias totas in perpetuum infameis [k] tuis stupris, flagitijsque fecisti. At publicè commodasti, non sine magno quidem reip. prouinciæque Siciliæ detrimento. Tritici modiûm LX. millia emta populo R. dare debebant, & solebant. abs te solo remissum est. Reipub. detrimentum fecit, quòd per te imperij ius vna [l] in ciuitate imminutû est. Siculi, quòd [m] hoc non de summa fumenti detractum est, sed translatum in Centuripinos, & Halesinos, immanis [n] populos: & hoc plus impositum, quàm ferre possent. Nauem imperare ex [o] fœdere debuisti. remisisti in triennium. militem nullum vmquam popposcisti per tot annos. *fecisti* item *vti prædones solent: qui cùm communes hostes sint omnium, tamen aliquos sibi instituunt amicos, quibus non modò parcant, verùm etiam præda quos augeant, & eos maximè, qui habent oppidum opportuno loco, quo sæpe adeundum sit nauibus, nonnũquam etiam necessario.* Phaselis illa, quam cepit P. Seruilius [q], non fuerat vrbs antè Cilicum, atque [r] prædonum: Lycij [s] illam, Græci homines, incolebant [t]. sed [q] erat eiusmodi loco, atq. ita proiecta in altum, vt & excuntes è Sicilia prædones sæpe ad eam necessariò deuenirent: & cùm [u] ex hisce se locis reciperent, eodem deferrẽtur: asciuerunt [x] illud sibi oppidum piratæ, primò cõmercio, deinde etiã societate. Mamertina ciuitas improba antea nõ erat: etiã erat inimica improborũ: quæ C. Catonis, illius, qui consul fuit, impedimenta retinuit. At cuius hominis? clarissimi, potentissimiq. [y] qui tamẽ cum consul fuisset, condemnatus est. Ita, C. Cato, [z] duorũ hominũ clarissimorũ nepos, L. Paulli, & M. Catonis, & P. Africani sororis filius: quo damnato, tum [a], cùm senera iudicia fiebant, LLS. XVIII. millib. lis æstimata est. Huic Mamertini irati non fuerunt: qui maiorem sumtum, quàm, quanti Catonis [c] lis æstimata est, in [d] Timarchidis prandium sæpe fecerunt. Verùm hæc ciuitas, isti prædoni, ac piratæ Siciliẽsi Phaselis fuit. Huc omnia vndique deportabantur [e], apud istos relinquebantur: quod celari opus erat, habebant sepositum, ac [f] reconditum: per istos, quæ volebat, in [a] nauem clàm imponenda, occultè exportanda curabat: nauim denique maximam, quam onustam furtis in Italiam mitteret, apud istos faciendam [b], ædificandámq. curauit. pro hisce rebus, vacatio data est ab isto sumtus, laboris, militiæ, rerum denique omnium. per triennium soli non modò in Sicilia, verùm, vt opinio mea fert, his quidem temporibus, in omni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumtu, molestia, munere. hinc illa Verrea [c] nata sunt: hinc in conuiuium Sextum [d] Cominium protrahi iussit, in quem scyphum de manu iacere conatus est: quem obortæ gulæ de conuiuio in [e] vincula, atque in tenebras abripi iussit. hinc illa crux, in [f] quam ciuẽ R. iste, multis inspectantibus, sustulit, quam non ausus est [g] vsquam defigere [h], nisi apud eos, quibuscum omnia scelera sua, ac latrocinia cõmunicasset [i]. Laudatum etiam vos quemquã [k] venire audetis? qua auctoritate? vtrùm, quam apud [l] senatorium ordinem, an quam apud populum R. habere debetis? Ecquæ [m] ciuitas est, non [n] modò in prouinciis nostris, verùm in vltimis [n] nationibus [o], aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam immanis, ac barbara: Rex denique ecquis est, qui senatorem populi R. recto [p] ac domo nõ inuitet? qui honos non homini solùm habetur, sed primũ populo R. cuius beneficio nos in hũc ordinem venimus: deinde ordinis auctoritati, quæ nisi grauis erit apud socios, atque [q] exteras nationes, vbi erit imperij nõmen & dignitas? Mamertini me publicè non inuitauerunt. me cùm dico, leue est. Senatorẽ populi R. si non inuitauerunt [r], honorẽ debitum detraxerunt non nomini, sed ordini. Nam ipsi Tullio [s] patebat domus locupletissima, & [t] amplissima Cn. Pompeij Basilisci [u]: quòd, etiam si esset inuitatus à vobis, tamen [x] diuerrisset. erat etiam Parcenniorum, qui nunc itẽ Pompeij sunt, domus honestissima quò L. frater meus summa illorũ voluntate diuertit [y]. Senator populi R. quòd in vobis fuit, in vestro oppido iacuit, & pernoctauit in publico. nulla hoc ciuitas vmquam alia commisit. Amicum enim nostrum in iudicium vocabas. Tu, quid ego priuatim negotij geram, interpretabere in minuendo honore senatorio? Verùm hæc tum queremus, si quid de vobis per eum ordinem agetur, qui ordo à vobis adhuc solis contemtus est. Tu populi R. quidem conspectum, quo ore vos commisisti? nec priùs illã crucem, quæ etiam nunc ciuis R. sanguine redundat: quæ fixa est ad portum, vibémque vestram, reuellisti: neque in profundum abiecisti, locúmque illum omnem expiastis, quàm Romam, atque in horum conuentum adiretis? In Mamertinorum solo fœderato, atque pacato monumentum istius crudelitatis constitutum est. vestrãne vrbs electa est, ad [z] quam cùm adirent ex Italia, crucem ciuis R. priùs, quàm quemquam amicum populi Romani viderent? quàm vos Rheginis, quorum ciuitati [a] inuidetis, item [b] finitimis vestris, ciuibus R. ostendere soleris, quo minus sibi arrogent, minúsque vos despiciant, cùm videant ius ciuitatis illo supplicio esse mactatum. Verùm hæc emisse te dicis. *Quid? Illa Attalica tota Sicilia nominata, ab eodẽ Heio* peripetasmata [d] emere oblitus es? licuit eodem modo, vt signa. Quid enim actum est: an litteris peper-

a L. quid putasti? impetraturum tu, q.

b L. quam putas

c L. constituerint,

d v.c. laudatio ista,

e L. non testes mei sunt

f L. ingratiis. Ingratiis P. CCIIII.

g v.c. si possunt.

h al. quæ modo integra reseruare volui, vt &c.

i al. multas familias in perp. infameis t.

k v.c. infamis

l L. in vna ciuit.

m al. quod hoc ipsum non desum.

m v.c. quod ipsum non des.

n v.c. immanis

o v.c. debuisti ex fœdere

p L. cum hostes comm.

q Isauricus*

r v.c. & prædonum:

s al. Lucij & ista in vetusto lapide quidem essossas ad radices rupis Tarpeiæ.*

t Imo vt Strabo refert lib. 14. per se constabat neque communi Lyciæ adscribebatur, tametsi vrbs esset Lyciæ.*

u L. cùm se ex hisce locis

x L. adsciuerunt sibi ill. opp. & ita v.

y L. ac potentissimi, qui t.

z *subaudi*, cõdemnatus est.*

a v.c. tunc, cùm iudicia fieb.

b v.c. irati fuerunt:

c al. Catoni *ad lib. 3. 5.*

d L. in Timarchi li prandium] *vt fit patrij cas.*

e v.c. defer. debantur,

f L. & reond. & ita v.

a *duo v.c. non habent,*

b *fort.* ædificandam, faciendámque curauit.*

c v.c. Verria] Verrea seu Verraia, diés Festus in honorem Verris institutus, maximè propter hæc in Mamertinos beneficia

d L. Sex. Cominium

e L. in vincla,

P. CCV.

f L. in quam iste ciuem R.

g al. est.*

h Cruces in quibusdam vrbibus, suppliciis destinatæ ac defixæ.*

i L. communicauit.

k L. quemquam venitis,

l v.c. apud senatum, an, &c. & ita v.

m al. Ecqua ciuit. & ita v.c.

n L. non in prouin. & ita v.c.

o *antea male legebatur* arationibus.

p *fort.* in tectum, ac domum non inu.

q v.c. & exteras nat.

r L. inuitauerunt, hon.

f id est mihi*

t *duo vtæ non habent,* & amplissima,

u al. Basilici

x L. tamen deuertisset,

y L. deuertit P. E.

z *fc. duo* v.c. al. ad quam qui adirent ex It.

a quia ciues Romani fuerant.*

b al. itèque*

c Tertium scelus adiuere sus Heium *

d Peripetasmata quæ antea & peristromata l. institarum 45. ff. de verborũ signif.*

ciſti? Verùm hominem amentem hoc fugit: minus clarum putauit fore, quod de armario, quàm quod de ſacrario eſſet ablatum. At quomodo abſtulit? non poſſum dicere planiùs, quàm ipſe apud vos dixit Heius. cùm quæſiſſem numquid aliud de bonis eius peruenifſet ad Verrem, reſpondit iſtũ ad ſe miſiſſe, vt ſibi mitteret Agrigentum peripetaſmata. Quæſiui, an miſiſſet. reſpondit id, quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe prætori: miſiſſe. Rogaui, peruenifſentne Agrigentum: dixit peruenifſe. Quæſiui, an [a] domũ reuertiſſent, negauit adhuc reuertiſſe. Riſus populi, atque [b] admurmuratio omnium [c] facta eſt. Hîc tibi in mentem non vênit, iubêre, vt hæc quoque referret, LLS d. VI. millibus IↃ. ſe tibi vendidiſſe? metuiſti ne æs alienum tibi creſceret ſi [e] LLS. D. tibi cõſtarent ea, quę tu facilè poſſes vẽdere LLS. CC. millibus? fuit tanti, mihi crede. haberes quod defenderes: nemo quæreret, quanti illa res eſſet, ſi modò te poſſes docere emiſſe: facilè cui velles, tuã cauſam, & factũ probares. nunc de peripetaſmatis quemadmodum te expedias nõ habes. ¶ Quid [g] à ſ *Philarcho Centuripino*, homine locuplete, ac nobili, phaleras [h] pulcherrimè factas, quæ regis Hieronis fuiſſe dicũtur, vtrum tãdẽ abſtulifti, an emiſti? in Sicilia quidẽ cũ eſſem, ſic à Cẽturipinis, ſic à ceteris audiebã: non enim parũ res erat clara: tã te has phaleras à Philarcho Centuripino abſtulifſe dicebant, quàm [i] alias itẽ nobileis, ab Ariſto Paſ normitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano. Etenim ſi Philarchus vẽdidiſſet, nõ ei, poſteaquã reus factus es, redditurũ te promiſiſſes. quod quia vidiſti plures ſcire, cogitaſti, ſi ei reddidiſſes, te minus [k] habiturũ, ré nihilominus teſtatã futurã: non reddidiſti. dixit Philarchus pro teſtimonio, ſe, q. noſſet tuum iſtũ morbũ, vt [l] amici tui appellãt [m], ſtudioſè cupiſſe te eelare de phaleris: cũ abs te appellatus eſſet, negaſſe habere ſeſe: apud [n] alium quoq. eas habuiſſe depoſitas, ne qua inuenirẽtur tuã tantã fuiſſe ſagacitatem, vt eas per illũ ipſum inſpiceres, vbi erant depoſitę: tum ſe deprehenſum negare nõ potuiſſe: ita ab ſe inuito ablatas [o] phaleras gracis. Iam P vt hæc omnia reperire, ac perſcrutari ſolitus ſis, iudices, eſt operæ pretium cognoſcere. Cybiratæ [q] ſunt. fratres quidam, Tlepolemus, & Hiero: quorum alterum fingere opinor è cera ſolitum eſſe, alterum eſſe pictorem. hoſce [r] opinor Cybiræ, cum in ſuſpicionem veniſſent ſuis ciuibus fanum expilaſſe Apollinis, veritos pœnam iudicij ac legis, domo profugiſſe. quòd Verrem artificij ſui cupidum cognouerant tum, cùm iſte, id quod ex teſtibus didiciſtis, Cybiram cum inanibus [s] ſyngraphis venerat, domo [t] profugientes ad eum ſe exſules, cùm iſte eſſet in Aſia, cõtulerunt. habuit [u] ſecũ eos ab illo tẽpore: & in legationis prædis, atque furtis, multùm illorum opera, conſiliỏq. vſus eſt. hi ſunt illi, quibus, in [x] tabulis retulit [y] ſeſe Quintilius dediſſe iuſſu iſtius, Græcis pictoribus. Eos iã bene cognitos, & reprobatos ſecum in Sicilia duxit. Quò poſtea quàm venerunt, mirandũ in modum canes [z] venaticos diceres: ita odorabantur omnia, & perueſtigabant, vt, vbi quidquid [a] eſſet, aliqua ratione inuenirent, aliud minitando, aliud pollicẽdo, aliud per ſeruos, aliud per liberos, per amicum aliud, aliud per inimicum inue-

niebant. quidquid illis placuerat, perdẽdum erat. nihil aliud optabãt quorum poſcebatur argentum, niſi vt Hieroni & Tlepolemo diſpliceret. ¶ Verè [a] mehercules hoc, iudices, dicam. memini *Pamphilum Lilybætanum*, hoſpitem meum, & amicum nobilẽ hominem, mihi narrare: cùm iſte ab ſeſe hydriã [b] Boetiã manu factã, præclaro opere, & grandi pondere, per poteſtatem abſtuliſſet, ſe ſanè triſtem, & conturbatum, domum reuertiſſe, quòd vas eiuſmodi, quod ſibi à patre, & à maioribus eſſet relictũ, quo ſolitus eſſet vti ad feſtos dies, ad hoſpitũ aduentum [d], à ſe eſſet ablatum. Cùm ſederem, inquit, domi triſtis, accurrit Venerius, iubet me ſcyphos ſigillatos [e] ad prætorẽ ſtatim afferre, permotus ſum, inquit: binos habebam: iubeo promi vtroſque, ne quid plus mali naſceretur, & mecũ ad prętorii domũ ferri. eò cùm venio, prętor quieſcebat, ſtatres illi Cybiratę inambulabãt. qui, me vbi viderunt, Vbi ſunt, Pãphile, inquiunt, ſcyphi? oſtendo triſtis, laudant. incipio queri, me nihil habiturũ, quod alicuius eſſet prętij, ſi etiã ſcyphi eſſent ablati. tum illi, vbi me conturbatũ vident: Quid [f] vis nobis dare, vt iſti abs te ne auferantur? ne multa, LLS [g] CC. me, inquit, poſcerũt: dixi me daturũ. vocat interea prętor: ſcyphos poſcit. tũ illos cœpiſſe prętori dicere, putaſſe ſe, id quod audiſſet, alicuius prętij ſcyphos eſſe Pãphilli: luteũ [h] negotiũ eſſe, non dignũ, quod in ſuo argẽto Verres haberet. Ait ille, idẽ ſibi videri. ita Pamphilus ſcyphos optimos auferti. Et mehercules ego antea, tametſi hoc neſcio quid nugatorĩũ ſciebam eſſe, iſta intelligere: tamẽ mirari ſolebã, iſtum in his ipſis rebus aliquẽ ſenſum habere: quem ſcirẽ nulla in re quidquã ſimile hominis habere. Tũ primùm intellexi, ad eam rẽ iſtos fratres Cybiratas fuiſſe, vt iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum vteretur. At ita ſtudioſus eſt huius prælaræ exiſtimationis, vt putetur in hiſce rebus intelligens eſſe, vt nuper (videte [i] hominis amentiam) poſteaquã eſt cõperendinatus [m], cùm iã pro damnato, mortuóq. eſſet, ludis Circenſibus [n] manè apud L. Siſennam, virum primarium, cùm eſſent trielinia ſtrata, argentúmque expoſitum in ędibus, cùm pro dignitate L. Siſennæ domus eſſet plena hominum honeſtiſſimorum, acceſſerit ad argentum: contemplari vnumquodque [o] otioſè, & conſiderare cœperit. mirari ſtultitiã alij, quòd in ipſo iudicio, eius ipſius cupiditatis, cuius inſimularetur, ſuſpicionem augeret: alij amentiam, cui comperendinato, cùm tam multi teſtes dixiſſent, quidquãillorum veniret [p] in mentem. pueri autem Siſennę, credo, qui [q] audiuiſſent, quę in iſtũ teſtimonia eſſent [r] dicta, oculos de iſto nuſquã deiicere [ſ], neque ab argento digitum diſcedere. *Eſt boni iudicij, parum ex rebus coniecturam facere vniuſcuiuſque: & cupiditatis, & in continentiæ.* qui [u] reus legẽ, & reus comperendinatus, re & opinione hominum pẽnè damnatus, temperare [x] non potuerit maximo conuentu, quin L. Siſennę argentũ tractaret, & cõſideraret: hunc [y] in prouincia prætorem quiſquam putauit à Siculorũ argento cupiditatẽ, aut manus abſtinere potuiſſe? Verùm, vt Lilybæũ, vnde [z] digreſſa eſt, oratio reuertatur [a]. *Dicles* eſt, Pãphili gener, illius, à quo hydria ablata eſt, Popillius cognomine. ab hoc abaci vaſa omnia, vt expoſita fuerãt, abſtulit. Dicat ſe emiſ-

a *duo v.c.* quemadmodum reuertiſſent.
b *v.c.* atque admiratio omn. *non placet.*
c *v.c.* omnium verum *f.* d *L.* LLS. IↃↃ. CIↃ. IↃ. ſe tibi vend.
P. B.
e L. ſi LLS. VI. millibus IↃ. tibi cõſt. *al.* ſi H. S. D.*
f *L.* quanti illa res eſſet, ſi modo te poſſes docere emiſſe, facilè, *&c.*
g *v.c.* à Philarcho
h equarum ornamenta.*
i *fort.* quam alteras
k *al.* te minus te inuidiæ habiturum.*
l vide inſtitũ huius libri.*
m L. appellant, vt tu, ſtudium: cupiſſe te eel. n L. apud alium eas hab dep.
o *al.* phaleras ſublatas: L. phaleras ablatas gr.
p Digreſſio.*
q à Cybira prouinciæ Ciliciæ in qua Verres legatus Dolabellæ κ.τ.λ. *fortaſſe* appellat Strabo 13. *in f.* nõ Cybiratas: vt. & κατὰ non Cybirã *vt hic.**
r *fort.* hoſce audio CybiP. B.
ræ.
ſ inanes ſyngraphæ, in quibus cauetur ea pecunia quæ non numerata.*
t *v.c.* domo fugientes
u L. habuit eos ſecum ab
x L. in tabulas. ret.
y *v.c.* refert
z alludit ad mores Cybiratarum qui venandi ſtudio dediti.*
a *al.* quidquę.*

a *v.c.* Verũ, mehercule
b hydriæ vas aquæ.*
c *v.c.* Boethiſmeminit *Plin.* 33. *c.* 12. *&* 34 *cap.* 8. *Pauſanias* 1. *Eliacis.**
d L. Adiuentus,
e ſigillati ſcyphi, paruis, ſignis ſorpati: hinc ad Atticum putealia ſigillata.*
P. CCVII.
f *L.* Quid vis inquiunt, nobis dare,
g *L.* LLS. CC. millia meſinq.
h Luteum negotium, vile viliſſimum.*
i *fort.* refert.
k *v.c.* & mehercule
l *v.c.* videor homi. *non placet.*
m vide Verrinam 2. in f.*
n Circenſes ludi dabantur in circo maximo.*
o L. vnumquidque
p *v.c.* veniſſet
q L. quid audiſſent.
r L. dicta eſſent,
ſ *v.c.* deiicere,
t *v.c.* vniuſcuiuſq. cupiditatis.
u L. qui reus & reus legẽ. comperend.
P. B.
x L. ſibi tẽperare nõ p.
y *L.* hunc prætorem in prouincia
z L. vnde digreſſa eſt,
a *al.* reuertamur.*

se emisse. etenim hîc propter [a] magnitudinẽ furti, sunt, vt opinor, litterę factę. iussit Timarchidem æstimare argentum. Quo modo? quo modo qui [b] vmquam tenuissimè in donationẽ hîstrionum æstimauit. Tamen si iamdudũ erro [c], qui tam multa de tuis emtionibus verba faciam, & quæram, vtrum [d] emeris, & quo modo, & quanti emerit: quod verbo transigere possum. Ede mihi scriptum, quid argẽti in prouincia Sicilia pararis, vnde quidque, aut quanti emeris. Quid fit? quãquam non debebam ego abs te has litteras poscere. me enim tabulas tuas habere, & proferre oportebat. Verùm negas te horum annorum aliquot confecisse. compone hoc, quod postulo, de argẽto: de reliquo videro. Nec scriptum habeo, nec possum edere. Quid futurum igitur est? quid existimas hosce iudices facere posse? domus [e] plena signorum pulcherrimorum iam [f] etiam ante præturam: multa ad villas tuas posita, apud amicos multa deposita, multa aliis data, atque donata: tabulę nullum indicant emũ: omne argentum ablatum ex Sicilia est: nihil cuiquam, quod suum dici vellet, relictum. fingitur improba defensio, præsertim omne id argentum coemisse: tamen idipsum tabulis demonstrari non potest. siquas tabulas profers, in his, quid habeas, quomodo habeas, scriptũ non est: horum autem temporum, cùm te plurimas res emisse dicas [g], tabulas omnino nullas profers. nonne te & prolatis, & nõ prolatis tabulis condemnari necesse est? Tu à M. [h] Cælio, equite R. lectissimo adolescente, quæ voluisti vasa argentea Lilybæi abstulisti. tu C. Cæcurij [k], promtissimi [l] hominis, & experientis, & in primis gratiosi, supellectilem omnem auferre non dubitasti: tu maximam, & pulcherrimam mensam citream [m] à Q. [n] Lutatio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis R. factus est, omnibus scientibus, Lilybæi abstulisti. Non tibi obii io, quòd hominem dignissimum tuis moribus, Apollonium, Nicõnis filium, Drepanitanum, qui nunc A. Clodius [o] vocatur, omni argento optimè facto spoliasti, ac depeculatus [p] es. taceo. nõ enim putat ille sibi iniuriam factam: propterea quòd homini iam perdito, & collũ [q] in laqueum inferenti, subuenisti, cum pupillis Drepanitanis bona patria erepta cũ illo partitus es. gaudeo etiam, si [r] quid ab illo abstulisti: & abs te nihil rectiùs factũ esse dico. à Lysone verò Lilybætano, primo homine, apud [s] quem diuersatus es, Apollinis signum ablatum cer è esse non oportuit. At dices te emisse. scio. LLS. CIO. ita opinor. scio, inquã. proferam litteras: & tamen id factũ nõ oportuit. A pupillo Heio, cui [t] Marcellus tutor est, à quo pecuniam grandem eripueras, scaphia [u] cum emblematis [x] Lilybæi vtrum emta esse dicis, an confiteris ereptã? Sed quid ego istius in eiusmodi rebus mediocreis iniurias colligo: quæ tantumodò in furtis istius, & damnis eorum, à quibus auferebat, versatę esse videãtur? accipite, si vultis, iudices, rem eiusmodi, vt amentiam singularem, vt [y] furorem iam, non cupiditatem eius perspicere possitis. *Melitensis* [z] *Diodorus* est, qui apud vos antea testimonium dixit. is Lilybęi multos iam annos habitat, homo & domi nobilis, & apud eos, quò se contulit, propter virtutem splendidus, & gratiosus. de hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata [a] in his pocula duo quædam, quæ [a] Heraclea nominantur, Mentoris manu, summo artificio, facta. quod iste vbi audiuit, sic cupiditate inflammatus est non solùm inspiciundi [b], verùm etiam auferendi, vt Diodorũ ad se vocaret, ac posceret. Ille, qui illa non inuitus haberet, respondet se Lilybæi non habere: Melitæ apud quendam propinquum suum reliquisse. Tum iste continuò mittit homines certos Melitã: scribit ad quosdam Melitenses, vt ea vasa perquirant: rogat Diodorum, vt ad illũ suum propinquũ det litteras. nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentũ. Diodorus homo frugi, ac diligẽs qui sua seruare vellet, propinquo [c] suo scribit, vt iis, qui à Verre venissent, respõderet, illud argentum se paucis illis diebus misisse Lilybęũ. Ipse interea recedit, abesse [d] ab domo paullisper maluit, quàm præsens illud optimè factũ argentum amittere. Quod vbi audiuit [e] iste, vsque eò est commotus, aut sine vlla dubitatione insanire omnibus, ac furere videretur, quia non potuerat argentum [f] eripere, ipse à Diodoro erepta sibi vasa optimè facta dicebat: minitari absenti Diodoro: vociferari palàm: lacrymas interdũ vix tenere. Eriphylam [g] accepimus in fabulis ea cupiditate, vt, cùm vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incẽsa, salutem viri proderet: similis istius cupiditas: hoc etiã acrior, atque insanior, quòd illa cupiebat id, quod videratur huius libidines non solùm oculis, sed etiam auribus excitabãtur. Cõquiri Diodorũ tota prouincia iubet. ille ex Sicilia castra hiã mouerat. & vasa collegerat. Homo, vr aliquo modo illũ in prouinciam reuocaret, hanc excogitauit rationem: si hæc ratio potiùs, quàm amentia nominanda est. apponit de suis canibus [h] quẽdam, qui dicat, se Diodorũ Melitẽsem rei capitalis reum velle facere. Primò mirum omnibus videri, Diodorum reum, hominem quietissimum, ab omni non modò facinore [k], verùm etiã minimi erroris suspicione remotissimum. deinde esse perspicuum, fieri omnia illa propter argentum. Iste non dubitat iubere nomen deferri: & tum primùm [l] opinor istum absentis nomẽ recepisse. Reclamat [m] Sicilia tota, propter [n] cælati argenti cupiditatẽ reos fieri rerum capitaliũ: neque [n] solùm præsenteis reos fieri, sed etiã absenteis. Diodorus Romæ seruitia [o] circũ patronos, atque hospites cursare: rem omnibus narrare. litteræ mittuntur isti à patre vehementes, ab amicis item, videret quid ageret, de Diodoro quò progrederetur: rem claram esse, & inuidiosam: insanire hominem: periturum hoc vno crimine, nisi cauisset. Iste etiam tum patrem, si non in parentis, at in hominum numero putabat: ad iudicium nondũ se satis instruxerat: primus annus erat prouinciæ, non, vt in Sthenio, ià refertus pecunia. itaque furor eius, paullulũ nõ pudore, sed metu ac timore repressus est. condemnare Diodorum non audet: absentem de [p] reis eximit. Diodorus interea prætore isto propè triennium prouincia, domóque caruit. ceteri non solùm Siculi, sed etiã ciues R. hoc statuerant: quoniã iste tantũ cupiditate progrederetur, nihil esse quòd quisquã pu-

a L. propter magnitudinẽ furti, sunt litteræ, vt opinor, facta.
b Hîstriones etiam boni, ac vili argento donari soliti.*
c L. ego erro,
d L. vtrum emeris, nec-ne &
e L. domus est plena
f v. e. iam ante præturam & ita L.
g L. dicis,
h L. profers:
i L. M. Cœlio
k al. Curij*
l v. promti hominis
m Citreæ mensæ meminit lex 21. §. 2 ff. de aut. empt. vbi dixi.
n Hic Q. Lutatius Diodorus, quod Catuli opes ciuis factus esset ita dictus. Solebãt enim pecuniosi prænomen & nomen eorum quorum opera ciues facti vsurpare: simile exemplum 13. famil. 30. & 36. o v. e. depeculatus es mendose.*
p iniuria hominis perditi, & fato proximi.*
q L. si quid ab eo abst.
r L. apud quem deuersatus es,
s L. ablatũ certè non
t L. cui C. Marcellus
u Scaphia, vasa potoria à similitudine scaphæ.*
P. B.
x Emblemata quæ ornatus causa inclusa.*
y L. & furorem, nõ iam cupid. & ita v. e.
z v. e. in his pocula quæ-dam
a L. quæ Thericlea nomin. al. quæ Thericlia nomine. vel Thericlea vasa hîc ab artifice denominentur: cuius meminit Plutarchus in apophthegmatis Plin. 16. c. 40. Athenæus 11.
b L. inspiciendi,
c L. ad propinquum suum
d v. e. à domo
e L. iste audiuit, & ita v. e.
f v. e. eripere argentum
g vxorem Amphiarai vatis qui cũ ab Adrasto rege ad bellum vocaretur, neque ad dilectũ respondere vellet (quod se illic moriturũ præuidisset) ab Eryphila P. CCIX. vxore, (monili ab Adrasto corruptã) proditus & in bellũ profectus coactus, vbi hinc tu terræ absorptus. vide Platon. 9. de Repub. Homerum Odyss. 11. Virgil. 6. Æneidos, Æschylum fabulæ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Euripidem Phœnissis Pausaniam in Atticis Propertium.*
h L. iam castra mouerat,
i Canes vocat, domesticos Verris vt lib. 1. & 2.*
k v. e. facinoris.
l primo ancipiti præturæ.*
m L. res clara Sicilia tota, & ita v. e.
n Duo igitur notantur in hac accusatione, quòd nomen absentis delatum, quódque reus capiti factus Diodorus, non quòd eẽ æren aliquod admisisset.
o L. neque solùm reos fieri. & ita v. e.
p Hoc enim habitum, rei vt antea diximus.*
q De reis eximere. adde l. 11. in fin. ff. de accusat.* r al. quoniam iste in tantam cupiditatem p.

taret,se,quod isti paullo magis placeret, conseruate,aut domi retinere posse.poste à verò, quàm intellexerunt,isti virum fortem,quem summè prouincia exspectabat, Qu. Arrium, non succedere: statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum,promtissimúmque esset. Tum iste ab equite R. splendido,& gratioso *Cn. Calidio*,cuius filium sciebat senatorem[a] populi R.& iudicem esse equuleos[b] argenteos nobileis,qui Q.Maximi fuerant,asserт.Imprudens huc incidi,iudices, emit enim, non abstulit. nollem dixisse. iactabit se,& in his equitabit equuleis.Emi:pecuniam solui.Credo,etiam tabulæ proferentur. est[c] tanti. cedo tabulas. dilue sanè crimen hoc Calidianum, dum ego tabulas aspicere possim.Verumtamen quid erat,quòd Calidius Romę quereretur,se:cùm tot annos in Sicilia negotiaretur, abs[d] te solo esse contemtum,ita despectum, vt etiam cum[e] ceteris Siculis despoliaretur,si emera? quid erat, quod confitmabat,se abs te argentum esse repetiturum,si[f] tibi sua voluntate vendiderat? tu porrò posses facere, vt Cn. Calidio non redderes,præsertim cùm is L.Sisenna, defensore tuo,tam familiariter vteretur : cùm[g] & ceteris familiaribus Sisennæ reddidisses? deinde non opinor negaturum esse te, homini honesto, sed non gratioſiori, quàm Cn Calidius est, L[h]. Cordio argentum per Potamonem, amicum tuum , reddidisse.qui quidem ceterorum causam apud te difficiliorem fecit. Nam cùm te compluribus[i] confirmasses redditurum,postea quàm Cordius pro[k] testimonio dixit,te sibi reddidisse,finem reddendi feciſti:quòd intelli[l] xisti,tel,præda de manibus amissa, testimonium tamen effug re non posse.Cn. Calidio,equiti Romano,per[m] omneis prætores licuit argentum habere benè factum[n] : licuit posse domesticis[o] copiis, cùm magistratum, aut aliquem superiorem inniтasset, ornare , & apparare conuiuium. multi domi Cn.Calidij cum[p] imperio,ac potestate fuerunt:nemo inuentus est tā amens, qui illud argentum tam præclarum , ac tam nobile eriperet:nemo tam audax,qui poscere : nemo tam impudens, qui postularet, vt venderet.Superbum est enim,iudices,& non ferendum , dicere prætorem[q] in prouincia homini honesto,locupleti,splendido,Vende mihi vasa cælata. hoc est enim dicere . Non es dignus tu,qui habeas,quæ tam benè facta[r] sint : meæ dignitatis ista sunt. Tu dignior, Verres,quàm Calidius[s] qui,vt non conferam vitam , atque existimationem tuam cum illius (neque enim est conferenda) hoc ipsum conferam,quo tu te superiorem fingis : quòd LLS.LXXX.[t] millia diuisoribus[u], vt prætor renuntiarere,dedisti : trecenta accusatori,ne tibi odiosus esset.ea re contemnis equestrem ordinem,ac despicis?ea re indignum tibi visum est,quid,quam, quod tibi placeret, Calidium potius habere, quàm te ? Iactat se iamdudum de Calidio:narrat omnibus,se[x] emisse. Num etiam de *L. Papirio*, viro primario, locupletę,[y] honestóque,equite Rom.turibulum[z] emisti ? qui pro testimonio dixit te, cùm inspiciendum poposcisses, auullo[a] emblemate remisisse : vt intelligatis,in homine intelligentiam esse,nō auaritiā:artificij cupidum, non argenti fuisse. Nec solùm in Papirio fuit hac abstinētia: tenuit hoc institutum in turibulis omnibus, quæcumque in Sicilia fuerunt.incredibile est[a] autem , quàm multa,& quàm præclara fuerint.credo tum, cùm Sicilia florebat opibus, & copiis, magna artificia fuisse in ea insula.Nam domus erat ante istum prętorem[b] nullа paulo locupletior,qua in domo hæc non essent, etiamsi præterea nihil esset argenti. patella[c] grandis cum figillis,ac simulacris deorum : patera, qua mulieres ad res diuinas vteretur:turibulum.hæc autem omnia antiquo opere, & summo artificio facta: vt hoc liceret suspicari,fuisse aliquando apud Siculos peræqua[d] proportione cetera : sed quibus multa fortuna ademisset, tamen apud eos remanisse ea , quæ religio retinuisset. Dixi,iudices, multa fuisse fere apud Siculos omneis : ego idem confirmo, nunc ne vnum quidem esse. Quid hoc est? quod monstrum,quod prodigium in prouinciam missum:nónne vobis id egisse videtur, vt non vnius libidinem,non suos oculos, sed omnium auaritissimorum[e] insanias, cùm Romam reuertisset,expleret? qui simul atque in oppidum quoppiam venerat, immittebantur illi continuò Cybiratici[f] canes, qui inuestigabant,& perscrutabantur omnia. Si quod erat grande vas, & maius opus inuentum,lxti auferebant si minus eiusmodi quippiam venari potuerant : illa quidem certè pro lepusculis capiebantur[g],patellæ,pateræ,turibula. Hic quos putatis fletus mulierum? quas lamentationes fieri solitas esse in hisce rebus? quæ forsitan vobis patuæ esse videantur: sed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præsertim,cùm eripiuntur è manibus ea,quibus ad res diuinas vti consueuerunt[h],quæ à suis acceperunt, quæ in familia semper fuerunt. ¶ Hîc nolite exspectare,dum ego hoc[i] crimen agam ostiatim , *ab Æschylo Tyndaritano* istum patellam[k] abstuliſſe , à Thrasone item Tyndaritano patellam , à Nymphodoro Agrigentino turibulum. cùm testeis ex Sicilia dabo , quem[l] volet, eligat, quem ego interrogem de patellis,pateris,turibulis:non modò oppidum nullum:sed[m] ne domus quidem ullа paullo locupletior exprs huius iniuriæ reperietur. qui[n] cùm in conuiuium venisset,si quidquam cælati adspexerat, manum[o] abstinere,iudices,non poterat.Cn. Pompeius est Philo,qui fuit Tyndaritanus.is cœnam isti dabat apud Pvillam in Tyndaritano.feci:, quod Siculi non audebant.ille,ciuis Romanus quòd erat, impuniùs id se facturum putauit.apposuit patellam,in qua figilla erant egregia. iste continuò vt vidit, non dubitauit illud insigne penatium, hospitaliúmq. deorum , ex hospitali mensa tollere. sed tamen,quod antea[q] de istius abstinentia dixeram , figillis auullis reliquum argentum sine vlla auaritia reddidit. ¶ Quid? *Exspolemo Calactino*[r], homini nobili , Lucullorum hospiti ac perfamiliari,qui nunc apud exercitum cum L.Lucullo est, non idem[s] fecit? cenabat apud eum. argentum ille ceterum putarum[t] appoſuerat , ne purus ipse relinqueretur.duo pocula nō magna,verumtamen cum emblematis.hic[u], quasi festiuum acroama[x], ne sine corrolario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus[y], emblemata auellenda[z] curauit.Neque ego nunc istius facta omnia enumerare conor : neque opus est,nec

a v.c.senatorem P.R.
b v.c.equileos arg. *Inisi forte legendum culleos argenteos vt de vasis vinariis loquatur.**
c *al.*exeant; cedo tabulas.*
d L. à te solo
e L.vnàcum cet.
f *L.*si à tibi
g L. & cum ceteris f.
h v.c. *L* Cardio
i L. confirmasses complur.
k Pro testimonio *hic & infra dicit*, qui interrogatus dicit testimonium.*
l v.c. præda te de man.
m L. per omneis alios pr.
n Argentum bene factum, bene exlatum.
o id est propria supellectile.*
P. CC. *t.*
p L. cum potestate arq. imperio f. *& ita v.c.*
q v.c.PR.
r *L.* facta
s *L.* neque existimo.
t v.c. CCC. diuis.
u Diuisores qui essent in superioribus diximus.
x L. emisse se.
y L. locupletis
z *al.* thuribulum.*
a v.c. nullo

b v.c.PR.
c Patellæ vasa picata qui bus vtebantur in sacris Festus in Patella. Varro Manio, Oportet bonū ciuem legibus parere & deos colere in patellam dare μιτρᾶν, ἀστᾶς Nonius in patella.*
d *al.* peræque proportione.*
e L. cupidissimorum hominum.
f Tlepolemus & Hiero, de quibus paullo ante dixit.*
g v.c. accipiebantur, non placet.

h L. consuerunt, *& ita v.c.*
i L. hæc crimina ag.
k L. paterā
l v.c. quem volet ille, *el.* m v.c. sed ne domus quidē nulla paullo loc. *L.* sed ne domus quidē ullа p. loc.
P. CC. *t.*
n *al.* quin
o L. manut p. in villa hoc enim sensu apud *Festum Nonio* 12. *in apud* 19. *hunc locū citantem.**
q L. antè
r *al.* Calacino *al.* Gelatino.*
s Parum argentum sine emblematis.*
t v.c. hic tā quam fest. *al.* iste quasi fest.
u Acroama auditio.*
x v.c spectantibus
y v.c. euclead

est,nec fieri vllo modo potest. Tantummodò [a] vniuscuiusque de varia improbitate generis indicia apud vos, & exempla profero. neque enim ita se gessit in his rebus tãquam rationẽ aliquando esset redditurus:sed prorsus ita, quasi aut reus numquam esset futurus, aut,quò plura absoluisset,eò minore periculo in iudicium esset [b] venturus:qui hæc, quæ dico, iam non occultè, non per amicos, atque interpretes,sed palàm de loco superiore ageret,pro [c] imperio, & potestate. ¶ Catinam cùm veniisset,oppidum locuples,honestum,copiosum,Dionysiarchum [d] ad[e] se prouocauit iubet.ei palàm imperat, vt omne argentum, quod apud quemq.esset Catinæ cõquirendum curaret, & ad se afferendum h. Philarchum[i] Centuripinum, primarium hominem genere,virtute,pecunia, non hoc idẽ iuratum dicere audistis,sibi istum negotium dedisse,atque[k] imperauisse, vt Centuripinis[l], in ciuitate totius Siciliæ multo maxima, & locupletissima,omne argentum conquireret, & ad se comportare iuberet? ¶ *Agyrio* similiter istius imperio vasa Corinthia per quem testem audistis, Syracusas deportata sunt.

¶ Illa verò optima[m], quòd, cùm *Haluntium* venisset prætor laboriosus,& diligens,ipse in oppidum accedere [n] noluit, quòd erat difficili adscensu, atque arduo. Artagathum Haluntinum,hominem non [o] solùm domi suæ, sed tota Sicilia in primis nobilem, vocari iussit. ei negotium dedit, vt, quidquid Haluntiesset argenti cælati,aut, si quid etiam Corinthiorum,vt [p] omne statim ad mare ex oppido deportaretur.adscendit in oppidum Artagathus [q],homo nobilis, qui [r] à suis & amaci, & diligi vellet:ferebat graniter,illam sibi ab isto prouinciã datam esse, quid faceret, habebat.pronuntiat,quid sibi imperatum esset, iubet omneis proferre, quæ [t] haberent. metus erat summus. ipse enim tyrannus non discedebat longiùs : Artagathum[u],& argentum in lectica cubans ad [x] mare infra oppidum exspectabat.quem concursum factum [y] in oppido putatis? quem clamorem? quem porrò fletũ mulierum? qui viderent equum Troianum introductum: vrbem captam esse dicerent,efferri sine thecis vasa,extorqueri alia de manibus mulierum,effringi multorũ foresis, reuelli claustra. Quid enim putatis? secuta siquando cõquiruntur à priuatis in bello,ac tumultu: tamen homines inuiti dant, etsi ad salutẽ cõmunem dari sentiũt. ne quẽ putetis sine maximo dolore argentũ cælatũ domo, quod alter eriperet protulisse.omnia deferuntur,Cybiratæ fratres vocantur:pauca improbant:quæ probarant,iis crustę,aut emblemata detrahuntur[d]. Sic Haluntini,excussis deliciis,cum argento puro domum reuerterunt. Quod vmquam,iudices,huiusmodi [e] euerriculum vlla in prouincia fuit?auertere aliquid de publico quàm obscurissimè per magistratum solebant:etiam[f] aliquid de priuato nonnumquam occultè auferebant: & illi tamen condemnabantur: &, si quæritis, vt [h] egomet mihi detraham: illos ego accusatores puto fuisse,qui huiusmodi hominum furta odore, aut aliquo leuiter presso vestigio persequebantur. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus? permagnum,est in eum dicere aliquid, qui præteriens,lectica paullisper deposita,non per prætigias,sed palàm per potestatem, vno imperio ostiatim totum oppidum compilarit [a]? Attamen, vt possit se dicere emisse, Artagatho [b] imperat, ac [c] aliquid illis, quorum argentum fuerat,nummorum [d] *dicis* [e] *causa*,daret.inuenit Artagathus [f] paucos, qui vellent accipere : his dedit. eos nummos tamen iste Artagatho [g] non reddidit. voluit Romæ petere [h] Artagathus: Cn.Lentulus Marcellinus dissuasit, sicut ipsum dicere audistis [i], atque hac tota de re audistis Artagathi, & Lentuli testimonium. &, ne forte hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coaceruare voluisse,videte,quanti vos, quanti existimationem populi R. quanti leges,& iudicia,quanti testeis [k] Siculos, negotiatoresque fecerit.postea quàm tantam multitudinem collegerat emblematum,vt ne vnum quidem cuiquam reliquisset : instituit officinam Syracusis [l],in regiam maximam palàm artifices [m] omneis, cælatores, ac vasculatios conuocari iubet : & ipse suos complureis [n] habebat.eò [o] conducit magnam hominum multitudinem. menses octo continuos opus [p] his non defuit, cùm vas nullum fieret,nisi aureum.tum illa, ex patellis, & turibulis quæ [q] vellerat,ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt ea ad illã rẽ nata esse diceres : ipse tamen prætor,qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse, in hac officina maiorẽ partem diei cum tunica pulla sedere solebat, & pallio. Hæc ego, iudices, non auderem proferre,ni verer, ne fortè plura de isto ab aliis in sermone, quã à me in iudicio audisse vos diceretis. Quis enim est,qui de hac officina,qui de vasis aureis,qui de [r] istius pallio, tunica pulla [s] non audierit? quem voles de [t] cõuentu Syracusanorum virum bonum nominato. producam. nemo erit, quin hoc se aut vidisse,aut audisse dicat. ¶ O tempora,ô mores! nihil nimiùm vetus proferam. Sunt [x] vestrûm,iudices,quàm multi,qui L.Pisonem cognouerunt [y], huius L. Pisonis, qui prætor fuit,patrem.is cùm esset in Hispania prætor, qua in prouincia occisus est, nescio quo pacto, dum armis exercetur, annulus [z] aureus, quem habebat,fractus est,& cõminutus,cùm vellet sibi annulũ facere,aurificem iussit vocari in [a] foro, ad sellam, Cordubæ, & ei palàm appendit aurum. hominem in foro sellam iubet ponere,& facere annulum,omnibus præsentibus. Nimiùm fortasse dicet [b] aliquis hunc diligẽtem.hactenus reprehendat [c] siquis volet:nihil amplius. verùm fuit ei cõcedendum. filius enim L. Pisonis erat, eius, qui [d] primus de [e] pecuniis repetundis legem tulit. Ridiculum est nunc [f] de Verre me dicere,cùm de Pisone Frugi dixerim.verumtamen,quantũ intersit,videte.iste cùm aliquot abacorum faceret vasa aurea,nõ [g] laborauit. qui [h] non modò in Sicilia, verùm etiam Romæ in iudicio audiret [i],ille in auri semuncia

[a] *v.c.* eos pilauerit? Attamen vt possit dicere,se
[b] L.Archagatho
[c] *v.c.* vt illis aliquid,
[d] L. nummulorum,
[e] Dicis causa,id est simulacrè. Id verbi legibus nostris satis frequens.*
[f] L. Archagathus
[g] L.Archagatho
[h] L.repetere Archagathus. *& ita v.c.*
[i] *v.c.* auditis. Rec. Archagathi, & Lentuli testimonium.
P. B.
[k] *v.c.* testis
[l] L.Syracusis in regiam maximam. *pal. & ita v.c. al.* Syracusis in regia maxima.*
[m] *al.* artifices.*
[n] v.c. compluris.
[o] *al.* eos cõcludit magna hominum multitudine.*
[p] *v.c.* his opus non def. *& ita L.*
[q] L.quæ vellerat. *v.c.* quæ euellerat.
[r] *v.c.* de istius pallio nota.
[s] pallium vestis Græcorum.*
[t] atra. qualis plebeiorum.*
[u] L. è conuentu Syracusano virũ *b. & ita v.c.*
[x] L.sunt vestrum iudices quam multi qui *t. al.* alij quam multi*
[y] L.cognouerunt
[z] *v.c.* anulus aureus.
[a] L. in foro,
[b] L.subet sellam
[c] *v.c.* dicit
[d] L. reprehendet,si qui volet
[e] L. pisonẽ frugi intelligit.*
[f] Zex de repetundis prium lata à L. Pisone frugi.* g L. nunc de Verre dicere, h non laborauit,quid non modò in Sic. i *al.* quin,*al.* quid. *Addo Manut. v. Variar.** k *al.* audiret &c.

[a] *v.c.* tantum vniuscuiusque.
[b] L.venturus esset: *& ita v.c.*
[c] sic apud Terentium satis pro imperio quisquis es.*
[d] Dionysiarchus proprium nomen: nisi sit Dionysij Sacerdos,vt Lyci-P. B. archus, Cappadocr-chus.*
[e] *al.* ad se Pardiorum, hoc est.
[f] Proagorus, videtur is Siculus fuisse, qui Romanis Aedilis ἀγορανόμος.*
[g] inclusa vicent quibusdam esse glossema.*
[h] *sic v.c. L.* transferendũ à L.Philarchum
[k] *al.* atque imperasse,
[l] L. Centuripis
[m] *v.c.* optima est q. l. *al.* audiri iustitia & exempla.*
[n] L.adscendere noluit, *v.c.* noluit accedere,
[o] *L.* non solùm domi, sed
[p] L.id omne statim
[q] L.Archagathus,
[r] L. qui à suis amari,& dil.
[s] *sic Virgil.* Nec quid ipse rarest habebat.*
[t] *v.c.* quod haberent,
[u] L.Archagathum,
[x] *citatur hic locus à Scholiasta Scribonij lib.3. de remedi. ad illum versum* Arduus inde Acragas ostentat maxima longe.*
[y] *al.* infra ante oppidum.*
[z] L.in oppido factum p.
[a] *L.*captam factum p.
[a] *L.* captam dicerent.
[b] *al.* efferri
[c] gyneceis vasa *
[c] *v.c.* detrahebantur. [d] *Euerriculum.* Est autem Euerriculum genus retis piscatorij,à verrendo dictũ,vel quod trahatur: vel quod,si quid fuerit pisciũ nactũ, euerrat* [f] *v.c.* etiam cùm aliquid, *& sic sæpe.* etiã tum *al.* & hi tamen cond. [g] *v.c.* & ij tamen cond. [h] *v.c.* vt ipse de me detrah.

[a] L.huiusce modi [e] citatur hic locus à Nonio *c. 1. in*

totam Hiſpaniam ſcire voluit, vnde prætori[a] annulus fieret. nimirum, vt hic nomen ſuum comprobauit: ſic ille cognomen. Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratione complecti. genera ipſa cupio breuiter attingere: vt hic modò me commonuit Piſonis annulus, quod totum efflu-xerat. Quàm multis iſtum putatis hominibus honeſtis, de [b] digitis annulos aureos abſtuliſſe? numquam dubitauit, quotieſcumque alicuius aut gemma, aut annulo delectatus eſt. Incredibilem [c] rem dicam, ſed tam claram, vt ipſum negaturum non arbitrer. Cùm Valentio eius interpreti epiſtola [d] Agrigenti allata eſſet, caſu ſignum iſte animaduertit in cretula [e] placuit ei: exquiſiuit [f], vnde eſſet epiſtola: reſpondit, Agrigento. iſte [g] litteras, ad quos ſolebat, miſit: vt is annulus ad ſe primo quoque tempore afferretur. ita litteris iſtius, patrifamiliàs [h] *Titio* cuidam, ciui R. annulus de digito detractus eſt. Illa verò eius cupiditas incredibilis eſt. nã vt in ſingula cœlauiai, quæ iſte non modò Romæ, ſed omnibus [k] in villis habet, tricenos lectos optimè ſtratos cum ceteris ornamentis conuiuij quæreret, nimiùm multa comparare videretur. nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iſte non textrinam [l] inſtituerit. Mulier eſt Segeſtana, perdiues, & nobilis, Lamia nomine. per trien-nium iſti plena domo telarum [m], ſtragulam veſtem confecit: nihil niſi conchylio [n] tinctum. Attalus, homo pecunioſus, nec [o] vulgo Lilybæi, Critolaus Ennæ, Syracuſis Æſchio, Cleomenes, Theomnaſtus, Pelori Archonides, Megiſtus. vox? me citiùs defecerit, quàm nomina. Ipſe dabat purpuram tantùm, amici operas. credo. iam enim non libet omnia eri-minari. quaſi [q] hoc mihi non ſatis ſit ad crimen, habuiſſe tam multum, quod daret: vo-luiſſe deportare tam multa. hoc denique, quod concedit [r], amicorum operis eſſe in hu-iuſcemodi rebus vſum. Iam verò lectos æra-tos [s], & candelabra ænea num cui, præter iſtum, Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis? Emebat, credo. Sed tantùm [t] vos certiores, iudices, facio, quid iſte in prouincia prætor egerit, nè cui fortè nimiùm negligens fuiſſe videatur, neque ſe ſatis, cùm po-teſtatem habuerit, inſtruxiſſe & ornaſſe. ¶ Venio nunc non [u] ad furtum, non ad auaritiam, non ad cupiditatem, ſed [x] ad eiuſmodi facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi, atque ineſſe videantur: in quo dij [y] immortales violati, exiſtimatio atque auctoritas nominis populi R. imminuta, hoſpitium ſpoliatum ac proditum, abalienati ſcelere iſtius à nobis omnes reges amiciſſimi, natione-ſque, quę in eorum regno, ac ditione ſunt. Nam *reges Syriæ, regis Antiochi filios* pueros ſcitis Romæ nuper fuiſſe: qui venerant non propter Syriæ regnum; nam id ſine controuerſia obtinebant, vt à patre, & à maioribus acceperant: ſed regnum Ægypti ad [z] ſe, & [a] ad Selinen, matrem ſuam, pertinere arbitra-bantur. Hi [b] poſtquàm temporibus populi R. excluſi, per ſenatum agere quæ voluerãt, nõ potuerunt, in Syriam in regnum patriũ profe-cti ſunt. eorũ alter, qui Antiochus [c] vocatur, iter per Siciliam facere voluit. itaq. iſto præ-tore venit Syracuſas. hîc Verres hereditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt, quòd in eius re-gnum, ac manus venerat is, quem iſte & au-

a Verris, qui voce frequentius vſus eſt Cicero, quàm Cornelius: ne gentem Corneliam offenderet.*

b L. de digitis annulos abſtuliſſe? & ita v.c.

c L. Incredibile dicã: ſed ita clarũ, vt

d L. epiſtola Agrigento all. & ita v.c. al. cerula

e al. quaſi Creta & cera litteras obſignabant veteres *Cic. pro Flacco.**

f al. quæſiit

g L. iſte ad quos ſolebat litteras miſit P. B.

h L. Titio, ciui R. annulus

i conclauia pro triclinijs ſumit.*

k v.c. in omnibus villis h.

l v.c. textrinam

m v.c. tela

n id eſt purpura: vnde in iure conchyliolegulj.*

o L. Non: Lyſo Lilybæi,

p v.c. dies me citius defecerit, q. & ita L.

q L. quaſi vero hoc mihi non

r al. concedit.*

s Lecti cubiculares, quieti: triclinia res: cibo & hi quidem primo ligneis deinde æraris, poſtremo eburni argentei, æuei 34. Plin. 3.*

t al. tamen*

u L. nõ iam adſunt.

x v.c. ſed eiuſmodi

y v.c. di immort.

z al. quod ad ſe

a L. & ad Selenen, matr.

b L. Hi ipſi poſtquam temporibus reip.

c vide Appianum in Syriacis.*

A dierat multa ſecum præclara habere, & ſuſpicabatur. mittit homini munera ſatis largè: hæc ad vſum domeſticum: vini, [a] olei quod vſum erat: etiam tritici, quod ſatis eſſet, de [b] his decumis. deinde ipſum regem ad [c] cenam vocauit. exornat amplè, magnificéque triclinium: exponit ea, quibus abundabat [d], plurima ac pulcherrima vaſa argẽtea. namq. hæc aurea nondum fecerat. omnibus curat rebus inſtructũ, & paratum vt ſit conuiuium. Quid multa? Rex ita diſceſſit, vt & iſtum copioſe ornatum, & ſe honorificè acceptum arbitraretur. vocat ad cenam deinde ipſe prætorẽ: exponit [e] ſuas copias omneis, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ *vt mos [f] eſt regius, & maximè in Syria*, gemmis erant diſtincta clariſſimis. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla [g] excauata cum manubrio aureo: de [h] qua, credo, ſatis idoneum, ſatis grauem teſtem, Q. Minucium dicere audiſtis. iſte vnum quodque vas in manus ſumere, laudare, mirari. Rex gaudere, prætori populi R. ſatis iucundum, & gratum illud eſſe conuiuium. poſteaquàm inde diſceſſum eſt, cogitare iſte [i] nihil aliud, quod ipſa res declarauit, niſi, quemadmodum regem ex prouincia ſpoliatum, expilatúmque dimitteret. mittit rogatum vaſa ea, quæ pulcherrima apud illum viderat: ait ſe ſuis cælatoribus velle oſtendere. Rex, qui iſtum non noſſet, ſine vlla ſuſpitione libentiſſimè dedit. Mittit etiam trullam gẽmeam rogatum: velle [k] eam ſe diligentiùs conſiderare. ea quoque ei mittitur. Nunc reliquum, iudices, attendite, de quo & vos audiſtis, & populus R. non nunc primùm audiet, & [l] in exteris nationibus vſque ad vltimas terras peruagatum eſt. Candelabrum è gemmis clariſſimis, opere mirabili perfectum, reges hi, quos dico, Romam cùm attuliſſent, vt in Capitolio ponerent: quòd [m] nõdum etiam perfectum templum [n] offenderant, [o] neque [p] ponere, neque vulgò oſtendere, ac proferre voluerunt [q]: vt & magnificẽtius videretur, cùm ſuo tempore in [r] ſella Iouis Opt. Max. poneretur: & clarius, cùm pulchritudo eius recens ad oculos hominum, atque integra peruenire. ſtatuerunt id ſecum in Syriam reportare: vt, cùm audiſſent ſimulacrum Iouis [ſ] Opt. Max. dedicatum, legatos mitterent, qui cum ceteris rebus illud quoque eximium, atque pulcherrimum donum in Capitolium afferrent. Peruẽnit res ad iſtius aureis, neſcio quomodo. nam [t] rex id celatum voluerat: non [u] quò quidquam metueret, aut ſuſpicaretur, ſed vt ne multi illud antè perciperent oculis, quàm populus Rom. iſte petit à rege, & cum pluribus verbis rogat, vti [x] ad ſe mittat: cupere ſe dicit inſpicere, neque ſe aliis videndi poteſtatem eſſe facturum. Antiochus, qui animo & puerili eſſet, & [y] regio, nihil de iſtius improbitate ſuſpicatus eſt: imperat ſuis, vt id in prætorium [z] inuolutum quàm occultiſſimè deferrent. quò poſteaquàm attulerunt, inuolucriſque reiectis conſtituerunt: iſte [a] clamare cœpit, dignam rem eſſe regno Syriæ, dignam regio munere, dignam Capitolio. Etenim erat eo ſplendore, qui ex clariſſimis, & [b] plurimis gemmis eſſe debebat: ea varietate operum, vt ars

a v.c. olei, vſum eſt: & *ita L.*

b P. CCXIIII.

b v.c. de ſuis decumis

c ad cenam vocauit

d v.c. habundabat.

e *id eſt extollit. Ita hãc vocem interpretatur Nonius cap. 4. in E. ponere 72.**

f Mos regibus maxime Syris, pocula ex auro gemmis diſtincta habere*

g L. trulla excauata ma nubrio aureo. | *Eſt ant.* Trulia *vas vt de vinum* effunditur.*

h v.c. de qua satis credo, idon.

i v.c. nihil iſte aliud, quod *& v.c. al.* nihil aliud, quẽ, id quod res ipſa declarauit, quẽ admodũ reg.

k v.c. velle ſe eam diligẽ. *& ita L.*

l *al.* quod in exteras nationes.*

m v.c. quod nõdum perf.

n Templum pro Capitolio accipit, quod cum incendio deflagraſſet, Sulla mortuo, Q. Catulus refecit & cõſecrauit. *Plutarch. Appianus Eleuſ.**

o *Cicatur hic locus a Nonio cap. 4. in offendere.**

P L. neque ponere potuerunt, neq. vulgo oſt.

i. B.

q *al.* potuerunt, *Non eodem loco.**

r *L. in cella Iouis*

ſ v.c. I. O. M.

t v.c. nam rex celatum voluerat

u *al.* non quod

x L. vt id ad ſe m.

y v.c. & religioſo, *& non placet.*

z prætorius domus prætoris. Quod Syracuſis fuit, olim regia fuit Hieronis regis

vt infra teſtatur Cicero, vbi de Syracuſis.

a v.c. clamare iſte cœpit,

b v.c. & pulcherrimis g.

certare videretur cum copia: ea magnitudine, vt intelligi posset, non ad hominū appa-
a v.c. esse factum cum satis ratum[a], sed ad amplissimi templi ornamentum esse factum. quod cùm satis iam perspexisse videretur, tollere incipiunt, vt referret. Iste ait, se velle illud etiam atque etiam cōsiderare: nequaquam se esse satiatum. iubet illos discedere, & candelabrum relinquere. Sic illi tum inanes ad Antiochum reuertuntur. Rex primò nihil metuere, nihil suspicari. dies vnus, alter, plures: non referri. Tum mittit rex ad istum, si sibi videatur, vt reddat. Iubet iste postea sūs ad se reuerti. mirū illi vi deri. mittit iterum. nō redditur. Ipse hominē appellat: rogat, vt reddat. Os hominis, insignémq. impudentiam cognoscite. Quod sciret, quòdq. ex ipsō rege audisset in Capitolio esse ponendum: quod Ioui Opt. Max. quod populo R. seruari videret, id sibi vt donaret,
b v.c. & vehementissime pet. rogare, & [b] vehementer petere cœpit. Cùm ille se & religione Iouis Capitolini, & hominum existimatione impediri diceret, q multæ nationes testes essent illius operis, ac muneris: iste hominē minari acerrimè cœpit. Vbi videt eum nihilo magis minis, quàm precibus permoueri [c]: repente [d] hominem de prouincia iubet ante noctem discedere[e]: ait se comperisse, ex eius regno piratas in Si
c v.c. remoueri
d Edictum Verris aduersus Antiochum.*
e v.c. decedere. ciliam esse venturos. Rex maximo conuentu Syracusis, in foro, nequis forte me in crimine obscuro versari, atq. affingere aliquid suspicione [f] hominum arbitretur, in foro [g], inquā, Syracusis flens, deos [h] hominésq. contestans, clamare cœpit, candelabrū factū è gemmis, quod in Capitolium missurus esset, quod in templo clarissimo, populo i R. monumētum
f al. suspitioni hominum arb.
g Protestationis publicæ exemplū singulare.*
h L. atque deos hominésque cont.
i v.c. P.R. suæ societatis, amicitiæq. esse voluisse: id sibi C. Verrem abstulisse: de ceteris operibus ex auro, & gemmis, quæ sua penes illum essent, se non laborare: hoc sibi eripi, miserū esse, & indignū. id etsi autea iam mente, & cogitatione sua, fratrisq. sui, consecratum esset: tamen tum se in illo cōuentu ciuium R. dare, donare, dicare, consecrare Ioui Opt. Max. testémq. ipsum Iouē suæ voluntatis, ac religionis adhibere. Quæ vox? quæ latera? quæ vires
k v.c. possunt huius vnius criminis querimoniam possint k sustinere? Rex Antiochus, qui Romæ ante oculos omnium nostrūm biennium ferè comitatu regio, atque ornatu fuisset: is cùm amicus, & socius populi Ro. esset, amicissimo patre, auo, maioribus, antiquissimis, & clarissimis regibus, opulentissimo & maximo re-
P. E.
gno, præceps l è prouincia populi Ro. exturbatus est. Quemadmodum hoc accepturas
l v.c. præceps prouincia P.R. nationes exteras: quemadmodum huius tui facti famam in regna aliorum, atque in vltimas terras peruenturam putasti, cùm audierint, à [m] prætore populi R. in prouincia violatum regem, spoliatum hospitem, eiectum so-
m v.c. à pr. in prouinc. cium populi Ro. atque amicum? Nomen vestrum, populique Ro. odio, atque acerbitati scitote nationibus exteris. iudices, futurum, si istius hæc tanta iniuria impunita discessérit.
n L. cùm hæc fama de nostr. sic omnes arbitrabuntur, præsertim cùm [n] hæc omnino fama de nostrorum hominum auaritia, & cupiditate pererebruerit: non istius solius hoc esse facinus, sed eorum etiam, qui approbarint. Multi reges, multæ liberæ ciuitates, multi priuati opulenti, ac potentes habent profectò in animo Capitolium sic ornare, vt templi dignitas, imperiique nostri no-

A men desiderat. qui si intellexerint, interuerso [a] regali hoc dono, grauiter vos tulisse: grata fore vobis, populóque Ro. sua studia, ac dona arbitrabuntur. sin hoc vos in rege tam nobili, in re tam eximia, in iniuria tam acerba, neglexisse audierint: nō erunt tam amentes, vt operam, curam, pecuniam impendā in eas res, quas vobis gratas fore non arbitrentur. Hoc loco, Qu[b] Catule, te appello. loquor enim de tuo clarissimo, pulcherrimóq. monu-
B mento: nō iudicis solum seueritatem in hoc crimine, sed propè inimici, atque accusatoris vim suscipere debes. tuus[c] est enim honos in illo templo, senatus, populíque R. beneficio: tui nominis æterna memoria simul cum templo illo consecratur. tibi hæc cura suscipienda, tibi hæc opera sumenda est, vt Capitolium, quomodo [d] magnificentiùs est restitutum, sic copiosiùs ornatum sit, quàm fuit: vt illa flamma [e] diuinitus exstitisse videatur,
C non [f] quæ deleret Iouis Opt. Max. templum, sed quæ præclarius, magnificentiúsque deposceret. Audisti, Qu. Minucium Rufum dicere, domi suæ diuersatum [g] esse Antiochum regem Syracusis: se illud scire ad istum esse delatum: se scire non reditum. audisti, & h audies omni è conuentu Syracusano, qui ita dicant, sese audientibus, illud Ioui Opt. Max. dicatum esse ab [i] rege Antiocho, & consecratum. Si iudex non esses, & hæc ad te delata
D res esset: te potissimum hoc persequi, te k petere & agere oporteret. Quare non dubito, quo animo iudex huius criminis esse debeas, qui apud alium iudicem multo acrior, quàm ego sum, actor, accusatórque esse deberes. Vobis [l] autem, iudices, quid hoc indignius, aut quid minùs ferendum videri potest? Verrémne habebit domi suæ candelabrum [m] Iouis Opt. Max. è gemmis, auróque perfectum? cuius fulgore collucere, atque illustrari Iouis
E Opt. Max. templum oportebat, id apud istum in eiusmodi conuiuiis constituetur, quæ domesticis stupris, flagitiisque flagrabunt? In istius lenonis turpissimi domo simul cum ceteris Chelidonis [n] hereditatis ornamentis, Capitolij ornamenta ponentur? Quid huic sacri vmquam fore, aut quid fuisse [o] religiosi putatis, qui nunc tanto scelere se obstrictum esse non sentiat? qui in iudicium veniat, vbi ne precari quidem Iouem Opt. Max. atque ab
F eo auxilium petere more omnium possit? à quo etiam dij immortales sua repetunt in eo iudicio, quod hominibus ad [p] suas res repetundas est constitutum. Miramur Athenis Mineruam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Pergē[q] Dianam, multos præterea ab isto deos tota Asia, Græciáque violatos, qui à Capitolio manus abstinere non potuerit? quod priuati homines de suis pecuniis ornāt, ornatúsque sunt, id C. Verres ab regibus ornari nō
G est passus. Itaque hoc nefario scelere concepto, nihil postea tota in Sicilia neque sacri, neque religiosi esse duxit. ita sese in ea prouincia per triennium gessit, vt ab isto non solùm hominibus, verùm etiam diis immortalibus bellum indictum putaretur. ¶ Segesta est oppidum peruetus in Sicilia, iudices, quod ad Æneā[u] fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant. Itaque Segestani non solùm perpetua societate, at-
H que amicitia, verùm etiam cognatione se cū populo R. coniunctas esse arbitrantur. Hoc

a Interuertere est eclarare, sibi rētinere.*
b Apostrophe ad Catulum.*
c Capitolium enim à restitutum dedicasti.*
d v.c. quemadmodum
e Conflagrauit enim Capitolium motu Syllæ.*
f L. non quæ Iouis Opt. Max. templū deleret, sed q.
g L. deuersatum esse Ant.
h al. & audies omnes è conuentu Syr.
i v.c. à rege
k v.c. te petere, te agere op.
l Apostrophe ad Iudices.*
m v.c. candelabrum Iouis è gem.
n Meretricis à qua Verres heres institutus.
o v.c. religiosi fuisse
p P. ad suas res repetendas
q In æreo numismate Visini, Pergæon, vna parte impressa est Dianæ imago: in altera victoriæ signum cum hac inscriptione ἀρτεμις περγαια.*
r v.c. non passus est
s L. duxit esse,
t Strabon lib. 6. Αἴγεσταν.*
u Strabo 6. refert ab iis qui cum Phile loctera in Crotoniatarum agrum venerant missi ab eo in Siciliam cum Aegesto Troiano.*

quondam oppidum, cùm illa ciuitas cum Pœnis suo nomine, ac sua sponte bellaret, à Karthaginiensibus vi captum, atque deletum est: omniáque, quæ ornamento vrbi esse possent. Karthaginem sunt ex illo loco deportata. fuit apud Segestanos ex ære simulacrum [a] Dianæ, tum summa atque antiquissima præditum religione, tum singulari opere, artificióque perfectum. hoc translatum Karthaginem, locum tantùm, hominésque mutarat: religionem quidem pristinam conseruabat. nam propter [c] eximiam pulchritudinẽ, etiam hostibus digna, quàm sanctissimè colerent vidébatur. aliquot sæculis pòst, P. Scipio bello Punico tertio Karthaginem cepit: qua in victoria (videte hominis virtutem, & diligentiam, vt & domesticis præclarissimæ virtutis exemplis gaudeatis, & eo maiore odio dignã istius incredibilem audaciam iudicetis) conuocatis [d] Siculis omnibus, quod diutissimè, sæpissiméque Sicilíam vexatam à Karthaginiensibus cognorat [e], iubet omnia conquiri: pollicetur, sibi magnæ curæ fore, vt omnia ciuitatibus, quæ cuiusque fuissent, restituerẽtur. Tum illa, quæ quondam fuerant [f] Himera sublata, de quibus antea dixi, Thermitanis sunt reddita: tum alia Gelensibus [g], alia Agrigentinis: in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur: quò vinos, supplicij causa, demittere homines, & [h] subiicere flammam solebat. quem taurum Scipio cùm redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: *æquum esse illos cogitare, vtrum esset Siculis vtilius, fuisse seruire, an populo Romano, obtemperare*: cùm idem monumentum & domesticæ crudelitatis, & nostræ mansuetudinis haberent. Illo tempore Segestanis maxima cum cura hæc ipsa Diana, de qua dicimus, redditur: reportatur Segestam: in [l] suis antiquis sedibus summa cum gratulatione ciuium. & lætitia reponitur. Hæc erat posita Segestæ, sanè excelsa in basi: in qua grandibus [m] litteris P. Africani nomen erat inscriptum: eúmque Karthagine capta restituisse, perscriptum. colebatur à ciuibus: ab omnibus aduenis visebatur. cùm quæstor essem, nihil mihi ab illis est demonstratum priùs [n]. Erat admodum amplum [o], & excelsum signum cum stola: verumtamen inerat in illa magnitudine ætas, atque habitus virginalis: sagittæ pendebant ab humero: sinistra manu retinebat arcum: dextra ardentem facem præferebat. Hanc cùm iste sacrorum [p] omnium hostis, religionúmque prædo vidisset: quasi illa ipsa face percussus [q] esset, ita flagrare cupiditate, atque amentia cœpit. imperat magistratibus iste, vt eam de moliantur, & sibi dent. nihil sibi gratius ostẽdit futurum. illi verò dicere, id [r] sibi nefas esse: séque cùm summa religione, tum summo metu legum, & iudiciorum teneri. iste tum [s] petere ab illis, tum minari: tum spem, tum metum ostendere. Opponebant illi interdũ nomẽ [t] Africani donũ populi R. illud esse dicebant: nihil se in eo potestatis habere, quod imperator clarissimus, vbi e ostium capta, monumentum victoriæ populi Ro. esse voluisset. Cùm iste nihilo remissiùs, atque etiam multo vehementiùs instaret quotidie: res agitur in senatu. vehementer ab omnibus reclamatur. Itaque illo tempore, ac primo istius adpetitu pernegatur. postea, quidquid erat oneris in nautis remigibúsque exigendis, in frumento imperando, Segestanis, præter ceteros, imponebat aliquanto amplius, quàm ferre possent. præterea magistratus eorum euocabat: optimum [a], & nobilissimum quemque ad se arcessebat: circum omnia prouinciæ fora rapiebat: singillatim vnicuique calamitati fore se denuntiabat: vniuersam se funditus illam euersurum esse ciuitatẽ minabatur. Itaque aliquando, multis malis, magnóque metu victi Segestani, prætoris imperio parendum esse decreuerunt. magno cum luctu, & gemitu totius ciuitatis, multis cum lacrymis, & lamentatione virorum, mulierúmque omniũ, simulacrum Dianę tollendum locarur. Videte quanta religione [c] fuerit. apud Segestanos repertum esse, iudices, scitote neminem, neque liberum, neque seruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Barbaros quosdam Lilybeo scitote aduocatos [d] esse operarios. hi denique illud, ignari totius negotij, ac religionis, mercede accepta, sustulerunt. quod cùm ex oppido exportaretur [e], quem conuenium mulierum factum esse arbitramini, quem fletum maiorum natu? quorum nonnulli etiam illum diem memoria tenebant, cùm illa eadem Diana Segestam, Karthagine reuecta, victoriam populi R. reditu suo nũciasset. Quàm dissimilis hic dies illi tempori videbatur? tum imperator populi R. vir clarissimus, deos patrios reportabat Segestanis, ex vrbe hostium recuperatos. nunc ex vrbe sociorum prætor [g] eiusdem populi turpissimus, atque impurissimus, eosdem illos deos nefario scelere auferebat. Quid hoc tota Sicilia est clarius, quàm omneis Segestanas matronas, & virgines conueniisse, cùm Diana exportaretur ex oppido? vnxisse vnguentis? complesse coronis, & floribus tute, odoribú que incensis vique ad agri fineis prosecutas esse? Hæc tu tantam religionem si tu tum in imperio propter cupiditatem, atque audaciam non pertimescebas: ne nunc quidem in tanto tuo, liberorúmque tuorũ periculo perhorrescis? Quem tibi aut hominem, inuitis diis immortalibus aut verò deum, tantis eorum religionibus violatis, auxilio futurum putas? Tibi illa Diana in pace, atque in otio religionem nullam attulit? quæ cum duas [k] vrbeis, in quibus locata fuerat, captas, incensásque vidisset, bis ex duorum bellorum flamma, ferróque seruata est: quæ Karthaginiensium victoria, loco mutato, religionem tamẽ non amisit: P. Africani virtute religionem simul cum loco recuperauit. Quo quidem scelere suscepto, cùm inanis esset basis, & in ea P. Africani nomẽ inscriptum: res indigna, atque intoleranda videbatur omnibus, non solùm religiones esse violatas, verùm etiam P. Africani, viri fortissimi, rerum gestarum gloriam, memoriam virtutis, monumenta victoriæ, C. Verrem sustulisse. Quod cum isti renuntiaretur de basi ac litteris, existimauit homines in oblionem omnium negotij esse venturos, si etiam basim, tanquam indicem sui sceleris, sustulisset. itaque tollendam istius imperio locauerunt: quæ vobis locatio ex publicis Segestanorum [l] litteris priore actione recitata est. Te nunc, P. Scipio, te, inquam, lectissimum, ornatissimúmque adolescentem appello: abs te officium tuum, debitum, generi, & nomini requiro, & flagito.

[a] T. Liuius Dianæ simulacrum, cùm summa, atque ant. & ille v.c.

[b] v.c. seruabat.

[c] statuæ ob artificis manum in nummis gentibus relatæ.*

[d] hanc historiã refert Plutarchus in Apophteg. & Appianus in f. P. cexvii.

[e] L. esse cognorat.

[f] v.c. erant Him.

[g] al. Gellenſibus.*

[h] L. & cui subiic.

[i] v.c. vtrũ esse Agrigentinis vtilius, &c.

[k] v.c. anne pop.

[l] al. & in suis.*

[m] Grandes litteræ, hic quæ longæ, Plauto in Rudente act. 5.*

[n] al. antiquius.*

[o] Dianæ Segestanæ simulachrũ eiusque descriptio.*

[p] v.c. sacrorũ omnium, & religionũ hostis prædoque vid.

[q] al. peruſus Agretius Lib. de Ortographia percussus.*

[r] v.c. sibi id nef.

[s] v.c. cùm petere ab eis eum

[t] al. P. Africani

[a] v.c. optimum quemque, & nobiliss.

[b] v.c. singulatim

[c] v.c. religio fuerit.

[d] v.c. addoctos

[e] L. exportabatur,

[f] P. Africanus de quo s.*

[g] al. P. R. eiusdem prætor populi Rom. id est, populi Romani.* h l. Quid tota Sicilia est clarius, quã omneis

[i] v.c. odoribus incensis

[k] v.c. duas vrbeis,

[l] v.c. litteris Segestanorum

a y. c. honorémque tuũ, familiæque tuæ.
b L. tuũ munus sustineo? & ita y. c.
c y. c. Cur M. Tullius P. Africani monumenta requirit. P. Scipio eum, qui illa sustulit, defendit?
d L. & y. c. obstruxit aliq. fo. c. obtrunit aliq.
e L. si tu ea relinques, ac deseres: nec solùm spolia illa &c. f y. c. patieris.
* Adde 5 Valer. 1.*

h y. c. quod per P. Afric. ex urbe host. recup. id per te.
i L. Quid aut tu his respondere, k aut tu his*

l y. c. sunt in te, & ita l. P. CC. I.

m y. c. monumentorum. * sic & y. c. n y. c. sed & læt.
o L. eiusmodi fortunam esse mort.
p y. c. sunt, q L. aduenti tiũ auxilium requiritur.
r L. Sin istius s L. quod ego abs te &c. t sert. vt ista &c. dummodo ista.*
u L. nouis in dustriis.
x L. in hac ciuit. & ita y. c.

y y. c. inuicti

flagitio. Cur pro isto, qui laudem, honorémque familiæ vestræ depeculatus est, pugnas? cur eũ defensũ esse vis? cur ego tuas parteis, suscipio? cur tuũ onus sustineo? M. Tullius P. Africani monumenta requirit: P. Scipio eũ qui illa sustulit, defendit. cùm mos à maioribus traditus sit, *vt monumenta maiorum ita suorum quisque defendat, vt ea ne ornari quidem nomine alieno sinat*: tu isti aderis, qui non obtrusit aliquid ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit, ac deleuit? Quinam igitur, per deos immortaleis, tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? quis monumenta, atque indicia virtutis, si e tu ea relinquis, ac deseris? neq. solùm spoliata illa patiere f, sed etiam eorum spoliatorem, vexatorémq. defendes? adsunt Segestani, clientes tui, socij populi R. atq. amici: certiorem te faciũt, P. Africanum, Karthagine deleta, simulacrum Dianæ maioribus suis restitutisse: idque apud Segestanos, eius imperatoris nomine positum, ac dedicatum fuisse: hoc Verrem demoliendum, & asportandũ, noménq. omnino P. Scipionis delendum, tollendúmq. curasse: orant te atque obsecrant, vt sibi religionem, generi tuo laudem, gloriámq. restituas, vt, quod h ex vrbe hostium per P. Africanum recuperarint id per te ex prædonis domo conseruare possint. Quid i aut k his respondere honestè potes aut illi facere, nisi vt te, ac fidẽ tuam implorent? adsunt, & implorãt. potes domesticæ laudis amplitudinem, Scipio, tueri? potes: omnia in l te sunt quæ aut fortuna hominibus, aut natura largitur. nõ præcerpo fructũ officij tui: non alienam mihi laudẽ appeto: non est pudoris mei, P. Scipione, florentissimo adolescente viuo, & incolumi, me propugnatoré monumentorũ m P. Scipionis, defensorémque profiteri. Quam ob rem si suscipis domesticæ laudis patrocinium, me nõ solùm silere de vestris monumentis oportebit, sed n etiam lætari, P. Africani eiusmodi o esse fortunas mortui, vt eius honos ab iis, qui ex cadẽ familia sint p, defendatur, neq. vllũ aduentitiũ q requiratur auxiliũ. Si r istius amicitia te impedit: si hoc, quod s abs te postulo, minus od officium tuũ pertinere arbitrabere: succedã ego vicarius tuo muneri: suscipiã parteis, quas alienas esse arbitrabar, ne t ista præclara nobilitas desinat queri, populum R. hominibus nouis u, atque industriis libenter honores mãdare, semperque mandasse. Non est querendum, in x ea ciuitate, quæ propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimũ posse. Sic apud alios imago P. Africani: ornentur alij, mortui virtute, ac nomine: talis ille vir fuit: ita de populo R. meritus est, vt nõ vni familiæ, sed vniuersæ ciuitati cõmendatus esse debeat. Est aliqua mea pars virilis, q eius ciuitatis sum, quã ille amplã, illustrem, clarámque reddidit: præcipuè q in his artib. pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit, equitare, industria, temperantia, defensione miserorũ, odio improborum: quæ cognatio studiorum, & artium, propemodum non minus est coniuncta, quàm ista, quã vos deletamini, generis, & nomini. Repeto abs te, Verres, monumentum P. Africani: causam Siculorum, quã suscepi, relinquo: iudicium de pecuniis repetundis ne fit hoc tempore: Segestanorum iniuriæ negliguntur: basis P. Africani restituatur: nomen inuictissimi y imperatoris inciA datur: signum pulcherrimũ Karthagine a captum reponatur. Hæc abs te non Siculorum defensor, non tuus accusator, non Segestani postulant: sed is, qui laudem, gloriámque P. Africani tuendam, conseruandámque suscepit. Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem, qui cùm res maximas gesserit, monumentáque suarum b rerum maximè constituat, atque in his elaborer: profectò volet hęc nõ solum suis posteris B verùm etiam omnibus viris fortibus, & bonis ciuibus defendenda, nondipolianda improbis tradere. Non vereor, ne tibi Qu. Catule, displiceat, cuius amplissimum c in orbe terrarum, clarissimúmque monumentum est, quàm plurimos esse custodes monumentorũ & putare omnes bonos alienæ gloriæ defensionem ad officium suum pertinere. Et quidẽ cereris istius furtis, atque flagitiis ita mouecor, vt ea reprehendenda tãtùm putem: hîc verò tanto dolore afficior, vt nihil d mihi indigniùs videatur. Verres Africani monumentis domum suam, plenam stupri, plenam flagitij, plenam dedecoris, ornabit? Verres temperatissimi e, sanctissimíque viri monumentum, Dianæ simulacrum virginis, in ea domo collocabit, in qua semper meretricum, lenonúmq. flagitia versantur? At hoc solũ Africani monumentũ violasti? Quid? à *Tyndaritanis* i non eiusdem Scipionis beneficio positum simulacrũ Mercurij, pulcherrimè factum, sustulisti? At quemadmodum, dij immortales! quàm audacter! quàm libidinosè! quàm impudenter! audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos k, homines honestissimos, ac principes ciuitatis: Mercurium, qui saeris anniuersariis apud eos, ac summa religione coleretur, quem P. Africanus, Karthagine capta, Tyndaritanis l non solùm suæ victoriæ, sed etiã illorum fidei, societatisq. monumẽtum, atque indicium dedisset: huius vi, scelere, impietãque esse sublatum, qui vt primùm in illud oppidum venit statim, tãquam ita fieri nõ solum oporteret, sed etiam necesse esset, tanquã hoc senatus mandasset, populúsq. R. iussisset: ita continuo, signũ vt demolirentur, & Messanam deportarent, imperauit. Quod cùm illis, qui aderant, indignum; qui audiebant incredibile videretur: nõ est ab isto, primo illo aduentu, perseueratũ. discedẽs mandat proagoro Sopatro, cuius verba audistis, vt demoliatur. cùm recusaret, vehementer minatur. Ita m tũ ex illo oppido proficiscitur. Proagorus n refert rẽ ad senatũ: vehementer vndique reclamatur. ne multa: iterũ iste aliquanto o pòst ad illos venit, quærit cõtinuò de signo. respõdetur ei senatũ nõ permittere pœnã capitis cõstitutã, si iniussũ senatus quisquã attigisset: simul religio cõmemoratur. Tum iste. Quam mihi religionem narras? quam pœnam? quem senatum? viuum te non relinquam: moriere virgis, nisi p signum traditur. Sopater q iterũ flens ad senatum defert istius cupiditatem, miseráque demonstrat. Senatus Sopatro responsum nullum dat, sed commotus perturbatúsque discedit. Ille r prætoris accessitus nuntio, rem demonstrat: negat vllo modo fieri posse. Atque hæc (nihil enim prætermittendum de istius impudentia videtur) agebantur in conuentu palàm, de sella, ac de loco superiore. Erat hiems summa, tempestas, vt ipsum Sopatrũ dicere audistis, per-

P. S.
a L. Karthagine captare coperati reponatur, &c. Karthagine capta receptum reportatur, aliquã captum recceptum reponatur.*
b L. suarum rerum gestarum quàm maximè com.
c al. nũc maximè.*
d sert. non improbis spolianda trad.
e L. amplissimum orbis terr.
f L. Equitem ceteris
g L. nihil mihi indigniùs, nihil minùs ferend.
h al. temperantissimi,
i L. Tindaritanis, P. CCXX.
k Tindaritanos,
l Tindaritanis.
m al. & statim ex illo oppido.*
n L. refert rẽ ille ad sen. & ita y. c.
o y. c. ad illos aliq. post venit.
p L. nisi mihi signum tr.
q L. Sopater iterum flens ad senatum rem defert; istius c.
r y. c. ille à prætoris accessitur nũt.

frigida: imber maximus: cùm iste imperat lictoribus, vt Sopatrũ de porticu, in qua ipse se debat, præcipitem in forũ deiiciant, nudúmque constituant. Vix [a] erat hoc planè etiam imperatum, cùm illum spoliatum, stipatúmq. lictoribus videres. omnes bideò putabant, vt miser, atque innocẽs, virgis cæderetur. fefellit hæc homines opinio. virgis iste cæderet si ne causa socium populi R. atque amicũ? non vsque eò est improbus: non omnia sunt in [c] eo vno vitia: num quam fuit crudelis. leuiter hominem, clementérque accepit. Equestres sunt medio in foro Marcellorum statuę, sicuti ferè ceteris in oppidis Siciliæ: ex quibus iste C. Marcelli statuam delegit: cuius [d] officia in illa ciuitate, totáque prouincia r[e] ntissima erant, & maxima. in ea Sopatrum, hominem tum [e] domi nobilem, tum summo magistratu præditum, diuariari [f], ac [g] deligari iubet. quo cruciatu sit affectus, venire in mentẽ necesse est omnibus, cùm esset vinctus nudus [h] in aëre, in imbri, in frigore. neque tamẽ finis huic iniuriæ, crudelitatique fieret, donec populus, atque iv niuersa multitudo, atrocitate rei, misericordiáque commota, senatum clamore coegit, vt ei simulacrum illud Mercurij polli ceretur. clamabant fore, vt [k] ipsi sese dij immortales vlciscerentur: hominem interea pe tire innocentem non oportere. Tũ frequens senatus ad istum venit: pollicetur signum. Ita Sopater de statua C. Marcelli, cùm iam pænè obrigu isset, vix viuus aufertur. Nõ possum di spositè istum accusare, si cupiã: opus est non solùm ingenio, verùm etiã artificio quodam singulari. Vnum hoc crimẽ videtur esse, & à me pro vno ponitur de Mercurio Tyndarita no. plura sunt: sed ea quo pacto distinguere, ac separare possim, nescio. est pecuniarũ captarũ, quòd signum à sociis pecuniæ magnæ sustulit. est peculatus, quòd [l] publicè populi Rom. signum, de præda hostium captum, positum imperatoris nostri nomine, non dubitauit auferre. est maiestatis, quòd imperij nostri glorię, rerúmque [m] gestarum monumenta euertere, atque asportare ausus est. est sceleris, q[p] religiones maximas violauit. est crudelitatis, quòd in [n] hominẽ innocentem, in socium nostrum, atque amicũ, nouum ac [o] singulare supplicij genus excogitauit. illud verò quid sit, iã nõ queo dicere: quo nomine appellem, nescio, quòd in C. Marcelli statua. Quid est hoc? patronúsne quòd erat? quid tũ? quò id spectat? vtrùm ea res ad opem, an ad calamitatem clientium, atque hospitũ valere debebat? an vt hoc ostenderes, cõtra vim tuã, in patronis præsidij nihil esse? quis hoc? non intelligeret, in improbi præsentis imperio maiorem esse vim, quàm in bonorum absentium patrocinio? an verò ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, cõtumacia? detrahere videlicet aliquid te de[q] amplitudine Marcellorum putasti [r]? Itaque nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni: Verres in eorum locum substitutus est. Quã in te tantam virtutem esse, aut dignitatẽ arbitratus es, vt conarere clientelam tam [s] illustrem, tam splendidæ prouinciæ, transducere [t] ad te, auferre à certissimis, antiquissimísque patronis? tu ista stultitia [u], nequitia, non modò totius Siciliæ, sed vnius tenuissimi Siculi clientelam tueri potes? tibi Marcelli statua pro patibulo in cliẽteis Marcellorũ fuit? tu ex illius honore in eos ipsos, qui honorẽ illi habuerant, supplicia quærebas? Quid posteà? quid tandẽ tuis statuis fore arbitrabare? an [b] verò id, quod áccidit? Nam Tindaritani statuam istius, quam sibi propter Marcellos, alt ore etiam basi poni iusserat, deturbarunt, simulac, successum isti audierũt. Dedit [c] igitur tibi fortuna Siculorũ C. Marcellum iudicẽ, vt cuius ad statuam Siculi, te prætore, alligabãtur, eius religioni te eundẽ vinctum, adstrictúmq. dedamus. Ac primò, iudices, hoc signũ Mercurij dicebat iste Tyndaritanos C. [e] Marcello huic Æsernino vendidisse: atq. hoc sua causa etiã Marcellum ipsum sperabat esse dicturum: quod mihi nunquam verisimile visum est, adolescentem illo loco natum patronum Siciliæ, nomen suum isti ad translationem criminis commodaturum. Verumtamen ita [g] res mihi tota prætisa, atq. præcauta est, vti [h], si maximè esset inuentus, qui in se suscipere istius culpam, criminéque cupere: tamen is proficere nihil posset. eos enim testeis deduxi, & eas litteras deportaui, vt de istius facto dubium nemini esse posset. publicæ litteræ sunt, deportatum esse Mercurium Messanam sumtu publico. dicunt [k], quanti: præfuisse huic negotio publicè legatum Poleam. quid? is vbi est? præsto est: testis est. Progorus Sopatri iussu. Quis est hic? qui ad statuã adstrictus est. Quid? is vbi est? testis est. vidistis hominẽ, & verba eius audistis. Demoliẽdum curauit Democritus [m] gymnasiarchus, qui eo loco præerat. Quid? hoc nos dicimus? immò verò ipse præsens: Romę nuper [n] ipsum esse pollicitũ, sese id signum legatis esse redditurum, si eius rei testificatio tolleretur, cautúmque esset, eos testimoniũ non esse dicturos. Dixit hoc apud vos Zosippus, & Hismenias, homines nobilissimi, & principes Tindaritanæ ciuitatis. ¶ Quid? *Agrigento* nõ me eiusdem P. Scipionis monumentum, signum Apollinis pulcherrimum, cuius in [o] femine, litterulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum, ex Æsculapij religiosissimo fano sustulisti? quod [p] iste, iudices, cùm clàm fecisset: cùm ad suũ scelus illud, furtúmque [q] nefarios quosdam homines, improbos, duces, atque adiutores adhibuisset, vehementer commota ciuitas est. Vno [r] eodem tempore Agrigentini beneficium Africani, religionem domesticam, ornamentum vrbis, indicium victoriæ, testimonium societatis, requirebãt. Itaque [f] ab illis, qui principes in ea ciuitate erãt, præcipitur, & negotiũ datur quæstoribus, & ædilibus, vt noctu vigilias agerent ad ędes sacras. etenim iste Agrigenti (credo propter multitudinem illorum hominum, atque virtutem, & quòd ciues Romani, viri fortes, ac strenui, & honesti permulti in illo oppido, coniunctissimo animo, cum ipsis Agrigentinis viuunt, ac negotiantur) non audebat palàm tollere [s], aut poscere, quæ placebãt. Herculis templũ est apud Agrigentinos, non longè à foro, sanè sanctum apud illos, & religiosum. ibi est ex ære simulacrũ ipsius Herculis, quo non facile quidquã [u] dixerim me vidisse pulchrius, (tamesi non tam multum in istis rebus intelligo, quàm multa vidi) vsq. eò, iudices, vt [x] rictus, ius, ac mentum paullo sit attritius, quòd in precibus, & gratulationibus, nõ solùm id venerari, verùm etiam osculari solent. Ad hoc templũ, cùm esset iste Agrigẽti, duce

a *v. c.* Vix erat hoc planè imperatũ P. B.
b L. omnes id fore putabant. *& ita v. c.*
c *v. c.* in vno vitia
d L. cuius officia in illam ciuitatem tamque prouinciam recepta *v. c.* cùm d. f. id est, dixit di. Dictũ est autem ab his qui vitio natura ita sunt pedibus discretis, vt eos habeãt in diuersum separatos. Non [e]. x. in *diuinationi* 147. *apud quem tamen locus ipsum latum citationem legitur*, denuncari.
e *v. c.* ac deligari, *& ita L.*
f L. nudus in ære. *v. c.* & vniuersa
g *v. c.* vt ipsi sed.
h L. quod publicum populi R. signum. *& ita v. c.* P. CCXXI.
i L. rerũ gestarum.
k *v. c.* in innocentẽ, in hominem, in socium vestrũ, *& v. c.* & s.
l *v. c.* nõ hoc intell.
m *al.* de magnitudine dixit putasti.
n *v. c.* tã splendidã, tam illustris prouinciæ, t. L. traducere ad te, u *v. c.* nequitia, stultitia,
a *v. c.* honorem habuerant, *suppl.* b *v. c.* aut verò qui recidit.
c L. Dedit nunc igitur tibi fortuna Sic *& ita v. c.* P. B.
d *al.* astrictũque.*
e *v. c.* M. Marc.
f *v. c.* M. Mar.
g L. ita mihi res tota prouisa, atq.
h *v. c.* vt ss.
i *v. c.* deduxi testis. *& al.* testeis adduxi, &
k *v. c.* dicunt
l Progorus nomen magistratus.*
m L. Demetrius gymn.
n *al.* nuper istum ipsum esse pollicitum.*
o *v. c.* in femore, litteris minutis, *&c. & ita L.*
p *v. c.* Quid, quid, iudices? cùm iste clã fecisset: *non placet.*
q L. furtúmque nefarios, q. *& ita v. c.*
r L. Vno & eodem temp.
s L. Itaque ab iis, qui p. P. CCXXII.
t poscere, aut tollere,
u L. dixerim quidquam.
x L. vt rictũ eius, ac mẽt. ¶ Rictum autem in *neutro genere ponit. quod & Nonius cap. 3. in Rictus* 183. *notat citans hunc locum.* Dicitur etiã Rictus vt *ibidem notat cap. 6. cum Hilum* 41. *adde Festum in Rictus.**

duce Timarchide, repentè, nocte intempesta, seruorum armatorum fit concursus, atq. impetus, clamor à vigilibus, fanique custodibus tollitur. Qui primò cùm obsistere, ac defendere conarentur, malè[a] multati clauis, ac fustibus repellūtur. postea cōuulsis[b] repagulis[c], effractisque valuis, demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur. Interea ex clamore fama tota vrbe percrebuit[d], expugnari deos patrios, non[e] hostium aduentu, neque repentino prædonum impetu, sed ex domo, atque f cohorte prætoria, manum fugitiuorū instructam, armatamque venisse. nemo Agrigenti neque ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis[g] fuit, qui non illa nocte, eo nuntio, excitatus surrexerit, telúmque quodcuique forsi offerebat, arripuerit. Itaque breui tempore ad fanum ex vrbe tota concurritur. Hora amplius iā in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud[i] interea nulla lababat ex parte: cùm alij veteribus subiectis conarentur commouere, alij deligatum omnibus membris rapere ad se funibus. Repētē[m] Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio: dant sese in fugam istius præclari imperatoris nocturni milites. duo tamē sigilla perparuula tollunt, ne omnino inanes ad istū prædonem religionum reuerterentur. Numquam tam[n] male est Siculis, quin aliquid facetè, & commodè dicant: velut in hac re aiebant in labores Herculis non minùs hūc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthiū referri oportere. ¶ Hanc virtutē Agrigentinorū imitati sunt *Assorini* postea viri fortes, & fideles, sed nequaquā ex tā ampla, neque[o] tam ex nobili ciuitate. Chrysas P est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. is apud illos habetur deus, & religione maxima colitur. fanum eius est in agro propter ipsam viā, qua Assoro itur Ennā. in eo Chrysæ est simulacrum, præclarè factum è marmore. id iste poscere Assorinos propter singularem eius fani religionem non ausus est. Tlepolemo dat, Hieronique negotiū. illi noctu, facta manu, armatique[q] veniunt: fores ædis effringunt: æditui[r], custodéique maturè sentiunt: signum, quod erat notum vicinitati, buccina datur: homines ex agris concurrūt: eiicitur, fugatúrque Tlepolemus: neque quid quam ex fano Chrysæ, præter vnum perparuulum signum ex ære, desideratū est. ¶ *Maioris magnæ fanum apud Engumos est.* iam enim mihi non modò breuiter de vnoquoq. dicēdum est, sed etiam prætereunda videtur esse permulta, vt ad maiora istius & illustriora in hoc genere furta, & scelera veniamus. In hoc fano loricas, galeásq. æneas, ælatas opere Corinthio, hydriásque grandes[s], simili in genere, atque eádem arte perfectas, idem ille P. Scipio, vir omnibus rebus præcellentissimus, posuerat, & suum nomen inscripserat[t]. Quid iam de isto plura dicam, aut querar? omnia illa, iudices, abstulit: nihil in religiosissimo fano, præter vestigia violatę religionis, nomenque P. Scipionis, reliquit. hostium spolia, monumenta imperatorum, decora, atque ornamenta fanorum posthac[u], his præclaris nominibus amissis, in instrumento, ac[x] suppelle ctili C. Verris numerabuntur[y]. Tu videlicet solus vasis Corinthiis delectaris? tu illius cris

a *lib. vulg. male mulctati al. male mulcati &c. mendose*
b *al.* convolsis repagulis Ita apud Festum legitur hic locus, in Repagula *
c Repages interdum dicuntur postis *Festus.**
d *al.* percrebuit,
e *L.* non hostium aduentu nec opinato, neque repentino *&c. v. b.*
f *v.c.* atque ex cohorte Prætoria,
g *v.c.* infirmus
h quod cuique fors obtulit *&* *ita v.c.*
i *al.* fors.*
k *al.* Horum amplius
l *al.* illud interea nulla mutabat ex parte.
m *v.c.* Acrepentè Agr.
n *al.* tantum mali est Sic.
o *L.* neque ex tam nobili.
P *al.* Crysas, Vt in numismate Veliui, in cuius vna parte imberbis iuuenis, caput radiatum prolixa cæsarie, quasi Apollinis, impressū est cum titulo *Assorinorum* (deest Assori) hereis (vt opinari licet) eius à quo Assorinacium condita. In altera parte Crysæ fluuij simulachrū, dextra manu vrceolum retinēs, sinistra copiæ cornu, adscripto nomine *Crisas.**
q *v.c.* armataque
r *in vulgatis libris ita scriptum esse memoret Gellius 12 c. 10. in exemplaribus antiquissimis, ac fidelissimis, ac veterimis.*
P. CCXXIII.
s *v.c.* grandi, simili genere
t *v.c.* scripserat.
u *v.c.* posthac
x *L.* ac supellectile C. Ver. *v.c.* atque, in supellectile C. Verr.
y *v.c.* nominabuntur.

temperationem, tū operum lineamenta sollertissimè perspicis? hęc Scipio ille nō intelligebat, homo doctissimus, atq. humanissimus? tu sine vlla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris, intelligis, & iudicas? vide, ne ille non solùm temperantia, sed etiam intelligentia te, atque istos, qui se elegātes dici volūt, vicerit. nam quia, quā pulchra essent, intelligebat, idcirco existimabat, ea non ad hominum luxuriem, sed ad ornatum fanorum, atque oppidorū esse facta, vt posteris nostris monumenta religiosa esse videātur. ¶ Audite etiam singularem eius, iudices, cupiditatem, audaciam, amentiam, in his præsertim sacris polluēdis, quæ non modò manib. attingi, sed ne cogitatione quidē violari fas fuit. *Sacrarium Cereris est apud Catinenses*, eādem religione qua Romæ, qua in ceteris locis, qua propè in toto orbe terrarum. In eo sacrario intimo fuit[a] signum Cereris perantiquum: quòd viri non modò cuiusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant. aditus enim ad id sacrarium non est viris: sacra per mulieres, ac virgines confici solent, hoc signum noctu clām istius serui ex illo religiosissimo, atque antiquissimo fano sustulerunt. postridie sacerdotes Cereris, atque illius fani antistites[b], maiores natu, probatæ ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferūt. omnibus acerbum, indignum, luctuosum denique videretur. Tū iste permotus illa atrocitate negotij, vt ab se sceleris istius suspicio remouereturd, dat hospiti suo cuidam negotium, vt aliquem reperiret, quē ea fecisse insimularet: daréque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Res non procrastinatur. nam cùm iste Catinam profectus esset: serui cuiusdam nomē defertur. is accusatur: ficti testes in eum dantur: rem cūctus senatus Catinēsiū legib. iudicat. Sacerdotes vocātur: ex his quæritur secretò[e] in curia, quidnam esset factū: qui madmodū arbitrarētur signū esse ablatum. respondent illæ, Prætoris in loco seruos esse visos. res, quæ esset[f] antea non obscura, sacerdotū testimonio perspicua esse cœpit. vrgetur in consiliū: seruus ille innocens[g] omnib. sententiis absoluitur, quò facilius vos hūc omnib. sententiis condemnare possetis. quid enim postulas, Verres? quid speras? quid[i] exspectas? quē tibi aurk deorū, aut hominū auxilio putas futurū? eóne tu seruos ad spoliādū fanum immittere ausus es, quò liberos adire, ne orādi quidē causa, fas erat? hīsne reb[p] manus afferre nō dubitasti, à quibus etiā oculos cohibere te religionū iura cogebāt? tamen si ne oculis quidem captus in hāc fraudē tam sceleratam, ac tā nefariā decidisti,[m] nam id concupisti, quod nunquam videras: id, inquam, adamasti, quod antea non adspexeras. auribus tu tantam cupiditatem concepisti: vt eam non metus, non religio, non deorum vis, non hominum existimatio cōtineret. At ex viro[n] bono, credo, audieras, & bono auctore. Quī id potest[o], qui ne ex viro quidē audire potueris? Aud sti igitur ex mulier: quoniā id viri neque vidisse, neque nosse poterant. Qualem porrò illam[p] fœminā fuisse putatis, iudices? quàm pudicā, quæ cum Verre loqueretur? quàm religiosam, quæ sacrarij spoliādi ostenderet[q] rationē? At minimè mirum, quę sacra per summā castimoniā virorū, ac mulierū fiāt, cādē per istius stuprū, ac flagitium esse

a L. ignis fuit
P. 2.
b L. antistitæ, m. *& ita v.c. & Priscianus lib. 5.*
c L. illius sacerdotis. *& ita v.c.*
d *v.c.* dimoueretur.
e *v.c.* quæ esse factum arbitrarētur; quemadmodum signum esset ablatū.
f *al.* esset is*
g *v.c.* omnib. sententiis innocens abs
h *v.c.* omnib. sententiis innocens abs
i L. quid exspectas?
k L. aut deū, aut hominē auxil. *& ita v.c.*
l *al.* non.*
m *al.* incidisti.
P. CCXXIIII.
n *v.c.* bono viro,
o L. Quī id potes? *& ita v.c. al.* Quid id potest.*
p *v.c.* ne habeat illam.
q *v.c.* rationem ostenderet? *& ita Lt*

violata. ¶ Quid ergo? hoc solùm auditione expetere cœpit, cũ id ipse non vidisset? immò verò alia cõplura: ex quibus [a] eligam spoliationem nobilissimi, atque antiquissimi fani: de qua priore actione testeis dicere audistis. nunc eádem illa, quæso, audite, & diligenter, sicut adhuc feciſtis, attẽdite. *Insula est Melita*, iudices, satis lato ab [b] Sicilia mari, periculoso-que disiuncta: in qua est eodem nomine oppidũ, quo iste nunquã accessit: quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. Ab eo oppido non longè, in [c] promontorio fanum est Iunonis antiquum: quod tanta religione semper fuit, vt nõ modò illis Punicis bellis, quæ in his ferè locis nauali [d] copia gesta, atq. versata sunt: sed etiam in hac prædonũ multitudine semper inuiolatum, sanctúmque fuerit. Quin etiam hoc memoriæ proditũ est, classe quondam Masinissæ [e] regis ad eum locum appulsa, præfectum regium denteis eburneos, incredibili magnitudine, è fano sustulisse, & eos in Africam portasse, Masinissæque [f] donasse. Regem [g] quidem primò delectatum esse munere, pòst, vbi audisset, vnde essent, statim certos homines in quinqueremi misisse, qui eos dẽteis reportarent: [h] itaque in his inscriptũ litteris Punicis fuit: *Regem Masinissam imprudentem accepisse: re cognita, reponendos* [i] *restituendósque curasse*. Erat præterea magna vis eboris, multa ornamenta, in quibus eburneæ Victoriæ, antiquo opere, ac summa arte perfectæ. Hæc iste omnia, ne multis moreor, vno impetu atque vno nũtio per seruos Venerios, quos eius rei causa miserat, tollenda, atque asportanda curauit. Prò dij immortales, quem ego hominem accuso? quem legibus, ac iudiciali [l] iure persequor? de quo vos sententiam per [m] tabellam fereti? dicũt legati Melitenses publicè, spoliatum templũ esse Iunonis: nihil istũ in religiosissimo fano reliquisse: quem in locum classes hostiũ sæpe accesserint: vbi piratæ ferè quotannis hiemare soleãt: quod neq. prædo violarit [n] antea, neque hostis attigerit, id ab vno isto sic spoliatũ esse, vt nihil omnino sit relictũ. Hic nũc aut iste reus, aut ego accusator, aut hoc iudiciũ appellabitur? crimininb. enim coarguitur, aut suspicionibus in iudiciũ vocatur? dij ablati, fana vexata, nudatæ vrbes reperiũtur. earum autẽ rerum nullã sibi iste neque inficiãdi rationem, neque defendendi facultatem reliquit: omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur, & manet etiam, ac tacitus factã mecum sua recognoscit. ¶ Nimiùm mihi diu videor in vno genere versari criminum, sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium, animorúm que vestrorum. Quam ob rem multa prætermittam. ad ea autem, quæ dicturus sum, refici te vos, quæso, iudices, per deos immortaleis, per eos ipsos, de quorum religione iãdiu dicimus, dũ id eius facinus cõmemoro, & profero, quo prouincia tota cõmota est. de quo si paullo altiùs orditi, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite. Rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatẽ criminis non sinit. Vetus est hæc opinio, iudices, quæ cõstat ex antiquissimis Græcorũ litteris, atq. [o] monumentis, insulam Siciliam totã, esse Cereri, & Liberæ consecratam. hoc cùm ceteræ gentes sic arbitrãtur, tum ipsis Siculis tã persuasum est, vt [p] animis eorũ insitum, atq. insitũ esse videatur. Nã & natas esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primũ repertas [c] arbitrãtur: & raptã esse Liberã, quã eandem Proserpinã vocant, *ex Ennensium* nemore: qui locus, q. in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominatur. quã cùm inuestigare, & cõquirere Ceres vellet, dicitur inflãmasse tædas iis ignibus, qui ex Ætnę vertice erũpunt: quas sibi cùm ipsa præferret: orbemdomnium peragrasse terrarũ. Enna autẽ, vbi ea, quæ dico, gesta esse memorãtur, [q] est loco pręcelso, atque edito: quo in summo est æquata agri planicies, & aquę peremnes, tota verò omni aditu circũcisa, atque [r] diremta est. quã circa lacus, lucíq. sunt plurimi, & [s] lectissimi flores omni tẽpore anni: locus vt ipse raptũ illum virginis, quem iã à pueris accepimus, declarare videatur: Etenim propteri est [t] spelũca quædã, conuersa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua [l] Ditem [m] patrem ferunt repentè cum curru exstitisse [n] abreptámq. ex eo loco virginem secum asportasse, & subitò nõ pe. Nonius c. lõgè à Syracusis penetrasse sub terras, lacúmq. 4. in Propter in eo loco repentè exstitisse: vbi vsq. ad hoc tẽpus Syracusani festos dies anniuersarios agant, celeberrimo virorum, mulierúmq. conuentu. Propter huius opinionis vetustatem, quòd eorum in his locis vestigia, ac propè incunabula reperiuntur deorum, mira quædam tota Sicilia priuatim, ac publicè religio est Cereris Ennẽsis. Etenim multa sæpe prodigia vim eius, numénq. declarant: multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxiliũ eius oblatũ est, vt hæc insula ab ea nõ solùm diligi, sed etiã incoli, custodirique videatur. Nec solùm Siculi, verùm etiam ceteræ gẽtes, nationésque Ennensem Cererem maximè colunt. Etenim, si Athenienſium sacra, summa cupiditate expetũtur, ad quos Ceres in illo errore veniſſe dicitur, frugésque attulisse: quantam esse religionẽ cõuenit eorũ, apud quos eam natã esse, & fruges inueniſſe constat? Itaque apud patres nostros atroci, ac difficili reip. tempore, cùm, Ti. Graccho occiso, magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio [o] L. Calpurnio coss. aditũ est ad libros Sibyllinos: in quibus inuentum est Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemuirali [p] sacerdotes populi. Ro. cùm esset in vrbe nostra Cereris pulcherrimum, & magnificentissimum templum, tamen vsque Ennam profecti sunt. tanta enim erat auctoritas, & vetustas illius religionis, vt cùm illuc irent, non ad æ dem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur. Non obtundam diutiùs aureis vestras [q]: iamdudum vereor, nè oratio mea, aliena ab iudiciorum ratione, & [r] quotidiana dicendi cõsuetudine esse videatur. hoc dico, hanc ipsam Cererem, antiquissimam, religiosissimam, principem omnium [s] sacrorum, quæ apud omneis gẽteis, nationésque fiunt, à C. Verre, ex suis templis, ac sedibus esse sublatam. Qui accessistis Ennã, vidistis simulacrũ Cereris è marmore, & in altero tẽplo Liberę. sunt ea perampla, atq. præclara, sed non ita antiqua. Ex ere fuit quoddã modica amplitudine, ac singulari opere, cum facibus, perantiquum, omnium illorum, quæ sunt in eo fano, multo antiquissimum. id [t] sustulit.

a *al.* quibus vnam eligam

b L. à Sicilia

c L. in promontorio f.

d L. nauali prælio.

e L. Masinissæ

f Masinissæq.

g L. Regem primo delectatum esse. p. B.

h v.c. reponerent.

i L. in his scriptum litt. Pun. f. Regẽ Massanisſ.

k v.c. reportandos curasse.

l v.c. aut iudiciali iure. *al.* ac iure.* an per iudicialem tabellam fim.*

m L. ante, nequeumquam hostis.

n L. CCXXV.

o v.c. ac monumẽtis, & *ita* L

p id est Proserpinæ.

a *v. c.* arbitrentur.

b *v. c.* vt in animis eor.

c *v. c. & L.* repertas esse arb.

d L. omnem orbẽ peragr. *ita v.c.*

e *al.* est loco

f L. tota vrbe ab omni adi-tu

g *v.c.* atque directa est.

h *al.* & lætiſſimi flores *v.c.* atque lætiſſim. flores omnium.

i *v.c.* propè, sed propter *id quod* propè. Nonius c. 4. in Propter 357.* *al.* eam.*

k L. ex qua Ditem patrẽ P. B.

l Plutonẽ*

m *al.* exiſſe

n *v.c.* P. Mucio.

o *al.* quindecimuirali.*

p L. vestras. Etenim iamdudum ver. *v.c.* istas non habent has *alias voces*

q aureis vestras.

r *v.c.* & ac tidiana

s Sacra Eleusinia quæ & Græca & Cereris intelligit, *Festus* Græca sacra* P. CCXXVI.

t L. id sustulit nec tamen eo contentus fuit *dicit v.c. confu-*

sius cum

sustulit,ac tamen eo contentus nō fuit. Ante ædem Cereris in aperto,ac propatulo loco signa duo sunt,Cereris vnum, alterum Triptolemi [a],& pulcherrima,& perampla. his pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, q eorū demolitio, atq. asportatio, perdifficilis videbatur.insistebat in manu Cereris dextra simulacrū pulcherrimè factum victoriæ. hoc iste,è signo Cereris auellendū, asportandúm que curauit. Qui tandē istius animus est nūc in recognitione scelerum suorum, cùm ego ipse in commemoratione eorum non solùm animo commouear,verùm etiā corpore perhorrescam? venit enim mihi fani, loci,religionis illius in mentem:versantur ante oculos omnia:dies ille, quo [c]ego Ennam cùm venissem, præstò mihi sacerdotes Cereris cum infulis[d],ac verbenis [e]fuerūt: cōcio conuētúsque ciuiū : in quo ego cùm loquerer,tātis fletus,gemitúsque fiebant, vt acerbissimus tota vrbe luctus versari videretur. non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones, non iniqua iudicia,non importunissimas [g] istius libidines, non vim, non contumelias, quibus operti,oppressíque erant,conquerebantur : Cereris numen ,sacrorum vetustatem,fani religionem,istius sceleratissimi, atque audacissimi supplicio expiari volebant: omnia se cetera pati, ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus, vt Verres,*alter Orcus*, venisse Ennam , & non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererē videretur. Etenim vrbs illa non vrbs videtur,sed fanum Cereris esse.habitare apud sese Cererem Ennenses arbitrantur : vt mihi non ciues illius ciuitatis,sed omnes sacerdotes,omnes accolæ , atque antistites Cereris esse videantur. Ennæ [k] tu simulacrum Cereris tollere audebas:Ennæ tu de manu Cereris Victoriam diripere [l] & deam deæ detrahere conatus es? quorū nihil violare,nihil attingere ausi sunt in quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt quàm religioni. tenuerunt enim P. Popillio.P.Rupilio cos. illū locū serui,fugitiui,barbari, hostes.sed neque tā serui illi dominorum,quàm tu libidinum:neque tā fugitiui illi à dominis,quàm tu à [m]iure, & à legibus:neque tā barbari lingua,& natione illi,q̄ tu natura & moribus:neque illi tā hostes hominibus,q̄ tu diis immortalibus.Quæ deprecatio est igitur ei reliqua,qui indignitate seruos , temeritate fugitiuos , scelere barbaros, crudelitate hosteis vicerit? Audistis Theodorū,& Numinium,& Nicasionē,legatos Ennenses,publicè dicere,sese [n] à suis ciuibus hęc habere mandata,vt ad Verrem adirent, & eum *simulacrum Cereris,& Victoriæ* reposcerent.id si impetrassent , tum vt morē veterē Ennensium conseruarent : publicè in eum , tametsi vexatisset Siciliam : tamen , quoniam hæc à maioribus constituta [o] accepissent, testimoniū ne quod dicerent. sinautem ea non reddidissent, tum vt iudicio adessent, tum vti de eius iniuriis iudices docerēr, sed [p] multo maximè de religione quererētur. quas illorum querimoniis nolite,per deos immortales,aspernari,nolite contēnere,ac negligere,iudices. Aguntur iniuriæ sociorū:agitur [q] vis legū: agitur existimatio,veritásque iudiciorū.quæ sunt omnia permagna:verum illud maximū: tāta religione obstricta tota prouincia est:tā ta superstitio ex istius facto mētes omnium Siculorum occupauit,vt,quęcunque accidant publicè [a],vel priuatim incommoda, propterea causam scelere [b]istius euenire videantur. Audistis,Centuripinos,Agyrinēseis,Catinenseis,Herbitenseis,d,Ennenseis , complures alios . publicè dicere, quæ solitudo esset [e] in agris,quę vastitas,quæ fuga aratorū,quàm deserta,quàm inculta, quàm relicta omnia. Ea tametsi istius multis, & variis iniuriis accidebant:tamē hæc vna causa in opinione Siculorum plurimùm valet,quòd,Cerere violata,omneis cultus,fructúsq. Cereris in his locis interiisse arbitrātur.Medemini religioni socio rum,iudices:cōseruate [f] vestrā auctoritatem. Neque enim hæc externa nobis [g] est religio, neque aliena.quòd si esset,si suscipere eā nolletis:tamē in eo,qui violasset,sancire vos vel le oporteret. ¶ Nunc verò in cōmuni omniū gentiū religione,inq. his sactis, quæ maiores nostri ab exteris nationib.adscita, atq.barcesita coluerunt:quæ sacra,vt erant re vera, sic appellari Græcaivoluerunt: negligētes,ac dissoluti si cupiamus esse , quī possumus? Vnius etiam vrbis,omniū [k] pulcherrimæ.atque ornatissimæ, *Syracusarum direptionē cōmemorabo*, & in mediū proferam,iudices: vt aliquando torā huius generis orationē concludā , ac definiam.Nemo ferè vestrūm est,quin , quēadmodū captæ sint à M.Marcello Syracusę,sæpe audierit,nonnūquam etiā in annalib.legerit, conferte [h]hanc pacē cū illo bello:huius prætoris aduentū,cū illius imperatoris victoria: huius cohortē impurā , cum illius exercitu inuicto:huius libidines, cū illius continētia: ab illo,qui cepit,cónditas:ab hoc,qui cōstitutas accepit,captas dicetis Syracusas.Ac iā illa omitto, quæ dispersè à me multis [m] locis dicētur,ac dicta sunt:forū Syracusanorū,quod [n] introitu Marcelli à plurima cęde seruatū est, id aduentu Verris Siculorū innocētium sanguine redundasse:portum Syracusanorū, qui tum & nostris classibus , & Karthaginēsium clausis fuisset,eum,isto prętore,Cilicū myoparoni,prædonibúsq.patuisse. Mitto adhibitam vim ingenuis , matres familiās violatas: quæ [o]tum,vrbe capta,commissa non sunt, neque odio hostili,neque licētia militari, neq. more belli,neque iure victoriæ:mitto,inquā, hæc omnia,quę ab isto per triennium perfecta sunt.ea,quę coniuncta cū illis rebus sunt, de quibus autea dixi , cognoscite. Vrbem [p] Syracusas maximam [q] esse Græcarum vrbium , pulcherrimámque omnium, sæpe audistis. Est,iudices,ita, vt dicitur. nam & istu est cùm munito , tum ex omni aditu , vel terra,vel mari,præclaro ad aspectū: & portus habet prope in ædificatione , ad aspectuque vrbis inclusos:qui cùm diuersos inter se aditus habeant , in exitu coniunguntur, & confluunt.Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur *Insula* [r], mari disiuncta angusto , ponte rursum [s] adiungitur, & continetur. Ea tanta est vrbs, vt ex quatuor [t] vrbibus maximis constare dicatur? quarum vna est ea,quam dixi,Insula:quæ duobus portubus [u] cincta,in vtriusque portus ostium, aditúmque proiecta est : in qua domus est, quæ regis [x] Hieronis fuit , qua prætores vti solent,in ea sunt ædes sacræ complures : sed duæ , quæ longè ceteris antecellunt [y]: Dianæ vna:& altera, quæ fuit ante istius aduentum ornatissima,Mineruæ.In hac insula extrema,

a L. publicè, priuati aq. incomm.
b L. propter scelus istius euenire vid.
c *al.* sceleris
al. scelúsque
al. hæc vox scelere vel sceleris *vel* scelus *expungitur à quibusdam. Alii legunt* propter scelus istius.*
d *al.* Ennenseis , Herbitenseis,
e *v.c.*in agris est. *v.* & *ita L.*
f L.conseruare vestram. Neque *vt hic subaudias* religionem *
g *v. c.*vobis est relig. & *ita L.*
h *al.* atq. accepta col.
i Græca sacra adde Festum in Græca sacra.*
k L.omnium Graecarum vrbiúmpulch. l refertur hic locus libro de Oratore.*
P. B.
m *v.c.*multis in locis.
n L. quod in introitu Marcelli purum à cæde fuerat tum est, *&c. alii lib. vet.* quorum cædes.
o *v.c.* quæ rū in vrbe capta
p Syracusanorumdescriptio.*
q *v.c.* maxima Græcarū pulcherrimá que omnium
r eam Ortygiam insulā appellat Strabo 6.
s *v. c.* rursus adiūgitur. *al.* rursum coniungitur,& cont.
t quinque dicit fuisse Strabo *li.* 6.*
u *v.c.*portubus.
x *y c.* Hieronis regis.

est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidum à [a] mari disiunctus esset. Altera autem est vrbs Syracusis: ei nomen *Acradina* est: in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimum prytaneum [b], amplissima est curia, templúmque egregium Iouis Olympij, ceteræque [c] vrbis partes vna lata via perpetua, multisque transuersis diuisæ, priuatis ædificiis continentur. Tertia est vrbs, quæ, quòd in ea parte, Fortunæ fanum antiquum fuit, *Tyche* nominata est: in [c] qua & gymnasium amplissimum est, & complures ædes sacræ: colitúrque ea pars, & habitatur frequentissimé. Quarta [f] autem est vrbs, quæ quia postrema ædificata est, *Neapolis* nominatur: quam ad summam theatrum est maximum: præterea duo templa sunt egregia, Cereris vnum, alterum Liberæ: signúmque Apollinis, qui [g] *Temnites* vocatur, pulcherrimum, & maximum: quod iste si portare potuisset, non dubitasset auferre. Nunc ad Marcellũ reuertar, ne hæc à me sine causa commemorata esse videantur: qui cùm tam præclaram vrbem vi, copiísque cepisset, non putauit ad laudem populi Romani hoc pertinere, hanc pulchritudinem, ex qua præsertim nihil periculi oriri posset, delere, & extinguere. itaque ædificiis omnibus, publicis, & priuatis, sacris, & profanis sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda venisset. in ornatu vrbis habuit victoriæ rationem, habuit humanitatis. victoriæ putabat esse, multa Romam deportare, quæ ornamento vrbi esse possent: humanitatis, non planè spoliare vrbem, præsertim quam conseruare voluisset. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli populo Rom. appetiuit, quàm humanitas Syracusanis reseruauit. Romam quæ asportata [k] sunt, ad ædem Honoris, atque [l] Virtutis, itémque aliis in locis videmus. nihil in ædibus, nihil in hortis posuit, nihil in suburbano: putauit, si vrbis ornamenta domum suam non contulisset, domum [m] suam ornamento vrbi futuram. Syracusis autem permulta, atque egregia reliquit. deum verò nullum violauit, nullum attigit. Conferte Verrem: non vt hominem cum homine comparetis, nequa tali viro mortuo fiat iniuria: sed vt pacem cum bello, leges cum vi, forum & iurisdictionem cum ferro, & armis, aduentum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis. *Ædes* [n] *Mineruæ* est in insula, de qua antè dixi: quam Marcellus non attigit: quam plenam, atque ornatam reliquit: quæ ab isto sic spoliata, atque direpta est, non [o] vt ab hoste aliquo, qui tamen in bello, religionum, & consuetudinis iura retineret, sed vt à barbaris prædonibus vexata esse videatur. *Pugna erat equestris Agathoclis* [p] *regis in tabulis picta* præclarè: his autem tabulis interiores [q] templi parietes vestiebantur. nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracusis, quod magis visendum putaretur. has tabulas M. Marcellus, cùm omnia illa victoria sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit. iste, cùm illa iam, propter diuturnam pacem, fidelitatémque populi Syracusani, sacra, religiosáque accepisset, omneis eas tabulas abstulit: parietes, quorum ornatus tot sæcula manserat [a], tot bella effugerat, nudos ac deformatos reliquit. Et Marcellus, qui, si Syracusas cepisset, duo templa se Romæ dedicaturum vouerat, id [b], quod erat ædificaturus, his rebus ornare, quas ceperat, noluit: Verres, qui non Honori, neque Virtuti, vt ille, sed Veneri, & Cupidini vota deberet, is Mineruæ templum spoliare conatus est. ille deos deorum spoliis ornare noluit: hic ornamenta Mineruæ virginis in meretriciam domum transtulit. *Viginti, & septem præterea tabulas pulcherrimè pictas ex eadem æde sustulit*: in quibus erant imagines Siciliæ regum ac tyrannorum, quæ non solùm pictorum artificio delectabant, sed [d] etiam commemoratione hominum, & cognitione formarum. Ac videte, quanto tætrior hic tyrannus Syracusanus fuerit, quàm quisquam superiorum, cùm [e] illi tamen ornarint templa deorum immortalium: hic [f] etiam deorum monumenta, atque ornamenta sustulerit. Iam verò quid ego *de valuis* [g] *illius templi* commemorem? vereor, ne hæc qui non viderunt, omnia me nimis augere, atque ornare arbitrentur: quod tamen nemo suspicari debet, tam esse me [h] cupidum, vt tot viros primarios velim, præsertim ex iudicum numero, qui Syracusis fuerint, qui hæc viderint, esse temeritati, & mendacio meo conscios. Confirmare hoc liquidò [i], iudices, possum, valuas magnificentiores, ex auro, atque ebore perfectiores nullas [k] vmquam vllo [l] tempore fuisse. incredibile dictu est, quàm multi Græci de [m] valuarum harum pulchritudine scriptum reliquerint. nimium fortiam hæc illi mirentur [n], atque efferant. esto: verumtamen honestius est reip. [o] nostræ, iudices, ea quæ illis pulchra esse videantur, imperatorem nostrum in bello reliquisse, quàm prætorem in pace abstulisse. Ex ebore diligentissimè perfecta [p] argumenta [q] erant in valuis. ea detrahenda curauit omnia. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum [r] anguibus, reuellit, atque abstulit: & tamen indicauit, se non solùm artificio, sed [s] etiam pretio, quæstúque duci. nam bullas omneis [t] aureas ex his valuis, quæ erant [u] & multæ & graues, non dubitauit auferre: quarum iste non opere delectabatur, sed pondere. Itaque eiusmodi valuas reliquit, vt, quæ olim ad ornandum templum erant maximè, nunc tantùm ad claudendum factæ esse videãtur. Etiámne grami[x]neas [x] hastas? vidi enim vos in hoc non [y] minimè, cùm testes dicerent, commoueri, quòd erant huiusmodi, vt semel vidisse satis esset: in quibus neque manu factum quidquam, neque pulchritudo erat vlla, sed tantùm magnitudo incredibilis, de qua vel audire satis esset: nimiũ videre pius, quàm semel. etiámne id concupisti? Nã *Sappho quæ sublata de prytaneo* est, dat tibi iustam excusationem, propè vt concedendum, atque ignoscendũ esse videatur, M. [z] Syllanionis opus [a] tã perfectum, tam elegans, tam elaboratum, quilquã non modò priuatus, sed populus potiùs haberet, quã homo elegantissimus, atq. eruditissimus Verres? nimirum contrà dici nihil potest. nostrũm enim vnusquisq., qui tam beati, quàm iste est, non sumus, tam delicati esse nõ possumus: si quandobaliquid istiusmodi videre volet, eat ad ædem Felicitatis, ad monumentũ Catuli, in por-

P. CCXXVIII.

a *v.c.* diiunctus esset à mari.

b Prytaneũ Athenis locus in quo, *vt ait Varro*, in dicia exercebant & bene meriti de re publica publicis sumptibus alebãtur. Huius similitudine Prytaneum fuit Syracusis.*

c L. & *v.c.* cæteræque vrbis partes, quæ vna via lata, perp. &c.

d *v.c.* Tucha

e *v.c.* in qua gymnas.

f *v.c.* Quarta autem est, quæ q. & ita L.

g L. qui Temenites vocatur, ‖ *al.* Thesmotes *al.* Themites *al.* Themistes *al.* Thesmites *al.* Thesmotetes. *sed scribendum videtur* Temenites *à loco Siciliæ* qui *Temenites dicitur Stephano. ad. de Suetonium in Tiberio.*

P. B. *Turneb.* 8. *aduers.* 12.*

h *v.c.* publicis omnibus, & priuatis.

i *v.c.* expolia re

k *v.c.* apportata sunt. & L. deportata sunt.

l *v.c.* & virtutis,

m L. domi suæ ornamento vrbem suam. ..

n *v.c.* Aedis Min.

o *al.* vt non ab hoste aliquo, qui tamen in bello, religionum, & consuetudinis iura retineret. sed à barb.

p L. Agathoclis regis

q *v.c.* interiores.

a *v.c.* manserant, tot bella effugerat.

b L. & *v.c.*

c *v.c.* quemadmodũ ille, sed Ven.

P. CCXXIX.

d *v.c.* & comm.

e *v.c.* quin illi.

f L. hic etiã illorum mon.

g Valuæ magnificentissimæ templi Mineruæ.

h *al.* ne crimianndi cupidum.*

i Liquidò confirmare est apertè cõfirmare.*

k L. nullas vmquam vllo in templo fuisse & ita *v.*

l *al.* illo templo fuisse *adde Turneb.* 8. *aduers.* 12.*

m *L.* de harum valuarũ p.

n *al.* mirantur, atq. afferunt.

o *v.c.* nostræ reip.

p L. perfectæ erant argumenta in *v.*

q *al.* antepagmenta.*

r *al.* cinctum

s *v.c.* sed & pr.

t *v.c.* aureas omnis

u *v.c.* erant multæ & gr.

x *id est grauiores & ita hunc locum interpretatur Seruius lib. 5. Aeneid. ad illum Virgilii locum* Graminea hasta. *Alij tamen hic legunt* fraxineas.*

y L. non minimum, cum t. *al.* in hoc nomine.*

z L. Silanionis opus tam perf. ‖ *atque ita legitur in quibusdam sine vllo prænomine* Marci *vel* Annei*

a Statuarij 34. Plin. 8.

b *al.* si quis aliquid.

in porticum Metelli: det operam, vt admittatur in alicuius istorum Tusculanum: spectet[a] eorum[b] ornatum, si quid iste suorum ædilibus[c] accõmodauit: Verres hæc habeat domi? Verres ornamentis fanorum, atque opidorum habeat plenã domum, villas refertas? Etiámne huius operarij studia, ac delicias iudices, perferetis? qui ita natus[d] est, ita educatus, ita factus & animo, & corpore, vt multo appositior ad[e] deferẽda, quã ad auferẽda signa esse videatur. Atque[f] hæc Sappho fabulata quantũ desideriũ sui reliquerit, dici vix potest. namq; tum ipsa fuit egregiè facta, tum epigramma Græcum pernobile incisum[h] habuit in basi, quod iste eruditus homo, & Græculus, qui hæc subtiliter iudicat, qui solus intelligit, si vnam litterã Græcam sciisset, certè non sustulisset. nunc enim quod[i] inscriptum est inani in basi, declarat, quid fuerit, & id ablatũ indicat. Quid? *signum Pæanis ex æde Æsculapij* præclarè factum, sacrum, & religiosum non sustulisti? quod omnes propter pulchritudinem visere, propter religionẽ colere solebant. Quid? *ex æde Liberi simulachrum Aristei* non tuo imperio palàm ablatum est? Quid? *ex æde Iouis religiosissimum simulacrum Iouis imperatoris, quẽ Græci Vrion*[l] *nominant*, pulcherrimè factum, nónne abstulisti? Quid? *ex æde Liberi parunm illud caput pulcherrimum*, quod visere solebamus, num dubitasti tollere? Atque[m] ille Pæan sacrificiis anniuersariis simul cũ Æsculapio apud illos colebatur. Aristeus, qui, vt Græci ferunt, Liberi filius, inuẽtor olei esse dicitur, vnà cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus. Iouẽ autem imperatorẽ quanto honore in suo templo fuisse arbitramini? hinc colligere potestis, si recordari volueritis, quãta religione fuerit eadẽ specie, atq. forma signũ illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio posuerat Flaminius[o]. Etenim tria[p] ferebantur in orbe terrarum signa Iouis imperatoris vno ingenere pulcherrimè facta: vnum illud Macedonicum, quod in Capitolio videmus: alterum, in Ponti ore, & angustiis: tertium, quod Syracusis ante Verrem prætorem fuit. illud[q] Flaminius ita ex æde sua sustulit, vt in Capitolio, hoc est, in terrestri domicilio Iouis ponere. Quod autẽ est ad introitũ Ponti, id, cùm tam multa ex illo mari bella emerserint, tã multa portò in Põtum inuecta sint, vsque ad hãc diem integrũ, inuiolatũmq. seruatũ est. hoc tertiũ, quod erat Syracusis, quod M. Marcellus, armatus & victor, viderat: quod religioni concesserat: quod ciues, atque incolæ Syracusani colere, aduenę non solùm visere, verumetiam venerari solebãt: id[r] Verres ex templo Iouis sustulit. Vt sępius ad M. Marcellũ reuertar, iudices, sic habetote: plureis esse à Syracusanis istius aduẽtu deos, quàm victoria Marcelli homines desideratos. Etenim ille requisisse dicitur etiã Archimedẽ[t] illum, summo ingenio hominẽ, ac disciplina, cùmque[t] cùm audisset interfectũ, permoleste tulisse. Iste omnia, quæ requisiuit, nõ vt seruaret[u], verùm vt asportaret requisiuit. Lam illa, quia[x] leuiora videbũtur, si hoc loco dicerẽtur, ideò præteribo, quòd iste mẽsas Delphicas è marmore, Veratẽtas ex ære pulcherrimas vim maximam vasorum Corinthiorum[z], ex omnibus ędibus sacris Syracusis[a] abstulit. Itaque iudices, hi, b qui ad hospites ad ea quę vi

a L. spectet forum ornatum, si quid iste suorum ædilibus cõmodauit.
b al. forum*
c al. ædibus*
d v. c. & L. ita natus, ita educatus est, ita factus &c.
e L. ad ferenda.
f al. Atqui h. l. nam ea ipsa fuit egr.
h L. & v.c. incisum est in basi.
P. CCXXX. i L. & v.c. quod scriptum est
k L. Pæonis

l quod terminis & finitimos ab iniuria arceret. Huius rei meminit Demosthenes ἐν τῷ ὑπὲρ Φορμίωνος. Veriana Hercarassent.*
m L. Atque ille Pæon?
n L. coniicere potestis,

o L. Flaminius.
p Signa Iouis toto orbe pulcherrimè facta*

q L. illud Flaminius ita ex

P. B. r L. id C. Verres ex æde &c.

f vide quæ scripsi 5. de signibus.
t al. quem eum.*
u L. conseruaret, & ita v.c.
x v.c. quæ leuiora vid.
y al. craterã ex ære pulcherrimas.
z vide 34. Plin. 7.*
a L. abstulit Syracusis.
b L. si, qui hosp.
c hospitibus deducendis ad ea, quæ videnda essent Syracusis, Mythagogi conficiunt.*

A senda sunt, ducere[a] solent, & vnumquidque ostendere, quos illi mystagõgos[b] vocãt, consuetam iam habent demonstrationem suam. nam, vt antè demonstrabãt, quid vbique[c] esset: ita nunc, quid vndiquedablatum sit, ostendunt. Quid tum? mediocrine tandem dolore eos affectos esse arbitramini? non ita est, iudices. primùm, quòd omnes religione mouẽtur: & deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligẽter, & retinendos esse arbitrãtur: deinde hic ornatus, hæc opera, atque artificia, signa, tabulæ pictæ, Græcos homines nimio opere delectant. Itaque ex illiorum querimoniis intelligere possumus[e], hęc illis acerbissima videri, quę forsitã nobis leuia, & contemnenda esse videantur. mihi credite, iudices, (tametsi vosmetipsos hęc eádem audire certò scio) cùm multas acceperint per hosce annos socij, atque exterę nationes calamitates, & iniurias, nullas Græci homines grauius tulerunt[f], nec ferunt, quàm huiusce modi spoliationes fanorum, atque oppidorum. Licet iste dicat emisse se, sicuti solet dicere: credite[g] mihi iudices: nulla vnquam ciuitas tota Asia, & Græcia, signum vllum, tabulam pictam, vllum denique ornamentum vrbis, sua voluntate cuiquam vẽdidit. nisi fortè existimatis, posteaquàm iudicia fieuera Romæ fieri[h] desierint, Græcos homines hæc vendere i cœpisse, quæ tum non modo non vendebãt[k], cùm iudicia fiebant, verumetiam coemebant: nisi arbitramini, L. Crassio, Q. Scævolæ, C. Claudio potentissimis hominibus, quorum ædilitates ornatissimas vidimus, commercium istarum rerum cum Græcis hominibus non fuisse? iis, qui post iudiciorum dissolutiones, ædiles facti sunt, fuisse. Acerbiorem etiam scitote esse ciuitatibus falsam istam, & simulatam emtionem, quàm si quis clàm surripiat, aut eripiat palàm, atque auferat. nam turpitudinem summam esse arbitrantur, referri in[l] litteras publicas, pretio adductam ciuitatem, & pretio paruo, ea, quæ accepissẽt à maioribus, vendidisse, atque alienasse[m]. etenim mirandum in modũ Græci rebus istis, quas nos cõtemnimus delectantur. Itaque maiores nostri facilè patiebantur, hæc esse quàm[n] plurima apud socios, vt imperio nostro quàm ornatissimi, florentissimique essent. apud eos autem, quos vectigaleis[o], aut[p] stipendiarios fecerant, tamen hæc relinquebant, vt illi, quib. ea iucunda sunt, quæ nobis leuia videbantur[q], haberent hæc oblectamenta, & solatia seruitutis. Quid arbitramini Rhegínos, qui tam ciues Romani sunt, tamen[r] velle, vt ab eis marmorea Venus illa ne auferatur? quid Tarentinos, vt[s] ne Europam in tauro sedentem amittant? vt Satyrum, qui apud illos in ædę Vestę est? vt cętera, quid Thespienses, vt Cupidinis signum, propter quod vnum visuntur? Thespiæ quid Cnidios, vt Venerem marmoream? quid vt pictam, Coos? quid Ephesios, vt Alexandrum? quid Cyzicenos, vt Aiacem, aut Medæam? quid Rhodios, vt[u] Ialysium? quid Athenienses, vt ex marmore Iacchum, aut Parhalum[x] pictum, aut ex ære, Myronis bucũlam? Longum est, & nõ necessarium, commemorare, quæ apud quosque visenda sunt tota Asia & Græcia: verùm illud est, quamobrem hæc commemorarim[y]: quòd existimare vos hoc volo, mirum quendã dolorem

a v. c. solent ducere.
b Mystagogi munus.*
c al. vbi quæ
d Ant. Aug. vndè quæ.*
e v. c. possimus
P. CCXXXI. f al. fecerũt ac tulerunt*
g v. c. credite hoc mihi, iu.
h L. fieri desierunt, Græcos homines hæc vendita re cœpe. & ita v. c.
i al. vendita re id est vendere velle*
k v. c vendebant.
l v. c. in tabulas pr.
m L. abalienasse.
n L. apud illos quàm plurima, vt imperio Vectigalibus & stipendiariis populis, bona ea relicta à Romanis victoribus, vt victi ea haberent oblectamẽta & solatia seruitutis.
p Sociorum tria genera, Immunes, vectigales, stipendiarij
q v. c. videntur
r al. metuerit
s L. & v.c. Venus illa auferatur? pauci de Termes. 2. aduersũ. 8.
t L. vt Europam in tau.
P. B. ro amittant? & ita v.c.
u L. vt Ialysium?
x al. Parrhasium.
y v. c. commemorem.

accidere[a] iis ex quorum vrbibus hæc auferebantur[b]. Atque, vt ceteros omittamus, de ipsis Syracusanis cognoscite: ad quos ego cùm venissem, sic[c] primò existimabam, vt Romæ ex istius amicis acceperam, ciuitatem Syracusanam propter Heraclij hereditatem, non minùs esse isti amicam, quàm Mamertinam propter prædarum, ac furtorum omnium societatem: simul & verebar, ne mulierum nobilium, & formosarum gratia, quantum iste arbitrio præturam[d] per triennium gesserat, vitorúmque, quibus cum illæ nuptæ erant, nimia in istum non modò lenitudine[e], sed etiam liberalitate oppugnaret, siquid ex[f] litteris Syracusanorum conquirerem. Itaque Syracusis cum ciuibus Romanis eram: eorum tabulas exquirebam[g]: iniurias cognoscebam. cùm diutius in negotio, curáque fueram: vt requiescerem, curámque animi remitterem, ad Carpinatij præclaras tabulas reuertebar: vbi cum equitibus Ro. ex illo cõuentu honestissimis, illos Verrutios, de quibus antè dixi, explicabam: à Syracusanis prorsus nihil adiumenti neque publicè, neque priuatim exspectabam: neque erat in animo postulare. Cùm hæc agerem, repentè ad me venit Heraclius, qui tum magistratum Syracusis habebat, homo nobilis, qui sacerdos[h] Iouis fuisset, qui honos apud Syracusanos est amplissimus. agit mecum, & cum Q. fratre meo, vt[k], si nobis videretur: adiremus ad eorum senatum: frequenteis esse in curia: se iussu senatus à nobis petere, vt veniremus. Primò nobis fuit dubium, quid ageremus: deinde citò venit in mentem, non esse vitãdum nobis[l] conuentum, & locum. Itaque in curiam venimus. Honorificè sanè consurgitur. nos rogatu magistratus assedimus. Incipit is loqui, qui & auctoritate, & ætate, &, vt mihi visum est, vsu rerum antecedebat, Diodorus Timarchides: cuius omnis oratio hanc habuit primò sententiam: Senatum, populúmque[m] Syracusanum molestè, grauitérque ferre, quòd ego, cùm in ceteris Siciliæ ciuitatibus, senatum, populúmque docuissem, quid eis vtilitatis, quid salutis afferrem, & cum ab omnibus mãdata, legatos, litteras, testimoniáque sumsissem, in illa ciuitate nihil eiusmodi facerem. Respondi neque Romæ in conuentu Siculorum, cùm à me auxilium cõmuni omnium legationum consilio petebatur, causáque totius[n] ad me Siciliæ deferebatur, legatos Syracusanorum affuisse: neque me postulare, vt quidquam contra C. Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verris statuam viderem. Quod posteaquàm dixi, tantus est gemitus factus adspectu statuæ, & commemoratione, vt illud in curia positum monumentum scelerum, non beneficiorum videretur. Tum pro se quisque, quantum dicẽdo assequi poterat, docere me cœpit, ea, quæ paulò ante commemorauí: spoliatam vrbem, fana direpta: ex[o] Heraclij hereditate, quàm palæstris[p] concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse: neque postulandum fuisse, vt ille palæstritas diligeret, qui etiam inuen torem olei[r] deum sustulisset: neque illam statuam esse ex pecunia publica, neque publicè daram: sed eos, qui hereditaris diripiẽdæ participes fuissent, faciendã statuendamque curasse: eosdẽ Romæ fuisse legatos, illius adiutores improbitatis, socios furtorũ, concios flagitiorum: eo minus mirari me oportere, si ille communi legatorũ voluntati, & saluti Siciliæ defuisset. Vbi eorum dolorem ex illius iniuriis, non modò non minorem, sed propè maiorẽ, quàm ceterorum[a] Siculorũ esse cognouisset: tum[b] meũ animum in illos, tum mei consilij, negotiique totius suscepti causam, rationémq. proposuisse: eos hortatus sum vt causæ cõmuni, salutique ne deessent: vt ei illam laudationem, quam se vi, ac metu coactos, paucis illis diebus, decresse dicebant, tollerent. Itaque, iudices, Syracusani hæc faciunt, istius clientes, atq. amici: primùm mihi litteras publicas, quas in erario[c] sanctiore cõditas habebãt, proferunt: in quibus ostendunt omnia, quæ dixi, ablata esse, perscripta, & plura etiã, quã ego potui dicere: perscripta autem hoc modo, quòd ex æde Mineruæ hoc & illud abesset: quòd ex æde Iouis, quòd ex æde Liberi. vt quisque eis rebus tuẽdis[d], conseruandísque præfuerat, ita perscriptum erat, cùm rationem ex[e] lege redderet, & quę acceperat, deberet[f] tradere: petiisse, vt sibi, quæ res abessent, ignosceretur: itaque omneis liberatos discessisse, & esse ignotum omnibus: quas ego litteras obsignandas publico signo, deportandásque curaui. De laudatione autem ratio sic[g] reddita est. primùm cùm à Verre litteræ aliquanto ante aduentũ meum de laudatione venissent, nihil esse decretũ: deinde, cùm quidam ex illius amicis cõmonerent, oportere decerni, maximo[i] esse clamore, & conuicio repudiatos[k] posteaquàm meus aduentus appropinquarit, imperasse eũ qui summam potestatem haberet, vt decerneret: decretum ita esse[l], vt multo plus illa laudatio mali, quàm boni, possit[m] afferre. Idũ ideò, iudices, vt mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite. *Mos*[o] *est Syracusii, vt, si qua de re ad senatum referatur, dicat sententiam, qui velit, nominatim nemo rogatur. & tamen, vt quisque honore*[p], *& ætate antecedit, ita primus soler sua sponte dicere: idque à ceteris ei conceditur. Sin quãdo tacent omnes, tunc sortito*[q] *coguntur dicere.* Cùm hic mos esset, refertur ad senatum de laudatione Verris. In quo primũ vt aliquid esset moræ, multi interpellant: de Sex. Peducæo, qui de illa ciuitate, totáq. prouincia optimè meritus esset, sese antecã, cùm audissent ei negotium facessitum. cúmq. eum publicè pro plurimis eius, & maximis meritis laudare cuperent, à C. Verre prohibitos esse: iniquũ esse, tametsi Peducæus eorum laudatione iã non vteretur, tamen nõ id priùs decernere, quod aliquando voluissent, quàm quod[s] tum cogerentur. Conclamãt omnes, & approbant, ita fieri oportere. Refertur de Peducæo. vt quisq. ætate, & honore ante cedebat, ita sententiã dixit ex ordine. Id adeò ex ipso SC. cognoscite. nã principiũ sen ẽtiæ perscribi solet. Recita. QVOD[t] VERBA FALTA SVNT DE SEX. PEDVCAEO. Dicit, qui primi suaserint. decernitur. refertur deinde de Verre. dic quæso, quomodo? QVOD VERBA FACTA SVNT DE C. VERRE. Quid postea scriptũ est? CVM SVRGERET NEMO, NEQVE SENTENTIAM DICERET. Quid hoc est? SORS DVCITVR. Quamobrem? nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ, defensor periculorum tuorum[x], præsertim cùm

a L. accipere eos, ex q. b, v. c. asseruntur.
b v. c. sic primum
a L. per triẽnium prætu-ram gess. & ita v. c.
c ita videtur legisse Non. c. 2. in lenitudine. Alij tamen legunt lenitudine, quæ apud eundem autorem. Nonium illo capite, idem quod lenitas quod vel authoritate Ciceronis 4. *Tusculana* probat.*
d v. c. eliceris.
e P. CCXXVII
f L. exscribebam. c. deo v. c. exquirebam.
g Sacerdotium Iouis, honos apud Syracusanos amplissimus.
h L. est apud Syracusanos amp. & ita v. c.
i Quo ritu & honore Romani senatores excepti à curiis prouinciarũ
k v. c. illum nobis.
l v. c. & populum Syracusanum.
m L. totius prouinciæ ad me def. & ita v. c.
n v. c. de Heraclij.
o v. c. palæstribus conceff.
p Palæstritis enim opus oleo.*
q Aristæum Bacchi filium, nisi legas oleæ deam vt interpretemur. Mineruam.*
r Aristæum Bacchi filium, nisi legas oleæ deam vt interpretemur. Mineruam.*
P. R.
a v. c. Siculorum ceterorum
b L. tum ego meum animum.
c Aerarium sanctius apud Syracusanos in quo etiam litteræ publicæ asseruatæ.*
d al. tuendis præfuerat.*
e è Lege redderet, alii lib. redderẽt, & quæ acceperant,
f L. tradere debere; ẽt v. c. tradere deberent:
g L. si. mihi reddita est.
h L. à C. Verre.
i v. c. maximo clamore esse, & coaud.
k al. repudiatos: &, postea quam m. P. CCCXXXIII.
l L. & v. c. illi laud m.
m L. & v. c. posset.
n L. Idadeò iudices,
o Mos dicendæ sententiæ Syracusis.
p L. & v. c. ætate, & honore
q al. sin aliquando.*
r al. sortitio ne.*
s v. c. quod tunc cog.
t L. nãp incipium sentẽtiæ præscribi solẽt. al. nã principio sentẽtiæ perscribi solent.*
u Formula initii senatusconsulti.*
x v. c. non habent tuorum neque L. Agrar. sed.

cùm inire à prætore gratiam posset nemo. ipsi illi [a] tui conuiuæ, consiliarij, & consecij, verbum facere non audebant [b]. in qua curia statua tua stabat, & [c] nuda in ea filij, nemo fuit, quem ne nudus quidem filius in nuda prouincia commoueret. Atque etiam hoc me docét, eiusmodi senatusconsulto sese fecisse laudationẽ, vt omnes intelligere possent non laudationem, sed potius irrisionem esse illam, quæ [e] commonefaceret istius turpem, calamitosámque prætutam. Etenim scriptum esse ita, QVOD sistè virgis neminem cecidisset: à quo cognoscitis, nobilissimos homines, atque innocentissimos securi esse percussos: QVOD vigilanter prouinciam administrasset: cuius omneis vigilias in [g] stupris constat, adulterijsque esse consumtas. hoc autem scripturn etiam, quod proferre non auderet reus, accusator recitare non desineret. QVOD prædones procul ab insula Sicilia prohibuisset Verres: quos etiam intra Syracusanam insulam receptasset. Quæ [h] posteaquàm ex illis cognoui, discessi cum fratre è curia, vt, nobis absentibus si quid vellent, decernerent. Decernunt i statim: primùm, vt L. fratri hospitium [k] publicè fieret, quòd is eandem voluntatem erga Syracusanos suscepisset, quam ego semper habuissem. id non modò tùm scripserunt, verùm etiam in ære incisum nobis tradiderũt. Valde hercle te Syracusani tui, quos crebrò commemorare soles, diligũt: qui cum accusatore tuo satis iustam causam coniungendæ necessitudinis putant, quòd te accusaturus sit, & [l] quòd ad inquirendum in te venerit. postea decernitur [m], ac non variè, sed propè coniunctis sententiis, vt laudatio, quæ C. Verri decreta esset, tolleretur. At [n] verò cùm iam non solùm discessio [o] facta esset, sed etiam perscriptũ, atque in tabulas relatum, prætor appellatur. At quis appellat? magistratus aliquis? nemo. senator? ne id quidé. Syracusanorum aliquis? minimè. quis igitur prætorem appellat? qui quæstor istius fuerat, Cæcilius? O rem ridiculam: ô [q] desertum hominem: ô desperatum, ac relictum à magistratu Siculo. ne S. C. Siculi homines facere possent, ne [r] suum ius suis moribus, suis legibus obtinere possent, nõ amicus istius, nõ hospes, non denique aliquis Siculus, sed quæstor prætorem appellat. Quis hoc vidit? aut quis audiuit? Prætor æquus, & sapiens dimitti iubet senatum. concurrit ad me maxima multitudo. primùm senatores clamare, eripi [s] sibi ius, eripi libertatem: populus senatũ laudare, gratias agere: ciues Romani à me nusquã discedere. quo qui dem die, nihil ægriùs factum est, multo [u] labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur. Cùm ad prætorem in ius adissemus, excogitat sanè [x] diligenter, & cautè, quid decernat, nam antè quàm verbum faceret, de sella surrexit, atque abiit. Itaque tum de foro, cum iã aduesperasceret, discessimus. Postridie manè ab eo postulo, vt Syracusanis liceret S.C. quod pridie fecissent, mihi reddere. Ille enimuero negat: & ait, indignum facinus esse, *quòd y ego in senatu Græco verba facissem: quod quidem apud Græcos z Græcè locutus essem* id ferri nullo modo posse. Respondi nomini, vt potui, vt [aa] volui, vt debui, tum [bb] multa, tum etiam hoc me memini dicere, facilè esse perspicuum, quantum inter hunc, & illum Numidicum, verum, & germanum Metellum interesset, illum noluisse sua laudatione iuuare [a] L. Lucullum, fororis virum, quicum beatissimè conuenisset: hunc hominis alienissimum, à ciuitatibus laudationes per vim, & metum comparare. Quod vbi intellexi, multum apud illum recenteis nuntios, multùm tabulas non commendatitias, sed tributarias valuisse: admonitu ipsorum [c] Syracusanorum impetum in eas tabulas facio, in [d] quibus singula perscripta erant. Ecce autem noua turba: atque rixa. ne tamen istum omnino Syracusis sine amicis, sine hospitibus, planè nudũ esse, ac desertum putetis: retinere cœpit [e] tabulas Theomnastus quidam, homo ridiculè insanus, quem Syracusani Theoractum [f] vocant: qui illic eiusmodi est, vt eum pueri sectentur: vt omnes, cùm loqui cœperit, rideãt. Huius tamen insania, quæ ridicula est aliis, mihi tũ molesta sanè fuit. nam cùm spumas ageret in ore, arderent [g] oculi, voce maxima vim me sibi afferre clamaret: copulati in ius peruenimus. Hîc ego postulare cœpi, vt mihi tabulas obsignare, ac deportare liceret. Ille [h] contrà instare ego, omnium mihi tabularum, & litterarum fieri potestatem oportere. Contrà, ille furiosus vrgere, nihil ad se nostras leges pertinere. Prætor intelligens [i], *negare sibi placere, quod S.C. ratum esse non deberet, id me Romam deportare.* Quid multa? nisi vehementius homini minatus essem: nisi legum [k] sanctionem, pœnámque recitassem: tabularum mihi potestas facta non esset. Ille autem insanus: qui pro isto contra [m] me vehementissimè declamasset, postquàm non impetrauit: credo, vt in gratiam mecum rediret, libellum mihi dat, in quo istius furta Syracusana perscripta erant: quæ ego antea [n] iam ab illis cognoram, & acceperam. Laudent te sanè iam Mamertini, qui ex tota [o] prouincia soli sunt, qui te salutum velint: ita tamè laudent, vt Heius, qui Peius princeps legationis est, adsit: ita laudent, vt [q] ad ea, quæ rogati erunt, mihi parati sint respondere. Ac ne subitò à me oppriamur, hæc sum rogaturus: nauem [r] debeántne? fatebuntur, prebuerintne, prætore C. Verre? negabunt. ædificarintne nauem oneratiam maximam publicè, quam Verri dederũt? negare non poterunt. frumentumne ab his sumserit Verres, quod populo R. mitteret, sicuti superiores? negabunt. Quid militum, aut nautarum per trienniũ dederint? nullum datum dicent. Fuisse Messanam omnium istius furtorum, ac prædarum receptricem, negare nõ poterunt, permulta multis nauibus illinc exportata: hanc [s] denique nauem maximam à Mamertinis dãtam, onustam [t], cum isto prætore protectam fatebuntur. Quamobrem tibi habe sanè istam laudationem Mamertinam [u] Syracusanam quidem ciuitatem, vt abste affecta est, ita in te esse animatam videmus, apud quos etiam Verrea [x] illa flagitiosa sublata sunt. etenim *minimè conueniebat, ei deorum honores habere, qui simulacra deorum sustulisset.* Etiam mehercule illud in Syracusanis meritò reprehenderetur, si, cùm diem festum Iudorum de fastis suis sustulissent celeberrimum, & sanctissimum, quòd eo ipso die Syracusæ à Marcello captæ esse dicuntur, iidem diem festum Veneris nomine agerent:

a v.c. iuuari. a. e. i. Lut. *fort.* iuuari à *L.* Lu.
b *L.* quicum ei optimè cõuenisset.
c v.c. Syracusan. ip for. P. B.
d L. in quib. S.C. perscripta erãt. v.c. in quib. S.C. perscripsерant.
e v.c. incipit.
f diuino furore correptum.*
g v.c. oculis arderet
h L. Ille contra negare illud senatusconsultum, in quo prouocatus esset: mihi tradi oportere. ego legem recitare: omnium mihi tabul. &c. Ille cõtra dicere: negare esse illud S.C. in quo pr. appellatus esset: negare id mihi tradi oportere. ego legem recitare: omnium mihi tab. & lic fieri potestatem. Ille fur.
i Ironia.*
k v.c. legis. P. ccxxxv.
l Sãctio quæ pars legum esset: & quæ ea parte cõtineretur etiam dixi.*
m v.c. vehementissimè
n L. iam antea.
o *lib. vulg.* tanta prou.
p L. qui principes legationis est.
q *al.* vt ea quæ.
r v.c. nauê prætori debeantne. fat. L. nauem populo R.
s v.c. hæc nauem denique
t L. onustã cũ isto profectã fatebuntur.
u v.c. Mamertinorum.
x Verrea dicit festus in honorem Verris apud Mamertinos, furtorum Verris sociosque, constituta.*
y v.c. abstulisset.

a *L.* illi *ipsi*, tui conuiuæ, cõsiliarij, cõscij, socij, *&c & ita v.c.* P. B.
b v.c. audẽt, c *L.* & nuda filij in ea n. d *fort.* eiusmodi senatusconsulto sustulit sese fecisse de laudatione, vt e *L.* quæ commonefaceret de istius turpi calamitosaque prætura.
f Adulatorium aut potius vi extortum de Verris laudatione Syracusanorũ senatusconsultum.*
g v.c. in stupris constat esse cõsumt.
h *L. & v.c.* Hæc posteaquàm exiit.
i v.c. Decernunt statim, vt cum fratre *L.* hospi, pub.
k Hospitium publicè fiebat honoratissimis Romanis in prouincia cunctis.*
l *L.* & quòd inquisitũ in te. v.ea.
m Decretũ Syracusanũ. vt laudatio, quæ Verri decreta esset tolleretur.*
n v.c. in eo cùm iam non solùm, &c. *L.* Cùm iam id non solum discess. facta esset, sed cùm etiam id esset perscr.
o Discessione Syracusis, senatusconsulti fiebat: vti Romæ.*
p in quem ciuitatio Ciceronis.*
P. ccxxxiiij.
q v.c. ô desert. hom. despetatũ, relict.
r v.c. nec fuit
s v.c. Quis hoc vidit? quis audiuit?
t v.c. sibi eripi ius est.
u v.c. labore meo multo,
x v.c. sine acute, quidde. quasi videretur senatoria dignitas eo minui.*
y Valerius 2. cap. 2. Illud magna cum perseuerantia, inquit, custodiebant, ne Græcis vnquam, nisi Latine responsa darentur: idque non in vrbe modò, sed etiam in Græcia & Asia, quo scilicet Latinæ vocis honos, per omnes gentes veneratior diffunderetur.
aa v.c. vt debui, vt volui.
bb *L.* cùm multa, tum

cùm iſte Syracuſanis quæ ille calamitoſus dies reliquerit[a], ademiſſet. At videte hominis impudentiam, atque arrogantiam, iudices, qui non ſolùm Verréa [b] hæc turpia, ac ridicula ex Heráclij pecunia conſtituerit: verùm etiam Marcelléa [c] tolli imperarit, vt ei ſacra facerent quotannis, cuius opera omniũ annorum ſacra, deóſque patrios amiſerant: eius autem familiæ dies feſtos tollerent, per quã ceteros quoq. feſtos dies recuperarant.

a reliquerat, & ita v.c.

b v.c. Verria.

c v.c. Maſcellia.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER QVINTVS, DE SVPPLICIIS.

ORATIO DECIMA.

SYNOPSIS.

¶ De re bellica. Verrem boni Imperatoris munere functum non fuiſſe in bello aduerſus fugitiuos & piratas, & quidem in hoc poſteriore notantur hic Verris itinera luxurioſa, auaritia, maieſtatis deminutæ crimen, libidines, crudelitates in nauarchos. ¶ De ſupplicio, & qui ciues Romani à Verre virgis cæſi, in lautumis necati, in crucem ſublati. ¶ Peroratio.

a L. ſeruatus. Eadem nunc ab illi.

b v.c. tem-ptatur : non placet.

c al. at felix,

d v.c. non habent, conſtitutum.

k v.c. in bello Romano.

l REFVTATIO & de bello fugitiuorum.*

g L. magnalaus, honeſta oratio:

h Athenion a Cilicus: quẽ antè Eunus Syrus, ſeruile bellum ſuſcitarat in Sicilia. de vtroq. bello vide 3. Florum 19. Epitomẽ Liuij 39. Plutarchũ in Craſſo 4 Eutrop. 2: 2. Val. 2. & 6. c. 10. Strabo. 6. 5 Oroſ. 8. Auguſt. 3. de ciuit. 26.*

i duce Spartaco, vide 3. Flor. 20. Epitom. Liuij 95: 6. Eutrop. 2: 1. Frontin. 5. & 7. Plutarchum Craſſo: Appiano 1. ciui. 5. Eutrop. 15. Auguſt. 3. de ciu. 26. Claudian. Lucan. 2. 15 l. 7. 5. 10. ff. de adquir. poſſeſſ.

l v.c. tuæ deeſſe imp.

P. B.

m v.c. aut ratib. aut nauib.

n v.c. ſi vlla præſidia in Sicilia.

ENEMINI video dubium eſſe, iudices, quin apertiſſimè C. Verres in Sicilia, ſacra, profanáque omnia & priuatim, & publicè ſpoliarit, verſatúſque ſit ſine vlla non modò religione, verùm etiam diſſimulatione in omni genere furandi, atque prædandi. ſed quædam mihi magnifica, & præclara eius [a] defenſio oſtenditur: cui quemadmodum reſiſtam, multo [b] mihi antè, iudices, prouidendum. Ita enim cauſa conſtituitur, prouinciam Siciliam virtute eius [c], & vigilantia ſingulari, dubiis, formidoloſiſque temporibus, à fugitiuis, atque à belli periculis tutam eſſe ſeruatam. Quid agam, iudices? quò accuſationis meæ rationem conferam? quò me vertam? ad omneis enim meos impetus, quaſi murus quidam, boni nomen imperatoris opponitur. Noui locum: video, vbi ſe iactaturus ſit Hortenſius: belli pericula, tempora reip. Imperatorum penuriam commemorabit: tum deprecabitur, à vobis. tum etiam pro ſuo iure contendet, ne patiamini, talem Imperatorem populo R. Siculorum teſtimoniis eripi: néve [e] obteri laudem imperatoriam criminibus auaritiæ velitis. Non poſſum diſſimulare, iudices: timeo, ne C. Verres propter hanc [f] virtutem eximiam in re militari, omnia, quæ fecit, impunè fecerit. venit enim mihi in mentem, in iudicio M. Aquillij quantum aucto. ritatis, quantum momenti oratio [g] M. Antonij habuiſſe exiſtimata ſit: qui, vt erat in dicendo non ſolùm ſapiens, ſed etiam fortis, cauſa propè perorata, ipſe arripuit M'. Aquillium, conſtituítque in conſpectu omnium, tunicámque eius à pectore abſcidit, vt cicatrices populus Rom. iudicéſque adſpicerent, aduerſo corpore exceptas. ſimul & de illo vulnere, quod ille in capite ab hoſtium duce acceperat multa dixit: eóque adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehementer vt vererentur, ne, quem virum fortuna ex hoſtium telis eripuiſſet, cùm ſibi ipſe non [f] pepercíſſet, hic non ad populi Romani laudem, ſed ad iudicium crudelitatem videretur eſſe ſeruatus [a]. Hæc eádem nunc ab illis defenſionis ratio, viáque tentatur [b]: idem quæritur. Sit fur, ſit ſacrilegus, ſit flagitiorum omnium, vitiorũmque princeps: at eſt bonus imperator, & [c] felix, & ad dubia reip. tempora reſeruandus. Non agam ſummo iure tecum: non dicam id, quod debeam forſitan obtinere: cùm iudicium certa lege ſit conſtitutum, non quid in re militari fortiter feceris, ſed, quemadmodum manus ab alienis pecuniis abſtinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, ſic agam, ſed ita quæram, quemadmodum te velle intelligo, quæ tua opera, & quanta fuerit in [e] bello. ¶ Quid [f] dices? an bello *fugitiuorum Siciliam virtute tibi tua liberatam?* magna [g] laus, & honeſta oratio: ſed tamen quo bello? nos enim poſt [h] id bellum, quod M'. Aquillius cõfecit, ſic accepimus nullum in Sicilia fugitiuorũ bellum fuiſſe. At in Italia fuiſ. fateor, & magnum quidem, neque hemens, num igitur ex bello partem aliquã laudis appetere conaris? num tibi illius victoriæ gloriam cum M. Craſſo, aut Cn. Pompeio communicandam putas? non arbitror hoc etiam deeſſe [l] tuæ impudentiæ, vt quidquam eiuſmodi dicere audeas. Obſtitiſti videlicet, ne ex Italia tranſire in Siciliam fugitiuorum copiæ poſſent. vbi? quando? qua ex parte? cùm aut [m] nauibus, aut ratibus conarentur accedere? nos enim nihil vmquam prorſus audiuimus: & illud audiuimus, M. Craſſi, fortiſſimi viri, virtute, conſilióque factum, ne ratibus coniunctis, freto fugitiui ad Meſſanam tranſire poſſent: à quo illi conatu non tantopere prohibendi fuiſſent, ſi [n] vlla in Sicilia præſidia

a v.c. defenſio eius

b v. L. multo antè eſt mihi prouidendũ. al. multo antè, iudices, mihi eſt prouid.

c v. L. iſtius. al. totam.*

d v. L. ne obteri laud.

f L. hanc eximiam virtutem.

g al. ratio.*

P. ccxxxvi.

præsidia ad illorum aduentum oppositа putarentur. At[a] cùm in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen[b] in Sicilia non fuit? Quid mirum? ne cùm in Sicilia quidem fuit eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruasit. Etenim propinquitas[c] ad vtram partem hoc loco profertur? vtrùm aditum facilem hostibus, an contagionem imitandi eius belli periculosam fuisse? Aditus omnis hominibus sine vlla facultate nauium non modò disiunctus, sed etiam clausus fuit: vt illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad Oceanum peruenire, quàm ad Peloridem[d] accedere. Contagio autem ista seruilis, belli, cur abs te potiùs quàm ab iis omnibus, qui ceteras prouincias obtinuerunt, prædicatur, an q̃ in Sicilia iam antè bella fugitiuorum fuerunt. At ea ipsa causa est, cur ipsa prouincia minimo in periculo sit, & fuerit. Nam posteaquã illinc M'. Aquillius decessit, omnium instituta, atque edicta prætorum fuerunt eiusmodi. *Vt*[e] *ne quis cum telo seruus esset.* Vetus[f] est quod dicam, & propter seueritatem exempli nemini fortassè vestrum inauditum: L.[g] Domitium prætorem in Sicilia, cùm[h] aper ingens ad[i] eum allatus esset, admiratum requisisse, quis eum percussisset. cùm audisset, pastorem cuiusdam fuisse[k], eum ad se vocari iussisse: illum cupide ad prætorē, quasi ad laudem, atque[l] præmium accurrisse: quæsisse Domitium, qui[m] tantam bestiam percussisset: illum respondisse, venabulo. statim deinde iussu prætoris in crucem[n] esse sublatum. Durum hoc fortassè videatur: neque ego vllam in parem disputo. tantum intelligo, maluisse Domitium crudelem in animaduertendo, quàm in prætermittendo dissolutum videri. Ergo his institutis prouinciæ, iam tum, cùm bello fugitiuorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus Cn.[o] Norbanus, in summo otio fuit. perfacilè enim sese Sicilia præbuerat, nequod[q] in ipsa bellū posset exsistere. etenim cùm nihil tam coniunctum sit, quàm negotiatores nostri cum Siculis, vsu, ratione, cõcordia: & cùm ipsi Siculi res suas ita cõstituta habeant, vt his pacem expediat esse: imperium autem populi Romani sic diligant, vt id imminui, aut cõmutari minimè velint: cúmque hæc ab[r] seruorum bello pericula, & prætorum institutis, & dominorum disciplina prouisa sint. nullum est malum domesticum, quod ex ipsa prouincia nasci possit. Quid igitur? nullíne motus in Sicilia seruorum Verre[s] prætore? nullæne consensiones[t] factæ esse dicuntur? nihil sanè, quod ad S.[u] P. Q. R. peruenerit: nihil, quod iste Romam publicè conscripserit[u] & tamen cœptum esse in Sicilia moueri aliquot locis seruitiũ suspicor. id adeò non tam ex re, quàm ex istius factis, decretísque cognosco. Ac videte, quàm non inimico animo sim acturus. ego ipse hæc, quæ[x] ille quærit, quæ adhuc numquam audistis, commemorabo & proferam. In[y] Tricalino, quem locum fugitiui iam antè tenuerunt, Leonidæ cuiusdam Siculi familia in suspicionem vocata est coniurationis, res delata ad istum. statim (vt par fuit) iussu eius homines, qui[z] nominati erant, comprehensi sunt, adductíque Lilybæum. domino denunciatum est, vt[aa] adesset: causa dicta damnati sunt[bb]. Quid deinde? quid censetis? furtum fortassè, aut prædâ exspectatis aliquâ. Nolite vsquequaque eadem[a] quærere. In metu belli, furandi[b] qui locus potest esse? etiã si qua fuit in hac re occasio, prætermissa est. Tum potuit à Leonida nummorum aliquid auferre, cùm denuntiauit, vt adesset, fuit, nundinatio aliqua, & isti non noua. ne causam diceret[c]. etiam alter locus, vt absoluerentur. damnatis quidem seruis, quæ prædandi potest esse ratio? produci ad supplicium necesse est. testes enim sunt, qui in consilio fuerunt? testes, publicæ tabulæ: testis, splendidissima ciuitas Lilybætana: testis, honestissimus, maximúsque conuentus ciuium R. nihil dpotest: producendi sunt. Itaque producuntur, & ad[e] palum alligantur. Etiam[f] nunc mihi exspectare videmini, iudices, quid deinde factum sit: quòd iste nihil vmquam fecit sine aliquo quæstu, atque præda. Quid in eiusmodi re fieri potuit: quod commodum est exspectare facinus, quàm vultis improbum: vincam tamen exspectationẽ omnium nominẽ[g] sceleris, coniurationísque damnati, ad supplicium traditi, ad palum alligati, repentè. multis millibus hominum inspectantibus, soluti sunt, & h Leonidæ illi domino redditi. Quid hoc loco potes dicere homo amentissime? nisi id, quod ego non quæro: quod denique in re tam nefaria tametsi dubitari non potest, tamẽ ne si dubitetur quidem, queri oporteat: quid, aut quantum, aut quomodo acceperis. remitto tibi hoc totum, atque ista te cura libero. neque enim metuo, ne hoc cuiquã persuadeatur, vt, ad quod facinus nemo, præter te, vlla pecunia adduci potuerit, id tu gratis suscipere conatus sis. verùm de ista furãdi, prædãque ratione nihil dico: de hac imperatoria iam tua laude disputo. Quid ais, bone custos, defensórque prouinciæ? tu, quos seruos arma capere, ac bellum facere in Sicilia voluisse cognoras, & de k *consilij sententia* iudicaras: hos ad supplicium iam morte maiorum traditos, & l ad palum alligatos, ex media morte eripere, ac liberare ausus es? vt, quam damnatis seruis crucẽ fixeras, hanc in damnatis ciuibus R. reseruares? Perdite ciuitates, desperatis[m] omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, vt dãnati in integrũ restituantur, vincti soluãtur, exsules reducantur, res iudicatæ rescindantur. quæ cùm ãcidunt, nemo est, quin intelligat ruere illam rempub. hæc vbi veniunt[n], nemo est, qui vllam spem salutis reliquam esse arbitretur. atque hæc sicubi facta sunt: facta sunt, vt homines populares, aut nobiles supplicio, aut exsilio leuarẽtur. vt[o] non ab his ipsis, qui iudicassent: vt Pnon statim, vt non eorum facinorum damnati, quę ad vitam, & omnium fortunas pertinerent. Hoc verò nouum, & eiusmodi est, vt magis propter reum, quàm propter rem ipsam credibile videatur, vt homines seruos, vt ipse, qui iudicarat, vt statim è medio supplicio dimiserit, vt eius facinoris damnatos seruos, quod ad omnium liberorum caput, & sanguinem pertineret. O præclarum imperatorem, nec iam cum M'. Aquillio, fortissimo viro, sed verò cum Paullis, Scipionibus, Mariis conferendum! Tantúmne vidisse in metu, periculóque prouinciæ? cùm seruitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italię fugitiuorum videret: ne quis se cõmouere auderet, quantum terroris iniecit? Comprehendi iussit. quis non pertimesceret causam[q] dicere dominos. quid seruis

a *L.* At cum esset in Italia bell.
b *al.* tum in Sicil.
c *L.* propinquitas loco. *&c. & ita v.c.*
d Peloris, quod & Pelorias Solino et, promontorij Siciliæ Italiam spectans.*
e Lex de seruis, vt ne quis cum telo seruus in Sicilia esset.*
f Verum est quod dicam, sed propter seueritatẽ.* g Pœna de pastore venabulum & ferrũ contra leges habente.*
h Idem Valerius 6. c. 3.* P. CCXXXVII.
i *v.c.* allatus esset ad eum.
k *al* fecisse.
l *L* atque ad præmiũ acc. *& ita v.c.*
m *al.* quo.
n Crux seruile supplicium.*
o *L.* C. Norbanus.
p *L.* Sicilia iam tueb.
q *al.* vt neq. & ipsa. *al.* vt ne quod.
r *L.* à seruorum b
s *v.c.* prætore Verre?
t *fort.* coitiones.*
u *v.c.* scripserit: *& ita L.*
x *L.* quæ ille q.
y *L* In Triochalino. Silius. Et mox seruili vastata Triochali bello.
z *v.c.* qui fuerant nominati, cõp. *& ita L.*
aa Inclusa desunt quibusdam.* bb *v.c.* non habent, sunt.

a *v.c.* idem quær.
b *v.c.* furandi locus qui por. *& ita L.*
c *L.* dicerẽt, *& ita v.c.*
d *L.* fieri nihil potest: *& ita v.c.*
e Ad palum alligabãtur, verberandi vel cõburendi, vel secure percutiendi facit Verrina de supplicijs.*
f *L.* Etiam num mihi
g *v.c.* homines scel. *& ita L.* | *al.* omnium sceleris & vt
h *v.c.* & Triochalino illi redd.
i *v.c.* & bellũ facere. P. 238.
k de consilij sententia iudicare se dicebãt Prætores, quod ex hoc loco & aliis ẽquentibus, & aliis colligi potest.*
l *v.c. duo, non habent*, & ad palum alligatos,
m *v.c. & L.* desperatis in omnib. reb.
n *L.* euenire,
o *L.* at non iis ipsi.
p *L.* at non statim, ac nõ eorum facti.
q *L.* causam dicere. quid seruis tam form.

a Sententiæ cõdemnatoriæ formula, de qua alias diximus in Lucullo, & 4. ad Atticum: Pro Cæcina & in Pisonẽ.

tam formidolosum? FECISSE[a] VIDERI pronuntiauit, exortam videtur flammam paucorũ dolore, ac morte restinxisse. Quid deinde sequitur? verbera, atque ignes, & illa extrema ad supplicium damnatorum, metũ ceterorum, cruciatus, & crux. hisce omnibus supplicijs sunt liberati. Quis dubitet, quin seruorum animos summa formidine oppresserit, cùm viderent ea facilitate prætorem vt ab eo seruorum, sceleris, coniurationisque damnatorum, vita, vel ipso carnifice internuntio, redimeretur? Quid? hoc in Apollinensi Aristodamo? quid? in[b] Leonte Megarensi non idem fecisti: Quid? iste motus seruorum[c], bellique subita suspicio, vtrùm tibi tãdem diligentiã custodiendæ prouinciæ, an nouam rationem improbissimi quæstus attulit? Halicyensis Eumenidę nobilis hominis & honesti, magnę pecuniæ villicus cùm impulsu tuo insimulatus esset, LLS. LX d. à domino accepisti: quod nuper ipse iuratus docuit, quemadmodũ gestum esset. Ab equite R. C. Matrinio absente, cùm is esset Romæ, quòd eius villicos, pastoresque tibi in suspicionem venisse diceras, LLS[e]. centũ abstulisti. dixit hoc L. Flauius. qui tibi eam pecuniam numerauit, procurator C. Matrinij, dixit[f] ipse C. Matrinius: dicet vir clarissimus Cn. Lentulus censor, qui Matrinij honoris causa, recenti negotio ad te litteras misit, mittendásq. curauit. Quid? de Apollonio, Dioclis[g] filio Panormitano, cui gemino cognomen est præteriri potest? ecquid hoc tota Sicilia clarius? ecquid indignius? ecquid manifestiꝰ[h] prolatum potest? quem is, vti Panormum venit, ad se vocari, & de tribunali citari iussit, concursu magno, frequentiáque conuentus. Homines statim loqui: mirari, quod Apollenius, homo pecuniosus, tandiu ab isto maneret integer: excogitauit: nescio quid attulit. profectò homo diues repentè à Verre non sine causa citatur. exspectatio summa omnium, quidnam id esset: cùm exanimatus subitò ipse accurrit cum adolescente filio. nam pater, grandis natu, iãdiu lecto tenebatur. nominat iste seruum, quem magistrum pecoris esse diceret. cum dicit coniurasse, & alias familias concitasse i, omnino seruus in familia non erat. cum statim exhiberi iubet. Apollonius affirmat[k] seruum se omnino illo nomine habere nẽminem. Iste[l] hominem arripi[m] à tribunali, & in carcerem coniici[n] iubet. ille[o] clamare, cùm raperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commisisse: pecuniam sibi esse in[p] nominibus: numeratam in præsentia non habere. Hæc cùm maximè summa hominum frequentia testificaretur, vt quiuis intelligere posset, eum, quòd pecuniam non dedisset, idcirco illa tam acerba iniuria affici: cùm maximè, vt dico, hoc de pecunia clamaret, in vincla coniectus est. Videte constantiam prætoris, & eius prætoris, qui nunc reus non ita defendatur, vt mediocris prætor: sed ita laudetur, vt optimus imperator. Cùm seruorum bellum metueretur, quo supplicio domi nos indemnatos[q] afficiebat, hoc seruos dãnatos liberabat. Apollonium, locupletissimum[r] hominem, qui se fugitiui bellum in Sicilia facerent, amplissimas fortunas amitteret, belli fugitiuorum nomine, indicta causa, in vincla coniecit: seruos quos ipse cum[t] consilio, belli faciendi causa consensisse iudicauit, eos sine cõsilij sententia, sua spõte, omni supplicio liberauit. Quid[a] si ab Apollonio aliquid commissum est, quamobrẽ iure in eũ animaduerteretur: taménne hanc rem sic agemus, vt crimini, aut inuidiæ reo, putemus esse oportere, siquo de homine seuerius iudicauit[b]? Non agam tam acerbè: non vtar ista accusatoria[c] consuetudine, siquid est factum clementer, vt dissolutè factum criminer: siquid vindicatum seuerè desit, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. non agam ista ratione. tua sequar iudicia: tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles, simul ac tute cœperis tua iudicia rescindere: mihi succensere desinito. me enim iure contendam, eum, qui suo[c] iudicio condemnatus sit, iuratorum iudicum sententiis damnari oportere. Non defendam Apollonij causam, amici, atq. hospitis mei, ne tuum iudicium videar rescindere: nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia, dicam: prætermittam illud etiam, de quo antea dixi, fortunas eius ita constitutas fuisse, familia, pecore, villis, pecuniis creditis, vt nemini minùs expediret. vllum in Sicilia tumultum, aut bellum commoueri non dicam ne illud quidem, si maximè in culpa fuerit Apollonius, tamen sin[f] hominem honestissimum, ciuitatis honestissimæ, tam grauiter animaduerti, causa indicta, non oportuisse, nullam inuidiam[g] in te, ne ex illis quidem rebus concitabo, cùm esset talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordib. tyrãnicis interdictis tuis patri exacta ætate, & adolescenti filio adeundi ad illũ miserum potestatem numquam esse factam. etiam illud prætereo, quotiescumq. Panormum veneris illo anno, & sex mensibus (nam tamdiu fuit[h] bin carcere Apollonius) totius ad te senatum Panormitanũ adisse supplicem cum magistratibus, sacerdotibúsq. publicis, orantem, atq. obsecrantem, vt aliquãdo ille miser, atq. innocens calamitate illa liberaretur. relinquam[i] hæc omnia, quę si velim persequi facilè ostendam, tua crudelitate in alios, omneis tibi aditu misericordiæ iudicum iampridem esse præclusos. Omnia igitur ista concedam, & remittam. præuideo enim, quid sit defensurus Hortensius. fatebitur, apud istum neque senectutem patris, neque adolescentiam filij, neq. lacrymas vtriusque plus valuisse, quàm vtilitatem, salutémque prouinciæ: dicet, *remp. administrare sine metu, ac seueritate non posse:* quæret, quamobrem fasces[m] prætoribus, præferantur, cur secures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot supplicia sint in improbos more maiorum constituta. quæ cùm omnia graiter, seueréque dixerit: quærã, cur hunc eundem Apollonium Verres idem, repentè nulla[n] noua re allata, nulla defensione, sine causa de carcere emitti iusserit: tantúmque in hoc crimine suspicionis esse affirmabo, vt iam ipsis iudicibus sine mea argumentatione coniecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, quàm improbũ, quàm indignum, quámque ad magnitudinem quæstus immensum, infinitúmque esse videatur. nam quæ iste in Apollonio fecit, ea primùm breuiter cognoscite, quot, & quanta sint: deinde hæc expendite, atque æstimate pecunia, repetentis, idcirco hæc in vno homine pecuniosissimo cõstituta, vt ceteris formidines similium incommodorum, atque exempla periculorũ proponerentur. Primùm insimulatio est repentina, capitalis, atq. inuidiosi criminis. Statuite,

a L. in Leonida Acharen. al. Megarensi. al. Leonida Imacharensi.*

b v.c. seruitiorum.

c L. LLS. LX. millia à dom.

d L. LLS. centum millia abest.

e v.c. dixit ipse Matrinius, vir clarissimus Cn. Lẽt.

f L. Diocli fil.

g L. hominũ, & ita v.c. P. CCXXXIX.

h v.c. & affirmare, se omnino nomine illo seruum habere.

i L. Iste hominem abripi à tribũ. & ita v.c. m al. abripi.*

k v.c. conicio homo diues repentè à Verre non sine causa citatur. exspectatio summa omnium,

l v.c. clamare ille,

m In nominibus pecuniam habẽti opponitur is qui numeratã & in præsentia habeat.*

n Indemnatũ supplicio affici ei indicta inaudita neq. defensa causa suppliciõ affici. Salianus 2. de prouidentia, Indemnatum interfici xii. tab. decreta vetuerũt Augustus. 1. de ciuitate 19: Nec quęquã indemnatum impunè voluistis occidi.*

o v.c. clamare, cùm raperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commisisse:

p v.c. nominibus: numeratam in præsentia non habere.

q v.c. de conscilio, sent. de consilij sententia,

r L. hominẽ locupletiss. & ita v.c.

s Cicero 1. de legibus, vt dictator quẽ vellet ciuiũ indicta causa interficeret.*

t v.c. de consilio, sent. de consilij sententia,

a v.c. si aliquid ab Apoll. cõmiss. est, quãobrẽ iure in eum animaduerteretur, tamen nõ h.r.

b v.c. iudicauerit?

c Accusatoris consuetudo ea est, vt semper augeat crimẽ.*

d v.c. est seuerè,

e L. suo iudicio damnatus sit,

f L. tamen in hominem honestissimæ ciuitatis honestissimum, tam gr.

g v.c. in te inuidiam,

h v.c. fuit Apollonius in carcere.

i v.c. relinquo.

k v.c. Omnia tibi ista concedam, & r. P. CCXL.

l v.c. prouideo.

m Insignia Prætoru sex proconsulibus erant, nõ amplius l. 14. ff. de offic. proconsul & legat.*

n v.c. prouideo. nulla re noua alia, & ita.

tuite,quanti hoc putetis,& quàm multos redemisse.Deinde crimen sine accusatore,sententia sine consilio,dānatio sine defensione. Æstimate harū rerū omnium pretia, & cogitate,in his iniquitatibus vnū hęsisse Apollonium:ceteros profectò multos ex his incommodis pecunia se liberasse. Postremò tenebræ, vincula [a], carcer, inclusum supplicium, atq.à cōspectu parentum,ac liberūm, deniq. à libero spiritu, & [b] cōmuni luce secluſum. Hæc verò,*quæ vel vita redimi rectè possunt æstimare pecunia non queo.* hæc omnia serò tedebit Apollonium,iam mærore,ac miseriis perditus:sed tamē ceteros docuit,antè istius avaritiæ [c], ac sceleri occurrere. Nisi verò existimatis,hominū pecuniosissimum sine [d] aliqua causa quæstus iniectum [e] ad tam incredibile crimen, aut sine eadem causa repentè è carcere emissum,aut hoc prædādi genus ab isto in illo vno adhibitū,ac tentatum,& non per illum omnibus pecuniosis Siculis metū propositum,& iniectum. ¶ Cupiosmihi,iudices, ab illo subiici[g],quoniam de militari eius gloria dico,si quid fortè præterco.Nam mihi videor [h] de omnibus iam rebus eius gestis dixisse,quæ quidem adi belli fugitiuorū pertinerent suspicionem [i]: termisi.Habetis hominis consilia,diligentiā, vigilantiam, custodiam, defensionémq.prouinciæ. Summa illuc pertinet,vt sciatis,quoniam plura [k] genera sunt imperatorum, ex quo genere iste sit.Ne diutius in tanta pœnuria virorum fortium talē imperatorē ignorare possitis: non ad Q.Maximi sapiētiam,neq. ad illius superioris Africani in re gerenda [l] celeritatem,neq.ad huius,qui postea fuit,singulare consilium,neq.ad Paulli rationem,ac disciplinam , neq.ad C. Marij vim atq.virtutem,sed[m] ad aliud genus imperatorum sanè diligenter retinendū, & cōseruandum,quæso,cognoscite. ¶ Itinerum[n] primùm laboré, qui vel [o] maximus est in re militari,iudices, & in Sicilia minimè [p] necessārius , accipite quā facilè sibi iste,& iucundum ratione,conſilióq.reddiderit. Primùm temporibus hiemis,ad magnitudinem frigorum,& [q] ad tempestatum vim,atq.imbrium[r],præclarum sibi hoc remedium comparat[s]: vrbem Syracusas elegerat:cuius[t] hic situs,atque hæc natura est loci,cæliq.dicitur, vt nullus vmquam dies tam magna, turbulentáq.[x] tempestate fuerit, quin [y] aliquo tempore solem eius diei homines viderēt.hic ita viuebat iste bonus Imperator hibernis mensibus,vt eum nō facilè, non modò extra tectum,sed [z] ne extra lectū quidem quisquam videret, ita diei breuitas, conuiuiis, noctis [aa] longitudo, stupris & flagitiis conterebatur.Cùm autem *ver* esse cœperat, cuius [bb] initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat[cc]:sed,cùm rosam viderat, tunc insipere vec arbitrabatur: dabat se labori , atque itineribus : in quibus vsque [dd] eò se præbebat patientem , atque impigrum , vt eum nemo vmquam in equo sedentem videret. Nam , vt [ee] mos fuit Bythyniæ regibus, lectica [ff] hexaphoro ferebatur:in qua puluinus erat perlucidus [gg] Melitensi [hh] rosa farctus : ipse autem coronā habebat vnam in capite,alteram in collo, reticulum culúmque [a] ad [b] nareis sibi apponebat [c], tenuissimo lino,minutis [d] maculis,plenum rosæ.Sic confecto itinere , cùm ad aliquod oppidum venerat,eadem lectica vsque in cubiculum deferebatur.eò veniebant Siculorum magistratus , veniebant [e] equites R.id quod ex multis iuratis audistis.controuersiæ secretò deferebantur : paullo pòst palàm decreta auferebantur.deinde,vbi paullisper in cubiculo,pretio , non æquitate iura descripserat: Veneri iam, & Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. quo loco mihi [f] non prætermittenda videtur prælari imperatoris egregia,ac singularis diligentia. Nam scitote esse oppidum in Sicilia nullum ex iis oppidis,in quibus consistere prætores,& conuentum [g] agere [h] solent, quo in oppido non isti ex aliqua familia,non [i] ignobili,delecta [k] ad libidinem mulier esset. Itaque nonnullæ ex eo numero in conuiuium adhibebantur palàm.si quæ castiores erant,ad tempus veniebant:lucem,conuentúmque vitabant. erant autem conuiuia non [m] illo silentio prætorum,atque imperatorum , neque eo pudore, qui in magistratuum conuiuiis versari solet, sed cum maximo clamore , atque conuicio. nonnumquam etiam res [n] ad manus , atque ad pugnam veniebat. Iste enim prætor seuerus,ac diligens, qui populi R. legibus numquam paruisset,illis [o] diligēter legibus,quæ [p] in poculis [q] ponebantur,obtemperabat. Itaq. erant exitus eiusmodi,vt alius inter [r] manus è conuiuio, tanquam è prælio auferretur: alius,tanquam occisus, relinqueretur : plerique fusi sine mente , ac sine vllo sensu iacerent, quiuis [s] vt, cùm adspexisset , non se prætoris conuiuium, sed [t] vt Cannensem [u] pugnā nequitiæ videre arbitraretur. Cùm verò *ætas* summa esse iam cœperat, quod [x] tempus omnes [y] Siciliæ semper prætores in itineribus consumere consueuerunt , propterea quòd tum putant obeundam esse maximè prouinciam,cùm in arcis frumenta sunt,quòd & familiæ congregantur , & magnitudo seruitij perspicitur,& labor operis maximè offenditur [z], & frumenti copia commonet , tempus anni non impedit: tum,inquam,cùm concurrent ceteri prætores,iste nouo quodam exgenere Imperator , pulcherrimo, Syracusarum loco [aa] statiua sibi castra faciebat. nā in ipso aditu,atque ore portus,vbi [bb] primùm ex alto sinus ad [cc] vrbem ab litore inflectitur,tabernacula carbaseis [dd] intenta [ee] velis ollocabat,huc ex illa domo prætoria [ff],quæ regis Hieronis fuit,sic emigrabat,vt [gg] per eos dies nemo istum extra illum locum [hh] videre posset.in eum autem ipsum locum [ii] aditus erat nemini,nisi qui aut socius, aut minister libidinis esse posset. Huc omnes mulieres , quibuscum iste consuerat,conueniebāt : quarum incredibile est,quanta multitudo fuerit Syracusis.huc homines digni istius amicitia, digni vita illa , conuiuiisque veniebant. Inter eiusmodi viros , ac [kk] mulieres , adulta ætate filius versabatur : vt eum , etiamsi natura à parentis similitudine abriperet , consuetudo tamen,ac disciplina patri [ll] similem

[a] L. vincla, [b] L. atque à communi [c] *ita v.c.* [c] L. auaritiæ sceleríq.occ. [d] *v. c.* sine causa quæst. [e] *al.* obiectū ad tam incr. *v. c.* electum ad tam incr. [f] de bello aduersus piratas.* [g] *v.c.* subici. [h] *v.c.* videor iam de omnibus rebus. P. B. [i] L. ad belli fugitiui,suspicionem pertinerent : *ita v.c.* [k] Imperatorū plura genera. sapiētia in Fabio.celeritas in Africano maiore:consilium in minori Scipione: disciplina in Paul. virtus in Mario.* [l] *v.c.* gerēda m L. sed & aliud genus imperatorū esse referendum , saneq. dil. [m] Itinera luxuriosa Verris.* [n] Itinerum labor maximus,est in re militari.* [o] L. maximè necessf. [p] *v.c.* & tempestatum. [q] *al.* ac fluminum. [r] *v.c.* hoc sibi [s] L. compararat. [t] Syracusani ęsi natura* [x] *v.c.* ac turbuléta temp. [y] L. quin aliquo tēpore eius dieiſo.lem homines viderint. *ita v.c.* [z] Paranomasia seu annominatio.* P. CCXLI. [aa] *v.c.* lōgitudo noctis, [bb] Veris principiū à Fauonio.* [cc] nec enim egrediebatur tecto vt vel ventos sentire,vel cernere posset. fidera : v rum hæc à gloſario quodam iniecta nemo non videt.* [dd] *v.c.* eò vſq. ee mos lectica hexaphoro fereb. [gg] L. pellucidus,Melitensis,rosa fart. [hh] Melitensi rosa (vt & Pæstana) Melitensi is vt referatur ad puluinus.

[a] *v.c.* statur à Nonio hic locus c.3.in Reticulū 188.* [b] L. ad nareis sibi admouebat. [c] admouebat. *Non d. L.* [d] hæc duo, minutis maculis desunt Nonio ibid. [e] *v.c.* duo, non habentes *venirebant.* [f] L. non prætermittenda mihi vid. [g] Conuentus & conuētum agere quid, dixi ad Theophilum Inst. qui & quibus ex caulis mānumitti.§.4.* [h] *v.c.* agere soleant. [i] *v.c.* non ignorabili. [k] L. dilecta ad lib. & *ita v.c.* Diligere autem est inter multos legere.* [l] Consuuia Verris dissoluta.* [m] Conuiuiis prætorum & imperatorū & magistratuū,silentiū, & pudor adhibebatur.* [n] *v.c.* res ad pugnam,atq. ad manus,vocabatur. [o] L. illis legibus , quæ in poculis posneb.dilig.ob. [p] Paronomasia. leges. e. poculi & populi Romani opponit.* [q] Leges ponebantur poculis in conuiuiis.* [r] Inter manus auferri est manibus auferri & trahi,exportari,simile dicēdi genus apud Cæsarem.* [s] L. vt quiuis cùm adspexit. [t] L. sed Can. [u] *b. e.* tumultum nō qualis in pugna Cānensi sed qualis inter hellunones nequissimos oriri solet.* [x] Aestatis tēpus prætores Siciliæ,initiis conſumere solebant & curidem refert infra Cicero. [y] L. omnes Siciliæ præt. semper in itinerib. [z] L, & *v.c.* offenditur, frumenti cop. [*al.* offendit. *al.* ostenditur.* [aa] *al.* luco st. sed loci nomine signi ficat ædam.* [bb] *al.* vt.* [cc] *v.c.* ab litore ad vrbē. [dd] vide 19. Plin. t,* [ee] fortè ostensa.* [ff] Prætoris seu Prætoria domus Syracusis,olim Hieronis regia: quod & infrà inculcat.* [gg] L. vt per illos dies n. [hh] *al.* locum litoris r. [ii] *al.* lucum. [kk] *v.c.* & mulieres. [ll] patris similem.

esse cogeret. Huc Tertia illa perducta per dolum, atque insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicitur, cum indignè pateretur vxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itémque [a] Æschrionis, honesto loco nata, in conuentum suum mimi Isidori filiam venisse. iste autem *Annibal* [b], qui in suis castris *virtutis* [c] *putaret oportere, non genere certari*, si hanc Tertiam dilexit, vt eam secum ex prouincia exportaret [d]. Ac per eos dies, cùm iste cum [e] pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiuiis mulieribus, non offendebantur homines in eo: neque molestè ferebant, abesse à foro magistratum, non ius dici, non iudicia fieri: lucum illum litoris pererepare totum mulierum vocibus, cantúque symphoniæ: in foro silentium esse summum causarum, atque iuris: non ferebant homines molestè. non enim ius abesse videbatur à foro, neque iudicia, sed vis, & crudelitas, & bonorum acerba, atque indigna direptio. Hunc te igitur imperatorem esse defendis, Hortensi? huius furta, rapinas, cupiditatem, crudelitatem, superbiam, scelus, audaciam, rerum gestarum magnitudine, atque imperatoriis laudibus tegere conaris? Hic scilicet est metuendum, ne ad exitum defensionis tuæ, vetus illa Antoniana [g] dicendi ratio, atque auctoritas proferatur: ne hexcitetur. Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populi [i] R. adspiciat, ex mulierum morsu [k] vestigia libidinis, atque nequitiæ. *Dyk faciár*, vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas. cognoscentur enim omnia istius æra [l], illa vetera, vt, non solùm in imperio, verùm etiam in stipendiis qualis fuerit, intelligatis. renouabitur prima illa militia, cùm iste è foro abduci [m], nō, vt ipse prædicat, perduci [n] solebat. aleatoris Placentini castra commemorabuntur: in quibus cùm frequens fuisset, tamen ære [o] dirutus est. multa ejus in stipendiis damna proferentur: quæ ab isto, ætatis fructu dissoluta, & cōpensata sunt. Iam verò, cùm in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena, non sua satietate obduruisset: qui vir fuerit, quot præsidia, quàm munita pudoris, & pudicitiæ, vi & audacia ceperit, quid me attinet dicere, aut [p] coniungere cum istius flagitio, cuiusquam præterea dedecus? non faciam, iudices: omnia vetera prætermittam. duo sola recentia sine cuiusquam in famia ponam: ex quibus coniecturam facere de omnibus possitis. vnū illud, quod ita fuit illustre, notúmque omnibus, vt nemo tam rusticanus homo, L. Lucullo, & M. Cotta cos. Romam ex vllo municipio vadimonij causa venerit. quin sciret, iura omnia [q] populi R. nutu, atque arbitrio Chelidonis meretriculæ gubernari: alterum, quòd, cùm paludatus [r] existet, votáq. pro imperio suo, communíque [s] populi R. nuncupasset, noctu, sturi causa, lectica in vrbem introferri solitus [t] est ad mulierem, nuptam vni, propositam [u] omnibus contra fas, contra auspicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones O dij immortales! *quid interest inter mentem hominum, & cogitationes?* Ita mihi meam voluntatem spémq. reliquæ vitæ vestra, populiq. R. existimatio comprobet, vt ego, quos adhuc mihi magistratus populus Ro. mandauit, sic eos accepi, vt me omnium officiorū obstringi religione arbitrarer. Ita quæstor sum factus, *vt mihi honorem illum tum non* [a] solùm *datum, sed etiam creditum, ac* [b] *commissum putarem. sic obtinui quæsturam in* [c] *prouincia*, vt *omnium oculos in* [d] *me vnum coniectos arbitrarer: vt me, quæsturámq. meam* quasi in *aliquo orbis* [e] *terræ theatro versari existimarem*: vt [f] *omnia semper, quæ iucunda videntur* [g] esse, *non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiā ipsi naturæ, ac necessitati denegarem*. Nunc sum designatus ædilis [h]: habeo rationem, quid à pop. R. acceperim: mihi ludos sanctissimos maximosque cæremonia Cereri, Libero, Liberæq. faciendos: mihi Floram matrem pop. plebiq. Ro. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos [l] qui primi Romani sunt nominati maxima cum dignitate, ac religione Ioui, Iunoni, Minervæque esse faciundos: mihi sacrarum ædium procurationem, mihi tot tam vrbem tuendam esse commissam: ob eam rem rem laborem, & sollicitudinē fructus illos datos, antiquioré [m] in senatu sententiæ dicendæ locū, togā prætextam, sellam curulē, ius, imagines [n] ad memoriā, posteritatémq. prodendā. Ex his ego rebus Pomnibus, iudices, ita mihi deos omneis propitios esse velim, vt tametsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quanti sollicitudinis [q] & laboris, vt hęc ipsa ędilitas, nō quia necesse fuerit, alicui candidato data, sed quia sic oportuerit, rectè collocata, & iudicio populi [r] digno in loco posita esse videatur. Tu cùm esses prætor renuntiatus quoquo modo (mitto enim, & prætereo, quid tum sit actum) sed cùm esses renuntiatus, vt dixi, non ipsa præconis [s] voce excitatus es, qui te toties seniorum, iuniorúmque centuriis [t] illo honore affici pronuntiauit, ve hoc putares, aliquā reipu. partem tibi ereditam? annum tibi illū vnum domo carendum esse meretricis? Cùm tibi sorte [u] obrigisset, vt [x] ius diceres: quantum negotij quid oneris haberes [y], numquā cogitasti neque illud rationis habuisti, si forte expergefacere te posses, eam prouincia. quā tueri singulari sapientia, atque integritate difficile esset, ad summam stultitiam nequitiámque venisse. Itaq. non [z] modò domo tua Chelidonem in prætura extrudere [aa] noluisti, sed in Chelidonis domum prætura tuam totam detulisti. Secuta prouincia est: in qua tibi núquam venit in mentem, non tibi idcirco fasceis, & secureis, & tantam imperij vim, tantámque ornamentorum omnium dignitatem datam, vt earum rerum vi, & auctoritate omnia repagula iuris [bb], pudoris, & officij perfringeres: vt omnium bona, prædam tuam ducere: nullius [cc] res tuta, nullius domus clausa, nullius vita septa, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem, & auda iam posset esse, in qua tu te ita gessisti, vt [dd], cum omnibus tēneare re-

a *L.* itémque vxor Aeschr.
b *v.c.* Hannibal,
c Proinde Annibal apud Ennium ita milites hortatur, Hostem qui feriet mihi erit Carthaginensis, quisquis erit.*
d *v.c.* deportarer. *& ita L.*
e Vestitus Verris.
f L non agnoscit, *ines*, neq. habent *v.c.*
g cur enim M. Antonius M. Aquillium defendit.*
h Ratio motus ciendi in oratione & reorum defensione.*
i morsus mulieris hic videntur esse vestigia basiorum, qualia iis esse solent, qui continuis basiationibus tēpus terunt.*
k optandi formula.
l Aera, hoc est, stipendia merebant milites, etiam nobilissimi.* m Abducebatur è foro adolescentes vt oratores audirent: Verres è foro perductus, nō ad oratores aut meretrices, sed ad obscænam libidinem.*
n *al.* produci.
o ære diruti, stipendio ob ignominiam multati: quod in siscum dirueabatur, non in militis sacculū. Festus, dirutum.*
p L. ac coniungere c. *& v.c.*
q L. omnia prætoris vrbani nutu, *al.* omnia Prætori populi Ro. *al.* omnia populi Ro. Sed nihil mutandū. Nam decreta provincia, antequam paludati prætores exibant, in Capitolio solemnia pro Republica vota faciebant.* r Paludamentum, est insigne ornamentum militare, Festo, Var. *&* de ling. Dion. imperatorium Cæsari, prætorium Plutar. postea chlamys dicta. Nonius 14. Neque id modo militibus, sed & imperatoribus in vsu. Togam enim paludamento imperatores mutabant. Sallustius: pallium autem imperatorium coccoque purpura & auro distinctum refert. Isidorus 19. c. 23.* s communique Republica, *al.* communique Reipublicæ.* t fortè ausus est. u legendum videtur postpositis omnibus.*

a *al.* non tam datum, quam creditum.*
b *v.c.* & commissum
c *v.c.* in Sicilia provincia.
d *v.c.* in meo conject. arb.
e Lorbis terrarum th.
f *v.c.* vt semper omnia; *& v.c.* & *ita* L. P. CCXIIII.
g *l.* videntur esse, ea nomen.*
h *al.* in turpe necessitati.*
i Ædilis partes quæ fuerint.*
k *v.c.* maxima cum cura, & cæremonia. *al.* maxima tū cura, tum cærem.
l antiquissimos, qui & Ludi Romani.*
m Ius loci antioris dicendæ sententiæ, de quo ordine vide 14. Gell. 7.*
n *al.* ius imaginis, quod licet. ius Aedilitas curulis (inter ordinarios magistratus) prius dabat. Hoc ius qui cōsequuti erant, nobiles habebantur siue ex patritiis, siue ex plebe. Nō enim ex genere, sed ex imaginū iure nobiliras. Imagines vero ex magistratu: non quoniis, sed Curuli salte* Ita legitur apud Nonū c. 4. in prodere. Alij tamē legunt postritari.*
p *v.c.* omnib. rebus,
q L. & sollicit. *& ita v.c.* r *al.* populi, in loco posita.*
s Præconis voce nunciabantur magistratus.*
t Centuriatis comitiis iuniores magistratus (vt Cōsules, Prætores Censores) creabantur.*
u creati à populo Prætores inter se provincias sortiebantur, x *v.c.* vti ius diceres: y *al.* subtres. z *al.* non modò à domo t. aa *al.* excludere. bb *v.c.* duo non habent, *iuris*, cc *v.c.* vt, nullius. dd L. vt, omnibus cùm tem.

bus, ad

bus,ad bellum fugitiuorum confugias:ex quo iam intelliges[a],non modò tibi nullam defen sionem, sed maximam vim criminum exortam,nisi fortè Italici[b] belli fugitiuorum reliquias, atque illud Tempsanum [c] incommodum [d] proferes.ad [e] quod recens cùm te peropportunè fortuna obtulisset, si quid in te virtutis,atque industriæ fuisset: idē,qui semper fueras,inuentus es.Cùm ad te Valentini [f] venissent, & pro his homo disertus, & nobilis,M.Marius, loqueretur vt negotiū susciperes, vt, cùm penes te prætorium [g] imperium ac nomen esset,ad illam paruam manum extinguendam, ducem te, principémque præberes:non modò id refugisti,sed eo ipso tempore, cùm esses in littore, Tertia illa tua, quam [h] recum deportabas, erat in omnium conspectu.ipsis autem Valentinis ex tam illustri,nobilisque municipio,tantis de rebus respondsum nullū [i] dixti, cùm esses cum tunica pulla [i],& pallio. Quid hunc proficiscentem, quid in ipsa prouincia fecisse existimatis,qui cùm iam ex prouincia,nō ad triumphum,sed ad iudicium decederet,ne illam quidem infamiam fugerit,quam sine vlla voluptate capiet.at? O diuina senatus frequentis in [k] æde Bellonę admurmuratio!Memoria tenetis,iudices,cùm adueſperasceret,& paullo antè esset de hoc Tempsano [l] incommodo nuntiatū,cùm inueniretur nemo,qui in illa loca cū imperio mitteretur,dixisse quēdam, Verrem esse non longè à [m] Tempsa: quàm valde vniuersi admurmurarint[n],quàm palàm principes [o] contrà [p] dixerint. Et is tot criminibus, testimoniisque conuictus,in eorum tabellis [q] spem sibi aliquam ponit, quorum omnium palàm, causa incognita, voce damnatus est? Esto : nihil ex fugitiuorum bello, aut suspicione belli laudis adeptus est, quòd neque bellum eiusmodi, neque belli periculū fuit in Sicilia,neque ab isto prouisum est,ne quod esset.At verò contra bellum prædonum classem habuit ornatam, diligentiámque adhibuit in eo singularem [r].Itaque [s],isto prætore, præclarè defensa prouincia est. Sic de bello prædonum,sic de classe Sicilienſi,iudices, dicam,vt hoc iam antè confirmem, in hoc vno genere omneis inesse culpas istius maximas *auaritiæ,malestatis* [t]*,diminutæ, libidinis, crudelitatis.* Hæc dum breuiter ex pono, quæso, vt fecistis adhuc,diligenter attendite. Rem naualem primum ita dico esse administratum, nō vti prouincia defenderetur, sed *vt classis* [x] *nomine pecunia quæreretur.* Superiorum [y] prætorum consuetudo [z],cùm hæc fuisset, vt nautes ciuitatibus, certúsque numerus nautarum, militúmque imperaretur, maximæ, & locupletissimæ ciuitati Mamertinæ nihil horum imperauisti. ob [aa] quam rem quid tibi Mamertini clàm dederint pecuniæ, pòst [bb] videbitur:ex ipsorum litteris,& testibus quęremus. nauem verò Cybeam [cc] maximam, triremis instar,pulcherrimam atque ornatissimam, palàm ædificatam sumtu [dd] publico, sciente [ee] Sicilia, per magistratum, senatúmque Mamertinum tibi datam, donatámque esse dico. hæc nauis onusta præda Siculienſi, cùm ipsa quoque esset ex præda, simul cum iste decederet,appulsa Veliam est,cum [a] plurimis rebus, & iis, quas [b] antè Romam mittere cùm ceteris furtis noluit,quòd erant carissimæ, maximèque eum delectabant. Eam nauem nuper egomet vidi Veliæ,multíq,alij viderunt,pulcherrimam,atque ornatissimam, iudices, quæ quidem omnibus, qui eam adspexerant, prospectare iam exsilium , atque explorare fugam domini videbatur. Quid mihi hoc loco respondebis?nisi fortè id,quod tametsi probari nullo modo potest,tamen dici quidem in iudicio de pecuniis repetundis necesse est,de tua pecunia constare [c] ædificatam esse eam nauim. Aude hoc saltem dicere,quod necesse est,noli metuere,Hortensi,ne quæram, *qui d licuerit ædificare nauem senatori.* antiquæ sunt istæ leges, & mortuæ, quemadmodum tu soles dicere, quæ vetant. Fuit ista reprehensio [e] quondam, fuit ista seueritas in iudiciis, vt istam rem accusator in magnis criminib.obiiciendam putaret.Quid enim tibi naue [f] opus fuit? qui [g] siquò publicè proficiscereris,& præsidij, & vecturæ causa, sumtu publico nauigia præberentur : priuatim autem nec proficisci quoquā potes,nec arcessere res transmarinas ex iis locis, in [h] quibus tibi habere,mercari nihil licet.Deinde cur quidquam contra leges parasti? Valeret hoc crimen in illa veteri seueritate, ac dignitate reip. Nunc non modò te hoc crimine non arguo:sed nè illa quidem communi vituperatione reprehendo. Postremò tu i tibi hoc numquam turpe, numquam criminosum, numquam inuidiosum fore putasti, celeberrimo loco palàm tibi ædificari onerariam nauem in ea prouincia, quam tu cum imperio obtinebas?Quid eos loqui,qui videbant:quid existimare eos,qui audiebant,arbitrabare?inanè te naue [k] esse in Italiā deductum? nauicularià te, cū Romam venisses, esse facturū?Ne illud quidē quisquā poterat suspicari,te habere in Italia maritimū fundum,& ad fructus deportādos onerariā nauem cōparare.Eiusmodi de [m] te voluisti sermonem esse omniū,palā vt loquerētur,te illā nauem parare,quæ prędā ex Sicilia deportaret [n],&quę ad ea furta,quę requisisses,cōmearet? Verūm hęc omnia,si doces,nauem de tua pecunia ędificatā,remitto,atq.concedo,sed hoc,homo amentissime,non intelligis priore actione ab [o] ipsis istis tuis Mamertinis laudatorib. esse sublatū? Nam dixit Heius,princeps ciuitatis, princeps istius legationis,quę ad tuā laudationem missa est,nauem tibi operis publicis Mamertinorum esse ædificatā [p],eiq.faciendæ senatorem Mamertinū publicè præfuisse.Reliqua est materies.hanc Rheginis,vt ipsi dicunt,tametsi tu negare non potes) publicè,quod Mamertini materiē non habent,imperauisti.Si &ex quo fit nauis,& qui faciunt,imperio [q] tuo,non pretio,præsto fuerunt,vbi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum ? At Mamertini in tabulis nihil habent. Primùm video potuisse fieri,vt ex tario nihil darent, (etenim vel [r] Capitolium,sicut apud maiores nostros factum est,publicè [s],gratis,coactis fabris,operisque imperatis,exędificari atq.effici potuit.)deinde [t] id quod perspicio,& quod ostendam, cùm istos produxero, ipsorum ex litteris, *multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas , atque inanes , esse perspicuas.* Nam [u] illud minimè mirum est, Ma-

[a] L.intelligis,*vita v.c.*
[b] L. Italici fugitiuorum belli rel.
[c] L. Temsani incomm.
[d] cum Tempsanum oppidum Brutiorum, refidus Spartarum victi manus occupauit.*
[e] v.c.ad quod recens cum peropportune fortuna att.
[f] Valentini Tempsorum vicini quorum olim vrbs Vibona, Valentia dicta Strabo.6.& Plin.3.
[g] v.c.prætorium nomen esset,
[h] v.c.quam tu recum. P. ccxliii.
[i] Pullæ erant tunicæ plebeiorum pauperum: albæ eorum qui supra plebeios & infimum vulgus: nō purpuræ, vt quidā putant. Itaque hūc colorem vt indecorū in Verre notat Cic. adde Zosimum 1.Elect.13.*
[k] Senatus in æde Bellonæ dabatur legatis exterarū nationūquos in vrbem admittere volebant.*
[l] L.Tempsano inc.
[m] L.à Tempsa
[n] v.c. admurmurauerint,
[o] Principes viri, Consulares, Prætorij, qui in magistratu.*
[p] v.c.dixerint contrà.
[q] v.c.tabellis.
[r] v.c. Itaq. ab isto pr. præci.
[s] Crimina Verris in bello piratico admissa.*
[t] Parricidio* in antea manifestaris, dementiæ, Ibid.
[x] Auaritia.* Digesto de Mamertinis.
[y] Consuetudo nauium, nautarum militum ciuitatibus imperandorum. *
[z] Consuetudo nauium, nautarum militum ciuitatibus imperandorum. * aa v. c. ob hanc rem.
[bb] L. pòst, si videbitur, ex ipsi. litt.
[cc] dixi libro 4. suprà.*
[dd] al. sumptu, tuo nomine publicè
[ee] L.sciente tota Sicilia. * sciente tota Sicilia.

[a] L.cum plurimis rebus, iis, quas antè R.
[b] al. quas iste Romam æ.
[c] v.c.omnes, verbum, constare, non habent, neq. L. agoscat.
[d] Lege prohibiti senatores nauem ædificare aut habere, dixi ad l.46 §.2. ff. de iure fisci l.4. ff. de vacat. & excus. muner.*
[e] al. resp. quondam.
[f] al. reip. relig. io. al. reip. atio.*
[g] L. naui.
[h] L. cui, quò publ.
[i] L.in quib. tibi mercari nihil l. al in quibus te habere nihil licet. al. in quibus temere, licet.*
[k] P. ccxlv.
[l] v. c. duo non habent, *Petremi.*
[m] L. nauē illā esse in Italiā. v. c. naue naucm esse illam in It.
[n] v.c. tē in ita ia maritimum habere f.
[o] L. voluisti de te *v.c. ita* v.c.
[p] al. deportare: quæ ad l. ab istis ipsis Mamertinis, tuis laud.
[q] v.c. imperio tibi, nomine tuo, pretio, præsto f.
[r] Ironia.*
[s] L. publicè coactis fabris, operisque imperatis, gratis exæd. P. B.
[t] L. Deinde id quod perspicio, quod & ostendam, cùm ipsos produxero, ex ipsorum litt. *v.c.*
[u] al. Iam

mertinos,à quo ſummum beneficium,accepe-
rant,quem ſibi amiciorem,quàm populo Ro.
eſſe cognouerant, eius capiti litteris ſuis pe-
perciſſe , ſed ſi argumento eſt , Mamertinos
pecunias[a] tibi non dediſſe,quia ſcriptum non
habent: ſit argumẽto tibi gratis conſtare na-
uẽ,quia,quid emeris,aut quid locaueris,ſcri
ptum proferre non potes. At enim idcircò
nauem Mamertinis non imperaſti,quòd ſunt
fœderati.*Dij* [c] *approbent*. habemus hominem
in fetialum [d] manibus [e] educatum : vnum,
præter ceteros , in publicis religionibus fœ-
derum ſanctum & [f] diligentem.omnes [g],qui
ante te prętores fuerunt , dedantur Mamer-
tinis, quòd iis nauem contra pactionem fœ-
deris imperarint.Sed tamen,tu ſancte homo,
ac religioſe,cur Tauromínitanis item fœde-
ratis nauem imperaſti?an hoc probabis,in æ-
qua cauſa populorum ſine pretio variam ius,
& diſparem conditionem fuiſſe?Quid,ſi eiuſ-
modi eſſe hæc duo fœdera duorum populo-
rum,iudices,doceo,vt Tauromínitanis nomi-
natim cautum , & exceptum ſit fœdere , *ne*
[h] *nauem dare debeant:* Mamertinis in ipſo fœ-
dere ſanctum, atque perſcriptum ſit, *vt* [i] *na-
uem dare neceſſe ſit:* iſtum autem contra fœ-
dus & Tauromínitanis imperaſſe,& Mamerti-
nis remiſiſſe ? nũ ui dubiũ poterit eſſe,quin,
Verre prætore,plus Mamertinis Cybéa,quam
Tauromitanis fœdus oppiritulatum ſit:Recité-
tur fœdera. MAMERTINORVM , ET TAV-
ROMINITANORVM CVM POPVLO R.
FOEDERA. Iſto igitur, tuo, quemadmodum
ipſe prædicas,beneficio:vt res indicat,pretio,
atque mercede,minuiſti maieſtatem reipu.[k]
minuiſti auxilia populi [l] R. minuiſti copias,
maiorum virtute ac ſapientia comparatas:
ſuſtuliſti ius imperij,conditionem ſociorum,
memoriam fœderis. Qui *ex fœdere ipſo nauem
vel uſque ad Oceanum , ſi imperaſſemus , ſumtu,
periculóque ſuo armaram, atque ornatam mittere
debuerunt :* hi , ne in freto ante ſua tecta, &
domos nauigarent:ne ſua mœnia, portúſque
defenderent,pretio abs te ius fœderis, & im-
perij conditionem emerunt [m]. Quid cenſe-
tis in hoc fœdere faciendo voluiſſe Mamer-
tinos impendere laboris,operæ, pecuniæ, ne
hæc biremis adſcriberetur, ſi id vllo modo
poſſent à [n] noſtris maioribus impetrare?nam,
cùm hoc munus imperaretur [o] tam graue ci-
uitati, inerat neſcio quo modo in illo fœde-
re ſocietatis quaſi quædam [p] nota ſeruitu-
tis. Quod tum recentibus ſuis officiis,integra
re, nullis populi R. difficultatibus, à maiori-
bus noſtris fœdere aſſequi non potuerunt,id
nunc nullo nouo officio ſuo , tot annis poſt,
iure[q] imperij noſtri,quotannis vſurpatum,ac
ſemper retentum, ſumma in difficultate na-
uium,à C.Verre pretio aſſecuti ſunt. At [r] hoc
ſolùm ſunt aſſecuti,ne nauem darẽt.Ecquem
nautam,ecquem militẽ, qui aut in claſſe, aut
in præſidio eſſet , te prætore , per triennium
Mamertini dederunt?Denique cùm ex ſena-
tuſconſulto,itémq. *ex lege Terentia,&* [t] *Caſſia
frumentum æquabiliter emi ab omnibus Siciliæ
ciuitatibus oporteret:* id quoq. munus leue, atq.
commune Mamertinis remiſiſti. Dices, fru-
mentum Mamertinos non debere. Quomodo
non debere?an,vt ne vẽderent? non enim e-
rat hoc genus frumenti ex eo genere , quod
exigeretur,ſed ex eo,quod emeretur. Te igi-
tur auctore,&interprete,ne foro [u] quidẽ,&cõ-
meatu Mamertini populum [a] R. iuuare debue-
rũt. Quæ tandẽ ciuitas fuit,quæ deberet? Qui
publicos agros arãt,certum eſt quid exlege [c]
cenſoria dare debeant Cur iis quidquam præ
terea ex alio genere imperauiſti? Quid [d] decu
mani [e] nũquid præter ſingulas decumas ex le-
ge Hieronica debent?cur iis quoque ſtatuiſti,
quantum ex hoc genere frumenti emti da-
rent?qui ſunt immunes,ij certè nihil debent.
At [g] iis nõ modò imperaſti:verum etiam,quo
plus darent,quàm poterant,hęc ſexagẽna mil
lia modiũm,quę Mamertinis remiſeras,addi-
diſti. Neque hoc dico:ceteris non [h] rectè im-
peratum eſſe.Mamertinis!,qui erãt in eádem
cauſa , quibus ſuperiores,omnes prætores ité
vt ceteris imperãr,pecucuniámq. ex S.C.&ex
lege diſſoluerãt, his dico nõ rectè remiſſum.
Etſi,vt hoc beneficium,quemadmodum dici-
tur,trabali [l] clauo figeret, cum conſilio cau-
ſam Mamertinorum cognoſcit, & de conſilij
ſententia Mamertinis ſe frumentum non im-
perare pronuntiat. Audite decretum merce-
narij prætoris ex ipſius commentario [m].&co-
gnoſcite,quanta in ſcribendo grauitas,quan-
ta in conſtituendo iure ſit auctoritas. Recita [n]
commentari . DECRETVM EX COMMEN-
TARIO. Libenter ait ſe facere:itáque perſcri-
bit,Quid,ſi hoc verbo non eſſes vſus,Libẽter?
non videlicet inuitum te quęſtũ facere puta-
remus?ac *de conſilij ſententia* pręclarum recita-
ri conſilium,iudices,audiſtis.vtrũm vobis cõ-
ſiliũ recitari?tam em prętoris videbatur,cùm
audiebatis nomina,an prędonis improbiſſimi
ſocietas,atq.comitatus? Eu fœderum interpre
tes,ſocietatis pactores [q],religionis auctores [r].
numquam in Sicilia frumentum publicè eſt
emtum,quin Mamertinis pro portione impe-
raretur,antè quàm hoc delectum,pręclarúm-
que conſiliũ iſte dedit, vt ab his nummos ac-
ciperet,ac ſui ſimilis eſſet.Itaq.tantũ valuit i-
ſtius decreti auctoritas,quantum debuit eius
hominis,qui, à quib [s] frumentum emere de-
buiſſet,iis decretum vendidiſſet.Nam ſtatim
L Metellus,vt iſti ſucceſſit,ex C.Sacerdotis,&
Sex.Peducæi inſtituto,ac litteris,frumentum
Mamertinis imperauit. Tum illi intellexe-
runt,ſe id quod à malo auctore ſemiſſent,diu
tius obtinere non poſſe. Age porrò, tu, qui [t]
te tam religioſum exiſtimari voluiſti inter-
pretem fœderũ,tur Tauromínitanis frumen-
tum,cur Netinis imperaſti?quarum ciuitatum
vtraque fœderata eſt.Ac Netini quidem ſibi
non defuerunt.nam ſimul ac pronuntiaſti,*li-
benter* [u] *te Mamertinis quiddam remittere*:te ad-
ierunt, & eandem ſuam cauſam fœderis eſſe
docuerunt.tu aliter decernere in eádem cau
ſa non potuiſti. Pronuntias,*Netinos ſi frumentum
dare non* [x] *oportere :* & [y] ab his tamen exigis.
Cedò mihi eiuſdem prætoris litteras [z] & re-
rum decretarum,& frumenti imperati, & re-
rum decretarum tritici [aa] emti. LITTERAE
PRAETORIS RERVM DECRETARVM,
FRVMENTI IMPERATI,ET FRVMENTI
EMTI. Quid potuis in hac tanta [bb], ac tam
turpi inconſtantia ſuſpicari poſſumus , iudi-
ces,quàm id,quod neceſſe eſt, aut iſti à Ne-
tinis pecuniam,cùm poſceret,non datam:aut
id eſſe actum,vt intelligerent Mamertini,be-
ne ſe apud iſtum tam multa pretia,ac mune-
ra collocaſſe , cùm idem alij iuris ex eádem
cauſa non obtinerent? Hic mihi etiam aude-
bit mentionẽ facere Mamertinę laudationis?

in qua

a v.c.pecu-
niã *& ita L.*

b v.c. loca-
ris,

c Mos lau-
dãdi,ſed hic
ironia.*

d Feriales ;
feriendo qui
bus belli pa-
ciſq. facien-
dæ ius eſſet
Feſtus inſtitu
ti à Numa.*

e *al.* mori-
bus.*

f L.ac dili-
gentem,

g v.c.omnes,
qui ante te
fuerunt prę-
tores,

h In fœderi
bus faciẽdis,
fœderatiſple
runq. nomi-
natim impe-
rabatur na-
uis à P. Ro-
mano: inter-
dũ etiam ex-
cipiebatur,
Ne nauis da-
retur.*

i v.c.vt na-
uem.

k v.c. P.R.
L.populi R.

l L.reip.

P. CCXLVI.

m L.redeme
rũt,*ita v.c.*

n *al* à veſtris
o L.impone
batur tã gr.
& ita v.c. al.
imperabatur.*

p Nauem
mittere fœ-
derato popu
lo,quaſi quæ
dam nota ſer
uitutis.*

q iure impe
rij noſtri
quotannis v-
ſurpato , ac
ſemper retẽ-
to.

r *al.*At ſunt
hoc ſolùm
aſſecuti. *lib.*
vulg. At non
hoc ſolùm aſ
ſecuti.

ſ Harum le-
gũ meminit
idem Cicero
Verrina ſru-
mentaria
t lata eſt ęc
lex M. Teren
tio Culleo,
& C. Caſſio
Varro Coſſ.
anno vrbis
DCLXXX.

u foro & cõ-
meatu arce-
re pœnæ ſpe
cies.*

a v.c. iuuare populum R.deb.

b v.c.lege ceuſ.

c lex hic ſu mitur , pro P. R. cõuentione*

d *al.*quid de cumani?

e decumani qui eſſent a-liàs dixi-mus.*

f L. Quid immunes? ij certè *v. & ita v.c.*

g v.c.At eis,

h v.c.non re ctè imperatũ ſed Mamert.

i *al.* ſed Ma-mertinis.*

k *al.*At,vt b.

l Atque vt hoc benef.

l trabalis cla uus,firmus& validus.*

m Commen-tarium rerũ à ſe in pro-uincia geſta-rũ, prætores perſcripſiſſe, vel hic lo-cus a gumen to.Hinc pau lò poſt litte-ræ rerum de-cretarum fru menti impe-rati & em-pti.*

n L. Recita decretum ea cõmentariõ*

o hoc eſt ſi libenter re-mittere fru-mentum Ma mertinis, vt paulò poſt ait.*

P. CCXLVII.

p *L.*tandem prætoris re-citari vid. *& ita v.c.*

q pactores ſocietatis.*

r id eſt,de-fenſores.*

ſ id eſt ven-ditore.

t v.c.qui tã rel. exiſti. te vo.

u L.libenter te Mamerti-nis remitte-re:*al.* liben-ter re Mam.r tinis quidem rem.

x L.nõ debe re *& ita v.c.*

y L.&ab his tamen exe-giſti C.

z *L.*litteras & rerum de-cretarum, & frum.imp.& tritici emti.

aa *al.*& trii-tici emti.*

bb v.c. & tã turpi.

aid est ſ v. & ita hanc particulã interpretatur Priſcianus 18. Alij hunc locum ita legunt, primũ quod vna totius Siciliæ ciuitas ſtum laudat: vt in iudiciis.*

b Laudatores in cauſis grauioribus admiſſos vel hic locus in dicio, quod & ab Aſconio confirmatur. refert enim Scaurũ, qui à Cicerone defenſus eſt, à nouem conſularib. laudatum: & vno adoleſcẽte Fauſto, Scauri ipſius fratre, Sullæ filio.*

c al. honeſti nullu daret* d al. expleret.*

e L. quid habeat vtilitatis vera laudatio ſed tamen ita pronũciæ præfuiſſe, vt

f al. ita prouinciæ profuiſſe & poſt carendum.*

g L. tibi ſit carendum?

h v.c. eſſe dixerunt.

i v.c. omnia te ſibi

k v.c. vacatione omnium rerum ſit vſum q.

l L. ea conditione vixerunt. vt al ea cõditione vſi fuerũt, vt p. m. v. c. nihil negarent.

m Redit à digreſſione*

n L. ſum degreſſus.

o v.c. contra leges:

p L. non quæ prouinciæ ſpol. port.

q al. furtorũ fuerũt illi t.

r v.c. Mamertinis nauem

s P. 248.

t al. auxiliũ iuris,*

u Sumptus à ciuitatib. ſingulis nauarchis publicis ſuppeditandis & ipſorũ nauarchorũ cum ciuitatibus quæ fuerit Romanis ratio.*

x v. c. ſuo quæq. nauarch.

y al. non ſolum.

in qua quàm multa ſint vulnera, quis eſt veſtrũm, iudices quin intelligat? Primum, *vt* [a] *in iudicijs, qui decem* [b] *laudatores dare non poteſt, honeſtius* [c] *eſt ei nullum dare, quàm illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non explere* [d]. tot in Sicilia ciuitates ſunt, quib[e] tu per triẽnium præfuiſti: arguunt ceteræ: pauc̃, & paruæ, metu repreſſæ, ſilẽt: vna laudat. Hoc quid eſt niſi intelligere, quid [f] habeat vtilitatis vera laudatio? ſed tamen ita [g] Verres prouinciæ præfuiſti, vt hac vtilitate neceſſariò tibi [h] ſit carendum. Deinde, id quod alio loco antè dixi, quæ eſt iſta tandem laudatio, cuius laudationis legati principes & publicè tibi nauem ædificatam, & priuatim ſe ipſos abs te ſpoliatos, expilatóq. eſſe [i] dixerũt? Poſtremò quid aliud iſti faciunt, cùm te ſoli ex Sicilia laudant, niſi teſtimonio nobis ſunt, te [k] omnia ſibi eſſe largitum, quæ tu de rep. noſtra detraxeris? Quæ colonia eſt in Italia tã bono iure quod tam immune municipiũ, quod per boſce annos tam commoda vacatione [l] ſit vſum omniũ rerum, quàm Mamertina ciuitas per triennium? ſoli, ex fœdere quod debuerunt, non dederunt: ſoli, iſto prætore, omnium rerum immunes fuerunt: ſoli in iſtius imperio ea [l] conditione vitæ fuerunt, vt populo R. nihil darent, Verri nihil [m] denegarent. ¶ Verũm[n], vt ad claſſem, quo ex loco ſum[o] digreſſus, reuertar: *accepiſti à Mamertinis nauem contra Vlegem: remiſiſti contra fœdera*, ita, in vna ciuitate bis improbus fuiſti: cùm & remiſiſti, quod non oportebat: & accepiſti, quod non licebat. Exigere te oportuit nauem, quæ contra prædones, non quæ cũ præda nauigaret: quę defenderet, ne prouincia ſpoliaretur, nõ quę noua prouincię ſpolia portaret. Mamertini tibi & vrbem, quò furta vndiq. portares, & nauem, qua exportares, præbuerunt. illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit: illi homines, teſtes, cuſtodéſq. furtorum[r]: illi tibi & locum furtis, & furtorum vehiculum comparauerunt. Itaque ne tum quidem, cùm claſſem auaritia, ac nequitia tua perdidiſti, nauẽ Mamertinis imperaſſe auſus es: quo tempore in tanta inopia nauium tantæque calamitate prouinciæ, etiam ſi precariò eſſent rogandi, tamẽ ab his impetraretur. reprimebat enim tibi & imperandi vim, & rogandi conatum præclara illa non populo R. reddita bitemis, ſed prętori donata Cybéa. Ea fuit merces imperij, auxilij[t], iuris, cõſuetudinis fœderis. Habetis vnius ciuitatis firmum auxilium amiſſum, ac venditum pretio. ¶ Cognoſcite nunc nouam prædandi rationem, ab hoc primum excogitatam. *Sumtũ[u] omnem in claſſem frumentoſtipendio, ceteriſq. reb. nauarcho[x] ſuo quaque ciuitas ſemper dare ſolebat, is neque vt acciperetur à nauib. committere audebat, & ciuibus ſuis ratio nẽ referre debebat.* in[y] illo omni negotio, non modò labore, ſed etiã periculo ſuo verſabatur. Erat hoc, vt dico, factitatũ ſemper, nec ſolùm in Sicilia, ſed in omnibus prouinciis, etiam in ſociorum, & Latinorum ſtipendio, ac ſumtu, tum cùm illorum auxiliis vti ſolebamus. Verres poſt imperium conſtitutum primus imperauit, *vt ea pecunia omnis à ciuitatibus ſibi adnumeraretur, vt* [aa] *is pecuniam tractaret, quem ipſe præfeciſſet*, cui poteſt eſſe dubium, quamobrẽ & omnium conſuetudinem

A veterem primus immutaris, & tã tam vtilitatem per alios tractandæ pecuniæ neglexeris, & tantam difficultatem cum crimine, molestiam cum ſuſpicione ſuſceperis? Deinde alij quæſtus inſtituuntur, ex vno genere nauali, videre quàm multi accipere à ciuitatibus pecunias[a], ne nautas darent: pretio certo miſſos facere nautas: miſſorum omne ſtipendium lucrari: reliquis, quod deberet, non dare. Hæc omnia ex ciuitatum teſtimoniis cognoſcite. Recita teſtimonia ciuitatum. *Teſtimonia ciuitatum.* Hunccine [b] hominem: hanccine impudentiam, iudices? hanccine audaciam ciuitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere [c] certo [d] pretio ſex centos nummos nautarum miſſioni conſtituere? quos qui dederat, cõmeatum totius æſtatis abſtulerat: iſte [e] quod & nautæ nomine, pro ſtipendio, frumentóq. acceperat, lucrabatur. Itaque ſi quæſtus duplex vnius miſſione fiebat. Atq. hæc homo amentiſſimus in tanto prædonum impetu, tantóq. [f] periculo prouinciæ, ſic palàm faciebat, vt & ipſi prædones ſciret, & tota prouincia teſtis eſſet. ¶ Cùm [g] propter iſtius hanc tantam auaritiam, nominẽ claſſis, eſſent in Sicilia, re quidem vera naues inanes, quæ prædam prætori, non quæ prædonibus metum afferrent: tamen, cùm P. Ceſcius[l], & P. Tadius decẽ nauibus his ſemiplenis nauigarent, nauem quandam piratarum præda refertam, non ceperunt[m], ſed abduxerunt, onere ſuo planè captã, atque depreſſam. Erat ea nauis plena iuuentutis formoſiſſimę, plena argenti facti[n], atque ſignati, multa cum ſtragula[o] veſte. Hæc vna nauis à claſſe noſtra non capta eſt, ſed inuenta ad Megaridem: qui locus eſt, non longè à Syracuſis. quod vbi iſti nuntiatum eſt, tametſi[p] noctu cum mulierculis iacebat ebrius, erexit ſe tamen, & ſtatim quæſtori legatóque ſuo cuſtodes miſit complures vt omnia ſibi integra quàm primùm exhiberentur. Appellitur[q] nauis Syracuſas: ex ſpectatur[r] ab omnibus: ſupplicij ſumi de captiuis putatur. iſte, quaſi præda ſibi adnecta, nõ prędonib. captis: ſiquidem ſenes, aut deformes erãt, eos in hoſtiũ numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis artificíq. habebãt, abducit omneis, non nullos ſcribis ſuis, filio, cohortíq. diſtribuit: ſymphoniacos ſex cuidam amico ſuo Romã muneri miſit. nox illa tota exinaniẽda naui cõſumitur. Archipiratã ipſum videt nemo, de quo ſupplicium ſumi oportuit. hodiéque omnes ſic habent [s] perſuaſum (quid eius ſit, vos [t] coniectura quoque aſſequi debetis) iſtum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepiſſe. Coniectura bona eſt *index eſſe bonus nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non monetur.* hominẽ noſtis: conſuetudine mẽque omnium tenetis: qui ducem prædonum, aut hoſtium ceperit, quàm libenter eum palam ante oculos omniũ eſſe patiatur. Hominem in tanto conuentu Syracuſis vidi neminem iudices, qui archipiratam captum [x] vidiſſe ſe diceret, cùm omnes, vt [y] mos eſt, vt ſolet fieri, concurrerent, quærerent, videre cuperent. Quid accidit, cur tantopere iſte homo occultaretur, vt cũ ne caſu quidem quiſquam adſpicere poſſet? Homines[z] maritimi Syracuſis, qui ſæpe iſtius ducis nomen au-

a L. pecuniã, & ita v.c.

b L. Hunccine hom. hãcine imp. iu. hãcine aud.

c al. deſcribe re. dixi plenius Philippica 5. eſt autem deſcribere, diuerſi deſtituere.*

d L. certum pretium, ſex centenos nũmos, nautarũ miſſioni conſtituere?

P. B.

e L. iſte quod militis, & nautæ nomine, al. quid eius nautæ nomine.*

f v.c. Ita quæſtus

g v. c. tanto in periculo

h Maieſtas diminutaã Verre.*

i vox, tantum abeſt à duob. v.c.

k L. nomine,

l claſſis eſſet in Sicilia, re quidẽ vera, nauer in

al. Cæſetius*

m citatur à ſtragula

Nonio in verbo Capere.*

n Argentum factum, vaſa ſignatum, nũmi.*

o Stragula veſtis, qua lecti, mẽſæ, parietéſq. ſternuntur.*

p L. tametſi in acta cum* mul. & ita v.

q In acta id eſt in littore.*

q L. Appel. nau. Syracuſas: ex ſpectatur ab omnibus ſupplicij iſte, qua ſi p.

r al. ſpectatur vt ſubaudiatur nauis al. ſpectatur ab omnibus ſpectatur, ſupplicij ſu mi &c. vel ita ex ſpectatũ ab omnib. ſu mi ſupplicij de captiuis*

s al. ſic habent (quid eius ſit &c.*

P. 249.

t L. vos coniect. aff. deb.) & ita v.c.

u L. cõſuetudinem omniũ tenetis:

x v.c. captum eſſe, vidiſſe diceret,

y Concurſus captus adducebat.* z al. homines pro more fieri ſolebat, quoties archipirata aliquis capiebatur.* z al. Erant homines Mamertini Syracuſ. ſunt Mamertini.*

dissent[a], cùm eum sæpe timuissent, cùm eius cruciatu atque supplicio pascere oculos, animúmq. exsatu rare vellent: potestas adspicien di nemini fact a est. Vnus pluteis prædonum duces viuos cepit P. Seruilius[b], quàm omneis antea. Ecquando igitur isto fructu quisquam caruit, vt videre piratam captũ nõ liceret[c]? At contrà, quacunque iter fecit, hoc iucundissimum spectaculum omnibus victorum d captorũmq. fuit. Itaque ei concursus vndique fiebant, vt non modò ex his oppidis quæ ducebantur, sed etiam ex finitimis, visendi causa, conuenirent. Ipse autem triumphus quamobrem omnium triumphorum gratissimus populo R. fuit, atque f iucundissimus? quia *nihil est victoria dulcius*. Nullum est autẽ testimonium victoriæ certius, quàm, quos sæpe metueris, eos te victos ad supplicii duci videre. Hoc tu quamobrem non feciſti? quamobrem ita g iſte pirata celatus est, quasi eum adspicere h nefas esset? quamobrem supplicium non sumsisti? quam ob causam hominem reseruasti? ecquem i audisti in Sicilia anteà captum archipiratam, qui k non securi percussus sit? vnum cedò auctorem tui facti: vnius profer exemplum. Viuum tu archipiratam seruabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum ducêres. Neq. enim quidquam erat iam reliquũ, nisi vt classe populi R. pulcherrima amissa, prouinciáq. lacerata triumphus nauali l tibi decerneretur. Age porrò, custodiri ducem prædonum nouo more, quàm securi feriri[m] omniũ exemplo magis placuit. Quæ sunt istæ custodiæ? apud quos homines? quemadmodum est asser uatus? latomias[n] Syracusanas omnes audiſtis: plerique noſtis. opus[o] est ingens, magnificum, regum, ac tyrannorum. totũ est ex[p] saxo in mirandam altitudinẽ depresso, & multorum operis penitus excisõ: nihil tam clausum ad[q] exitus, nihil tam sæptum vndique, nihil tam tutũ ad [r] custodias nec fieri, nec cogitari potest. In has [s] latomias si qui publicè custodiẽdi sunt, etiam ex ceteris oppidis Siciliæ dedu ci imperantur. Eò quòd multos captiuos ciueis Romanos coniecerat, & quòd eòdem cæteros piratas cõtrudi[t] imperarat: intellexit, si hunc subditicium [u] archipiratam in eadem custodiã dedisset, fore vt à multis, illis in [x] latomiis verus ille dux quæreretur. Itaque hominem huic optimæ, tutissimæque custodiæ non audet committere. deniq. Syracusas totas timet. amãdat hominem. quó? Lilybæum fortasse. Video; tamẽ homines maritimos nõ planè reformidat. Minimè iudices. Panormũ igitur? Audio: quamquã Syracusis, quoniam [y] in [z] Syracusano captus erat, maximè, si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. Ne Panormum quidem. Quid [aa] igitur? quò putatis? Ad homines à piratarũ metu, & suspicione alienissimos: à nauigãdo, rebúsque maritimis remotissimos, ad Centuripinos, homines maximè mediterraneos [bb] summos aratores: qui nomen nunquam timuissent maritimi prædonis: vnum, te prætore, horruissent Apronium, terrestrem archipiratam. Et, vt quiuis facilè perspiceret, id ab isto actum esse, vt ille suppositus, facilè, & libenter se illum, qui non erat, esse simularet: imperat Centuripinis, vt is victu, ceteríque rebus quàm liberalissimè, commodissimèque habeatur[cc]. Inter ea Syracusani, homines periti & humani, qui nõ modò ea, quæ perspicua essent, videre, verũ etiam occulta suspicari possent: habebãt[a] rationem omnes quotidie piratarum, qui securi ferirentur: quàm multos esse oporteret, ex[b] ipso nauigio, quod erat factum sex remorum numero coniiciebant[c]. Iste, quòd omneis, qui artificij aliquid habuerant, aut formæ, remouerat, atque abduxerat, reliquos si, vt consuetudo est, vniuersos add palum alligasset, clamorem populi fore suspicabatur, cum[e] tanto plures abducti f essent, quàm relicti. propter hanc causam cùm instituisset alios alio tempore producere: tamen in tanto cõuentu nemo erat, quin rationẽ, numerúmque haberet, & reliquos non desideraret solum, sed etiam poscêret, & flagitaret. Cũ maximus numerus deesset, tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere, & supponere cœpit ciueis Romanos, quos in carcerem antea coniecerat: quorum alios, Sertorianos milites fuisse insimulabat, & ex Hispania fugientes ad Siciliam appulsos esse dicebat. alios, qui à prædonibus erant capti, cùm mercaturas facerent, aut aliquam ob causam nauigarent, suæ voluntate cum piratis fuisse arguebat. Itaq. aliis ciues R. ne cognoscerentur, capitibus obuolutis è carcere ad palum, atq. ad necem rapiebantur: alij cùm à multis ciuibus R. recognoscerentur[k], ab omnibus defenderentur, secuti feriebantur. Quorum ego de acerbissima morte, crudelissimõq. cruciatu dicã, cùm eum locum tractare cœperò: & ita dicam, vt si me in ea querimonia, quã sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuium R. indignissima morte, non modò vires, verũm etiam vita deficiat, id mihi præclarum, & iucundum putem. Hæc igitur gesta res, hæc victoria præclara: myopatone[l] piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romam missi: formosi homines, & adolescentes, & artifices domum adducti[m]: in eorum locum, & ad eorum numerum ciues R. hostilem in modum cruciati, & [n] necati: omnis vestis ablata: omne aurum, & argentum, ablatum, & auersum. At quemadmodũ ipse se[o] induit priore actione? qui tot dies tacuisset, repente in [p] M. Annii, hominis splendidissimi, testimonio, cùm is ciueis Rom. dixisset [q], & archipiratam negasset securi esse percussum, exsiluit, conscientia sceleris, & furore ex maleficiis concepto excitatus: dixit, se, quòd sciret sibi crimini datum iri, pecuniam accepisse, neq. de vero archipirata sumsisse [r] supplicium, id ò secuti non percussisse: domi esse apud se archipiratas dixi duos. O dementiam populi Rom. seu potius patientiam miram, ac singularem! Ciuem Rom. securi esse percussum Annius [s], eques Rom. dicit: tacet. archipiratam negat: fateris. fit in eo gemitus omnium, & clamor, cùm tamen à præsenti supplicio tuo se continuit populus Rom. & repressit, & salutis tuæ rationem iudicum seueritati reseruauit. Quî scîebas tibi crimini datum iri? quamobrem sciebas? quamobrem etiam suspicabare? inimicum habebas neminem. si haberes, tamen non ita vixeras, vt metum iudicij propositum habere deberes. An re, id quod fieri solet, cõscientia timidum, suspicio sumque faciebat?

Quî

[a] L. audissent sæpe timuissent, cùm eius cruciatu.

[b] cognomento Hauricus.*

[c] iactandi Numquam* [d] v. c. victorum, &c. *non placet.*

[e] v. c. fiebat vndiq.

[f] L. & iucundissimus.

[g] L. ita pirata iste occultatus est.

[h] v. c. adspici [i] v. c. ecquem scis in Sicil.

[k] Archipiratæ securi percuti soliti, vt hîc & aliquot locis, infrà.* P. B.

[l] L. tibi naualis d *& ita v. c.*

[m] v. c. ferire *in al.* lautumias v. c. lautomias || *al.* lapotomias *al* litotomias.* [o] latomiæ Syracusanæ quid.* [p] v. c. è saxo [q] v. c. ad exitum,

[r] L. ad custodiam nec f. *& ita* v. c.

[s] Custodiendi publicè, rei in latomias deducebantur.* [t] v. c. condi imp. [u] suppositicium postea appellat.* [x] *al.* lautumiis

[y] v. c. qui in Syr.

[z] Supplicio affici prædones & piratæ quo in territorio capti* [aa] L. Quò igitur? *& ita* v. c.

[bb] Mediterranei homines qui procul à mari habitant.*

[cc] *al.* adhibeatur *al.* ad hiberetur.*

[a] *al.* habebãt rationem omnium quotidie pir. *al.* habeb. rat.

[b] L. ex ipso nauigio, quod erat ea puti, & ex remorũ numero & c. *& ita* v. c.

[c] v. c. coniiciebant.

[d] Ad palum alligabantur damnati supplicij causa vt securi per cuterẽtur, vt hîc.*

[e] *al.* cùm altero tãto plures abducti essent.*

[f] *al.* adducti* [g] v. c. *& L.* Cùm magnus num.

[h] L. aliquam aliâ ob caus.

[i] Capite obuoluto nonnumquã rei ad supplicii ducti.*

[k] L. cognoscerentur, *& ita* v. c.

P. B.

[l] Verris facinus.*

[m] L. abducti: *& ita* v. c.

[n] v. c. *duo non habent,* & necati:

[o] v. c. & induit pr.

[p] L. in M. Annij

[q] L. dixisset, archip.

[r] *al.* suppliciũ sumsisse,

[s] L. M. Antius.

a *al.* Quid* b *v.c.* tũ tum crimen & iudicium horreres cùm t. *non pl.*

Qui[a] igitur, cùm esses cum imperio, iam[b] tum iudicium,& crimen horrebas: reus cùm tot testibus coargutus, potes de damnatione dubitare? Verùm, si crimen hoc metuebas, nequis abs[c] te suppositum esse diceret, qui pro archipirata securi feriretur: virum tandẽ tibi ad defensionem firmius fore putasti, in iudicio[d] coactu,atque efflagitatu meo, producere ad ignotos[e] tanto pòst eum, quem archipiratam esse diceres:an recenti re,Syracusis,apud notos inspectante Sicilia pænè tota,securi ferire? vide, quid interfit, virum faciendum fuerit. In illo reprehẽsio nulla esse potuit.hîc defensio nulla est.Itaq.illud semper omnes[f] fecerunt. hoc quis[g] ante te,quis præter te fecerit, quæro. Piratam viuum tenuisti. Quem ad finem? dum cum imperio fuisti.quamobrem?quam ob causam?quo exemplo?cur tamdiu?cur, inquam, ciuibus Romanis, quos piratę ceperãt, securi statim per cussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnã dedisti? Verùm esto: sit tibi illud liberum omne tempus,quod[h] cũ imperio fuisti.Etiámne priuatus? etiámne reus? etiámne pænè damnatus, hostium duces priuata in domo retinuisti? Vnum,alterum mensem,propè annum denique domi tuę piratæ, à quo tẽpore capti fuim, quoad per me licitum est, fuerũt: hoc est, quoad per M[l]. Acilium Glabrionem licitum est.qui postulante me,produci,atque in carcere condi imperauit. Quod est huiusce rei ius?quę consuetudo, quod exemplum? *Hostem acerrimum,atque infestissimum populi R. seu potius communem hostem gentium, nationumque omnium, quisquã omnium mortalium priuatus intra nœnia domi suæ retinere poterit?* Quid si pridie, quàm à me tu coactus es cõfiteri,cuibus Ro.securi percussis, prædonum ducem viuere, apudk te habitare: si,inquam,pridie domo tua profugisset, si aliquã manum contra populum R. facere potuisset, quid dicerес? Apud me habitauit:mecum fuit: ego illũ ad iudicium meum, quò facilius crimen inimicorum diluere possem,viuum,atque incolumem reseruaui.Itáne verò? tu tua pericula communi periculo defẽdes? tu supplicia,quę debentur hostibus victis, ad tuum non[m] ad populi R.tempus conferes? *populi R.hostis priuatis*[n] *custodiis asseruabitur?* At etiam qui triumphant, eóque[o] diutius viuos hostium duces reseruant P, vt, his per triumphum ductis,pulcherrimum spectaculum, fructúmque victoriæ populus R.percipere possit: tamen cùm[q] de foro in Capitolium currum[r] flectere incipiunt,illos duci in carcerẽ iubet: idémque dies & victoribus imperij, & victis vitæ finẽ facit. Est[s] nunc, credo, cuiquam dubium, quin tu id commiserunt non fueris, præsertim cùm statuisses,vt ais, tibi causam esse dicendam,vt ille archipirata non potius securi feriretur,quàm, quod erat ante oculos positum,tuo periculo viuerет. Si enim esset mortuus,tu,qui crimen ais te metuisse,quæro,cui probares? cùm constaret, istum Syracusis ab nullo vnum esse archipiratam, ab omnibus desideratum: cùm dubitaret nemo,quin abs te pecunia liberatus esset,cùm vulgò loquerentur suppositum[t] in eius locum,quem pro illo probare velles: cùm[u] tute fassus esses, te id crimen tanto ante metuisse: si eum diceres esse mortuum, quis te audiret? nunc,cùm viuum istum nescio quem produces,[a]tamẽne id credi voles? Qui[b] servi? si vincla rupisset, ita,vt Nicomus pirata fecit[b],quẽ P.Seruilius qua felicitate ceperat, eádẽ recuperauit?quid diceres? Verũ hoc erat,si ille semel verus archipirata securi percussus esset: pecunia illam non haberes. si hic falsus esset mortuus, aut profugisset : non esset difficile alium in suppositi locum supponere. Plura dixi, quàm volui. de illo archipirata: & tamen ea, quæ certissima sunt huius criminis argumẽta,prætermisi. Volo[c] enim mihi totum esse crimen hoc integrum. est certus locus,certa lex,certum tribunal quò hoc referuetur. ¶Hæc tantaq; præda auctus,mancipiis,argento,veste locupletatus.nihilo diligentiór ad classem ornandam,milites reuocandos, alèdosque esse cœpit:cùm ea res non solùm prouinciæ saluti,verùm etiam ipsi prædæ esse[e] posset. Nam æstate[f] summa quo tempore cæteri prætores obire ptouinciam,& concurrere[g] consuerunt,aut etiam in tanto prædonum metu, & periculo ipsi nauigare : eo tempo te ad luxuriam : libidinésque suas, domo sua regia, quæ regis Hieronis fuit, qua prætores vti solent,contentus non fuit.Tabernacula,quem-admodum consueuerat temporibus æstiuis, quodhantea iã demõstrani,carbaseis i[i] intenta velis collocari iussit in litore: quod est litus in insula Syracusis pòst Arethusę fontem propterk ipsum introitum,atq. ostium portus amœno sanè,& ab arbitris remoto loco. Hic perdies æstiuos sexaginta[l] prætor populi R.custos,defensorq.prouinciæ : sic vixit,vt muliebria quotidie cõiuuia essent,vir accumberet nemo, præter ipsum, & prætextatum filium, tametsi[m] rectè sine exceptione dixeram, virũ cùm isti essent , neminem fuisse. Nonnunquam etiã libertus Timarchides adhibebatur.mulieres autem nuptæ nobiles,præter vnam mimi Isidori filiam, quam iste propter amorem,ab Rhodio tibicine abduxerat Pippa quædam vxor Æschrionis Syracusani : de qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt, tota Sicilia percelebrãtur.Erat[n] Nice facie eximia,vt prædicatur,vxor Cleomenis Syracusani. hanc Cleomenes vir amabat:verumtamẽ huius libidini aduersari nec poterat, nec audebat : & simul ab isto donis, beneficiisque plurimis[o] deuinciebatur.Illo autem tempore iste,tametsi ea est hominis impudentia quam nostis, ipse tamẽ cùm vir esset Syracusis, vxorem eius parum poterat animo soluto , ac libero tot in acta[p] dies secum habere.Itaque excogitat rem singularem naueis,quibus legatus præfuerat,Cleomenti tradit:classi populi R. Cleomenem Syracusanum præesse[q] iubet,atq.imperat. Hoc cò facit,vt ille non solum abesset à domo tũ cùm naugaret:sed etiã libenter cum magno honore,beneficióque abesset:ipse autem,remoto,atq.ablegato viro, non liberiùs, quàm antè (quis enim vmquam istius libidini obstitit?)sed paullo solutiore tamen animo secum illam haberet,si non tanquam vitum,at tanquam æmulum remouisset. Accipit nauem sociorum, atque amicorum Cleomenes Syracusanus. Quid primùm aut accusem,aut querar,iudices? Siculóne homini,legati,quęstoris, prætoris denique potestatem honorem , auctoritatem dari ? Si te impediebat ista conuiuiorum , mulierúmque occupatio,

a *v.c.* prosuecis, tamen te ne rideri videres. Q. *non pl.*
b *al.* fugit.*
c *v.c.* Volo enim esse totũ mihi crimen hoc integ.
d Libido Veris.
e *v.c.* posset esse.
f Aestate prouinciam Siciliæ obibant Prætores, & curabãt ut iuxuriam.*
g L. circumcursare cons.
h *v.c.* quod antea dem.
i hũc locum citat Nonius *in Carbasse.* s. *numero* 28.*
k id est proaimœno sanè, & ab arbitris remoto loco.
l *v.c.* dũ non habent. *f.* vigiata,
m *v.c.* et hoc cæt.
n L. Erat & Nice *al.* Benicen.*
o *v.c.* multis d.
p *al.* in acto. *male* acta, est litus Virgilius, in sola fecerat Troades acta Amisum inchiesem flebant. Ambros. *Hexamero* non in acta nec in litoribus, sed in Atlantici maris profundo fermentur. Sic Cicero & Terentius astu pro vrbe & Plinius li. 7. probara, pro pecudibus ponit. Quæ omnes voces Græcis & Latinis autoribus vsurpatæ.
q L. præesse iubet, atq; imperare H.

vbi quæstores? vbi legati? vbi ternis denariis æstimatum frumentum? vbi mulι? vbi tabernacula? vbi in tot tantáque ornamenta magistratibus, & legatis à senatu, populóque Rom. permissa, & data? denique vbi prætecti, & tribuni tui? Si ciuis Rom. dignus isto negotio nemo fuit, quid ciuitates, quæ in amicitia, fidéque populi Rom. perpetuò manserant? vbi Segestana, vbi Centuripina ciuitas, quæ tum officiis, fide, ve tustate, tum etiam cognatione ad populi Ro. nomen attingunt? O dij immortales! quid, si harum ipsarum ciuitatum militibus, nauibus, nauarchis, Syracusanus Cleomenes iussus est imperare? nõ omnis honos ab isto dignitatis, æquitatis, officiiq. subiatus est? Ecquod in Sicilia bellum gessimus, quin Cẽturipinis sociis, Syracusanis hostibus vterentur? Atq. hæc omnia ad memoriã vetustatis, non ad contumeliam ciuitatis referri volo. Itaque ille vir clarissimus, summúsque imperator, M. Marcellus, cuius virtute captæ, miseri cordia conseruatæ sunt Syracusæ, *habitare in ea parte vrbis, quæ insula est, Syracusanũ nemineꝫ voluit*. Hodie, inquam, Syracusanum in ea parte habitare nõ licet. est enim locus quem vel pauci possunt defendere. Committere igitur eum non fidelissimis hominibus noluit: simul quòd ab illa parte vrbis nauibus aditus ex alto est. Quamobrem qui nostros exercitus sæpe exclusérant, iis claustrai loci committenda non existimauit. Vide quid interfit inter tuã libidinem, maiorúmque auctoritatem: inter amorem, furorémq. tuum, & illorum consilium, atq. prudentiam. Illi aditum litoris Syracusanis ademerũt: tuk maritimum imperium cõcessisti. Illi habitare in eo loco Syracusanum, quòm naues accedere possent, noluerunt: tu classi & nauibus Syracusanum præesse voluisti. quibus illi vrbis suæ partem ademerunt. iis tu nostri imperij partem dedisti: &, quorum sociorum opera Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusanis dicto audientes esse iussisti. Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes e portu: sequitur Segestana nauis, Tindaritana Herbitensis, Heraclienſis, Apollonienſis, Haluntina, præclara classis in speciem: sed inops, & infirma, propter dimissionem propugnatorum, atque remigum. Tandiu in imperio suo classem iste prætor diligens vidit, quã diu conuiuium eius flagitiosissimum præteruecta est. ipse autem, qui visus multis diebus non esset. tum se tamen in conspectũ nauris paulisper dedit. Stetit P soleatus q prætor populi R. cum pallio purpureo, tunicáque talari, muliercula noxius in litore. Iam hoc ipso istum vestitu Siculi ciuésque Romani permulti sæpe viderunt. Posteaquam paullum prouecta classis est, & Pachynum quinto die deniq. appulsa est: nauæ fame coacti, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliæ, multitudo, colligebant, & his miseri, perditíque alebantur. Cleomenes autem, qui alterum se Verrem cùm luxuria, atque nequitia, tum etiam imperio, putaret: similiter totos dies, in litore tabernaculo posito, perpotabat. Ecce autem, repentè, ebrio Cleomene, esuriẽtibus ceteris, nuntiatur piratarum naueis s esse in portu Ediſſæ. nam ita is locus nominatur. nostra autem classis erat in portu Pachyni. Cleomenes autem, quòd t erat terrestre præfidium non re, sed nomine, sperabat, iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerũ nautarum, & remigum posse. Reperta est eádẽ istius hominis auaritissima ratio in præsidiis, quæ in classibus. nam erant perpauci reliqui, ceteríq. dimissi. Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperauit: & simul, vt ie ceteri sequerentur, signum dari iussit. Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. nam scire isto prętore nemo poterat, quid quæq. nauis remis facere posset: etsi in hac quadriremi propter honorem, & gratiã Cleomenis minimè multi remiges, & milites deerant. Euolarat iam è conspectu ferè fugiens quadriremis, cùm etiã tunc ceteræ naues suo in loco moliebãtur. Erat animus in reliquis, quamquam erant pauci, quo quo modo sese res habebat, pugnare tamen se velle clamabant: &, quod reliquum vitæ vitiúmque fames fecerat, id ferro potissimũ reddere volebant. Quòd si Cleomenes non tantò ante fuisset, aliqua ad resistẽdum ratio fuisset. erat enim sola illa nauis constrata, & ita magna vt propugnaculo ceteris posse esse, quæ, si in prædonum pugna versaretur, vrbis instar habere inters illos piraticos myoparones videretur: sed tunc inopes relicti à duce, præfectóque classis, eundem necessariò curium tenere cœperunt. Pelorum verius, vt ipse Cleomenes, it a ceteri nauigabant, neq. tamen tam prædonum fugiebãt impetum, quàm imperatorem sequebantur. Tũ vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps erat. postremam enim quamque nauem pirate primam adoriebantur. ita prima Haluntinorum nauis capitur, cui præerat Haluntinus, homo nobilis, Philarchus: quem ab illis prædonibus Locrenses postea publicè redemerunt: ex quo vos priore actione iurato rem omnem, causámq. cognostis. deinde Apollonienſis nauis capitur, & eius præfectus Anthropinus occiditur. Hæc dum aguntur, interea Cleomenes iam ad Pelori litus peruenerat: iam sese in terram è naui ejecerat, quadriremémque in salo fluctuantem reliquerat. Reliqui præfecti nauium, cùm in terram imperator exisset, cùm ipsi neque repugnare, neque mari effugere vllo modo possent, appulsis ad Pelorum nauibus, Cleomenem persecuti sunt. Tunc prædonum dux Heracleo, repente, præter spem nõ sua virtute, sed istius auaritia, nequitiáque victor, classem pulcherrimam populi Rom. in litus expulsam, & ejectam, cùm primùm aduesperascesceret, inflammari, incendique iussit. O tem pus miserum, atque acerbum prouinciæ Siciliæ! ó casum illum multis innocentibus calamitosum, atque funestum! ô istius nequitiã ac turpitudinem singularem! Vna, atq. eadem nox erat, qua prætor amoris turpissimi flamma, ac classis populi Rom. prædonum incendio conflagrabat. Affertur nocte intempesta grauis huiusce mali nuntius Syracusas: curritur ad prætorium, quo istum è conuiuio illo præclaro reduxerant paullo antè mulieres cum cantu, atq. symphonia. Cleomenes, quãquam nox erat, tamẽ in publico esse non auderet: includit se domi: neque aderat vxor, quę cõsolari hominem in malis posset. Huius autem præclari imperatoris ita erat seuera domi disciplina, vt u in re tanta, in tã graui nuntio ne-

a Mulieres enim dabantur magistratibus vt ne eos sociis imperarẽt.* b L. vbi tribuni tui? *& ita v.c.*

c L. tum etiã cognatione populum R. attinguat? p. CCLIIII. d Segestã enim ab Aenea cõditam esse dixit Verrina 4. de supplicis.* c *v.c.* hæc ego ad mem. *& ita L.* f L. itaq. vir ille clarissi.

g *v.c.* Syracusanorũ nem.

h L. possent defend.

i Claustra loci hic loca concluſa & interiora sũt, aut clausura à claudendo Varro 6. de lingua 15. Ifid. 7.* k *v.c.* tu imperium marit.

l L. in eo loco. quàm naues ace. m *al.* quam.* n *al.* portam* o *v.c.* Syracusano d.

p. B. p Verris vestitus.* q soleæ (vnde hîc soleatus, Crepidæ muliebres, quibus tamẽ & viri vtebãtur domi. Horat. & soleas posuit.* r *v. c.* coacti fame,

s *v.c.* nauis t L. quod erat sibi terrestre pr. | Erat autem his, est, iderat.*

u *al* vt in re tanta, & tam gr.

a L. quid quæque nauis remis posset, &c. *nam*; facere; *ex glossem.*
b *v.c. & L.* vno in loco.
c Moliebantur fugam.* d *v.c.* res se habeb. *& ita L.*
P. CCLIIII. e L. Quod ni si Cleomenes tanto &c. *& ita v.c.*
f *v. c.* vrbis instar haberi g myoparonũ piratarum & cæterarum nauium. comparatio.*
h *v.c.* ab duce pr.
i Anton. Augustí. Elorũ.* k L. ita ceteri nauigant.
l L. neq. ità prædonum impetum fugiebãt quam imp.
m L. ita in periculo pr.

n *v.c.* iã Cleomenes
o *v. c.* fluctuantem in salo.
p *v.c.* Relictã
q *v. c.* Tum
r L. expulsã, atq. ejectam, *v.c.* expulsam, ejectam
s *v.c.* inuesperascereret,
t Classes Romanorum capras piratas inflammasse eodem exemplo verisimile.*

tio nemo admitteretur: nemo esset, qui auderet aut dormientem excitare, aut interpellare vigilantem. Iam verò re ab omnibus cognita, concursabat vrbe tota maxima multitudo. nō enim, sicut [a] antea consuetudo erat, prędonum [b] aduētum ignis è specula aut tumulo sublato dispositi homines significabant.* [c] L. & constaret, neminē ei nuntiasse: d v.c. Tum iste excitatus audit.

Cum prætor autem [e] sumit. Lucebat iā ferè: procedit in medium, vini, somni, stupri plenus. Excipitur ab omnibus eiusmodi clamore, vt ei Lampsacenī spēculi similitudo versaretur ante oculos. hoc [g] etiam maius hoc videbatur, quòd in odio simili multitudo hominum hæc erat maxima. Tum istius acta [h] cōmemorabātur: tum flagitiosa illa conuiuia: tum appellabantur à multitudine mulieres nominatim: tūm quærebatur ex ipso palām, tot dies cōtinuos, per quos nunquam visus esset, vbi fuisset, quid egisset: tum imperator ab isto præpositus Cleomenes flagitabatur: neque quidquā propius est factum, quām vt illud Vticense [i] exemplum de [m] Adriano, transferretur Syracusas, vt duo sepulcra duorum prætorum imporum, duabus. [n] in prouinciis constitueretur. verùm habita est à multitudine ratio temporis, habita [o] est tumultus, habita etiam dignitatis, existimationisq. communis, quòd is est conuentus Syracusius ciuium Romanorum. vt non modò illa prouincia, verùm etiam hac rep. dignissimus existimetur. Confirmant ipsi se, cùm is [p] etiam tum semisomnis stupere: arma capiunt: totum forum, atque insulam, quæ est vrbis magna pars, complent. Vnam illam solam [q] noctem prædones ad Pelorum commorati, cùm fumanteis etiam nostras naues reliquissent, accedere incipiunt [r] ad Syracusas. Quj videlicet, sæpe audissent, nihil esse pulchrius, quām Syracusarum mœnia, ac portus. stetuerant [s], sese, si ea Verre prætore non vidissent, nunquam esse visuros. Ac primò ad illa æstiua [t] prætoris accedunt, ipsam illam ad partem litoris, vbi iste per illos dies tabernaculis positis, castra luxuriæ collocarat. quē postea quàm inanem locū offenderunt, & prætorem commouisse ex eo loco castra senserunt: statim sine vllo metu in [u] portum ipsum penetrare cœperunt. Cùm in portum [x] dico, iudices, (explanandum est enim diligentiùs, eorum causa, qui locum ignorāt) in vrbe dico, atque in vrbis intimam partem venisse piratas. non enim portu illud oppidū claudit, sed vrbe portus ipse cingitur, & cōcluditur: non [y] vt alluantur à mari mœnia extrema, sed [z] influat in vrbis sinum portus. Hic, te prætore, Heracleo archipirata cū quattuor myoparonibus paruis ad arbitrium suum nauigauit. Prò, dij immortales! piraticus myoparo, cùm imperium [aa] pop. R. nomen ac fasces essent Syracusis, vsque [bb] ad forum & ad omneis vrbis crepidines accessit: quò neque Karthaginensiū gloriosissimæ classes, cùm mari plurimùm poterant, multis bellis sæpe conatæ, vmquam adspirare potuerunt: neq. populi R. inuicta ante te prætoré gloria illa nauali, vmquā tot Punicis, Sicilienfibúsq. bellis penetrare potuit: qui locus eiusmodi est, vt

A antè Syracusani in mœnibus suis, in vrbe, in foro hostē armatū, ac victorē, quàm in portu vllam hostium nauem [m] viderent. hīc, te prætore, prædonū nauiculæ peruagatæ sunt. quò Athenieńsium classis sola post hominum memoriā CCC. nauibus, vi, ac multitudine inuasit: quæ in eo ipso portu loci ipsius, portúsque natura, victa atq. supera est. hic primùm opes ipsius [l] ciuitatis victæ, comminutæ, depressæque sunt: in hoc portu Athenieńsium nobilitatis, imperij, gloriæ naufragium factum existimatur. Eóne pirata penetrauit, quò simul atque adisset, non modò à latere, sed etiam à tergo magnam partem vrbis relinqueret? Insulam totam prætereuectus est: quæ [c] est vrbis magna pars Syracusis suo nomine, ac mœnibus. quo in loco maiores (vt antè dixi) Syracusanū quanquā habitare vetuerūt: quòd, qui illam partem vrbis tenerent, in eorū potestatem [d] portum futurum intelligebant. At quemadmodum est peruagatus? radices palmarum agrestium, quas [e] in nostris nauibus inuenerant, iactābat, vt omnes istius improbitatem, & calamitatē Siciliæ possent cognoscere. Siculóne milites? aratorúmne liberos? quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, vt populo R. totīque Italiæ suppeditare possent, eósne in insula Cereris natos, vbi primùm fruges inuentæ esse dicuntur, eo cibo esse vsos, à quo maiores eorum ceteros quoq. frugibus inuentis, remouerunt? Te prætore, Siculi milites palmarum stipibus, prædones Siculo frumento alebātur. O spectaculum miserum atque acerbum! ludibrio esse vrbis gloriam, populi Ro. nomen: hominum conuentus, atq. multitudine, piratico myoparone, in portu Syracusano de classe populi R. triumphū agere piratam, cùm prætoris nequissimi, ir certissimiq. oculos prædonum remi respergerēt. Postea quàm è portu piratæ nō metu aliquo affecti, sed satietate exierāt: tum cœperunt quærere homines causam illius tātæ calamitatis. dicere omnes, & palām disputare, minimè esse mirandum, sīc militibus, remigibus úsq. dimissis, reliquis egestate, & fame perditis, prætore tot dies cum mulierculis perpotante, tanta ignominia, & calamitas esset accepta. ¶ Hæc autem istius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui à suis ciuitatibus illis nauibus præpositi fuerant, qui ex illo numero reliqui Syracusas. classe amissa, refugerant. Dicebāt, quos ex sua quisque naui missos sciret esse. Res erat clara: neque solùm argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. Homo certior fit, agi nihil in foro, & conuentu tota [m] die, nisi hoc quæri à nauarchis quemadmodum classis sit amissa. illos respōdere, & docere vnumquemque, missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore, & fuga. Quod [o] postea quam iste cognouit, hanc rationem habere cœpit. causam sibi dicendam esse statuerat iam antè, quàm hoc vsu Pveniret, ita vt ipsum priore actione dicere audiretis. videbat, illis nauarchis testib., tantum hoc crimen sustinere se nullo modo posse. consilium capit primò stultum, verum tamen clemens. Cleomenem, & nauarchos ad se vocari iubet, veniunt. accusat eos, quòd huiusmodi de [q] se sermones habuerint: rogat, vt id facere desistāt, & in sua quisque naui dicat se tantùm habuisse nautarū, quam-

a v.c. sicuterat nuper cō fu. tudo, præ don.
b Prædonum aduentum ignē è specula aut tumulo sublato dispositi homines significabant.*
c L. & constaret, neminē ei nuntiasse: d v.c. Tum iste excitatus audit.
e Iagum vestimentū mi litare Non. c. 19.*
f Parū enim abfuit quin à Lāpsacenis in ea domo in qua diuerſabatur vi nus exurerc tur li. 1. in Verrem.*
g L. hoc erīā maius videbatur.
h P. CCLV. hal. acta cō. memorabatur, id est lit tus: dixi su pra.*
i L. commemorabatur: h v.c. tū quæ rabant ex ipso palām, l'Vticæ prætor Hadrianus domi fuæ propter quartianā cō bustus est.* m al. de Hadriano, n L. duabus in prouinc.
o v.c. habita etiam tumultus, habita dig.
p v.c. hic al. iste.*
q L. noctem. solam prædo. & ita v.c.
r v. c. ſuccipſunt Syrac.
s L. ſtatuerāt ſe, ſi ea Verre pr.
t loca, vbi æſtate voluptatī & genio Verres indulgebat.*
u v. c. in ipſum portum x Portus Syracuſani deſcriptio.*
y v. c. vt non abluātur mari. ſal vt non alluantur à mari &c.*
P. B. z L. ſed ipſe influat in vrbis & ita v.c.
aa v.c. imperij P.R. nom bb v. c. & L. vſq. ad forū Syracuſanorum, & omn.

a v.c. nauem viderint.
b L. illius ciuitatis comminutæ, depreſſæ. ſuæ & ita v.c.
c L. quæ eſt vrbis Syracuſis ſuo nom. & ita v.c.
d In poteſtatem eſſe hic dixit vt in pro Quinctio, in vadimoniū eſſe: ac quo loco quemadmodum genere dixi aliàs fuſius.*
e L. quas in noſtris nauibus inuenerat, iactabat, vt om.
f L. conuentus, atque multitudine piratico myoparone, in portu Syr.
g v.c. interriſſimis, nequiſſimique.
h L. reſperge rent?
i L. exierunt.*
k L. ſi remigibus, militibuſq. dimiſſ. & ita v.c.
l Crudelitas Verris in Nauarchos.*
m L. toto die niſi hoc quæri ex nauarc. & ita v.c.
n al. dimiſſi. onc.
o al. Quod poſtquàm
p v.c. viu ve nit, & ita 4.
q L. ſermones de ſe habuiſſe. & ita v. P. B.

tum oportuerit, neque quęquam esse dimissum. illi enimuerò se ostendunt, quod vellet, esse facturos. Iste non procrastinat: aduocat amicos, statim quærit ex his singillatim: quot quisque nautas habuerit. respondit [a] vnusquisque[n], vt erat præceptum. Iste in tabulas refert, obsignat signis amicorũ, prouidens homo: vt contra hoc crimen, si quando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. De risum credo [b] esse hominẽ amentem à suis consiliariis, & admonitũ, hasce ei tabulas nihil profuturas: *etiam plus* [c] *ex nimia prætoris diligentia suspicionis in eo crimine futurũ.* Iam iste erat hac stultitia multis in rebus vsus, vt publicè quoque, quæ vellet in ciuitatem litteris & tolli & referri iuberet: quę omnia nunc intelligit si si nihil pro lesse. postea quã certis literis, testibus, auctoritatibusque cõuincitur. vbi hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam, tabulas sibi nullo adiumento futuras: init consilium, non improbi prætoris (nam id quidem esset ferendũ) sed importuni, atque amentis tyranni, statuit, si hoc crimen extenuare vellet (nam omnino tolli posse non arbitrabatur) nauarchos omneis, testeis sui sceleris, vita esse priuandos. Occurrebat illa ratio: quid [e] Cleomeni fiet? poterónе animaduertere in eos, quos dicto audenteis esse iussi? missum facere eũ, cui im periu[m] [f], potestatémque permisi? poterónе eos afficere supplicio, qui Cleomenem secuti sunt: ignoscere Cleomeni, qui secum fugere, & se consequi iussit? poterónе in [g] eos esse vehementes, qui naueis inaneis non modò habuerunt, sed etiam apertas: in eũ dissolutus, qui solus habuerit constratam nauẽ, & minus exinanitã? pereat Cleomenes vnà. Vbi fides? vbi [h] execrationes [i]? vbi dextræ, complexúsque? vbi illud contubernium mutuelbris militiæ in illo delicatissimo litore? fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. Cleomenem [k] vocat. dicit ei, se statuisse animaduertere in omneis nauarchos: ita sui periculi rationes ferre, ac postulare. Tibi vni parcã, & totius istius culpæ crimen, vitupera-
tionémq. inconstantię potiùs suscipiã, quàm[l] aut in te sim crudelis: aut tot, tã graueis[m] testeis viuos, incolumes q. esse patiar. Agit[n] gratias Cleomenes, approbat consilium: dicit, ita fieri oportere. admonet tamẽ illud quod istũ fugerat, in [o] Phalargum Centuripinum, nauarchum, nõ posse animaduerti, propterea quòd secum fuisset [p] vnà in Centuripina quadriremi. Quid [q] ergo? iste homo ex eiusmodi ciuitate adolescens nobilissimus, testis relinquetur? In præsentia [9], inquit Cleomenes, quoniã ita necesse est: sed pòst aliquid videbimus, ne iste nobis obstare possit. Hęc postea [r] acta, & constituta sunt, procedit iste repentè è prætorio, inflãmatus scelere, furore, crudelitate. in forũ venit: nauarchos vocari iubet. Qui nihil metuerẽt, nihil suspicarẽtur, statim accurrũt. Iste hominibus miseris, innocẽtibúsq. [s] iniici catenas imperat. Implorare illi fidem po. R. & quæ id faceret, rogare. Tunc iste hoc cau sæ dicit, quòd classem prædonibus prodidissent. Fit clamor, & admiratio [t] populi. tantam esse in homine impudentiam, atque audaciam, vt aliis causam calamitatis attribueret, quæ omnis propter auaritiam ipsius accidisset: aut, cùm ipse prædonum socius putaretur [a], aliis proditionis crimẽ inferret: deinde, hoc quintodecimo die crimen esse natum, postquàm classis esset amissa. Cùm hæc fierent [b], querebatur, vbi esset Cleomenes: non [c] quò illum ipsum, cuiusmodi esset, quisquam supplicio, propter illud incommodũ, dignum putaret. nam quid Cleomenes facere potuit? (non enim possum quemquam insimulare falsò) quid [e], inquã, magnopere potuit Cleomenes facere, iussus auaritia nauibus exinanitis? Atque eũ vident sedere ad latus prętori, & ad aurẽ familiariter, vt solitus erat, insusurrare. Tum verò omnibus indignissimum vi um est, homines honestissimos, electos ex suis ciuitatibus, in ferrum, atque [f] in vincla coniectos: Cleomenem propter flagitiorum, ac [g] turpitudinis societatem, familiaritissimũ esse prætoris. Apponitur his tamen accusator Nęuius Turpio quidam, qui C. Sacerdote prętore, iniuriarum damnatus est, homo bene appositus ad istius audaciam: quem iste in decuriis, in rebus capitalibus, in omni calũnia [h] præcursorẽ habere solebat, & emissariũ. Veniunt Syracusas parentes, propinquique miserorum adolescentium, hoc repentino calamitatis suæ cõmoti [i] nuntio: vinctos a ispicium: cateris liberos suos, cùm istius auaritiæ pœnã collo, & ceruicibus suis sustinerent. adsunt, defendunt, proclamant fidem tuam, quæ nusquam erat, nec vnquam fuit, implorant, Pater aderat Dexio [k] Tindaritanus, homo nobilissimus, hospes tuus: cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras, cum cùm istius auctoritate, & miseria videres [l] prę ditum, non te eius lacrymæ, non [m] senectus, non hospitij [o] ius, atque nomen à scelere alquam ad partem humanitatis reuocare potuit. Sed quid ego hospitij iura in hac tã immani bellua commemoro? qui Sthenium Thermitanum, hospitem suum, cuius domũ per hospitium exhausit, & exinaniuit, absentem in reos retulerit, causa indicta, capite damnarit: ab eo nunc hospitiorum iura, atque officia quęramus? cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera, atque immani bellua? te [p] patris lacrymæ de innocentis filij periculo non mouebant? cùm patrem domi reliquisses: filium tecum haberes: te neque præsens filius de liberorũ caritate, neque absens pater de indulgentia patria commonebat? Catenas habebat hospes tuus Aristeus, Dexionis [q] filius. quid ita? Prodiderat [r] classem. quod ob præmium? deseruerat exercitum. quid Cleomenes? ignauus fuerat. At eũ tu ob virtutem corona aurea donaras. Dimiserat nautas. tu ab omnibus mercedem missionis acceperas. Alter parens ex altera parte erat Herbitensis Eubulides, homo domi suæ clarus, & nobilis: qui quia Cleomenẽ in defendendo filio læseras, nudus pænè est destitutus. Quid erat autem, quod quisquam diceret aut defenderet? Cleomenem nominare non licet. At causa cogit. Moriere, si appellaris. numquã enim iste est cuiquam mediocri ter minatus. At remiges non erant. Prætorẽ tu accusas? Frange ceruicem [t]. Si neque prætorem, neque prętoris æmulum appellare licebit, cùm in his duobus tota causa sit: quid futurum est? Dicit etiam causam Heraclius Segestanus, homo domi suæ summo loco nat[u]. Audite, vtvestra humanitas postulat, iudices, audie-

[a] *v.c.* respõdet vnusq. *& ita v.c.*

[b] L. esse credo hom. *& ita v.c.*

[c] Præsumi fraus solet ex nimia diligentia facit l. 7. ff. de cond. instit. l. 2. Cod. de furtis l. 17. Cod. de testamentis.

[d] L. quæ vel leue ciuitatum litteris tollit, & in eas ref. *v.c.* quæ vellet, in literas ciuitatum tolli, & referri iub. *non pla.* e L. Quid Cleomene fiet? *& ita v.c.*

[f] *v.c.* potestatem, imperiumq. perm P. CCLVII.

[g] *v.c.* esse in eos veh.

[h] *dpal* i Execratio hic pro iureiurando.*

[k] *v. c.* vocat Cleomenem.

[l] *v.c.* quàm in te sim. cr.

[m] *v.c.* grauis testis

[n] *fort.* Agit ei gratias

[o] L. in Pharsalum Centurip. *al.* in Philargum Cent.

[p] L. vnà fuisset &c. *& ita v.c.*

[q] *al.* In præsenti*

[s] *v. c.* Innocentibus inici

[t] *fort.* admuratio po.

[a] *v.c.* arbitretur. ‖ *fortasse legitur* 72 arbitraretur *πασσαφῶς* accipiendum erit.*

[b] *v.c.* ita fierent.

[c] *v.c.* nõ quo ipse c.

[d] L. cuicuimodi esset,

[e] L. quid, inquam, Cleomenes magnopere facere potuit, ist. *& ita tres v. alii, vt lib. vulg.*

[f] *v.c.* atque vincula

[g] *v.c.* ac turpitudinis soc.

[h] *v.c.* calumnia.

[i] *v.c.* nuntio commoti.

[k] *v.c.* Dexo Tind.

[l] *c.* cùm illa auctoritate, ætate, miseria vid.

[m] *al.* videret*

[n] *v.c.* nec se pec. nec hosp P. CCLVIII.

[o] Hospitij ius magnũ apud veteres §. Gell. 13.*

[p] *v.c.* te lacrymæ patris

[q] *v.c.* Dexonis fil.

[r] L. Prodiderat classem: deseruerat exercitum. Quod ob præmium? Quid diderat classem. Quod ob præmium deseruerat? Cleom. *mendose.*

[s] *v.c.* cuiquã est med.

[t] *v.c.* ceruicem

audietis enim de magnis incommodis, iniuriisque sociorum. Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa: qui propter grauem morbum oculorum tum non nauigarit, & [a] iussu eius, qui potestatem habuit, in commeatu Syracusis remanserit. Iste [b] certè neque prodidit classem, neq. metu perterritus fugit, neque exercitū deseruit. Etenim tunc esset hoc animaduersum, cùm classis Syracusis proficiscebatur. Is tamen in eadem causa fuit, quasi esset in aliquo manifesto scelere deprehensus: in quem ne [c] falsò quidem causa cōferri criminis potuit. Fuit in illis nauarchis Heracliensis, quidam Furius (nam habent illi nonnulla huiuscemodi Latina nomina) homo, quandiu vixit, domi [d] suæ, non solùm post mortem, tota Sicilia clarus, & nobilis. in quo homine tantum animi fuit, non solùm vt istum liberè læderet (nam id quidē, quoniam moriendum videbat, sine periculo se facere intelligebat) verū, morte proposita, cùm lacrymans in carcere mater noctes, diésque assideret, defensionem causæ suæ scripsit [e]: quam nūc nemo est in Sicilia, quin habeat, quin legat, quin tui sceleris, & crudelitatis ex illa oratione cōmonefiat. in qua docet, quot à ciui tate sua nautas acceperit: quot, & quāti quēque dimiserit: quot secū habuerit: itē de ceteris nauibus dicit, quæ cùm apud te diceret, virgis oculi verberabantur. Ille morte proposita, facilè dolorem corporis patiebatur, clamabat, id quod scriptum reliquit, fācinus esse indignum, plus impudicissimæ mulieris apud te Cleomenis salute, quàm de sua vita lacrymas matris valere. deinde etiam illud video esse dictum, quod, si rectè vos populus R. cognouit, non [f] falso ille iam in ipsa morte de vobis prædicauit. non posse Verrem, testeis interficiēdo, crimina sua exstinguere: gaudio rem apud sapienteis iudices se fore ab inferis testem, quàm si viues in iudicium produceretur: tum, auaritiæ solùm, si viueret: nunc cùm ita esset necatus, sceleris audacię, crudelitatis testem fore. Iam illa præclara, non testium modò caterua, cùm tua res ageretur, sed [g] à diis manibus in nocētium pœnas, sceleratorūmque furias in tuum iudicium esse vēturas: sese ideo leuiorem casum suum fingere, quòd iam antè aciem securium tuarum Sextiq.i, tui carnificis, vultum & manum viderit, cùm in conuentu ciuium R. iussu tuo securi ciues Ro. ferirētur. Ne multa, iudices, libertatē, quam vos sociis dedistis, hac [h] ille in acerbissimo supplicio miserrimæ seruitutis abusus est. Condemnat omneis [m] *de consilij sententia*. tamē neq. iste in tanta re, tot hominum, tōtque ciuium causa, P. Vettium ad se arcessit [n], quęstorem suum, cuius consilio vteretur: neq. P. Cerutium, talem virum, legatum, qui, quia legatus, isto prætore, in Sicilia fuit, primus ab isto iudex reiectus est: sed de latronū, hoc est, de comitum suorum sententia condemnat omneis. Hic cuncti Siculi, fidelissimi, atque antiquissimi socij, plurimis affecti beneficiis à maioribus nostris, grauiter commouentur, & de suis periculis [o], fortunisq. omnibus pertimescunt. Illā clementiam, māsuetudinémq. nostri imperij in tātam crudelitatem, inhumanitatémque esse conuersam? condemnari tot homines vno tempore nullo crimine? defensionem suorum furtorum prætorem improbum ex indignissima morte innocentium quærere? Nihil addi iam videtur, iudices, ad hanc improbitatē, amentiam, crudelitatémq. posse. & [a] rectè nihil videtur, nam si cum illorum improbitate certet, lōge omneis [b], multúmque superabit. sed [c] secum ipse certat: id agit, vt semper superius suum facinus nouo scelere vincat. Phalargū d Centuripinum dixeram acceptum esse à Cleomene, quòd in eius quadriremi Cleomenes vectus esset: tamē quia pertimuerat adolescēs, quòd eandē suam causam videbat esse, quām illorum, qui innocentes peribant: addē hominē accedit Timarchides: à securi negat ei esse periculum: virgis ne cæderetur, monet vt caueat. Ne multa, ipsum dicere adolescētem audistis, se [e] ob hunc virgarum metum pecuniam Timarchidi numeralle. Leuia [f] sunt hęc in hoc reo crimina. metum virgarum nauarchus [h] nobilissimę ciuitatis pretio redemit. huic manum, alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: vsitatum [k] est. non vult populus R. obsoletis criminibus accusari Verrem. noua postulat, inaudita desiderat. non de prætore siciliæ, sed de crudelissimo tyranno fieri iudicium arbitratur. Includuntur in carcerem condemnari, suppliciū constituitur in illos, [l] sumitur [m] de miseris parentibus nauarchorū: prohibentur adire ad [n] filios suos: prohibentur liberis suis cibū, vestitúmque ferre, patres hi, quos videtis, iacebant in limine, matréq. miserę pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberūm excluse: quę nihil aliud orabant, nisi vt filiorum [o] extremū spiritum excipere sibi liceret. Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris: mors terrorque sociorū & ciuium, lictor [p] estius: cui ex [q] omni gemitu, doloréque certa merces cōparabatur. vt [r] adeas, tantū dabis: vt [s] cibum tibi intrò ferre liceat, tantū. nemo recusabat. Quid, vt [t] vno ictu securis affixā mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne ĭppius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo, aut cruciatu spiritus auferatur? Etiā ob hanc causam pecunia lictori dabatur. O magnum, atq. intolerandū dolorem! ó grauem, acerbúmque fortunam! non vitā liberūm, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parēres. Atq. ipsi etiam adolescentes cum [x] sestio de eādem plaga, & de vno illo ictu loquebātur. idque postremum parēteis suos liberi orabant, vt leuādi cruciatus [y] sui gratia lictori pecunia daretur. Multi, & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis: multi. verū tamen mors sit extrema. non erit. Est ne aliquid vltrà, quò progredi crudelitas possit? reperietur. Nam illorum liberi cùm erunt securi percussi, ac necati, corpora feris obiicientur. hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi potestatem. Onasum Segestanum, hominem nobilem, dicere audistis, se ob sepultuam Heraclij nauarchi pecuniam Timarchidi [z] dinumerasse. hoc ne possis dicere: patres enim veniunt, amissis filiis, irati: Vir primarius, homo nobilissimus, dicit: neque de filio dicit. Iam hoc, quis tum fuit Syracusis, qui [bb] non audierit, quin sciat, has [cc] per Timarchidem pactiones sepulturæ cum viuis etiam illis esse factas non palām cum Timarchide loquebantur? non omnes hominum propinqui adhibebantur? non palām viuorum funera locabantur? Quibus de rebus omnibus actis, atque [dd]

a L. & rectè videtur. nam & rectè
b al. & rectè. Nam*
c v.c. omnis
d a sed cum* secum ipse certet*
e L. Pharartchum Cent. al. Philartchum al. Philargum*
f v.c. B.
g L. accedit ad hominem Timarchides
h v.c. se ob hunc metum pec.
i v.c. Leuia hæc sunt in hoc reo mentum
k L. nauarch. homo nobilissimus suæ ci. & ita v.c.
l v.c. humanum est.
m v.c. vsitatū non vult.
n L. v.c. sed de nefario tyr.
o L. sumitur de miseris parentibus p.
p v.c. ad filios proh.
q ita Quintilian? al. & v.c. filiorum
r L. & suorum extremum spiritum sibi ore excep. al. Nempe e.q. in excipere filio rum suorum
s postremum* spiritum ore excipere sibi ceret*
t Lictoria im probissimi & venalis exemplum*
u v.c. ex omnium gem.
x Lictori idem ac carni fex: cuius munus & car cereæ custodire, & securi percuteret, cruciari, virgis cædere.*
y L. vt cibum tibi, vestitum que intro f.
z ita q.v.c. & ita v.c. vt vno securis ictu
aa L. sestio de vna pla.
bb L. v.c. cruciatus sui eau
cc L. imarchi di numerasse
dd v.c. Quibus omnibus

decisis, producuntur è carcere, & deligantur ad palum. Quis[a] tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter vnum te, qui non illorum ætate, nobilitate, miseria commoueretur? ecquis fuit, quin lacrymaret? quin ita calamitatem putaret illorum, vt fortunam tamen non alienam, periculum autem commune agi arbitraretur? Feriũtur seuiri, lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas: testeis auaritię tuę gaudes esse sublatos. Errabas, Verres, & vehementer errabas, cùm te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, sociorum innocẽtium sanguine eluere arbitrabare: præceps amentia ferebare, qui te existimares auaritiæ vulnera crudelitatis remediis posse sanare. Etenim quanquam illi sunt mortui sceleris tui testes, tamen eorum propinqui neque tibi, neque illis desunt: tamen ex illo ipso numero nauarchorum aliqui viuunt, & adsunt: quos, vt mihi videtur, ab illorum innocentiũ pœna fortuna ad hanc causam reseruauit. Adest Philarchus[b] Halũtinus, qui, quia cũ Cleomene non fugit, oppressus à prædonibus, & captus est, cui calamitas saluti fuit: qui nisi captus à piratis esset, in hunc prædonem sociorum incidisset. dicet is pro testimonio de missione nauarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adest Centuripinus Philarchus[c], in amplissima ciuitate, amplissimo loco natus, cádem dicit: nulla in re discrepat. Per deos immortales, iudices, quo tãdem animo sedetis? aut hæc quemadmodum auditis? Vtrũm ego desipio, & d plus quàm satis opus est, doleo in tanta calamitate, miseriáque sociorũ? an vos quoque hic acerbissimus innocentiũ cruciatus, & mæror pari sensu dolotis afficit? Ego enim cùm Herbitẽsem, cùm Heraclienſem securi esse percussum dico, versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. Eorúmne populorum ciueis[e], eorúm ne agrorum colonos, ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanæ, illorum operis, ac laboribus quęritur, qui à parẽtibus, spe nostri imperij, nostræque æquitatis, susceptí, educatíque sunt, ad C. Verris nefariam immanitatem, & ad [f] eius securem funestam esse seruatos? Cùm mihi Tindaritani illius venit in mentem, cùm Segestani, tum iura simul ciuitatum, atque officia considero, quas vrbeis P. Africanus etiam ornandas esse spoliis hostium arbitratus est, eas C. Verres non solùm illis ornamentis, sed etiam viris nobilissimis nefario scelere priuauit. En quod Tindaritani libenter prædicent: Nos in septemdecim[g] populis Siciliæ numeramur: nos sem per in omnibus Punicis, Sicilienſibúſq. bellis amicitiam, fidémque populi R. secuti sumus: à nobis omnia populo R. semper & belli adiumenta, & h pacis ornamenta administrata sunt. Multùm verò hæc his iura profuerũt in istius imperio, ac potestate. Vestros quõdam nautas contra Karthaginem Scipio duxit. at i nunc naueis contra prædones pænè inaneis Cleomenes ducit. Vobiſcum Africanus hostium spolia, & præmia laudis communicauit. at nunc per me spoliati, naue à prędonib. abducta, ipſi in hostium numero locóq. ducemini. Quid verò? illa Segestanorum non solùm litteris tradita, nequel cõmemorata veribis, sed multis officiis illorum vsurpata, & comprobata cognatio [m], quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? Nempe hoc fuit iure, iudices, vt ex [a] sinu patris nobilissimus adolescens, & è complexu patris ereptus innocens filius, istius carnifici Sestio dederetur. Cui ciuitati maiores nostri maximos agros, atque optimos [b] concesserunt: quam immunem esse voluerunt: hęc tanta apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis auctoritate, ne hoc quidem iuris obtinuit, vt vnius honestissimi, atque innocẽtissimi ciuis mortem, & sanguinem deprecarentur. Quò confugient socij? quę implorabunt? qua spe denique, vt viuere velint, tenebuntur, si vos eos deseritis? Ad [c] senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumat? nõ est vsitatum, non senatorium. Ad populum R. confugient? facilis est causa ad populi legem enim sociorum causa iussisse, & vos ei legi custodes, ac vindices præposuisse dicet. Hic locus est igitur vnus, quò perfugiant: hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum: quò quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in suis repetendis rebus solebant, non argentum, non aurum, non vestem, non mancipia repetunt: non ornamenta, quæ ex vrbibus, fanísq. erepta sunt. metuunt homines imperiti, ne iam hæc populus R. concedat [f], & iam fieri velit. Patimur enim iam [g] multos, & silemus, cùm videamus, ad paucos homines omneis omniũ nationũ pecunias peruenisse [h]. quod eo magis ferre æquo animo, atque concedere videmur, quia nemo istorum dissimulat: nemo laborat, vt obscura sua cupiditas esse videatur. In vrbe nostra pulcherrima, atq. ornatissima, quod signum, quæ tabula picta est, quæ non ab hostibus victis capta, atq. [i] apportata sit? At istorũ villæ, sociorũ [k] fidelissimorum & plurimis, & pulcherrimis spoliis ornatæ, refertæque sunt. Vbi pecunias exterarum nationum esse arbitramini, quibus! nunc omnes egent. [l] cùm Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletũ, Chium, Samum, totam denique Asiam, Achaiam, Græciam, Siciliam iam in paucis villis inclusas esse videatis? Sed hæc, vt dico, omnia iam socij vestri relinquunt, & negligunt, iudices. Ne publicè à populo Rom. spoliarentur, officiis, ac fide prouiderunt. Paucorum cupiditati tum, cùm obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant. Nunc verò iam adempta est non modò resistendi, verùm etiam suppeditandi facultas. Itaque res suas negligunt. pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non [m] repetunt: relinquunt, & negligunt. Hoc iam ornatu ad vos confugiunt. adspicite, adspicite, iudices, squalorem, sordesq. sociorum Sthenius hic Thermitanus cũ hoc capillo [n], atque veste, domo sua tota expilata, mẽtionem tuorum furtorum non facit: sese ipsum abs te repetit, nihil amplius. totum enim tua libidine, & scelere, ex sua patria, in qua multis virtutibus & [o] beneficiis fuit princeps, sustulisti. Dexio Phic, quem videtis, non quę publicè Tindari [q], non quæ priuatim sibi eripuisti, sed [r] vnicum miser abs te filium optimum, atque innocentissimum flagitat. non sex litibus æstimatis tuis pecuniam domum: sed ex tua calamitate cineri, atq. ossibus filij sui solatium vult aliquod reportare. Hic tam grandis natu Eubulida, hoc tantùm, exacta ætate, laboris, itinerisque susceptis, non vt aliquid ex [s] hũius bonis vsurparet [t], sed vt, quibus oculis eruentas ceruices filij sui viderat,

a v.c. Quis tam f. illo tempore ferreus qui t.

b L. phararchus al. Phylarch. supra Phalargus.*

c L. pharrarchus,] supra lib. 4. Philarchus.*

d L. & plus, quam satis est dol. & ita v.c.

e v.c. ciuis,

f L. & ad eius funestam securẽ esse ser.

g Siciliæ septemdecim populi qui bellum cum p. Romano gesserunt quibus tamen P. CC LXI. summaclemẽtia ager redditus est, cùm esset iure belli publicus populi Romani factus.*

h L. & pacis ornamenta ministrata sunt : & ita v.c.

i v.c. at tunc nauem cõtra pr. p. inanem Cleom.

k L. ducimini.

l L. & cõmemorata.

m quod ab Aurea ori. di, vt supra & lib. 4.*

a v.c. ex sinu patriæ nob.

b al. optimos*

c L. Ad senatum venient,

d v.c. populi causa.

e L. legem enim se loc. causa iuss. & vos eius legis cust. &c. & ita v.c.

P. B.

f L. cõcedat & ita fieri velit.

g L. multos iam annos & silem⁹,] Aut. Augustin. iã inultos*

h L. peruenire.

i L. atque deportata sit?

k v.c. sociorum fidelissim. plur. & pulcherr.

l v. c. qua nunc omn.

m v.c. non repetunt, relinquunt. Hoc &c.

n Status reorum, capillus prolixus, vestis sordida.*

P. CCLXIII.

o L. ac beneficiis princeps fuit,] al. princeps floruit & ita v.c.

p L. Dexo hic,

q L. Tyndaridis, non

r L. sed vnicum abs te misser fil. & ita v.c.

s Aut. Augustin. ex litibus æstimatis tuis non pecuniam domum.*

t L. de suis bonis recuperaret: sed vt, &c. & ita v.c.

u al recuperaret.

a Doloris remedium inimici dolor.*

iisdem [a] te condemnatum videret. Si per L. Metellum licitū esset, iudices, matres illorū, vxores, sororésque veniebant, quarū vna, cùm ego ad Heracliam noctu accederem, eum omnibus matronis eius ciuitatis, & cū multis facibus mihi obuiā vénit, & ita, me suā salutem appellans, te suum carnificē nominans, filij nomen imploraus, mihi ad pedes misera iacuit, quasi [b] ego excitare filium eius ab inferis possem. Faciebant hoc idem [c] in ceteris ciuitatibus grandes natu matres, & item parui liberi miserorum: quorum verorumque ætas laborem, & industriam meam, fidem & misericordiam vestram requirebat. Itaque ad me, iudices, præter [d] ceteras, hanc querimoniam Sicilia detulit [e] lacrymis. Ego ad hoc non gloria inductus accessi: sed ne talis damnatio, ne carcer, ne catenę, ne verbera, ne secures, ne cruciatus sociorum, ne sanguis innocētium, ne denique etiam exsanguium corpora mortuorum, ne mæror parentum, ac propinquorū, magistratibus nostris quæstui posset esse. Hunc ego si merum Siciliæ, damnatione istius, per vestram fidem, & seueritatem deiecero, iudices: satis officio meo, satis illorum voluntati, qui à me hoc petiuerunt, factum esse arbitrabor. Quapropter si quem fortè inuenerit, qui hoc nauale crimen conetur defendere, is ita defendat: illa communia quæ ad causam nihil pertinent, prætermittat: me [f] culpam fortunæ assignare, calamitatem crimini dare. me amissionem classis obiicere, [g] cū multi viri fortes in communi, incertóque periculo belli, & terra, & mari sępe offenderint. Nullam tibi obiicio [h] fortunam. nihil est, quòd ceterorum res minus commodè gestas proferas: nihil est, quòd multorum naufragia fortunæ colligas. ego nauis inanes fuisse dico: remiges, nautásque dimissos: reliquos stirpibus vixisse palmarum: præfuisse classi populi R. Siculum [i], perpetuò sociis, atque amicis Syracusanum: te illo tempore ipso, superioribúsque diebus omnibus in litore cum mulierculis perporasse dico: hærū rerum omniū auctores, testesque produco. Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium [k] fortunæ, num casus bellicos exprobrare, aut [l] obiicere videor? Tametsi solent ij fortunam sibi [m] obiici nolle, qui se fortunæ commiserunt, qui in eius periculis sunt, ac varietate versati. Istius quidem calamitatis tua fortuna particeps non fuit. Homines enim in præliis, non in coniuiis, belli [n] fortunam tentare, ac periclitari solent. In illa autem calamitate non Martem fuisse communem, sed Venerem possumus dicere. Quòd si fortunam obiici [o] tibi non oportet, cur tu fortunæ illorum innocentium veniam, ac locum non dedisti? Etiam [p] illud prædices licet, quòd supplicium [q] more maiorum sumseris, securíque percussēris, idcirco à me in crimen, & inuidiam vocari. Non in supplicio crimen meum vertitur: non ego secuti nego quemquam feriti debere: non ego merum ex re militari, non securitatem imperij, non pœnam flagitij, tolli dico oportere. fateor non modò in socios, sed etiam in ciues, militésque nostros, persæpe esse [r] uere ac vehementer vindicatum. Quare hæc quoque prætermitta licet. Ego culpam non in nauarchis, sed in re fuisse demonstro: pretio milites, remigésque dimisisse arguo. hoc nauarchi réliqui dicunt: hoc Netinorum fœderata ciuitas publicè dicit, hoc Herbitenses, hoc Ameſtratini, hoc Ennenses, hoc Agyrinenses, Tindaritani, Locrenses publicè dicūt: tuus denique testis, tuus [a] imperator, tuus hospes Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse egressum, vti Pachino [b], è terrestri præsidio, milites colligeret, quos in nauibus collocaret, quod certè non fecisset, si suum numerum naues haberent. ea est enim ratio instructarum, ornatarúmque nauium, vt non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. Dico præterea, illos ipsos reliquos nautas fame, atque inopia rerum omnium confectos fuisse, ac perditos dico, aut omneis extra culpam fuisse, aut, si vni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimam nauem, plurimos nautas haberet, summum imperiū obtineret: aut, si omnes in culpa fuerint, nō oportuisse Cleomenē constitui spectatorē illorū mortis, atq. cruciatus. dico etiā [c] in illo supplicio mercedē lacrymarū, mercedē vulneris, atq. plagæ: mercedē funeris, ac sepulturæ cōstitui nefas fuisse. Quapropter si mihi respōdere voles, hæc dicito: classem instructā, atq. ornatā fuisse, nullūd propugnatorē abfuisse, nullū vacuū transtrū fuisse, remigi rē frumentariam esse suppeditatā, mentiri nauarchos, mēiri tot, & tā graues ciuitates, mentiri etiā Siciliā totā proditum [d] te esse à Cleomene, qui se dixerit exisse in terrā, vt Pachyno deduceret milites: animū illis, nō copias defuisse: Cleomenē acerrimè pugnantē ab his relictū esse, atque desertum: nummum ob sepulturam datum nemini, quæ si dices, tenebere. sin alia dices, [e] quę à me dicta sunt, non refutabis. Hic tu etiā dicere audebis. Est in iudicibus ille familiaris meus, est paternus amicus ille? non, vt quisque maximè est, quicum tibi aliquid sit, ita [h] tui huiusce modi criminis maximè eum pudet? Paternus amicus est Ipse pater si [i] iudicaret, per deos immortaleis, quid facere posset, [k] cùm tibi hæc diceret? Tu in prouincia populi R. prætor, cum tibi maritimum bellū esset administrandum, Mamertinis, ex fœdere quam deberent nauem, per triennium remisisti: tibi apud eosdem priuatim nauis oneraria maxima publicè est ædificata: tu à ciuitatibus pecunias classis nomine coegisti: tu pretio remiges dimisisti. tu cùm [l] nauis esset à quæstore, & ab legato capta prædonum, archipiratam ab [m] omnium oculis remouisti: tu, qui ciueis R. esse dicerentur, qui à multis cognoscerentur, securi ferire potuisti: [n] tu tuam domum piratas adducere, in [o] iudicium archipiratam domo producere ausus es: tu in prouincia tā splendida, apud [p] socios fidelissimos, ciueis R. honestissimos, in metu periculóque prouinciæ, dies continuos complureis in litore, conuiuisque iacuisti: te per eos dies nemo domi tuæ conuenire, nemo in foro videre potuit: tu sociorum, atque amicorum ad ea conuiuia matresfamiliās adhibuisti: tu inter ciusmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum, collocauisti, vt ætati maximè lubricæ, atque incertæ exempla nequitiæ parentis vita præberet: tu prætor in prouincia cum [q] tunica, pallióque purpureo visus es: tu propter amorem, libidinémque tuam, imperium nauium legato populi R. ademisti, Syracusano tradidisti: tui milites in prouincia Sicilia fru-

a L. tuus imperator, tuus æmulus, tuus hosp.

b v.c. vt Pachyno.

c v.c. in ipso suppl.

d L. nullum propugnatorem afuisse & ita v.c.

e v.c. tot, tam

f L. me culpam fortunæ sibi assign. & ita v.c.

g v.c. obiicere.

h v.c. obiicio

i L. perpetuis sociis, atque [al. præfectis] sociis, &c.

k L. perfugia fort. & ita v.c.

l v.c. aut obiicere.

m v.c. obici.

n v.c. belli fortunam periclitari.

o al. obiicere tibi non op.

p L. Etiam illud præcidas licet, quòd suppl. & ita v.c.

q al. quod de his supplicijs

r L. te pretio remiges, militésq. dimisse. & ita v.c.

P. 264.

P. 264.

P. P.

a *v.c.* caruerunt *& ita L.*

gibus,frumentóq.caruere[a]:tua luxuria,atque auaritia classis populi R.à prædonib.capta,& incensa est:post Syracusas conditas, quem in portum numquam hostis accesserat,in eo,te prætore,primùm pirate nauigauerunt:neque hæc tot,tantáq.dedecora dissimulatione tua, neq.obliuione hominum,ac taciturnitate te gere voluisti:sed etiam nauium præfectos sine vlla causa de cõplexu parentũ b suorum, hospitúmq.tuorum ad mortem,cruciatúmq. rapuisti:neque[c] in parentum luctu,atq.lacrymis,te mei nominis commemoratio mitigauit:tibi hominum innocentium sanguis non modò voluptati,sed etiam quæstui fuit. Hæc si tibi tuus parens diceret,posses ab eo veniã petere? posses, vt tibi ignosceret, postulare? ¶Satis d est factum Siculis,satis officio,ac necessitudini,iudices,satis [e] promisso nostro ac recepto. ¶Reliqua est ea causa,iudices,quæ[f] nõ iã recepta, sed innata:neq.delata ad me, sed in anima,sensúq.meo penitus[g] affixa,atq. insita est:quæ non ad sociorum salutem, sed ad ciuium R.hoc est,ad vniuscuiusq.nostrũm vitam,& sanguinem pertinet.In qua nolite à me, quasi dubium sit aliquid,argumenta iudices,ex pectare omnia [h] quæ dicam de supplicio ciuium R.sic erunt clara,& illustria,vt ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possim. *Furor enim quidã sceleris,& audaciæ comes*, istius effrenatũ animum, importunámq.naturã tanta oppressit amentia,vt nũquã dubitaret in conuentu palàm supplicia, quæ in conuictos maleficij seruos constituta sunt,ea in ciues R.expromere. *Virgis [i] quàm multos cecidit*,quid ego cõmemorem?Tantũ breuissimè [k] dico, iudices. nullũ fuit omnino,isto prætore,in hoc genere discrimen.Itaque iam consuetudine ad corpora ciuium Rom.etiam sine istius nutu ferebatur manus. ipsa lictoris. Num potes hoc negare, Verres, in foro Lilybæi,maximo conuentu[l],C.Seruilium,ciuem R.in [m] conuentu Panormitano, veterem negotiatorem,ad tribunal,ante pedes tuos,ad terram, virgis, & verberibus abiectum? aude hoc primùm negare, si pores. nemo Lilybæi fuit,quin viderit. nemo in Sicilia,quin audierit. Plagis confectum dico à lictoribus tuis ciuem Rom. ante oculos tuos concidisse. Ob [n] quam causam-dij immortales? tametsi iniuriam facio cõmuni causæ,& iuri ciuitatis.quasi enim possit esse vlla causa,cur hoc cuiquam ciui Rom. iure accidat[o], ita quæro,quæ in Seruilio causa fuerit.Ignoscite in hoc vno,iudices. in ceteris enim nõ magnopere causas requiram.Locutus erat liberiùs de istius improbitate,atque nequitia. Quod isti simul ac renuntiatum est: homnẽ iubet Lilybæum vadimonium Venerio seruo promittere.Promittit.Lilybæum venitur.cogere eum cœpit,cùm ageret nemo,nemo postularet, L.L.S. duobus millibus sponsionem P facere cum lictore suo,*ni fortis quæstu faceret*. Recuperatores de cohorte sua dicit[q] datorũ Seruilius & recusare,& deprecari, ne iniquis iudicibus,nullo aduersario, iudicium capitis in se constitueretur.Hęc cùm maximè loqueretur, sex lictores eum circumsistunt valentissimi,& ad pulsandos,verberandosque homines exercitatissimi:cęduntacerrimè virgis, deniq.proximus lictor (de quo sæpe iam dixi)Sestius,[r] conuerso [s] bacillo [t],oculos misero tundere vehementissimè cœpit. Itaque [x],

A illi cùm sanguis os, oculósque complesset, cõcidit:cùm illi nihilo minus iacenti latera tunderentur,vt aliquando spondere se diceret. Sic ille affectus, illinc tum pro mortuo sublatus,breui postea est mortuus.Iste autem homo Venerius,& affluẽs omni lepõre,& venustate,de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit. Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. ¶Nam quid [a] ego de ce-

B teris ciuium R. supplicijs singillatim potiùs quàm generatim, atq.vniuerse loquar. Carcer ille,qui est à crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis,quæ [b] *Latomiæ* [c] vocãtur in istius imperio domicilium ciuium R.fuit. Vt quisque istius animum, aut oculos offenderat,in d Latomias statim coniiciebatur. [e] Indignum ho videor videri omnibus, iudices: & id iam priore actione, cùm hæc testes dicerent,intellexi, retineri enim puratis oportere iura libertatis nõ modò hîc, vbi tribuni

C plebis sunt, vbi ceteri magistratus, vbi plenum forum iudiciorũ,vbi senatus auctoritas, vbi existimatio populi R.& frequentia,sed, vbicumque terrarum, & gentium violatum ius ciuium R. sit,statuitis id pertinere ad communem causam libertatis,& dignitatis.In externorum hominum, & maleficorum, sceleratorúmque in prædonum, hostiúmque custodias tu tantum numerum ciuium R.includere ausus es?numquámne tibi iudicij,numquam concionis, numquam huius tantæ fre-

D quentiæ,quæ nunc animo te iniquissimo,infestissimóque intuetur, venit in mentem? numquam ẽ tibi populi R.absentis,dignitas, numquam species ipsa huiuscemodi h multitudinis,in oculis,animóque versata est?numquam te in horũ conspectũ redituru,numquam in forum populi R.venturũ,numquam sub legum, & iudiciorũ potestatem casurum esse putasti?At quę erat ista libido crudelitatis exercendæ?quę tot sceleratum suspiciendorum causa?nulla,iudices,præter prædandi nouam,singularémq.rationem.Nã vt illik,quos à poetis accepimus,sinus quosdam obsedisse maritimos,aut aliqua promontoria l,aut præ-

E rupta saxa tenuisse dicuntur,vt eos,qui essent appulsi nauigiis,interficere [m] possent,sic iste in omnia maria infestus ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. Quæcumque nauis ex

F Asia,quæ [n] ex Syria, quæ Tyro,quæ Alexandria venerat,statim certis indicibus,& custodibus tenebatur:vectores omnes in latomias [o] coniiciebatur: onera atque merces in prætoriam domum deferebantur. Versabatur P in Sicilia longo q interuallo alter, non Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos [r],& crudeles tyrannos)sed quoddam nouum monstrum, ex vetere illa

G immanitate,quæ sin iisdem locis versata esse dicitur.non enim Chary dim tam infestam, neq.Scyllã nautis, quàm istum in eodẽ freto fuisse arbitror,hoc etiã iste infestior, q multò se pluribus [s], & maioribus canibus succinxerat. Cyclops alter, multo importunior.hic enim totam insulam obtinebat [u]:ille Ætnam solam,& eam Sicilię partem tenuisse dicitur. At quæ causa tum subiiciebatur[x]ab ip o,iudices, huius tam nefariæ crudelitatis? eádem, quæ nunc in defensione commemorabitur. Quicumque accesserant ad Siciliam paullo pleniores, eos Sertorianos milites esse arg.à

H

a De his qui in Latomijs necati à Verre.*

b *al.* Lautumiæ.

c Latomiæ carcer Syracusis.*

d *al.* in Lautumias ſt.

e *v.c.* coniiciebatur.

f *v.c.* numquid ne tibi iudicij, num quid conc. & *non pl.*

g *v.c.* numquid tibi populi, &c. *non pl.*

h *v.c.* huiuscemodi mult.

i L. *& v.c.* adduxisti?

k L. ſtatigones Homerus Plinius, Gellius, Solinus.

l L. promuntoria, *& ita v.c.*

m *al.* intercipere.*

n id est quibusdam.*

o *al.* Lautumias comc.

p citatur à Quintil. 8 c. vlt.*

q L. longo in terullo non Dionyſ.

r Cyclopas, Aeolus tyrannus, Carthaginenſes. Iuſtin. 4.

s L. quæ in iisdem verſata locis eſſe dicitur.

t L. plurib. & immaniorib.

u *v.c.* obtinebat.

x *v.c.* ſubiiciebatur.*

Dimo

a al. Dianio vt suprà.*
b al. Melitę.
c v.c. Nō prouiderant, &c. fort. Non pro uidebant.
d v.c. lautumias.
P. CCLXVI.
e v.c. vt iam illa vox,
f Hac formula vtebantur ciues, eā cōtra legem Porciam vigis cederentur, eadem repetitur infrà ex verò Pauli Apostoli fuit, εἰ ζῶ ὡς ἐγὼ φαμαῖοι ἄκρατος ἐστιν ὑμῖν μὲ ἐπίκειμι.
g vt aliquando Paulo Act. 22.*

h v.c. lautumias.
i L. quibus exitus eorū ex illo compareat, & ita v.c.
k al. ἐπιτιμήσαντες, id est iusti facti sunt, seu affecti supplicio: Quidam ex hoc loco colligunt Siculos Græca lingua mendosè vsos fuisse, sedisse κολάσαντες à verbo σίκλω quod Siculis vltimo supplicio afficere est.*
l v.c. in ciueis R.
P. B.
m v.c. Quot bella arbitramini maiores nostr. & quanta fusc. quòd ciues R.
n Belli inferendi iustæ causæ quarū meminit etiā Cic. orat. pro lege Manilia.
o v.c. At ego iam ret.
p v.c. cōcessa esse videatur
q L. Num tibi ego vll. & ita v.c.
r v.c. Si mehercule.
s L. id quod fieri non posse intelligo) ex his te laqueis exueris, &c. & ita v.c.
t L. ac te aliqua via ac ratione ita v.c.

Diano fugere [a] dicebat. Illi ad deprecandum periculum proferebāt alij purpuram Tyriam: alij, atque odores, vestémque linteā: genus masbalij, & margaritas: vina nonnulli Græca, venalesque Asiaticos: vt intelligeretur ex mercibus, quibus ex locis nauigarent. Non [c] intelligebant, eas ipsas sibi causas esse periculi, quibus adiumētis se ad salutem vti arbitrabantur. Iste enim hęc eos ex piratarum societate adeptos esse dicebat. ipsos in latomias [d] abduci imperabat: naucis eorum, atque onera diligēter asseruanda curabat. His institutis cùm completus iam mercatorum carcer esset, tum illa fiebant, quæ L. Suetium, equitem R. lectissimum virum, dicere audistis, quæ ceteros audietis. Ceruices in carcere frangebantur indignissimè ciuium R. vt [e] etiam illa vox, & illa imploratio, [f] CIVIS ROMANVS SVM. quæ sæpe multis, in [g] vltimis terris, opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem, & supplicium maturius ferret. Quid est, Verres? quid ad hæc cogitas respondere? num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimen? num quid horum dicere istis defensoribus tuis audes? Cedò mihi, quæso, ex ipsius sinu litteras Syracusanorum, quas iste ad arbitrium suum confectas esse arbitratur. cedò rationem carceris, quæ diligentissimè conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit. LITTERAE SYRACVSANORVM. Videtis ciueis Romanos gregatim coniectos in latomias: videtis indignissimo in loco coarcetuatam multitudinem vestrorum ciuium. Quærite nunc vestigia, quibus [i] exitus illorum ex illo loco compareant. nulla sunt. Omnésne mortui? Si ita posset defendere, tamen fides huic defensioni non haberetur. Sed sciptum exstat in iisdem litteris, quod iste homo barbarus, ac dissolutus neque attēdere vmquā, neq. intelligere potuit, [k] διακώσαντας inquit, hoc est, vt Siculi loquuntur, supplicio affecti, ac necati sūt. Si quis rex, si qua ciuitas exterarum gentium, si qua natio feciſſet aliquid in ciuē R. ciusmodi, vōne publicè vindicaremus? nō bello persequeremur? possemus hanc iniuriam, ignominiámque nominis Romani, inuitam, impunitámq. dimittere? Quot [m] bella maiores nostros, & quanta suscepisse arbitramini, *quod ciues Romani iniuria affecti, quòd nauicularij retenti, quòd mercatores spoliati dicerentur?* At [o] ego retentos non queror: spoliatos ferendum puto: nauibus, mancipiis, mercibus ademtis, in vincula coniectos esse mercatores, & in vinculis ciueis Romanos necatos esse arguo. Si hęc apud Scythas dicerem, non hic in tanta multitudine ciuium R. non apud senatores lectissimos ciuitatis, non in foro populi R. de tot, & tam acerbis suppliciis ciuium Romanorum: tamen animos etiam barbarorum hominum permouerem. Tāta enim huius imperij amplitudo, tanta nominis Romani dignitas est apud omnes nationes: vt ista in nostros homines crudelitas nemini concessa [p] videatur. Nunc [q] ego tibi vllam salutem, vllum perfugium putem, cùm te implicatum fœneritate iudicum [r] circumretitum frequentia populi R. esse videam? si mehercules id (quod fieri intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris: in illas tibi [t] maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me, superiore ex loco confici, & concidi necesse est. Cùm si etiā id, quod defendit, velim concedere: tamen illa [a] ipsa defensio non minùs esset ei pernicioſa, quàm mea vera accusatio debeat. Quid enim defendit? ex Hispania fugientes se excepisse, & supplicio affecisse dicit. Quis tibi id permisit? quo [b] id iure feciſti? quis idem fecit? quī tibi id facere licuit? Forum plenum, & basilicas istorum hominum videmus, & animo æquo videmus. Ciuilis enim dissensionis, & siue amentiæ, siue [c] fati, seu calamitatis, non est iste molestus exitus, in quo reliquos saltē ciueis incolumeis licet cōseruare. Verres ille, vetus proditor consulis, translator quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ, tantum sibi auctoritatis in repub. susceperit, vt, quibus hominibus per senatum, per populum Rom. per omneis magistratus, in foro, in suffragiis, in hac vrbe, in rep. versari liceret, iis omnibus mortem acerbam, crudelémq. proponeret, si fortuna eos ad aliquam partem Siciliæ detulisset. Ad C. Pompeium, clarissimum virum, & fortissimū permulti, [d] occiſo Perperna, ex illo Sertoriano numero militum [e] confugerunt. Quē non ille summo cum studio saluum, incolumémque seruauit? cui [f] ciui supplici non illa dextera inuicta & fidem porrexit, & spem salutis ostendit? iáne verò quibus fuit portus apud eum, cōtra [g] quem arma tulerunt: iis apud te cuius [h] nullum in repub. vmquam monumentum fuit, mors & cruciatus erat constitutus? Vide, quàm commodam [k] defensionem excogitaris. Mâlo, mâlo mehercule, id, quod tu defendis, his iudicibus, populóque R. quàm id, quod ego insimulo, probari. malo, inquam, te isti generi hominum, quàm mercatoribus, & nauicularijs inimicum, atque infesto putari. meum enim crimen auaritiæ te nimiæ coarguit: tua defensio furoris cuiusdam, & immanitatis, & inauditæ crudelitatis, & pænę nouæ proscriptionis. Sed non licet me isto tanto bono, iudices, vti, non licet. adsunt [l] enim Puteoli toti: frequētissimi venerunt ad hoc iudiciū mercatores, homines locupletes, atq. honesti, qui partim socios suos, partim libertos ab isto spoliatos, in vincla cōiectos: partim [m] in vinclis necatos, partim securi percussos esse [n] dicent. Hic vide quàm me sis vsurus æquo. Cùm ego P. Graniū teste produxero, qui suos libertos è te securi percussos esse dicat, qui à [o] te nauem suā, mercesq. repetat: refellito, si potēris: meū testem deserā, tibi faueboꝛte, inquā, adiuuabo, ostendito, illos cū Sertorio fuisse, à Dianio Pfugientes ad Siciliam esse delatos. Nihil est, quod te malim probare. nullū enim facinus, quod maiore supplicio dignum sit, reperiri, neque proferri, potest. Reducā iterum equite m Romanum, L. Flauium, si voles: quoniam priore actione, vt patroni tui dictitant, noua quadā sapientia: vt omnes intelligunt, conscientia tua, atque auctoritate meorum testium, testē nullum interrogasti. interrogetur Flauius, si voles, quinam fuerit L. Herennius, is, quem ille argentariā Lepti fecisse dicit: qui cùm amplius centum ciueis R. haberet ex conuentu Syracusanorum [q], qui cum non solùm cognoscerent, sed etiam lacrymantes, ac te implorantes defenderent: tamen [r] à te, inspectan tibus omnibus Syracusanis, secuti percussus est, hunc quoq. testem meum refelli, & illum

a v. c. ipsa illa.
b L. v.c. quo iure feciſti.
c v.c. seu fati P. cclxvii.
d v.c. Petu perna occiſo, per quem ex illo S.
e q. lib. vet. non habent, mi litum
f v.c. supplicanti.
g al. monetum.*
h v.c. quem contra arma tulerant. & ita L.
i L. cuius nullum in rep. momentum vmquā fuit m.
k v.c. incommodam def. non vl.
l v.c. affuit
m hæ voces partim invitis cuius necatos quibusdam abiunct.
n L. esse dicunt. & ita v.c.
o v.c. abs te
p dixit si. prò à Dianio.*
P. B.
q v.c. Syracusano qui
r v.c. tamen inſp. o. Syr. fec. per. est.
s v.c. Syracusius.

Herennium Sertorianũ fuisse abs te demonstrari,& probari volo. Quid de illa multitudine dicemus eorum, qui capitibus inuolutis, in piratarum, captiuorúmque numero producebantur, vt securi ferirentur? quæ ista noua diligẽtia? quam ob causam abs [a] te cogitata? an te L. Flauij, cæterorúmque de L. Herennio vociferatio commouebat? an M. Annij, [b] grauissimi, atque honestissimi viri, summa auctoritas paullo [c] te diligentiorem, timidiorémque fecerat? qui nuper pro testimonio, non áduenam, nescio quem, nec alienum, sed [d] eum ciuem Romanum, qui [d] omnib. in illo conuentu notus, qui Syracusijs natus esset, à te securi percussum esse dixit. Post hanc illorum vociferationem, post hanc communem famam, atque querimoniam, non mitior in supplicio, sed diligentior esse cœpit Capitibus inuolutis ciueis Romanos ad necem producere instituit: quos tamen ideirco necabat palàm, quod homines in conuentu (id quod antea diximus [e]) nimium diligenter prædonum nomen requirebat. [f] Hæc in plebe R. te prætore, est constituta condition? hæc negotij gerendi spes? hoc capitis, vitæque discrimen? Parúmne multa mercatoribus sunt necessariò pericula subeunda fortunæ, nisi etiam hæ formidines ab nostris magistratibus atque in nostris prouincijs impendebunt? ad cámne rem fuit hæc suburbana, ac fidelis prouincia Sicilia, plena optimorum sociorum, & honestissimorum ciuium Romanorum, quæ ciueis Rom. omneis suis ipsa sedibus libentissimè semper accepit, vt qui vsque ex vltima Syria, atque Ægypto nauigarent: qui apud barbaros propter togæ [h] nomen in honore aliquo fuissent: qui ex prædonum insidijs: qui ex tempestatum periculis profugissent: in Sicilia securi ferirentur, cùm se iam domum venisse arbitrarentur? ¶ Nã [i] quid ego de P. Gauio Cossano municipe dicam, iudices? aut qua vi vocis, qua grauitate verborum, quo dolore animi dicam? tametsi dolor me non deficit vt cetera mihi in dicendo digna re, digna dolore meo suppetant, magis [k] elaborandum est. quod crimen eiusmodi est, vt cùm, primùm ad me delatum est, vsurum me illo non putarem. Tametsi enim verissimum esse intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactis lacrymis omnium ciuium R. qui in Sicilia negotiantur, adductus Valentinorum, hominum honestissimorum, omnisúmq. Rheginorum, multorúmq. equitum R. qui casu tum Messanæ fuerunt, testimonijs, [l] dedi tantũ priore actione testimonium, res vt nemini dubia esse posset. Quid nunc agam? Cùm iam tot horas de vno genere, ac de istius nefaria crudelitate dicam: cùm propè omnem vim verborum eiusmodi: quę scelere istius digna sunt [m], aliis in rebus consumserim, neque hoc prouiderim, vt varietate criminum vos attentos tenerẽ, quemadmodum de tanta re dicam? Opinor vnus modus atque vna ratio est. Rem in medio ponã: quæ tantum habet ipsa grauitatis, vt neque mea, quæ nulla [n] est, neque cuiusquam, ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur. Gauius hic, quem dico Cossanus [o], cùm P illo in numero ab isto in vincla coniectus esset, & nescio qua ratione clam è latomiis profugisset, Messanámque venisset: qui propè iã Italiam, & mœnia Rheginorum videret, & ex illo metu mortis, ac tenebris, quasi luce libertatis, & odore aliquo legum recreatus, reuixisset: loqui [a] Messanæ cœpit, & queri, se ciuem Romanum in vincla esse coniectum: sibi rectà iter esse Romam: Verri se prestò aduenienti futurum. Non intelligebat miser, nihil interesse, vtrùm hæc Messanæ, an apud ipsum in prætorio loqueretur. Nam, vt antè vos docui, hãc sibi iste vrbem delegerat, quam haberet adiutricem scelerum, furtorum receptricem [b], flagitiorum omnium sociam [c]. Itaque ad magistratum Mamertinum statim deducitur Gauius: eóque ipso die casu Messanam Verres venit. Res ad eum defertur, esse ciuem Romanum, qui se Syracusis in latomijs fuisse quereretur? quem iam ingredientem nauem [d], & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse, & asseruatum, vt ipse in eum statueret, quod videretur. Agit hominibus gratias, & eorum erga [e] se beneuolentiam, diligentiámque collaudat. Ipse inflammatus scelere, & furore, in forũ venit. Ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat. & exspectabant omnes, quò tandem progressurus, aut quidnã acturus esset: cùm repentè hominem propipi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri [h] iubet. Clamabat ille miser *se ciuem esse Romanum*, municipem Cossanum [i]: meruisse [k] cum L. Pretio, splendidissimo equite Romano, qui [l] Panormi negotiaretur: ex quo hæc Verres scire posset. Tum iste se comperisse ait, eum speculandi causa in Siciliam ab ducibus fugitiorum esse missum: cuius rei neque index, neque vestigium aliquod, neq. suspicio cuiquam esset. Vrla deinde iubet vndique hominem propipi vehementissimèque verberari. Cæditur virgis in medio foro Messanæ ciuis Ro. iudices, cùm interea nullus gemitus, nulla vox alia istius [m] miseri, inter dolorem, crepitúmq. plagarum audiebatur, nisi hæc, CIVIS [n] ROMANVS SVM. Hac se commemoratione ciuitatis omnia verba depulsurum, cruciatúmq. à corpore deiecturum arbitrabatur. Is non modò hoc nõ perfecit, vt virgarũ vim [o] deprecaretur: sed cum imploraret sæpius, vsurparetq. nomen ciuitatis: crux, crux, inquã, infelici, & ærumnoso, qui numquã istam potestatem viderat, cõparabatur., *O nomen dulce libertatis!* ô ius eximiũ nostræ ciuitatis! ô lex Porcia P, legésq. Semproniæ: ô grauiter desiderata, & aliquando reddita plebi Romanæ tribunitia potestas! Huccíne tandem omnia reciderunt, vt ciuis R. in prouincia populi R. oppido [r] fœderatorum, ab eo, qui beneficio populi R. fascis, & secures haberet, deligatus in foro virgis cederetur? Quid, cùm ignes, candentésque flammæ, ceterique cruciatus admouebantur? Si te illius acerba imploratio, & vox miserabilis, non [s] inhibebat: nec ciuium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletus, & gemitus maximo commouebat? In crucem tu agere ausus es quemquam, qui se ciuem Romanum esse diceret? Nolui tam [u] vehementer agere hoc prima actione, iudices: nolui. Vidistis enim, vt animi multitudinis in istũ dolore, & odio, & cõmunis periculi metu, cõcitarẽtur: Statui egomet mihi tum modum orationi [x] meæ, & C. Numitorio, equiti R. primario [y] homini testi meo: & Glabrionem, id quod sapientissimè fecit facere lætatus sum, vt repentè consilio in medio

testem

a L. abs te excogitata.

b al. Annij.

c L. paullo dilig. timid. q. fe.

d v.c. qui illo conuentu notus.

e v.c. dixit. P. ccxxviii.

f L. Hæcine plebi Romanæ, te pr.

g v.c. honestissimorum que ciuium, quæ c.

h Toga vtebantur soli Rom. vnde togati: & gẽs togata pro Romanis.

i De iis qui in crucẽ sublati à Verre.*

k v.c. magis labor.

l dedi tantũ priore actione testium, &c. & ita v.c.

m v.c. sint.* P. E.

n al. nonnulla.*

o L. Cãsinus, P. v.c. cùm in illo numero ciuium R. ab isto in vincla coniectus esset, & nescio qua ratione clam è latomijs profugisset, Messanámque venisset, & ita L.

a v.c. loqui Messanæ, & queri cœpit, &c. & ita L.

b al. receptatricem, c v.c. conscia non plac.

d v.c. nauim

e v.c. beneuolentiam erga se.

f Citatur plenissimè hic locus à Gell. 10. c 3.*

g L. emicabat sic ita apud Quintil. 6. c. 15. emanabat 10. Gell. 3.*

h Citatur à Nonio in Expedire.*

i L. Cosanum

k L. meruisse cum P. cclxix.

l al. adesse qui Panormi

m v.c. illius miseri

n de hac formula supra dictum.*

o al. vim cruciatúmq. deprecaretur 10. Gell. 3.*

P De lege Porcia dixi in orat. pro Rabirio.*

q L. Hucine, r L. in oppido fœder.

s al. ardentésque. Gell. 10. c. 3.

t L. non leniebat: nec ciuium q. ita apud Gell. 10. c. 3.*

u L. tam vehementer hoc agere ep.

x L. fort. orationi meæ faciendum, & C. Num. P. B.

y v.c. primo homini.

testem dimitteret. Etenim verebatur, ne populus R. ab isto eas pœnas vi repetisse videretur, quas veritus esset, nē iste legibus, & vestro iudicio non esset persoluturus. Nunc, quoniam iam exploratum est omnib. quo loco causa tua sit, &, quid de te futurum sit: sic tecum agam. Gauium istum, quem repentinum speculatorem fuisse dicis, ostendam, in Latomias [a] Syracusis à te esse coniectū: neq. id solùm ex litteris ostendā Syracusanorū: ne possis dicere, me, quia sit aliquis in litteris Gauius, hoc fingere, & eligere nomen, vt hunc illum esse possum dicere: sed secundum arbitrium tuum testeis dabo, qui istum ipsum Syracusis abs te in Latomias [b] cōiectum esse dicant, producam etiam Cossanos [c], municipes illius, ac necessarios, qui te nūc serò doceant, iudices nō serò, illum P. Gauium, quem tu in crucem egisti, ciuem Ro. & municipem Cossanum d, non speculatorem fugitiuorum fuisse. Cùm hæc omnia, quæ polliceor, cumulate [e] tuis proximis plana fecero: tum istuc ipsum tenebo, quod abs te mihi datur, eo cōtentum me esse dicam. Quid enim nuper tu ipse, cùm populi R. clamore, atque impetu perturbatus exsiluisti, quid inquam, locutus es? Illum, quòd moram supplicio quæreret, ideò clamitasse, se esse ciuem Romanum: sed speculatorem fuisse. Iam mei testes veri sunt. Quid enim dicit aliud C. Numitorius? quid M. & P. Cottij, nobilissimi homines, ex agro Tauromenitano? quid Q. Lucceius, qui argentariam Rhegij maximam fecit? quid ceteri? Adhuc enim testes ex eo genere à me sunt dati, non qui noīsse Gauium, sed qui se vidisse dicerent, cùm is, qui se ciuem R. esse clamaret, in crucem ageretur. Hoc, tu, Verres, idem dicis: hoc tu conficteris, illum clamitasse, se ciuē esse Romanum, apud te nomen ciuitatis ne tātum quidem valuisse, vt dilationē aliquam crucis, vt crudelissimæ, tęterrimique supplicij aliquam paruam moram saltem posset afferre. Hoc reneo, hic hæreo, iudices, hoc sum cōtentus vno: omitto, ac negligo cetera: sua cōfessione induatur, ac iuguletur, necesse est. Quid esset, ignorabas? speculatorem esse suspicabare? non quæro, qua suspicione: tua te accuso oratione. ciuem R. se esse dicebat. Si tu apud Persas, aut in extrema India deprehensus, Verres, ad supplicia ducerere: quid aliud clamitares, nisi te ciuem esse Romanum? &, si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis, atque vltimis gētibus positos, nobile, & illustre apud omneis, nomen tuæ ciuitatis profuisset: ille, quisquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi esset ignotus, cùm ciuem se Romanum esse diceret: apud te prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione, atque vsurpatione ciuitatis, assequi potuit? Homines tenues, obscuro loco nati, nauigant [h] deunt ad ea loca, quæ numquam antea viderunt: vbi neque noti esse iis, quò venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. Hac [i] vna tamen fiducia ciuitatis non modò apud nostros magistratus, qui & legū, & existimationis periculo continentur: neque apud ciueis solùm Romanos, qui & sermonis, & iuris, & multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrantur: sed quocumque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant [k] futurum. Tolle hanc spem, tolle hoc

a al. Latumias.

b al. Latumias

c L. Cossanos,

d L. Cossanum

e L. sert. cumulate testibus productis planum faciam.*

f L. non cui & nouisse Gauium, sed qui vidisse d. P. CCLXX.

g Crux crudelissimū terrimū mq. supplicij*.

h L. nauigāt adeūtq. ad loca.

i L. Hac vna tantum fid.

k al. Hac tamen, &c.* citatur à Gellio 1. c. 7. tanquam insolens loquendi genus.*

præsidium ciuibus Romanis: constitue nihil esse opis in hac voce, CIVIS R. SVM: posse impunè prætorem, aut alium quemlibet, supplicium, quod velit, in eum constituere, qui se ciuem R. esse dicat: quòd [a] quid ignores: iam omneis prouincias, iam omnia regna, iam omneis liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, ciuitas R. ista defensione præcluseris. Quid, si L. Pretium equitē R. qui tum in Sicilia negotiabatur, nominabat? etiámne id magnum fuit, Panormum litteras mittere? asseruasse hominem? custodiis Mamertinorum tuorum vinctum, clausum [b] habuisse, dum Panormo Pretius veniret? cognosceret hominem: aliquid de summo supplicio remitteres. si ignoraret: tum, si ita tibi videretur, hoc iuris in omneis constitueres, vt, qui neque tibi notus esset, neq. cognitorem locupletem daret, quamuis ciuis Rom. esset, in crucem tolleretur. Sed quid ego plura de Gauio? quasi tu Gauio tum fueris infestus, ac non nomini generi, iuri ciuium hostis, non illi, inquam, homini, sed causæ communi libertatis inimicus fuisti. Quid enim attinuit, cùm Mamertini more, [c] atque instituto suo crucem fixissent post vrbem, in via Pompeia: te tubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret: & hoc addere, q; negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixisti palàm, te idcirco illum locum deligere, vt ille, qui se ciuem R. esse diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum suam prospicere posset? itaque [d] illa crux sola iudices, post conditam Messanam illo in loco fixa est. Italiæ consp ctus ad cā rē ab isto delectus est, vt ille in dolore, cruciatúque moriens, perangusto [e] freto diuisa seruitutis, ac libertatis iura cognosceret: Italia autem alumnum suum, seruitutis extremo, summóq. supplicio affectū videret. *Facinus [f] est vinciri ciuem R. scelus verberari prope parricidiū, necari: quod dicam in crucem tollere?* verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Nō fuit his omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam: in conspectu legum libertatisque moriatur. Non tu hoc loco Gauium, non vnum hominem, nescio, quem, ciuem R. sed communem libertatis, & ciuitatis causam in illum cruciatum, & crucem egisti. Iam verò videte hominis audaciam. Nōnne eum grauiter tulisse arbitramini, quòd illam ciuibus Ro. crucem non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere [h]? quod i enim his locis in prouincia sua, celebritate simillimum, regioneque proximum potuit, elegit. monumentum sceleris, audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, præteructione omnium, qui vltrò, citróque nauigarent.

¶ Si [k] hæc non ad ciueis Romanos, non ad aliquos amicos nostræ ciuitatis, non ad eos, qui populi R. nomen audissent: denique, si non ad homines, verùm ad bestias, aut etiam, vt longiùs progrediar, si in aliqua deserti simā solitudine, ad [l] saxa, & scopulos hæc conqueri, & deplorare vellem: tamen omnia muta, atque inanima, tanta, & tam indigna rerum atrocitate [m] commouerentur. Nunc verò cùm loquar apud senatores populi Ro. m legum [n], iudiciorúmque, & iuris auctores, tilmere non debeo, ne nō vnus iste ciuis Ro. illa cruce dignus, ceteri omnes simili periculo

a P. B. L. (quòd quis ignoret)

b L. claudsumque habuisse dum Pretius veniret? Si cognosceret hominem aliqde summo suppl.

c Crucem more & instituto Mamertinorum post vrbem, id est prope vrbem fixa.*

d L. Itaque crux illa sola iud.

e fretu. ita Gellius 1. c. 19. & Priscianus & Lucretius 1.

f al. affixum, al. fixum, & ica Nonius in Alumnos c. 4.*

g L. Facinus est, vincire ciuem R. scelus verberare? prope parricidium, necare. q. P. CCLXXI.

h L. defigere? quem enim locum in prouincia sua cel.

i al. quem enim bonum in prouincia.*

k PERORATIO. in qua commendat iudicib. causam suam: minatur. Hoc tenuiter: Nobiles in iniuriam adducit. Reperit Verris crimena.*

l L. ad saxa, & ad scopulos.

m v. c. acerbitate.

n v. c. legum & iudiciorū & iuris auc-

indigniſſimi iudicentur. Paulò antè, iudices, lacrymas in morte miſera, atque [a] indigniſſima nauarchorum non tenebamus: & rectè, ac meritò ſociorum innocentium miſeria commouebamur. Quid nunc in noſtro ſanguine tandem facere debemus? nam *ciuium Rom. ſanguis coniunctus exiſtimandus eſt:* quoniã id & ſalutis omnium ratio, & [b] veritas omnium poſtulat. omnes hoc loco ciues Rom. & qui adſunt, & [c] qui vbicumque ſunt, veſtram ſeueritatem deſiderãt, veſtram fidem implorant, veſtrum auxilium requirunt: omnia ſua iura, commoda, auxilia, totam denique libertatem in veſtris ſententiis verſari arbitrantur. Ac me tametſi ſatis habent, tamen ſi res aliter acciderit, plus habebunt fortaſſe, quàm poſtulant. nam [e] & ſiqua vis iſtum de [f] veſtra ſeueritate eripuerit, id quod neque metuo, iudices, neque vllo modo fieri [g] poſſe video: ſed ſi in hoc me ratio fefellerit, Siculi cauſam ſuam periiſſe querentur, & mecum pariter moleſtè ferent: populus quidẽ Romanus breui, quoniam mihi poteſtatem apud ſe agendi dedit, ius ſuum, me agente, ſuis ſuffragiis ante Kal. Februarias recuperabit. Ac ſi de mea gloria, & [h] amplitudine quæritis, iudices: non eſt alienum meis rationib. iſtum mihi ex hoc iudicio ereptum ad illud populi R. iudicium reſeruari. Splẽdida eſt illa cauſa: probabilis mihi, & facilis: populo grata, atque iucunda. Denique ſi videor hic id, quod ego non quæſiui, de vno iſto voluiſſe creſcere: iſto abſoluto, quod ſine multorum ſcelere fieri non poteſt, de multis mihi creſcere licebit. Sed mehercule [i], veſtra, reiq. pub. cauſa, iudices, nolo in khoc delecto conſilio tantum flagitium eſſe commiſſum, nolo eos iudices, quos ego probarim, atq delegerim ſic in hac vrbe notatos, iſto abſoluto, ambulare, vt non cera, ſed cœno obliti eſſe videantur. Quamobrem te quoque, Hortenſi, qui [l] *monendi* locus eſt, ex hoc loco moneo: videas etiam atq. etiam, & conſideres, quid agas, quò progrediare: quem hominem, & qua ratione defendas. ne que de illo quidquam [m] tibi præſinio, quo minùs ingenio mecum, atq. omni dicendi facultate contendas. cetera, ſi qua putas te occultiùs extra iudicium quæ [n] ad iudicium pertinent, facere poſſe: ſi quid artificio, conſilio, potentia, gratia, copiis iſtius moliri cogitas: magnopere cenſeo deſiſtas: & illa, quę tenta[o]iam, & cœpta Pab iſto ſunt, à me autem perueſtigata, & cognita, moneo vt exſtinguas [q], & longiùs progredi ne ſinas. magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore, quàm putas. Quòd enim te liberatum iam exiſtimationis metu defunctũ honoribus, deſignatum eos. cogites: mihi crede, ornamenta iſta, & beneficia populi Ro. non minore negotio retinentur, quàm comparantur. tulit hæc ciuitas, quoad potuit, quoad neceſſe fuit, regiã iſtam veſtram dominationem in iudiciis, & in omni republica tulit. ſed quo die populo Ro. tribuni pleb. reſtituti ſunt, omnia iſta vobis (ſi forte nondum intelligitis) ademta, atque erepta ſunt: omnium nũc oculi conięcti ſunt hoc ipſo tempore in vnumquemq. noſtrũm, qua fide ego accuſẽ, qua religione hi iudicẽt ſi qua tu ratione defendas. de omnibus nobis, quis tantulũ de recta regione [r] deflexerit, non illa tacita exiſtimatio, quam antea conſecutus eſſe videare, ſed vehemens, ac liberum populi Romani iudicium conſequetur. nulla tibi, Quincte, cum iſto cognatio eſt, nulla neceſſitudo, quibus excuſationib. antea nimium in aliquo iudicio ſtudium tuum defendere ſolebas, earũ habere in hoc homine nullam potes. quæ iſte in prouincia palàm dictitabat, cùm ea, quæ faciebat, tua ſe fiducia facere dicebat, ea ne vera putentur, tibi maximè eſt prouidendum. Ego [a] mei iam rationem officij confido eſſe omnibus iniquiſſimis [b] meis perſolutam. Nam iſtum paucis horis primæ actionis, omnium mortalium ſententiis, condemnaui. Reliquum iudicium non iam de mea fide, quæ perſpecta eſt, neque iſtius vita, quæ damnata eſt: ſed de iudicibus, & verè vt dicam, de te futurum eſt. At quo tempore futurum eſt? (nam id maximè prouidendum eſt: etenim cùm omnibus in rebus, tũ in rep. permagni momenti eſt, ratio, atque inclinatio temporum:) nempe eo, cùm populus R. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit: nempe [c] ea lege de iudiciis, iudicibúſque nobis [d] promulgata, quam non is promulgauit, cuius nomine proſcriptam [e] videtis: ſed hic reus. hic inquam, ſua ſpe, atque opinione, quam de vobis habet, legem illam ſcribendam, promulgandámque curauit. Itaque cùm primò agere cœpimus, lex non erat promulgata. cùm iſte, veſtra ſeueritate permotus, multa ſigna dederat, quamobrem [f] is reſponſurus non videretur, mentio de lege nulla fiebat. Poſtea quam iſte recreari, & cõfirmari viſus eſt: lex ſtatim promulgata eſt. cui legi cùm veſtra dignitas vehementer aduerſaretur [g], iſtius ſpes falſa, & inſignis impudentia maximè ſuffragatur. Hîc ſi quid erit commiſſum à quoquam veſtrũm, quòd reprehendatur: aut populus R. iudicabit deh eo homine, quem iam antea iudiciis indignum putauit: aut ij, qui propter offenſionem iudiciorum de veteribus iudicibus lege noua noui iudices erunt conſtituti. Mihi porrò, vt ego non dicã, quis omnium mortaliũ non intelligit, quàm longè progredi ſit neceſſe? Potero ſilere, Hortenſi? potero diſſimulare, cùm tantum reſp. vulnus acceperit, vt i expilatæ prouinciæ, vexati ſocij, dij immortales ſpoliati, ciues R. cruciati, & necati impunè, me actore, eſſe videantur? poterok hoc onus tantum aut in hoc iudicio deponere, aut l diutiùs tacitus ſuſtinere? non agitanda res erit? non in medium proferenda? non populi R. fides imploranda? non omnes, qui tanto ſe ſcelere obſtrinxerint, vt aut fidem ſuam corrumpi patereatur, aut iudicium corrumperent, in diſcrimen, ac iudicium vocandi? Quæret aliquis fortaſſe. Tantúmne [m] igitur laborem, tantas inimicitias, tot hominum, ſuſcepturus es? Non ſtudio quidem hercule vllo, neque voluntate. ſed non idem mihi [n] licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt: quibus [o] omnia populi R. beneficia dormientibus deferuntur: longè alia mihi lege in hac ciuitate, & conditione viuendum eſt. Venit enim mihi in mentem, M. Catonis, hominis [p] ſapientiſſimi: qui cum ſe virtute, non genere, populo R. commendari putaret, cùm ipſe ſui [q] generis initium, ac nominis, ab ſe gigni, & propagari vellet: hominũ potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias, & maximis in laboribus vſque ad ſummam ſenectutem, ſumma cũ gloria vixit. Poſteáquę

a *v.c.* atque indigna nauar. & *ita v.c.*

b L. & ſecuritas omnũ P.

c L. & qui vbi q. ſ. & *ita v.c.* P. B.

d *al.* verti.*

e L. nam ſi qua vis iſt.

f *fort.* veſtræ ſeueritati eripuerit,

g L. poſſe fieri vid. & *ita v.c.*

h L. atq. amplitudine. q. & *ita v.c.*

i *v.c.* mehercule,

k *fort.* in hoc dilect. conſ.

l *v.c.* ſiqui monendi locus eſt.

m L. tibi quidquam præſ. & *ita v.c.*

n i. quæ ad iudicũ pertinent. f. & *ita v.c.*

P. eclxxii.

o *v.c.* temptata iã, &c. *mendoſè.*

p *v.c.* & cœpta ſunt ab iſto.

q *al.* reſtinguas.*

r *al.* religione, *al.* tamen.

A

B

C

D

E

F

G

H

a *v.c.* Ego mei rationẽ iam oſſ.

b *al.* inimicissimus.*

P. B.

c L. nempe lege de iud.

d L. nouis prom.

e *al.* perſcriptam.*

f L. quamobrem reſpondurus

g L. aduerſatur. *& ita v.c.*

h *al.* de ordine.*

i *v.c.* vt exp. lata prouincia, vex.

k L. potero ego hoc on. & *ita v.c.*

l *v.c.* aut tacitus ſuſtinere?

P. eclxxii. in *v.* Tãtúmne tibi l.

m L. quibus omnia à populo R. ben.

n *v.c.* homínis ſapientiſſimi & vigilantiſ

o *al.* ſui generis, ac nominis initium ab ſe.

p *v.c.* poſtea Popeius.

a al. Postea-quã & Pompeij.*

b Q. Pompeium intelligit, qui cõsul fuit anno 612. cum Cn. Seruilio Scipione: quemque hominẽ nouum appellat in Fonteiana & pro Murena.*

c L. maximis suis periculis, ac laboribus amplissimos honores adeptus? & ita v.c. d al. laboribus.*

e al. regia via

f v.c. labor suscipiatur.

P. B.

g v.c. & vo luntate.

h L. optandum illud est & ita v.c.

i L. corrupti iudicij & ita v.c.

k L. de manibus regijs ext. & ita v.c.

l De Iunone regina adde Ciceronem orat. antequã iret in exilium, Varronem 4. de lingua, Ouid. 2. Fastor. Liuiũ 5. 6. 5. Valer. 20. Strab. 6. P. Victorem 13. regione vrbis: Plutarch. Camil. Scrutium Aenead. 1 & 2. August. 8. de ciuit. 5.*

steáque [a] Pompeius [b] humili, atque obscuro loco natus, nónne plurimis inimicitiis, maximísq. [c] suis periculis, ac doloribus amplissimos honores est adeptus? Modò L. Fimbriã, C. Marium, C. Cœlium vidimus non mediocribus inimicitiis, ac laboribus contendere, vt ad istos honores peruenirent, ad quos vos per ludum, & per negligentiam peruenistis. Hæc eadem est nostræ rationis regio [e], & via: horum nos hominum sectam, atque institutа persequimur. Videmus quanta sit in inuidia, quantóque in odio apud quosdam homines nobileis nouorum hominum virtus, & industria: si tantulũ oculos deiecerimus, præstò esse insidias: si vllum locũ aperuerimus suspicioni, aut crimini, accipiendum esse statim vulnus: esse nobis semper vigilandum, semper laborandũ videmus. Inimicitiæ sunt? subeantur: labores? [f] suscipiantur. Etenim caecitæ magis, & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ, & apertæ. Hominum nobilium non fere quisquam nostræ industriæ fauet: nullis nostris officiis beniuolentiam illorum allicere possumus: quasi natura & genere disiuncti sint, ita dissidẽt à nobis animo ac [g] voluntate. Quare quid habent eorum inimicitiæ, periculi, quorum animos iam antè habueris inimicos, & inuidos, quàm vllas inimicitias susceperis? Quamobrem mihi iudices, optandum [h] est illud: in hoc reo finem accusãdi faeere. Cùm & populo Ro. satisfactum, & receptum officium Siculis necessariis meis, erit persolutum. Deliberatum autem est, si res opinionem meam quam de vobis habeo, fefellerit, non modò eos persequi, ad quos maxime culpa corrumpẽdi [i] iudicij, sed etiam illos, ad quos conscientiæ cõtagio pertinebit. Proinde siqui sunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudicium velint esse, ita sint parati, vt disceptante populo Rom. mecum sibi rem videant futuram. &, si me in hoc reo quem mihi inimicum Siculi dederunt, satis vehementem, satis perseuerantem, satis vigilantem esse cognorunt: existiment, in his hominibus, quorum ego inimicitias, populi R. salutis causa susceperо, multo grauiorem, atque acriorem futurum. *Nunc te, Iupiter* optime maxime, cuius iste donũ regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atque ista arce omnium vidimus, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum, atque promissum, per nefarium sceIus, de [k] regiis manibus extorsit: cuiusque sanctissimum, & pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit: téque, *Iuno* [l] *regina*, cuius duo fana duabus in insulis posita sociorum, Melitæ, & Sami, sanctissima, & antiquissima, simili scelere idem iste omnibus donis, ornamentísque nudauit: téque, *Minerua*, quam item iste duobus in clarissimis, & religiosissimis templis expilauit: Athenis, cùm auri grande pondus: Syracusis, cùm omnia, præter tectum, & parietes, abstulit: téque, *Latona*, & *Apollo*, & *Diana*, quorum iste Deli non fanum, sed vt hominum opinio, & religio fert, sedem antiquam, diuinúmque domicilium nocturno latrocinio, atque impetu compilauit: etiam te, *Apollo*, quem iste Chio sustulit: téque etiam, atque etiam, *Diana*, quam Pergæ spoliauit: cuius simulacrum sanctissimum Segestæ, bis apud Segestanos consecratum, semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoria, tollendum, asportandúmque curauit: téque *Mercuri*, quem Veres in [a] villa, & [b] in priuata aliqua palæstra posuit, P. Africanus in vrbe sociorum, & in gymnasio Tyndaritanorum, iuuentutis illorum custodem, & [c] præsidem voluit esse: téque, *Hercules* quem iste Agrigenti, nocte intempesta, seruorum instructa, & comparata manu, conuellere ex suis sedibus, atque auferre conatus est: téque sanctissima *mater Idea*, quam apud Enguinos augustissimo, & religiosissimo in templo sic spoliatam reliquit, vt nunc nomen modò Africani, & vestigio violare religionis maneant, monumenta victoriæ, fanique ornamenta non exstent: vósq. omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum, iudiciorúmque arbitri, & testes celeberrimo [d] in loco prætorij locati, Castor, & Pollux, quorum e templo quæstum sibi [e] iste, & prædam maximam improbissimè comparauit: omnésque dij, qui vehiculis tensarum sollemneis cœtus ludorum initis: quorum iter iste ad suum quæstum, non ad religionum dignitatem, faciendum, exigendúmque curauit: téque, *Ceres* & *Libera*, [f] quarum sacra, sicut opiniones hominum, ac religiones ferunt, longè maximis, atque occultissimis cæremoniis continentur: à quibus initia vitæ, atque victus legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur: quarum sacra populus Rom. à Græcis ascita, & accepta, tanta religione & publicè, & priuatim tuetur, non vt ab [g] aliis huc allata, sed vt cereris hinc tradita esse videantur: quæ [h] ab isto vno sic polluta, & violata sunt, vt simulacrum Cereris vnum, quòd à viro non modò tangi, sed ne adspici quidem fas fuit, è sacrario Catinæ conuellendum [i], auertendúmque curauerit: alterum autem Ennæ [k] ex sua sede, ac domo sustulerit: quod erat tale, vt homines, cùm viderent, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris, non humana manu factam, sed [l] cælo delapsam, arbitrarentur: vos etiam, atque etiam imploro, & appello, sanctissimæ deæ, quæ illos Enneseis lacus, lucósque [m] colitis, cunctæque Siciliæ, quæ mihi defendenda tradita est, præsidetis: à quibus inuentis frugibus: & in orbem terrarum distributis, omnes gentes, ac nationes vestri religione numinis continentur: ceteros item deos, deásque omneis imploro, atque [n] obtestor, quorum templis, & religionibus iste nefario quodam furore & audacia, instinctus, bellum sacrilegum semper, impiúmque habuit [o] indictum, vt, si in hoc reo, atque in hac causa, omnia mea consilia ad salutem sociorum, dignitatem populi Romani, fidem meam spectauerunt: si vllam adrem, nisi ad officium, & [p] veritatem omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationésque elaborarunt: quæ mea mens in suscipienda causa fuit, fides in agenda, eadem [q] vestra in iudicanda sit: deinde, vti C. Verrem, si eius omnia sunt inaudita, & singularia facinora sceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, auaritiæ, crudelitatis, dignus exitus eiusmodi vita, atque factis, vestro iudicio consequatur: vtque rep. meáque fides vna hac accusatione mea, contenta sit: mihique posthac bonos potiùs defendere [r] liceat, quàm improbos accusare necesse sit.

a v.c. in domo.

b L. & in priuata palæstra posuit.

c L. ac præsidem vol. & ita v.c.

d L. celeberrimo in loco vrbis locati.

e L. iste sibi & ita v.c.

f Liberam & Liberum Cererе natos scribit Cicero 2. de Natura. Hunc virorũ illi, semi nibus virorũ præesse, scribit Augustinus 4. de ciuit. 11. Est autem Libera hic, quæ Proserpina vt supra.*

P. B.

g v.c. ab illis.

h v.c. quæ ab vno isto.

i L. cõuellere dum auferet dúmque

k v.c. Ennæ ex sua s.

l v.c. sed de cælo delapsam.

m L. lucósq. incolitis, & ita v.c.

n v.c. & obtestor.

o L. habuit indictum, primum, vt, si in

p v.c. & virtutem, &c. nõ pl.

q L. eadem vestra sit iudicanda.

r v.c. laudare licet. non pl.

P. CCLXXV.

PRO Mª. FONTEIO.

ORATIO VNDECIMA.

Desunt [b] permulta.

SYNOPSIS.

Quæstio An M. Fonteius repetundarum reus. *Accusator*, M. Pletorius: *Subscriptor*, M. Fabius Sanga: *Reus* M. Fonteius, *Patronus*, *Fonteij*. Cicero *Quæstor*, ignoratur. *Habita* anno Ciceronis 38. Vrbis 684.

[a] *al.* M'. id est Manio. His enim tantum tribus prænominibus vsa gens est Fonteia; Publio Caio, Manio.*

[b] Deest Exordiũ & Narratio: superest verò sola Confutatio cum peroratione.*

¶ Hoc prætore *oppressam esse* [c] *alieno* A *Galliam* [d]. A quibus versuras, [e] tantarum pecuniarum factas esse dicunt? à Gallis? nihil minùs. A quibus igitur? à ciuibus Rom. qui negotiantur in Gallia. Cur eorum verba non audimus? cur eorum tabulæ nullæ proferuntur? Insector vltrò, atque insto accusatori iudices: insector, inquam, ac [f] flagito testeis. Plus ego in hac causa laboris, & operæ consumo in poscendis testibus: quàm ceteri defensores in refutandis. Audaciter [g] hoc dico, iudices: non temerè confirmo. Referta Gallia negotiatorum est, plena ciuium Rom. Nemo Gallorum sine ciue Rom. quidquam negotij gerit: nummus in Gallia nullus sine ciuium Rom. tabulis commouetur. Videre quò descendam, iudices, quàm longè videar consuetudine [h] meâ, & cautione, ac diligentia discedere. Vnæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet, pecuniam Fonteio datam: vnum ex toto [i] negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero testem producant: verè accusatum esse concedam. prò dij immortales: quæ est hæc causa? quæ defensio? Prouinciæ Galliæ [k] M. Fonteius præfuit, quæ constat ex iis generibus hominum, & ciuitatum, qui (vt vetera [l] mittam) partim nostra memoria bella cum populo Rom. acerba, ac diuturna gesserunt: partim modò ab nostris imperatoribus [m] subacti, modò bello domiti, modò triumphis, ac monumentis nõtati, modò ab senatu agris, vrbibúsque multati sunt: partim [n], qui cum ipso M. Fonteio ferrum, ac manus contulerunt, multóque eius sudore, ac labore sub populi R. imperium, ditionémque ceciderũt. Est in eadem prouincia Narbo [o] Marcius P. colonia nostrorum [q] ciuium, specula populi R. ac propugnaculum, istis ipsis nationibus oppositum, & obiectum. Est item vrbs Massilia, de qua antè dixi, fortissimorum, fidelissimorúmque sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula [r] populi Rom. copiis, armísque propulsarunt. Est [s] præterea numerus ciuium Ro. atque hominum honestissimorum. Huic prouinciæ, quæ [t] ex hac gentium varietate constaret, M. Fonteius, (vt dixi) præfuit: qui erant hostes, subegit: qui proximi [u] fuerant, eos ex iis agris, quibus erant multati, B C D E F decedere coegit: ceteris, qui ideircò magnis sæpe erant bellis superati, vt semper populo Romano parérent, magnos equitatus [a] ad ea bella, quæ tum in toto [b] orbe terrarum à populo Romano gerebantur, magnas pecunias, ad eorum stipendium, maximum frumenti numerum ad Hispaniense [c] bellum tolerandum, imperauit hæc [d] qui gessit, in iudicium vocatur: vos, qui in re non interfuistis, causam vnà cum populo Romano cognoscitis. dicunt contrà, quibus inuitissimis imperatum est, dicunt, qui ex agris ex Cn. [e] Pompeij decreto decedere sunt coacti: dicunt qui ex bello, cæde, & fuga nunc primùm audent contra M. Fonteium inermem consistere. Quid coloni Narbonenses? quid volunt? quid existimant? Hunc per vos volunt, se per hunc incolumeis existimant esse. Quid Massilienssium ciuitas? hunc præsentem iis affecit honoribus, quos habuit amplissimos: vos autem absens orat, atque obsecrat, vt sua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. Quid? ciuium Romanorum quæ voluntas est? Nemo est ex tanto numero, quin hunc optimè de prouincia, de imperio, de eo iis, & ciuibus meritum esse arbitretur. Quoniam igitur vobis [f] oppugnent M. Fonteium, cognoscitis qui defensum velint: statuite nunc, quid vestra æquitas, quid populi Romani dignitas postulet: vtrum colonis vestris, negotiatoribus vestris, amicissimis, atque antiquissimis sociis & credere, & consulere malitis: an iis, quibus nequæ, propter iracundiam, fidem, neque propter infidelitatem, honorem habere debetis. Quid, si maiorem etiam hominum honestissimorum copiam affero, qui huius virtuti, atque innocentiæ testimonio possint esse? tamẽne plus Gallorum consensio valebit, quàm [g] summa auctoritas omnium? Cùm Galliæ Fonteius præsse, scitis, iudices, maximos populi Romani exercitus in duabus Hispaniis [h], clarissimósque imperatores fuisse. Quàm multi equites Rom. quàm multi tribuni militum, quales, & quot, & quoties legati [i] ad eos exercitus? præterea Cn. Pompeius maximus, atque ornatissimus hiemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. Satine vobis multos, satis idoneos testes, & consecios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quæ M. Fonteio prætore gererentur in Gallia? Quem [k] ex tanto hominum numero testem in hac causa producere potestis? quis [l] est ex eo numero, qui vobis auctor placeat?

[c] cuius causam Galli in Fonteij rapinas conferebant.*

[d] in qua olim Allobroges & Aruerni*.

[e] Id est, pecuniam mutuo accepérunt vt eam Fonteio darent.*

[f] *al.* & flagito testis. & *ita v.c.*

[g] *lib. vulg.* Audacter.n.

[h] *v.c.* ab cons. & *ita* A.

[i] Ordines eorum qui in Gallia.*

[k] Galliæ status.*

[l] Senonum.* *vide* Epitomen Liuij 3. Florum 13. 2. Iustinum 37. 5. Eutrop. 2. Appianum Celtico. 5. Oros. 16.*

[m] *forte*, partim cum ipso M. Font.

[n] P. F.

[o] quæ & Narbona 4. Eutrop. deducta est colonia anno vrbis 635. Eutrop. d. loco Velleius 2.*

[p] *al.* Manius. ita enim apud Plin. 3. c. 4. & Melã lib. 2.*

[q] Decumanorum coloniam facit Plinius illo loco: Atacinorum Decumanorumque Mela illo loco.*

[r] L. periculà populo R. copiis armisque compensarunt. Est pr. [vulgo autem Massilienses compensasse, hoc est tantum profuisse Romanis quantum reliqui nominis Romani hostes obfuerint.*

[s] *L.* est præterea maximus numerus ciu. ex hac gente rum *var.* & *ita v.c.*

[t] *v.c.* quæ

[u] *al.* proximè.*

[a] Equitatu quondam ualuit Gallia.*

[b] in Thracia cum Dardanis: in Asia cum Mithridate: in Cilicia cum Piratis. in Hispania cũ Sertorio: in Italiacum fugitiuis.*

[c] quod cum Sertorio tum gerebatur.*

[d] *L.* Is, qui gessit, &c. & *ita v.c.* & *ex vet.* His qui iecit.*

[e] legendum M. Fonteij.* P. CCLXXVI.

[f] L. qui oppugnatum M. Fonteium cognoscitis qui defendi.

[g] L. quæ summæ auctoritatis hominum. Cum ex hac subaudia tur consensio vel quæ summæ auctoritates hominum.*

[h] *al.* Gallijs.

[i] L. legati ad eos? exercitus præterea Cn. Pompeij maximus, &c.

[k] L. Ecquem ext.

[l] L. ecquis est ex.

placeatne o nos iam laudatore, & teste vtemur. Dubitabitis etiam diutius iudices, quin illud quod initiò vobis proposui, verissimũ sit aliud per hoc iudiciũ nihil agi, nisi vt M. Fonteio oppresso, æstimoriis eorum, quibus multa reip. causa inuitissimis imperata sunt, segniores posthac ad imperãdum ceteri sint, cùm videãt eos oppugnari, quibus oppressis, populi Rom. imperium incolume esse non possit? ¶ Obiectum est etiam, *quasdam M. Fonteium ex viarum munitione fecisse*: vt aut ne cogeret munire, aut id, quod munitum esset, improbaret. Si & coacti sunt munire omnes, & multorum opera improbata sunt: certè vtrumque falsum est, & ob vacationem pretium datũ, cùm immunis nemo fuerit: & ob probationẽ cùm multa improbata sint. Quid si hoc crimen optimis nominibus [a] delegare possimus, & ita, vt non culpam in alios transferamus, sed vti doceamus, eos isti munitioni præfuisse, qui facilè officium suum & præstare, & probare possunt? tamẽne vos omnia in M. Fonteium, iratis testibus freti, conferetis? Cùm maioribus reip. negotiis M. Fonteius impediretur, & cùm ad remp. pertineret viam Domitiam munire [b], legatis fuis, primariis viris, C. Annio, Bellieno, & C. Fonteio negotium dedit. Itaque præfuerunt: imperauerunt pro dignitate sua, quod visum est, & probauerunt [c]. quod vos, si nulla alia ex re, ex literis quidem vestris [d], quas scripsistis, & missis, & allatis certè scire potuistis. quas si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite.

LITTERAE AD C. ANNIVM LEG. AD C. FONTEIVM LEG. LITTERAE A C. ANNIO LEG. AC. FONTEIO LEG. Satis opinor esse perspicuum, iudices, hanc rationem munitionis, neque ad M. Fonteium pertinere, & ab iis esse tractatam, quos nemo possit reprehendere. ¶ Cognoscite nunc *de crimine vinario*, quod illi inuidiosissimum & maximum esse voluerunt. Crimẽ à Pletorio, iudices, ita constitutũ est: Fonteio nõ in Gallia primum venisse in mentẽ, *vt portorium vini institueret*, sed [f] hac in Italia proposita ratione, Roma profectum. Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras Portorij nomine exegisse: Crodimũ [g] Porcium, & Numium [h] ternos victoriatos. Nulchalone seuerè Vmbinos & victoriatos mille. atq. in his locis i seuerè Crodimi & Nulchalone ab his portorium esse exactum, si qui Cobiamacho qui vicus inter Tolosam, & Narbonem est, deuerterẽtur, neque Tolosam ire k vellẽt Eleſiodolus tantum senos denarios ab his, qui ad hostem portarent, exegisset. Video, iudices, esse [l] crimen & genere ipso magnũ. vectigal enim esse impositum frugibus [m] nostris dicitur: & pecuniam permagnam ista ratione cogi potuisse confiteor, & [n] inuidiosam. Vel maximè enim inimici hanc rem sermonibus diuulgare voluerunt. Sed ego ita existimo, quo maius crimen sit id, quod ostenditur [o] esse falsum, hoc maiorem ab eo iniuriã fieri, qui id cõfingat. Vultenim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiũt: vt difficilis aditus veritati relinquatur.

OMNIA DE CRIMINE VINARIO DE BELLO VOCONTIORVM, DE DISPOSITIONE HIBERNORVM, DESIDERANTVR.

At hoc Galli negant [a]. Actio rerum [b], & vis argumentorum coargui potest. Igitur testibus, iudices, non credere cupidis, & iratis, & coniuratis, & ab religione remotis, nõ solùm potestis, sed etiam debetis. Etenim si, quia Galli dicunt, idcirco M. Fonteius nocens existimandus est, quid mihi opus est sapiẽte iudice? quid æquo quæsitore? quid oratore non stulto? Dicunt enim Galli, negare non possumus. Hic si ingenioſi, & periti, & æqui iudicis has parteis esse existimatis, vt quoniam quidem testes dicunt, sine vlla dubitatione credendum sit: salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest. Sin autem in rebus iudicandis, non minimam [c] partem ad vnamquamq. rem existimandã [d], momentóque suo ponderandam, sapientia iudicis tenet: næ [e] multo vestræ maiores, grauioréque partes sunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. Mihi enim semper vnaquæq. de re testis non solùm semel, verùm etiam breuiter interrogandus [f], & sæpe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendum data, aut cupido auctoritas attributa esse videatur. vos & sæpius eandem rem animis agitare, & [g] diutius vno quoq. de teste cogitare potestis: &, si quem nos interrogare [h] noluimus, quæ causa nobis tacendi fuerit, existimare debetis. Quamobrem si hoc, iudices, præscriptum lege, aut officio putatis, testib. credere: nihil est, cur alius alio iudice melior, aut sapientior existimetur: Verum [k] est enim, & *simplex aurium iudicium*: & promiscuè, & communiter stultis, ac sapientibus ab natura datum. Quid est igitur, vbi elucere possit prudẽtia [i] vbi discerni stultus audior, & credulus, ab religioso, & sapiẽti iudice? nimirum illud in quo ea, quæ dicuntur à testibus, coniectura [m], & cogitatione traduntur, quanta auctoritate, quanta animi æquitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existimationis bonæ, quãta cura, quãto timore dicãtur. An verò vos id in testimoniis hominũ barbarorum dubitabitis quod perspe & nostra, & patrum memoria sapientissimi iudices de clarissimis nostræ ciuitatis viris dubitandũ nõ putauerũt? qui Cn. & Q. Cæpionibus, L. & Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem [n] nouum, non crediderunt: quorũ virtuti, generi, rebus gestis fidem, & auctoritatẽ in testimonio, cupiditatis, atq. inimicitiarum suspicio derogauit. Ecquẽ hominẽ vidimus, ecquẽ verè cõmemorare possumus parem consilio, grauitate, constantia, ceteris virtutibus, honoris, ingenij, rerum gestarum ornamentis, M^o. Æmilio Scauro fuisse? tamen huius, cuius iniurati nutu propè terrarum orbis regebatur, iurati testimonio, neque in C. Fimbriam, neq. in C. Memmium creditũ est. *Noluerunt ij, qui iudicabant, hanc patere inimicitiis viam, quem quisque odisset, vt eum testimonio possit tollere.* Quantus in L. Crassio pudor fuerit, quod ingenium, quanta auctoritas, quis ignorat? tamẽ is, cuius etiã sermo testimonij auctoritatem habebat, testimonio ipso, quæ in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. Fuit, fuit illis iudicibus diuinum, angulare, iudices, cõsilium, qui se nõ solùm reo, sed etiam de accusatore, de teste iurare arbitrabantur quid, fictũ quid [q] for-

P. B.
a *L. per Basin.* negant. Actio rerum & vis argum. coarguit. potest. igitur testib. iudex nõ credere cupidis & iratis, & cõiuratis, & ab religione remotis, nõ solum potest, sed etiã debet. *Victorius* At Galli hoc non negant: actio rerum & ius argumẽtorũ coarguí potest. *Victo.* Quid enim negẽt cum actio rerũ & vis argumẽtorum coargui non possit.*
b *quam gath.* eorum.*
c id est nõ minima ex parte, vt & apud Lucret. 3.*
d *al.* existimandam,
e L. videre, ne multo vestræ magis partes sint ad
f Lect. interrogandus,
g L. & diutius vno de teste cogitare pos.
h L. interrogare noluint
P. 278.
i L. si hoc iudici præscriptum lege.
k L. vnũ est enim & iim.
l L. prudẽtia iudicis? vbi.
m *al.* cõiectura & cogitatione traduntur. *Ita Pantagathus.**
n Ita cum appellat in oratione pro Muræna humilis & obscuro loco natũ Verrina 5.*
o *al.* M. Æmilio Scauro, a meu huius,
p vide l. 3. ff. de testibus.*
q L. quid à fortuna, acre porcellarium

tun⁹,ac tempore allatum,quid pretio corruptum,quid spe,aut metu deprauatum, quid à cupiditate aliqua, aut inimicitiis profectũ videretur. Quæ si iudex non amplectetur omnia consilio:non animo, ac mente circunspiciet:si[a],quidquid exillo loco dicetur ex oraculo aliquo dici arbitrabitur:profectò satis erit,id quod antea dixi,nõ surdum iudicem, huic muneri,atque officio præesse.nihil erit quamobrem ille nescio quis sapiens homo ac multarum rerum peritus, ad res iudicandas requiratur.An verò illi equites Ro.quos nos vidimus, qui nuper in rep.iudiciisque maximis floruerunt, habuerunt tantum animi, tantum roboris, vt M.Scauro testi non crederent: vos[b] Belgarum, atque Allobrogum testimoniis non credere timeris?Si inimico testi credi nõ oportuit,inimicior Marcello Crassus, aut Fimbriæ Scaurus ex ciuilibus studiis, atque obtrectatione domestica, quàm huic Gallo?quorum qui optima in causa fuerunt,equites frumentum,pecuniam semel atque iterum,ac sæpius inuitissimi dare coacti sunt:ceteri, partim ex veteribus bellis agro multati,partim ab hoc ipso,bello superati,& oppressi. Si qui ob aliquod emolumentum suum cupiditis aliquid dicere videtur, iis credi non conuenit: credo maius emolumẽtum Cæpionibus, & Metellis propositum fuisse ex Q.Põpeij dãnatione, cùm studiorũ suorum obtrectatorem sustulissent,quàm cũ Cæ Gallię ex M.Fõteij calamitate:in qua illa prouincia propè suam immunitatem, ac libertatem positam esse arbitratur. An,si homines ipsos spectare cõnuenit(id quod in teste profectò valere plurimùm debet)non modò cum summis ciuitatis nostræ viris,sed cũ infimo ciue Ro.quisquam amplissimus Galliæ comparandus est?scit Indutiomarus, quid sit testimonium dicere?mouetur eo timore,quo nostrũm vnusquisque,cùm in eum locũ productus est? Recordamini,iudices,quantopere laborare soleatis, non modò quid dicatis pro testimonio,sed etiam quibus verbis vtamini,ne quod minùs moderatè positum,nequod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur.Vultu denique laboratis, nequa significari possitsuspicio cupiditatis:vt & cùm proditis,existimatio sit quædam tacita de vobis pudoris,aç religionis:& cùm discesseritis, ea diligenter conseruata, ac retenta videatur. Credo hæc eadem Indutiomarum in testimonio timuisse, aut cogitasse[c]: qui primùm illud verbum cõsideratissimum nostræ consuetudinis, ARBITRORd, quo nos etiam tũc vtimur,cùm ea dicimus iurati,quę cõperta habemus, quæ ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit. Verebatur enim videlicet,ne quid apud vos, populúmq.R.de existimatione sua deperderet:nequa fama consequeretur eiusmodi,Indutiomarum,talem virum,tam cupidè,tam temerè dixisse.non intelligebat,se in testimonio nihil præter vocem, & os, & audaciã neque ciuibus suis, neq.accusatoribus nostris præstare debere. An verò iftas nationes, religione iurisiurandi, ac metu deorum immortalium in testimoniis dicendis cõmoueri arbitramini? quæ[e] tantum à ceterarum gentiũ more,ac natura dissentiunt, quòd ceteræ pro religionibus suis bella suscipiunt,istæ contra omnium religiones. Illæ in bellis gerendis ab diis immortalibus pacem ac veniam petũt: istæ cum ipsis diis immortalibus bella gesserunt.Hæ sunt nationes,quę quondam tam longè ab suis sedibus,Delphos[a] vsque,ad Apollinem Pythium, atq. ad oraculũ orbis terræ vexandum, ac spoliãdum profectę sunt. Ab iisdem gentibus sanctis,& in testimonio religiosis,obsessum Capitolium est, atque [b]Iupiter,cuius nomine maiores nostri sanctam[c]testimoniorũ fidem esse voluerunt. Postremò his quidquam sanctum,ac religiosum videri potest: qui etiam si quãdo aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur,humanis hostiis eorũ aras, ac templa funestant?vt ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint. Quis enim ignorat,eos vsq.ad hanc diem retinere illam immanem, ac barbaram cõsuetudinem hominum immolandorum?Quamobrẽ,quali fide,quali pietate existimatis esse eos,qui etiam deos immortaleis adhibentur hominum scelere, & sanguine facilè[d] posse placari?cũ his vos testibus vestrã religionem cõiungetis?ab his quidquã sanctè,aut moderatè dictum putabitis? hoc vestræ mẽtes tam castæ, tam integræ sibi suscipient, vt cùm omnes legati nostri,qui illo triennio in Galliã venerũt,omnes equites R. qui in illa prouincia fuerunt, omnes negotiatores eius prouinciæ:d niq.omnes,in Gallia qui sunt,socij populi Ro.atque amici,M. Fonteiũ incolumem esse cupiant, iurati priuatim, & publicè laudent.vos tamẽ Gallis credere malitis?quid[f] vt secuti esse videamini? voluntatémne hominum? & Grauior igitur vobis erit hostium voluntas,quàm ciuiũ?an dignitatẽ testiũ?potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios[h] gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio, ac nomini bonis ac fidelibus & sociis,& ciuibus anteferre?An verò dubitatis, iudices, quin insitas inimicitias istæ gentes omnes & habeant, & gerant cum populi R.nomine:sic existimatis eos hic sagatos[i] brachatósq.k versari,animo demisso atq.humili,vt solent ij,qui affecti iniuriis ad opem iudicum supplices, inferioréque confugiunt? Nihil verò minús.Hi contrà vagantur læti,atque erecti passim toto foro,cũ quibusdam minis,& barbaro atque immani terrore verborum: quod ego profectò non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul,iudices, audissem: cùm præcipersent, vt caueretis, ne hoc absoluto,nonum aliquod bellum Gallicum concitaretur.Si M. Fonteium,iudices,in causa deficeret omnia:si turpi adolescentia, vita infami,magistratibus[l], quos ante oculos vestros gessit, conuictis virorum bonorum testimoniis, legationibus flagitiosè obitis, inuisus suis omnibus in iudicium vocaretur:si in eo iudicio colonorum populi R. Narbonieńsium,fidelissimorum sociorum Massilienśium,ciuium R. omnium testimoniis, tabulí que premeretur: tamen esset vobis magnoperè prouidendum,ne,quos ita afflictos à vestris patribus, maioribúsque accepissetis, vt contemnendi essent,eos pertimuisse,& eorum minis,& terrore commoti esse videremini. Nunc verò, cùm lædat nemo bonus, laudẽt omnes vestri ciues,atque socij: oppugnent ij, qui sæpissimè hanc vrbem, & hoc imperium oppugnarunt

a L.si,vtquid quę ex illo loco d. ‖ al.si vt quidquid ex illo loco dicetur, sta ex oraculo &c.*

b L. Vos Volgarũ, atque Allobr. ‖ al. Vulgarum ret. Volcarũ vt sint populi Galliæ Allobrogibus finitimi, de quibus Cæsar i.de bello Gallico.Belgæ autem populi, longè ab hisce regionibus diffiti.

c L.cogitauit scire& ita v.c. d Testimoniũ qui diceb&t, arbitrari se dicebant, ob multam huius vitæ inscientiam.locus exstat elegans Academic.4.in f. Hoc eodem verbo M. Volscij Pitho ris testimonium concepti refertur à Liuio 3.Eodem verbo à Iulio trib. pleb.testimonium rogatus Tempanius apud Liuium 4.*

e L.quæ hoc à ceterarum gent.

a vide Iust. Liuium,Tacitum.*

b L.atque ille Iupiter,cuius nomine maiores nostri vinciam testim. ‖ intelligit autem Iouem illum qui Græcis. Ζὴν ξένιος* ‖ al. vincta.*

d L. facilli. mè posse pl. & ita v.c.

e L. vos tamẽ cũm Gallis iurare malitis? ‖ Nam & Gal.iurati in Fonteium testimonium dixerant.*

f legendum quid vos secuti esse vide mini

g legendum hostium.

h v.c. mercenarios.

i Sagati & Brachati Galli transalpinam Cisalpini togati à quibus Gallia togata *

k Bracha vestis fluxa intonsa varij coloris qua Galli Diod. 6. Iuuenal. 8. Getæ & alij vsi. Ouid. Trist.5.

l P. CCLXXX. II. magistratibus, quos ante oculos vestros gessit, male gestis, legationibus flagitiosè obitis, conuictus virorum bonor. testimoniis inuisus suis omn.

runtcúmque inimici M. Fonteij vobis, ac populo R. minentur: amici, ac propinqui supplicent vobis: dubitabitis non modò vestris ciuibus, qui maxime gloria, ac laude ducuntur, verùm etiam exteris nationibus, ac gentibus ostendere, vos in sententiis ferendis ciui parcere, quàm hosti cedere maluisse? Magna me hercule[a], causa, iudices, absolutionis cum ceteris causis hæc est, ne qua insignis huic imperio macula, atque ignominia suscipiatur, si hoc ita perlatum erit in Galliam, senatum[b], equitésque populi R. non testimoniis Gallorum, sed minis commotos, rem ad illorum libidinem iudicasse. Ita verò [c], si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius [d], qui Iudutiomaro isti, minaci, atque atroganti, par in[e] belligerando esse possit: excitandus Cn. Domitius & [f] Q. Maximus[g], qui nationem Allobrogum, & [h] reliquias suis iterum armis conficiat, atque opprimat: aut, quòd iam id quidem non potest, orandus erit nobis amicus meus, M. Plerorius, vt [k] suos nouos clientes à bello faciendo deterreat, vt eorum iratos animos, atque horribileis [l] impetus deprecetur: aut si non poterit, M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, vt Allobrogûm animos mitiget quoniam apud illos Fabiorum nomẽ est amplissimum: vt velint isti aut quiescere, id quod victi ac subacti solent, aut, cùm minantur, intelligere, se populo R. non metum belli, sed spem triumphi ostẽdere. Quòd si in turpi reo patiendum non esset, vt quidquam isti se [m] nis profecisse arbitrarentur, quid faciendum vobis in M. Fonteio arbitraminí? de quo homine, iudices, (iam enim mihi videor hoc propè causa duabus actionibus perorata, debere dicere) de [m] quo vos homine, iudices, ne ab inimicis quidem vllum dictum probro sum non modò crimen, sed ne maledictum quidem audistis. Ecquis vnquam reus, præsertim in hac vitę ratione versatus, in honoribus petendis, in potestatibus, in imperiis gerendis, sic accusatus est, vt nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudo, quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata esset ab accusatore obiiceretur, si [n] non vera, attamen ficta cum aliqua ratione ac suspicione? M. Æmilium Scaurum, summum nostræ ciuitatis virum, scimus accusatum à M. Bruto. exstant orationes, ex quibus intelligi potest, multa in illum ipsum Scaurum esse dicta: falsò, quis negat? veruntamen ab inimico dicta & obiecta. Quàm multa M. Aquillius audiuit in suo iudicio? quàm multa L. Cotta? denique P. Rutilius, qui etsi damnatus est, mihi videtur tamen inter viros optimos, atque innocentissimos esse numerandus. Ille igitur ipse homo sanctissimus, ac[o] temperatissimus, multa audiuit in sua causa, quæ[p] ad suspicionem stuprorum, ac libidinem pertinerent. Exstat oratio hominis (vt opinio mea fert) nostrorũ hominum longè ingeniosissimi, atque eloquentissimi, C. Gracchi: qua in oratione permulta in L. Pisonem[q] turpia, ac flagitiosa dicuntur. At in quẽ virũ? qui tanta virtute, atq. integritate fuit, vt etiã illis optimis temporibus cùm hominem inuenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. quem cùm in concionem Gracchus vocari iuberet, & viator quæreret, quem Pisone? quod erant plures: cogis me, inquit, dicere inimi-

a L. mehercules,

b L. senatorem, equitẽ.

c al. Itáne verò? sed hic ironiam vtitur.

d Hic adaquas Sextias in Gallia Narbonẽsi Cymb. P. B. brosin Italia Theutonasvicit. Velleius 2. Liuij Epitome 68. 3. Flor. 3. Plut. in Mario & Sylla. Appianus Celticos. Eutrop. 1. Plin. de viris illustribus 67.

e al. in bello gerendo Aenobarbus 3. Flor. 2.

f Maximus. Florus illo loco.

g L. & reliqui suis iterũ armis, vt subaudias nisi in excusa subaudias voce, bello, hoc est bella reliquias.

h al. quoniam re quidẽ non potest vt subaudias fieri vel legendum quoniam re quidem non potest. id est ἀνάτρεπτος possibile.

k al Plætorius. fuit autẽ hic Plerorius accusator Fõteij.

l v.c. horribilis

m L. De quo vos homine ab inim.

n L. si non vera, at conficta cum al.

o L. ac temperatissimus,

p L. quæ ad suspicionem stuprorum, ac libidinem pert.

q qui C. Gracchi legẽ frumentariam diffusit Tusculanus.

A cũ meũ, Frugi. Is igitur vir, quem ne inimicus quidẽ satis in appellando significare poterat: nisi antè laudasset, qui vno cognomine declarabatur non modò quis esset, sed etiam qualis esset, tamẽ in falsam, atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur. M. Fonteius ita duabus actionibus accusatus est, vt [a] obiectum nihil sit, quo significari vestigiũ libidinis, petulantiæ, crudelitatis, audacię possit. non modò nullum facinus huius protulerunt, sed ne dictum quidẽ aliquod reprehenderunt. Quòd, si aut quantã voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendũ licentiam, tantum haberent aut ad ementiendũ, animi, aut ad fingendum, ingenij: non meliore fortuna ad [b] probra nunc audienda Fonteius, quàm illi de quibus antea commemoraui, fuisset. Frugi igitur hominem, iudices, frugi, inquam, & B in omnibus vitæ partibus moderatum, ac temperantem plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis, videtis positum in vestra fide, ac potestate: atque ita, vt commissus sit fidei, permissus potestati. Videte igitur, vtrum sit æquius, hominem honestissimum, vitum fortissimum, ciuẽ optimum, dẽdi inimicissimis, atque immanissimis nationibus, an reddi amicis: præsertim cùm tot res sint, quæ vestris animis pro huius innocentis salute suppliciter: primùm generis antiquitas, C quàm [c] Tusculo ex clarissimo municipio profectam, in monumentis [d] rerum gestarum incisam ac notatam videmus: tũ aurem continuæ [e] præturæ, qua & ceteris ornamentis, & existimatione innocentiæ maximè floruerunt: deinde recens memoria [f] parentis, cuius sanguine non solùm Asculanorum manus, à qua interfectus est, sed totum illud sociale & bellum macula sceleris imbutũ est: postremò ipse cùm in omnibus vitæ partibus honestus, D atque integer tum in re militari cùm summi cõsilij, & maximi animi, tum verò vsu quoq. bellorũ gerẽdorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus. Quare si etiam monẽdi estis à me, q. non estis, iudices, videor hoc leuiter pro mea auctoritate vobis præcipere posse [k], vt ex eo genere hominũ, quorũ cognita virtus, industria, felicitas in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. Fuit enim maior talium virorum in E hac rep. copia: quę cùm esset, tamen eorũ non modò saluti, sed etiam honori consulebatur: Quid nunc vobis faciendũ est, studijs militaribus apud iuuentutẽ obsoletis: hominib. autem, ac summis ducibus partim ætate, partim ciuitatis discordijs, ac reip. calamitate cõsumtis? cùm tot bella aut à nobis necessariò suscipiantur, aut subitò, atq. [l] improuisa nascãtur? nónne & hominẽ ipsum ad dubia reip. tempora reseruandum, & ceteros studio laudis, F ac virtutis inflãmandos putatis? Recordamini, quos legatos nuper in bello L. Iulius, quos P. Rutilius, quos L. Cato, quos Cn. Pompeius habuerit. scietis fuisse tum M. Cornutum, L. Cinnam, L. Syllam, prætorios homines, belli gerendi peritissimos: præterea C. Marium, [m] Didium, Q. Catulum, P. Crassum, non litteris homines ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditos. Age[n] verò, nunc inferte oculos in curiam, introspicite penitus in omneis reip. partes. vtium videtis, nihil posse accidere, vt tales viri desideret, nihil posse

a al. vt ei obiectum nihil sit.

b L. ad probra non audienda Font.

c Fonteij genus vnde.

d monumentis, lapides.

e hoc est re continua.

f bello sociali legatus cũ Q. Seruilio Proconsule interemptus Epitom. 72. & 3. Flor. 18.

g Vulg. exercitus.

h L. si etiam monendi estis à me iudices: quòd nõ estis vid. fort. præsertim dicere.

i L. atq. improuiso nasc.

k Manut.

l L. Agẽ verò nunc inferte oculos in c.

randi sint? an, & acciderit, eorum hominum copia populum R. abundare? Quæ si diligẽter attẽdetis, profectò, iudices, virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad vsum, ac disciplinã, peritũ ad consilia, prudentem: ad casum, fortunámq. felicem, domi vobis, ac liberis vestris retinere, quàm inimicissimis populi R. nationibus, & crudelissimis tradere[a], & condẽnare maletis. At infestis propè signis inferuntur Galli in Fonteiũ: & instant, atque vrgent summo cum studio, summa cũ audacia. Nos[b] verò, iudices, & multis, & firmis præsidiis, vobis adiutoribus, isti immani atq. intolerandæ barbariæ resistemus. Primũ obiicitur[c] contra istorum impetus Macedonia[d], fidelis, & amica populo R. prouincia, quæ cùm se, ac suas vrbeis non solùm consilio, sed etiam manu Fonteij conseruatã esse dicat, vt illa per hunc Thracum aduentu, ac depopulatione defensa[e] fuit: sic ab huius nunc capite Gallorum impetus, terrorésque depellit. Cõstituitur ex altera parte vlterior Hispania, quæ profectò non modò religione sua resistere istorum cupiditati potest, sed etiam sceleratorum hominum periuria testimoniis, ac laudationibus suis refutare. Atque ex ipsa etiam Gallia, fidelissima, & grauissima auxilia sumuntur. Venit huic subsidio, misero, atque innocenti, Massilienſium cuncta ciuitas, quæ non solùm ob eã causam laborat, vt huic, à quo ipsa seruata est, parem gratiam referre videatur: sed etiam, quòd ea conditione, atque eo fato se in his terris collocatã esse arbitratur, ne quid nostris hominibus illæ gentes nocere possint. Pugnat[f] pariter pro salute M. Fonteij Narbonensis colonia, quæ per hunc ipsa nuper obsidione hostium liberata, nunc eiusdẽ miseriis ac periculis commouetur. Denique vt[g] oportet bello Gallico, vt maiorũ iura moresq. præscribunt, nemo est ciuis R. qui sibi vlla excusatione vtendũ putet, omnes illius prouinciæ publicani, agricolæ, pecuarij, ceteri negotiatores, vno animo M. Fonteiũ, atque vna voce defendunt. Quòd si tantas auxiliorũ nostrorũ copias Indutiomarus ipse despexerit, dux Allobrogũ, ceterorúmque Galliorum: num etiam de mattis hũc complexu, lectissimæ, miserrimæq. fœminæ, vobis inspectantibus, auellet, atque abstrahet? præsertim cũ virgo Vestalis ex altera parte Germanum fratrem complexa teneat, vestrámq. iudices: ac populi R. fidem implo-

a L. tradere & condonare mal.
b al. Nos verò iudices, non & m. & firm. præs. vobis adiut. isti im. atq. int barb. resistemus?
c v. c. obiicitur.
d videtur Fonteius in Macedonia & Hispania legatus fuisse* P. B.
e L. defensa est. sic ab h.
f Propugnat.
g Gallis bello multum vacatio data fuit. adde Phil. p. 3.*

ret: quæ pro vobis, liberisque vestris tot annos in diis immortalibus placandis occupata est, vt ea, nũc pro salute sua, fratrisque sui, animos vestros placare possit. cui misere, quod præsidium, quod solãtium reliquum est, hoc amisso? nam ceteræ fœminæ gignere ipsæ sibi præsidia, & habere domi fortunarũ omnium socium, participémque possunt: huic verò virgini, quid est, præter fratrem, quod aut iucundum, aut carum esse possit? Nolite pati, iudices, aras deorum immortalium, Vestæque matris, quotidianis virginis lamentationibus de[a] vestro iudicio commoueri. Prospicite, ne ignis ille æternus, nocturnis Fonteiæ[b] laboribus, vigiliisque seruatus, sacerdotis[c] Vestæ lacrymis extinctus esse dicatur. Tendit[d] ad vos virgo Vestalis manus supplices, easdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere cõsueuit, cauete ne periculosum, superbúmque sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces, si dij aspernarentur, hæc salua esse non possent. Videtisne subitò, iudices, virum fortissimum, M. Fonteium parentis, & fororis commemoratione lacrymas profudisse? Qui numquam in acie pertimuerit, qui se armatus sæpe in hostium manum, multitudinémque immiserit, cùm in eiusmodi periculis eadem se solatia suis relinquere arbitraretur, quæ suus pater sibi reliquisset: idem nunc perturbato animo pertimescit, ne non modò ornamento, & adiumento non sit suis, sed etiam cum acerbissimo luctu dedecus æternũ miseris, atque ignominiam relinquat. O fortunam longè disparem, M. Fonteì, si deligere potuisses, vt potius telis tibi Gallorum, quàm periuriis incrcundum esset. tum enim vitæ socia virtus, mortis comes gloria fuisset. nunc verò quis[e] est dolor, victorię te, atque imperij pœnas ad eorum arbitrium sufferre, qui aut victi armis sunt, aut inuitissimi paruerũt? A quo periculo defendite iudices, ciuem fortem atque innocẽtem: curate, vt nostris testibus plus, quàm alienigenis credidisse videamini: plus saluti ciuium, quàm hostium libidini consuluisse: grauiorem duxisse eius obsecrationem, quæ vestris sacris præsit, quàm eorũ audaciam, qui cum omniũ sacris, delubrisque bella gesserunt. postremò prospicite, iudices, id quod ad dignitatem populi Rom. maximè pertinet, vt plus apud vos preces virginis Vestalis, quàm minæ Gallorum valuisse videantur.

P. cclxxx ut a L. de vestro iudicio commoueri. Prospicite, ne ille ignis æternus, noct.
b fororis Fonteiæ.
c L. sacerdotis vestræ lacrym.
d Victor. & Manut. Tenet.*
e al. quis est dol.

PRO-

PRO A[a] CÆCINA A[b]

ORATIO DVODECIMA[c]

SYNOPSIS.

Quæstio, An Cæcina ab Æbutio interdicto vnde vi sit restituendus? *Actor seu vi dejectus*, Aulus Cæcina: *Cæcinæ patronus* Cicero: *Reus* Æbutius. *Recuperatores*, Iudices à prætore Dolabella dati. *Acta* circiter annum vrbis 683.

a al. pro A. Licinio Cæcina vt apud 6. Gell. 16.*
b Licinius gentis 6. Gel. 16.*
c hæc Oratio nè Cic. apud recuperatores (id est Iudices a Prætore datos) pervaurit

SI, QVANTVM in agro, locisque desertis audacia poterat, tantum in foro[c], atque in iudiciis impudentia valeret: non[f] minus in causa cederet A. Cæcina Sex. Æbutij impudentiæ quàm tum in vi facienda cessit audaciæ. Verùm & illud *consideratè hominis esse putauit, qua de re iure decertari oporteret, armis non contendere: & hoc constantius, quicum vi, & armis certare noluisset, cum iure, iudicioque superare.* Ac mihi quidem cùm audax præcipuè fuisse videtur Æbutius in conuocandis hominibus, & armandis: tum impudens in iudicio non solùm quòd in iudicium venire ausus est (nam id quidem, rametsi improbè fit in aperta[g] tamen malitia est iam vsitatum) sed quòd non dubitauit id ipsum, quod arguitur confiteri. nisi fortè hoc rationis habuit, quoniam si[h] facta vis non esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset quia contra ius, moremque facta sit, A. Cæcinam cum amicis metu perterritum profugisse: nunc quoque in iudicio, si causa more, institutóque omnium defendatur, nos inferiores in agendo non futuros: sine è consuetudine recedatur, se quo impudentiùs egerit, hoc superiorem discessurum. *quasi verò aut in iudicio possit idem improbitas, quod in vi confidentia:* aut non eo libentiùs tum audaciæ cesserimus, quo nunc impudentiæ facilius obsisteremus. Itaque longè alia ratione, recuperatores, ad agendam causam hac actione venio, atque initiò veneram. Tum enim nostræ causæ spes erat posita in defensione mea, nùc in confessione aduersarij: tum in nostris, nunc verò in illorum testibus: de quibus ego antea laborabã, ne, si improbi essent, falsi aliquid dicerent: si probi existimarentur, quod dixissent, probarent: nũc sum animo æquissimo. Si enim sunt viri boni: me adiuuant, cùm id iurati dicunt, quod ego iniuratus in simulo. Sin autem minus idonei: me non lædunt: cùm siue creditur his hoc ipsum quod nos arguimus, siue fides non habetur, de aduersarij testium fide rogatur. Verumtamen cùm illorum causæ actionem considero, non video, quid impudentiùs dici possit. cùm autem vestram in iudicando dubitationem: vereor, ne id quod videntur impudenter fecisse, astutè, & callidè fecerint. Nam, si negassent vim hominib. armatis esse factam, facilè honestissimis testibus in re perspicua teneretur. sin confessi essent, & id, quod nullo tempore iure fieri potest, tum ab se iure factum esse defenderent: sperarunt, id quod assecuti sunt, se iecturos vobis [a] causam deliberandi, & iudicandi iustam moram, ac religionẽ. simul illud, quod indignissimum est, futurum arbitrati sunt, vt in hac causa non de improbitate Sex. Æbutij, sed de iure ciuili iudicium fieri videtur, Qua in re si mihi esset vnius A. Cæcinæ causa agenda, profiterer satis idoneum esse me defensorem, propterea quòd fidem meam, diligentiámque præstarem: quæ cùm sunt in actore causæ, nihil est, in re præsertim aperta ac simplici, quod excellens ingenium requiratur. Sed cùm de eo iure mihi dicendum sit, quod pertineat ad omneis, quod constitutum sit à maioribus, conseruatum vsque ad hoc tempus: quo sublato non solùm pars aliqua iuris deminuta, sed etiam *vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria*, iudicio confirmata esse videatur: video summi ingenij causam esse: non vti demonstretur quod ante oculos est, sed ne, si quis vobis error in tanta re sit obiectus, omnes potiùs me arbitrentur causæ quàm vos religioni vestræ defuisse. Quamquam ego mihi sic persuadeo, recuperatores, non vos tam propter iuris obscuram dubiámque rationem bisbiam de eádem causa dubitasse, quàm quod videtur ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere, moram ad condemnandum acquisisse, simul & illi spatium ad [c] se colligendum dedisse. Quod quoniam iam in consuetudinem venit, & id viri boni, vestri similes, in iudicando faciunt, reprehendendum fortasse minùs, querendum verò magis etiam videtur: ideò [d] quòd *omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorũ maleficiorum causa reperta sunt:* quorum alterum leuius est, propterea quod & minùs lædit, & persæpe discepratore domestico diiudicatur: alterum est vehementissimum, quòd & ad grauiores res pertinet, & non honorariam operam amici, sed seueritatem iudicis, [f] vim requirit. Quod est grauius & cuius rei causa maximè iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est. nam *vt quæque res est turpissima: sic maximè & maturissimè iudicanda est.* at ea, in qua existimationis periculum est, tardissimè

a L. vobis de liberãdi cãsum, & iure.

P. 284.

b Bis enim de hac causa non licuere sibi respõdere:*
c L. ad sese coll.

d L. Ideo quòd cùm omnia iudicia aut priu. cõt. aut pun. mal. causa reperta sint:
e Iudicia priuatorũ & publicorum dissimilitudo.*
f L. ac vim requirit: quod ex ger. g al. ocyssimè al. velocissimè.*

a Ad quæ Prætor decernebat restituendum. vis hæc fictaria & simulata Gellio dicitur l. 20. veraque superior vis simulata differens à vera, quæ fit hominibus coactis, vt prior sententia ab aduersario obiici: posteriori vero Cic. ipse respondere videatur.*

iudicatur. Qui igitur conuenit, quæ causa fuerit ad constituendum iudicium, eandem, morā esse ad iudicādum? Si quis, quod spopōdit, qua in re verbo se vno[a] obligauit, id nō facit, maturo iudicio, sine vlla religione iudicis condemnatur, qui per tutelam aut societatē, aut rem mandatam, aut fiduciæ [b]rationem, fraudauit quempiam, in eo, quo delictum maius est, eo pœna est tardior. Est [c]enim turpe iudicium, & facto quidem turpe. Videte igitur quàm iniquè accidat, quia res indigna sit, id-cò turpem existimationem sequi: quia turpis existimatio sequatur, ideò rē indignā non diudicari. At si quis mihi hoc iudex[e], recuperatórue dicat, Potuisti enim leuiore accusatione cōfligere: potuisti ad tuū ius faciliore, & commodiore iudicio peruenire. qua re aut muta actionem, aut noli mihi instare, vt iudicem: Tamen is aut timidior videatur, quàm fortem, aut cupidior, quàm sapientem iudicem esse æquum est, si aut mihi præscribat, quemadmodum meum ius persequar, aut ipse id quod ad se delatum sit, non audeat iudicare. Etenim si prætor is, qui [f]iudicia dat, numquam petitori præstituit, qua actione illum vti velit: videte quàm iniquū sit, constituta iam re, iudicem, quid agi potuerit, aut quid possit, non quid actum sit, quærere. Verumtamen nimiæ vestræ benignitati pareremus, si alia ratione ius nostrum recuperare possemus. Nunc verò quis est, qui aut vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere, aut eius rei leuiorem actionem nobis aliquam d[g]monstrare possit? Ex quo genere peccati, vt illi clamitant, vel iniuriarum, vel capitis iudicia constituta sunt, in eo potestis atrocitatem nostram reprehendere, cùm videatis nihil aliud actum, nisi possessionem per interdictum esse repetitam? Verùm siue vos existimationis illius periculum, siue iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicandum: alterius rei causam vosmetipsi iam vobis, sæpius prolato [g]iudicio, sustulistis: alterius ego vobis hodierno die causam profectò auferam, ne diutius de controuersia nostra, ac de cōmuni iure dubitetis. Et, si fortè videbor altiùs initium rei demonstrandæ petisse, quàm me ratio iuris[h], & ius, de quo iudicium est, & natura causæ coegerit, quæso vt ignoscatis. non enim minùs laborat A. Cæcina, ne summo iure egisse, quàm ne certum [i]ius non obtinuisse videatur.

¶ M. Fulcinius[k] fuit, recuperatores, è municipio Tarquiniensi, qui & domi suæ cum primis honestus existimatus est, & Romæ argētariam non ignobilem fecit. Is habuit in matrimonio Cesenniam, eodem è municipio, summo loco natam, & probatissimam fœminam, sicut & viuus multis ipse rebus ostēdit, & in morte sua testamento declarauit. Huic Cesenniæ fundum in agro Tarquiniensi vendidit temporibus [l]illis[m] difficillimis solutionis. Cùm vteretur dote vxoris numerata: quō mulieri esset res cautior, curauit, vt in eo fundo dos collocaretur. Aliquanto pòst, iam argentaria dissoluta, Fulcinius huic fundo vxoris continentia quædam prædia, atque adiuncta mercatur. Moritur Fulcinius: (multa enim, quæ sunt in re, quia remota sunt à causa, prætermittam) testamento facit heredem, quem habebat è Cesennia filium: vsum fructum omnium bonorum suorum Cesenniæ legat, vt frueretur vnà cum filio. Magnus hos nos viri, iucundus mulieri fuisset, si diuturnū esse licuisset. frueretur enim bonis cum eo, quem suis bonis heredem esse cupiebat, [& [a] ex quo maximum fructum ipsa capiebat.] Sed hunc fructum maturè [b] fortuna ademit. nam breui tempore M. Fulcinius adolescens mortuus est: hæredem P. Cesennium fecit: vxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum maiorem legauit. ¶ Itaque [c] in partem d mulieres [e] vocatæ sunt. Cùm esset hæc auctio hereditaria constituta: Æbutius, qui iamdiu Cesenniæ viduitate, ac solitudine [f] alleretur, ac [g] se in eius familiaritatem insinuasset hac ratione, vt cum aliquo suo compendio negotia mulieris, si qua acciderent, controuersiasque susciperet: versabatur quoque eo tempore in his rationibus auctionis, & partitionis: [h] atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat: [i] & in eam opinionem Cesenniam adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, vbi non adesset Æbutius. Quam personam iā ex quotidiana cognoscitis vita, recuperatores, mulierum assentatoris, cognitoris [k] viduarū, defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam, *inepti ac stulti inter viros, inter mulieres periti in rixis, & callidi:* hanc personam imponite Æbutio. Is enim Cesennię fuit Æbutius: ne forte quęratis, nū propinquus? nihil alienius. Amicus aut à patre, aut à viro traditus? nihil minus. Quis igitur? ille, quem suprà deformaui: voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed ficto officio, simulatáque sedulitate [l] coniunctus: magis opportuna opera nonnunquam, quàm aliquando fideli.

¶ Cùm esset [m], vt dicere instituerat, constituta auctio Romę: suadebant amici, cognatíque [n] Cesenniæ id, quod ipsi quoque mulieri in mentem veniebat: quoniam potestas esset emendi fundum illum Fulcinianum, [o] qui fundo eius antiquo [p] continens esset, nullam [q] esse rationem, amittere eiusmodi occasionem, cùm præsertim pecunia ex partitione deferretur: nusquam eam posse melius collocari: itáque mulier facere constituit: mandat vt sibi fundū emat. Cui tandem? Cui putatis? an non in mentem venit omnibus [r] homini illius ad hoc munus, & ad omnia mulieris negotia parati, sine quo nihil satis cautè, nihil satis callidè agi posset? rectè attenditis. Æbutio negotium datur. Adest ad tabulam. [s] licetur Æbutius. deteruntur emptores multi, partim gratia Cesenniæ: partim [t] etiam pretio. fundus addicitur Æbutio: pecuniam argentario promittit Æbutius. Quo testimonio nunc vir optimus vtitur, sibi emptum esse. Quasi verò aut nos ei negemus addictum, aut tum quisquam fuerit, qui dubitarit, quin emeretur Cesenniæ, cùm id plerique scirent: omnes ferè audissent: hi coniectura assequi possent, cùm pecunia Cesenniæ ex illa hæreditate deberetur: eam porrò in prædiis collocari maximè expediret: essent autem prædia, quæ mulieri maximè conuenirent: ea venirent: liceretur is, quem Cesenniæ dare operam nemo miraretur: sibi emere nemo posset suspicari. Hac emtione facta, pecunia soluitur à Cesenniā. cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quòd ipse tabulas auerterit: se autem habere argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptáque relata: quasi [u] id aliter fieri oportuerit. ¶ Cùm omnia ita facta essent,

a Spondeo, fide nbeo fide ipromitto*

b Fiducia pignus quod creditori mancipatur, aut in iure credi P. 285.

tur. ea lege, vt soluta ad diem pecunia remanciperetur: non soluta, pleno iure committatur. Hoc iudicium famosum: quasi in re differtā ignore. Paul. 2. sent. 13. vbi vide Cuiac.* c L. Est enim turpe iudicii. Et factū quidē turpe. d *lib. vulg.* nō vindicari.

e Recuperator à iudice hīc distinguitur. In primatis enim iudiciis prætor dabat vel vnū iudicem, vel tres recuperatores.* f Iudicia vt dabantur à Prætore, ita numquā petitori præstituebat qua actione illū vti vellet.*

g Profert iudicium qui differt, qui prorogat. hinc diem proferre.* h L. & vis, de qua iud.

i Ius certum hic, æquum: cui immediatè ante ius summum opposuit.* P. B.

k Narratio.*

l *Al.* temporibus difficillimis solutionis.* m Bellorum ciuilium, vel quibus laceßāt pretia agrorum.*

a Inclusa desunt multis codicibus.* b *al.* præmaturè* c Aebutij fraudes.* d Partitione postea vocat.* e vxor & mater defuncti* f Solitudo, status parentis cuiusvnicus tantum filius est: vnde solitarius pater Plcclxxxvirt Vlpiano in fragmentis, titulo de cœlibe, orbo, & solitario patre.* g L. ac se in eius fam. h Partitione nus legati 5. 5. Inst. de fidei com. hered. vbi Theophilus, Vlpian. in fagment. 3. 25. l. 8. l. 36. ff. de legat. 2. l. 164. §. 1. ff. de verb. sign. Cicero 2. de legibus. i *al.* int. ò dabat.* k Cognitor est qui presētis negotium suscipit.* l *al.* fidelitate m Quæstio fundi.* n L cognatíque Cesenniæ id quod ipsi quoque mul. in mentem veniebat. quon. por. &c o à Fulcinio emptum.* p paulo ante dixi hūc fundum Cesenniæ vēditum à Fulcinio ac sanè curasse vt id eo fundo dos collocaretur.* q L. nulla ratione amitt. *al.* nullam esse rationem ne amitteret *al.* ne vlla ratione amitte ret.* r *al.* omnib. hominib. illius. s Tabulis proscribebantur actiones fundorū plerumque ad tabernas argentariorum in foro.* t L. partim pretio f. P. B. u L. quasi id aliter oportuerit.

quemadmodum nos defendimus, Cesennia fundum posse dit, locauitque: neque ita multò post A. Cæcinæ nupsit. Vt in pauca conferam, testamento facto mulier moritur. facit hæredem ex deunce, & semuncia Cæcinam: ex duabus [a] sextulis Mb. Fulcinium, libertum superioris viri: Æbutio sextulam adspergit [c]. Hanc sextulam illa mercedem isti esse voluit assiduitatis, & molestiæ, siquam suscepe-rat. Iste autem hac sextula se ansam [d] retinere omnium controuersiarum putat. ¶ Iam [e] principiò ausus est dicere, non posse heredem esse Cesenniæ Cæcinam: quòd is deteriore iure esset, quàm cæteri ciues, propter incommodum Volaterranorum [f], calamitatémque ciuilem. Itaque homo timidus, imperitúsque, qui neque animi, neque consilij satis haberet, non putauit esse tanti hereditatem, vt de ciuitate in dubium veniret. concessit, credo Æbutio, quantum vellet, de Cesenniæ bonis vt haberet: immò vt viro forti, ac sapienti dignum fuit, ita [g] calumniam, stultitiámque obtriuit, ac contudit. in possessione bonorum cùm esset, & cùm ipse h sextulam suam nimium exaggeraret, nomine heredis arbitrum familiæ erciscundæ postulauit. Atque illis paucis diebus, posteaquàm videt nihil se ab A. Cæcina posse, litium terrore, abraderet: homini Romæ in foro denuntiat, fundum illum, de quo antè dixi, cuius istum emtorem demonstraui fuisse, mandato i Cesenniæ, suum esse, séque sibi emisse. Quidk ais? Istius ille fundus est, quem sine vlla controuersia quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus venit, quoad vixit, possedit Cesennia? Vsus enim, inquit, eius & fructus fundi, testamento viri, fuerat Cesenniæ. ¶ Cùm l hoc nouæ litis genus tam malitiosè intenderet, placuit Cæcinæ, de amicorum sententia [m] constituere, quo die in rem præsentem veniretur, & [n] de fundo Cæcina moribus [o] deduceretur. Colloquuntur, dies ex vtriusque commodo sumitur. Cæcina cum amicis ad diem venit in castellum Axiam: à quo loco fundus is, de quo agitur, non longè abest. Ibi certior fit à pluribus, homines permultos, liberos, atque seruos, coegisse, & armasse Æbutium. Cùm id partim mirarentur, partim non crederent: ecce ipse Æbutius in castellum venit. denunciat Cæcinæ se armatos habere: abiturum cum non esse, si accessisset. Cæcinæ placuit, & amicis, quoad videretur saluo capite fieri posse expetiti. Tum de castello descendunt: in fundum proficiscuntur: videtur temerè commissum. Verùm vt opinor, hoc fuit causæ. tam temerè istum [p] re commissurum, quàm verbis nũtiabitur [q] nemo putauit. Atque iste ad omneis introitus, quà adiri poterat non modò in eũ fundum, de quo controuersia fuerat, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit. Itaque primò cùm in antiquum fundum ingredi vellet, quòd ea proximè accedi poterat: frequentes armati obstiterunt. Quo loco depulsus Cæcina tamen, quà potuit, ad eũ fundum profectus est, ex [r] quo ex conuentu [s] vim fieri oportebat. Eius autẽ fundi extremã partem oleæ [t] directo ordine definiũt. Ad eas cùm accederetur, iste cum omnibus copiis præstò fuit, seruúmque suũ nomine Antiochum, ad se vocauit, & [u] clara voce imperauit, *Vt eum, qui illum olearum ordinem intrasset, occideret.* Homo mea sententia, prudentissimus Cæcina, tamen in hac re plus mihi animi, quàm consilij videtur habuisse. Nam cùm & armatorum multitudinem videret, eam vocem Æbutij, quam commemoraui, audisset: tamen accessit propius, & iam ingrediens intra finem eius loci, quem oleæ terminabant, impetum armati Antiochi, cæterorúmque tela, atq. recursus refugit [a]. Eodem tempore se in fugam conferunt vnà amici, aduocatique eius metu perterriti, quem admodũ illorum testem dicere audistis. ¶ His rebus [b] ita gestis, P. Dolabella prætor interdixit, vt est consuetudo, DE [c] VI, HOMINIBVS ARMATIS, sine [d] vlla exceptione, tantum, *vt inde deiecisset, restitueret.* Restituisse se dixit. sponsio facta est. hac de sponsione vobis iudicandum est. ¶ Maximè [e] fuit optãdum Cæcinæ [f], recuperatores, vt controuersiæ nihil haberet: secundo loco, vt ne cum tam improbo homine: tertio, vt cum tam stulto haberet. Etenim non minùs nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas, improbus fuit, quod homines coegit, armauit: coactis, armatísq. vim fecit. Læsit in eo Cęcinam. subleuauit ibidem. nam in eas ipsas res, quas improbissimè fecit, testimonia sumsit, & eis in causa testimoniis vtitur. Itaque mihi certum est, recuperatores, antequàm ad meam defensionẽ, meósque testes venio, illius vti confessione & testimoniis. Quid confitetur, atque ita libenter confitetur, vt non solùm fateri, sed etiã [g] profiteri videatur, recuperatores? Conuocaui homines: coegi: armaui: terrore mortis, ac periculo capitis, ne accederet, obstiti: ferro, (inquit) ferro, (& hoc dicit in iudicio) te reieci, atque perterrui [h]. Quid? testes quid aiunt? P. Vetilius, propinquus Æbutij, se Æbutio cum armatis seruis venisse aduocatum. Quid præterea? fuisse complureis armatos. Quid aliud? minatum esse Æbutium Cæcinæ. Quid ego de hoc te teste dicã, nisi hoc, recuperatores, vt [k] ideircò non minùs ei credatis, quòd homo minùs idoneus habetur: sed ideò credatis, quòd ex illa parte id dicit, quòd illi causę maximè est alienum? A. Terentius, alter testis: non modò Æbutiũ, sed etiam seipsum arguit. in Æbutium hoc dicit, armatos homines fuisse: de se autẽ hoc prædicat, Antiocho, Ebutij seruo, imperasse. *Vt in Cæcinam aduenientem* [l], *cum ferro inuaderet.* Quid loquar amplius hoc de homine? in quem ego dicere, cùm rogarer à Cæcina, numquam volui, ne arguere illum rei [m] capitalis viderer: de eo dubito nunc, quomodo aut loquar, aut taceam, cùm ipse hoc de se iuratus prædicet. Deinde L. [u] Cælius non solùm Æbutium cum armatis dixit fuisse complurib⁹, verùm etiam cum aduocatis perpaucis eò venisse Cæcinam. De hoc ego teste retraham: cui æquè, atque meo testi, vt credatis, postulo? P. Memmius secutus est, qui suum non paruum beneficium commemorauit in amicos Cæcinæ, quibus sese viam per fratris sui fundum dedisse dixi, quà effugere possent, cùm essent metu omneis perterriti. Huic ego testi gratias agam, quòd & in re misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum. A. Atilius, & eius filius L. Atilius, & armatos ibi fuisse, & se suos armatos adduxisse dixerunt: etiam hoc amplius

a sextula vnciæ pars sexta.*
b Liberi nomina adsumebant patronorum.*
c festiuè, nam & sextula pars vnciæ sexta, & mensura vnde mox adde hac sextula se ansam retinere putat.*
d Ansa in vase*
e Aebutij dolus*
f quos vt Marianos Syllas iure ciuitatis multauit: vide Ciceronem pro domo, Liuium, Appianum*
g v. a. ita Kalumniam. P. clxxxvii. h al. istam.*
i L. mandatu Cesenniæ.
k L. Quid ais? cuius ille fundus est.
l Cæcinnæ declicti occasio* mi L. sententia diem constituere q. a L. vt de fundo.
o Moribus deduci in fundum quid, an tea dixi.*
p Re committere, cui opponit verbis nuntiationem.*
q L. denuntiabat, a. al. denuntiabatur fel. minabatur*
r P. B. t L. quo ex conuento
s Conuentu pro conuentione hîc accipitur.*
t Agri plerũque limitibus hisce ita disiuncti*
u L. & clara.

a al. effugere.*
b Sponsionis origo.*
c Interdicti de vi formula.*
d Interdicta enim plerũq. reddebantur, cum exceptione hac formula, Extra quã &c. Cicero 1. & 2. de Inuentione duobus locis. & 5. ad Atticum.*
e CONFIRMATIO.
f Sponsio ita facta à Cæcina, Si vi homines armatis deiecti essent ab Aebutio hominibus armatis Cæcinã deiecissent.*
g profiteri plus est quã fateri.*
h al. protrusi.
i al. Vetilii.*
k L. vt ne id circo minus crederetur.
l al. lib. aduenientem, ferro.
m quod seruo expirasset vti Cæcinam occideret.
n al. L. Cælius

cùm Æbutius Cæcinæ malum minaretur, ibi tum Cæcinam postulasse, vt [a] moribus deductis fieret. Hoc idem P. Rutilius dixit, & eò libentiùs dixit, vt aliquo in iudicio eius testimonio creditum putaretur. Duo præterea testes nihil de vi, sed de ipsa emtione fundi dixerunt: P. Cesennius, auctor fundi, [b] non tam auctoritate graui, quàm corpore: & argentarius Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, [c] nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio, [d] nihil [e] de vi dixerunt, nihil præterea, quod ad vestrum iudicium pertineret. Decimo verò loco testis exspectatus, & ad extremum reseruatus dixit senator populi [f] Rom. splendor ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum exemplar antiquæ [g] religionis, Fidiculanius Falcula: qui cùm ita vehemés, acérque venisset, vt non modò Cęcinam periurio suo læderet, sed etiam mihi videretur irasci: ita eum placidum, mollémque reddidi, vt non auderet, sicut meminístis iterum dicere, quot millia fundus suus abesset ab vrbe. Nam cùm dixisset minùs [g] abesse LIII. populus cum risu acclamauit, *ipsa esse*. Meminerant enim omnes, quantum in Albiano iudicio accepisset. [h] In eum quid dicam, nisi id, quod negare non possit? venisse in consilium publicæ quæstionis, cùm eius consilij iudex non esset? & in eo consilio, cùm causam non audisset, & potestas non esset ampliandi, [i] dixisse *sibi liquere*? dum [k] incognita re iudicare voluisset, maluisse condemnare, quàm absoluere? cùm si vno minus damnarent, condemnari reus non posset non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem præsto fuisse? Vtrum grauius aliquid in quempiam dici potest quàm ad hominem condemnandum: qui [m] nũquam vidisset, neque audisset adductum pretio esse? An certius quidquam obiici potest, quàm quod is, cui obiicitur, ne nutu quidem infirmare conatur? Verumtamen is testis, vt facile intelligeretis, eum nõ adfuisse [l] animo, cum ab illis causa ageretur, testéque dicerent, sed tãtisper de aliquo reo cogitasse: cùm omnes ante eum dixissent testes, armatos cum Æbutio fuisse complureis: solus dixit non fuisse. Visus est mihi primò veterator intelligere præclarè, quid causa optaret: & tantummodò errare, quòd omneis testeis infirmaret, qui ante eum dixissent: cùm subitò ecce idem, qui solet, suos solos seruos armatos fuisse dixit. Quid huic[m] tu homini facias? nónne concedas interdum, vt excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecetur? Vtrum, recuperatores, his testibus non credidistis, cùm, *quid liqueret*, non habuistis? At controuersia non erat, quin verum dicerent. An in coacta multitudine, in armis, in telis, in præsenti metu mortis, perspicuo periculo cædis, dubium[n] vobis fuit, vtrum esse vis aliqua videretur nẽne? Quibus igitur in rebus vis intelligi potest, si in his non intelligetur? An verò illa defensio vobis præclara visa est? *Non*[o] *deieci sed obstiti* non enim te fum passus in fundum ingredi, sed armatos homines opposui: vt intelligeres, si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse perendum. Quid ais? is, qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse deiectus? posteriùs de verbo videbimus: nũc rem ipsam ponamus quam illi non negant & [a] eius rei ius, actionémque quæramus. Est hæc res posita, quæ ab aduersario non negatur: Cæcinam cum [b] ad constitutam diem, tempúsque venisset, vt ius ac deductio moribus [c] fieret, pulsum, prohibitúmque esse vi, coactis hominibus, & armatis. Cùm hoc constet, ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorum, ac litium, hanc puto me habere actionem, vt per interdictum, meum ius teneam, atque iniuriam tuam persequar. Fac in hoc errare mẽ, nec vllo modo posse per hoc interdictum id assequi, quod velim. te vti in hac re magistro volo. Quæro, sitne aliqua huius rei actio, an nulla, *conuocari homines, propter possessionis controuersiam non oportet: armari multitudinem, iuris retinendi causa non conuenit: nec iuri quenquam tam inimicũ, quàm vis: nec æquitati quidquã tam infestum est, quàm conuocati homines, & armati*. Quod cùm ita sit, réseque eiusmodi sit, vt in primis à magistratibus animaduertenda esse videatur, iterum quæro, sitne ei[d] rei aliqua actio, an nulla, nullam esse dices? audire cupio: qui in pace, & otio, cùm manum feceris, copias pararit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit, homines [f] inermeis, qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent, armis viris, terrore periculóque mortis repulerit, fugarit, auerterit, hoc dicat, Feci equidem, quæ dicis, omnia: & ea sunt, & turbulẽta, & temeraria, & periculosa. Quid ergo est? impunè feci. nam quid agas mecum ex iure ciuili, ac prætorio, non habes. Itáne verò, recuperatores? hoc vos audietis? & apud vos dici patiemini sæpius? cùm maiores nostri tanta diligentia, prudentiáque fuerint, vt omnia omnium non modò tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum [g] iura statuerint, persecutíque [h] sint: hoc genus vnum, vel maximum prætermitterent, vt, siqui me exire domo mea coegissent armis, haberem actionem: siqui [i] introire prohibuissent, non haberem? Nondum de Cæcinæ causa disputo, nondum de iure possessionis nostræ loquor. tantùm de sua defensione, C. Piso, queror. Quando [k] ita dicis, & ita constituis, Si Cæcinã, cùm in fundo esset, inde deiectus esset, tum per hoc interdictum cum restitui oportuisse: nunc verò deiectum [l] nullo modo esse inde, vbi non fuerit: hoc interdicto nihil nos assẽto, esse: quæro, si te hodie domum tuam redeũtem coacti homines, & armati, non modò limine, tectóque ædium tuarum, sed primò aditu [m], vestibulóque prohibuerint, quid acturus sis? Monet amicus meus te, L. Calpurnius, vt idem dicas, quod ipse antea dixit, iniuriarum. Quid ad causam possessionis? quid ad restituendum eam, quẽ oportet restitui. quid denique? ad ius ciuile, aut ad actoris notionem, & animaduersionem, ages iniuriarũ? Plus tibi ego largiar, non solùm egeris, verùm etiam condemnaris: licet nunquid magis possidebis? *actio enim iniuriarum nõ*[n] *ius possessionis assequitur, sed dolorẽ imminutæ libertatis, iudicio pœnáque mitigat.* Prætor interea, Piso, tanta de re tacebit? quẽadmodum te restituat in ædeis tuas, non habebit? Qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factam iubet: qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerúmque controuersiis interdicit, is repentè obmutescet? in atrocissima re quid faciet, non habebit & C.

Pisone

a De moribus deductione dixi supra.*

b *Pantagathus*, auctionator. sed Auctor hic est venditor. Ab hoc autem auctione publica Cesennia fundum, de quo hic agitur, per Aebutiũ emerat.*

c Nigro colore histriones; parasitos agebant, in scena.*

d Parasitus.*

e L. de vi nihil dixerit.

f Ironia.*

g L. minus abesse xl. cr.

h L. cepisset

i De Amplia tione dixi 1. in Verrẽ.*

k L. cum incognita re iud. P. cclxxxiv.

l adfuisse.

m al. Quid hoc tu homini facias?

n L. dubium vobis fuit, esse vis aliqua v.

o Deficere alium è fundo qui dicatus.*

a q. v. & e. ius rei vim actionémque.

b L. cum cõstitutum diẽ tempúsque venisset vt vis ac ded.

c De moribus deductio quod dixi.

d Vide dicti interdicta vtuntur & quo illo.*

e Sine necessitas contraria voluntati l. t. ff. quod metus causa.*

f al. homine inermes.

g Ius etiam tenuissimarũ rerum apud Romanos cõstitutum*

h lib. vulg. persecuti sint, vt hoc gen. vn.

i Sic Vlpian. l. 3. §. 4. ff. de vi, & vi armata, vti frui prohibuisse is videtur qui vi dejecit vtentem & fruentem aut non admisit cùm ex fundo exisset.*

k Quæ actio competat ei qui limine, tecto, aditu aut agro prohibitus sit, P. CCXC.

An interdictum vnde vi, an iniuriarũ actio? interdictum vnde vi quod actuisse mè probat Cicero. Id etiã confirmat l. 3. §. si autem. ff. vnde vi.*

l Deiectus dicitur simmo & stricto iure nõ posse, qui non accesserit.*

m Deiectus vi dicitur qui limine, tecto, aditu vel vestibulo suo prohibitus.*

n al. quid denique ad ius ciuile, aut actoris notionem & animaduersionem? Ages iniuriarum?

Pisone domo lectisq. suis prohibito, prohibito, inquam, per homines coactos, & armatos, prætor quemadmodũ more, & explo opitulari possit, non habebit? Quid enim dicet? aut quid tu, tam insigni accepta iniuria, postulabis? *Unde*[a] *vi prohibitus sis.* nemo vmquam interdixit. nouum est, non dico inusitatum, verùm omnino inauditum. Vnde deiectus? quid proficies, cùm illi hoc respondebunt tibi, quod tu nunc mihi: armatos se tibi obstitisse, ne in ædeis accederes: deiici porrò nullo modo potuisse, qui[b] non accesseris? Deiicior[c] ego, inquis, siquis[d] me deiicitur. Omnino iam bene agis. à verbis enim recedis, & æquitate veteris. nam verba ipsa si sequi volumus, quomodo tu deiiceris, cùm seruus tuus deiicitur? Verùm ita est, vti dicis. te deiectum debeo intelligere, etiamsi tactus non fueris. nónne? Age nunc, si ne tuorum quidem quisquam loco motus erit, atque omneis in ædibus[e] adseruati, ac retenti: tu solus prohibitus, & à tuis ædibus vi[f], atque armis perterritus: vtrùm hanc actionem habebis, qua nos vsi sumus, an aliam quampiam, an omnino nullam? nullam esse actionem dicere in re tam insigni, támque atroci, neque prudentiæ, neque auctoritatis tuæ est. alia siqua forte est, quæ nos fugerit, dic, quæ sit. cupio discere. Hæc si est, qua nos vsi sumus: te iudice, vincamus necesse est. non enim vereor, ne hoc dicas, in eádem causa, eodem interdicto, te oportere restitui. Cæcinam non oportere. Etenim qui perspicuum non sit, ad incertum reuocari bona, fortunas, possessiones omnium, si vlla ex parte sententia huius interdicti diminuta[g], aut infirmata sit, si[h] auctoritate virorum talium, vis armatorum hominum, iudicio approbatum videatur: in quo iudicio non de armis dubitatum, sed de verbis quæsitum esse dicatur? Isne apud vos obtinebit causam suam qui se ita defenderit? *Eieci* ego te armatis hominibus non *deieci*, vt tantum facinus non in æquitate defensionis, sed in vna[k] litera latuisse videatur? huiusce rei vos statuetis nullam esse actionẽ, nulli experiundi ius constitutũ, quod obstiterit[l] armatis hominibus? qui[m] multitudinẽ coacta, non introitu, sed omnino aditu quempiam prohibuerit, Quid ego? hoc,

* EIECI EGO TE, NON DEIECI[n], *

quam habet vim[o]? vt[p] illa res[q] aliquid aliqua ex parte differre videatur, vtrùm, prædem cùm intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tùm expellar, atque deiiciar: an[r] quum eádem vi, atque iisdem armis mihi ante occurratur, ne non modò intrare, verùm etiam adspicere, aut adspirare possim? Quid hoc ab illo differt? vt[s] ille cogatur restituere, qui ingressum expulerit: ille, qui ingredientem repellerit, non cogatur? Videte, per deos immortaleis, quod ius nobis, quam conditionem vobis metipsis, quam denique ciuitati legem constituere velitis. Huiusce generis vna est actio per hoc interdictum, quo nos vsi sumus, constituta. ea si nihil valet, aut si ad hanc rem non pertinet: quid negligentius, aut quid stultius maioribus nostris dici potest, qui aut tantę rei prętermiserint actionem: aut eam constituerint, quæ nequaquam satis verbis causam, & rationem iuris amplecteretur? Periculosum est dissolui hoc interdictum: captiosum est omnibus, rem vllam constitui eiusmodi, quæ, cùm armis gesta sit, rescindi iure non possit. verumtamen est turpissimum illud, tantæ stultitiæ prudentissimos homines condemnari[a], vt vos iudicetis, huius rei interdictum, atque actionem in mentem maioribus nostris non venisse. Quæramur, inquit, licet: tamen hoc interdicto Æbutius non tenetur. Quid ita? *Quia*[b] *vis Cæcina facta non est.* Dici in hac causa potest, vbi arma fuerint, vbi coacta hominum multitudo, vbi instructi, & certis locis cum ferro homines collocati, vbi minæ, pericula, terrorésque mortis, ibi vim non fuisse? *Nemo*[c] inquit, *occisus est, neque saucius.* Quid ais? cùm de possessionis controuersia, & de priuatorum hominum contentione iuris loquamur, tu vim negabis esse factam, si cædes, & occisio facta non erit? Ego exercitus maximos, sæpe pulsos, & fugatos esse dico, terrore ipso, impetúque hostium, sine cuiusquam non modò morte, verùm etiam vulnere. Etenim, recuperatores *non de ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum, vitámque peruenit, sed etiam multo maior ea, quæ periculo mortis*[c] *iniecto*[f], *formidine animum perterritum, loco sæpe, & certo de statu demouet*[g]. Itaque saucij sæpe homines, cùm corpore debilitantur, animo tamen non cedunt, neque eum relinquunt locum, quem statuerint defendere. At alij pelluntur integri: *vt non dubium sit, quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quàm illi, cuius corpus vulneratum sit.* Quòd si vi pulsos dicimus exercitus esse eos, qui metu, ac tenui sæpe suspicione periculi fugerunt: &, si non solùm impulsu scutorum, neque conflictu corporum, neque ictu comminus, neque coniectione telorum: sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione[h], adspectúque signorum magnas copias pulsas esse, & vidimus, & audiuimus: quæ vis in bello, appellatur, ea in otio non appellabitur? &, quod vehemens in re militari putatur, id leue in iure ciuili iudicabitur? &, quod exercitus armatos mouet, id aduocationem togatorum non videbitur mouisse? & vulnus corporis magis istam vim, quàm terror animi declarabit? & sauciatio quæretur, cùm fugam factam esse constabit? Tuus enim testis hoc dixit, metu[i] perterritis nostris aduocatis, locum, quà effugerent, demonstrasse. Qui non modò vt fugerent, sed etiam ipsius fugæ tutam viam quæsierunt, his vis adhibita non videbitur? Quid[k] igitur fugiebant? propter metum. Quid metuebant? vim videlicet. *Potestis* igitur *principia negare, cùm extrema concedatis?* Fugisse perterritos confitemini: causam fugæ dicitis eandem, quam omnes intelligimus, arma, multitudinem hominum, incursionem, atque[l] impetum armorum: hæc vbi conceduntur esse facta, ibi vis facta negabitur? At verò hoc quidem iam vetus est, & maiorum exemplo multis in rebus vsitatum: *cùm*[m] *ad vim faciendam veniretur. si quos armatos quamuis*[n] *procul conspexissent, vt statim restificati discederent, optimè* sponsionem[o] *facere possint, Ni aduersus edictum prætoris vis facta esset. Itane verò?* scire esse armatos,

a Interdictũ vnde vi datur etiam aduersus prohibentem.*

b L. qui non accesserit?

c Deiicitur ego, inquis, si quis deiicitur. Omnino iam bene agis. à verbis enim recedis, & æquitate veteris.*

d Sic Vipianus seruo procuratore, colono deiectis ipse dominus deiici videtur. *l. 1. §. quod seruus. 22. ff. de vi & vi armata.*

e Deiicit dominus videtur familia in ædibus super vim adserua ta & retenta, ipso nom. admisso.*

f L. vi, atque armis proterritus. *Post autem proterrere procul terrere.**

g L. demiuta.

h L. si auctoritate talium virorum, vis armatorum h. iud. approbata vid.

i *al.* his.*

k Deiicit qui eiicit. Ac tametsi vna litera plus sit in priore verbo, vis tamen eadem vtriusque vocis.*

l *al.* obstiterint.*

m *l.* quod multitudine.

n Edictum Prætoris ita conceptum: Vnde tu illum deieciſti aut familia tua deiecit, &c. *l. 1. ff. de vi & vi armata.**

o *al.* vim vnde tu illum deieciſti eo tu illum restituas.*

p L. vtillæ res aliquid aliqua ex parte differre videatur, ‖ *Pătagythus.* In ipsa re aliis quid cui aliqua ex parte.*

q *al.* res aliqua ex parte.*

r L. an eum eadem vi, atque eiſd. *al. lib.* an in eadem vi, atque in eiſd.

s *al.* Quid.*

t Deiicientis ingressum, & ingredientem repellentis vis eadem.*

satis est, vt vim factam probes: in manus eorum incidere, non est satis? adspectus armatorum ad vim probandam valebit, incursus, & impetus non valebit? qui abierit, facilius sibi vim factam probabit, quàm qui effugerit? At ego hoc dico: si [a], vt primò in castello Cæcinæ dixit Æbutius, se homines coegisse, & armasse: neque illum, si eò accessisset, abiturum: statim Cæcina discessisset: dubitare vos non debuisse, quin Cæcinæ facta vis esset. si verò, simulac procul conspexit armatos, recessisset: eo minùs dubitaretis. *omnis* [b] enim *vis est, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, aut* [c] *prohibet accedere.* Quòd si aliter statuetis: viu[illegible]ne hoc vos statuatis, qui viuus discesserit, ei vim non esse factam: ne hoc omnibus, in possessionum controuersiis, præscribatis, vt consligendum sibi, & armis decertandum putent: ne, quemadmodum in bello, pœna ignauis ab imperatoribus constituitur, sic in iudiciis deterior causa sit eorum, qui fugerint, quàm qui ad extremum vsque contenderint. Cùm de iure, & legitimis hominum controuersiis loquimur, & in his rebus vim nominamus, pertenuis vis intelligi debet. Vidi armatos, quamuis paucos: magna vis est. decessi vniusdhominis telo per territus: deiectus, detrususq. sum. Hoc si ita statuetis: non modò non erit, cur depugnare quisquã posthac, possessionis causa, velit: sed ne illud quidem, cur repugnare. Sin autem vim sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligetis: statuetis, homines possessionis cupidiores, quàm vitæ esse oportere. Age verò, de vi te ipsum habebo iudicem, Æbuti. respondè, si tibi videtur. In fundum Cæcina vtrùm noluit tandem, an non potuit accedere? cùm te obstitisse, & [e] repudiasse dicis, certè hunc voluisse cõcedis. Potes igitur dicere, non ei vim fuisse impedimento, cui, cùm cuperet, eóque consilio venisset, per homines coactos non sit licitum accedere? Si [f] enim id, quod maximè voluit, nullo modo potuit: vis profectò quædam obstiterit necesse est: aut tu dic, quamobrem, cùm vellet accedere, non accesserit. Iam vim factam negare non potes. *Deiectus* [g] quemadmodum sit, qui non accesserit, id quæritur, demoueri h enim, & depelli de loco necesse est eum, qui deiiciatur, id autem accidere ei qui potest, qui omnino in eo loco, vnde se deiectum esse dicit, numquam fuit? Quòd i si fuisset, & ex eo loco, metu permotus, fugisset, cùm armatos vidisset k: dicerésne esse deiectum? Opinor. An tu, qui tam diligenter, & tam callidè verbis cõtrouersias non æquitate, dijudicas: & iura non vtilitate communi, sed litteris exprimis: poteristne dicere, deiectum esse eum, qui tactus non erit? Quid? *detrusum* dices? nam eo verbo antea prætores in hoc interdicto vti solebant. Quid ais? potéstne detrudi quisquam, qui non attingitur? nónne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, *eum detrudi, cui manus afferantur?* necesse est, inquam, si ad verbum rem volumus attingere [l], neminem [m] statu detrusum, qui non adhibita vi, manu demotus, & actus præceps intelligatur. *Deiectus* verò qui potest esse quisquam nisi in inferiorẽ locũ de superiore motus? potest pulsus, fugatus, eiectus denique: illud verò nullo modo potest, deiectus esse quisquam, non modò qui tactus non sit, sed ne æquo quidem, & plano loco. Quid [a] ergo? hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum, qui se præcipitatos ex locis superioribus dicerent? eos enim verè possumus dicere esse deiectos. an non, cùm voluntas, & consilium, & sententia interdicti intelligatur, impudentiam summam, aut stultitiam singularem putabimus, in verborum errore versari: rem, & causam, & vtilitatem communem non relinquere solùm, sed etiam prodere? An hoc dubium est, quin neque verborum [b] tanta copia sit non modò in nostra lingua, quæ dicitur esse inops: sed ne in alia quidem vlla, res vt omnes suis certis, ac propriis vocabulis nominentur? neque verò quidquam opus sit verbis, cùm ea res, cuius causa verba quæsita sint, intelligatur? Quæ [c] lex, quod senatusconsultum, quod magistratus edictum, quod fœdus, aut pactio, quod (vt ad priuatas res redeam) testamentũ, quæ iudicia, aut stipulationes, aut d pacti & conuenti formula non infirmari, aut conuelli potest, si ad verba rem deflectere velimus: consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem & auctoritatem relinquamus? Sermo mehercule & familiaris, & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant: non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. Exemplis nunc vti videlicet mihi necesse est harum rerum omnium? non occurrit vnicuique vestrũm aliud alij in omni genere exemplum, quod testimonio *sit, non* [e] *ex verbis totum pendere ius, sed verba seruire hominum consiliis, & auctoritatibus?* Ornatè, & copiosè L. Crassus, homo longè eloquentissimus, paullo antè, quàm nos in forum venimus, iudicio centumuirali hanc sententiam defendit, & facilè cùm contra eum prudentissimus homo, Q. Mucius, diceret, probauit omnibus, M'. f. Curium, qui heres institutus esset ita, mortuo [g] postumo filio: cùm filius non modò non mortuus, sed ne natus quidem esset, heredem esse oportere. Quid? verbis satis hoc cautum erat? minimé. quæ res igitur valuit? voluntas. quæ si tacitis nobis intelligi posset: verbis omnino non vteremur. quia non potest: verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem. Lex h *vsum* i, *& auctoritatem fundi iubet esse biennium.* At k vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur. Si via sit immunita [l], iubet, quà velit, agere iumentum. potest hoc ex verbis intelligi, licere, si via sit in Brutiis immunita, agere, si velit, iumentum per M. Scauri Tusculanum. Actio est in actorem [m] præsentem his verbis, QVANDOQVIDEM TE IN IVRE CONSPICIO. Hac actione Appius ille Cæcus [o] vti non posset, si P tam verè homines verba consectarentur, quàm rem, cuius verba sunt, non considerarent. Testamento si recitatus heres esset pupillus Cornelius, isq. iam annos XX, haberet: vobis interpretibus amitteret hereditatem. Veniunt in mentem mihi permulta: vobis plura, certò scio. ¶ Verùm, ne nimium multa complectamur, atque ab eo quod

a L. si, vt primum inc.

b *Omnis.* omnino.*

c L. aut aliquo prohibet accedere *vel ita v.c.*

d Interdicto vnde vi etiã vti potest, qui vnius hominis telo perterritus *

e L. & repugnasse d. *Plautus ait.* repulisse.*

f vi impediri dicitur qui, quod vult, non potuit.*

g Deiectus an verò eiectus vel detrusus dici possit is qui non accesserit:*

h *lib. vulg.* dimoueri.

i L. Quid si fuisset? & ex eo

k L. vidisset

l *Adtrahere. al.* adigere.*

m L. neminẽ statui detrusum, qui n.

a L. Quid? Per go hoc int.

b Hinc Vlpianus Natura rerũ conditum est vt plura sint negotia quàm vocabula. *l. 4. ff. de præscriptis verbis.**

c voluntas præcipuè, nõ verba spectanda.*

d L. aut pacti conuenti formula.

P. B.

e Leges non verbis, sed rebus imponuntur.*

f *lib. vulg.* M. Curium.

g Institutus heres, mortuo postumo id est sub ea conditione si postumus testatoris mortuus esset, postumo non nato hæres esse intelligitur. Idem si abortiuus natus sit. §. 1. *Inst. de exhared. lib.**

h xii. tabularum.*

i *adde Cic. in Topicis ubi de vsucap. l. 13.*

k Extensio fit vsucapionis in fundo receptæ ad ædes & carũ vsucapione*

l Munire eodem sensu ripæ dicuntur, l. vnica. §. 6. ff. in quod iu. fluminis publ. l. vnica. §. 1. ff. de ripa munienda.*

m L. auctorem.

n Formula hæc vsitata actionis in auctorẽ cum in iudicio præsens eiiciebat. Plenior autem extat hæc formula apud Valerium Probũ hoc modo. Quando te in iure conspicio possidere, an fias auctor.*

o quia non potest conspicere.

P *al.* si tam furere.

P. cæcinæ. quod propositum est, longiùs aberret oratio: hoc ipsum interdictum, de quo agitur, consideremus. Intelligetis enim in eo ipso, si in verbis ius constituamus, omnem vtilitatem nos huius interdicti, dum versuti, & callidi volumus esse, amissuros. VNDE TV, AVT FAMILIA[a], AVT PROCVRATOR[b] TVVS. Si [c] me d villicus tuus solus deiecisset: non FAMILIA deiecisset, vt opinor, sed aliquis de familia. Rectè igitur diceres te restituisse? quippe. Quid enim facilius est, quàm probari iis, qui Latinè sciant, in vno seruulo familiæ nomen non valere? Si verò ne habeas quidem seruum, præter eum, qui me deiecerit: clames videlicet. Si habeo familiam, à familia mea fateor te esse deiectum, neque dubium est, quin, si ad rem iudicandam verbo ducimur, non re: familiam intelligamus, quæ constet ex seruis pluribus: quin vnus homo, familia non sit. verbum certè, hoc non modò postulat, sed etiam cogit. At verò ratio iuris, interdictique vis, & prætorum voluntas, & hominum prudentium consilium, & auctoritas, respuat hanc defensionem, & pro nihilo putet. Quid ergo? Isti homines Latinè non loquuntur? immò verò tantum loquuntur, quantum est satis ad intelligendam voluntatem: cùm sibi hoc proposuerint, vt [e], siue [f] me tu deieceris, siue tuorum quispiam, siue seruorum, siue amicorum, vt seruos non numero distinguant, sed appellent vno familiæ nomine: ¶ de [g] liberis autem quis quis est, PROCVRATORIS *nomine* appellentur: non [h] quò omnes sint, aut appellentur procuratores, qui negotij nostri aliquid gerant: sed [i] in hac re, cognita sententia interdicti, verba exquiri omnia noluerunt. Non enim alia causa est æquitatis in vno seruo, & in pluribus, non alia ratio iuris in hoc genere duntaxat. vtrùm me tuus procurator deiecerit is [k], qui legitimè procurator dicitur omnium [l] rerum eius, qui in Italia non sit, absitue reip. causa, quasi quidam pænè dominus, hoc est, alieni iuris vicarius: an [m] tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quiuis, qui illam vim, deiectionémque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. Quare, si ad eum restituendum, qui vi deiectus est, eandem vim habet æquitatis ratio: ea intellecta: certè nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit, ac nominum. Tam restitues, si tuus me libertus deiecerit, nulli tuo præpositus negotio, quàm si procurator deiecerit: non [n] quò omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotij gerunt: sed quòd in hac re quæri nihil attinet [o]. Tam restitues, si vnus seruulus, quàm si familia deiecerit vniuersa: non [p] quò idem sit seruulus, quod familia: verùm quia nò, quibus verbis, quidque dicatur, quæritur, sed quæ res agatur. ¶ Etiam [q] vt iam longiùs à verbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidem: si TVVS [r] seruus nullus fuerit, & [s] omnes alieni, ac [t] mercenarij [u]: tamen & ipsi, tuæ familiæ & genere, & nomine continebuntur. ¶ Perge porrò hoc idem interdictum sequi, HOMINIBVS COACTIS [x]. Neminem coegeris: ipsi conuenerint sua sponte. certè cogit is, qui congregat homines, & conuocat. coacti sunt ij, qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati. Si non modò conuocati non sunt, sed ne conuenerunt quidem: sed ij modò fuerunt, qui etiam ad-

a l.1.fin.pr. & §.11.§.15. & sequentib. ff. de vi & vi armata.*

b d.l.1.§.12. ff.*

c Familiæ verbo qui contineantur.*

d Interdictum, vnde tu aut familia, locum habet etiamsi non familia, sed vnus ex familia tantùm deiecit.*

e L. vt ne restitutas siue tu deieceris, siue tu quisp. siue seruor. &c.

f Familiæ nomen latè patet.*

g Procuratorum nomine qui contineantur.*

h al. non quod

i fort. sed quia in hac re, cogn.

P. B.

k Procurator quis proprièdicatur.*

l Et etiam procurator ad litem, aut ad omne negotium aut ad partem negotij: aut ad res administrandas. Paul. l. sent. t. §.2.

m lib. vnic. aut tuus colon.

n L. nõ quod omnes

o l. attinet.

p al. non quod.*

q Et vt etiã longius à verbo recedat.

r Tuus seruus quis dicatur.*

s L. sed omnes alien.

t v. c. ac mercenarij.

u si mercenarius deiecerit vtile interdictum competit l. 1. §. 20. ff. vnde vi.*

x Coacti homines qui dicuntur.*

tea, non, vis vt fieret, verùm colendi, aut pascendi causa, esse in agro consueuerant: defendes, homines coactos non fuisse: & verbo quidem superabis, me ipso iudice: re autem, ne consistes quidem vllo iudice. Vim enim multitudinis restitui [a] voluerunt, non solùm conuocatæ multitudinis: sed, quia plerumque, vbi multitudine opus est, homines cogi solent, ideò de coactis compositum interdictum est: quod, etiam si verbo differre videbitur, re tamen erit vnum, & omnibus in causis idem valebit, in quibus perspicitur vna, atque eadem causa æquitatis. ¶ ARMATISQVE [b]. Quid dicimus? armatos [c], si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos, qui scutis, telisque parati, ornatique sunt. Quid igitur? si glæbis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris: iussáque sis, quem hominibus armatis deieceris, restituere: restituisse te dices? Verba si valent: si causæ non ratione, sed vocibus ponderantur: me auctore dicito. vinces profectò, non fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, quæ de terra ipsi tollerent: non esse arma cæspites, neque glæbas: non fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramum defringerent arboris: arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum. quæ qui non habuerint, eos inermeis fuisse vinces. Verùm si quidem erit armorum iudicium, tum ista dicito. iuris iudicii cùm erit, & æquitatis: caue in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia [d] delitescas. non enim reperies quemquam iudicem, aut recuperatorem, qui, tanquam si arma militis inspiciunda [e] sint, ita probet armatum: sed [f] perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, vt vim vitæ, aut corpori potuerint afferre. Atque, vt magis intelligas, quàm verba nihil valeant: ¶ Si tu solus [g], aut quiuis vnus cum scuto, cum gladio impetum in me fecisses [h], atque ego ita deiectus essem: auderésne dicere, interdictum esse de armatis HOMINIBVS, hîc autem hominem armatum vnum fuisse? Non, opinor, tam impudens esses. At qui vide, ne multo nunc sis impudentior. nam tum quidem omneis mortaleis implorare posses, quòd homines in tuo negotio Latinè loqui obliuiscerentur: quod [i] inermes armati iudicarentur: quòd, cùm interdictum esset de pluribus, commissa res esset ab vno: vnus homo plures esse homines iudicarentur. ¶ Verùm in his causis non verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa verba hæc in interdictum coniecta sunt. Vim, quæ ad caput, & ad vitam pertinet, restitui sine vlla exceptione voluerunt. Ea sit plerumque per homines coactos, armatósque: quæ si alio consilio, eodem periculo facta sit: eodem iure esse voluerunt. non enim maior est iniuria, si tua familia, quàm si tuus villicus: non si tui serui, quàm si alieni, ac [k] mercenarij: non, si tuus procurator, quàm si vicinus, aut libertus tuus: non si coactis hominibus, quàm si voluntariis, aut etiam assiduis, ac domesticis: non, si armatis, quàm [l] si inermibus, qui vim haberent armatorum ad nocendum: non si pluribus, quàm si vno armato. Quibus enim rebus plerumque vis fit, eiusmodi hæ res appellantur interdicto, si per alias res eadem facta vis est: ea, tametsi verbis interdicti non concluditur, tamen

a Pantagathus respicit.*

b al. armatisve.

c l. 3. §. armis. ff. vnde vi l. 9. ff. de rei vindicat.*

d v. c. halemunia

e l. inspiciendi

f l. sed proinde valebit.

g Interdictũ de vi hominib. armatis locum habet, etiamsi vnus seruum vi deiecerit. l. 1. §. sed quæritur. 17. ff. de vi & vi armata.*

h L. fecisset. P. B.

i L. quod armatus armati iudicatur.

k v. c. ac mercenarij.

l Inermis non videtur quin vim habet armati ad nocendum etiamsi arma nõ habeat.*

[a] *fort.* contietur.

sententia iuris, atque auctoritate rétinetur[a]. ¶Venio nunc ad illud tuum: NON DEBEO, si non siui accedere. Puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto ista sit augustior, iniquiórq. defensio, quàm si illa vterere: Non fuerunt armati: cum fustibus & saxis fuerunt. Si mehercule mihi, non copioso homini ad dicendum, optio detur, vtrum malim defendere, non esse deiectum eum, cui vi & armis ingredienti sit occursum: an, armatos non fuisse eos, qui sine scutis, ac sine ferro fuerint: omnino ad probandum, vtramque rem videam infirmam, nugatoriámque esse: ad dicendum autem, in altera videar mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos eos, qui neque ferri quidquam, neque scutum vllum habuerint: hîc verò hæream, si mihi defendendum sit, eum, qui pulsus, fugatúsque sit, non esse deiectum. Atque illud in tota defensione tua mihi maximè mirum videbatur, te dicere, *iurisconsultorum auctoritati obtemperari non*[c] *oportere* Quod ego, tametsi non nunc primùm neque in hac causa solùm audio, tamen admodum mirabar, abs te quam ob rem diceretur. nam ceteri tum ad d istam hortationem decurrunt, cùm se in causa putant habere æquum & bonum, quod defendant. si contrà verbis & litteris, & (vt dici solet) summo iure contenditur: solent[e] eiusmodi iniquitati & boni, & æqui nomen, dignitatémque opponere. Tum illud, quod [illegible] citur, * VTI S LINGVA NVNCVPASSIT, * irridentur: tum aucupia verborum, & litterarũ tendiculas in inuidiam vocant: tum voci feratur, ex æquo bono, non ex calli o, versutóque iure rem iudicari oportere: scriptum sequi, calumniatoris h esse: boni iudicis, voluntatem scriptoris, auctoritatémque defendere. In ista verò causa, cùm tu sis is, qui te verbo, litteráque defendas: cùm tuæ sint hæ partes, Vnde deiectus es? an inde, quò prohibitus es accedere? eiectus es, non deiectus. cùm tua sit hæc oratio, Fateor, me hominem coegisse: fateor, armasse: fateor, tibi mortem esse minitatum: fateor, hoc interdicto prætoris vindicari i, si voluntas & æquitas valeat: sed ego inuenio in interdicto verbum vnum, vbi delitescam: non deieci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires. In ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quòd æquitatis censeant rationem, non verbi, haberi oportere? Et hoc loco Scæuulam dixisti causam apud centumuiros non [k] tenuisse: quem ego antea commemorani, quòd l idem faceret, quod tu nunc (tametsi ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis) tamen probasse nemini quod defendit, quia verbis oppugnare æquitatem videbatur. Cùm id miror, te hoc in hac re, alieno tempore, & contrà, quàm ista causa postulasset, defendisse: tum illud vulgò in iudiciis, & nonnumquam ab ingeniosis hominibus defendi. mihi mirum videri solet, nec iurisconsultis concedi, nec iis ciuile in causis semper valere oportere. Nam qui hoc disputant, si id dicunt, non r ctè aliquid statuere eos, qui consulantur: non hoc debent dicere, iuri ciuili, sed hominibus stultis, obtemperari non oportere. sin illos rectè respondere concedunt, & aliter iudicari dicunt oportere: malè iudicari oportere dicunt. neque enim fieri potest, vt aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat: nec vt quisquam iuris numeretur peritus, qui id statuat esse ius, quod non oporteat iudicari. At est aliquando contrà iudicatum. Primùm vtrùm rectè, an perperam? si rectè: id fuit ius, quod iudicatum est. sin aliter: non dubium est, vtrùm iudices, an iurisconsulti vituperandi sint. deinde si de iure vario quippiam iudicatum est: non potiùs contra iurisconsultos statuunt, si aliter pronuntiatum est, ac Mucio placuit, quàm ex eorum auctoritate, si, vt Manilius statuebat, sic est iudicatum. Etenim ipse Crassus non ita causam apud centumuiros egit, vt contra [a] iurisconsultus diceret: sed vt hoc doceret, illud, quod Scæuula [b] defendebat, non esse iuris: & in eam rem non solùm rationes afferret, sed etiam Qu. Mucio, socero suo, multísque peritissimis hominibus auctoribus vteretur. Nam *qui* [c] *ius ciuile, contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitæque communis, qui autem interpretes iuris vituperat: si imperitos iuris esse dicit: de hominibus, non de iure ciuili detrahit. sin peritis non putat esse obtemperandum: non homines lædit, sed leges, ac iura labefactat.* Quod vobis venire in mentem profectò necesse est: *nihil* d *esse in ciuitate tam diligenter, quàm ius ciuile, retinendum etenim, hoc sublato, nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, aut quid alienum sit: nihil est, quod æquabile inter* [e] *omneis, atque vnum omnibus esse possit.* Itaque in ceteris controuersiis, atque iudiciis, cùm quæritur, aliquid fact m, nécne sit: verùm, an falsum proferatur, & fictus testis subornari solet, & f imponi falsæ tabulæ: nonnumquam, honesto, ac probabili nomine, bono viro, iudici, error obiici: improbo facultas dari, vt, cùm sciens perperam iudicarit, testamentum [g], aut tabulas secutus esse videatur. In iure nihil est eiusmodi, recuperatores: non tabulæ falsæ, non testis improbus: denique nimia ista, quæ dominatur in ciuitate, potentia, in hoc solo genere quiescit: quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quà denique digitum proferat, non habet. Illud enim potest dici iudici ab aliquo non tam verecundo homine, quàm gratioso: Iudica hoc factum esse, aut numquam esse factum, vel cogitatum: credo huic testi: has comproba tabulas. Hoc non potest: *Cui filius agnatus* h *sit, eius testamentum non esse ruptum*, iudica: *quod* i *mulier sine tutore* k *auctore promiserit, deberi.* non est aditus ad huiusmodi res neque potentiæ cuiusquam, neque gratiæ. denique, quò maius hoc, sanctiúsque videatur, ne pretio quidem corrumpi iudex in eiusmodi causa potest. Iste vester l testis, qui ausus est dicere, FERCISSE VIDERI EVM, de quo ne, cuius rei argueretur quidem, scire potuisset, ipse numquam auderet iudicare, *deberi* m *viro dotem, quam mulier nullo auctore dixisset*. O rem præclaram vosq. ob hoc retinendam, recuperatores! *Quid* o *enim est ius ciuile, quod neque insecti gratia, neque perfringi potentia, neq. adulterari pecunia possit? quod si non modò oppressum, sed etiam desertum, aut negligentius adseruatum erit: nihil est, quod quisquã sese habere certũ, aut à patre accepturũ, aut relictorũ liberis arbitretur.* Quid enim refert, ædes, aut fundum relictum

[b] *al.* inaniór-que.*

[c] L. obtemperare non op.

[d] L. ad istam orationem decurr.

[e] L. solent eiusmodi iniquitati, boni & æqui, nom. *al.* æqui, & boni nom.

[f] *Ant. August.* * *lib. vulg. habent*, quod dicitur summo iure, irridentur: *al.* quod dicitur, siue, nihil, *id est*, siue, niue. vt alludat ad sponsionum & stipulationum formulas quas ferè ordiebantur à SI SIVE, NI NIVE. *Vetus autem huius loci scriptura fuit*, quod dicitur, si veni, be irridentur.*

[g] dixi ad leges xii. tabularum titulo de pactis.*

[h] *v. c.* kalumniatoris esse:

[i] *Pantagathus* violari.

[k] *fort.* non obtinuisse: P. B.

[l] L. cùm idem faceret, quod

[a] aduersus Iurisconsultos, vide quæ Ammianus scribit. libris histor.*

[b] *lib. vulg.* Scæuola def. P. CCXCVII.

[c] Iuris ciuilis commendatio.*

[d] L. nihil enim est in ciuitate tã di.

[e] *vc.* inter omnis.

[f] L. interponi falsæ tabulæ.

[g] L. testimonium, aut t.

[h] Agnatione posthumi rũpitur testamentum *l* 3. §. 6. *ff. de iniust.* §. 1. *de exhered. lib.* sed & quasi agnatione eius qui in locum sui hæredis succedit *l. postumorum. ff. de iniust.**

[i] Promissum à muliere sine tutore auctore non debetur Cicero pro Murænа.*

[k] Erant mulieres apud veteres inperpetua tutela, si filiæ familias, in parentis si nuptæ, in virorum: si orbæ, aut inuptæ, in fratrum vel adgnatorum manu & tutela: adde Ciceronem pro Murænа Vlpianum titulo 11. in fragmentis Liuiũ 24. 5. Gell. 13.*

[l] Facula.*

[m] Dos non debetur, à muliere nullo auctore dicta.*

[n] Dicebatur dos solennibus verbis siue stipulatione. de qua re plenissimè scripsi ad l. 6. Cod. d. ex dotis promissione l. 1. de iure dotium. l. 48. l. 59. ff. de iure dot. *adde Vlpian. tit. 6.** P. B.

[o] L. Quod enim est ius ciuile, quod nèque insecti gratia, neque perfr. pot. n. adulterari pecu. possit.

Tum à patre, aut [a] aliqua ratione habere bene partum: [b] incertum sit, quæ cùm omnia tua, iure mancipij [c] sint, ea possisne retinere? si parum sit communitum ius? si ciuili, ac publica lege contra alicuius gratiam tenerid non potest? Quid, inquam, prodest, fundum habere, si, quę decentissimè descripta à maioribus iura finium, possessionum, aquarum, itinerúmque sunt, hæc pertubari aliqua ratione, commutarique possunt [e]? Mihi credite: maior hereditas venit, vnicuique [f] vestrùm in iisdem bonis, à iure, & à legibus, quàm ab iis, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. nam, vt peruenisti ad me fundus, testamento alicuius fieri potest: vt retineam quod meum factum sit, sine iure ciuili non potest. Fundus à patre relinqui potest: at vsucapio [g] fundi, hoc est finis [h] sollicitudinis, ac periculi litium, non à patre relinquitur, sed à legibus. Aquæductus, haustus, iter, actus, à patre: sed rata auctoritas harum rerum omnium à iure ciuili sumitur. *Quapropter non minus diligenter ea, quæ à maioribus accepistis, publica patrimonia iuris, quam priuatæ rei vestræ retinere debetis: non solùm quòd hæc iure ciuili sancta sunt: sed etiam quòd patrimonium vitæ [i] incommodo dimittitur. ius amitti non potest sine magno incommodo ciuitatis.* In hac ipsa causa, recuperatores, si hoc nos non obtinebimus, vi, armatis hominibus, deiectum esse eum, quem vi, armatis hominibus, pulsum, fugatúmque esse constet: Cæcina rem non amittet, quam ipsam animo forti, si tempus ita ferret, amitteret: in possessionem in [m] præsentia non restituetur: nihil amplius? populi Ro. causa, ciuitatis ius, bona fortunæ, possessionésque in dubium, incertúmque reuocabuntur [n]: vestra auctoritate hoc constituetur, hoc perscribetur: quicum tu posthac de possessione contendes, eum, si ingressum modò deieceris, in prædium restituas oportebit: sin autem ingredienti, cùm armata multitudine obuius fueris, & ita venientem repuleris, fugaris, auerteris [o]: non restitues. tum statueritis *vim* [p] *in cæde solum, non etiam in animo:* nisi *cruor appareat, vim non esse factam:* iniuriarum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deiici neminem posse. *Iuris* [q] *igitur retineri sententiam* [r], *& æquitatem plurimum valere oportere: an* [s] *verbo, ac littera ius omne torqueri, vos statuite.* recuperatores, vtrum vtilius esse videatur. Hoc loco, percommodè accidit, quòd non adest is, qui paullò antè affuit, & adesse nobis frequenter in hac causa solet, vir ornatissimus, C. Aquillius. nam ipso præsente, de virtute eius, & prudentia timidiùs dicerem, quòd & ipse pudore quodam afficeretur ex sua laude, & me similis ratio pudoris à præsentis laude tardaret. cuius auctoritati dictum est ab illa causa concedi nimiùm non oportere. Vereor, de tali viro ne plus dicam, quàm vos aut scientias, aut apud vos commemorari velitis. Quapropter hoc dicam, numquam eius auctoritatem nimiùm valere, cuius prudentiam populus Romanus in cauendo [t], non [u] in decipiendo perspexerit: *qui iuris ciuilis rationem numquam ab æquitate seiunxerit,* qui tot annos, ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promtam, ex-

[u] aliud enim cautio iurisconsulti, aliud deceptio.*

positámque præbuerit: qui ita iustus, & bonus vir est, vt natura, non disciplina consultus esse videatur: ita peritus, ac prudens, vt ex iure ciuili, non scientia solùm quædam, verùm etiam bonitas nata videatur: cuius tantum est ingenium, ita promta fides, vt, quidquid inde haurias, purum, liquidúmque te haurire sentias. Quare permagnam initis à nobis gratiam, cùm eum auctorem vestræ [a] defensionis esse dicitis: Illud [b] autem miror, cur vos aliquid contra me sentire dicatis, cùm eum auctorem vos pro me appelletis: vestrum nominetis. Verumtamen quid ait iste vester auctor? Omnibus [c], quidquid verbis actum, pronuntiatúmque sit, cónuenit. Ego ex isto genere consultorum non nominem, vt opinor, istum ipsum, quo vos auctore rem istam agere, & defensionem causæ constituere dicitis. Qui cùm istam disputationem mecum ingressus esset, non posse probari quemquam esse deiectum, nisi ex eo loco, in quo fuisset: tum, & sententiam interdicti mecum facere fatebatur: verbo me excludi dicebat: à verbo autem posse recedi non arbitrabatur. Cùm exemplis vterer multis [d], etiam illa materia [e] æquitatis, ab verbo & ab scripto, plurimis [f] sæpe in rebus ius, æqui, bonique rationem esse seiunctam: sempérque [g] id valuisse plurimùm, quòd in se auctoritatis habuisset, æquitatisque plurimum: consolatus [h] est me, & ostendit, in hac ipsa causa nihil esse, quòd laborarem. nam [i] verba ipsa sponsionis facere mecum, si vellem diligenter attendere. Quónam, inquam, modo? Quia certè, inquit deiectus est Cæcina vi, nominibus armatis, aliquo ex loco: si non ex eo loco, quem in locum venire voluit: at ex eo certè, vnde fugit. Quid tum? Prætor, inquit, interdixit, vt, *vnde* deiectus esset, eò restitueretur, hoc est, quicumque is locus esset, vnde deiectus esset. Æbutius autem, qui fatetur, aliquo ex loco deiectum esse Cæcinam, is, quo modo se restituisse dixit, necesse est male fecerit sponsionem. Quid est, Piso? placet tibi pugnare verbis? placet causam iuris, & æquitatis, & non nostræ possessionis, sed omnino possessionum omnium, constituere in verbo? Ego, quod mihi videretur, quod à maioribus factitatum, quod horum auctoritate, quibus iudicandum est, dignum esset: ostendi, id verum, id æquum, id vtile omnibus esse, spectari, quo consilio, & qua sententia, non, quibus qui[que] verbis esset actum. Tu me ad verbum vocas? non antè venio, quàm recusaro. nego oportere, nego obtineri posse, nego vllam rem esse, quæ aut comprehendi satis, aut caueri, aut excipi possit, si aut præterito aliquo verbo, aut ambiguè posito, sententia, & re cognita, non id, quod intelligitur, sed id, quod dicitur, valebit. Quoniam satis recusauí: venio iam quò vocas. quæro abs te, simne deiectus, non de Fulciniano fundo: (neque enim prætor, si ex eo fundo essem deiectus, ita me restitui iussisset [k]: sed eò, vnde deiectus, essem) fum ex proximo vicini fundo deiectus, quò adibam ad istum fundum: fum de via, fum certè alicunde, siue de priuato, siue de publico, eò restitui fum iussus. restituisse te dixisti. nego [l] me ex edicto prætoris restitutum esse. Quid ad hæc dicimus? aut tuo, quemadmo-

a L. aut aliqua alia rat.
b L. Si incertum sit, omnia, quæcumque tua iure mancipi sint, ea possi.
c Mancipiũ seu mancipatio alienationis species de qua apud Appianum *tit. rep.**
d L. teneri non possit.
e L. possint.
f L. vnicuique nostrùm in iis.
g Vsucapto finis, sollicitudinis ac periculi litis.*
h vsucapiones introductæ bono publico, ne rerum dominia diu & fere semper incerto essent. l. 1. ff. *de vsurp.**
i *al.* à periculo litium, *al.* ac periculorum.
k *fort.* priuata.
l C. cxcviii.
l. vnius incommodo amittitur.
m *al.* in præsenti non r.
n *al.* vocabuntur
o L. auerteris: restituere non debebit. Si vos hoc statueritis: statueritis, vim esse in cæde solùm, non etiã in animo, & libidine: nisi cruor appareat vim nõ esse factam, sed iniuriam tantum, ei, qui prohibitus sit nisi ex eo loc.
P. B.
p Vis est etiam sine cæde ac cruore.*
q Iuris sententia & æquitas præualere debet, neque verbo aut littera ius consortiendum.*
r *lib. vulg.* Iuris retinere sententiam.
s *al.* verbone ac littera.*
t Cautiones C. Aquilij in iure ciuili frequentes, vide l. Gallus. ff. de liberis & postumis.*

---

de vi aduersus Aebutium.

a *al.* nostræ
b L. Illud autem miror cur vos, quẽ aliquid contra me sentire prædicetis, eum pro me sentire dicatis: cur quem auctorem meum appelletis, vestrũ, &c.
c L. Quibuscunque quidquid verbis act. pron q. sit, spectari conuenit. Ego ex isto genere consultorum possum nominare nõ neminem: vt opinor, istum ipsum, &c.
d *al.* multis & omnis memoria antiquitatis.*
e *al.* me tuerer æquitate.*
f L. plurimis sæpe in reb. æqui boniq. rat.
g L. sempérque id ius valuisse plurimum.
h Respõsum Aquij pro Cæcina aduersus Aebutium.*
i Cæcinam vi ab Aebutio deiectum probat, aut sane, Cæcinã interdicto vnde vi posse agere, licet non prius deiectus sit de fundo, sed eo prohibitus.*
k L. iussisse. P. B.
l L. nego me ex interdicto pr. *al.* ex decreto pr.

dum dicitur, *gladio*: aut nostro, *defensio tua conficiatur, necesse est*. Si ad interdicti sententiam cónfugis, &, de quo fundo actum sit tum, cùm Æbutius restituere iubebatur, id [a] quærendum esse dicis, *neque æquitatem rei verbi laqueo capi putas oportere*: in meis castris, prætidiisq. versaris: mea, mea est ista defensio: ego hoc vociferor: ego omneis [b] homines, deósque testor, cùm maiores vim armatam nulla iuris defensione texerint, non vestigium eius, qui deiectus sit: sed factum illius, qui deiecerit, in iudicium venire: deiectum esse, qui fugatus sit: vim esse factam, cui periculum mortis sit iniectum [c]. Istum locum fugis, & reformidas? & me ex hoc, vt ita dicam, campo æquitatis ad istas verborum angustias, & ad omneis d litterarum angulos revocas? in iis ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. *Non deieci, sed eieci.* Peracutum hoc tibi videtur. hic est mucro defensionis tuæ. in eum ipsum causa tua incurrat, necesse est. Ego enim tibi refero, si non sum ex eo loco deiectus, quò prohibitus sum accedere: at ex eo sum deiectus, quò accessi, vnde fugi. Si prætor non distinxit locum, quo me restitui iuberet, & restitui iussit: non [e] sum ex edicto restitutus. Velim, recuperatores, hoc totum si vobis versutius, quàm mea consuetudo defendendi fert, videbitur, sic exístimetis: primùm alium, non me, excogitasse: deinde huius rationis [f] non modò non inuentorem, sed ne probatorem quidem esse me: idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensioni retulisse: me [g] posse pro meo iure dicere, neque in hac re, quam ego protuli, quæri oportere, quibus verbis prætor interdixit [h], sed de quo loco sit actum, cùm interdixit: neque in vi armatorum spectari oportere, in quo loco sit facta vis, verùm sitne facta: te verò nullo modo posse defendere, in qua re tu velis, verba spectari oportere: in qua re nolis, non oportere. Verumtamen [i] ecquid mihi respondetur ad illud, quod antea dixi, non solùm re, & sententia, sed verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum, vt nihil commutandum videretur? Attendite diligenter, quæso, recuperatores. Est enim vestri ingenij, non meam, sed maiorum prudentiam cognoscere. non enim sum id dicturus, quod ego inuenerim, sed quod illos non fugerit. Cùm de vi interdicitur, duo [k] genera causarum esse intelligebant, ad quæ interdictum pertineret: vnum, si qui ex eo loco, in quo esset: alterum, si ab eo loco, quò veniret, vi deiectus esset: & horum vtrumque, neque præterea quidquam, potest accidere, recuperatores. id adeò, si placet, considerate. Siqui meam familiam de meo fundo deiecerit, ex eo me loco deiecerit, si qui mihi prætò fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum, & me introire prohibuerit: non ex eo, sed ab eo loco me deiecerit. Ad hæc duo genera rerum, vnum verbum, quod satis declararet vtrasque res, inuenerunt: vt, siue ex fundo, siue à fundo deiectus essem, vno, atque eódem interdicto restituerer, VNDE TV. Hoc verbum, VNDE, vtrumque declarat: & ex quo loco, & à quo loco. Vnde [m] deiectus est. Cæcina? ex vrbe. Vnde deiectus Carbo? ab vrbe. Vnde deiecti Galli? à Capitolio. Vnde qui cum Graccho fuerunt? Ex Capitolio. Videtis igitur, hoc vno verbo significari res duas, & ex quo, & à quo loco. Cùm [a] autem eò restitui iubet, ita iubet vt, si Galli à maioribus nostris postularent, vt eò restituerentur, vnde deiecti essent, & aliqua vi hoc assequi possent: non, opinor, eos in cuniculum, quà aggressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret: hoc enim intelligitur. VNDE TV DEIECISTI, siue ex quo loco, siue à quo loco, EO RESTITVAS. hoc iam simplex est, in eum locum restituas: siue ex hoc loco deiecisti, restitue in hunc locum: siue ab hoc loco, restitue in eum locum, non ex quo, sed à quo deiectus est. Vt, siqui ex alto [b] cùm ad patriam accessisset, tempestate subitò reiectus [c] optaret [d], vt [e], cùm esset à patria deiectus, eò restitueretur: hoc opinor, optaret, vt, à quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam vrbem, quam petebat: sic, quoniam vim verborum necessitò similitudine rerum aucupamur, qui [f] postulat, vt, à quo loco deiectus est, hoc est, vnde deiectus est, eò restituatur. Cùm verba nos eò ducunt, tum res ipsa hoc sentire, atque intelligere cogit. Etenim, Piso, (redeo nunc ad illa principia defensionis meæ) siquis te ex ædibus tuis vi, hominibus armatis deiecerit, quid [g] agereș? opinor, hoc interdicto, quo nos vsi sumus h persequerêre. Quid? siquis i iam de foro redeuntem, armatis hominibus domum tuam te introire prohibuerit, quid [k] ageres? vterêre eodem interdicto. Cùm igitur prætor interdixerit, vnde deiectus es, vt eò restituaris: tu hoc idem, quod ego dico, & quod perspicuum est, interpretabere: cùm illud verbum, VNDE, in vtramque rem valeat, eóque tu restitui sis iussus: tam te in ædeis tuas restitui oportere, si è vestibulo, quàm si ex [l] interiore ædium parte deiectus fuisses. Vt verò iam, recuperatores, nulla dubitatio sit, siue rem, siue verba spectare vultis, quin secundum nos iudicetis, exoritur hîc iam, obrutis rebus omnibus, & perditis, illa defensio, eum deiici posse, qui tum possideat: qui non possidear, nullo modo posse, itaque si ego sim à tuis ædibus deiectus, restitui non oportere: si ipse sis, oportere. Numera, quàm multa in ista defensione falsa sint, Piso: ac primùm illud attende, te iam ex illa ratione esse depulsum, quòd negabas quemquam deiici posse, nisi qui in eo loco fuerit. nunc, qui possideat, eum, etiam si nõ fuerit in eo loco, deiici [m] posse concedis. Cur ego aut in illud quotidianum interdictum, VNDE ILLE ME VI DEIECIT, additur, Cùm ego possiderem: si deiici nemo potest, qui non possidet: aut [n] in hoc interdictum, DE HOMINIBVS ARMATIS, non additur, si oporret quæri, possiderit, nécne? Negas deiici, nisi qui possideat. Ostendo, si sine armatis, coactúsue hominibus deiectus quisquam sit, eum, qui fateatur se deiecisse, vincere [o] sponsionem, si ostendat, eum non possedisse. negas deiici, nisi qui possideat. ostendo ex hoc interdicto, DE ARMATIS HOMINIBVS, qui possit ostendere non possedisse eum, qui deiectus sit, condemnari tamen sponsionis necesse esse, si fateatur esse deiectum. Dupliciter homines deiiciuntur: aut sine coactis, armatisue hominibus, aut per eiusmodi rationem aut [p] vim. Ad duas dissimiles res duo [q] deiuncta inter-

a *al.* id quærendum disis,

b *v. c.* omnes homines,

c *fort.* inlatũ seu illatum.

d *v. c.* omnis

e L. non sum ex interdicto rest. *al.* non sum ex decreto rest.

f *al.* orationis

g L. me pro meo posse iure dicere,

h L. interdixerit, P. CCC.

i L. Verumtamen quid mihi resp.

k Interdicti vnde vi sententia duplex

l vnde & ex quo loco & à quo loco.*

m I. vnde deiectus est Cinna? ex vrbe. Vnde deiecti Pœni? ab vrbe. Vnde deiecti G. *Pannath.* Vnde deiecti Samnites. Nã *ex Samnio*, Pœni, Galli* in *al.* Cinna vrbe. Nã constat Cinnam à collega Octauio vrbe eiectum esse.

a L. Cùm autem restitui iubet: VNDE TV DEIECISTI, EO RESTITVAS. vt, si G.

b ex mari *

c Nauticum verbum, vt & illud, Relatus. *L. Cæsar. ff. de publicanis.**

d L. optaret vt vnde esset

e *al.* vt vnde esset deiectus *

f L. qui postulat vt vnde deiectus est, eo restituatur. Cum

g L. quid ageres?

h L. persequere.

i L. siquis iam

k L. quid ageres. vterêre.

l *al.* citeriore

m I. deiici posse concedis: enim, qui non possideat, negas deiici posse. Cur ego aut

n Interdicti de hominib. armatis & vnde ille me deiecit differentia.*

o L. vincere, sponsione.

p L. ac vim.

q L. duo dissuncta | *al.* deiuncta. *al.* adiecta.

interdicta sunt. In illa vi quotidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere possit, cùm posideret, tum deiectum, ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, vt nec vi, nec clàm, nec precario possederit. Itaque is, qui se restituisse dixit, magna voce sæpe conteri solet, se vi deiecisse: verùm illud addit, Non possidebat: vel etiam, cùm hoc ipsum concessit, vincit tamen sponsione, si planum facit, ab se illum aut vi, aut clàm, aut precariò possidisse. Vi deiecisse, quot defensionibus eum, qui sine armis [b], ac multitudine vim fecerit, vti posse maiores voluerunt [c]? hunc verò, qui ab iure, officio, bonis moribus ad ferrum, ad arma, ad cædem confugerit, nudum in causa, desti tutúmque videtis [d]: vt, qui armatus de possessione contendisset, inermis planè de sponsione certaret [e]. Ecquid igitur interest, Piso, inter hæc interdicta? ecquid interest, vtrùm hoc additum [f], Cùm A. Cæcina possederit, nécne? ecquid te ratio iuris, ecquid interdictorum dissimilitudo, ecquid auctoritas maiorum commonet? Si esset additum: de eo quæri oporteret. additum non est: tamen oportebit? Atque ego in hoc Cæcinam non defendo. possedit enim Cæcina, recuperatores: & id, tametsi extra causam est, percurram tametsi breui, vt non minùs hominem ipsum, quàm ius commune defensum velitis. Cetenniam possedisse [g] propter hanc usumfructum non negas. qui colonus habuit conductum de Cetennia fundum, cùm idem ex eadem conductione fuerit in fundo, dubium est, quin, si Cetennia tum possidebat, cùm erat colonus in fundo, post eius mortem heres eodem iure possederit? deinde ipse Cæcina, cùm circuiret prædia, venit in istum fundum: rationes à colono accepit. sunt in eam rem testimonia. Postea cur [i], Æbuti, de isto potius fundo, quàm de alio, si quem habes, Cæciæ denuntiabas, si Cæcina non possidebat? Ipse porrò Cæcina cur se moribus [k] deduci volebat: idque tibi de amicorum, etiam de ipsius C. Aquillij sententia respondebat? At enim Sylla legem [l] tulit. Vt nihil de illo tempore, nihil de calamitate reip. querar, hoc tibi respondeo: adscriptisse eundem Syllam in eandem legem, SI [m] QVID IVS NON ESSET ROGARI, EIVS EA LEGE NIHILVM ROGATVM. Quid [n] est, quod ius non sit, quod populus iubere, aut vetare non possit? Vt ne longiùs abeam, declarat ista adscriptio esse aliquid. nam, nisi esset, hoc in omnib. legibus non adscriberetur. Sed quæro abs te, puténe, si populus iusserit, me, tuum, aut item, te, meum seruum esse: id iussum, ratum, atque firmum futurum? Perspicis hoc nihil esse, vt [o] in ceteris, quæ rogauit. Primùm [p] illud concedis, non, quidquid populus iusserit, ratum esse oportere. deinde nihil rationis affers, quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit. nam & eodem modo de vtraque re traditum nobis est: &, si semel ciuitas adimi potest, retineri libertas non potest. Qui enim potest iure [q] Quiritum [r] liber esse is, qui in numero Quiritum non est? Atque ego hanc adolescentulus causam cùm agerem contra hominem disertissimum nostræ ciuitatis, Cottam, probaui. Cùm Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta decemuiris religionem iniecissent, non posse sacramentum [a] nostrum iustum iudicari, quod Arretinis redempta ciuitas esset, & ego vehementiùs contendissem, ciuitatem adimi non potuisse: decemuiri prima actione non [c] iudicauerunt: posteà, re quæsita, & deliberata, sacramentum [d] nostrum iustum iudicauerunt. Atque hoc, & contrà dicente Cotta, & Sylla viuo, iudicatum est. Iam verò in ceteris, vt omnes, qui in eadem causa sunt, & lege [e] agant, & suum ius persequantur, & omnes iure ciuili, sine cuiusquam aut magistratus, aut iudicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione vtantur, quid ego cõmemorem? dubium nemini vestrûm est. Certè quæri hoc solere me non præterit (vt ex me ea, quæ tibi in mentem non veniunt, audias) quemadmodum, si ciuitas adimi non possit, in colonias Latinas sæpe nostri ciues profecti sint. Aut [f] sua voluntate, aut legis multa [g] profecti sunt: quã multam si sufferre voluissent, tum manere in ciuitate potuissent. Quid? quum [h] pater patratus i dedidit: aut suus [k] pater, populúsve vendidit, quo is iure amittit ciuitatẽ? Vt religione ciuitas soluatur, ciuis Romanus traditur: qui cùm est acceptus, est eorum, quibus est deditus, si non accipiunt, vt Mancinum [m] Numantim, retinet [n] integram causam, & ius ciuitatis. Si pater vendidit [o] eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iam populus cùm [p] eum vendidit, qui miles factus non est [q], non adimit ei libertatem? idcirco, nõ esse eum liberum, qui, vt liber sit, adire periculum noluit. cùm autem in [r] censum vendit, hoc iudicat: cùm is, qui in seruitute iusta fuerit, censu liberetur, eum, qui, cùm liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatẽ abiudicasse? Quòd si maximè iisce rebus adimi libertas, aut ciuitas potest: non intelligunt qui hæc cõmemorant si per has rationes adimi maiores posse voluerunt, alio modo noluisse? Nam, vt hæc ex iure ciuili protulerunt, sic afferant velim, quibus lege aut Romana [r] ciuitas, aut libertas erepta sit. Nam quod ad [u] exilium attinet, perspicuè intelligi potest, quale sit. *Exsilium* [x] *enim, non* [y] *supplicium est, sed perfugium, portúsque supplicij*. nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum [z] vertunt: hoc est, sedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, vt apud ceteras ciuitates, maleficium vllum exilio [a] esse multatum. Sed cùm homines, vincula, neces, ignominiá q. vitant, quæ sunt legibus constitutæ: confugiunt, quasi aram, in exsilium: quasi in ciuitate legis vim subire vellent: non priùs ciuitatem, quàm vitam amitterent: quia nolunt, non adimitur his ciuitas, sed ab his relinquitur, atque deponitur. Nam, cùm ex nostro iure *duarũ ciuitatũ nemo esse possit*, tum amittitur hæc ciuitas denique, cùm is, qui profugit, receptus est in exsilium, hoc est, in aliam ciuitatem. Nõ me

a qui se restituisse dicit. P. B.

b al. armatis? qua sine armata multitudine.*

c L. voluerint: d al. videtis?

e al. certaret?

f fort. additum sit,

g L. posse deficere per colonum non negat: qui colonus habuit. cõd. de Cetennia fundũ. Cum idem, &c.

h al. per colonum non negas, qui colonus, &c.*

i L. cur tu, Aebuti,

k Moribus deduci in fidem quid, initio huius orationis dixi. P. CCCII. xi.*

l Ne Volaterrani ciues Rom. ni essent: qua lege Cæcina priuatus videtur fuisse ciuitatis: proindeq; heres Cetenniæ esse non potuisse vtpote peregrinus.*

m Similis clausula in hanc legũ adscribi solita. ad Atticum 22. & Philip. 1.*

n L. Quid est, quod rogari ius non sit, quid, quod populus, &c.

o vel. & ea terris.*

p al. Primum igitur illud concedis.*

q L. iure Quiritiũ Romanorum.*

r L. in numero Quiritium.

a Sacramentum, pecuniæ depositio ab eo qui petebat, & ab eo qui inficiabatur, de qua dictum est oratione pro Quinctio.*

b eorundem agros publicaret Sylla. t. ad Atticum 16.*

c al. iudicauerunt, id est non liquere iudicarunt.*

d Sacramentum iustum iudicare, est secundum aliquem litem dare.*

e Lege agere, est ius sum persequi.*

f In colonias deducebãtur coloni vel sponte, vel legis multa.*

g infamia.*

h L. quem pater patratus dedit, aut suus pater, populúsve vendit. quo is iure. Idem t. de oratore.*

i pater patratus fecialium princeps.*

k sane qui a patre verius eo, ciuitatem non amittit, sed simpliciter liberatur patria potestate.*

l Eos qui ad dilectum nõ respõdebant, virgis cæsos Populus Romanus vendebat Valer. 6 l. 20. comm. prædi. l. 40. §. 10. ff. de re militari.*

m Mancini Numantini dedi memini Cicero 3 officiorum in topicis loco ex notatione & 1. de Oratore & Iurisconsultus. l. vlt. ff. de legationibus. Liuius 55. & 56.*

n Imò non retinet l. 4. ff. de captiuis & postliminio reuersis nisi lege postea lata, vt sit ciuis l. vlt. ff. de legationibus.*

o L. vendit eum, q. p L. cùm eum vendit, qui q id est qui ad dilectum non respondit.* r t. incensum vendit, Incensus qui bona sua in censum non detulit. Pl. Epinomi 11. §. 11. Zonar. Halic. arnass. 4.* s abiudicare est eripere, adimere.* t al. ratione. al. rogatione.* u l. ad exsilium. x l. Exsilium ‖ Porro exsilium est vel certorum vel omnium locorum interdictio: vel incerti loci vinculum seu relegatio l. exsilium. 5. ff. de interdictis.* y Exsilium supplicium hic esse negat, quod sane Iurisconsultus pœnam esse ait, toto titulo. ff. de interdictis & legato.* z solum vertere est locum mutare.* a Li exsilio. b l. in exsilium.

præterit, recuperatores, tametsi de hoc iure multa prætereo, tamen me longiùs prolapsum esse, quàm ratio vestri iudicij postularit. Verùm id feci, non quòd vos in hac causa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed vt omnes intelligerent, *nec ademtam cuiquam ciuitatem esse, nec adimi posse*. Hoc cùm eos scire volui, quibus Sylla voluit iniuriam facere, tum omneis [a] ceteros nouos, veterésque ciueis [b] neque enim ratio afferri potest, cur, si cuiquam nouo ciui poterit adimi ciuitas, non [c] omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit. Nam ad hanc quidem causam nihil hoc pertinuisse, primùm ex eo intelligi potest, quòd vos ea de re iudicare non debetis: deinde quòd Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum [d] nexa [e], atque hereditates [f]. iubet enim eodem iure esse, quo fuerint Ariminenses: quos quis ignorat duodecim [g] coloniarum fuisse, & à [h] populo Ro. hereditates capere potuisse? Quòd si adimi ciuitas A. Cæcinæ lege potuisset, magis illam rationem tamen omnes boni quæreremus, quemadmodum spectatissimum, prudentissimúmque [i] hominem, summo consilio, summa virtute, summa auctoritate domestica præditum, leuatum iniuria, ciuem retinere possemus, quàm vti nunc, cùm de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere, quisquam exsistat, nisi tui, Sexte, similis & stultitia, & impudentia, qui huic ciuitatem ademtam esse dicat. ¶ Qui [k] quoniam, recuperatores, suum ius non deseruit, neque quicquam illius audaciæ, petulantiæque concessit, derelinquo iam communem [l] causam, populúsque R. ius in vestra fide, ac religione depono. Is homo ita se probatum vobis, vestríque similibus semper voluit, vt [m] id non minùs in hac causa laborarit: nec contenderit aliud, quàm ne ius suum dissolutè relinquere videretur: nec [n] minùs vereretur, ne contemnere Æbutium, quàm ne ab eo contemtus esse existimaretur. Quapropter siquid extra iudicium est, quod homini tribuendum sit: habetis hominem singulari pudore, virtute cognita, & spectata fide, amplissimum [o], Hetrurię nomine totius, in vtraque fortuna cognitum multis signis & virtutis, & humanitatis. Si quid in contraria parte in homine offendendum sit, habetis eum, vt nihil dicam amplius, qui se homines coegisse fateatur. Sin, hominibus remotis, de causa quæritis: cùm iudicium de vi sit: is, qui arguitur, vim se hominibus armatis fecisse fateatur: verbo se, non æquitate defendere conetur: id quoque ei verbum ipsum ereptum esse videatis: auctoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum: in iudicium non venire, vtrùm A. Cæcina possederit, nécne: tamen doceri possedisse: multo etiam minùs quæri, A P. Cæcinæ *fundus* [q] sit, nécne: me tamen idipsum docuisse, fundum esse Cæcinæ: cùm hæc ita sint, statuite quid vos tempora reip. de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis.

a *v.c.* omnis cet.
b *v.c.* ciuis.
c *al.* non omnibus antiquissimis ciuibus poss.
d *L.* eorum nexa.
e Nexum vocat ius alienandi per nexum, id est per æs & libram, Varro: Cicer. 3. de orat.*
f Hereditates vocat, ius percipiendæ hæreditatis.*
g quæ in Ital. a deductæ lege M. Liuij trib. pleb. col legæ, C. Gracchi Plutarch. Appianus: Aariminum autem non fuit inter decem colonias, sed eodem iure quo duodecim coloniæ.*
h *vel. Am. Augusti.* A. C. R. id est à ciuibus Rom.*
i *L.* pudentissimum h.
PRORATIO.
k *v.c.* quoniam, recuperatores, suum ius non deseruit, neque quicquam illius audaciæ, petulantiæque concessit,
l *al.* omitta
m *L.* vt in eo non minùs quàm in hac causa lab.
n *L.* nec minùs veritus sit, nec cons.
o *L.* amplissimum virum Etruriæ totius, in vtraque fortuna cogn.
p *L. ex Fuchsiano*, A. Cæcina fundus fit, nécne: me tamen idipsum doc. fundum esse Cæcinæ: tum h. *cet.* L. A. Cæcina, ciuis sit nécne: me tamen idipsum doc. ciuem esse Cæcinæ: cùm h.
q de fundis populis dixi in orat. pro Cornelio Balbo.

PRO L[a]. MANILIA, SEV DE IMPERATORE POMPEIO[b] deligendo, ad populum.

ORATIO DECIMATERTIA.

SYNOPSIS.

¶ Quæstio. *An Pompeius bello Asiatico, hoc est persequendo reliquiis Mithridatici, ex plebiscito (legem hic appellat Cicero suo more) C. Manilij trib. pleb. Imperator sit præficiendus.* Suasor legis seu plebiscíti *Cicero*. Dissuasores *Q. Catulus & Hortensius, viri Consulares*. Acta *in foro, Anno Ciceronis 41. vrbis 687*. Euentus, *Cura Mithridatici belli, multo maiore, quàm Lucullus habuerat, imperio, Pompeio de mandata.*

a aut potius plebiscito: lata enim hæc lex à Manilio trib. pleb. & quidem venali & alienæ potentiæ administro vt refert Velleius lib. 2.*
b Cicero in oratore perfecto, fuit ornandus in lege Manilia Pompeius.*

c EXORDIVM.*

QVAMQVAM [c] mihi semper frequens conspectus vester, multo iucundissimus, hic autem locus [d], ad agendum [e] amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique [f] maximè patuit, non mea voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ, prohibuerunt. Nam, cùm antea per ætatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem: statuerémque, nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus trãsmittendum [g] putaui. Ita neque hic locus [h], vacuus vmquam ab iis [i], qui vestram causam defenderent, & meus labor in priuatorum periculis castè, integréque versatus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cùm propter dilationem [k] comitiorum ter [l] prætor primus [m] centuriis [n] cunctis renuntiatus sum, facilè intellexi, Quirites, & quid de me iudicaretis, & quid aliis præscriberetis. Nunc cùm & auctoritatis in me tantùm sit, quantum [o] vos honoribus [p] mandatum P esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi vsu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: cer-

d Rostris.*
e Agit cum populo, qui rogat populum, quid iubeat aut vetet Gell. 13.*
f magistratui. sed & priuato data à magistratu concione.*
g *forte*, tribuendum put. *al.* transmittendi. Transmittere est ambuere.
h Romæ nemo adscendebat, nisi pro populo dicturus.*
i *subaudi* fuit.*
k Dilationes comitiorum habebantur vel si quis de cœlo seruasset, vel intercessione tr. pleb.*
l Amplificatio, Ter. primus, scilicet.*
m octo erat Prætores ætate Ciceronis. Idem in Bruto testatur fuit autem de pecuniis repetundis *pro Cluentio & Posthumo.**
n Centuriatis comitiis maiores magistratus (Cõsules, Prætores, Censores) fiebãt.*
o *L.* quantum vos, honoribus magistratibus, esse vol. *al.* quantum vos honoris mandatum esse voluistis:
p *al.* honoris: intelligit autem Ædilitatem & Prætu ram.* p *al.* mandatis, *al.* mandandi, *al.* mandandis.*

tè [q], &

a L.certè, si quid auctoritatis in me est, ea apud eos vtar: quam mihi dederunt: & si quid dicendo c.

b L. deesse nemini p.

c PROPOSITIO.*

d L. mihi nō tam cop.

ENARRATIO.*

e Sociorum nomine regesque quoquo intellegit.*

P. B.

f Mithridates relictus: Tigranes lacessitus à Lucullo.*

g L. vestra prouin. Populi autem Romani fuit testamento Nicomedis Pręfiæ nepotis *Appianus Mithridat. Florus epit.*

h Cappadociam.*

i *al.* succesſerit.*

k *Pantagathum.* paratum ad tantum belli administrandum vnum ab c.*

P. V. ni inclusa tollenda putat: antagathus.*

REPARTITIO.*

l *Sect.* Genus est igitur ei. *al.* genus est belli cuiusmodi.

m CONFIRMATIO, cuius priore parte Cicero tractat, DE GENERE BELLI.*

n *al.* Inflammare ad persequendi studium debeat.*

o *L.* debeat. r L. & subsidia belli requiretis.

p L. quib. est à vobis & ipsorum, & reip. causa c. t delenda vobis est illa u L. qui vno ju die. x hoc est intra tricesimam: Appianus in Mithridatico: Plutarchus in Sylla: 9. Valer. 2. Augustin. de ciuitate 22. 3. Flo. 5. Plin. de viris illustribus c. 76.* y 150000. ejusum hoc edicto necati & interfecti Plutarchus *in Sylla.* vel 80000. vt Valerius notat 9. c. 2.* z Cappadocia, gentium vniuersarum quæ Pontum accolunt, vna maximè introrsus recidit. vnde Cappadocum solitudo dicitur 2. in Rullum.* a Sulla & eius legatis Murœna.*

tē a, & si quid etiam dicendo consequi possum, iis ostendā potissimùm, qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum esse cē serunt. Atque illud in primis mihi lætandū iure esse video, q; in hac insolita mihi ex hoc loco ratiōe dicēdi, causa talis oblata est in qua oratio neminibdeesse potest. ¶ Dicēdum c est enim de Cn. Pompeii singulari, eximiáque virtute: huius autē orationis difficilius est exitum, quàm principiū inuenire. Itaque nondmihi tam copia, quàm modus in dicendo quærēdus est. ¶ Atque, e vt inde oratio mea proficiscatur, vnde hæc omnis causa ducitur: bellū graue, & periculosum vestris vectigalibus, a que socijs f, à duobus potentissimis regib. infertur, Mithridate, & Tigrane: quorum alter g relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupādam Asiam oblatā esse arbitratur. Equitibus Romanis honestissimis viris, afferuntur ex Asia quotidie litterę quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus exercendis occupatæ: qui ad me pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine causam reip. periculáque rerum suarū detulerunt: Bithyniæ, quæ nūc nostrā h prouincia est, vicos exustos esse complures: regnū Ariobarzanis, quod finitimū est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate: Lucullum magnis rebus gestis, ab eo bello discedere: huic qui succurrerit k non satis esse paratum l ad tantum bellum administrandum: vnum ab omnibus sociis, & ciuibus ad m id bellum imperatorem depoci, atque expeti: eundem hunc vnum ab hostibus metui, præterea neminé. ¶ Causa quæ sit, videtis: nunc n quid agendum sit, cōsiderate. Trimum mihi videtur de genere belli: d, inde de magnitudine: tum de imperatore deligendo esse dicendum. ¶ Genus o est enim ciusmodi, quod maximè vestros animos excitare, atque inflāmare p debet q: in quo agitur populi R. gloria quæ vobis à maioribus cūm magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorū, atque amicorū, pro qua multa maiores vestri magna, & grauia bella gesserunt: aguntur certissima populi R. vectigalia, & maxima: quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia r belli frustra requiretis: aguntur bona multorum ciuiū m, quibus is est & à vobis, & ab imperatoribus reipub. consulendum. Et quoniam *semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atque auidi laudis fuistis*, delenda t est vobis illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta: quæ penitus iā insedit, atque inuetrauit in populi R. nomine: quòd is *quibus nō dici, tota Asia, tot ciuitatibus, una nunctio, atque vna litterarū significatione ciuiū Romanorum uno die necandos, trucidandosque denotauit*, non modò adhuc pœnam nullam suo dignā scelere suscepit, sed ab illo tēpore annum iam tertium, & vicesimum regnat: & ita regnat, vt se non Ponto, neque Cappadociæ latebris z occultare velit, sed emergere è patrio regno, atq. in vestris vectigalibus, hoc est, in Asiæ luce versari. Etenim adhuc ita vestri cū illo rege cōtenderūt imperatores a, vt

ab illo insignia victoriæ, non victoriā reportarent. Triumphauit L. Sylla, triūphauit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri, & ūmi imperatores: sed ita triumpharunt, vt ille pulsus, superatúsq. regnaret. Veruntamē illis imperatoribus laus est tribuenda, quòd egerūt: venia danda, quòd reliquerūt: propter rea quòd ab eo bello Syllam in Italiam resp. Murenam Sylla reuocauit. Mithridates autem omne reliquum tempus, non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem nouī cō tulit: qui posteàquā maximas ædificasset, ornasset que classeis, exercitúq; permagnos, qui busicumque ex gentibus potuisset, cōparasset, Bosphoranis b, finitimis suis, bellum inferre fi mulasset: vsque c in Hispaniam legatos d Ecbatanis e missit ad eos duces, f quibuscū tum bellum gerebamus: vt, cūm duobus in locis disiū ctissimis, maximéque diuersis, vno consilio, ab g vnis hostium copijs bellum terra, mariq. gereretur, vos ancipiti contentione distracti, inde imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ, atque Hispaniē sis, quæ multo plus firmamenti, ac roboris habebat, Cn. Pōpeij diuino cōsilio, ac singulari virtute di pulsum est: in altera parte ita res à L. Lucullo, summo viro, est administrata, vt initia illa gestarum rerum magna, atque præclara, non felicitati eius, sed virtuti: hæc autē extrema, quæ nuper acciderunt, nō culpę, sed fortunæ tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, vt neq. vera laus, ei detracta oratione nostra, neque falsa, afficta esse videatur. Sed pro vestri imperij dignitate, atq. gloria, quoniam is est exorsus orationis meæ, videte, quē vobis animū suscipiendū puteris. Maiores i vestri fœpe, mercatoribus, acknauiculatoribus iniurio siùs tractatis, bella gesserunt, vos tot ciuiū R. millibus vno nuntio, atq. vno tēpore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati q l erant appellati m superbiùs, Corinthum patres vestri, totius Græciæ lumē, exstinctū esse voluerunt: vos eum regem inultū esse patiē mini, qui legatū populi R. cōsularē, vinculis, n ac verberibus, atque omni supplicio excruciatū necauit? Illi libertatē ciuium R. immunitatem nō tulerunt: vos vitā ereptam negligetis? Ius legationis verbo violatū illi o persecuti sunt: vos legatū p populi R. omni supplicio interfectum, inultum relinquetis? Videte, ne, vt illis pulcherrimum fuit, tātam vobis imperij gloriā relinquere: q sic vobis turpissimum sit r, illud, quod accepistis, tueri, & conseruare non possē. Quid, quòd salus f sociorum summum in periculum, ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes, rex, t socius u populi Ro. atque amicus: imminent duo reges toti Asiæ, non solùm vobis inimicissimi, sed etiā vestris sociis, atque x amicis: ciuitates autem omnes, cuncta Asia, atque Græcia vestrū auxilium exspectare, propter periculi magnitudinem, coguntur: imperatorem à vobis certum depoſcere, cūm præsertim vos alium miseritis, neque audent, neque se id facere summo sine periculo posse arbitrentur. vident, & sentiunt hoc idem, quod & vos, vnū

a *L.* reportarunt. P. B.

b L. Bosporanis. *al.* & so Bosphoranis finitimis suis *&c.**

c L. vsque in Hispaniam legatos, ac litteras misit ad d Magium & Fannium.*

e *al.* ex Albanis. *al.* ac litteras misit *&c.**

f Sertorij.*

g L. à binis hostium copijs bell. *al.* ab vnius hostis copijs.*

h L. nostrīti

i Belli inferendi causæ, Idē Verrina de supplic.*

k L. ac nauicularijs *inf.* *Cicero 1. offic. & 2. Arat. Ephem. Liuij 51. 52. Iustin. 24. 5. Valer. 7. Plinius 1. de viris illustrib. Rutil. lib. 3. 2. Flor. 16. 12. Pli. 35.**

m Pulsoti *Liuius & Asconius* lordibus in eos iniectis Strab.*

n *al.* vinclis.

o *al.* illi bello persecuti sunt.

p M. Aquilius qui seruos in Sicilia deuicerat, Consul cum Mario,* q *v.c.* tradere.

r L. id quod acc. P. VI.

s pater eius quem Pompeius postea restituit.*

t In argento Ariobarzanis numismate inscriptum, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. Regibus porro à senatu appellatis mos hic fuit, à senatu donum mitti, coronam & pateram auream, sellam curulem, eburneū scipionē, togam prætextam, tunicam palmatam, *Halicarnass. Liuius, Appianus, Tacitus.* In ęreis verò re sellam ponebant, & custodiæ causa turmam equitum habebant. *Sallust in Iugurth. Plutarchus in Pompeio.* Appellatum socium ab imperatore Romano, cui Imperator in tribunali ac sella collocabat. 5. *Valer 7.* u socij nomen non nisi pro magnis erga se regum meritis P. Romanus dabat. *Liuius 35: Cæsar 1. belli Gallici.** x *al.* expetere.

virum esse, in quo summa sint omnia, & cum propè esse[a], (quo etiã caret ægriùs:) cuius aduẽtum ipso, atq. nomine, tametsi ille ad mariti mũ bellũ venerit, tamen impetus hostiũ repressos esse intelligũt, ac retardatos. Hi vos, quoniã libere loqui nõ licet, facere rogãt, vt se quoq; sicut ceterarũ prouinciarũ socios, dignos existimetis, quorũ salutem tali viro cõmendetis. atq. hoc etiã magis, quàm ceteros, q. eiusmodi in[b] prouinciam homines cũ imperio mittimus, vt, etiã si ab hoste defendãt, tamen ipsorũ aduentus in vrbeis sociorũ, nõ multũ ab hostili expugnatione differãt. Hũc audiebant anteà, nunc presentẽ videt, tãta tẽperantia, tanta manſuetudine, tãta humanitate vti ibi[c] ſtiſſimi eſſe videãtur apud quos ille diutiſſimè commoratur[d]. Quare ſi propter ſocios, d nulla ipſi iniuria laceſſiti, maiores veſtri cũ Antiocho, cũ Philippo, cum Ætolis, cũ Pœnis bella geſſerunt: quanto vos ſtudio cõuenit iniuriis prouocatos, ſociorũ ſaluti vnà cum imperij veſtri dignitate defendere, præſertim[e] cùm de veſtris maximis vectigalibus agatur? Nam ceterarũ prouinciarũ vectigalia Quirites, tanta ſunt, vt iis ad ipſas prouincias tutandas vix cõtenti eſſe poſſimus: Aſia verò tam opima eſt, & fertilis vt & vberitate agrorum, & varietate fructuũ, & magnitudine pactionis, & multitudine earum rerum, quæ exportãtur, facile omnibus terris antecellat. Itaque hęc vobis prouincia, Quirites, ſi & belli vtilitatem[f], & pacis dignitatẽ ſuſtinere hvul tis, non modò à calamitate, ſed etiam à metu calamitatis eſt defendenda. Nam i *ceteris in rebus, cum venit calamitas tum detrimentum accipitur, at in vectigalibus nõ ſolum aduẽtus malis ſed etiam metus ipſe affert calamitatem.* Nam cùm hoſtiũ copię non longè abſunt, etiam k ſi irruptio facta nulla ſit, tamẽ pecora relinquũtur, agricultura deſeritur, mercatorũ nauigatio conquieſcit. ita neq. ex portu, neque ex decumis, neque ex ſcriptura vectigal cõſeruari poteſt. Quare ſępe totius anni fructũ vno rumore periculi, atq. vno belli terrore, ămittitur. Quo tandẽ animo eſſe exiſtimatis aut eos qui vectigalia vobis penſitãt, aut eos, qui exercẽt, atq. exigũt, cùm duo reges cum maximis copiis prope adſint? cùm vna excurſio equitatus, perbreui tẽpore totius anni vectigal auferre poſſit? cũ publicani [m]familias maximas, quas [n]in ſalinis habent, quas in agris, quas in portubus atq. cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitrentur? Putatiſne vos illis rebus frui poſſe, niſi eos, qui vobis fructuoſi[o] ſunt, conſeruaueritis, nõ ſolũ (vt antea dixi) calamitate, ſed etiã calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidẽ vobis negligendũ eſt, quod mihi ego extremũ propoſuerã, cùm eſſem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona ciuium Ro. pertinet: quorum vobis pro veſtra ſapientia, Quirites habendaeſt ratio diligenter. Nã & publicani, homines p & honeſtiſſimi, & ornatiſſimi, ſuas rationes, & copias in illã prouinciam cõtulerunt: quorum ipſorum per ſe res & fortunę curæ vobis eſſe debent. *etenim ſi vectigalia q, nervos eſſe reip. ſemper diximus* cum certè ordinem, qui exercet illa, firmamentum ceterorũ ordinũ recte eſſe dicem[r]. Deinde ceteris ex ordinib. homines naui, & induſtrij partim in Aſia negotiantur, quibus vos abſentibus cõſulere debetis: partim ſuas, & ſuorum in ea prouincia pecunias magnas collocatas habẽt. Erit igitur humanitatis veſtræ, magnũ eorum ciuiũ numerum calamitate prohibere: ſapientis e, videre, multorum ciuiũ calamitatẽ à rep. ſeiunẽtã eſſe nõ poſſe. Etenim illud primùm parui refert, vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria recuperare[a]. neq. enim illidẽ redimẽdi facultas erit, propter calamitatẽ, neq. aliis voluntas, propter timorẽ. deinde[b] q, nos ẽadẽ Aſia atq. i lẽ iſte Mithridates initio belli Aſiatici docuit[c], id quod certè calamitate docti i memoria retinere debemus. Nã tum, cùm in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus, Romæ ſolutione impedita, fidem concidiſſe. *Nõ enim poſſunt vna in ciuitate multi rẽ, atq. fortunas amittere, vt non plures ſecũ in eandẽ calamitatem trahant.* A quo periculo prohibete rẽp. & mihi credite, id quo i ipſi videtis. hæc fides, atq. hęc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cũ illis pecuniis Aſiaticis, & cohæret. *quere illa nõ poſſunt, vt hæc nõ eodem labefactata motu cõcidãt.* Quare videte, nũ dubitandũ vobis ſit, omni ſtudio ad id bellũ incũbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorũ ciuiũd cum rep. defenduntur. ¶ *Quoniã e de genere belli dixi nunc, de magnitudine pauca dicã.* Poteſt enim hoc dici: belli genus eſſe ita neceſſariũ, vt ſit gerendũ: nõ eſſe ita magnũ, vt ſit pertimeſcẽdũ. In quo maximè laboran f ũ eſt, nefforte à vobis quæ diligẽtiſſimè prouidẽda ſunt, contẽnenda eſſe videãtur. Atq. vt omnes intelligãt, me L. Lucullo tantũ impertiri laudis, quãtũ fortiſſimo viro, & ſapiẽtiſſimo[g] homini, & magno imperatori debeatur: dico, eius aduentu maximas Mithridatis copias omnibus telis ornatas, atq. inſtructas, eſſe deletas: vrbemq. [h]Aſiæ clariſſimã, nobiſq. amiciſſimã, Cyzicenorũ, obſeſſam ab ipſo rege magna multitudine, & oppugnatã vehementiſſimè, L. Lucullũ virtute, aſſiduitate, conſilio, ſummis ol ſidionis periculi's liberatam: ab eodẽ imperatore claſſem magnã, & ornatã, quę ducibus Sertorianis ad Italiã ſtudio inflãmato rapieretur. ſuperatã eſſe, atq. depreſſam: magnas hoſtiũ prætereà copias multis prœliis eſſe deletas: parefactúmq. noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante populo R. ex omni aditu clauſus[i] eſſet: Sinopen [k], atq. Amiſum [l], quibus in oppidis erãt domicilia regis, omnib. rebus ornata[m], atq. referta, ceteráſq. vrbeis Põti, & Cappadociæ permultas, vno aditu, atq. aduentu eſſe capras: regẽ ſpoliatum regno patrio, atq. auito, ad alios ſe reges, atque alias gẽteis ſupplicẽ cõtuliſſe: atq. hæc omnia, ſaluis populi R. ſociis, atq. integris vectigalibus, eſſe geſta. Satis opinor hoc eſſe laudis: atq. ita [n]reputo, vt hoc e vos intelligatis, à nullo iſtorum, qui huic obtrectãt legi, atq. cauſæ, L. Lucullum ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatũ. Requiretur fortaſſe nũc, quemadmodũ, cùm hæc ita ſint, reliquũ poſſit eſſe magnũ bellum. Cognoſcite, Quirites. nõ enim ſine cauſa queri videtur. [o]Priamũ ex ſuo regno ſic Mithridates profũgiſſe, vt ex eodem Ponto Medẽa illa quondã profugiſſe dicitur: quã [p]prædicant in fuga, fratris ſui P membra in iis locis, quà ſe parens q perſequereturr, diſſipauiſſe, vt eorum collectio diſcutiã, mærórque patrius, celeritatem perſequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens, maximam vim auri, atque argenti, pulcher-

a *al.* recipere.*
b L. deinde, quod n.
c L. docuit, i quidẽ cermemoria calamitate docti
d *al.* ciuium coniunctæ, cum Republica defenduntur.*
e CONFIRMATIONIS pars ſecunda in qua agit de MAGNITVDINE BELLI.*
f L. ne forte vobis quæ
g *fort.* fortiſſimo viro.
h *al.* ſapiẽti*
i L. clauſus erat:
k Vide Appianum in Mithridaticis.*
l Strabonẽ.*
m *al.* ornatas atque refertas.
n *al.* id repeto.*
o Fabulã de Medea. *vide apud Ciceronẽ de Nat. deor. Ouid. 7. Metamorpho. Apollonium 4. Argonautic.**
p Abſyrti vel Aegialei*
q Antas rex Colchorum*

pulcherrimarúmque rerum omnium, quas[a] & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas[b], in suum regnũ cõgesserat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse è manibus effugit. Ita illum ih persequendi studio mœror, hos lætitia retardauit. Hunc in illo timore, & fuga Tigranes, rex Armenius excepit: diffidentémque rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditúmque recreauit. cuius in regnum posteaquàm L. Lucullus cum exercitu venit: plures etiam gentes contra imperatorem nostrum conciatæ sunt. Erat enim metus iniectus iis nationib., quas numquã populus R. neque[c] lacessendas bello, neque tentãdas putauit. erat enim alia grauis, atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararũ peruaserat, fanid locupletissimi, & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrum exercitum esse adductũ. Ita nationes multæ, atque magnæ nouo quo iam terrore, ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi vrbẽ ex[e] Tigranis regno cœperat, & cæteris vsus erat secundis, tamen nimia lõginquitate locorũ, ac desiderio suorum commouebatur. Hic iam plura non dicam. fuit enim illud extremũ, vt ex iis locis à militib. nostris reditus magis maturus, quàm processus lõgior quæreretur. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat, & eorum, qui se ex eius regno collegerant, & magnis aduentitiis multorum regũ, & nationũ copiis iuuabatur. *Hæc iam fere sic fieri solere accepimus, vt regum afflicta fortuna facile multorum opes alliciant ad misericordiam, maximéque eorum, qui aut reges sunt, aut tamen in regno, quod regale tu nomen, magnum & sanctum esse videatur.* Itaque tantũ victus efficere potuit, quantum incolumis nũquam est ausus optare. Nam cùm se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, vt eam, posteaquàm pulsus erat, terram, vmquam attingeret: sed in exercitũ vestrum, clarum, atque victorem, impetum fecit. *Simite hoc loco, Quirites, ea, quæ à poetis scripta sunt, qui reges Romanos scribunt) præterire me nostram calamitatem:* quæ tanta fuit, vt eam ad aureis L. Luculli *non ex prælio nuntius*, sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, grauissimáq. belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, quòd *imperij diuturnitati modum statuendum, veteri exemplo putauisti*, partem militum, qui iam stipendiis confectis erant, dimisit, partem Glabrioni tradidit. Multa præterea consulcò: sed ea vos cõiectura perspiciris, quantum illud bellum futurum putetis, quod coniungant reges potentissimi, renouent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes, nouus imperator vester accipiat, veteres expulso exercitu. ¶ Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset, genere ipso necessariũ, magnitudine periculosum. Restat, vt *de imperatore ad id bellum deligendo*, ac tantis rebus præficiendo, dicendum esse videatur. Vtinam, Quirites, virorum fortium, atque innocẽtium copiam tantam haberetis, vt hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimùm rãtis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc verò cùm sit vnus Cn. Pompeius, qui non modò eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit: quæ res est, quæ cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? Ego enim sic existimo, in summo imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiã rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior[a] vmquam aut fuit, aut esse debuit? qui è ludo, atque[b] pueritiæ disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est? qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris? ineunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator? qui sæpius cũ hoste conflixit, quàm quisquã cum inimico cõcertauit? plura bella gessit, quã ceteri legerunt? pluribus prouincias cõfecit, quàm alij concupiuerunt? cuius adolescentia ad scientiã rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionib. belli, sed victoriis: nõ stipendiis, sed triũphis est[c] traducta? Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reip.? Ciuile[d], Africanũ[e], Transalpinũ[f], Hispaniense[g], mistũ ex ciuitatibus, atque ex bellicosissimis nationibus[h], seruile[i], nauale, bellũ, varia & diuersa genera, & bellorũ, & hostium, non solùm gesta ab hoc vno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant, in vita militari positã, quæ huius viri scientiã fugere possit. ¶ Iã verò virtutis Cn. Pompeij, quæ potest par oratio inueniri? quid est, quod quisquam aut dignum illo, aut vobis nouum, aut cuiquam inauditũ possit afferre? Non[m] enim illa sunt solæ virtutes imperatoriæ, quæ vulgò existimantur, *labor[n] in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in confiendo, consilium in prouidendo*: quæ tanta sunt in hoc vno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audiuimus, aut non fuerunt. Testis est Italia, quam ille ipse victor, L. Sylla, huius[o] virtute, & consilio[p] confessus est liberatam. testis est Sicilia, quã multis vndique cinctã periculis, non terrore belli, sed celeritate consilij, explicauit. testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, orũ ipsorum sanguine rẽ dũdauit. testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter, Gallorum[q] interneciõe patefactum est. testis est Hispania, quæ iæpissimè plurimos hosteis ab hoc superatos, prostratósque conspexit. testis est iterum & iæpius Italia, quę cùm seruili bello tætro, periculosóque premeretur, ab hoc auxiliũ absente expetiuit. quod bellum expectatione Pompeij attenuatum, atque imminutum est: aduentu sublatum, ac sepultũ. testes verò iam omnes orę, atque omnes exterę gentes, ac nationes: denique maria omnia, tum vniuersa, tum in singulis oris omnes sinus, atque portus. Quis enim toto mari locus, per hos annos, aut tam firmum habuit præsidium, vt tutus esse[r] aut tam fuit abditus, vt lateret? Quis nauigauit, qui non se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret, cùm aut hyeme, aut reiecto prædonum mari nauigaret[s]? Hoc tãtum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late diffusum, atque dispersum, quis vnquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus vno anno, aut omnibus annis ab vno imperatore confici posse? Quam prouinciam tenuissis à prædonibus liberam per hosce annos? quod

a L. quas à maioribus

b al. direptas,

c L. neque bello lacessẽ dari, neq.

d Fanum Cumarum vbi bis P. B. intelligit quod a Murena impulsu Archelai spoliatum.*

e Tigrano certam.*

f v.r. & magnis aduentitiis auxiliis multorum regum, & nationum iuuabatur.

g L. cùm se in regnũ suũ recepisset, v. h L. vt illam post.

i L. nosterum

k Mos poetarum in occultandis suorum cladib.*

l Ennius Punicum primũ: Ennius, secundum.*

m Prouerbij speciem.*

n L. in illo ipso

o al qui.*

p sic Manerc uis Acilius apud Liuium 4. Maxima libertatis P. Romani custodia, si magna imperia diuturna non essent: & rem portis modus imponeretur, quibus iuris imponi non posset. Liuius.*

q Fimbriano. P. IX. norum Plutarchus.*

r fort. emeritis.

s successor, sed t. quarum illud bellum factum putetis, q.

t L. vetere pulso exercitu. CONFIRMATIONIS pars tertia in qua tractat DE IMPERATORE ad id bellum deligendo. Commendat autẽ hæc in parte in Pompeio belli peritiã, virtutẽ, auctoritatem, fœlicitatem.*

a fort. rei militaris scientior. | Peritia rei militaris in Pompeio.*

b L. atque è pueritia d.

c L. & erudita? & ita v.r. cum Cinna & Carbone.*

d cum Co. Domitio.*

e cũ Gallis.*

f cum Sertorio.*

g Germanis & Gallis.*

h L. seruile, nauale: varia & diuersa genera, & bellorum, & hostiũ &c. & ita v.r. cum Spartaco.*

i cum piratis.*

k Virtus Pompeij.*

l Neque enim.

m adde excepta ex Verrina 5.*

n L. huius virtute, & subsidio confessi.

o al. subsidio

p L. Galloru interitione al. interneciõne. al. interitione. Lambinus 2. ad Attic. 20. intercessione vel interemptione al. intentione.*

q

r lib. vsq. naugaretur?

s

vectigal vobis tutum fuit? quem ſociũ defendiſtis, cui preſidio, claſſib. veſtris, fuiſtis? quàm multas exiſtimatis inſulas eſſe deſertas? quã multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas vrbeis eſſe ſociorum? Sed quid ego lõginqua commemoro? *fuit hoc quondam, fuit proprium populi R. longè à domo bellare, & propugnaculis imperij ſociorum fortunas, non ſua tecta defendere.* Sociisveſtris ego mare clauſum poſſe hoſce annos dicam fuiſſe, cùm exercitus noſtri Brũdiſio [a] numquam, niſi ſumma hieme trãſmiſerint? Quid, ad nos, cùm ab exteris nationibus venirent, captos querar, cùm legati populi R. redẽti ſint? mercatoribus tutũ mare non fuiſſe dicam, cùm duodecim fecures [b] in prædonum poteſtatem peruenerint? Quid aut Colophonem aut Samũ, nobiliſſimas vrbeis, innumerabile eſſeque alias, captas eſſe cõmemorem, cũ veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis, ind prædonum fuiſſe poteſtate ſciatis? An verò ignoratis, portum Caietę celeberrimũ, atque pleniſſimum nauium, inſpectante prætore, à prædonibus eſſe direptũ? Ex Miſeno autẽ, eius ipſius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat, à prædonibus eſſe ſublatos? Nã quid ego Oſtienſe [c] incommodũ, atq. illam labem, atque ignominiam reip. querar, cùm, propè inſpectantibus vobis, claſſis ea, cui conſul populi R. præpoſitus eſſet, à prędonib. capta, atque oppreſſa [f] eſt? Ptò dij immortales! tantámne vnius hominis incredibilis, ac diuina virtus tam breui tempore lucem [h] afferre reip. potuit, vt vos, qui modò ante oſtiũ Tiberinum claſſem hoſtium videbatis, ij nũc nullam intra [i] Oceani oſtium [k] prædonum nauem eſſe audiatis? Atque hæc, qua celerita te geſta ſint, quanquam videtis, tamen à me in dicendo prætereũda non ſunt. Quis enim vnquã, aut obeundi negotij, aut conſequendi quęſtus iudicio, tam breui tẽpore, tot loca adire, tantos curſus cõficere potuit, quàm celeriter Cn. Pompeio duce [l], belli impetus nauigauit, qui [m] Siciliam adiit, Africam explorauit? inde Sardiniam cũ claſſe venit, nondũ [n] tempeſtiuo ad nauigandum mari: atque hæc tria [o] frumẽtaria ſubſidia reip. firmiſſimis præſidiis, claſſibúſque munauit. Inde, ſe cùm in Italiam recepiſſet, duabus Hiſpaniis in Gallia Ciſalpina præſidiis, ac nauib. cõfirmata, miſſis item in orã Illyrici maris, & in Achaiam, omnémque Græciam nauibus, Italiæ duo maria maximis claſſibus, firmiſſimíſque præſidiis adornauit: ipſe autem, vt à Brundiſio profectus eſt, vndequinquageſimo [p] die totam ad imperium populi R. Ciliciã adiunxit: omnes qui vbique prædones fuerunt, partim capti, interfecti ſq. ſunt, partim [q] vnius huius imperio, ac poteſtati ſe dediderunt. Idem Cretenſibus, cùm ad eum vſque in Pamphyliam legatos, deprecatoréſq. miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſidéſque [r] imperauit. Ita tantũ bellum, tã diuturnum, tam lõgè, latéq. diſperſum, quo bello omnes gẽtes, ac nationes premebantur, Cn. Põpeius extrema [s] hieme apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit. Eſt hæc diuina, atq. incredibilis virtus imperatoris. quid ceterę, quas paullò antè cõmemorare cœperã, quãtæ [t], atque quàm multæ ſunt? non enim ſolùm bellandi virtus in ſummo, atque perfecto imperatore quærẽda eſt: ſed multæ ſunt artes eximiæ, huius adminiſtræ, comitéſq. virtutis. Ac primùm, *quanta [a] innocentia debent eſſe imperatores! quanta deinde in omnibus rebus temperantia [b]! quanta fide! quanta facilitate! quanto ingenio! quanta humanitate!* Quæ breuiter, quàlia [c] ſint in Cn. Pompeio, conſideremus, ſumma enim omnia ſunt, Quirites: ſed ea magis ex aliorũ contẽtione, quàm ipſa per ſeſe cognoſci, atq. intelligi poſſunt. Quẽ [d] enim poſſumus imperatorẽ aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneãt cẽturiatus, atque venierint? quid hunc hominem magnũ, aut amplũ de repub. cogitare, qui pecuniã ex ærario deprompſerit ad bellũ adminiſtrandũ aut propter cupiditatẽ prouinciæ magiſtratibus [e] diuiſerit, aut propter auaritiã Romæ in quæſtu reliquerit? Veſtra admurmuratio facit, Quirites, vt agnoſcere videamini, qui hęc fecerint. ego autẽ neminẽ nomino. quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui antè de ſe voluerit cõfiteri. Itaq. propter hanc auaritiã imperatorũ quantas calamitates, quocumque ventum ſit, noſtri exercitus ferãt [g], quis ignorat? Itinera quæ per hoſce annos in Italia per agros, arq. oppida ciuiũ Ro. noſtri imperatores fecerũt, recordamini. tũ facilius ſtatuetis, quid apud exteras nationes fieri exiſtimetis. Vtrùm plureis arbitramini per hoſce annos militũ veſtrorum armis hoſtiũ vrbeis, an hibernis, ſociorũ ciuitates eſſe deletas? Neq. enim poteſt exercitũ is cõtinere imperator, quĩ [h] ſe ipſum non continet: neque ſeuerus eſſe in iudicando, qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices non vult. Hic miramur, hũc hominem tantũ excellere i ceteris, cuius legiones ſic in Aſiam i peruenerũt, vt non modò manus tãti exercitus, ſed ne veſtigiũ quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur? Iam verò, quem admodum mulites hibernent, quotidie ſermones, ac litteræ perferuntur. non modò, vt ſumtum faciat in militem, nemini vis affertur: ſed ne cupienti quidem vnquam permittitur. *hiemis enim, non auaritiæ perfugium maiores noſtri in ſociorum, atque amicorum tecta eſſe voluerunt.* Age k verò ceteris in rebus quali l ſit temperantia, conſideremus. Vnde illam tantam celeritatem, & tam incredibilem curſum initum [m] putatis? non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui noui, tam celeriter in vltimas terras pertulerunt: ſed [n] hæ res, quæ ceteros remorati ſolent, non retardarũt: non auaritia ab inſtituto curſu ad prædã aliquam reuocauit [o], non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, nõ denique labor ipſe ad quietem. poſtremò ſigna, & tabulas, ceteráque ornamẽta Græcorum oppidorum, quæ ceteri tollenda eſſe, arbitrãtur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimauit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium, ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed *de cælo delapſum*, intuentur: nunc deniq. incipiũt credere, fuiſſe homines Romanos hac quondam abſtinentia: quod iã nationibus exteris incredibile, ac falſò memoriæ proditum videbatur. nunc imperij noſtri [p] ſplendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, nõ ſine causa maiores ſuos tũ, cùm hæc tẽperantia magiſtratus habebamus, ſeruire populo Ro. quàm imperare aliis, maluiſſe. Iam verò ita faciles aditus ad eũ priuatorum, ita liberę querimoniæ de

a *al.* i. Brundiſion.

b duos Prætores Sextilium & Bilinũquib. ſingulis ſex faſces: & ita iũctis xxii. faſces efficiunt. *Plutarchus.*

c L. peruenerint? Quidnam aut Coloph.

d L. in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis? ita legitur apud Gellium l. c. 7.

e Oſtia naualе vrbis Rom. *Strab. lib.* 5.

f *al.* deprehẽſa eſt. *al.* deprecſa.*

g *al.* tantáve.*

h eõis:

i L. Intra Oceanum prædon. *al.* intra Oceanum hoſtium n.

k fretũ Herculeum.*

l L. duce, tãti belli imp. *al.* qui non dum tempeſtiuo ad nauigandum mari, Siciliã adiit, Africam explorauit: *Orſ.* vt hæc verba nondũ tempeſtiuo ad nauigandũ mari, quæ ſequũtur huc reuocentur.*

m Mari enim & nauigando tempeſtiuũ ac ſuũ tempus*

o Siciliã, Africam, Sardiniam.*

p Celeritas belli confecti.*

q L. partim vnius hominis imp.

r Mos fuit victis, vt ſæpius, obſides imperare*

s Celeritatis in bello exẽplum.

t L. quantæ, quàm multæ ſunt.

a Imperatoris virtutes*

b L. temperãtia? quanta facilitate? quã to conſilio? quanto ingenio? quanta fide? quanta humanitate? Quæ br.

c L. quanæ ſint.

d Innocentia Pompeij imperatoris*

e *al.* magiſtris.*

f L. ego autem nominẽ neminem.

g *al.* adferãt*

P. B.

h L. qui ſe ipſe non cont.

i *ſort.* antecellere cęt.

k Temperãtia Põpeij.*

l *al.* qua.*

m L. natum putatis? *al.* inuenium.*

n L. ſed eę res,

o L. deuocauit,

p L. veſtr. P. XII.

niæ de aliorum iniuriis esse dicuntur, vt is, qui dignitate principibus excellit, [a] facilitate par infimis esse videatur. Iam quantum consilio, quantum dicendi grauitate, & copia valeat, in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria, vos [b], Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis. Fidem [c] verò eius inter socios quantam existimari putatis, quam [d] hostes omnium gentium sanctissimam esse iudicarint? Humanitate [e] iam tanta est, vt difficile dictu sit, vtrum hostes magis virtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum [f] sit, qui ad omnia nostræ [g] memoriæ bella conficienda, diuino quodam consilio natus esse videatur? ¶ Et quoniam auctoritatis [h] multum in bellis quoque administrâdis, atque imperio militari valet, certè nemini dubium est, quin ea in re idem ille imperator plurimùm possit. Vehementer autem pertinere ad bella administrâda, quid hostes quid socij de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cùm sciamus, *homines in tantis rebus, vt aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoueri?* Quod igitur homen vnquam in orbe terrarum clarius fuit? cuius res gestæ pares? de quo homine vos, id quod maximè facit auctoritatem, tanta, & tam præclara iudicia fecistis? An verò vllam vsquam esse oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama peruaserit, cùm vniuersus populus R. referto foro, repletisque [k] omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, vnum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit? Itaque, vt plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius auctoritas valeat in bello: ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur: qui, quo die à vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas [l] annonæ ex summa inopia, & caritate rei frumentariæ consecuta est, vnius [m] ipse & nomine, quantam vix ex [n] summa vbertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Ita vetus, accepta in Ponto calamitate, ex eo prælio, de quo vos paullo ante inuitus admonui, cùm socij pertimuissent, hostium opes, animique creuissent, cùm satis firmum præsidium prouincia non haberet, amissis eis Asia, Quirites, nisi [o] ipsum id tèporis diuinit [p] Cn. Pompeius ad eas regiones fortuna populi R. attulisset. Huc [q] aduentus & Mithridatè insolita inflammatũ [r] victoria cõtinuit, & Tigranè magnis copiis minitantè Asiæ retardauit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfectur [s] sit, qui tãtũ auctoritate perficerit? aut quàm facile imperio, atq. exercitu socios & vectigalia cõseruaturus sit, qui ipso nomine, ac rumore defenderit? Agè verò, illa res quantã declarat eiusdẽ hominis apud hostes populi R. auctoritatẽ, [t] ex locis tã lõginquis, támq. diuersis tã breui tẽpore omnes vna [u] huic se dediderũt? quòd [v] Cretẽsiũ legati cũ in corũ insula nostri imperator exercitúq; esset, ad Cn. Põpeiũ in victimas propè teras venerũt, cíq. se omnes Cretẽsiũ ciuitates dẽdere velle dixerũt? Quid? idẽ ipse [w] Mithridates, nõne ad eũdẽ Cn. Põpeiũ, legatũ vsq. in Hispaniam misit [x]: eúmque Pompeius legatũ

a *fere.* antecellit.

b L vos, Quirites, hoc ipso ex loco sæpe cogn. *al.* vos quoque hoc ipso ex loco sæpe cognostis.*

c Fides Pompeij.*

d L. quã hostes omnes omnium generum, sanct.

e Humanitas Pompeij.*

f *al.* permittẽdum *al.* committendum.* g *al.* vestræ.*

h Auctoritas Pompeij.*

i *al.* ea in re*

k L. completisque omn.

l *al.* vtilitas ex summa inopia.*

m *al.* vnius hominis ipse* n *al.* in.*

o L. nisi ad id ipsum tempor. *al.* nisi ad ipsum discrimen eius temporis.*

p *al.* inflath. q *al.* vni se huic dedid.

r *al.* quod cõmuni Cretensium legato. Sic Cicero *frumentaria in Verrem.* Ita tux à communi Siciliæ data. *& in quæstura* commune Miliadum vexauit Hic igitur à cõmune Cretensium, hoc est, communiter ab omnibus Cretẽsiũ populis.* f C. velter imperator.

t *al.* ille *vel.* ista.*

u *al.* Misit eũ quem Pompeius semper legatum iudicauit, hi qui bus ea mo. lestum &cet. & post iudica ti pro iudica re *al.* ij quib. per erat mo lestum. *Sic ad Atticum vlt. & 5. ad Atticum* 10. Nec mihi, per inquam, gratum feceris & 10. epist. *ad Atticum* 10. & 5. Per enim magni æstimo

semper iudicauit: ij, quibus semper erat molestũ, ad eum potissimùm esse missum, speculatorẽ, quàm legatum iudicare [a] maluerunt? Potestis igitur iam constituere, Quirites, hãc auctoritatem, multis postea rebus gestis, magnisque vestris iudiciis amplificatã, quantum apud illos reges, quãtum apud exteras natiõnes valituram esse existimetis. ¶ Reliquum [b] est, vt de fœlicitate [c], quã præstare ded se ipso nemo potest, meminisse, & cõmemorare de altero possumus: sicut [c] æquum est homini de potestate deorum timidè & pauca dicamus. Ego enim sic existimo: Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis imperatoribꝰ nõ solùm propter virtutẽ, sed etiam propter fortunam, sæpius imperia mandata atq. exercitus esse commissos. fuit enim profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem, & [f] gloriam, & ad res magnas bene gerẽdas diuinitus adiũcta fortuna. de huius autem hominis felicitate, quo de nũc agimus, hac vtar moderatione dicendi, nõ vt in illius potestate fortunam positam esse dicã, sed vt præterita meminisse, reliqua sperare videamur: ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Itaque non sum prædicaturus, Quirites, quãtas ille res domi, militiéque, terra, marísque, quantáq. felicitate gesserit: vt eius semper voluntatibus nõ modò ciues assenserint, socij obtemperarint, hostes obedierint: sed etiam venti, tempestatéq. obsecundarint. hoc breuissimè dicã, neminem vnquã tam impudentem fuisse, qui à diis immortalibus tot, & tantas res tacitus [g] auderet optare, quot & quantas dij immortales ad Cn. Põpeium detulerunt. quod vt illi propriũ, ac perpetuũ sit, Quirites, cùm cõmunis salutis, atq. imperij, tũ ipsius hominis causa (sicuti facitis) velle & optare debetis. Quare cùm & bellum ita necessariũ sit, vt negligi nõ possit: ita magnũ, vt accuratissimè sit administrandum: & [h] cùm ei imperatorẽ præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quirites, quin hoc tantùm boni, quod i à diis immortalibus oblatum, & datum est, in rempublicã conseruandã, atque amplificandã conferatis? Quod si Romæ Cn. Põpeius priuatus esset hoc tẽpore: tamen ad tantum bellum is erat deligẽdus, atque mittẽdus. nunc, cùm ad cetera summas vtilitates hęc quoq. opportunitas adiungatur, vt in iis ipsis locis adsit, vt habeat exercitum:, vt ab iis qui habẽt, accipere statim possit: quid exspectamus? aut cur nõ, ducibus diis immortalibus, eidẽ, cui cetera summa cũ salute reipublicæ cõmissa sunt, hoc quoq. bellum regium cõmittimus? At enim [k] vir [l] clarissimus, reipub icæ, & vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus: itémque summis ornamẽtis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij prædi tus, Q. Hortensius, ab hac ratione dissentiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimùm valuisse, & valere oportere cõfiteor: sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum [m] virorum, & clarissimorum, tamen, omissis auctoritatibus, ipsa re & ratione exquirere possumus veritatẽ: atque hoc facilius, q. ea omnia, quæ adhuc à me dicta sunt, iidem isti vera esse concedunt, & necessarium bellum esse, & magnum, & in vno Cn. Pompeio summa esse

P. XIII. a *al.* iudicari,*

b Felicitas Pompeij in bello gerendo.*

c *antea* felicitate.*

d *al.* de se ipse nemo p.

e L. sicut æquum est hominem de p.

f L. & ad gloriam.

g L. infinitè quasi: quod vt vitare tur, Pythagorici iubebãt, μετὰ φωτὸς οὐχοδεῖν. Clemens Strom. 4.

P. B. h L. & ei imperatorem

i *fere.* quod vobis à diis

k CONFVTATIO.* l L. vir clarissimus, amantissimus reip. vestris beneficiis

m L. fortissimorum & clarissimorũ virorum, tamen, om.

P. XIIII.

omnia. Quid igitur ait Hortensius? Si vni omnia tribuenda sunt, vnum dignissimũ esse Pompeium: sed ad vnum tamen omnia deferri nõ oportere. Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis, quàm verbis, refutata. Nã tu idem, Quincte Hortensi, multa, pro tua summa copia, ac singulari facultate dicendi, & in senatu contra virum fortem A. Gabiniũ grauiter, ornatéq. dixisti, cùm is de vno imperatore contra prædones constituendo legẽ pro mulgasset: & ex hoc ipso loco permulta[a] idẽ contra legẽ verba fecisti. Quid? tum, per deos immortales, si plus apud populum R. auctoritas tua, quã ipsius populi R. alus, & vera causa valuisset, hodie hanc gloriam, atq. hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc videbatur, cùm populi R. legati, prætores, quæstoréssque capiebantur? cùm ex omnibus prouinciis cõmeatu & prædato, & publico prohibebamur? cùm ita clausa

a fort. permulta contra legem v. al. permulta item contra eam legem.*

b L. clausa nobis erant omnia

faberant nobis omnia maria, vt[c] neque priua tam rem maritimã, neque publicam iam obire possemus? Quæ ciuitas antea vnquã fuit, nõ dico Athenienſiumd quæ satis late quõdam mare tenuisse dicitur: non Karthaginenſium, qui permultùm classe, maritimisque rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorũ vsque ad nostram memoriam disciplina naualis, & gloria remansit: quæ ciuitas antea vnquam tam tenuis, quę tam patua insula fuit, quę nõ portus suos, & agros, & aliquam partẽ regionis, atque oræ maritimæ per se ipsa defendere? At hercle aliquot annos continuos ante legem[f] Gabiniam ille populus R. cuius, vsque ad nostram memoriam, nomen inuictum in naualibus pugnis permanserat, magna, & multo maxima parte nõ modò vtilitatis, sed dignitatis, atque imperij caruit. Nos, quorum maiores Antiochum regem classe, Persenque superarunt, omnibúsque naualibus pugnis Karthaginiẽſeis, homines in maritimis rebus exercitatissimos, paratissimósque viceruntij nullo in loco iã prædonibus pares esse potera mus. nos quoque, qui antea non modò Italiam tutã habebamus, sed hominẽis socios in vltimis oris auctoritate nostri imperij saluos præstare poteramus, tum, cùm insula Delos tã procul à nobis in Ægeo mari posita, quò omnes vndique cum mercibus, atque onerib. commeabant, referta diuitiis, parua, sine muro nihil timebat: iidem nõ modò prouinciis, atque oris Italiæ maritimis, ac portubus inoſtris, sed etiam Appia iam via carebamus: & his temporibus non pudebat magistratus populi R. in hunc ipsum locũ adscendere, cùm eum vobis maiores vestri exuuiis nauticis, & classium spoliis ornatũ reliquissent. Bono te animo tum, Q. Hortẽſi, populus R. & ceteros, qui erant in eãdem sentẽtia, dicere existimauit ea, quæ sentiebatis: sed tamen in salute cõmuni idem populus R. dolori suo maluit, quàm auctoritati vestrę obtemperare. Itaque vna lex, vnus vir, vnus annus, non modò nos illa miseria, ac turpitudine liberauit: sed etiã effecit, vt aliquando verè videremur omnibus gentibus, ac nationibus terra, marique imperare. Quo mihi etiam indigniùs videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio[k] dicã, ánne Pompeio, an vtrique? (id quod est verius:) ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetẽti, ac postulanti. Vtrùm ille, qui postulat legatũ ad tantum bellum, quem velit, idoneus non

c L. vt neq. priuata rem transmarinã, neq.

d Mari valuerunt Athenienſes, Carthaginienſes, Rhodi.*

e L. & gloria permansit.

f Legem Gabinius tulerat vt Imperium belli ad administrandi Pompeio demandaretur. vide quæ ſequuntur infra vide Dionem, Plutarchum, Ciceronem in oratione pro Cornelio Balbo apud Aſconium qua e P. P. tiã lege ſcripti fuit, vt Pompeius, quos ipſe vellet legatos poſtularet, quod vel ſequentia indicant ſatis.* h fort. magna arq. adeo mul to maxima h vet. ſed omnis ſoc. i v.c. portibus.*

est, qui impetret, cùm ceteri ad expilãdos socios, diripiendáſque prouincias, quos voluerunt, legatos eduxerint: an ipse, cuius lege salus, ac dignitas populo R. atque omnibus gẽtibus constituta est, expers esse debet gloriæ eius imperatoris, atq. eius exercitus, qui cõsilio ipsius, atque periculo est constitutus? an Cn.[a] Falcidius b, Q. Metellus, Q. Celius[c] Latinienſis d, Cn. Lentulus, quos omneis honoris causa nomino, cùm tribuni pl. fuissent, anno proximo legati esse potuerũt: in hoc[e] vno Gabinio sunt tã diligẽtes, qui in hoc bello, quod lege[f] Gabinia geritur, in hoc imperatore, atque exercitu, quẽ per se ipse cõstituit, etiam præcipuo iure esse deberet? de quo legãto spe to cõsules ad senatum relaturos, qui si dubitabunt, aut grauabũtur: ego me profiteor relaturũ: neq. me impediet cuiusquam[h], Quirites, inimicum edictum, quo minus, fretus vobis, vestrũ ius, beneficiumq. defendam: neq. præter intercessionem i, quidquam audiam: de qua (vt arbitror) isti ipsi, qui minantur, etiã atq. etiam, qui id liceat, considetabunt. Mea quidem sententia, Quirites, vnus A. Gabini[g], belli maritimi, rerúmquek gestarum l auctor, comes Cn. Pompeio adscribitur, propterea q. alter[m] vni n id o belliũ suscipiendum vestris suffragiis detulit: alter delatum, susceptúmq. cõfecit. ¶ Reliquum est, vt de Q. Catuli[p] auctoritate, & sententia dicendũ esse videatur, qui cùm ex vobis quæreret, si in vno Cn. Pompeio omnia poneretis, si q quid de[r] eo factũ esset, in quo spẽ essetis habituri: accepit magnum suæ virtutis fructum, ac dignitatis, cùm omnes propè s vna voce, in[t] eo [u] ipso vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est vir, vt nulla r s tanta sit ac[x] tam difficilis, quã ille non & cõsilio regere & integritate tueri, & virtute conficere possi. sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quòd, quo minùs certa est hominum, ac minùs diuturna vita, hoc magis resp. dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis vita, atq. virtute. At y enim nihil noui fiat cõtra exempla, atque institutа maiorum. Nõ dico hoc loco, maiores nostros semper in pace, ut cõsuetudini: in bello, vtilitati paruisse, semper ad nouos casus temporũ, nouorũ consiliorum rationes accommodasse: nõ [a] dicam duo bella maxima, Punicum, & Hispaniense, ab vno imperatore[b] esse cõfecta: duas vrbeis potẽtissimas, quæ huic imperio maximè [c] minabantur, Karthaginẽ, atque Numantiam, ab eodem Scipione esse deletas: non cõmemorabo, nuper ita vobis, patribúsq. vestris esse visum, vt in vno C.[e] Mario spes imperij poneretur, vt idem cũ Iugurtha, idem cũ Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret: in ipso Cn. Pompeio, in quo noui cõstituti nihil vult. Q. Catulus, quàm multa sint noua, summáq. Catuli voluntate constituta, recordamini. Quid enim tam nouum, quàm adolescentulum[f], priuatum, exercitũ difficiliẽ reip. tempore conficere? confecit. huic præesse? præfuit. rẽ optimè ductu suo gerere? gessit. Quid tam præter consuetudinẽ, quàm homini peradolescenti, cuius à senatorio i gradu ætas longè abesset, imperiũ, atque exercitũ dari? Siciliã permitti, atq. Africam, bellúmque in ea administrandũ? fuit in his prouinciis singulari innocẽtia, grauitate, virtute: bellum in Afri-

a al. C.*

b author for te legit Falci diæ.

c L. Q. Cælius

d al. Latienſis. al. Laterẽſis.*

e al. hoc Gabinio.*

f Lege Gabinia admiſtationem belli Põpeio p. XV. demandatam fuisse hic locus indicio eſt.

g al. per vos ipſe.*

h al. cuiuſquam iniqui tas quo minùs &c.

i Trebellij Frib. pleb.

k L. rerump. geſtarum comes Cn. Põpeio

l al. rerum geſtarum Cn. Pompeio ſocius adſcribi tur.*

m Gabinius*

n Pompeio*

o Illud bellum

p Cuius orationẽ & diſſuaſionem vide apud Dionem

q L. ſi quid eo factum eſſet:

r id ſi obiiſſet: omnis cauſa mortis mentionem virauit.

ſ v. c. vna propè voce

t in ipſo vos ſpem h.

u Idem Valerius, & Plutarchus

y fort. nec tã diff.

z L. At enim (inquit) noui nihil fiat

z Exemplis & inſtitutis maiorum nõ ſemper bono res Imperatorij decreti apud Romanos

a L. non dico duo

b P. Scipione Aemiliano

c fort. maximè immineb ant Karth.

d al. eodem eſſe debebas

e Vide Plutarchum in Mario Liuium & Salluſtium

f annos natũ XXIII. Plutarch.

g Syllano

h capto Carbone

i De ſenatorum ætate alias dixi: adde Plutarchũ in eius vita*

ca ma-

ca maximum confecit, victorem exercitum deportauit[a]. Quid verò tam inauditū, quàm equitem R. triumphare? at eam quoque rē populus R. non modò vidit, sed etiam studio omni visendā[b] putauit. Quid tam inusitatum, quàm vt, cùm duo consules clarissimi, fortissimique essent, eques[c] R. ad bellum maximū, formidolosissimúmque pro consule mitteretur? missus est, quo quidē tempore, cùm esset nemo in senatu, qui diceret, nō oportere mitti hominem priuatum pro consule: L. Philippus dixisse dicitur, *Non se illum sua sententia pro consule, sed pro cōsulibus mittere.* Tanta in eo reip. bene gerendæ spes constituebatur, vt duorū consulum munus vnius adolescentis virtuti cōmitteretur. Quid tam singulare, quā vt ex senatusconsulto legibus[f] solutus, cōsul ante fieret, quàm vllū alium magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile, quàm vt iterum eques R. ex S.C. triūpharet? quæ in omnibus hominibus noua post hominum memoriā constituta[g] sunt, ea tā multa nō sunt, quàm hęc, quæ in hoc vno homine vidimus. Atq. hęc tot exempla, tanta ac tam noua, profecta sunt in eundem hominem à[h] Q. Catulo, atque à ceterorū eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare videant, ne sit periniquum, & nō ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pōpeij dignitate à vobis comprobatam semper esse: vestrum ab illis de eodem homine iudicium, populiq. Ro. auctoritatem improbari: præsertim cùm iam suo iure populus Ro. in hoc homine suam auctoritatem vel contra omneis, quī dissentiūt, possit defendere: propterea quòd, istis reclamantibus, vos vnum illum ex omnibus delegistis, quē bello prædonū præponeretis. Hoc si vos temerè fecistis, & rēip. parū consuluistis: rectè isti studia vestra suis consiliis regere conantur. sinautē vos plus tum in rep. vidistis: vos, his repugnantibus, per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutē orbi terrarum attulistis: aliquādo isti principes, & sibi, & ceteris, populi R. vniuersi auctoritati parendū esse fateātur. Atq. in hoc bello Asiatico & regio, nō solùm militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompeio singularis, sed alię quoq. virtutes animi multę & magnę requiruntur. difficile est in Asia, Cilicia, Syria[i], regnisque exteratum[k] nationū ita versari vestrum imperatorem, vt nihil aliud, quàm de hoste, ac de laude cogitet, deinde etiam siqui sunt pudore, ac temperātia moderatiores: tamen eos esse tales[l], propter multitudinem cupidorū hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eas[m] hoc anno cum imperio misimus, iniurias, ac libidines. Quod enim fanū putatis in illis terris nostris[n] magistratibus religiosum, quā ciuitatem sanctā, quā domum satis clausam. ac munitā fuisse? vrbes iā locupletes, ac[o] copiosæ requiūtur, quib. causa belli propter diripiēdi cupiditatem[p] inferatur. Libenter hæc coram[q] cum Q. Catulo, & Q. Hortēsio disputarem, summis & clarissimis viris. Nouerunt enim sociorum vulnera, videt eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro sociis vos contra hosteis exercitum mittere putatis, an hostium simulatione, contra socios, atque amicos? quæ ciuitas est in Asia, quæ nō [r] modò vnius impe-

a L. deportauit

b L. omni studio

c *al.* visendā & concelebrā dā putauit.* d D. Brutus & M. Aemilius.*

e Q. Metellus Pius.

f Legibus solui dicuntur, quibus præcipuo, iure vt legibus nō teneantur senatusconsulto permittitur.* g *fort.* institutа sunt,

h L. à Q. Catuli, atque

i *al.* Cilicia, Lycia, Syria* k *al.* exterarum. *al.* interiorum. Sed planè nihil muto. mox enim sequitur exteras nationes.*

l P. Vetalis

m *al* eos per hos annos cum imperio &c. *mall.* vix est enim vt Latinè referas, eos, ad prouincias.*

n L. vestris magistr.

o L. & copiose.

p *al.* facultatem.

q L. coram Q. Catulo.

r L. non modò imperatoris,

A

B

C

D

E

F

G

H

ratoris, aut legati, sed vnius tribuni militum animos, ac[a] spiritus capere possit? Quare, etiā si quem habetis, qui, collatis signis, exercitus regios superare posse videatur: tamen, nisi[b] erit is, qui erit idē, qui se à pecuniis sociorū, qui ab eorū coniugib. ac liberis, qui[c] ab auro, gaza, q. regia, manus, oculos, animū, cohibere possit: nō erit idoneus, qui ad bellū Asiaticū, regiúmq. mittatur. Ecquā putatis ciuitatē pacatā fuisse, quę locupleset? ecquā esse locupletem, quæ istis pacata esse videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeiū nō solùm propter rei militaris gloriā, sed etiam propter animi continentiā requiūuit. Videbat[d] enim populus R. enō locupletari quotannis pecunia publica, prēter[f] paucos, neq.[g] eos quidquā aliud assequi clam, quàm suum nomine, nisi, vt detrimentis accipiēdis, maiore affici turpitudine videretur. Nunc, qua cupiditate homines in prouincias, quib.[o] iacturis, quibus conditionibus proficiscātur, ignorāt videlicet isti, qui ad vnū deferenda esse omnia nō arbitrātur? Quasi verò Cn. Pōpeium non cùm suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnū esse videamus. Quare nolite[h] dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui inter[i] annos tot vnus inuentus sit, quem socij in vrbeis suas cum exercitu venisse gaudeant. Quòd si auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmādam putatis: est vobis auctor bellorū omnium, maximarúmq. terum peritissimus, P. Seruilius: cuius tantę res gestæ terra, mariq. exstiterunt, vt, cùm de bello deliberetis, auctor vobis grauior esse nemo debeat: est C. Curio summis[k] vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo ingenio, & prudentia præditus: est Cn. Lentulus, in quo omnes, pro amplissimis vestris honoribus, summum consiliū, summam grauitatem esse cognoscitis: est C. Cassius, integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, num horum auctoritatibus, illorum orationi, qui dissentiunt, respondere posse videamur. ¶ Quæl cùm ita sint, C. Manili, primùm istam tuam & legem, & voluntatem, & sententiam laudo, vehementissimèque comprobo: deinde te hortor, vt auctore populo Rom. maneas in sententia, néve cuiusquam vim, aut minas pertimescas. Primùm in te satis esse animi, constantiæque arbitror: deinde, cùm tantam multitudinem cū tanto studio adesse videamus, quantam non[m] iterum in eodem homine præficiendo vidimus[n]: quid est, quòd aut de re, aut de perficiēdi facultate dubitemus? Ego autem, quicquid in mę est studij, laboris, ingenij, quidquid hoc bene ficij populi Rom. atque hac potestate prætoria, quidquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam, tibi, & populo Rom. polliceor, & defero, testorque omneis[o] deos, & eos maximè, qui huic loco, templóque præsident, qui omnium mentes eorum, qui ad remp. adeunt, maximè perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque P. quò Cn. Pompeij gratiā mihi per hanc causam cōciliari putem, neque quò mihi ex cuiusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adiumenta honoribus queram: propterea quòd pericula facilè, vt hominem præstare oportet, innocentia tectā pellemus: honores autē neq. ab vno, neque[q] ex hoc loco, sed eādē nostra illa laboriosissima ratione vitæ, si vestra voluntas feret, consequēmur.

a *al.* ac spem caper p.

b L. nisi idē erit is, qui

c *al.* qui ab ornamentis fanorum atque oppidorum, qui ab auro, &c.*

d L. Videbat enim populū R.

e *Ant. Aug.* Ro. locupletēmari.* P. XVII.

f *Pantagath.* Prætorem.*

g L. neq. nos quidquam aliud aff.

h L. nolite dubitare, Quirites, quin h.

i *fort.* inter tot annos

k L. summis vestris beneficiis vsus, maximis rebest.*

l PERORATIO.*

m *al.* nunc.* n *al.* vidimus.*

P. R.

o Vt. omnis deas

p *al.* neque quòd

q *al.* neq. ab hoc loco,

Quamobrē, quicquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id omne me reip. causa suscepisse cōfirmo: tantúmq. abest, vt aliquā bonā gratiam mihi quæsisse videar, vt multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas[a], intelligā, mihi nō necessarias, vobis non inutiles suscepisse. sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem, & reip. dignitatem, & salutem prouinciarum, atque sociorum, meis omnibus commodis, & rationibus præferre oportere.

al. apertas; mihi non necessarias; nobis inutiles, intelligāt me suscepisse.*

PRO A. CLVENTIO AVITO ORATIO DECIMAQVARTA.

SYNOPSIS.

¶ Quæstio *An Cluentius Oppianicum v'tricum veneno sustulerit, & An Oppianicus iustè condemnatus* Accusator *T. Atticus Pisaurensis:* Reus *A. Cluentius,* Patronus Cluentij *Cicero idémque Prætor de pecuniis repetundis:* Prætor *Q. Naso,* Iudex, *Q. Voconius.* Acta *in foro anno* 687. Euentus *Cluentius absolutus.*

a *al.* Habito *& ita citatur hæc oratio in l. Cicero 39. ff. de pœnis & in libro de Oratore perfecto.* sic hospes habitus Maliniſſa *Ciceroni de senectute.* spolia habita *Valerio 6. c. de liberè dictis.* Et *libro de manifestate Ciceronis,* habemus animo. Paulo 3. *sententi. 4. 5. 7.* bona habita quæ vox tantidē præstat quod anita: vt & inscriptionibus, Habe pro adue.*

P. XVIII.

b EXORDIVM.*

c in Attici Pisaurensis.*

d *v.c.* partis.

e quo Oppianicus accusante Cluentio, iudice quæstionis c. Iunius condemnatus.*

f Tua venefica obiiciebat accusator. Quòd C. Vibium Capacem, venenosum fustuliſſet, Oppianico paraſſet venenū, quòd cū Balbutius quidam interceptū bibiſſet statim eſſet mortuus. Quod Oppianicum patrē veneno per Asellii quendam in pane necaſſet.*

P. B.

g *al.* perspicio,*

h *v.c.* consueſtis.

i L. negem eſſe illam r.

k L. euellere ex animo, homin. tantā opinionem, tam pen. inſtam, tam veruſtam, non eſſ. n.

¶ ANIMADVERTIb, iudices, omnem accusatoris[c] orationem, in duas diuiſam eſſe parteis d: quarum altera mihi niti, & magnoperè confidere videbatur inuidiâ iam inueteratâ iudicij Iuniani[e]: altera tantummodo consuetudinis causa timidè, & diffidenter attingere rationem veneficij criminum: qua de re lege eſt hæc quæstio conſtituta. Itaque mihi certum eſt hanc eandem diſtributionem, inuidiæ, & crimini f, ſic in defenſione ſeruare, vt omnes intelligant, nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticendo, nec obſcurare dicendo. Sed cùm conſidero, quomodo mihi in vtraque ſit elaborandum, altera pars, ea quæ propria eſt iudicij veſtri, & legitimæ veneficij quæſtionis, per mihi breuis, & non magnæ in dicendo contentionis fore videtur: altera autem, quæ procul à iudicio remota eſt, quæ concionibus ſeditiosè concitatis accommodatior eſt, quàm tranquillis, moderatiſque iudiciis, proſpicio g, quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura. Sed in hac tanta difficultate illa me res tamē, iudices, conſolatur, quòd vos de criminibus ſic audire cōſueuiſtis h, vt eorum omnem diſſolutionem ab oratore quæratis: vt non exiſtimetis, plus vos ad ſalutē reo largiri oportere, quàm quantum defenſor, purgādis criminibus, conſequi, & dicēdo probare potuerit. De inuidia autem ſic inter vos diſceptare debetis, vt nō, quid dicatur à nobis, ſed quid oporteat dici, conſideretis. Agitur enim in criminibus. A Cluentij proprium periculum in inuidia, cauſa communis. Quamobrem alterā partem cauſę ſic agemus, vt vos doceamus: alteram, ſic, vt oremus. in altera, diligentia veſtra nobis adiungenda eſt: in altera, fides implorāda. nemo eſt enim, qui inuidiæ ſine veſtro, ac ſine talium virorū ſubſidio poſſit reſiſtere. Equidem, quod ad me attinet, quò me vertam, neſcio. negem i illam infamiam iudicij corrupti? negem i illam rem agitatam in concionibus? iactaram in iudiciis? commoratam in ſenatu? euellamk ex animis hominum tātam opinionem? tam penitus infi-

tam? tam veteſtam? non eſt, noſtri ingenij: veſtri auxilij eſt, iudices, huius innocētiæ ſic in calamitoſa fama, quaſi in aliqua pernicioſiſſima flāma, atque in communi incendio ſubuenire. Etenim *ſicut aliis in locis parum firmamenti, & parum* [a] *virium falſitas habet: ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet.* dominetur in cōcionibus, iaceat in iudiciis: valeat in opinionibus, ac ſermonibus imperitorum, ab ingeniis prudentiū repudietur: vehementeis habeat repentinos impetus, ſpatio interpoſito, & cauſa cognita conſeneſcat. denique illa definitio iudiciorum æquorum, quæ nobis à maioribus tradita eſt, retineatur: vt in iudiciis & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Quamobrem à vobis, iudices, antequàm de ipſa cauſa dicere incipio, hæc poſtulo: primùm, id quod æquiſſimū eſt, vt nequid huc præiudicati afferatis. etenim *non modò auctoritatem, ſed etiam nomen iudicum amittemus, niſi hic ex ipſis cauſis iudicabimus, ac ſi ad cauſas iudicia tam facta domo deferemus.* deinde ſi quam opinionem iam veſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam ratio conuellet, ſi b ratio labefactabit, ſi denique veritas extorquebit: ne repugnetis, eámque animis veſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. tum autem, cùm ego vnaquaque de re dicam, & diluam, ne ipſi quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubiiciatis: ſed ad extremum exſpectetis, & me meum dicēdi ordinem ſeruare patiamini: cùm[c] peroraro, tum, ſiquid erit præteritum, à me requiratis. Ego me iudices, ad eam cauſam accedere, quæ iam per annos octo continuos ex contraria parte audiatur, atque ipſa opinione hominum tacita propè conuicta, atq. damnata ſit, facilè intelligo: ſed, ſiquis mihi deus veſtram ad me audiendum beneuolentiam[d] conciliarit: efficiam profectò, vt intelligatis, *nihil eſſe homini tam timendum, quàm inuidiam: nihil innocenti, ſuſceptæ inuidiæ, tam optandum, quàm æquum iudicium,* quòd [e] in hoc vno denique falſæ infamiæ finis aliquis, atque exitus reperiatur. Quamobrem magna me ſpes tenet, ſi ea, quæ ſunt in cauſa, explicare, at-

a L. parum virium veritas habet.

b L. ſi oratio labefactabit P. XIV.

c *al.* cùm peroratum fuerit, ſi quid

d L. beniuolentiam

e L. quòd in hoc deniq.

re, atque omnia dicendo consequi potuero, hunc locum, consessumque vestrum, quem illi horribilem A.Cluentio, ac formidolosum fore putauerunt, eum tandem eius fortunæ miseræ, multúmque iactatæ portum, ac perfugiũ futurum. Tametsi permulta sunt, quæ mihi, antequàm de causa dicam, de communibus inuidię periculis dicenda esse videantur: tamen, ne diutius oratione mea suspensa exspectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, qua mihi sæpiùs vtendum esse intelligo, sic vt me audiatis, quasi [a] hoc tẽpore hæc causa primũ dicatur, sicuti dicitur, nõ quasi sæpe iã dicta, & nunquam probata sit. hodierno enim die primùm veteris illius criminis diluendi potestas est data: ante hoc tempus error in hac causa atque inuidia versata est. Quamobrem dum multorum annorum accusationi breuiter, dilucidéq; respondeo, quæso, vt me iudicis, sicuti facere instituistis, benignè, attentéq. audiatis. ¶ *Corrupisse dicitur A.Cluentius iudicium pecunia quo innocuum suum innocentem, Statium Albium condemnaret.* Ostendam, iudices, primùm, quoniam caput illius atrocitatis, atque inuidiæ fuit, innocentem pecunia circumuentum, neminem vmquam maioribus criminibus, grauioribus testibus esse in iudicium vocatum. deinde ea de eo præiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, à quibus condemnatus est, vt nõ modò ab iisdem, sed ne ab aliis quidem vllis, absolui vllo modo posset. Cùm hæc docuero, *rum illud offendam*, quod maximè requiri intelligo, iudicium illud pecunia esse tentatum, non à Cluentio, sed contra Cluentium: faciámque, vt intelligatis, in tota illa causa quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia confinxerit. ¶ Primùm [c] igitur illud [d] est, ex quo intelligi possit, debuisse Cluentium magnopere cauisse cõsidere, quàm certissimis criminibus, & testibus fretus ad accusandum descenderit, Hoc loco faciendum mihi [e], iudices, est, vt vobis breuiter illa, quibus Albius condemnatus est, crimina exponam. Abs te peto, Oppianice, vt me inuitum de patris tui causa dicere existimes, adductum fide, atque officio defensionis. etenim tibi si in præsentia satisfacere non potuero, tamen multæ mihi ad satisfaciendum reliquo tempore facultates dabuntur: Cluentio nisi nunc satisfecero, postea mihi satisfaciendi potestas non erit. simul & illud quis est, qui dubitare debeat, cõtra damnatũ, & mortuum, pro incolumi & viuo dicere: cum illi, in quem dicitur, damnatio omne ignominiæ periculum iam abstulerit, mors verò etiam doloris? huic autem, pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere [g] sine acerbissimo animi sensu, ac dolore, & sine summo dedecore vitæ, ac turpitudine? Atque vt intelligatis, Cluentium non accusatorio animo, non ostẽtatione aliqua, aut gloria adductum, sed netariis iniuriis, quotidianis insidiis, proposito ante oculos vitæ periculo, nomen Oppianici deculisse, paullo longiùs exordium rei demonstrandæ repetam: quod quæso, iudices, ne molestè patiamini. *principijs enim cognitis, multo facilius extrema intelligentur.* ¶ A. Cluentius auitus [i], fuit pater huiusce, iudices, homo nõ solum municipij Larinatis [k], ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cùm esset mortuus, Sylla, & Põpeio Coss. reliquit hunc annos xv. natum: grandem autem, & nubilem filiam: quę breui tempore post patris mortem nupsit. A. Autio Melino, consobrino [a] suo adolescenti in primis, vt tum habebatur, inter suos & honesto, & nobili. Cùm essent hę nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ concordiæ, repente est [b] exorta mulieris importunę nefaria libido, nõ solùm dedecore, verùm etiã scelere coniuncta [c]. Nam Sassia mater dhuius Auiti (mater [e] enim à me nominis [f] causa, tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, mater, inquam, appellabitur neq. vmquam illa ita de suo scelere, & immanitate audiet, vt naturæ [g] nomen amittat. Quo enim est ipsum nomen amantius, in dulgentiúsque maternum, hoc illius matris, quæ multos iam annos, & nunc cùm [h] maximè filium interfectum cupit, singulare scelus, maiore odio dignum esse ducetis.) Ea igitur mater Auiti [i], Melini illius adolescẽtis, generi sui, contrà quàm fas erat, amore capta, primò neque idipsum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate cõtinebatur: deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammata ferri [k] libidine, vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familię, non hominum fama, non filij dolor, non filię mæror à cupiditate reuocaret. Animum adolescentis, nondum, consilio, ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi, ac delini potest. filia, quæ non solùm illo communi dolore muliebri in eiusmodi viri iniuriis angeretur, sed nefarium matris pellicatum ferre non posset, de quo ne queri quidem sine scelere se posse arbitraretur, ceteros sui tãti mali ignaros esse cupiebat: in huius amãtissimi sui fratris meinibus, & gremio, mærore, & lacrymis consenescebat. Ecce autem subirum diuortium: quod solatium malorum omnium: fore videbatur. discedit [l] à Melino Cluentia: vt in tantis iniuriis, non inuita. vt à viro, non libenter. Tum verò illa egregia, ac prælara mater, palàm exsultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, victrix filię, non libidinis. Itaque diutiùs suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit: lectum [m] illum genialem [n], quem biennio ante filiæ suę nubenti strauerat, in eãdẽ domo sibi ornari, & sterni, expulsa atq. exturbata filia, iubet. nubit genero socrus, nullis [o] auspicibus P, nullis auctoribus, funestis omnibus [p] omnium. O mulieris scelus incredibile, &, præter hanc vnam, in omni vita inauditum! ô libidinẽ effrenatam, & indomitam! ô audaciam singularem! non timuisse, si minùs vim deorum, hominúmque famam, at illã ipsam noctẽ faceisq. [r] illas nuptialeis? non limen [s] cubiculi? non cubile filiæ? non parietes denique ipsos, superiorum testes nuptiarum? Perfregit ac postrauit omnia cupiditate, ac furore: vicit pudorem libidine, timorem audacia, rationem amentia. Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, cognationis, nominis, grauiter filius: augebatur autẽ eius molestia quotidianis querimoniis, & assiduo fletu sororis. statuit tamẽ nihil sibi in tantis iniuriis, ac tanto scelere matris, grauius faciendum, quàm vt illa matre ne vtere

a Nuptiæ igitur permissæ inter consobrinos.*
b *al.* exorta est.
c L. consuetudo. *fors.* consanguinitas.
d Talis Sophocli Electra μήτηρ ἀμήτωρ.*
e L. mater enim à me in omni causa.
f *al.* in omni causa.*
g Naturæ nomen, hoc est, maternum.*
h *al.* quam maximè.*
i *lib. vulg.* Habiti.
k *al.* inflammata libid.*
l χωρίζεται.
m Lectus genialis in honorem Geniũ sternebatur in nuptiis. Festus.*
n *al.* gentale alijs ita legẽdum apud Horat. 1. Epistol. & in inscriptione Cõmodi, sic lege Lis genitalibus. & apud Ausonium Periocha 4. Iliad.
o Eadem ratione genitales deos legi oportere apud Festum.*
o *lib. vul.* nullis auspicijs.
p Auspicato veteres omnia vt & nuptias, contrahebant. Cic. 1. de Diuin. 2. Valer. 1. diui plura ad leg. 12. tab. titulo de nuptijs.*
q De ominibus nuptiarũ vide Virgil. 2. ad illum versum, primisque iugarat ominibus. & 1. Valer. 5. ad de Cicer. 1. de Diuinat.*
r Facẽ in nuptiis præferri vt & gnẽ, & aquam noris fuit apud veteres. vide Festum in Facem. dixi ad l. Scia. 5. virginis. ff. de donat. inter vir. & vxorẽ. Plinium 16. Plutarchum.*
f Puella nubens, cùm ad limen mariti perueneret, postes laneis villis ornare, & oleo inungere solebat. vnde vxores dictæ, quasi vnxores. Seruius 4. Aeneid. 28. Plinius 9. Cauebatque quoque vxor domum mariti ingrediens, ne limen attingeret. & cur, vide Plut. in probl. Seruium ad Eclog. 8. Virg. Lucan. 2. Plaut. Casin. 2.
t Ingratius esse faciendum.

al. quasi hoc tempore primum hæc causa d.

P. E. b Propositio.*

c CONFIRMATIONIS pars prior.* d L. illud erit.

e *fors.* mihi est, iudices, vt vob.

f *al.* dolore* g L. accidere sine P. xx.

h Narratiuncula de Cluentij matre.*

i *lib. vulg.* Habitus.

k Larinum oppidum Apuliæ 3. Plinius.*

tur:ne,quam videre sine summo animi dolore nō poterat,ea si matre vteretur,nō solùm videre, sed etiā probare suo iudicio putaretur. Initiū quod huic cū matre tuerit simultatis, audistis[a]. pertinuisse hoc ad causam, tunc,cùm reliqua cognoueritis,intelligetis. Nā illud me non præterit, cuiusmodicumq. mater sit,tamē in iudicio filij de turpitudine parentis dici vix oportere. non essem ad vllam causam idoneus,iudices, si hoc, quod in communibus hominum sensibus, atq in ipsa natura positum,atq.infixum est,id ego,cùm[c] ad amici pericula depellenda adhiberer, nō viderem. *Facilè intelligo non modo reticere homines partum iniurius, sed etiam animo æquo ferre oportere.* Sed ego ea quæ ferri possunt,tereāla: quæ taceri,tacēda esse arbitror. Nihil in vita vidit calamitatis A.Cluētius,nullum periculum mortis adiit,nihil mali timuit, quod nō totum à matre esset conflatū,& profectum. Quę hoc tempore sileret omnia,atq.ea si obliuione nō posset,tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur.sed ea verò sic agit,vt prorsus reticere nullo modo possit. Hoc.n.ipsum iudicium,hoc periculū,illa[e] accusatio,omnis testiū copia quæ futura est,à matre initio est adornata,à matre hoc tēpore instruitur, atq. omnib.eius opibus, & copiis cōparatur : ipsa deniq.nuper Larino,huius opprimēdi causa, Romā aduolauit.præstò est mulier audax,pecuniosa,crudelis:instruit accusatores,instruit testeis squalore huius,& sordib.lętatur:exitium exoptat: sanguinē suum profundere omnē cupit,dūmodò profusum huius antè videat.Hæc nisi omnia pspexeritis in causa:temerè à nobis illā appellari putatote. sinauté erunt & aperta,& netaria: Cluētio ignoscere debetis,quòd hæc à me dici pariatur: mihi ignoscere non deberetis,si tacerem. ¶Nunch iam summarim exponam,quibus criminibus Oppianicus damnatus sit:vt & constantiā A. Cluētij, & rationem accusationis perspicere possi.is.Ac primùm causa accusandi quæ fuit,ostendam:vt id ipsum A.Cluentium vi & necessitate coactum fecisse videatis.Cùm manifestò venenum deprehendisset, quod vir matris Oppianię is ei paruisset, & res nō cōiectura,sed oculis,ac manibus teneretur,neq. in causa vlla dubitatio posset esse: accusauit Oppianicum,quàm constanter,& quàm diligenter,postea dicam:nunc hoc scire vos volui, nullā huic aliam accusandi causam fuisse,nisi vti propositū vitæ periculū, & quotidianas capitis insidias hac vna ratione vitaret.Atque vt iutelligatis,his : accusatum esse criminibus Oppianicum, vt neque accusator timerek,neque reus sperare debuerit:pauca vobis illius iudicij crimina exponam:quibus cognitis,nemo vestrùm mirabitur,illū,diffidentem rebus suis,ad Stalenum,atq.ad pecuniam confugisse.Larinas quædam fuit Dinea socrus Oppianici:quæ filios habuit M.& NumeriumAurios & Cn.Magium,& filiam Magiam,nuptā Oppianico M.Aurius adoleſcentulus bello Italico[m] captus apud Asculum[n],in Q.Sergij senatoris,eius qui inter[o] ficarios dā natus est,manus incidit, & apud eum fuit in ergastulo P. Numerius autem Aurius frater, mortuus est,heredémq. Cn.Magium,frattrem suum,reliquit postea Magia,vxor Oppianici, mortua est.postremò vnus,qui reliquus erat, Dineæ filius,Cn.Magius est mortuus, is fecit heredem illum adoleſcentem[a] Oppianicum, sororis suæ filium,cúmque partiri[b] cum Dinea matre iussit. interim venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei,filium eius,M.Aurium,viuere:& in agroGallico esse in seruitute.Mulier,amissis liberis, cùm vnius filij recuperandi spes esset ostentata, omneis[c] suos propinquos,filiiq.sui necessarios conuocauit,&ab iis flens petiuit[d],vt negotium susciperent,adoleſcentem inuestigarent, sibi restituerent eum filium, quem[e] tantum vnum ex multis fortunæ reliquum esse voluisset. Hæc cùm agere instituisset,oppresso morbo est, itaque testamentum fecit eiusmodi, vt illi filio LLS. ccccIↃↃↃↃ.millia legaret, heredem instituteret eundem illum Oppianicum,nepotem suum atque his diebus paucis est mortua. propinqui tamen illi, quemadmodum viua Dinea instituerant,ita mortua ad inuestigandum Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicū profecti sunt.Interim Oppianicus, vt erat, sicuti multis ex rebus reperietis, singulari scelere, & audacia,per quendā Gallicanum,familiarem suum,primum illum indicem pecunia corrupit. : deinde ipsum Aurium , non magna iactura facta , tollendum, interficiendúmque curauit. Illi autē,qui erant ad propinquum inuestigandum,& recuperandum profecti, litteras Larinum ad Aurios, illius adoleſcentis propinquos, suósque necessarios , mittunt : sibi difficilem esse inuestigandi rationem, quòd intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptum. Quas litteras A.Aurius, vir fortis, & experiens , & domi nobilis , M.illius Aurij propinquus , in foro palām, multis audientibus, cùm adesset Oppianicus,recitat, & clarissima voce se homen Oppianici , si interfectum M. Aurium comperiſet,delaturum esse testatur.Interim breui tempore illi,qui erant in agrum Gallicum profecti,Larinum reuertuntur : interfectum esse M.Aurium renuntiant. animi non solùm propinquorum, sed etiam omnium Larinatium odio Oppianici, & illius adoleſcentis misericordia commouentur. Itaque cùm A.Aurius , qui antea denuntiarat , clamore hominem , ac minis insequi cœpisset: Larino profugit,& se in castra clarissimi viri, Q.Metelli,contulit.Post illam *fugam* [f] *& sceleris, conscientia testem* , numquam se iudiciis, numquam legibus, numquam inermem inimicis committere ausus est:sed per illam L.[g] Syllæ vim,atque victoriam,Larinum in summo timore omnium,cum armatis aduolauit: quattuor [h] viros [i], quos municipes fecerant, sustulit:se à Sylla,& alios præterea treis [k],factos esse dixit : & ab eodem sibi esse imperatum , vt Aurium illum , qui sibi delationem nominis, & capitis periculum ostentarat , & alterumAurium,& [l] eius,C.filium,& Sex.Virbium , quo sequestre [m] in illo indice corrumpendo dicebatur esse vsus , proscribendos,interficiendósq.curaret. Itaque illis crudelissimè interfectis,non mediocri ab eo ceteri proscriptionis, & mortis metu terrebantur.His rebus in causa,iudicióque patefactis, quis est qui illum absolui potuisse arbitretur? Atq.[n] hæc parua sunt:cogniscite reliqua: vt non aliquando condemnatum esse Oppianicum,sed aliquandiu incolumem fuisse miremini. ¶Primùm videte hominis audaciam.

a L.audiuistis.
b L. tum, cùm
c al.quis.*
d L.effet cō flatum,& perfectum.
e L.hæc ac, cusario,
f L.instituit testeis *id est* docet.*
g L.exitium ei exoptat.
P. B.
h Narratiuncula de damnatione Oppianici (cui tertio Sassia mater,Cluentij nupsera) & eius crimibus,hoc est de M. Auria & aliis interfectis: De Sassia matre Cluentij ducta & occisis duobus filiis ex Papia & Nonia natis. De Cluentia vxore veneno sublata. De Oppianico fratri & eius vxore prægnatæ sublatis: De Magij vxore quam procuratio prius ab ortu, duxit. De Asinio Larinate occiso per Asilium. De Dineæ sorus cæde. De falso in Dineæ testamento commisso: De tabulis publicis Larini corruptis.*
i L. iis acc.
k al.timere debuerit.
l al.portuerit.*
m quod & Marsicum, quod à Marsis coegit : & Sociale Strabo.5. adde Ciceronem pro Sylla.*
n Asculum colonia Piceni 3. *Plin.* 13 *Strab* 5.*
o Crimen inter ficarios dicebatur, si cædes ferro aut telo facta.*
p Ergastulū locus seu carcer vinctorū & gladiatorū 23.*Iud.16.*
a L. adoleſcentulum,
b De partitione heredi tatis dixi.*
c v.c.omnis suos
d L.petiit,
e L. quem tum vnū ex mult.
P. B.
f Fuga keleris & conscientiæ, testis
g v.c.L.Sullæ.
h L.IIII.viros , & ita v.c.
i In municipiis quibusdam Quattuoruiri in aliis Duumuiri.*
k v.c.tri.
l L.& eius filium,& Sex. Vibium.
m sequester intermedius *μεσίτης*.Alij sensu accipitursequester seu *μεσίτης* in 100.ff.de verborum significatione.*
n *al.* Atq; hæc.

ciam. Safiâ in matrimoniũ ducere, Auiti matrem, illam, cuius virũ A. Aurium occiderat, concupiuit. Vtrùm impudentior hic, qui postulet: an crudelior illa, si nubat, difficile dictu est. sed tamen vtriusque humanitatẽ, constantiámque cognoscite. Petit Oppianicus, *vt sibi Safia nubat*, & id magnopere contendit. illa [a] autem non admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur, non denique illam Oppianici [b] dexteram, viri sui sanguine redundantem, retormidat: sed quòd haberet treis ille filios, ideirco se ab iis nuptiis abhorrere respondit Oppianicus, qui pecuniam Safiæ concupiuisset, domo sibi quærendum remedium existimauit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur. Nam, cùm haberet exNoua infantem filium: alter autem eius filius, Pappia [c] natus, Theani Appuli, quod d abest à Larino decem & octo millia passuum, apud matrem educaretur: arcessit subitò sine causa puerum Theano: quod facere, nisi Idibus publicis, aut festis diebus, antea non solebat. Mater nihil mali misera suspicans, mittit. Ille se Tarentum proficisci cùm simulasset, eo ipso die puer, cùm hora vndecima in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, & postridie, antequàm lucaret, combustus [e] est. Atque hunc tantum mærorem matri prius hominum rumor, quàm quisquam ex Oppianici familia renuntiauit. Illa cùm vno tempore audisset sibi non solùm filium, sed etiam exsequiarum munus ereptum, Larinum confestim exanimata venit, & ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Dies nondum decem intercesserant, cùm ille alter filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuò Safia. lætanti iam animo, & spe optima confirmata. nec mirum, quę se non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delini ã videret. Itaq; *quod ceteri propter liberos pecunia cupidiores solent esse, ille propter pecuniã liberos amittere inuenitã esse duxit.* Sentio, iudices, vos pro vestra humanitate, his tantis scelcribus breuiter à me demonstratis, vehementer esse commotos. Quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus his de rebus non modò audiendum fuit, verùm etiam iudicandum? vos auditis de eo, in quem iudices non estis: de eo, quem non videtis: de eo, quem odisse iam non potestis: de eo, qui & naturæ, & legibus [f] satisfecit: quem [f] leges exsilio, natura morte multauit: auditis non ab inimico, audiris siue testibus: audicis, cùm ea, quæ copiosissimè dici possunt, breuiter à me, strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo, de quo iurati [g] sententias ferre debebant: de eo, cuius præsen is nefarium, & conscleratum vultum intuebantur: de eo, quem oderant propter audaciam: de eo, quem omni supplicio dignum esse ducebant. audiebant ab accusatoribus: audiebant verba multorum testium: audiebant, cùm vnaquaque de re à P. Canutio, homine eloquentissimo, grauiter, & diu diceretur. Et est quisquam, qui, cùm hæc cognouerit, suspicari possit, Oppianicum iudicio oppressum, & circumuentum esse innocentem? ¶ Accuratim iam reliqua, iudices, dicã, vt ad ea, quæ [h] propiora huius causæ, & adiuncta sunt, perueniam. Vos, quæso memoria teneatis, non mihi hoc esse propositum, vt accusem Oppianicum mortuum: sed, cùm hoc persuadere vobis velim, iudicium ab hoc nõ esse corruptum, hoc vti initio, ac fundamento defensionis: Oppianicum, hominem scelleratissimũ, & nocentissimum, esse damnatum: qui *vxori suæ Cluentiæ*, quæ amita huius Auiti fuit, cùm ipse poculum dedisset, subitò illa in media potione exclamauit, se maximo cum dolore mori. nec diutius vixit, quàm locuta est. nã in ipso sermone hoc & vociferatione mortua est. & ad hanc mortem tam repentinam, vocémque morientis, omnia præterea, quæ solent esse indicia, & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. ¶ Eodémque veneno C. Oppianicum, fratrẽ necauit. Neq. est hoc satis: tametsi in [a] ipso fraterno parricidio nullum scelus prætermissum videtur: tamẽ, vt ad hoc nefarium facinus accederet, aditũ sibi aliis sceleribus antè muniuit. Nam cùm esset grauida Auria, fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur: mulierem veneno interfecit, vt [b] vnà illa, & quod erat ex fratre cõceptũ, necaretur. Postea fratrem aggressus est: qui [c] serò, iam exhausto illo poculo mortis, cũ & de suo, & de vxoris interitu clamaret, testamentúmque mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis, est mortuus. Ita mulierem, ne partu eius ab hereditate fraterna excluderetur, necauit: fratris autem liberos prius vita priuauit, quàm illi hanc ab [d] natura propriam lucem accipere potuerunt: vt omnes intelligerent, nihil ei clausum, nihil sanctum esse posse: cuius ab audacia, fratris liberos ne materni quidem corporis custodia tegere potuisset. Memoria teneo, Mileſiam [e] quandam mulierem, cùm essem in Asia, quod ab heredibus secundis, accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei [f] capitalis esse damnatam: neque iniuria: quæ *spem* [g] *parentũ, memoriam* [h] *nominis, subsidium generis, heredem familiæ, designatum reipubl. ciuem sustulisset.* Quanto Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? siquidem illa, cùm suo corpori vim attulisset, se [i] ipsam cruciauit. hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem, atque cruciatum. Ceteri non videntur in singulis hominibus multa [k] parricidia suscipere posse: Oppianicus inuentus est, qui in vno corpore plureis [l] necaret. ¶ Itaque cùm hanc consuetudinem, audaciámque cognosceret auunculus illius adolescentis, Oppianici, *Cn. Magius*: isque graui morbo affectus esset, & heredem, illum sororis suæ filium, faceret: amicis adhibitis, præsente matre sua, Dinea, vxorem suam interrogauit, esserne [m] prægnans: quæ cùm se esse respondisset: ab ea petiuit, vt, se mortuo, apud Dineam, quæ tum ei mulieri socrus erat, quoad páreret, habitaret, diligentiámque adhiberet, vt id, quod conceperat, seruaret, vt saluum párere posset. Itaque ei, testamento legat grandem pecuniam à filio, siqui natus esset: ab secũdo herede nihil legat. Quid de Oppianico suspicatus sit, videtis: quid iudicarit, obscurum non est. Nam, cùm eius filium faceret heredem, eum tutorem liberis non adscripsit. Quid Oppianicus fecerit, cognoscite, vt illum Magium intelligatis longè animo prospexisse morientem. Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, siqui natus esset, eam præsentem Oppianicus non debitam mulieri soluit: si hæc solutio legatorũ, & non merces abortionis appellanda est.

a *fort.* illa autem non demiratur

b L. Oppianici domum, viri sui f. & sta quoque fugit Victor. 15. Variar.* P. XXIII.

c *al.* Papia. est autem nomen gentis Papiæ Lanuuij municipio oriundæ.* d L. quod abest Larino.

e Mos veterib. corpora comburere.*

f L. quem leges exsilio.

g Iurati iudices sententias dicebat.

h L. quæ propiora huic causæ, & adiuncta *al.* quæ propria huius causæ, & adiuncta. *al.* quæ propiora.

a L. in ipso paterno parricidio n.

b L. vt vnã cum illa, id, quod erat ex P. XXIII.

c L. qui serò & iam exit.

d L. à natura

e Citatur hic locus à Tryphonio Iurisconsulto in l. Cicero 19. de pœnis.* f Pœna abortus.* g l. 2. ff. de mortuo inferendo.*

h adde l. 220. in fin. ff. de verb. sign.* i L. seipsa

k L. multa parricidia

l *al.* multos.*

m v. effertur prægnas.

P. R.

Quo illa pretio accepto, multisque præterea muneribus, quæ tum ex tabulis Oppiani recitabantur, spem illam, quam in aluo commendatam à viro continebat, victa auaritia sceleri Oppianici vendidit. Nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur. attendite exitum. Quæ mulier obtestatione viri decem [a] illis mensibus ne domum quidem vllam, nisi socrus suæ, nosse debuit, hæc quinto mense post [b] viri mortem ipsi Oppianico nupsit. quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt. Erant enim non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ. ¶ Quid illa cædes *Asinij Larinatis*, adolescenti pecuniosi, quàm [c] clara, cùm recens fuit, quàm omnium sermone celebrata? Fuit Aiulius [d] quidam Larinas perdita nequitia, & summa egestate, arte quadam prædictus ad libidines adolescentulorum excitandas accommodata: qui, vt se blanditiis, & assentationibus in Asinij consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuò sperare cœpit, hoc [e] se Aiulio, tanquam aliqua machina admota, capere Asinij adolescentiam, & fortunas eius patria expugnare posse. Ratio excogitata Larini est: res translata Romam. iniri enim id consilium faciliùs in solitudine, perfici rem eiusmodi commodiùs in turba posse arbitrati sunt. Asinius cum Aiulio Romam est profectus. Hos vestigiis Oppianicus consecutus est. Iam vt Romæ vixerint, quibus conuiuiis, quibus flagitiis, quantis, & quàm profusis sumtibus, non modò conscio, sed etiam conuiua, & adiutore Oppianico: longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti. Exitum huius assimulatæ familiaritatis cognoscite. Cùm esset adolescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & [f] ibi diem posterum commoraretur: Aiulius, vt erat constitutum, simulat se ægrotare, & testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores [g] ad eum, qui neque Asinium, neque Aiulium nossent, adducit, & illum, Asinium appellat: ipse testamento, Asinij nomine obsignato, discedit. Aiulius illico conualescit. Asinius autem breui illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias quasdam extra portam Esquilinam, perductus, occiditur. qui cùm vnum iam, & alterum diem desideraretur: neque in iis locis, vbi ex cõsuetudine quærebatur, inueniretur, & Oppianicus in foro Larinatium dictitaret, nuper se, & suos amicos testamentum eius obsignasse: liberti Asinij, & nonnulli amici, quòd eo die, quo postremùm Asinius visus erat. Aiulium cum eo fuisse, & à multis visum esse constabat, in eum inuadunt, & hominem ante pedes Qu. Manilij, qui tum erat triumuir [h] constituunt. Atque ille continuò, nullo tumultu, nullo indicio, recentis maleficij conscientia perterritus, omnia, vt à me paullo antè dicta sunt, exponit, Asinium q. ab se, consilio Oppianici, interfectum fatetur. Extrahitur [i] domo latitans Oppianicus à Manilio: index Aiulius ex altera parte coràm renetur. Hîc iã quid reliquã quæritis? Manilius pleriq. honoratis non ille honorem à puritia, non studia virtutis, non vllum existimationis bonæ fructum vmquam cogitarat: sed expetulanti, atque improbo scurra, in discordiis ciuitatis ad eam columnam [k], ad quam multorum sæpe conuitiis perductus erat, cum [l] suffragiis populi peruenerat. Itaque rem eum Oppianico transigit: pecuniam ab eo accepit: causam & susceptam, & manifestam relinquit. Actum in Oppianici causa, crimen hoc Asinianum cùm testibus multis, tum verò indicio Aiulij probabatur. in quo, inter [a] allegatos Oppianici nomen, primum esse constabat, eius, quem vos miserum, atque innocentem, falso iudicio circunuẽtum esse dicitis. Quid? auiam, tuam, Oppianice, *Dineam*, cui tu es heres, pater tuus non manifestò necauit? ad quam cùm adduxisset medicum illum suum, iam cognitum, & [b] sæpe victorem, (per quem interfecerat plurimos) mulier exclamat, se ab eo nullo modo velle curari, quo curante suos omneis perdidisset. Tum repentè Anconitanum quendam, L. Clodium, pharmacopõlam circumforaneum [c], qui casu tum Larinum venisset, aggreditur, & cum eo LLS, quadringentis, id quod ipsius tabulis tum est demonstratum, transigit. L. Clodius, qui properaret, cui fora multa restarent, simul atq. introductus est, rem confecit: prima potione mulierem sustulit: neque postea Larini punctum est temporis commoratus. Eadem hac Dinea testamentum faciente, cùm tabulas prehendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito [d] legata deleuit: &, cùm id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, lignis adulterinis obsignauit. Multa præterea consulito. etenim vereor, ne hæc ipsa nimium multa esse videantur. vos tamen eum similem sui fuisse in [e] ceteris vitæ partibus existimare debetis. Illum tabulas publicas Larini censorias [f] corrupisse, decuriones vniuersi iudicauerunt. cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis, & affinibus tutorem vmquam liberis suis scripsit: nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo conuiuio dignum iudicabat, omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes, vt aliquam immanem, ac pernicioſam bestiam, pestémque fugiebant. Hũc tamen hominem tam audacem, tam nefarium, tam nocentem, numquam accusasset Auitus, iudices, si id prætermittere, saluo capite suo, potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus, erat: sed tamen erat vitricus: crudelis, & huic infesta mater: attamen mater, postremò nihil tam remotũ ab accusatione, quàm Cluentius & natura, & voluntate, & instituta ratione vitæ. Sed cùm esset hæc illi proposita conditio, vt aut iustè, piéque accusaret, aut acerbè, indignéque moreretur: accusare, quoquo modo posset, quàm illo modo emori, maluit. ¶ Atque, vt hæc ita esse perspicere possitis, exponam vobis Oppianici facinus manifestò compertum, atque deprehensum: ex quo simul vtrumque & huic accusare, & [g] illum condemnari necesse fuisse, intelligetis. Martiales [h] quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis, atque ei deo veteribus institutis, religionibúsque Larinatium consecrati: quorum cùm satis magnus numerus esset, cúmque item, vt in Sicilia permulti Venerei sunt: sic illi Larini in Martis familia numerarentur: repentè Oppianicus eos omneis, liberos esse: ciuesque Rom. cœpit defendere. Grauiter id decuriones Larinatium, cunctique municipes tulerunt. Itaq. ab Auito petiuerunt, vt eam causam suscipe-

ret,

a Luctus mẽsem intelligit quem auxit duobus mensib. Theodosius l. 2. C. de secundis nuptiis.*

b Nuptiæ festinatæ.*

c L. quam clara tum, recenti re? q.

d *al.* Auillius *Crista Virgu.*

e *fort.* hoc se Aiulio adhibito, tanq.

f. xxv.

f *fort.* & ibidem.

g obsignatores qui parati Seneca, 2. de beneficiis actuarii Plauto tabellones. l. 93. de reg. iur.*

h Triumuiri capitales carceris custodiã habuere. l. 2. de origine iuris: delicta crimina ad Prætorem referebant.*

i Domo extrahi rei ob crimen potest. l. 18. ff. de in ius. l. nemo. ff. de reg. iur.*

k ad Columnam Meniam Triumuiri capitales cognoscebant, de seruis & furibus & a-

P. B.

lis abiectæ fortis hominibus.*

l L. tum suffragiis pop.

a L. inter alligatos Opp.

b L. & sæpe victorẽ: mulier. excl.

c Circumforaneũs, quidã agyrtam exponunt, nisi si quis malit circa forum habitãtem.*

d Tabulis enim ceratis antiqui scribebant.*

e L. in ceteris quoq. vitæ partibus. P. xxvi.

f Censores etiam sui in municipiis, de quo alias dixi 2. Verrina.*

g *fort.* & illũ condemnari necesse f.

h Martiales ministri Martis: vt in Verrem, Veneris, Veneris liberti Venerei dicati.*

ret,publicéq.defenderet.Auitus cùm se ab omni eiusmodi negotio remouisset,tamen pro loco, pro antiquitate generis sui, pro eo, q[uo]d se non solùm suis commodis,sed etiam suorum municipũ, ceterorúmq. necessariorum natum esse arbitrabatur,tantę voluntati vniuersorum Larinatium deesse noluit.Suscepta causa,Romámq.delata,magnæ quotidie contentiones inter Auitum & Oppianicum ex vtriusq.studio defensionis excitabantur.Erat ipse immani, acerbáq.natura Oppianicus.incendebat eius amentiã infesta,atque inimica filio mater Auiti.magni autem illi sua interesse arbitrabantur, hunc à causa Mattialium dimouere[b]. Suberat etiam alia causa maior, quæ Oppianici,hominis auaritissimi,atq.audacissimi,mentẽ maximè commouebat.Nam Auitus vsque ad illius iudicij tempus, nullum testamentum vmquam fecerat. neque enim legare eiusmodi matri poterat in animũ inducere:neq.testamento nomen omnino prętermittere parentis. Id cùm Oppianicus sciret(neque enim erat obscurum)intelligebat, Auito mortuo, bona eius omnia ad matrem esse vẽtura:quę ab sese postea,aucta pecunia, maiore prædio: orbata filio,minore periculo,necaretur. Itaque his rebus incensus, qua ratione Auitum veneno tollere conatus sit, cognoscite C.&L.Fabricij fratres gemini fuerũt ex municipio Alettrinate[c],homines inter se cùm forma,tum moribus similes : municipum autem suorum dissimillimi : in quibus quantus splendor sit , quàm propè æquabilis, quàm ferè omnium constans,&moderata ratio vitæ, nemo vestrũm, vt mea fert opinio, ignorat.His Fabriciis semper vsus est Oppianicus familiarissimè.Iam hoc ferè *scitis omnes, quantam vim habeat ad coniungendas amicitias, studiorũ,ac naturæ similitudo.*Cùm illi ita viuerent,vt nullum quęstum turpem esse arbitrarentur : cùm omnis ab his fraus, omnes insidiæ,circumscriptionésq.adolescentium nascerentur,cúmque essent vitiis,atque improbitate omnibus noti : studiosè,vt dixi, ad eorum se familiaritatem multis iam antè annis Oppianicus applicarat.Itaq.tum sic statuit perC. Fabricium(nam L.erat mortuus)insidias Auito comparare. Erat illo tempore infirma valetudine[d] Auitus.vtebatur autẽ medico ignobili,sed spectato homine,Cleophantò : cuius seruum Diogenem Fabricius ad venenum Auito dandum spe & pretio sollicitare cœpit. Seruus non incallidus,sed,vt ipsa res declarauit,frugi,atq.integer,sermonem Fabricij non est aspernatus:rem ad dominũ detulit:Cleophantus autem cum Auito est locutus. Auitus autem statim cum M.Bebrio senatore,familiarissimo suo cõmunicauit : qui qua fide, qua prudẽtia,qua dignitate [e]fuerit,meminisse vos arbitror.ei placuit,vt Diogenem Auitus emeret à Cleophanto , quo facilius aut comprehenderetur res eius indicio,aut falsa esse cognosceretur.Ne[f] multis,Diogenes emitur:venenum diebus paucis comparatur:multi viri boni , cùm ex occulto interuenissent: pecuniáq.obsignata , quæ ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri , liberti Fabriciorum,deprehenditur.Prò dij immortales! Oppianicum quisquam , his rebus cognitis, circumuentum dicit[g] esse?Quis vmquam audacior ? quis nocentior ? quis apertior in iudicium adductus est? Quod ingenium, quæ facultas dicẽdi,quę à quoquã excogitata defensio,huic vni crimini potuit obsistere?simul& illud quis est, qui dubitet , quin hac re comperta,manifestóque deprehẽsa, aut obeunda mors Cluentio,aut suspicienda accusatio fuerit ? ¶Satis esse arbitror demonstratum,iudices,iis criminibus accusatũ esse Oppianicum, vt honestè absolui nullo modo potuerit:Cognoscite nunc[a] ita reum ciratum esse illum, vt,re semel,atque iterum prædicata[b],condemnatus,in iudicium venerit.Nã Cluentius, iudices primum *nomen*[c] *eius detulit* , cuius in manibus venenum deprehenderat,is erat libertus Fabriciorum , Scamander. integrum consilium:iudicij corrupti nulla suspicio:simplex in iudicium causa, certa res,verũ tamen allatum est. Hìc tum Fabricius,is,de quo antè dixi,qui,liberto damnato,sibi illud impendere periculum videret:quòd mihi cum Alettrinatibus vicinitatem, & cum plerisque eorum magnum vsum esse sciebat , frequenteis eos ad me domum adduxit. Qui quamquam de homine, sicut necesse erat, existimabant: tamen, quòd erat ex eodem municipio , suæ dignitatis esse arbitrabantur,eum,quibus rebus possent,defendere:idq.à me, vt facerem, & vt causam Scamãdri susciperem,petebant: in qua causa patroni omne periculum continebatur. Ego, qui neque illis talibus viris,ac tam amantibus mei,rem possem vllam negare,neque illud crimen.tantum,ac tam manifestum esse arbitrarer,sicut d nec illi quidem ipsi,qui mihi tum illam causam commendabant, arbitrabantur : pollicitus iis sum,me omnia,quæ vellent,esse facturum.Res agi cœpta est:*citatus* est Scamander reus:*accusabat* P. Canutius,homo in primis ingeniosus,&in dicendo exercitatus:accusabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus,venenum esse deprehẽsum.Omnia tela totius accusationis in Oppianicum coniiciebãtur : aperiebatur causa insidiarum.Fabriciorum familiaritas commemorabatur:hominis vita,& audacia proferebatur: deniq.omnis accusatio variè,grauitérq.tractata, ad extremum manifesta veneni deprehensione concluſa est. Hìc ego cùm *ad respondendum* surrexi,qua cura?dij immortales!qua sollicitudine animi? quo timore ? Semper equidem magno cum metu incipio dicere.quotiescumq.dico, toties mihi videor in iudicium venire, nõ ingenij sõlùm,sed etiã virtutis,atq.officij?ne aut id profiteri videar,quod non possim implere,quod est impudentiç.aut id non efficere,quod possim,quod est aut perfidiç,aut negligẽtiæ.tum verò ita sum perturbatus,vt omnia timerem. si nihil dixissem,ne infantissimus.si multa in eiusmodi causa dixissem,ne impudentissimus existimarer. Collegi me aliquando,& ita cõstitui fortiter esse agendũ.illi ætati, qua tum eram,solere laudi dari, etiam si in minùs firmis causis hominum periculis nõ defuissem. itáque feci:sic pugnaui,sic omni ratione contendi,sic ad omnia confugi,quantum ego assequi potui,remedia,aut perfugia causarũ,vt hoc,quod timidè dicam, consecutus sim, nequis illi causæ patronum defuisse arbitraretur. Sed, vt quidquid [e] ego apprehenderam , statim accusator extorquebat è manibus. Si fquæsieram an inimicitiæ Scamandro cum Auito.fatebatur,nullas fuisse.sed Oppianicum, cuius ille ministèr fuisset,huic inimicissimũ

a P. B. *L. quod se non suis solũ commod.*

b *L. demoueret.*

c *L. Alettrinati.*

d *v.c. valetudine*

e diligentia.*

f *L. ne multis Diogenes emitur: venenum diebus paucis multi viri boni cum ex ac.*

g *L. esse dicet?*

a *L. nunc ita illum reum esse citatum, vt,re*

P. B. b DE PRAEIVDICIIS, seu de iudicio in Scamãdrum, C. Fabricium.*

c Iudiciorũ capitaliũ ordo hic delineatur : Nominis delatio, patrocinium rei, Citatio, Accusatio, Defensio, Probationes ex testibus, coniecturis, interrogationibus seu confessionibus, Cõdemnatio.*

d *L. sicut ne illi quidem ipsi.*

P. XXVIII.

al. quidq.

f *L. Si quæsieram , ec. quæ inimicitiæ sc.*

fuisse,atque esse dicebat. Sin autem illum egeram,nullum ad Scamandrum morte Auiti venturum emolumentum fuisse: concedebat: sed ad vxorem Oppianici,homini in vxoribus necandis exercitati, omnia bona Auiti ventura esse dicebat Cùm illa defensione vsus essem , quæ in libertinorum causis honestissima semper existimata est,Scamandrum patrono esse probatum: fatebatur: sed quærebat , cui probatus esset ipse patronus. Cùm ego pluribus verbis in eo commoratus essem,Scamandro factas insidias esse per Diogenem: constitutúmque inter eos de alia re fuisse, vt medicamentum,non venenum Diogenes afferret: hoc cuiuis vsu venire posse: quærebat,cur in eiusmodi locum, tam abditum,cur solus,cur cum obsignata pecunia,venisset. Denique hoc loco causa *testibus* , honestissimis hominibus , premebatur. M. Bebrius de suo consilio Diogenem emtum: se præsente Scamandrum cum veneno , pecuniáque deprehensum esse dicebat. P. Quinctius [a]Varus,homo summa religione & summa auctoritate præditus, de insidiis,quæ fierent Auito,& de sollicitatione Diogenis,recenti re , secum Cleophantum locutum esse dicebat. Atque in illo iudicio cùm Scamandrum nos defendere videremur, verbo illo reus erat,re quidem vera,& periculo,& tota accusatione Oppianicus. Neq.id obscurè ferebat , nec [b]dissimulare vllo modo poterat: aderat frequens,aduocabat,omni studio,gratiáque pugnabat: postremò, id quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipso in loco , quasi reus ipse esset,sedebat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum , sed in Oppianicum coniiciebantur : *timor* eius,perturbatio, suspensus, incertúsque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa , hæc aperta , ac manifesta faciebant. Cùm *in consilium* iri oporteret, quæsiuit ab [c]eo reo C.Iunius, quæsitor, ex lege [d]illa Cornelia , quæ tum erat, clàm , an palàm , de se sententiam ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est,quòd is Auiti familiarem Iunium esse dicebat,clàm velle ferri.Itum est in consilium.*omnibus sententiis* , præter vnam , quam suam Stalenus esse dicebat,Scamander prima [e]actione condemnatus est.Quis tum erat omnium,qui Scamandro condemnato,non iudicium ab Oppianico factum esse arbitraretur? quid est illa damnatione iudicatum,nisi venenum id quod Auito daretur,esse quæsitum? quę porrò tenuissima suspicio collata in Scamandrum est , aut conferri potuit , vt is sua sponte necare voluisse Auitum putaretur? Atq.hoc tum iudicio facto,& Oppianico,re[f] & existimatione,iam : lege,& pronuntiatione nondum condemnato,tamen Auitus Oppianicum reum [g]statim non fecit. voluit cognoscere , vtrùm iudices in eos solos essent seueri , quos venenum habuisse ipsos comperissent: an etiam consilia conscientiásque eiusmodi facinorum , supplicio dignas iudicarent. ¶ Itaque C.Fabricium quem propter familiaritatem Oppianici conscium illi fa-cinori fuisse arbitrabatur, *reum* [g]statim [h]fecit i vtque ei locus primus constitueretur, propter [k]causæ coniunctionem impetrauit. Hic tum Fabricius non modò ad me meos vicinos,& amicos,Aletrinates,non adduxit, sed ipsę iis neque defensoribus vti postea, neque laudatoribus [a] potuit. Rem enim integram hominis non alieni , quamuis suspiciosam,defendere, humanitatis esse putabamus:iudicatam labefactare conari,impudentiæ.Itaque tum ille,inopia,& necessitate coactus , in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit, homines industrios, atque eo animo, vt , quæcumque dicendi potestas [b]esset data , in honore , atque in beneficio ponerent. Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est,quòd in morbis corporis,vt quisque est difficillimus , ita medicus nobilissimus,atque optimus quæritur,in periculis capitis , vt quæque causa difficillima est , ita deterrimus,obscurissimúsque patronus adhibetur.nisi fortè hæc [c]causa est, quòd medici nihil , præter artificium , oratores etiam auctoritatem præstare debent.*Citatur* reus:agitur [d]causa paucis verbis. *accusat*, vt de re iudicata,Canutius. Incipit,longo,& altè petito proœmio, *respondere* maior Cepasius. primò attentè auditur eius oratio. erigebat animũ, iam demissum , & oppressum , Oppianicus gaudebat. ipse Fabricius non intelligebat, animos iudicum , non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoueri. postea quàm de re cœpit dicere,ad ea,quæ erant in causa,addebat etiam ipse noua quædam vulnera. Hoc quamquam sedulò faciebat , tamen interdum non defendere, sed [e]præuaricari [f]accusationi videbatur. Itaque cùm callidissimè se dicere putaret , & cùm illa verba grauissima ex intimo artificio deprom sisset : RESPICITE, IVDICES , HOMINVM FORTVNAS: RESPICITE DVBIOS , VARIÓSQVE CASVS , RESPICITE C. FABRICII SENECTVTEM: cùm hoc, RESPICITE , ornandæ orationis causa sæpe dixisset,respexit ipse. at C. Fabricius à subsellis, demisso capite, discesserat. Hic [g]iudices tidere, stomachari, atque acerbe ferre: patronus causam sibi eripi,& se cetera de illo loco, RESPICITE IVDICES, non posse dicere : nec quidquam propius est factum, quàm vt illum persequeretur, &c , collo obtorto [h], ad subsellia reduceret,vt reliqua posset perorare. Iam tum Fabricius primum suo iudicio quod est grauissimum : deinde legis vi, & sententiis iudicum est *condemnatus*. ¶ Quid i est, quòd iam [k]de Oppianici causa plura dicamus? Apud eosdem iudices reus est factus , cùm is duobus præiudiciis iam damnatus esset : ab iisdem autem iudicibus, qui Fabriciorum damnatione de Oppianico iudicarant , locus ei primus est constitutus: accusatus est criminibus grauissimis, iis, quæ à me breuiter dicta sunt, & præterea multis, quæ ego omnia nunc omitto : accusatus est apud eos , qui & Scamandrum , ministrum Oppianici,& Fabricium,conscium maleficij, condemnarant. Vtrùm[m],per deos immortaleis, magis est mirandum , quòd is condemnatus est , an quòd omnino respondere ausus est? Quid enim illi iudices facere potuerunt? qui si innocenteis Fabricios condemnassent,tamen in Oppianico sibi constare,& superioribus consentire iudiciis debuerunt. An verò illi [n]per se iudicia rescinderent , cùm ceteri soleant, in iudicando,ne ab aliorum iudiciis discrepent, prouidere? & illi,qui Fabricij libertum,quia minister in maleficio fuerat:patronum,quia conscius,

P. E.

a L. Quinctilius Varus,

b *al.* neque diss.

c L. ab reo C.Iun.

d legem Corneliam de veneficiis intelligit latã à Cornelio Sylla anno vrbis 671.*

e Præiudicio damnabatur, re & existimatione:Iudicio verò P. xxix. lege , & pronuntiatione simul.*

f *al.* statim reum non fecit,

g *al.* statim reum fecit:

h De Scamandri condemnatione & nominis eius delatione,citatione,accusatione, defensione,cõdemnatione*

i Reum facere est nomẽ deferre.*

k ordo accusatorum seruabatur propter causæ coniunctionem.*

a Laudatores etiam patronos vel admittebant.*

b *Suetonius.*

c *L.* hoc causæ est,

d *L.* agitur causa paucis verbis accusat, vt de re iud. ‖ Agebatur ante causa apud prætorem die P. xxx. cognitionum præsente cõsilio. Dicebatur vero causa, & edebatur actio postulationum die, qui dies comperendinus erat minimum in iudicationi,dicendóq. vadimonio destinatus.*

e L. sed præuaricari accusatori vid.

f Præuaricatur, qui vera crimina abscondit. *ff. ad Turpill.*

g L. Hic iudices ridere: stomachari, atque acerbè ferre patronus. c. u. f.

h *sic in Verr.* obtorta gula.*

i *al.* Quid est iam quod de

k DE OPPIANICI Condemnatione.*

l *al.* Oppianici persona, causaque.*

m *al.* Vtrum per d. P. xxx.

n L. sua ipsi iudicia resc.

scius, condemnassent: ipsum principem, atque architectum sceleris absoluerent? & qui ceteros, nullo prejudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent: hunc, quem bis condemnatum iam acceperant, liberarent? Tum verò illa iudicia senatoria, nō falsa inuidia, sed vera, atq. insigni turpitudine notata, atque [a] operta dedecore, & infamia, defensioni locum nullum reliquissent. Quid enim tandem illis [b] iudices responderent, siquis ab iis quæreret? Condemnastis Scamandrum. quo crimine? nempe quòd Auitum per seruum medici, veneno necare voluisset. Quid Auiti morte Scamander consequebatur? nihil, sed administer erat Oppianici. Condemnastis C. Fabricium. quid ita? quia, cùm ipse familiarissimè Oppianico vsus, libertus autem eius in maleficio deprehensus esset: illum expertem eius consilij fuisse non probabatur. Si igitur ipsum [c] Oppianicum, bis [d] suis iudiciis condemnatum, absoluissent, quis tantam turpitudinem iudiciorum, quis tantam inconstantiam rerum iudicatarum, quis tādem libidinem iudicum ferre potuisset? ¶ Quòd [e] si hoc videtis, quod iam hac omni oratione patefactum est, illo iudicio reum condemnari, præsertim ab iisdem iudicibus, qui duo præiudicia fecissent, necesse fuisse: simul illud videatis, necesse est, nullam accusatori causam esse potuisse, cur iudicium vellet corrumpere. Quæro enim abs te, T. [f] Acti, relictis iā ceteris argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocentes [g] condemnatos existimes: num etiā illa iudicia, pecunia corrupta esse dicas: quibus iudiciis alter à Staleno solo absolutus est, alter etiam ipse se condemnauit. Age, si nocentes: cuius maleficij? numquid præter venenum quæsitum, quo Auitus necaretur, obiectum est? numquid aliud in illis iudiciis versatum est, præter hasce insidias Auito ab Oppianico per Fabricios facta? nihil, inquam aliud, iudices, reperietis. Exstat memoria: sunt tabulæ publicæ. redargue me, si mentior: testium dicta recita: doce, in illorum iudiciis quid, præter hoc venenum Oppianici, non modò in criminis, sed in maledicti loco sit obiectum. Multa dici possunt. quare ita necesse fuerit iudicari. sed ego occurram exspectationi vestræ, iudices. Nam, etsi à vobis sic audior, vt numquam benigniùs, neque attentiùs quemquam auditum putem: tamen vocat me aliò iam dudum tacita vestra exspectatio: quæ mihi obloqui videtur. Quid ergo? negásne, illud iudicium esse corruptum? non nego. sed ab hoc corruptum non esse confirmo. A quo igitur est corruptum? opinor, primùm, si incertum fuisset, quisnam exitus illius iudicij futurus esset. verisimilius tamen esset, eū potiùs corrupisse, qui metuisset, ne ipse condemnaretur, quàm illum, qui veritus esset, ne alter absolueretur. deinde, cùm esset nemini dubium, quid iudicari necesse esset, eum certè potiùs, qui sibi aliqua ratione diffideret, quā eum, qui omni ratione cōfideret: postremò, certè potius illum, qui bis apud eos iudices offendisset, quàm eum, qui bis causam iis probauisset. vnum quidem certè, nemo erit tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, si cōstet corruptum illud esse iudicium, aut ab Auito, aut ab Oppianico esse corruptum. si doceo non ab Auito, vinco ab Oppianico. si

[a] al. & cooperta dedec.
[b] al. iudices illi resp. ond.
[c] al. Oppianicū ipsum,
[d] Panagbis præiudiciis.*
[e] Confirmationis pars altera, qua probat, Oppianicum iudicium Iunianum pecunia corrupisse.*
[f] L. T. Atti, al. Acci. Nā & ipse Cicero in Bruto testatur se accusationi T. Accij Pisaurensis respondisse pro A. Cluentio.*
[g] v.c. innocentis
[h] sint. nihil: nihil, inquā, aliud

A oſtendo ab Oppianico, purgo Auitum. Quare, etsi satis docui, rationem nullam huic corrumpendi [a] fuisse, ex quo intelligitur, ab Oppianico esse corruptum, tamen de illo ipso separatim cognoscite. Atque ego illa non argumentabor, quæ sunt grauia vehementer. eum corrupisse, qui in periculo fuerit. eum, qui mecuerit. eum, qui spem salutis in alia ratione non habuerit. eum, qui semper singulari fuerit audacia. multa sunt eiusmodi. verùm cùm habeam rem non dubiam, sed apertam, atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. Dico, C. Ælio Staleno, iudici pecuniam grandem Statium Albium ad corrumpendum iudicium dedisse, numquis negat? Te appello, Oppianice te. T. [b] Acti. quorum alter eloquentia damnationem illam, alter tacita pietate deplorat. audete negare, ab Oppianico Staleno iudici pecuniam datam: negate, negate, inquam, in [c] eo loco. quid reticetis? At negare non potestis, quod repetistis, quod confessi estis, quod abstulistis. Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis, cùm ab ista parte, iudici pecuniam ante iudicium datam, post iudicium ereptam esse fateamini? Quōnam igitur hæc modo gesta sunt? repetam paullo altiùs iudices, & omnia, quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videramini. Vos quæso, vt adhuc me attentè audistis, item, quæ reliqua sunt, audiatis profectò nihil à me dicetur, quod non dignum hoc conuentu, & silentio, dignum vestris studiis, atque auribus esse videatur. Nam, vt primùm Oppianicus, ex eo, quòd Scamander reus erat factus, quid sibi impenderet, cœpit suspicari: statim se ad hominis egentis, audaciis, in iudiciis corrumpendis exercitati, tum autem iudicis, Staleni familiaritatem applicauit. Ac primùm Scamandro reo, tantum donis datis, muneribúsque perfecerat [d], vt [e] eo auctore vteretur cupidiore, quàm fides iudicis postulabat. Pòst autem, cùm esset Scamander vnius Staleni sententia absolutus, patronus autem Scamandri ne sua quidem sententia liberatus: acrioribus saluti suę remediis subueniendum putauit. Tum à Staleno, sicut ab homine ad excogitādum acutissimo, ad audendum impudentissimo, ad efficiendum acerrimo. (hæc enim ille & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte se habere simulabat.) auxilium capiti, & fortunis suis petere cœpit. Iam hoc non ignoratis iudices, vt etiam bestię, fame dominante, si, plerumque [f] ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur. Staleni ille biennio antè, cùm causam bonorum Safinij Atellæ recepisset, fexcentis millib. nummūm se iudicium corrupturū esse dixerat. quę cùm accepisset à pupillo, suppressit: iudicióq. facto, nec Safinio, nec bonorum emtoribus reddidit. Quam [g] cùm pecuniam profudisset, & sibi nihil non modò ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidē reliquisset. statuit ad easdē sibi prædas, ac suppressiones iudicialeis reuertendum [h]. Itaque cùm Oppianicum iam perditum, & i duobus iugulatum præiudiciis videret: promissis eum suis excitauit abiectum, & simul saluti desperare vetuit. Oppianicus orare hominē cœpit, vt sibi rationem ostēde-

[a] al. corrupendi iudicij fuisse.
[b] L. T. Actis.
[c] al. meo loco. al. in isto loco.*
[d] P. B.
[e] L. profecerat, vt eo fautore vteretur cup.
[f] al. fautore vt supra.*
[g] al. Quum pecuniam.
[h] Reuertendum L. & duobus præiudiciis iugulatū videret.

P. xxxi.

ret iudicij corrumpendi. Ille autem (quemadmodum ex ipso Oppianico postea est auditum) negauit, quemquam esse in ciuitate, præter se, qui id efficere posset. sed primò graui cœpit, quòd ædilitatem se petere cum hominibus nobilissimis, & inuidiam, atque offensionem timere dicebat. pòst exoratus, initiò permagnam pecuniam poposcit: deinde ad id peruenit, quod confici potuit, & a sestertia sexcenta quadraginta millia deferri ad se domum iussit. Quæ pecunia simulatque ad eum delata est, homo impurissimus statim cœpit in eiusmodi mente, & cogitatione versari: nihil esse suis rationibus vtilius, quàm Oppianicum condemnari: illo absoluto, pecuniam illam aut iudicibus dispertiendam, aut ipsi esse reddendam: damnato, repetiturum esse neminem. Itaque rem excogitat singularem. Atque hæc, iudices, quę vere dicuntur à nobis, faciliùs credetis, si cum animis vestris longo interuallo recordari C. Staleni vitam, & naturam volueritis. Nam b proinde vt opinio est de cuiusque moribus, ita, quid ab eo factum, & non factum sit, existimari potest. Cùm esset egens, sumtuosus, audax, callidus, perfidiosus, & cùm domi suæ, miserrimus & c inanissimus, tantũ nummorum posse tum videret: ad omnem malitiam, & fraudem versare mentem suam, hæc secum cogitans, cœpit: Démne iudicibus? mihi igitur ipsi, præter periculum, & infamiam, quid quæretur? nihil excogitem, qnamobrem Oppianico d damnari necesse sit? quî tandem? nihil enim est, quod fieri non possit. Siquis eum fortè casus ex periculo eripuerit, nónne reddendum est? præcipitantem igitur impellamus, inquit, & perditum prosternamus. Capit e hoc consilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus leuissimis polliceatur: deinde eam postea supprimat: vt, quoniam grauis homines sua sponte seuere iudicaturos putabat: hos, qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico redderet. Itaque, vt erat semper præposterus, atque peruersus, initium facit à Bulbo f: & eum, cũ iamdiu nihil quęsierat, tristem, atque oscitantem, leuiter impellit. Quid tu, inquit? ecquid me adiuuas, Bulbe, ne gratis reipublicę seruiamus? Ille verò, simul atque hoc audiuit, Ne GRATIS, Quò voles, inquit, sequar. sed quid affers? Tum ei quadraginta g millia h, si esset absolutus Oppianicus, pollicetur: & eum, vt ceteros appellet, quibuscum loqui cõsuesset, rogat: atque etiam ipse conditor totius negotij, Guttam i adspergit huic Bulbo. Itaque minimè amarus is visus est, qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat k. Vnus, & alter dies interceserat, cùm res parum certa videbatur: sequester, & confirmator l pecuniæ deliberabatur. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandissimè potest: Quid m tu, inquit, Pacete? (hoc enim sibi Staleno cognomen ex n imaginibus Æliorum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis magis suæ, quàm generis vti cognomine videretur) qua de re mecum locutus es, quæruñt à me, vbi sit pecunia. Hic ille o planus P improbissimus, quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ, quam considerat, spe iam, atque animo incubaret, contrahit frontem: (recordamini faciem, atq. illos eius fictos, simulatósque vultus) quęritur se ab Oppianico destitutum: &, qui esset totus ex fraude, & mendacio factus, quíque ea vitia, quæ à natura habebat, etiam studio, atque artificio quodam malitiæ condiuisset, pulchrè asseuerat se ab Oppianico destitutum: atque hoc addit testimonij, sua illum sententia, quam palàm omnes laturi essent a, condemnatum iri. Manarat sermo in consilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices esse versatam. res neque tam fuerat occulta b, quàm erat occultanda: neq. tam erat aperta, quàm reip. causa aperienda. In ea obscuritate, ac dubitatione omniũ, Canutio, perito homini, qui quodã odore suspicionis Stalenum corruptũ esse sensisset, neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit repentè iudices pronũtiare c. Iudices se id velle dixerunt. Hic tum Oppianicus non magnopere pertimuit. rem à Staleno perfectã esse arbitrabatur. In consilium erant ituri iudices triginta, & duo. sententiis decem, & sex absolutio confici d poterat. LLS. quadraginta millia nummũm in singulos iudices distributa, eum numerum sententiarum conficere debebant, vt ad cumulum, spe maiorum præmiorum, ipsius Staleni sententia septimadecima accederet. Atque etiam casu tum, quòd illud repentè erat factum, Stalenus ipse non aderat. causam nescio quam apud iudicem defendebat. Facilè hoc Auitus patiebatur: facilè Canutius: at non Oppianicus: neque patronus eius L. Quinctius: qui cùm esset eo tẽpore tribunus plebis, conuicium C. Iunio, iudici quæstionis, maximum fecit, vt ne sine Staleno in cõsilium iretur: cúmque id ei per viatores cõsultò negligentiùs agi videretur, ipse à publico iudicio ad priuatum Staleni iudicium profectus est, & illud pro potestate dimitti iussit: Stalenum ipse ad subsellia adduxit. Consurgitur in consilium, cùm sententias Oppianicus, quæ tum erat potestas, palàm ferri velle dixisset, vt Stalenus scire posset, quid cuique deberetur. Varia iudicum genera: nummarij pauci: sed omnes irati. Vt enim qui accipere in campo consueuerunt, iis candidatis, quorum nummos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse: sic eiusmodi iudices, infesti tum reo venerãt: ceteri innocentissimum esse arbitrabantur: sed spectabant e sententias eorum, quos corruptos putabant: vt ex iis constituerent, à quo iudicium corruptum videretur. Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo, & Staleno, & Guttæ esset iudicandum. Summa omnium exspectatio, quídnam sententiæ ferrẽt leues, ac nummarij f iudices. Atque illi omnes sine vlla dubitatione condemnant. Hic tum iniectus est hominibus scrupulus, & quædam dubitatio, quídnam esset actum. deinde homines sapientes, ex vetere illa disciplina g iudiciorum, qui neque absoluere hominem nocentissimum possent, neque eum de quo esset orta suspicio, pecuniã oppugnatum, re illa incognita, primò condemnare vellent: nõ liquere dixerunt. Nonnulli autem seueri homines, hoc statuerunt, *quo quisque animo quid faceret, spectari oportere*: &, si alij pecunia accepta verum iudicabant, tamen nihilo minus se superioribus suis iudiciis constare putabant oportere. Itaque damnarũt. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocẽtem Oppianicum siue imprudentia, siue misericordia, siue aliqua suspicione, siue ambitione adducti, absoluerẽt. Condemnato Oppiani-

a Ex lege Corneliaquæ potestatẽ reo dabat vt sententiæ palàm vel clam ferrentur.*

b L. occultata,

c al. Pronuntiare dixerũt. Hic tũ, &c.* P. XXXIII.

d L. confici poterat. quadraginta millia nummũm in sing.

e al. «Spectabant.»

f nummarij iudices, corrupti.*

g L. iudiciorum disciplina, q. l.

h fort. pecunia esse oppugnatum,

P. XXXII. a L. & sestertium sexcenta quadrag.

b L. Nã proinde, vt opin.

c L. miserrimis in locis, & inanissimis tantum num

d al. Oppianicũ damn.

e L. Capit hoc consilij.

f Huius Bulbi vt & Staleni meminit Verrina 2.*

P. B. g fort. quadraginta LLS. millia,

h hoc est, centum coronatos.*

i Iocus: conditur enim Bulbus asperſagutta.*

k vel. speculæ. Est autem specula, spes exigua.*

l Confirmator pecuniæ, sponsor pecuniæ.*

m L. Quid tu, inquit, Pacete? (hoc enim Cognomen gentis Aeliæ, Pætus.*

n al. ipse.*

o planus impostor,*

pianico, statim L. Quinctius, homo maximè popularis, qui omneis [a] rumorum, & concionum ventos colligere consuesset, oblatam sibi facultatē putauit, vt ex inuidia senatoria posset crescere. quod eius ordinis iudicia minùs iā probari populo arbitrabatur. Habetur vna, atque altera concio vehemens, & grauis accepisse pecuniam iudices, vt innocentē reū condemnarent, tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omniū dicebat: nulla esse iudicia: qui pecuniosum inimicum haberet, incolumen esse neminem [b] posse. Homines totius ignari negotij, qui Oppianicum numquam vidissent, virum optimum, & [c] hominem prudentissimum, pecunia oppressum arbitrarentur: incēsi suspicione, rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. Atq. illo ipso tēpore in ædeis T. Annij, hominis honestissimi, necessarij, & amici mei nocte Stalenus, arcessitus ab Oppianico, venit. Iā cetera nota sunt omnibus: vt cū illo Oppianicus egerit de pecunia: vt ille se redditurū esse dixerit, vt eorum sermonem omnem audierint viri boni, qui tum consultò prope [d] in [e] occulto stetissent: vt res patefacta, atque in forum prolata, & pecunia omnis à Staleno extorta, atque erepta sit. Huius Staleni persona, populo iam nota atq. perspecta, ab nulla turpi suspicione abhorrebat: suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasset, qui erant in concione, non intelligebant. neque enim docebantur, versatam esse [f] in iudicio mentionem pecuniæ sentiebant s: innocentem reum condemnatum esse audiebant: Staleni sententia condemnatum videbant: non gratis id ab eo factum esse quòdho minem norant, iudicabant. similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspicio consistebat. Itaque confiteor (licet enim iam impunè hoc præsertim in loco confiteri) quòd Oppianici non modò vita, sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotū fuisset: indignissimum porrò videretur, circumuentum esse innocentem pecunia: hanc deinde suspicionē augeret Staleni improbitas, & nonnullorum eius similium iudicum turpitudo: causam autem ageret L. Quinctius, homo cùm summa potestate præditus, tum ad inflammandos animos multitudinis accommodatus: summam [g] illi iudicio inuidiam, infamiámque esse conflatam. Atque in hanc flammam recentem, C. Iunium [h], qui illi quæstioni præfuerat, iniectum esse nemini, & illum hominē ædilitium, iam prætorem opinionibus hominum constitutum: nō disceptatione dicendi sed clamore hominum, de loco atque adeò de ciuitate esse sublatū. Neque me pœnitet, hoc potius tempore, quàm illo, causam A. Cluentij defendere. Causa enim manet eadem, quæ mutari nullo modo potest: temporis iniquitas, atq. inuidia recessit, vt, quod in tempore mali fuit, nihil obsit: quod in causa boni fuit, prosit. Itaque nunc quemadmodū audiar, sentio, non modò ab iis quorum iudicium, atque potestas est: sed etiā ab illis, quorum tantum est existimatio. At tum si dicerem, non audirer: non quòd alia res esset, immò eadē, sed tempus aliud. Id adeò sic cognoscite. Quis tum auderet dicere, nocentē condemnatum esse Oppianicum? quis nunc audet negare? Quis tum posset arguere, ab [k] Oppianico tentatum esse iudicium pecunia? quis id hoc tempore infitiari potest? Cui tum licueret docere, Oppianicum reum factū esse tum denique, cùm duobus proximis prætoribus ciis condemnatus esset? quid est, qui id hoc tēpore infirmare conetur? Quare, inuidia remota, quam dies mitigauit, oratio mea deprecata est, vestra fides, atque æquitas à veritatis disceptatione reiecit: quid est prætereà, quod in causa relinquatur? Versatam esse in iudicio pecuniam, constat: ea quæritur vnde profecta sit: ab accusatore, an ab reo. Accusator dicit hæc: Primùm, grauissimis criminibus accusabam, vt nihil opus esset pecunia: deinde, condemnatum adducebam: vt ne ei pi quidem pecunia posset: postremò, etiamsi absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret. Quid contrà reus? Primùm, ipsam multitudinem, & atrocitatem criminum pertimescebā: deinde, Fabriciis, propter conscientiam mei sceleris, condemnatis, me esse condemnatum, sentiebam: postremò, in eum casum venerā, vt omnis mearum fortunarum status vnius iudicij periculo contineretur. Age, quoniam corrumpēdi iudicij causas ille multas, & graueis habuit, hic nullam: profectio ipsius pecuniæ requiratur. Confecit tabulas diligentissime Cluentius. hęc autem res habet hoc certè vt nihil possit neque additum, neque detractū de re familiari latēre, anni sunt octo, cùm ista causa in ista meditatione versatur: cùm omnia, quæ nunc ad eā rem pertinent, & ex huius, & ex aliorum tabulis, agitatis, tractatis, inquiritis: cùm interea Cluentianæ pecuniæ vestigium nullum inuenitis. Quid? Albiana pecunia vestigiisne vobis [a] odoranda est, an ad ipsum cubile, vobis ducibus, venire possumus? Tenentur vno [b] in loco LLS. sexcenta quadraginta millia nummūm: tenētur apud hominem audacissimum: tenentur apud iudicem. quid vultis amplius? At enim Stalenus non fuit ab Oppianico, sed à Cluentio ad iudicium corrumpendum constitutus. Cur eū, cùm in consilium iretur, Cluentius, & Canutius abesse patiebantur [c]? cùm in consilium mittebant, Stalenum iudicem. cui pecuniam dederant, non requirebant? Oppianicus quæ rebat? Quinctius flagitabat? sine Staleno ne in consiliū iretur, tribunitia potestate perfectum [c] est? At condemnauit. Hanc enim damnationem [f] dederat obsidem Bulbo, & ceteris, vt destitutus ab Oppianico videretur. Quare si istinc causa corrumpendi iudicij, istinc pecunia, istinc Stalenus, istinc denique omnis fraus, & audacia est: hinc pudor, honesta vita, & nulla suspicio pecuniæ, nulla corrumpēdi iudicij causa: patiaminis [g], veritate patefacta, atque omni errore sublato, eò transire illius turpitudinis intamiam, vt ici cetera maleficia consistant [h]: ab eo inuidiā discedere aliquando, ad quem nūquam accessisse culpam videtis. At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum iudicium, sed ad conciliationem gratiæ. Tēne hoc, Acti i, dicere, tali prudentia, etiam [k] vsu, atque exercitatione præditum? *Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuenti obtemperet.* In stultitia contrà est. *Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quàm ille, qui, quod stultè alteri venit in mentem, comprobat.* Istam conciliationem

a *v.r.* omnis.
b *al.* Posse ne minem.
c L. & hominem pudentissimum,
d *al.* propter. e Huius facti meminit Cicero in Topicis.*
f *al.* sciebant.
g L. summam Auito, illo iudicio, inuidiā, ex vet. summam habito illo iudicio.*
h L. tum C. Iunium,
i L. id audet
k L. ab Oppianico iudicii tentatum esse p.
P. XXXIIII.
P. XXXV.
a L. nobis.
b L. vno in loco sexcenta quadraginta millia num.
c L. patiebantur: cur, cùm in consil.
d L. Oppianicus quærebatur?
f *al.* condemnationem.
g *fort.* patimini versit.
h L. consistunt.
P. B.
l L. Atti, k L. tali etiā vsu,
l sumptū ex Hesiodo refert etiam Aristoteles ad Nicomachum: Liuius 32.*

gratię Stalenus tum recenti re, cùm faucibus premeretur, excogitauit, siue vt homines tum loquebantur, à P. Cethego admonitus,

a L. istam dedit conciliationis gratiæ ab.

istam [a] dedit conciliationis, & gratiæ fabulã. Nam fuisse hunc hominum sermonem recordari potestis. Cethegum, quòd hominem odisset, & quod eius improbitatem vetsari in repub. nollet, & quòd videret, eum, qui se ab reo pecuniam, cùm iudex esset, clã, atque extra ordinem accepisse confessus esset, saluum esse non posse, minus ei fidele cõsilium dedisse. In hoc si improbatus Cethegus fuit, videtur mihi aduersarium remouere voluisse. sin erat eiusmodi causa, vt Stalenus nummos se accepisse negare nõ posset: nihil autem erat periculosius, nec turpius, quàm, ad quam rem accepisset, confiteri: non est consilium Cethegi reprehendendum. Verùm alia causa tum Staleni fuit, alia nunc, Atti, tua est. Ille, cùm re premeretur, quodcumque diceret, honestiùs diceret, quàm, si quod erat factum, fateretur. te verò illud idẽ quod tum explosum, & eiectum est, nunc retulisse demiror. Qui enim poterat tum in gratiam redire cũ Oppianico Cluentius? qui cum matre habeat simultates: hærebat

b *forte.* hærebant in

[b] in tabulis publicis reus, & accusator: cõdemnati erant Fabricij: nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumnię

c *sic v.c.* d *al.* Nam.

[c] reinquere accusationem Cluentius. an vt præuaricaretur? Iam did quoque ad corrũpendum iudicium pertinet. Sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? & omnino, quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab vtroque alienissimum, sordidissimum, turpissimum, quam per bonum aliquem virum ageretur, & amicum, necessariúmque communem? Sed quid ego hæc pluribus, quasi de re obscura, disputo, cũ ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero, ac summa sua non modò, quanta fuerit, sed etiam ad quã rem data fuerit, ostendat? Sexdecim dico iudices, vt Oppianicus absolueretur, corrumpendos fuisse? ad Stalenum sexcenta & quadraginta millia nummũm esse delata. Si, vt tu dicis, gratiæ conciliandæ causa,

P. XXXVI.

e L. quadraginta istorũ millium accessio.

quadraginta [e] istorum accessio millium quid valet? si, vt nos dicimus, vt 1 0. CXL. millia nummũm sexdecim iudicibus darentur: *non Archimedes melius potuit describere* f. ¶ At enim iudicia facta permulta sunt, à Cluentio iudicium esse corruptum. Immò verò ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine in iudicium nunquam est vocata. Ita multum agitata, ita diu iactata ista res est, vt hodierno die primùm causa illa defensa sit, ho dierno die primùm veritas vocem contra inuidiã, his iudicibus freta, miserit. Verumtamen multa ista iudicia quæ sunt? Ego e-

f CONFVTATIONIS pars prima de obiectis ab actore.

g *forte.* confor mauí.

nim me ad omnia confirmaui [g], & sic paraui, vt docerem, quæ facta postea iudicia de illo iudicio decerentur, partim ruinæ similiora, aut tempestati, quàm iudicio, & disceptationi fuisse: partim nihil contra Auitum valere: partim etiam pro hoc esse: partim esse eiusmodi, vt neque appellata vmquam iudicia sint, neque existimata. Hic ego, magis vt consuetudinem seruem, quàm, quod vos non vestra hoc sponte faciatis, petã à vobis, vt me, dum de his singulis disputo iudiciis, attentè audiatis. Condemnatus est C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat. adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cùm esset iudex quæstionis. Non modò causæ, sed ne legi quidem quidquam per tribunum pleb. laxamenti datum est. Quo tempore illum à quæstione ad nullum aliud reip. munus abduci licebat, eo tempore ad quæstioné ipse abreptus est. At quam quęstionẽ? Vultus enim vestri, iudices, me inuitãt, vt quæ reticenda putaram, libeat iam liberè dicere. Quid? illa tãdem quæstio, aut disceptatio, aut iudicium fuit? putato fuisse. dicat, qui vult hodie de illo populo concitato, qui tum mos gestus est, qua de re Iunius causam dixerit. Quemcumque rogaris, hoc respondebit, quòd innocentem circumuenerit. Est hæc opinio. At, si ita

a *forte.* quæ Auitus accusatur.

esset: hac lege accusatum esse oportuit, quæ [a] accusatur Auitus. At ipse ea lege quærebat. Paucos dies exspectasset Quinctius. At neque priuatus accusare, nec sedata iã inuidia volebat. Videtis igitur non in causa, sed in tempore, ac potestate spem omnem accusatoris fuisse. Multam petiuit. Qua lege? *quod in legem non iurasset.* quæ res nemini vmquam fraudi fuit: & quòd C. Verres, prætor vrbanus, homo sanctus, & diligens, subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. His de causis C. Iunius condemnatus est, iudices, leuissimis, & infirmissimis: quas omnino in iudicium afferri non oportuit. Itaque oppressus est non causa, sed tempore. Hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse oportere? Quam ob causam? si [b] ex lege subsortitus non erat Iunius, aut si in legem aliquando [c] non iurauerat: idcirco illius damnatione aliquid de Cluẽtio iudicabatur? Non, inquit: sed ille id iro his legibus condemnatus est, quòd contra aliam legem commiserat. Qui hoc confitentur, possunt, illud idem iudicium [d] non fuisse, defendere. Ergo idcirco, inquit, infestus tum prætor Iunio fuit, quòd illud iudicium corruptum per eum putabatur. Num igitur hoc tempore causa mutata est? num alia res, alia ratio illius iudicij, alia natura totius negotij nunc est, ac tum fuit? non opinor, ex iis rebus, quæ gestæ sunt, rem vllam potuisse mutari. Quid ergo est causæ, quòd nunc nostra defensio audiatur tanto silentio, tunc Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tum in causa nihil erat, præter inuidiam, errorem, suspicionem, conciones quotidianas, seditiosè, ac populariter concitatas. Accusabat tribunus pl. idem in concionibus, idem ad subsellia: ad iudicium non modò de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. Gradus illi Aurelij tum noui, quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur: quos vbi accusator concitatis hominibus cõplerat, non modò dicẽdi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. Nuper apud C. Orchinium, collegam meum, locus ab iudicibus Fausto Syllæ de pecuniis residuis non est constitutus: non quo illi aut exlegẽ esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ, contemtam atque abiectam putarent: sed quòd, accusante tribuno plebis, conditione æqua disceptari posse non putauerunt. Quid? conferam Syllámne cum Iunio? an hunc tribunum pl. cum Quinctio? an verò tempus cum tempore? Sylla, maximis opibus, cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis: hæc autem apud Iunium parua, & infirma, & ipsius

b L. si ex lege subsortitus iudicem non erat.

c *Pœnarum*, iudicando.*

d *al.* iudiciũ fuisse.*

P. XXXVII.

e Lex vt & illex qui sine lege viuit Nonius c. 1. in Illex 33. citãs hunc locum hic. Apud eũdem exspes, sine spe Exospue esse.*

ipsius labore quæsita, atq. collecta. Hic tribunus plebis, modestus, prudens [a] non modò non sediciosus, sed etiam seditionis aduersarius: ille autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum, ac [b] pacatum: illud omnibus inuidiæ tempestatibus concitatum. Quæ cùm ita essent, in Fausto tamen illi iudices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, cùm aduersario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet. Quā quidem rationem vos, iudices, diligenter pro vestra sapiētia, & humanitate cogitare, & penitus perspicere debetis, quid mali, quantum periculi vnicuique nostrūm inferre possit vis tribunitia, conflata præsertim inuidia, & concionibus seditiosè concitatis. Optimis hercle temporibus, tum, cùm homines se non iactatione populari, sed dignitate, atque innocentia ruebantur, tamē nec C. Popilius, nec Qu. Metellus, clarissimi, atque amplissimi viri, vim tribunitiam sustinere potuerunt: nedum his temporibus, his moribus, his magistratibus, sine vestra sapientia, ac [c] iudiciorum remediis, salui esse possimus. Non fuit igitur illud iudicium, iudicij simile, iudices, non fuit: in quo non modus est adhibitus, non mos, consuetudóque seruata, non causa defensa, vis illa fuit, &, vt sæpe iam dixi, ruina quædam atque tempestas, & quiduis potiùs, quàm iudicium, aut disceptatio, aut quæstio. Quòd si quis est, qui illud iudicium fuisse arbitretur, & qui his rebus iudicatis standum putet: is tamen hanc causam ab illa debet seiungere. ab illo enim, siue *quod in legem non iurasset*, siue *quod ex lege subsortitus iudicem non esset*, multa petita esse dicitur. Cluentij autem ratio cum illis legibus, quibus ab Iunio multa petita est, nulla potest ex parte esse coniuncta. At etiam Bulbus est condemnatus. Adde maiestatis: vt intelligas, hoc iudicium cum illo non esse coniunctum. At [d] est hoc illi crimen obiectum. Fateor: sed etiam legionem esse ab eo sollicitatam in Illyrico, C. Cosconij literis, & multorum testimoniis planum factum est. quod crimen erat proprium illius quæstionis, & quæ res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maximè. Iam ista diuinatio est: qua si vti licet, vide, ne mea coniectura multo sit verior. Ego enim sic arbitror, Bulbum, quòd homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus, in iudicium sit adductus, idcirco faciliùs esse damnatum. tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est, eligis, vt id esse, securos iudices dicas. Qua propter hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet, quàm illa, quæ commemorata sunt ab accusatore, duo iudicia, P. Popillij, & [e] T. Guttæ: qui causam de ambitu dixerunt: qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non ideirco esse arbitror in integrum restitutos, quòd planum fecerint, illos ob rem iudicādam pecuniam accepisse: sed quòd iudicibus probatum [f] sit, quòd in eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis venire oportere. Quapropter nemi nem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentij, vestróque iudicio cōiuncta esse possit. Quid, quòd Stalenus est condemnatus? non dico hoc tempore, iudices, id quod nescio an dici oporteat, illum maiestatis esse damnatum: non recito testimonia hominum honestissimorum, quæ in Stalenū sunt dicta ab iis, qui M. Æmilio, clarissimo viro, legati, & præfecti, & tribuni militares fuerunt: quorum testimoniis planum factum est, maximè eius opera, cùm quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflatam. Ne illa quidem testimonia recito, quę dicta sunt [a] de LIS. IↃ. C. XL. millibus, quæ ille cū accepisset nomine iudicij Safiniani: sicut in Oppianici iudicio postea, retinuit, atque suppressit. Omitto & hęc, & alia permulta, quæ illo iudicio in Stalenum dicta sunt: hoc dico, eandem tum fuisse P. & L. Cominios, equitibus R. honestissimis [b] hominibus, & dilectis, controuersiam cum Stalenо, quem accusabant, quæ nunc mihi est cū [c] Actio. Cominij dicebant idem, quod ego dico: Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, vt iudicium corrumperet. Stalenus cōciliandæ gratiæ causa se accepisse dicebat. Irridebatur hæc illius reconciliatio, & persona viri boni suscepta, sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnæ [d]: quib. subscripsit, Reges ab [e] se in gratiam esse reductos. Exagitabantur omnes eius fraudes, atq. fallaciæ: tota vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur: egestas domestica, quęstus forensis in medium proferebatur. nummarius interpres pacis, & concordiæ, non probabatur. Itaque tum Stalenus, cùm idem defenderet, quod [g] Actius, condemnatus est. Cominij cùm hoc agerent, quod nos in [h] tota causa egimus, prouauerūt. Quamobrē si Staleni dānatione, Oppianicum iudicium corrumpere voluisse, Oppianicum iudici ad eam damnationis sententias dedisse pecuniam, iudicatum est: cum causa [i] constitutum sit, vt in illa culpa aut Cluētius sit, aut Oppianicus: Cluentij nummus nullus iudici datus vllo vestigio reperiturī: Oppianici pecunia post iudicium factum à iudice ablata est: potest esse dubiū, quin illa damnatio Staleni, non modò non sit contra Cluentiū, sed maximè nostrā causam, defensionémque confirmet? Ego [k] adhuc Iunij iudicium video esse eiusmodi, vt incursionem potiùs seditionis, vim multitudinis, impetum tribunitium, quàm iudicium appellandum putem. Quòd si quis illud iudicium appellet, tamē hoc cōfiteatur necesse est, nullo modo illam multā, quę à Iunio petita sit, cū Cluentij causa, posse coniungi. Illud igitur Iunianum, per vim factum est: Bulbi, & Popillij, & Guttæ, contra Cluentium non est. Staleni, etiam pro [l] Cluentio. Videamus ecquod aliud iudicium, quod pro Cluentio sit, proferre possimus. Dixíne tandem causam C. Fidiculanius Falcula, qui Oppianicum condemnarat, cùm præsertim, id quod ruit in illo iudicio inuidiosissimum [m], post paucos dies ex subsortitione fecisset? dixit, & bis quidē dixit. In summam enim L. Quinctius inuidiam concionibus eum quotidianis, seditiosis, & turbulentis adduxerat. Vno iudicio multa [n] est ab eo petita, sicut ab Iunio, quòd non suæ decuriæ munere, neque ex lege fecisset. paullo sedatiore tempore est accusatus, quàm Iunius, sed eadem fere lege, & crimine. Quia nulla in iudicio seditio [o], neque turba versata est, prima actione facillimè est absolutus. Non numero hanc absolutionem. nihilominùs enim potest, vt illam multam non com-

a I. pudens.
b I. atque pacatum.
P. B.
c I. ac siue iudiciorum.
d I. At est illi hoc crimen.
P. XXXVIII.
e I. & I. Guttæ.
f al. quorum. id est quum.
a al. de LIS. IↃ. millib.
b I. honestis hominibus.
c I. cū Attio. P. B.
d ad Iuturnæ subaudi fanum vel templum.
e Iuturnæ Nymphæ memini Var. 4. de lingua. A iuuando ita dicta. eius aquam multi ægroti eo nomine ab ea petebant.
f I. à se.
g I. quod Actius,
h al. in tota causa agimus.
i I. reperiatur: Opp. pec. postiud. factū à iud. ablata sit? p.
k I. Ergo ad huc tum?
l I. Pro Cluētio est. Vid. P. XXXIX.
m I. iniustissimum, paucos dies.
n lib. vulgat. multa mendose.
o I. seditio neq. vis, neq. turba.

miserit,accepisse tamen ob rem iudicandam, pecuniam[a] quàm acceptam nunquã Stalenus eádem lege dixit. Propriũ crimen illud quæstionis eius non fuit.Fidiculanius quid fecisse dicebatur? accepisse à[b] Cluentio LLS. CCCC.Cuius erat ordinis? senatorij,qua lege in eo genere à senatore ratio repeti solet, de pecuniis repetundis,ea lege accusatus,honestissimè est absolutus. Acta est enim causa more maiorum,sine vi,sine metu,sine periculo:dicta,& expositа,& demonstrata sunt omnia:adducti iudices sunt, non modò potuisse honestè ab eo reum cõdemnari, qui non per petuò sedisset,sed,si aliud is iudex nihil scisset,nisi quæ præiudicia de eo facta esse cõstarent,[c]audire præterea nihil debuisse.Tũ etiã illi quinque,qui imperitorum hominum rumusculos[d] aucupati,tum illum absoluerunt. iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. à quibus siqui quæreret, sedisse ne intendere iudices in C.Fabricium: sedisse se dicerent.si interrogarentur, nũ quo crimine is esset accusatus,præterquàm veneni eius,quod quæsitum Auito diceretur: negarent. si deinde essent rogati,quid iudicassent: condemnasse se dicerẽt. nemo enim absoluit. Eodem modo quæsitum si esset de Scamandro, certè idem respondissent: tametsi ille vna sententia est absolutus: sed illã vnam nemo tum istorum suam dici vellet.Vter igitur faciliùs suę sententię rationem redderet.ísne,qui se & sibi,& rei iudicatæ cõstitisse[e] dicit:an ille, qui se in principem maleficij, lenem:in adiutores eius,& conscios, vehementissimum esse[f] respondit? Quorum ego de sententia nõ deheo disputare.neque enim dubito,quin ij tales viri, suspicione[g] aliqua perculsi repentina, de statu suo declinarent. Quare eorum, qui absoluerunt, misericordiam non reprehendo:eorum,qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt sua sponte, nõ Staleni fraude,constantiam comprobo: eorum verò,qui *sibi non liquere* dixerunt, sapiẽtiam laudo,qui absoluere eum,quem nocentissimum cognorant, & quem ipsi bis iãm antea condemnarant,nullo modo poterant:condemnare,cùm tanta consilij infamia, & tã atrocis rei suspicio esset iniecta,paullo posteriùs patefacta re maluerunt.Ac ne ex facto solùm sapiẽteis illos iudicetis, sed etiam ex[i] nominibus ipsis, quod ij fecerint, rectissimè, ac sapientissimè factum probetis: quis P.Octauio Balbo ingenio prudentior, iure peritior,fide,religione, officio, diligentior, aut sanctior commemorari potest: non absoluit. Quis Qu. Considio constantior? quis iudiciorum, atque eius dignitatis, quæ in iudiciis publicis versari debet,peritior?quis virtute,consilio,auctoritate præstantior? ne *is* quidem absoluit. Longum est de singulorum virtute ita dicere: quæ quia cognita sunt ab omnibus,verborum ornamenta non quærunt. Qualis vir M.Iuuentius Pedo fuit ex vetere illa iudicum[k] disciplina? qualis L. Caulius Mergus? M.[l] Basilius? C.Gaudinus?qui omnes in iudiciis publicis,iã tum florente repu.floruerunt. Ex eodem numero L.Cassius,Cn. Næuius,pari & integritate, & prudentia: quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Atq. ex his omnibus,natu minimus, ingenio, & diligentia,& religione par iis, quos antea commemoraui, P.Saturius[m],in eádem sententia fuit.O innocentiam Oppianici singularem! quo in reo, qui absoluit,ambitiosus: qui distulit,cautus: qui condemnauit,constans existimatur. Hæc tum agitante Quinctio, neque in concione, neque in iudicio demonstrata sunt. neque[a] enim ipse dici patiebatur,nec per multitudinem cõcitatam consistere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipse, postquàm Iunium peruertit,causam totam reliquit. Paucis enim diebus illis & ipse priuatus est factus, & hominũ studia deferbuisse[c] intelligebat.Quòd si per quos dies Iunium accusauit, Fidiculanium accusare voluisset:respondendi Fidiculanio potestas facta non esset.Ac primò quidem,omnibus illis iudicibus, qui Oppianicũ condemnarant,minabatur. Iam insolentiam noratis hominis: noratis animos eius,ac spiritus tribunitios. Quod erat odium? dij immortales!quę superbia,quanta ignoratio sui? quàm grauis, atque intolerabilis arrogantia? qui illud etiam ipsum acerbè tulerit, ex quo illa nata sunt omnia, non sibi, ac defensioni suæ condonatum esse Oppianicum:proindeque[d] quasi non satis signi esse debuerit, ab omnibus eum fuisse desertum,qui se ad patronum illum contulisset. Erat enim Romæ summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum,atque amplissimorum,quorum certè aliquis defendisset equitem Ro. in municipio suo nobilem,si honestè putasset eiusmodi causam posse defendi. Nam quam quidẽ, Quinctius causam vmquam antea dixerat, cùm annos quinquaginta natus esset?quis eũ vmquam non modò in patroni,sed in laudatoris, aut aduocati loco viderat? qui quòd Rostra iamdiu vacua, locúmque illum, post aduentum L. Syllæ à tribunitia voce desertum, oppressérat, multitudinémque iam desuefactam à concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem,reuocauerat[e],idcirco cuidam hominum generi paullisper iucundior fuit.Atque idem quanto in odio postea suis illis ipsis fuit, per quos in altiorem locũ ascenderat?neque iniuria.Facite enim,vt nõ solùm mores eius,& arrogantiam, sed etiam vultum,atque amictum,atque illam vsque ad talos demissam purpuram recordemini. Is quasi non esset vllo modo ferendum, se ex iudicio discessisse victum. rem ab subselliis in Rostra detulit. Et iam querimur sæpe,hominibus nouis non satis magnos in hac ciuitate esse tructus?nego vsquam vmquã fuisse maiores:vbi,si quis ignobili[f] loco natus,ita viuat, vt nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur,vsque eò pérueniit, quoad eum industria cum innocentia prosecuta est.Si[g] quis autem hoc vno nititur, quòd sit ignobilis:procedit sæpe longiùs, quàm si idẽ ille esset cum iisdem suis vitiis nobilissimus. vt Quinctius (nihil enim dicam de ceteris)si fuisset homo nobilis : quis eum cum illa superbia, atque intolerantia ferre potuisset? Quòd eo loco fuit:ita tulerunt,vt,si quid haberet à natura boni, prodesse ei putarent oportere:superbiam autem, atque arrogantiã eius, deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis, quàm pertimescendam.Sed,vt illuc reuertar,quo tempore Fidiculanius est absolutus, tu, qui ea iudicia facta commemoras, quæro, quid tum esse existimas iudicatum?certè gratis iudicasse. At condemnarat: at causam totam nõ audierat: at in

a L. pecunia quàm Stalenus,qui causam,nusquàm eadem lege dixit.
b L.à Cluentio LLS. XL. cl.
c L.cõstaret.
d rumusculi, maiores non ita magnè.*
P. B.
e L. constitisse diceret an ille,qui
f L.fuisse responderet.
g L.suspicione aliqua perculsi, repentina, de statu suo declinarint.
h De hac formula dixi sæpius.*
i L. ex hominibus ipsis.
P. XL.
k al.iudicium.
l L.M.Basilius.
m al.P.Satureius.
a al. nec enim.
b L. totam causam rel.
c al.defernisse intell.
d al.potius.
P. B.
e fort.reuocarat;
f al. nobili loco natus
g fort.Si quis autẽ hoc vno nitatur,quòd sit igu.
P. XLI.

at in concionibus omnibus à L. Quinctio vehementer erat, & sæpe vexatus. Illa igitur omnia Quinctiana, iniqua, falsa, turbulenta, popularia, seditiosa iudicia fuerũt. Esto: potuit esse innocẽs Falcula. Iam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnauit: iam non eos Iunius subsortitus est qui pecuniaaecepta condemnarent: iam potuit [a] aliquis ab initio nõ sedisse, & tamen Oppianicum gratis condẽnasse. Verùm, si innocens Falcula, quæso, quis nocens? si hic gratis condemnauit, quis accepit? Nego rem [b] esse vllam in quemquã illorum obiectam, quæ Fidiculanio obiecta non sit: neque [c] aliquid fuisse in Fidiculanij causa, quod idem non esset in ceterorum. Aut hoc iudiciũ reprehendas tu, cuius accusatio rebus iudicatis nitidvidebatur necesse est: aut si hoc verum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare. Quamquam satis magno argumẽto esse debet, quod ex tam multis iudicibus, absoluto Falcula, nemo reus factus est. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus, plurimis testibus? cùm primùm illi ipsi debuerint potiùs accusari de pecuniis repetũdis, quàm ambitus. nam, si in ambitus iudiciis hoc his obfuit, cùm alia lege causã dicerent: certè, si propria lege huius peccati adducti essent, multo plus absfuisset. Deinde, si tanta vis fuit istius criminis, vt qua quisque lege ex illis iudicibus reus factus esset, tamẽ hac plaga periret: cur in tanta multitudine accusatorum, tantis præmiis, ceteri, rei facti nõ sunt? Hîc profertur id [e], quod iudiciũ appellari non oportet, P. Septimo Scæuula litem eo nomine esse æstimatã. Cuius rei quę consuetudo sit, quoniam apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere non debeo. Nunquã enim ea diligentia, quæ solet adhiberi in ceteris iudiciis, eadem, reo damnato, adhibita est. In litibus æstimandis fere iudices, aut [f] quòd si reum, quem semel condemnarunt, innocẽ[g] putant esse, si qua in eum lis capitis illata est, non admittunt: aut, quòd se perfunctos iam esse arbitrantur, cùm de reo iudicarunt negligentiùs attendunt cetera. Itaque [h] & maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis, de pecuniis repetundis lites essent æstimatæ, & hoc quotidie fieri videmus, vt, reo [k] damnato de pecuniis repetũdis, ad quos peruenisse pecunias in litibus æstimãdis statutũ sit, eos illi iudices absoluãt, quod cũ sit, nõ iudicia rescinduntur, sed hoc statuitur, æstimationẽ litium, non esse iudicium. Scæuula condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis. Apuliæ testibus. omni contentione pugnatum est vt [l] lis hæc, capitis æstimaretur. quæ res, si rei iudicatę pondus habuisset: ille postea vel iisdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipsa factus esset. Sequitur id [m], quod illi iudiciũ appellant: maiores autem nostri numquam neque iudicium nominarunt, neque [n] perinde, vt rem iudicatam, obseruauerunt, animaduersio, *atque auctoritas censoria*. Qua [o] de re antequàm dicere incipio, perpauca mihi de meo officio verba faciẽda sunt: vt à me cùm huiusce periculi tum ceterorum quoque officiorum, & amicitiarum ratio conseruata esse videatur. Nam mihi cum vitis fortibus, qui censores proximè fuerunt, ambobus est amicitia: cum altero verò (sicuti & plerique vestrũm sciunt) magnus vsus, & summa vtriusque officiis constituta necessitudo [a] est. Quare, quidquid de subscriptionibus [b] eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, vt omnem orationem meam nõ de illorum facto, sed de ratione censoria habitã existimari velim: à Lentulo autem, familiari meo, qui à me pro eximia sua virtute, summisq. honoribus, quos à populo R. adeptus est, honoris causa nominatur, facilè hoc, iudices, impetrabo, vt, quam ipse adhibere consueuit in [c] amicorum periculis fidem, & diligentiam, tum vim animi libertatémq. dicendi, in [d] hac mihi concedat, vt tantum mihi sumam, quantũ sine huius periculo præterire non possum. A me tamen, vt æquum est, omnia cautè, pedetemímque dicentur, vt neque fides huius defensionis relicta, neq. cuiusquã aut dignitas læsa, aut amicitia violata esse videatur. Video igitur, iudices, animaduertisse cẽtores in iudices quo dã illius consilij Iuniani, cùm iisdem ipsam causam subscriberent. Hîc primùm illud commune proponam, *num quam animaduersionibus censorijs hanc ciuitatem ita contentam, vt rebus iudicatis, fuisse*. neque in re nota consumam tempus exemplis. ponam illud vnum: C. Getam, cùm à L. Metello & Cn. Domitio, censoribus, ex senatu electus esset, censorem ipsum postea esse factum: &, cuius mores à censoribus erant reprehensi, hũc postea & populi Rom. & eorum, qui in ipsum animaduerterant, moribus præfuisse. Quòd si illud iudicium putaretur: vt ceteri turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuãtur: sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. Nunc, si quem Cn. Lentuli, aut L. Gellii libertus furti condemnarit: is, omnibus ornamentis amissis, numquam vllam honestatis suæ partẽ recuperabit. quos autem ipse L. Gellius, & Cn. Lẽtulus, duo censores clarissimi viri, sapientissimíque homines, furtis, & captarum pecuniarum nomine, notauerunt: ij non modò in senatum redierunt, sed etiam illarũ ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt. Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquã, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios cõueniisset. Quapropter in omnibus legibus quibus exceptiũ est, de *hquibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare*, hæc ignominiæ causa prætermissa est. *Timoris enim causam, non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt*. Itaque non solùm, iudices, illud ostendam, quod iam videtis, populi Rom. suffragiis sæpe numero censorias subscriptiones esse delatas [i], verum etiã iudiciis eorum, qui iurati statuere maiore cum religione, & diligentia debuerunt. Primùm iudices, senatores, equitésque Rom. in compluribus iam reis quos contra leges pecunias accepisse [k] subscriptum est, suæ potius religioni, quàm censorum opinioni, paruerũt. Deinde prætores [l] vrbani, qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre, numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerũt. Censores denique ipsi sæpenumero superiorum censorum iudicijs (si ista iudicia appellari vultis) non steterũt. atque etiam ipsi

P. XLII.

a *al.* consuetudo est.*

b Mos fuit Censoribus, cùm aliquẽ damnarent, causam damnationis subscribere.*

c L. in amicorum cum periculis cùm fidem, & d. *al.* vim libertatémq. dicendi.*

e *fort.* in hoc mihi cont. *al.* eius.*

f. P. B.

g L. furti, aut capr.

h *al.* quibus de causis.

i *al.* sublatas.*

k L. cepisse.

l Iudices à Prætoribus iuratis, selectissima refe rebantur.*

a *al.* potuerunt aliqui.

b *fort.* rem esse vllam cui quam illorũ.

c L. nego aliquid f.

d L. nitebatur n.

e litis æstimatio aliquid à iudicio: hoc est iudicium non fuit.*

f *lib. vulg.* Scæuola.

P. B.

g Præsumitur inimicus is ei esse, a quo capitis accusatus est.*

h L. crimen repetundarũ non semper consequitur maiestatis cõnatio.*

i L. quibus damnatis, de pecuniis repetundis lites essent æstimatæ: l Reo repetũdarum damnato, ij ad quos ea pecunia peruenit, absoluũtur.*

l L. vti lis hæc, capitis æstim.

m Censoria animaduersio non est iudicium, & de Censoria animaduersione locus cõmunis.*

n L. neque proinde, vt rem iudicatam, obseruarunt,

o L. Qua de re prius, quã dicere inc.

inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium nō modò reprehendat, sed etiam rescindat, vt alter de senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignū existimet: vt alter in ærarios [a] referri aut tribu [b] moueri iubeat, alter vetet. Quare quī vobis in mentem venit, hęc appellare iudicia, quæ à populo Rom. rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, à magistratibus negligi, ab iis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter [c] collegas discrepare videatis? Quæ cùm ita sint: videamus quid tandem censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur. Ac primùm illud statuamus: vtrùm, quia cēsores subscripserint ita sit: an quia ita fuerit, illi subscripserint Si [d] ideò, quia subscripserint: videte, quid agatis, ne in vnumquēque nostrū m, censoribus in posterum potestatem regiam permittatis: ne subscriptio censoria nō minus calamitatis ciuibus, quàm illa acerbissima proscriptio possit afferre: ne censorium stilum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderunt, æquè posthac, atque illum dictatoriū gladium pertimescamus. Sin autem, quod subscriptum est, quia verum est, idcirco graue debet esse: hoc quæramus, verum sit, an falsum: remoueantur auctoritates censoriæ: tollatur id ex causa, quod in causa non est: doce, quam pecuniam Cluentius dederit, vnde dederit, quemadmodum dederit: vnum denique aliquod à Cluentio profectæ pecuniæ vestigium ostēde. Vince deinde, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum: nihil de illo vmquam secus esse existimatum: nihil denique præiudicatum, tum auctoritatem censorum amplexator: [e] tum illorum iudicium cum re coniunctum esse defendito. Dum verò eum fuisse Oppianicum constabit: qui tabulas publicas municipij sui corrupisse iudicatus sit: qui testamētum interleuerit: qui, suppositā persona, falsum testamentum obsignandum curarit: qui eum, cuius nomine id obsignatum est, interfecerit: qui auunculum filij sui in seruitute, ac vinculis necarit: qui municipes suos proscribendos, occidendósque curarit [f]: qui eius vxorem, quem occiderat, in matrimonium duxerit: qui pecuniam pro abortione dederit: qui socrum, qui vxorem, qui vno tēpore fratris vxorem, speratósque liberos, fratrémque ipsum, qui denique suos liberos interfecerit, qui cùm venenum priuigno suo quæreret, manifestò sit deprehensus: cuius ministris, conscissq. damnatis, ipse adductus in iudicium pecuniam iudici dederit ad sententias iudicum corrumpendas: dum hæc, inquam, de Oppianico constabunt, nec vllo argumento Cluentianæ pecuniæ crimē tenebitur: quid est, quòd te ista censoria siue voluntas, siue opinio fuit, adiuuare, aut hunc in nocentem opprimere posse videatur? Quid igitur cēsores secuti sunt? Ne ipsi quidem, vt grauissime dicam, quidquam aliud dicent, præter sermonem, atque famam, nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento comperisse, nihil denique, causa cognita, statuisse dicent. Quòd si ita fecissent: ita men id non ita fixum esse deberet, vt cōueli non liceret. Non vtar exemplorum copia, quæ summa est: non rem veterem, non hominem potentem aliquem, aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem, scribam [a] ædilitium, D. Martinium cùm defendissem apud M. Iulium [b] Qu. Publicium prætores, & M. Plætorium, [c] C. Flaminium, ædiles curuleis: persuasi, vt scribam iurati legerent eum, quem iidem isti censores ærarium [d] reliquissent. Cùm enim in homine nulla culpa reperiretur: quid ille meruisset, non quid de eo statutum esset, quærendum esse duxerunt. Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto subscripserint, quis est, qui ab illis satis cognita, & diligenter iudicata arbitretur? in M. Aquillium, & in T. Guttam video esse subscriptum. Quid est hoc? duos esse corruptos solos pecunia. Quid [e]? ceteri videlicet gratis condemnarunt. Non est igitur circumuētus, nonfest oppressius pecunia, non vt ille Quinctianæ cōciones habebantur, omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt, ac suspicione ponendi. duos solos video auctoritate censorum affineis ei turpitudini iudicari. Nam [g] vt illud afferāt, nihil est, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse. Nam [h] illud quidem minimè probandum est, ad notationes, auctoritatémque censoriam, exemplum illos à consuetudine militari transtulisse. Statuerūt enim ita maiores nostri, *vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur:* vt metus videlicet ad omneis, pœna ad paucos peueniret. Quod idē facere cēsores in [k] delectu dignitatis, & in iudicio ciuium, & in animaduersione vitiorum, qui conuenit? Nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vímque pertimuit, posterest [l] idem postea & miles esse melior, & vir bonus, & ciuis vtilis. Quare, ne in bello, propter hostiū metum, delinqueret, amplior ei mortis, & supplicij metus est à maioribus cō stitutus. ne autem nimiū multi pœnā capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. Hoc tu idem facies, censor, in [m] senatu legendo, si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum, pecuniam acceperint. vt non animaduertas in omneis, sed carpas, vt velis, & paucos ex multis ad ignominiā sortiare? Habebit igitur, te sciente, & vidente, curia, senatorem, populus R. iudicem resp. ciuem sine ignominia quemquā, qui ad perniciem innocentis, si [n] suam, & religionem pecunia cōmutarit? &, qui pretio adductus eripuerit, patriam, fortunas, liberos eiui innocenti, is censoriæ seueritatis nota non inuretur? Tu [o] es præfectus moribus, magister veteris disciplinæ, & seueritatis, si aut retines quemquam sciens in senatu, scelere tanto contaminatū: aut statuis, qui in eādē culpa sit, non eādem pœna affici conuenire? & quā conditionem supplicij maiores in bello timiditati militis propositā esse voluerūt, eandē tu in pace cōstitues improbitati senatoris? Quòd si exemplū ex re militari ad animaduersionem censoriam transferendum fuit: sortitione id ipsum factū esse oportuit. Sin autem sortiri ad pœnam, atque hominū delictum [p] fortunæ iudicio committere, minimè censorium est. certè in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam, & turpitudinem, non oportet. Verùm omnes, intelligimus, in istis subscriptionibus, ventum quendam popularem esse quæsitū. Iactata res erat in concione à tribuno seditioso: incognita causa, probatum illud

a Aerarius qui pro capite, æs pendit. *Festus.*

P. XLIII.

b Tribu mouebatur, qui ex rustica in vrbanam: aut ex rustica mobili in aliam rusticā minus mobilem referebantur.*

c L. inter collegas discrepari videtis d Stideo ita est, qui subscripserint: videte, quid agatis videte, ne in vnumquē.

e L. & ita Priscianus & sed & mox sequitur defendito.*

f *al.* curauerit.

P. B.

a Scribæ etiam fuerunt ædilibus.*

b L. M. Iunio, Q. Publicio, prætt.

c ædilis legitur in argenteis denarijs.*

d Aerarium qui pro capite æs pēdit.*

e L. Quid certe?

f L. non opus est plus pec.

g L. Namque illud, quod affertis, nihil est: aliquid esse, quod de his duob. habuerint, cōpertum, de ceteris nihil cōperisse.

h L. Ne illud quidem probandum est, ad not. *al.* id illud quidem minime pro. *etc.*

i *v. c.* ad omnes.

k L. in delectu dign.

l ἀπὸ συνηθείας μαχόμενοι.

m *al.* in senatu legendo? & erunt plures, qui ob innocentē cōdemnandū, pecuniam acceperint: non animaduertes in omneis, sed carpes, vt velis, & paucos

P. B.

ex multis ad ignominiam sortiere?

n Censoris partes.*

o Ita victorius & Manut. Alij, delo cūm.

Iud erat [a]:multitudinem [b] illicitũ est [c] cõtra dicere : nemo denique , vt defenderet contrariam partem, laborabat. In inuidiam porrò magnã illa iudicia venerant.etenim[d] paucis postea mẽsibus alia vehemẽs erat in iudiciis ex notatione [e] tabularum inuidia versata.Prætermitti à censoribus,& negligi maiula iudiciorum posse non videbatur. homines quos ceteris vitiis, atq. omni dedecore infames videbant,eos hac quoque subscriptione notare voluerunt,& eo magis,quòd illo ipso tempore illis censoribus erant iudicia cum equestri ordine communicata [f]:vt videretur per hominum idoneorum ignominiam sua auctoritate illa iudicia cum equestri ordine reprehendisse. Quòd si hanc apud eos ipsos cẽsores mihi, aut alij causam agere licuisset: hominibus tali prudentia certè probatissem: (res enim indicat)nihil ipsos habuisse cogniti,nihil comperti : ex tota ipsa subscriptione rumorem quendã, & plausum populare esse quæsitũ.Nam in L.Popillium,quiOppianicũ condẽnarat,subscripsit L. Gellius,quòd is pecuniam accepisset, quo innocentem cõdemnaret.Iam ad ipsum quantæ diuinationis est, scire innocentem fuisse reum , quem fortasse numquam viderat , cùm homines sapientissimi,iudices, vt nihil dicam de iis, qui cõdemnarunt , causa cognita , sibi dixerint *non liquere?* Verum esto. condemnat Popillium Gellius :iudicat , accepisse à Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus.nam Popillium, quòd erat libertini filius,in senatum non legit:locum quidem senatorium [h] ludis, & cetera [i] ornamenta reliquit [k] & cum omni ignominia liberat. Quòd cùm facit, iudicat, eius sententia gratis esse Oppianicum condemnatum. & eundem Popillum postea Lentulus in ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare , si neque L. Gellij iudicio steterit Lentulus,neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius:&,si vterque censor censoris opinione standum non putauit quid est,quamobrem quisquam nostrũ censorias subscriptiones omneis [l], fixas, & in perpetuum ratas putet esse oportere? At in ipsum Auitum animaduerterunt. Nullam quidem ob turpitudinem , nullam ob totius vitæ non dicam vitium , sed erratum. Neque enim hoc homine sanctior, neque probior , neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest: neque illi aliter dicunt : sed eandem illam famam iudicij corrupti secuti sunt: neque ipsi secus existimant, quàm nos existimari volumus,de huius pudore, integritate,virtute : sed putarunt prætermitti accusatorem non potuisse,cùm animaduersum esset in iudices. Qua de re tota si vnum factum ex omni antiquitate protulero,plura non dicam. Non enim mihi exemplum [m] summi & clarissimi viri,P.Africani, prætereundum videtur:qui cùm esset censor,& in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodiisset : clarâ voce,vt omnis concio audire posset, dixit se scire,illum *verbum [n] enim conceptis peierasse*. siquis contrà dicere vellet : vsurum esse eum suo testimonio. deinde cùm contrà nemo diceret : iussit equum traducere [o]. Itaque, is,cuius arbitrio & populus Rom. & exteræ gentes,contentæ esse consueuerunt [p], ipse [q] sua conscientia ad ignominiam alterius contentus non fuit.Quòd si hoc Auito facere licuisset, facilè , illis ipsis iudicibus, & falsæ suspicioni , & inuidiæ popularitèr excitatæ restitisset.Vnum etiam est, quod me maximè cõturbat,cui loco respondere posse vix videor, quod [a] elogium recitasti de testamento Cn. Egnatij, patris, hominis honestissimi, videlicet , & sapientissimi , ideirco se exheredasse filium , quòd is ob Oppianici damnationem pecuniam accepisset.De cuius hominis leuitate, & inconstantia, plura non dicam. Hoc testamentum ipsum , quod recitas, eiusmodi est, vt ille, cùm eum filium exheredaret, quẽoderat, ei filio coheredes homines alienissimos coniungeret [b],quem diligebat.Sed tu, Actî [c],consideres,censeo, diligẽter, vtrum censorium [d] iudicium graue velis esse, an Egnatij.Si Egnatij:leue est,quod censores de ceteris subscripserunt.ipsum enim Cn.Egnatium, quem tu grauem esse vis , ex [e] senatu eiecerunt.sin [f] autem censorium:hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione exhæredauit, censores in senatu,cùm patrem eiicerent,retinuerunt. At enim senatus vniuersus iudicauit,illud corruptũ esse iudicũ Quomodo fuscepit causam. An potuit rem delatam eiusmodi repudiare ? cùm tribunus pleb.populo concitato,rem pænè ad manus reuocasset? cùm vir optimus, & homo innocentissimus , pecunia circumuentus esse diceretur cũ inuidia flagraret ordo senatorius : potuit nihil decerni?potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo reipublicæ repudiari ? At quid est decretum? quàm iustè? quàm sapienter? quàm diligenter ? Si QVI SVNT , QVORVM OPERA FACTVM SIT, VT IVDICIVM PVBLICVM CORRVMPERETVR. Vtrum videtur senatus id factum iudicare:an,si factũ fit,molestè graui̇térque ferre ? Si ipse A. Cluentius sententiam de iudiciis rogaretur. aliam non diceret,atque ij dixerunt,quorum sententiis Cluentium condemnatum esse dicitis. Sed quæro à vobis,num istam legem ex isto S. C. L. Lucullus consul, homo sapientissimus,tulerit : num anno pòst M.Lucullus,& C Cassius, in [g] quos cũ consules designati idem illud senatus decreuerit, non tulerunt. & quod tu Auiji pecunia factũ esse arguis,nequeb id vllã vel tenuissima suspicione confirmas , factum est primò illorum æquitate , & sapientia consulum, vt id, quod senatus decreuerat,ad illud inuidię præsens incendiũ restinguendum , id postea referendum ad populum non arbitrarentur. ipse deinde populus Romanus, qui L. Quinctij tribuni plebi [i]scitis querimoniis antea concitatus [k],rem illam,& rogationem flagitarat,idem C.Iunij filij,pueri paruuli, lacrymis commotus,maximo clamore,& concursu totam illam legem,& quæstionem repudiauit. Ex quo intelligi potuit id,quod sæpe dictum est: *Vt mare,quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari, atque turbari : sic & populum Romanum suo sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, vt vidimus, tempestatibus, concitari.* Est etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego Iuppiter pænè prætereij. mea enim esse dicitur. Recitauit ex oratione nescio qua [k] Actius [l], quam meam esse dicebat , cohortationem quandam iudicũ ad honeste iudicandum, & commemorationem tum illorum iudiciorũ,

a *al* prolatũ illud erat, multitudinis illicitũ erat contradicere. *Aut. Augustin.* probatũ illud erat multitudini: nemini licitum erat cõtradicere. *al.* erat multitudini illi non licitum est contradicere.*

b L.multitudinem illam non licitum est contradicere.

c *Pætagathus*, esse.*

P. XLV.

d L. etenim paucis post mensib.

e discoloribus enim ceris notatæ erant. vide Diuinat.*

f per legem Aureliam *Actionem.**

g *al.*P.

k Senatorib. solis in Orchestra ludos spectare licuit.

i Senatoria ornamenta, lati claui,tunica : ea cui lunari : de quibus Plin.lib.33. Festus Isidor. Zon.* k L.reliquit.

L.v.c.omnis.

m citatur à Valerio lib. 4.cap.de animi moderatione. 1. Plutarcho Apophteg.*

n Iurabator ita apud veteres verbis conceptis.*

o Tranc inquis equum sacerdos,&iuri fac censoriam notam. Valer.illo loco.*

p L.consueuerant,

q *al.*ipse sua scientia ad

a L.quòd elogium recitasti. *al.* elogium. *al* elogium. vel cetera.

b *al.* adiungeret.*

c L. Atti.

d L. censorij.

c *al.*è senatu, f L.sin autem censorum.

P. XLVI.

g L. in quorum consulatu de s. idem illi. sen.decreuerat.

h *lib. vnic.* neque id vlla tenuiss.

i L.Licinius.

k prima in Verrem.* l L.Attium.

quæ probata non essent, tum illius ipsius iudicij Iuniani: perinde [a] quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse iudiciū: aut, cùm de infamia iudiciorum [b] disputarem, potuerim illud, quod tam populare esset, in illo tempore præterire. Ego verò, siquid eiusmodi dixi, neque cognitum commemoraui, neque pro [c] testimonio dixi, & illa oratio potiùs temporis mei, quàm iudicij, & auctoritatis fuit. Cùm enim accusarem, & mihi initiò proposuissem, vt animos & populi Romani, & iudicum commouerem: cúmque omneis [d] offensiones iudiciorum non ex mea opinione, sed ex hominum rumore proferrem: istam rem, quæ tam populariter esset agitata, præterire non potui. Sed *erat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates nostras consignatas se habere arbitratur, omnes enim illæ orationes, tanquam tabulæ temporum sunt, non hominum ipsorum ac* [e] *patronorum.* Nam, si causæ ipsæ pro se loqui possent: nemo adhiberet oratorem. nunc adhibemur, vt ea dicamus, non quæ nostra auctoritate constituantur: sed quæ ex re ipsa, causáque ducantur [f]. Hominem ingeniosum, M. Antonium, aiunt solitum esse dicere, *idcirco se nullam vim quam orationem scripsisse, vt, si quid alijs quando, quod non opus esset, ab se esset dictum: posset se negare dixisse:* perinde [g] quasi, quid à nobis dictum, aut actum sit, id nisi literis mandauerimus, hominum memoria non comprehendatur. Ego verò in isto genere libentius cùm multorum, tum hominis eloquentissimi, & sapientissimi, L. Crassi, auctoritatem sequor, qui cùm L. [h] Plancium defenderet, accusante M. Bruto: homine in dicendo vehementi, & i callido, cúm Brutus, duobus recitatoribus constitutis, ex duobus eius orationibus capita aterna, inter se contraria, recitanda curasset, quòd in dissuasione rogationis eius, quæ cōtra coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest de auctoritate senatus detrahit: in suasione legis [l] Seruiliæ summis ornat senatum laudibus: & multa in equites R. cùm ex ea oratione asperiùs dicta recitasset, quo animi illorum iudicum in Crassum incenderentur: aliquantum esse commotus dicitur. Itaque in respondendo primùm exposuit vtriusque rationem temporis: vt oratio ex re, & [m] causa, habita videretur: deinde, vt intelligere posset Brutus, quem hominem, & nō solùm qua eloquentia, verùm etiam quo lepōre, & quibus facetiis præditū laceisset: [n] & ipse recitauit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accusatoris, de fure ciuili reliquit. Eorum initia cùm recitarentur, ea, quæ vobis nota esse arbitror: FORTE EVENIT, VT RVRI IN [o] PRIVERNATE ESSEMVS, EGO, ET BRVTVS FILIVS: fundum Priuernatem flagitabat [P]: IN ALBANO ERAMVS EGO, ET BRVTVS FILIVS. Albanum poscebat. IN [q] TIBVRTE FORTE CVM ASSEDISSEMVS EGO, ET BRVTVS FILIVS. Tiburtem fundum requirebat: Brutum autem, hominem sapientem, quòd filij nequitiam videret: quæ prædia ei relinqueret, testificari dicebat voluisse. quòd si potuisset honestè scribere, se [r] in balneis, cùm id ætatis filio fuisse: non præteriisset, eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis,

a L. proinde quasi.
b L. iudiciorū, quæ probata non essent, disput.
c Pro testimonio dicere, est pro teste dicere.*
d v.c. offensa off.
e L. aut patron.
f al. dicātur*
g L. proinde quasi,
P. XLVII. h al. Co. vt a. de oratore.
i Victorius ic. Var. lect. 6. calido.*
k hæc historia recitatur à Cicerone 2. de oratore numero 67. Quintiliano 6. c. 3.
l Lex Seruilia à Q. Seruilio Cæpione lata de iudicijs inter equitē & senatum pari numero communicandis: hoc est, vt pari numero iudicarent Cicero in Bruto & 1. de orat. Plutarch. postea inter ordines cōmunicata iudicia lege Aurelij Cottæ.*
m L. & ex causa, n v. extris.
o al. IN PRIVERNATI.*
p vt à decotore.
q al. IN TIBVRTI.
r Mos Romanis aliquandiu, vt ne pater cum filio pubere, nec socer cū gene re lauaret. 2. Valer. t.
P. B.

A & ex censu quærere. Crassus tum ita Brutum vltus est, vt illum recitationis suæ pœniteret, molestè enim fortasse tulerat, se in iis orationibus reprehensum, quas de rep. habuisset: in quibus forsitan magis requiratur constantia. Ego autem illa recitata esse non molestè fero. neque enim ab illo tempore, quòd [a] tum erat, neque ab ea causa, quę tum agebatur, aliena fuerunt: neque mihi quid quàm oneris susceptum, cùm ista dixi, quo minùs honestè hanc causam, & liberè possem defendere. Quod si velim confiteri, me causam A. Cluentij nunc cognoscere, antea fuisse in illa opinione populari: quis tandem id possit reprehendere? præsertim, iudices, cùm à vobis quoque ipsis hoc impetrare sit æquissimum, quod ego & ab initio petiui, & nunc peto, vt, siquam huc grauiorem de illo iudicio opinionem attulistis, hanc causa perspecta, atque omni veritate cognita deponatis. ¶ Nunc [c], quoniam ad omnia, quæ abs te dicta sunt, T. Acti [d], de Oppianici dānatione respondi: confiteare necesse est, te [e] opinionem multum fefellisse, quòd existimaris, me causam A. Cluentij non facto eius, sed lege defensurū. Nam hoc periæpe dixisti, tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hāc præsidio legis defendere. Istáne est ab amicis videlicet imprudētes prodimur? & est nescio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad aduersarios deferat? Quis nam tibi hoc renuntiauit? quis tam improbus fuit? eui ego autem narraui? nemo, vt opinor, in culpa est: sed nimirū tibi istuc lex ipsa renuntiauit. Sed nū tibi ita defendisse videor, vt tota in causa mentionē vllam fecerim legis? num [g] secus hanc causam defendisse [h], ac si lege Auitus teneretur? certè vt hominem cōfirmare oporteat, nullus est locus à me purgandi istius inuidiosi criminis prætermissus. Quid ergo est? quæret fortasse quispiā, displiceátne mihi, legumi præsidio à [k] capite periculum propulsare. Mihi verò, iudices, nō displicet: sed vtor instituto meo. In hominis honesti, prudentisq. [l] iudicio, non solùm meo cōsilio vti consueui, sed multùm etiam eius, quē defendo, & consilio, & volūtati obtempero. Ná, vt hæc ad me causa delata est: qui [m] leges eas, ad quas adhibemur, & in quib. versamur, nosse debere dixi [n]? Auito statim de eo, QVI COISSET, QVO QVIS CONDEMNARETVR, illum esse liberum: teneri autē nostrum ordinem. Atque ille me orare, & obsecrare cœpit, vt ne sese lege defenderē. Cùm ego, quæ mihi viderentur, dicerem: traduxit me ad suam sententiā. affirmabat enim lacrymans, non se cupidiorem esse ciuitatis retinendæ, quàm existimationis. Morem hominī gessi: & tamen idcirco feci (neque enim id semper facere debemus) quòd videbam, per se ipsā causam copiosissimè sine lege posse defendi. Videbam, in hac defensione, quantum vsus, plus dignitatis: in illa, qua me hic vti noluit, minus laboris futurum. Quòd si nihil aliud esset actum, nisi vt hanc causam obtinerem: lege recitata, peroratssem. Neque me illa oratio commoueret, quod ait Actius [o], indignum [P] esse facinus, si senator iudicio quemquam circumuenerit, legibus eum teneri: si eques Rom. hoc idem fecerit, non teneri. Vt tibi concedam, hoc indignum esse (quod cuiusmodi sit, iam videro)

a al. quod tūc erat.
b al. quæ tūc ag.
c CONFIRMATIONIS pars secunda seu de lege Iudiciaria veneficiorum.*
d L. T. Acti, forte opinionem te multum fef.
P. XLVIII. e L. Sed non tibi ita defendisse videor, vt tota in causa mentionē nullam fec. legis? num secus hanc causam defendisse, si lege Auitus teneretur.
f al. nec h al. defendisse.*
i Militiæ togatæ, & quasi castrēsis est scopus: L. adnocati, Cod. de aduocat. diuers. iud.*
k al. capitis periculū propulsare.*
l L. pudentis que.
m patroni periti legū esse debent.
n L. dixi Auito statim, eo capite, QVI CO.
o L. Attius,
p al. iniquum esse si senator &c.*

dero) *tu mihi concedas necesse est, multo esse indignius, in ea ciuitate, quæ* [a] *legibus continetur, discedi à legibus. Hoc enim vinculum est huius dignitatis, qua fruimur in republ.* hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis. *mens* [b], *& animus, & consilium, & sententia ciuitatis, posita est in legibus. Vt corpora nostra sine mente: sic ciuitas sine lege, suis partibus, vt nervis, ac* [c] *sanguine, & membris, vti non potest. Legum ministri, magistratus legum interpretes, iudices: legum denique idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus.* Quid est, Qu. Naso, cur tu in [d] isto loco sedeas? quæ vis est, qua abs te hi iudices, tali dignitate præditi, coerceantur? vos autem, iudices, quamobrem ex tam magna multitudine ciuium tam pauci de hominum fortunis sententiam ferris? quo iure Actius[e], quæ voluit, dixit? cur mihi tamdiu potestas[f] dicendi datur? quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid ceteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? opinor hæc omnia lege fieri, totúmque hoc iudicium (vt antea dixi) quasi [g] mente quadam regi, & administrari. Quid ergo est? hæc quæstio sola ita gubernatur? quid M. Plætorij, & C. Flaminij interficiorum? quid C. Orchinij peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid C. Aquillij, apud quem nunc de ambitus causa dicitur? quid reliquæ quæstiones? circumspicite omneis reipubl. partes: omnia legum imperio, & præscripto fieri videbis. Si quis apud me te, T. [h] Acti, reum velit facere: clames, te lege pecuniarum repetundarum non teneri, neque hæc tua recusatio, confessio sit captæ pecuniæ: sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio. Nunc, quid agatur, & quid abs te iuris constituatur, vide. Iubet, lex [i] ea, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicem [k] quæstionis, hoc est, Q. Voconium, cum iis iudicibus, qui ei obuenerint (vos appellat, iudices) quærere de veneno. In quem quærere? infinitum est. QVI CVM QVE FECERIT, VENDIDERIT, EMERIT, HABVERIT, DEDERIT. Quid eádem lex statim adiungit? Recita. DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO. Cuius? qui coierit? conuenerit? non ita est. Quid ergo est? dic. QVI TRIBVNVS MILITVM LEGIONIBVS QVATTVOR PRIMIS[l], QVIVE QVAESTOR TRIBVNVS PLEB. Demceps omneis magistratus nominauit. QVIVE IN SENATVS SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT. Quid tum [m]? QVI EORVM COIIT, COIERIT, CONVENIT, CONVENERIT, QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDEMNARETVR. Qui eorum[n], quorum[o]? videlicet, qui suprà scripti sunt. quid interest, vtro modo scriptum sit? Etsi est apertum, tamen ipsa lex docet, Vbi enim omneis [p] mortaleis alligat, ita loquitur: QVI VENENVM MALVM FECIT, FECERIT, omnes viri [q], malieres, liberi, serui in iudicium vocantur. Si item de coitione voluisset tradiuxisset, QVIVE COIERIT. Nunc ita est, DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO, QVI MAGISTRATVM HABVERIT, QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXERIT: QVI EORVM COIIT, COIERIT. Num iis est Cluentius? certè non est. Quis ergo est Cluentius? qui tamen defendi causam suam lege nolit. Itaq. abiicior[r] legem: morè Cluentio geritur: tibi tamè Actio[s],

a L. quæ legibus tenentur, P. xlix. b Legis definitio κατὰ ἐτυμολογίαν, 2. Inst. 29.* c L. & sanguine,

d in hoc sexto loco sedeas. Valerius 24. Valer. 2.*

e L. Actius, f L. dicendi potestas.

g L. quasi mente quadam, lege regi, & admin.

h L. T. Attij,

i Lex de veneficiis. k Iudex quæstionis, hic Prætor.* P. E.

l Quattuor primæ legiones, ordinariæ. Nam binas legiones singuli consules habebant.* m Hoc caput pertinet ad legem Iuliã repetũdarũ* n Verba sunt legis paulo ante recitatæ.* o Verba Ciceronis superioris legis verba interpretantis.* p V. omnis mortalis. q Vos, Qui, vt & quisquis, omnes complectitur add. l. 1. ff de verb. signifi.

r V. abicio. s L. Atti,

pauca, quæ ab huius causa seiuncta sunt, respondebo. est enim quiddam in hac causa, quod Cluentius ad se: est aliquid, quod ego ad me putem pertinere. hic sua putat interesse, se re ipsa, & gesto negotio, non lege defendi: ego autem mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab [a] Actio videri esse superatum. non enim mihi hæc causa sola dicenda est. omnibus hic labor meus propositus est, quicumque hac facultate defensionis contenti esse possunt. nolo, quemquam eorum, qui adsunt, existimare, me, quæ de lege ab [b] Actio dicta sunt, si reticuerim, comprobare. Quamobrem, Cluenti, de te tibi obsequor: neque ego legem recito: neque hoc loco pro te dico: sed ea, quæ à me desiderari arbitror, non relinquam. *Iniquum tibi videtur, Actii* [c], esse, *non iisdem d legibus omneis teneri.* Primùm (vt id iniquissimum esse confitear) huiusmodi est, vt, commutatis eis opus sit legibus, non vt iis, quæ sunt, non pareamus. Deinde quis vnquam hoc senator accusauit, vt, cùm altiorem gradum dignitatis, beneficio populi Rom. esset consecutus, eò se putaret durioribus legum conditionibus vti non oportere? Quam multa sunt commoda, quibus caremus: quàm multa molesta, ac difficilia quæ subimus? atque [e] hæc omnia tantum honoris, & amplitudinis commodis compensantur. Conuerte [f] nunc ad equestrem ordinem, atque [g] in ceteros ordines easdem vitæ conditiones: non perferent. putant enim minàs multos sibi laqueos legum, & conditionum, ac iudiciorum propositos esse oportere, qui in summum locum ciuitatis aut non potuerunt adscendere, aut non petuerunt. Atque, vt omittam leges alias omneis, quibus nos tenemur, ceteri autem sunt ordines liberati: hanc ipsam legem, NE QVIS IVDICIO CIRCVMVENIRETVR, C. Gracchus tulit: eam lege pro plebe, non in plebem tulit. Postea L. Sylla, homo à populi causa remotissimus, tamen, cùm eius rei quæstionem hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Ro. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare nouo [h] quæstionis genere aussus non est. Quod si fieri posse existimasset: pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil fecisset libentius, quam [i] omnem illam acerbitatem proscriptionis suę, quæstuskin veteres iudices, in hãc vnam quæstionem cõtulisset. Nec nunc quidquam agitur (mihi credite, iudices, & prospicite id, quod prouidendum est) nisi, vt equester ordo in huiusce legis periculum includatur [m]. Neque hoc agitur ab omnibus, sed à paucis. nam ij senatores, qui se facilè tuentur integritate, & innocentia, quales (vt verè dicam) vos estis, & ceteri, qui sine cupiditate vixerunt. equites ordini senatorio dignitate proximos, concordia coniunctissimos esse cupiunt: sed ij, qui se volunt posse omnia, neque præterea quidquam esse aut in homine vllo, aut in ordine: hoc vno metu se putant equites Rom. in potestatem suam redacturos, si [n] constitutum est, vt de iis, qui [o] rem iudicarent, huiusmodi iudicia fieri possint. Vident enim auctoritatem huius ordinis confirmari: vident iudicia comprobari, hoc metu proposito, euellere se aculeum seueritatis vestræ posse confidunt. Quis enim de homine audeat, paullo maioribus opibus prædito, ve-

a L. ab Actio.

b L. ab Actio.

c L. Actius. d L. legibus iisdem omneis teneri æquissimum.*

e L. Atq. hæc omnia tamẽ hon.

f al. Conferte nunc.*

g L. atq. ad ceteros ord.

h fere, noua quæstionis genere auct. P. E.

i L. quam illã acerb. proscriptionis suæ, in hãc vnam q. cont.

k h. c, quæstus in veteres iudices, quidã putãt addititia.* l al. equites R.

m al. concludantur.*

n L. si cõstitutum sit, vt

o L. qui res iudicarint,

rè,& fortiter iudicare,cùm videat, sibi de eo, quod coierit,aut consenserit, causam esse dicendam ? O viros forteis,equites Ro.qui homini clarissimo,ac potentissimo,M.Druso,tribuno pleb. restiterunt , cùm ille nihil aliud agèret cum illa cuncta,quæ [a] tum erat,nobilitate,nisi vti,qui res iudicassent,huiusce modi quæstionibus in iudicium vocarentur. Tunc C.Flauius Pusio,Cn.[b] Titinnius, C.Mecœnas , illa robora populi Ro.ceteriquehuiusce modi ordinis,non fecerunt idem, quod nunc Cluentius,vt aliquid culpæ susciperese putarent , recusando : sed apertissime repugnarunt,cùm hæc recusarent,& palàm fortissimè,atque honestissimè dicerent,se potuisse iudicio populi Rom. in amplissimum locum peruenire, si sua studia ad honores petendos cõferre voluissent:sese vidisse,in ea vita qualis splendor inisset, quanta ornamenta , quæ dignitas : quæ se non contemsisse,sed ordine suo,patrúmque suorum, contentos fuisse : & vitam illam tranquillam, & quietam,remotam à procellis inuidiarum , & huiusce modi iudiciorum amfractu [c], sequi maluisse.aut sibi ad honores petendos ætatem integram restitui oportere : aut, quoniam id non posset , eam conditionem vitæ , quàm secuti, petitionem reliquissent , manere iniquum esse , eos , qui honorum ornamenta propter periculorum multitudinem,prætermisissent, populi beneficiis esse priuatos, iudiciorum nouorum periculis non carere : senatorem hoc queri non posse,propterea quòd ea conditione proposita petere cœpisset : quodque permulta essent ornamenta quibus eam migrare molestiam posset : locus [d], auctoritas, domi splendor , apud exteras nationes, nomen, & gratia, toga [e] prætexta , sella [f] curulis,insignia [g],fasces [h],exercitus,imperia,prouinciæ : quibus in rebus cùm summum rectè factis maiores nostri præmium , tum plura peccatis pericula proposita esse voluerunt. Illi non hoc recusabant , ea ne lege accusarentur,qua nunc Auitus accusatur, quæ tunc Sempronia [i], nunc est Cornelia [k] : intelligebant enim, ea lege equestrem ordinem non teneri: sed [l] ne noua lege alligarentur,laborabant. Auitus ne hoc quidem vmquam recusauit, quo minùs vel ea lege rationem vitæ suæ redderet, qua non teneretur. Quæ si vobis conditio placet : omneis id agamus,vt hæc quàm primùm in [m] omneis ordines quæstio proferatur.Interea quidem,per deos immortaleis, quoniam omnia commoda nostra iura,libertatem , salutem denique legibus obtinemus,à legibus non recedamus: simul & illud quàm [n] sit indignum,cogitemus, populum Romanum aliud nunc agere:vobis remp.& fortunas suas commisisse:ipsum sine cura esse : non metuere , ne lege ea , quam numquam esse iusserit, & quæstione , qua se solutum,liberúmque esse arbitretur,per paucos iudices adstringatur. Agit enim sic causam T.[o] Actius , adolescens bonus, & disertus:omneis ciueis legibus teneri omnibus: vos attendite,is silétio[p], sicut facere debetis.A. Cluentius,eques R.causam dicit ea lege, qua lege senatores,& ij,qui magistratum habuerunt,soli tenentur:mihi [q] cum recusare & in arce legis,præsidia constituere defensionis meę nõ licet.Si obtinuerit causam Cluentius(sicuti vestra æquitate nixi [r] confidimus) existimabunt , id quod erit , obtinuisse propter innocentiam,quoniam ita defensus sit: in lege autem,quam attingere noluerit,præsidij nihil fuisse.Hic nunc est quiddam,quod ad me pertineat,de quo antè dixi, quod ego populo Rom. præstare debeam , quoniam is meæ vitæ status est, vt omnis mihi cura , atque opera , posita sit in [a] omnium periculis defendendis.Video,quanta,& quàm periculosa,& quàm infinita quæstio tenetur ab accusatoribus,cùm eam legem,quæ in nostrum ordinem scripta sit,in populum Rom. transferre conentur. qua in lege est, QVI COIERIT: quòd quàm latè pateat, videtis. CONVENERIT. æquè infinitum,& incertum est. CONSENSERIT. Hoc verò cùm incertum, & infinitum:tum obscurum,& occultum est. FALSVMVE TESTIMONIVM DIXERIT. Quis de plebe Romana testimonium dixit vmquam,cui [b] hoc non periculum T.[c] Actio auctore , paratum esse videatis? nam dicturum quidem certè,si hoc iudicium plebi Romanæ propositum sit,neminem vmquam esse confirmo. sed hoc polliceor omnibus , si cui fortè hac lege negotium facessetur , qui lege non teneatur,si is vti me defensore voluerit, me eius causam legis præsidio defensurum:& vel his iudicibus , vel eorum similibus,facile probaturum, & omni me defensione vsurum esse legis: qua nunc vt vtar, ab eo , cuius voluntati mihi obtemperandum est,non conceditur. Non enim debeo dubitare,iudices, quin, si qua ad vos causa huiusmodi delata sit eius , qui lege non teneatur, etiam si is inuidiosus,aut multis offensus esse videatur , etiam si eum oderitis , etiam si inuisi absoluturi sitis , tamen absoluatis : & religioni potius vestræ, quàm odio pareatis. *Est enim* [d] *sapientis iudicis, meminisse se hominem: cogitare,tantum sibi a populo Rom. esse permissum, quantum* [e] *commissum sit,& creditum sit: & non solum sibi potestatem datam , verùm etiam fidem habitam esse meminisse:posse,quem oderit,absoluere: quem non oderit, condemnare : & semper non quid ipse velit, sed quid lex,& religio cogat, cogitare : animaduertere, qua lege reus citetur , de quo reo cognoscat , quæ res in quæstione versetur.* Cùm hæc sunt videnda , tum verò illud est hominis magni,iudices,atque sapientis,*suam illam* [f], *iudicandi causa,tabellam sumserit, non se putare esse solum,neque sibi,quodcumque concupierit,licere : sed habere in consilio legem, religionem,æquitatem,fidem : libidinem autem, odium, inuidiam,metum,cupiditatésque omneis amouere: maximéque* [h] *æstimare conscientiam mentis suæ, quam ab diis immortalibus accepimus,quæ a nobis diuelli non potest :* quæ si optimorum consiliorum, atque tactorum testis in omni vita nobis erit,sine vllo metu,& summa cum honestate viuemus. Hæc si T.[i] Actius aut cognouisset , aut cogitasset : profectò ne conatus quidem esset dicere id , quod multis verbis egit: *iudicem* [i], *quod ei videatur,statuere & non dictum legibus esse oportere.*quibus de rebus mihi pro Cluentij voluntate , nimiùm, pro reipubl.dignitate,parum,pro vestra prudentia, satis dixisse videor. Reliqua , perpaucæ sunt,quæ quia vestræ quæstionis erant,ideirco illi statuerunt sibi fingenda esse,& proferenda , ne omnium turpissimi repertirentur, si in iudicium nihil , præter inuidiam , attulissent. Atque, vt existimetis, necessariò me de his

a *al.* quæ tum erat nobilitas,
b *L.*Cn.Titinius C. Mæcenas,
P. L.
c *al.*anfractu,
d Senatoria ornamenta & honores quibus distinctis à ceteris.adde simile ex oratione pro Postumio.*
e Magistratus insigne, toga prætexta.*
f sella curuli vtebantur, Prætores,AEdiles,Consules.*
g Imperatoria.*
h. Prætorij, Cõsulares.*
i C. Gracchi.*
k Sullæ.*
P. LI.
l *al.*sed non nouæ legi alligarentur.
m *v.c.* in omnis
n I.quàm sit iniquum,cogitetur.
o L. T.Actius,
p *cuncti,*
q *fort.*præsidia defensionis meæ constituere non licet.
r *q.lib.vet.* confidimus.*
a *al.* in omnium P.
b *L.*cui non hoc peric.
c L.T.Actio, P. L.
d L.Est enim sapientis iudicis,cogitare, tantum,&c.
e L.quantum cõmissum sit, & creditum;
& non s.
f *al.*illum iudicandi tabellam.
g *L.*reputare,non se esse solum,
h *al.* maximéque.*
P. LII.
i L. T.Actius.

de his rebus, de quibus iam dixerim, pluribus egisse verbis, attendite reliqua. profectò intelligetis, ea, quę paucis demonstrari potuerunt, breuissimè esse defensa. Cn. Decio Samniti, ei, qui proscriptus est, iniuriâ in calamitate eius ab huius familia factam esse dixistis. Ab nullo ille liberaliùs, quàm à Cluentio tractatus est. huius illū opes in rebus eius incōmodis subleuarunt atque hoc cùm ipse, tum omnes eius amici, necessariique cognouerunt. Ancarij, & Paceni pastoribus, huius villicos vim, & manus attulisse. Cùm quædam in collibus (vt solet) controuersia pastorum esset orta: Auiti villici rem domini, & priuatam possessionem defenderunt. cùm esset expostulatio facta: causa illis demonstrata, sine iudicio, controuersiáque discessum est. P. Ælij testamento propinquus exheredatus cùm esset, heres hic alienior institutus est. P. Ælius Auiti merito fecit: neque hic in testamento faciendo interfuit: idque testamentum, ab huius inimico Oppianico esse obsignatū. Florio legatum ex testamento, infitiatum esse. Non est ita. sed cùm LLS.xxx. scripta essent, pro LLS.ccc. neque ei satis cautum videretur: voluit, eum aliquid acceptum referre liberalitati suæ. primò debere b negauit: pòst fine controuersia soluit. Cœlij cuiusdam Samnitis vxorem post bellum ab hoc esse repetitam. Mulierem cùm emisset de c sectoribus d: quo tempore eam primùm liberam esse audiuit, sine iudicio reddidit Cælio. Ennium esse quendam, cuius bona teneat Auitus. Est hic Ennius egens quidam, calumniator e, mercenarius f Oppianici, qui permultos annos quieuit: deinde aliquando cum seruo Auiti furti egit: nuper ab ipso Auito petere cœpit. Hic illo priuato iudicio (mihi credite) nobis iisdem fortasse patronis, calumniam g non effugiet. Atque etiam, vt nolis renuntiatur, *hominem multorum hospitum* A. Binnium quendam, coponem h, de via Latina, subornatis: qui sibi à Cluentio, seruisque eius, in taberna sua manus allatas esse dicat. Quo de homine, nihil etiam nunc dicere nobis est necesse. Si inuitauerit, id quod solet, sic hominem accipiemus, vt molestè ferat, *se de* i *via decessisse*. ¶ Habetis, iudices, quę in totam vitam de moribus A. Cluentij, quem illi inuidiosum reum volunt esse, annos octō meditati accusatores collegerunt. quàm leuia genere ipso! quàm falsa, rel quàm breuia, responsu! Cognoscite nunc id, quod ad vestrum iusiurandum pertinet, quod vestri iudicij est, quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti huc conueniistis, de criminibus veneni: vt omnes intelligant, quàm paucis verbis hæc causa perorari potuerit, & quàm multa à me dicta sint, quæ ad huius voluntatem maximè, ad vestrum iudicium minimè pertinerent. *Obiectum* k *est, C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum.* Opportunè adest homo summa fide, & omni virtute præditus, L. Plœcorius, senator, qui illius Capacis hospes fuit, & familiaris. Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hunc ægrotauit, huius domi est mortuum. Haud l heres est Cluentius. Intestatum dico esse mortuum, possessionémque eius bonorum, prætoris edicto, huic illius sororis filio, adolescenti m prudentissimo, & in primis honesto, equiti Romano datam, Numerio Cluentio, quem videtis. *Alterum veneficij crimen.* Oppianico huic adolescenti, cùm eius in nuptiis more a Latinatium, multitudo hominum prranderet, venenum Auiti consilio paratum: id cùm daretur in mulso b, Balbutium quendam, eius familiarem, intercepisse, bibisse, statímque esse mortuum. Hæc ego si sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. Quid vnquam Auitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? quid autem magnopere Oppianicum metuebat, cùm ille verbum omnino in hac ipsa causa nullum facere potuerit: huic autem accusatores, matre viua, deesse non possent? quod c iam intelligetis. An vt de causæ eius periculi nihil decederet, ad causam nouum crimen accederet? quod autem tempus veneni dandi, illo die? in illa frequentia? per quem porrò datum? vnde sumtum? quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? Multa sunt, quæ dici possint. sed non committam, vt videar non dicendo voluisse dicere. res enim iam d seipsa defendat. Nego, illum adolescentem, quem statim epotò poculo mortuum esse dixistis, omnino illo die esse mortuum. magnum, & impudens mendacium. Perspicite cetera. dico, illum, cùm ad illud prandium crudior venisset, &, vt ætas illa fert, sibi tum non pepercisset: aliquot e dies ægrotasse, & ita esse mortuum. Quis huic rei testis est idem, qui fui luctus, pater: pater, inquam, illius adolescentis: quem propter animi dolorem, pertenui suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere: is hunc suo testimonio subleuat. quod recita. Tu autem, nisi molestum est, paullisper exsurge, & perfer hunc dolorem commemorationis necessariæ: in qua ego diutius non morabor, quoniam, quod fuit viri optimi, fecisti, vt f necui innocenti mœror tuus calamitatem, & falsum crimen afferret g. TESTIMONIVM BALBVTII PATRIS. *Vnum etiam mihi reliquum eiusmodi crimen* est, iudices, ex quo illud perspicere possitis: quod à me initio orationis meæ dictum est: quidquid mali per h hos annos A. Cluentius viderit, quidquid hoc tempore habeat sollicitudinis, ac inegotij, id omne à matre esse conflatum. Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane per M. Asellium quendam, familiarem k illius: idque Auiti consilio factum esse, dicitis. In quo primùm illud quæro, quę causa Auito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim inter ipsos fuisse confiteor: sed homines inimicos suos morte affici volunt, vel quod metuunt, vel quòd oderunt. Quo tandem igitur Auitus metu adductus, tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat, quòd l iam Oppianicum pœna affectum pro maleficiis, eiectum è ciuitate, quisquam timeret? quid metuebat: vt m oppugnaretur à perdito, an ne accusaretur à condemnato, an ne exsulis testimonio læderetur? Sin autem, quòd n oderat, Auitus idcirco illum vita frui nolurit: adeóne erat stultus, vt illam quàm tum ille viuebat, vitam esse arbitraretur, damnati, exsulis, deserti ab omnibus? quem propter animi importunitatem, ne-

a Morem Latinarium in nuptiis prædere: vt Romanis cœnare. quidā hic notat. verum hæc verba more Latinatium, non referrē ad verbum prandere, sed ad proximū sequens, multitudo.*

b Mulso primam sitim sedasse veteres hoc ex loco quidam colligunt, vide de Lipsium Amœnitat.

c L. id quod iā intelligetis. al. idquod iam intelligitis.

d L. iā seipsa defendet.

e L. dies aliquot ægr.

f L. vt innocenti

g L. offerret.

h L. per hosce annos.

i L. & negue vi.

k L. familiarem ipsius.

l L. quòd Oppianico, iā pœna affecto

m L. ne oppugnaretur à perd.

n L. quòd oderat Auitus eum, idcirco illum

a L. potuerint,

b L. debere ff. neg.

c L. à sectoribus.

d sectores, æstimatores, & redemptores bonorum damnati & proscripti. * *Asson.*

e v.c. calumniator,

f v.c. mercenarius Opp.

g v.c. calumniam.

h al. cauponem,

i De via dedere dixit ambigue. est enim vel recedere à via vel à vero.*

k Crimina Cluentio obiecta diluit.*

P. LIII.

l L. At hæres est Clu.

m L. adolescenti prudentissimo.

a *al.* audire.* b L. nemo adspiscere.

mo recipere tecto, nemo adire [a], nemo allo- A
qui, nemo [b] respicere vellet? huius igitur vitæ
Auitus inuidebat? hunc si acerbè, & peni-
tus oderat, non [c] eum quàm diutissimè viue-
re velle debebat? huic mortem maturabat i-
nimicus, quod illi vnum in malis perfugium
erat calamitatis? qui si quid animi, ac virtutis
habuisset (vt multi sæpe fortes viri in eiusmo-
di dolore) mortem sibi ipse consciscet? huic
quamobrem id vellet inimicus offerre, quod
ipse sibi optare deberet? Nam nunc quidem B
quid tandem illi mali mors attulit? nisi [c]
forte ineptiis, ac fabulis ducimur, vt exi-
stimemus, illum apud inferos impiorum
supplicia perferre, ac plureis illic offendis-
se inimicos, quàm hîc reliquisset: à soceris,
ab vxorum, à fratris, à liberûm pœnis actum
esse præcipitem in sceleratorum sedem, at-
que regionem. quæ si falsa sunt, id quod om-
nes intelligunt, quid ei tandem aliud mors
eripuit, præter sensum doloris? Age verò, C
venenum per quem datum? per M. Asel-
lium. Quid [f] huic cum Auito? nihil: atque a-
deò, quòd ille Oppianico familiarissimè est
vsus, potiùs etiam contrà simultas. Esne igi-
tur quem sibi offensionem, Oppianico fami-
liarissimum sciebat esse, potissimùm & suum
scelus, & illius periculum committebat? cur
deinde tu, qui pietate ad accusandum exci-
tatus es, hunc Asellium esse inultum tamdiu
finis? cur non auiti exemplo vsus es, vt per
illum, qui attulisset venenum, de hoc præiu-
dicaretur? Iam verò illud quàm non pro- D
babile, quàm inusitatum iudices, quàm no-
uum, in pane datum venenum? Faciliúsne
potuit, quàm in poculo? latentiùs [g] potuit,
abditum aliqua in parte panis, quàm si to-
tum colliquefactum in potione esset? h ce-
lerius potuit, comesum [i], quàm * epotum in
venas, atque in [l] omneis parteis corporis
permanare? faciliùs fallere [m] in pane, si esset E
animaduersum, quàm in poculo, cùm ita
confusum esset, vt secerni nullo modo pos-
set? At repentina morte periit. Quod [n] si esset
ita factum: tamen ea res, propter multorum
eiusmodi mortem, satis firmam veneni sus-
picionem non haberet. si esset [o] suspiciosum:
tamen ad alios potiùs, quàm ad Auitum per-
tineret. Verùm in eo ipso homines impuden-
tissimè mentiuntur. Id vt intelligatis: & mor-
tem eius, &, quemadmodum post mortem, in F
Auitum sit crimen à matre quæsitum, co-
gnoscite. Cùm vagus, & exsul erraret, atque
vndique exclusus Oppianicus, in Falernum
se ad C. [p] Quinctilium cōtulisset: ibi primùm
in morbum incidit, ad [p] satis vehemen-
ter, diúque ægrotauit. Cùm esset vnà Sassia,
& Statio Albio quodam, colono, homine
valente, qui simul esse solebat, familiariùs v-
teretur, quàm vir dissolutissimus, incolumi
fortuna pati posset: & ius illud matrimonij G
castum, atque legitimum, damnatione viri
sublatum arbitraretur. Nicostratus quidam,
fidelis Oppianici seruulus, percurriosus, &
minimè mendax, multa dicitur renuntiare
domino solitus esse. Interea Oppianicus cùm
iam conualescere, neque in Falerno impro-
bitatem coloni diutiùs ferre posset, & hunc
ad [q] vrbem profectus esset (solebat enim ex-
tra portam aliquid habere conducti) cecidis-
se [r] ex equo dicitur, & homo infirma valetu- H
dine latus offendisse vehementer, &, postea

a *al.* partes in domestico scelere versetur, *vel* parietes vexsetur.*

P. L V.

b L. quæsituram se esse dixit.

c *vt.* benivolum esse.

d Libertatis *l.3.§.13. l.29. ff ad Silvianum. l.2.ff.de iure fisci.**

e mortis.

f Quæstionibus & tormentis interesse poterant aduocati, patronique. Quin & interrogandi facultas patronis dabatur. l. si potuerit. 27.§. quæstioni 7. ff. ad l. Iul. de adult.*

g *al.* de omnium sententia.

P. P.

h L. ad hanc accusationem attraheret,

i L. posset hab.

quàm ad vrbem cùm febri venerit, paucis die
bus esse mortuus. Mortis ratio, iudices, e-
iusmodi est, vt aut nihil habeat suspicionis,
aut, si quid habet, id intra parietes [a] in do-
mestico scelere versetur. Post mortem eius
Sassia statim moliri nefaria mulier cœpit in-
fidias filio: quæstionem habere de viri mor-
te constituit. emit de A. Rupilio, quo erat v-
sus Oppianicus medico, Stratonem quendam,
quasi vt idem faceret, quod Auitus in e-
mendo Diogene fecerat. De hoc Stratone,
& de assecla quodam seruo suo quæsituram
esse dixit. præterea seruum illum Nicostra-
tum, quem nimiùm loquacem fuisse, ac ni-
miùm domino fidelem arbitrabatur, ab hoc
adolescente Oppianico in quæstionem po-
stulauit. Hic cùm esset illo tempore puer, &
illa quæstio de patris sui morte constituti di-
ceretur: etsi illum seruum, & sibi benevolum
esse, & patri fuisse arbitrabatur: nihil tamen
est ausus recusare. Aduocantur amici &
hospites Oppianici, & ipsius mulieris multi,
homines honesti, atque omnibus rebus or-
nati, tormentis omnibus vehementissimis
quæritur. Cùm essent animi seruorum, &
spe d, & metu [e] tentati, vt aliquid in quæstio-
ne dicerent: tamen (vt arbitror) auctoritate
aduocatorum, & vi tormentorum adducti,
in veritate manserunt, neque se quidquam
scire dixerunt. Quæstio illo die de amico-
rum sententia dimissa est. Satis longo in-
teruallo post iterum aduocantur. habetur de
integro quæstio: nulla vis tormentorum acer-
rimorum prætermittitur: auerfari aduocati,
& iam vix ferre posse: furere crudelis, atque
importuna mulier, sibi nequaquam, vt sperasset,
ea, quæ cogitasset, procedere. Cùm iam
tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, ne-
que tamen illa finem facere vellet: quidam
ex aduocatis, homo & honoribus populi or-
natus, & summa virtute præditus, intelligere
se dixit, non id agi, vt verum quæreretur:
sed vt aliquid falsi dicere cogerentur. Hoc
postquàm ceteri comprobarunt: ex omnium
sententia constitutum est, *satis videri esse quæ-
situm.* Redditur Oppianico Nicostratus: Lari-
num ipsa proficiscitur cum suis, mœrens,
quòd iam certè incolumem filium fore puta
bat, ad quem non modò verum crimen, sed
ne ficta quidem suspicio peruenire: & cui
non modò aperta inimicorum oppugnatio,
sed ne occultæ quidem matris insidiæ nocere
potuissent. Larinum postquàm venit: quæ
à Stratone illo venenum antea viro suo da-
tum, sibi persuasum esse simulasset, instru-
ctam ei continuò, & ornatam Larini medi-
cinę exercendę causa tabernam dedit. vnum,
alterum, tertium annum Sassia quiescebat, vt
velle, atque optare aliquid calamitatis filio
potiùs, quàm id struere, & moliri videretur.
Tum interim Hortensio, Metello coss. vt
hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil
eiusmodi cogitantem, ad [h] hanc accusatio-
nem detraheret, inuito despondit ei filiam
suam, illam, quam ex genero susceperat vt
eum nuptiis alligatum simul, & testamen-
ti spe deuinctum, posset [i] habere in pote-
state. Hoc ipso fere tempore Strato ille me-
dicus domi furtum fecit, & cædem eiusmodi.
Cùm esset in ædibus armarium, in quo sci-
ret esse nummorum aliquantum, & auri: no-
ctu deos conseruos dormientes occidit, in

pisci-

a *al.* audire.* b L. nemo adspiscere.

c simile quid dam extat in oratione Lysiæ ὑπὲρ ἀνδρὸς, &c. quam citat Athenæus lib. xii.*

c Inferorum supplicia ridet Cicero.*

f *fort.* Quid huic rei cum Auito?

g *al.* latius petiuit aditum.*

h *al.* esset celerius, potius comestū quā epotū in venas, atque in omnes partes corporis permaneret. ita Priscianus lib. 10. legit hunc locum, vbi tamen permaneret pro permanaret paulò ante ibidē. eundem locum refert hoc modo, esset, celerius potius comestū, & infra. permanaret.*

i Priscianus pro comestū.*

k L. quàm potum,

l *vel.* in omnis.

m λανθάνειν.

n *al.* Hoc si esset f.

o *al.* L. Quinctius.*

p *al.* ac sanè vehem.

q Ad vrbem, id est extra portam.

r *l.* dicitur ex equo decidisse, & homo.

piscinámque deiecit: ipse armarij fundum exfecuit, [a] & festertiorum, & auri quinque põdo abstulit, vno ex seruis puero nõ grandi conscio. Furto postridie cognito, omni suspicio in eos seruos, qui non comparebant, commouebatur. Cùm exfectio illa fundi in armario animaduerteretur, quærebant homines, quonam modo fieri potuisset. Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est, se nuper in auctione quadã vidisse in rebus minutis adunc am ex [b] omni parte dentium, & tortuosam venire serrulam, qua illud potuisse ita circumsecati videretur. Ne multa: perquiritur à coactoribus. [c] inuenitur ea serrula ad Stratonem peruenisse. Hoc initio suspicionis orto, & aperte insimulato Stratone, puer ille conscius pertimuit: rem omnem dominę indicauit: homines in piscina inuenti sunt: Stratonem in [d] vincula coniectus est: atque etiam in taberna eius nummi, nequaquam omnes reperiuntur. Cõstituitur quæstio de furto. nam quid quisquã suspicari aliud potest? An hoc dicitis? armario expilato, pecunia ablata, non omni recuperata, occisis hominibus, institutam esse quæstionem de morte Oppianici? qui probatis? quid est, quod minus verisimile proferre potuistis? Deinde, vt omittam cetera, triennio põst mortem Oppianici de eius morte quærebatur? Atque etiam incensa odio pristino, Nicostratum eundem illum tum sine causa in quæstionem postulauit Oppianicus primò recusauit. posteaquàm [e] illa abductam se filiam, mutaturam esse testamentum minaretur: mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum, non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit. Post triennium igitur agitata denique quæstio de viri morte habebatur: & [f] de quibus seruis habebatur? Noua, credo, res obiecta, noui quidam homines in suspicionẽ vocati sunt. De Stratone, & de Nicostrato. Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? Itáne [g] tandem? mulier iam non morbo, sed scelere furiosa, cùm quæstionem habuisset Romæ, cùm de te Annij L. Rutilij, P. [h] Saturij, & ceterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset, satis quæsitum videri eádem de re triennio post, iisdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam viro, neiconum fortè [i] adfuisse dicatis, sed bono viro: in filij caput quæstionem habere conata est. An hoc dicitis? mihi enim venit in mentem, quid dici possit, tametsi adhuc non esset dictum: cùm habetur de furto quæstio, Stratonem aliquid de veneno esse cõfessum? *Hoc vno modo, iudices, saepe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentia defensio in aduersa respirat:* quòd aut ij, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut [k] illi, quorum eminet audacia, quæ proiecta est à consiliis malitię deiectum est. quod fraus confidens astutia, aut callida esset audacia, vix vllo obsisti modo posset: Vtrùm furtum factum non est? At nihil clarius Larini fuit. An ad Stratonẽ suspicio non pertinuit? At is & ex serrula insimulatus, & à puero conscio est indicatus. An id actum non est in quærendo? Quæ fuit alia igitur causa quærendi? an, id quod dicendum vobis est, & quod tum Sassia dictitabat, cum de furto quæreretur, tum Strato iisdem in tormentis dixit de veneno? En hoc illud est, quod

a L. & festertium * & auri q. ‖ Est autem hîc asterisci nota numeri deficientis.*

b *al.* ex omni parte, dentata, & torr. ‖ *Pantagathus* exteriore parte.*

c Coactores nuncupati argentariorum in actionib.*

P. LVI.

d *al.* in vincula.

e L. Postea cùm illa abduct.

f L. At de quibus f.

g *al.* Itaque tandem mulier.*

h L. P. Saturei, ceterorum h.

i L. ne colonum fortè af fuisse dicatis,

P. E.

k L. aut ij, quorum eminet au-

l *al.* dictitauit.*

A antè dixi: mulier abundat audacia: consilio & ratione deficitur. nam tabellæ quæstionis plures proferuntur quæ recitatæ, obsíque editæ sunt, illæ ipsæ, quas tum obsignatas esse dixi [a] in quibus tabellis de furto littera nulla inuenitur. Non venit in mentem, primam orationem Stratonis cõscribere de furto, pòst aliquid adiungere dictum de veneno quod non percontatione quęsitum, sed dolore expressum videretur. Quæstio de furto est veneni iam suspicione, superiore quæstione, sublata: quod ipsum hæc eadem mulier indicarat: quæ vt Romæ de amicorum sententia statuerat satis esse quęsitum, postea per triennium maximè ex omnibus seruis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. Cùm igitur de furto quæreretur, & eo furto, quod illæ sine controuersia fecerat: tum ille de eo, quod quærebatur, verbum nullum fecit? de veneno statim dixit? de furto, si non eo loco, quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua denique parte quæstionis, verbum fecit vllum? Iam videtis, illam nefariam mulierem, iudices, eadem manu, qua, si deus potestas, interficere filium cupiat, hanc fictam quæstionem conscripsisse. Atque istam ipsam quæstionem, dicite, quis obsignauit? Vnum aliquem nominate, neminem reperietis, nisi forte eiusmodi hominem, quem ego protetri malim, quàm neminem nominari. Quid ais, [b] T. Acti? tu periculum capitis, tu iudicium sceleris, tu fortunas alterius litteris cõscriptas in iudicium afferas [c]: neque earum auctoritatem litterarum, neque obsignatorem [d], neque testem vllum nominabis? & quam tu pestem innocentissimo filio ex matris sinu depromseris, hanc hi tales viri comprobabunt? Esto: in tabellis nihil [e] est auctoritatis: quid? ipsa quæstio, iudicibus: quid amicis, hospitibúsque Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic tandem ipsi tempori, cur non reseruata est? quid istis hominibus [f] factum est, Stratone, & Nicostrato? quæro abste, Oppianice, seruo tuo Nicostrato quid factum esse dicas. quem tu, cùm hunc breui tempore accusaturus esses, Romam deducere, dare [f] potestatem iudicandi, incolumem denique seruare quæstioni, seruare his iudicibus, seruare [g] huic tempori debuisti. Nam Stratonem quidem, iudices, in crucem actum esse exsecta scitote lingua: quod nemo est Latinatium, qui nesciat. Timuit mulier amens non suam conscientiam, non odium municipum, non famam omnium: sed, quasi non omnes, eius sceleris testes essent futuri, sic meruit, ne condemnaretur extrema seruuli voce morientis. ¶ Quod [h] hoc portentum, dij immortales? quod tantum monstrum in vllis locis? quod tam inuestum scelus, & immane, aut vnde natum esse dicamus? Iam enim videtis profectò, iudices, non sine necessariis me, ac maximis causis, principio orationis meæ de matre dixisse. nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. ¶ Mitto [i] illam primam libidinis iniuriam: mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate mariti expulsum ex matrimonio filium: quæ nondum ad huius fortunas periculum, sed ad commune familiæ decus pertinebant, nihil de alteris Oppianici

a *v.a.* dixi.

P. LXII.

b T. Attii.*

c L. afferres.

d Quæstiones tormentis elicitas in tabulas referri, & signis eorũ qui interfuerãt obsignari mos fuit apud veteres.*

e *al.* nonnihil &c.*

f L. tribue potestatem iudicandi.

g L. seruare huic tẽp.

P. E.

h PER ORATIO.*

P. E.

i Enumeratio.*

nuptiis queror: quarum illa cùm obsides filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in familiæ luctum, atque in priuignorum funus nupsit. Prætereo [a]quòd Auriũ Melinum, cuius illa quondam socrus, paullò ante vxor fuisset, cùm Oppianici esse opera proscriptũ, occisúmque cognosceret, eam sibi domum, sedémque coniugij delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indicia, & spolia fortunarum videret. Illud [b] primùm queror, de illo scelere, quod nunc deniq. patefactum est, Fabriciani veneni: quod iam tum recens, suspicioſum ceteris, huic incredibile, nunc verò apertum iam omnibus, ac manifestum videtur. Non est profectò de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum: quod [c] nisi esset: certè postea, deprehensa re, non illa vt ab improbo viro discessisset: sed vt à crudelissimo hoste fugisset, domúmque illam, in perpetuum, scelere omni affluentem, reliquisset. ¶Non modò did non fecit sed ab illo tempore nullum locum prætermisit, in quo non [e] instrueret infidias aliquas, ac dies omneis, ac [f] noctes tota mente mater de pernicie filij cogitaret. quæ primùm, vt istum confirmaret Oppianicum accusatorẽ filio suo, donis [g] muliebribus, collocatione filiæ, spe hereditatis obstrinxit. Itaque [h] apud ceteros, nouis inter propinquos susceptis inimicitiis, sæpe fieri diuortia, atq. affinitatis dissidia [k] vidimus: hæc mulier satis firmum accusatorem filio suo fore nemi-nem putauit, nisi qui in matrimonium sororem eius ante [l] duxisset. ceteri nouis affinitatib. adducti, veteres inimicitias sæpe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias affinitatis cõiunctionem pignori fore putauit. Neque in eo solùm dilig[ens] fuit, vt accusatorem filio suo cõpararet: sed etiam cogitauit, quibus eũ rebus armaret. hinc enim illæ sollicitationes seruorum & minis, & promissis: hinc illæ infinitæ, crudelissimæque de morte Oppianici quæstiones: quibus finem aliquando non muliebris modus, sed amicorum auctoritas fecit. ab eodem scelere illæ triennio pòst habitæ Larini quæstiones: eiusdé amentiæ falsæ conscriptiones quæstionum: ex eodem furore etiã illa conscelerata exsectio [m] linguæ, totius denique huius ab illa est & inuenta, & adornata, comparatio criminis. Atque his rebus cùm instructum accusatorem filio suo Romam ipsa misisset: paullisper, conquirendorum, & conducendorũ testium causa, Larini est commorata: posteà autem, cùm appropinquare [n] huius [o] iudicij, ei nuntiatum est, confestim huc aduolauit, ne aut accusatoribus diligentia, aut [p] pecunia testibus deesset: aut ne fortè mater hoc sibi optatissimum spectaculum huius sordium, atque luctus, & tanti squaloris amitteret. Iã verò quod iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? quod ego propter vicinitatem Aquinatium, & [q] Venafranorum, ex multis audiui, & comperi: quos concursus in his oppidis? quantos & virorum, & mulierum gemitus esse factos? mulierem quandam Larinũ, atque illam vsque à mari supero Romam proficisci, cum magno comitatu, & pecunia, quo facilius circumuenire iudicio capitis, atque opprimere filium posset [r]. Nemo erat illorum, pæne dicam, quin expiandum illum locum esse arbitraretur, quacumque illa ite[r] fecisset: nemo, quin terram ipsam violari, quę mater est omnium [a], vestigiis conscelerataę matris putaret. Itaque nullo in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitibus inuentus est, qui non contagionem adspectus fugeret. noctí se potiùs, ac solitudini, quàm vlli aut vrbi, aut hospiti committebat. Nunc verò quid agat, quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorare nostrũm putat? quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorum fidem pretio labefactare conata sit, tenemus. quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse, sceleratáque eius preces, & nefaria vota cognouimus: quibus illa etiã deos immortaleis de suo scelere testatur, *neq. intelligit, pietate, & religione, & iustis precibus, deorum mentem, non contaminata superstitione, neque* [b] *ad scelus perficiendum cæsis hostiis posse placari*. cuius ego furorem, atque crudelitatem deos immortaleis à suis aris, atque tẽplis aspernatos esse confido. ¶Vos [c], iudices, quos huic A. Cluentio quosdam alios deos ad omne vitę tempus fortuna esse voluit, huiusdim portunitatem matris à filij capite depellite. multi sæpe in iudicando, peccata liberũm, parentum misericordiæ concesserunt: vos, ne huius honestissimè actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus: præsertim cùm ex altera parte *totum municipium* videre possitis. Omneis scitote, iudices, (incredibile dictu est, sed à me verissimè [e] dicitur) omneis Larinates, qui valuerũt, venisse Romam, vt hunc studio, frequentiáque sua, quantum possent, in tanto eius periculo subleuarent. Pueris illud, hoc tẽpore & mulieribus, oppidum scitote esse ttaditum, idque in præsentia, in communi Italiæ pace, domesticis copiis esse tutum. quos tamen ipsos eque, & eos, quos præsenteis videtis huius exspectatio iudicij dies, noctesq. sollicitat, Non illi vos de vnius municipis fortunis arbitrãtur, sed de totius municipij statu, dignitate, commodíque omnibus sententias esse laturos. summa est enim, iudices, hominis in communẽ municipij rem diligentia in singulos municipes benignitas, in omneis homines iustitia, & fides. præterea nobilitatem illam inter suos, locúmque à maioribus tradi um, sic tuetur, vt maiorum grauitatem, constantiam, gratiam, liberalitatem, assequatur. Itaque iis eum verbis publicè laudant, vt non solùm testimonium suum, iudiciúmque significent, verùm etiam curam animi, ac dolorem. quæ dum laudatio recitatur, vos quæso, qui eam detulistis, assurgite [f]. *Ex lacrymis horum*, iudices, existimare potestis, omneis hæc decurion[es] decreui se lacrymanteis. Agè verò, vicinorum quantũ studium, quã incredibilis beniuolentia, quanta cura est? non illi in libellis laudationũ decreta miserũt, sed homines honestissimos, quos nosse-mus omnes, huc frequẽteis adesse, & hũc præsentes laudare voluerũt. Adsunt Ferentanis homines nobilissimi, Marrucini item: pari dignitate Theano [h] Appulo, atque Luceria i equites Romanos, honestissimos homines, laudatores videtis: Bouiano, totóque ex Samnio cùm laudatione honestissimæ missæ sunt, tũ homines amplissimi, nobilissimíq. venerunt. Iam qui in agro Larinati [k] prædia, qui negotia, qui res pecuniarias habent, honesti homines, & summo splendore præditi, difficile dictu est, quàm sint solliciti, quàm laborent. Nõ multi

a *al.* omnẽ nostrũm,

b *quidam hi*ũ *vti*, neq. cæsis ad scel. perf. hostiis.

c Affectus mouet à persona Larinatium, vicinorum matris Cluentij.*

d *al.* huius matris importunitatẽ.

e L. verissimè dicetur)

P. LIX.

f *L.* assurgite, LAVDATIO CLVENTII, EX DECVRIONVM LARINATIVM DECRETO. Ex lacr.

g Frentani*

h L. Marrucini item pari dignitate; Theano Apulo atque Luceria equites Romanos, homin. honestiss.

i *al.* Theano, Apulóq. atq. Nuceria.*

k *L.* Larinate *al.* pecuarias.*

a L. Præterea, quòd cùm A. Aurium Melissum, cuius illa quondam socrus p. a. vx. fuisset, Oppian. esse ep.

b L. Illud primùm queror, illud scelus, quod

c L. quod nisi esset

d. Amplificatio.*

e L. non instrueret filio insidi. aliq.

f *fort.* & noctes totas mater de pernic. *al.* atq.*

P. LVIII.

g *L.* donis, muneribus, collocatione fil.

h *L.* Itaque quod apud ce.

i L. atq. affinium discidia videmus:

k *al.* discidia.*

l L. antea duxiss.

m Strabo, &c.*

n *al.* hoc iudicium,

o *fort.* aut testib. pecunia deesset.

p *al.* & Fraba terianorum,

q P. D.

r L. posset?

multi mihi ab vno ſic diligi videntur, vt hic ab his vnineris. Quàm non abeſſe ab [a] huius iudicio L. Voluſienum [b], ſummo ſplendore hominem, ac virtute præditum vellem? præſentem [c] poſſem P. Heluidiũ Rufum, equitem R. omnium ornatiſſimum, nominare [d]: qui, cùm, huius cauſa, dies, noctéiſque vigilaret, & cùm me hanc cauſam doceret: in morbum grauem, periculoſúmque incidit: in quo tamen nõ minùs de capite huius, quàm [e] de ſua vita laborabat. Cn. Tudici ſenatoris, viri optimi, & honeſtiſſimi, par ſtudium & teſtimonio, & laudatione cognoſcetis. Eádem ſpe, ſed maiore verecundia, de te, P. Volumni, quoniam iudex es in A. Cluentium, dicimus. Et, ne longum ſit, omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc beneuolentiam, confirmamus. Horum omnium ſtudium, curã, diligentiam, meúmque vnà laborem, qui totam hanc cauſam vetere inſtituto, ſolus peroraui, veſtrámque ſimul, iudices, æquitatem, & manſuetudinem *vna mater* oppugnat. At quæ mater? quam cęcam crudelitate, & ſcelere ferri videtis: cuius cupiditatem nulla vnquam turpitudo retardauit: quæ vitiis animi in deterrimas partes iura hominum cõuertit omnia: cuius ea ſtultitia eſt, vt eam nemo hominẽ: ea vis, vt nemo fœminam: ea crudelitas, vt nemo matrem appellare poſſit. atq. etiam nomina neceſſitudinum, non ſolùm naturæ nomen, & iura mutauit: vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex: eò iam denique adducta eſt, vt ſibi, præter formam, nihil ad ſimilitudinem hominis reſeruarit. Quare, iudices, ſi ſcelus odiſtis: prohibite aditum matris à filij ſanguine: date parenti hunc incredibilem dolorem ex ſalute, ex victoria liberũm: patiaminiſ, matrẽ, ne orbata filio lætetur, victam potiùs veſtra æquitate diſcedere. Sin [g] autem, id quod veſtra natura poſtulat, pudorem, bonitatem, virtutémque diligitis: leuate hunc aliquando *ſupplicem veſtrum*, iudices, tot annos in falſa inuidia, periculiſque verſatum: qui nunc primùm pòſt illam ſummam, aliorum facto, & cupiditate excitatam, ſpe veſtræ æquitatis erigere animum, & paullum reſpirare à metu cœpit: cui poſita ſunt in vobis omnia: quem ſeruatum eſſe plurimi cupiunt, ſeruare ſoli vos poteſtis. Orat vos auitus, iudices, & fleta obſecrat, ne ſe inuidiæ, quæ in iudiciis valere non debet: ne matri, cuius vota, & preces à veſtris mentibus repudiare debetis: ne Oppianico, homini nefario condemnato iam, & mortuo, condonetis. Quod ſiqua calamitas hunc in hoc iudicio affixerit innocentem: næ [h] iſte miſer, iudices, ſi, id quod difficile factu eſt, in vita remanebit, ſæpe, & multùm queretur, deprehenſum eſſe illud quondam Fabricianum venenum. quod ſi tum indicatum non eſſet: non huic æruminoſiſſimo venenum illud fuiſſet, ſed multorum medicamentum laborum: poſtremò etiam fortaſſis mater exſequias illius funeris proſecuta, mœrem ſe filij lugere ſimulaſſet. nunc verò quid [i] erit perfectum, niſi vt huius ex mediis mortis inſidiis vita ad luctum reſeruata, mors ſepulchro patris priuata eſſe videatur? Satis diu fuit in miſeriis, iudices: ſatis multos annos ex inuidia laborauit. nemo huic tam iniquus, præter parentem, fuit, cuius animum non iam expletum eſſe putemus. vos, qui æqui eſtis omnibus, qui, vt quiſque crudeliſſime oppugnatur, eum leniſſimè ſubleuatis, conſeruate A. Cluentium: reſtituite incolumem municipio: amicis, vicinis, hoſpitibus, quorum ſtudia videtis, reddite: vobis in perpetuum, liberíſque veſtris obſtringite. veſtrum eſt hoc, iudices, veſtræ elementiæ: rectè hoc repetitur à vobis, vt virum optimum, atque innocentiſſimum, plurimíſque mortalibus carum [k], atque iucundiſſimum, his aliquando calamitatibus liberetis: vt omnes intelligant, in concionibus eſſe inuidiæ locum, in iudiciis veritati.

a L. ab hoc iudicio.
b al. Volucenum.*
c L. quàm vellem præſentem poſſe P. Heluid.
d nominare?
e L. quam de ſua vita laborat.
* P. 4 X.
f L. patiamini, matrem,
g al. ſi id quid.*
h v. ne inſe.
i L. quid erit profectum.
P. E.
k L. cariſſimum, atq.

DE LEGE AGRARIA, CALENDIS IANVAR. CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM trib. pleb. in ſenatu.

ORATIO DECIMAQVINTA.

Deſunt permulta [b].

a al. Oratio de lege Agraria, Kalend. Ianuariis contra P. Rullum trib. pleb. ita Gellius 13. c. 13. & Cariſius lib. 1. in voce Imberbi. adde Cicer. 2. epiſt. 1. & in Piſonem. / Plin. 30.*

b præſertim pars illa quæ ad Decemuiros creandos pertinet.*

SYNOPSIS.

Cauſa. *P. Seruilius Rullus trib. plebis legem tulerat, de Decemuiris creandis ad omnes agros publicos (quibuſdam exceptis) vel qui extra Italiam vel in Italia eſſent, partim vendendos, impoſito vectigali partim colonis diuidendos, partim priuatorum quoſdam emendos. Hanc legem Cicero primo Magiſtratus die, hoc eſt, Kalendis Ianuariis, in ſenatu, ipſo præſente Rullo, & aliis trib. pleb. & poſt ad populum diſſuaſit.* Capita legis *varia, de quibus vide hanc & ſequentem orationem.* Euentus *quis fuerit, dicetur in ſequentis orationis ſynopſi.*

d Ptolemæi Alexãdri Appionis qui p. Romanum hæredem fecit. Liuius 39. Iuſtin. 37.*

c DE VENDITIONE vectigaliũ.*

QVAE [c] res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. dicent enim Decemuiri, id quod & dicitur à multis, & ſæpe dictum eſt, poſt eoſdem conſules, regis

Alexandrini testamento, regnum illud, populi R. esse factum. Dabitis igitur Alexandriam clàm petentibus iis, quibus apertissimè pugnantibus restitistis? Hæc, per Deos immortales, vtrùm esse vobis consilia siccorum [a] an vinolentorum somnia? & vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? Videte nunc, proximo capite vt impurus helluo turbet rempublicam, vt à maioribus nostris [b] possessiones relictas disperdat, & dissipet: vt sit non minùs in populi Romani patrimonio nepos, [c] quàm in suo. Proscribit in sua lege, vectigalia, quæ decemuiri vendant, hoc est, *proscribit auctionem publicorum bonorum, agros emi vult, qui diuidantur: quærit pecuniam:* videlicet excogitabit aliquid. atque afferet nam superioribus capitibus dignitas populi R. violabatur, nomen imperij in cõmune odium orbis terræ vocabatur, vrbes pacatæ, agri socio[rum], dregum status decemuiris donabantur[d]: nunc præsens certa pecunia numerata quæritur. Expecto, quid tribunus plebis vigilans, & acutus excogitet. *Veneat*, inquit, *si ua Scantia* [f]. Vtrùm tandem hanc siluam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis inuenistis? si quid est, quod indagaris, inueneris, ex tenebris erueris, quamquam iniquum est, tamen consume, quoniam commodum est, quòniam quidem tu attulisti. siluam verò tu Scantiam vendas, nobis consulibus, atque hoc senatu? tu vilum vectigal attingas? tu populi Romani [g] subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? Tum verò hoc me inertiorem consulem iudicabo quàm illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerunt: quod, quæ vectigalia, illis consulibus, populo Romano parta sunt, ea, me consule, ne retineri quidem potuisse iudicabitur? *Vendit Italiæ possessiones* [h] *ex ordine* omneis. sanè est in eo diligens. nullam enim prætermittit. persequitur in tabulis censoris totam Siciliã. nullum ædificium, nullos agros relinquit. *Audistis auctionem populi Romani proscriptam à tribuno plebis, constitutam in mensem Ianuarium:* &, credo, non dubitatis, quin i dcircò hæc, ærarij causa, non vendiderint ij, qui armis, & virtute peperierunt, vt esset, quod nos, largitionis causa, venderemus. Videte nunc [k], quoad fecerit iter apertius, quàm antea. nam superiore parte legis quèadmodum Pompeium oppugnarent. à me iudicati sunt, nunc iam se ipsi indicabũt. *Iubent venire agros Attalenſium* [l], *at q.*[m] *Olympenorum*, hos [n] populo Romano Seruilij, fortissimi viri, victoria adiunxit. deinde *agros in Macedonia regios*, qui partim [o] T. Flaminij, partim L. Paulli, qui Persen vicit, virtute parti sunt, deinde *agrum optimum* [p], *& fructuosissimum Corinthium*, qui L. Mummij imperio, ac felicitate ad vectigalia populi R. adiunctus est, pòst autem *agros in Hispania apud Karthaginem nouam* duorum Scipionum eximia virtute possessos: tum verò *ipsam veterem Karthaginẽ venundant*, quam P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus, siue ad notandam Karthaginiensium calamitatem, siue ad testificandam nostram victoriam, siue ad oblatam aliquam religionem, ad æternam hominũ memoriam consecrauit. His insignibus, atque insulis imperij venditis, quibus ornatam [q] vobis maiores vestri rempublicam tradiderunt, *iubent eos agros venire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto, Cappadociáque possederit.* Num obscurè videntur propè hasta præconis insectari Cn. Pompeij exercitum, qui venire iubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiã nunc bellum gerat, atque versetur? Hoc verò cuiusmodi est, *quod eius auctionis, quam constituunt, locum sibi nullum desiniunt? nam* decemuiris, quibus in locis ipsis videatur, vendendi potestas lege permittitur. Censoribus [a] vectigalia locare, nisi in conspectu populi Ro. non licet. his vendere vel in vltimis terris licebit. At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimoniis, faciunt, vt in atriis auctionariis potiùs quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur. hîc permittit sua lege decemuiris, vt, in quibus commodum sit tenebris, vt in qua velint solitudine, bona populi Ro. possint diuendere. Iam illa omnibus in prouincii, regnis, liberis populis quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio decemuiralis futura sit, non videtis, hereditatum [c] obeundarum causa, quibus vos [d] legationes dedistis, qui & priuati, & priuatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate prediti, tamen auditis profectò, quàm graues eorum aduentus sociis vestris esse soleant. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris & mali, cùm mittantur in orbem terrarum decemuiri, summo cum imperio, summa cum auaritia, infinitáque omnium rerum cupiditate? quorum cùm aduentus graues, cùm fasces formidolosi, tum verò iudicium, ac potestas erit non ferenda. licebit enim, quod videbitur, publicum iudicare, quod iudicarint, vendere. etiam illud, quod homines sancti non facient, vt pecuniam accipiant. ne vendant, tamen iis id ipsum per legem licebit. Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sylla, & Pompeio consulibus, id rursus liberum, infinitúmque fecerunt. *Iuber eosdem decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere* [f], *vt iidem* [g] *possint & liberare agros, quos commodum sit, & quos ipsis libeat publicare.* Quo in iudicio perspici non potest, vtrùm seueritas, acerbior, an benignitas, quæstuosior sit futura. Sunt tamen in tota lege exceptiones duæ, non tam iniquæ, quàm suspicioſæ. *excipit in vectigali imponendo, agrum Recentoricum, Sicilienſem: in* [g] *vendendis agris* [h], *eos agros, de quibus cautum sit fœdere. Hi sunt in Africa, qui ab Hiempsale possidentur.* Hîc quæro, si Hiempsali satis est cautum fœdere, & Recentoricus ager, priuatus est: quid attinuerit excipi. sin & fœdus illud habet aliquam dubitationem, & ager Recentoricus dicitur nonnunquam esse publicus: quem putet existimaturum, duas causas [i] in orbe terrarum repertas [k], quibus gratis parceret. Nunc [l] quisnam tam abstrusus vsquam nummus videtur, quem non architecti huiusce legis obseruerint? prouincias, ciuitates liberas, socios, amicos, reges denique exhauriunt: admouent manus vectigalibus populi Rom. non est satis. Audite vos, qui amplissimo populi, senatúque iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis. *quod ad quemcumque peruenit, peruenerit, ex præda* [m], *ex manubiis, ex auro coronario, quod neque consumtum in monumento, neque in ærarium relatum sit,*

a. sicci, hîc, sani.*

b *al.* relictas possessiones disperd. c. descedor.*

P. B. d L. regum status decemuiris condonabantur: e *al.* condonabatur.* f hanc siluã in Italia Censores locabant. meminit Cicero 2. de oratore & in Bruto.*

g *al.* subsidia belli, ornamenta pac. h *al.* possessiones ordine omneis.

i vt effectarium refer mius.*

k *L.* quò affectarit iter apertius] *al.* quo affectarint.* l *al.* Attalicn ſium. *al.* Attalenſium.* m Attalea in Pamphylia: Olympus in Lycia.* n *fort.* quos popu.

P. LXIII. o L. T. Flaminini, p *fort.* optimum.

q *al.* nobis maiores, &c.

a Censores vectigalia palã locabant.*

b Atria auctionaria vocat, in quib. auctiones fierent.*

c legationes liberæ senatoribus dabantur hereditatum adeundarũ causa, vt hic & Oratione 2. infrà. dixi plenius ad legem qui libera legatione. 14. ff. de legationib.* d *fort.* legationes liberas dediſt.

e *lib. vulg.* tamen id iis ipſum

f *al.* & vt.*

g In agris diuidundis, alij concedebant aliquo vectigali imposito. alij vendebãtur.* h *fort.* eos agros, quibus cautum sit fœdere.

i id est res: vt hîc causa pro re sumatur.* k *fort.* reperias quare his agris gratis.

P. LXIII. l *al.* Nam.*

m Prædam & manubias hîc cõiungit. quod & obſeruatum à Gell. 13. c. 25.*

sit, *id ad decemuiros referri iubet*. Hoc capite multa sperant: in [a] omneis imperatores, heredésque eorum quæstionem suo iudicio cõparant: sed maximam pecuniam se à Fausto ablaturos arbitrantur. quã causam suscipere iurati iudices noluerũt, hanc isti decemuiri susceperẽ. idcirco à iudicibus forte præterissam esse arbitrantur, quod sit ipsis reseruata. Deinde etiam in reliquum tempus diligentissimè sancit, *vt, quod quisque imperator habeat pecuniæ, protinus ad decemuiros deferat*. Hic tamen excipit Pompeium simillimè vt mihi videtur, atq. in illa lege, [b] qua peregrini Roma eiiciũtur, Glaucippus excipitur. non enim hac exceptione vnus afficitur beneficio, sed vnus [c] priuatur iniuria. Sed cui manubias remittit, huius vectigalia inuadit. *inbet* enim, *pecuniam, si qua post nos consules ex nouis vectigalibus recipiatur, d hac vti decemuiros*. Quasi verò non intelligamus, hæc eos vectigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare. ¶ Videtis [e] iam P. C. f omnibus rebus, & modis constructam, & coaceruatam pecuniam decemuiralem. Minuetur huius pecuniæ inuidia. *Consumetur enim in agrorum emtionibus*. Optimè. Quis ergo emet agros istos? iidem decemuiri: tu Rulle (missos enim facio ceteros) emes, quos voles: vẽdes, quos voles: vtrumque horum facies, quanti voles. Cauet enim vir optimus, ne emat ab inuito. Quasi verò nõ intelligamus, ab inuito emere, iniurioſum esse: ab non inuito, quæstuosum. Quantum tibi agri vendet vt alios omittam socer tuus? & ẽ, si ego eius æquitatem animi probè noui, vendet non inuitus. Faciẽt idem ceteri libenter, vt possessionis inuidiam pecunia commutent: accipiant, quod cupiunt: dent, quod retinere vix possunt. Nunc prospicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. Pecunia coacta est ad agros emendos: ij porrò ab inuitis non emuntur. Si consenserint possessores non vendere, quid futurum est? referetur pecunia? non licet. exigetur? vetat. ¶ Verùm hesterno nihil est, quod non emi possit, si tantum des, quantum velit venditor. Spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium, vt, locupletatis aut inuidiæ, aut pestilentiæ possessoribus, agri tamen emantur. Quid? tum *quæ erit in istos agros deductio?* quæ totius rei ratio, atque descriptio? *Deducentur*, inquit, *coloniæ*. Quòs? quorum hominum? in quæ loca? quis enim non videt, in coloniis esse hæc omnia considerandа? Tibi nos, Rulle & istis tuis, harum omnium rerum machinatoribus, totam Italiam inermem traditos existimasti, quam prædiis confirmaretis? coloniis occuparetis? omnibus vinclis deuinctam, & constrictam teneretis? Vbi enim cauetur, ne in Ianiculo coloniam constituatis? ne vrbem hanc vrbe alia premere, atque vrgere possitis? Non faciemus, inquit. Primùm nescio, deinde timeo. postremò non committam, vt vestro beneficio potius quàm nostro consilio salui esse possimus. Quòd verò totam Italiam vestris coloniis complere voluistis, id cuiusmodi esset, neminémne nostrum intellecturum existimastis? Scriptum est enim, quæ in municipia, quáque in colonias decemuiri velint, deducant colonos, quos velint: P. XLIIII. & iis agros assignent, quibus in locis velint:

A vt, cum totam Italiam militibus suis occuparint, vobis non modò dignitatis retinendæ, sed ne libertatis quidem recuperandæ spes relinquatur. Atque hæc à me suspiciosius & coniectura coarguuntur. Iam omnis omnium tolletur error. iam aperte ostendent, sibi nomen huius reip. sedem vrbis, atque imperij. denique hoc templum [a] Iouis optimi maximi, atque hanc arcem omnium gentium displicere. *Capuam deduci colonos volunt*. illam vrbem huic vrbi rursus opponere, illuc opes suas deferre, & imperij nomen transferre cogitant. qui locus propter vbertatem agrorum, abundantiámque rerum omnium, superbiam, & crudelitatem genuisse dicitur. ibi nostri coloni, [b] delecti ad omne facinus, à decemuiris collocabuntur. Et, credo, qua in vrbe homines, in veteri dignitate, fortunáque nati, copiam rerum moderatè ferre non poterunt, in ea isti vestri satellites, modestè insolentiam suam continebunt. Maiores nostri Capua magistratus, senatum, consilium [c] commune, omnia denique insignia reip. sustulerunt. neque aliud quidquam, nisi inane nomen Capuæ reliquerunt. non crudelitate (quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hostibus victis sua sæpissimè reddiderunt?) sed consilio: quòd videbant, si quod reipub. vestigium illis mœnibus contineretur, vrbem ipsam imperio domicilium præbere posse. Vos hæc, [d] nisi euertere rempub. cupe- D retis, ac vobis nouam dominationem comparare, credo, quàm perniciosa essent, non videretis. Quid [e] enim cauendum est in colonijs deducendis, si luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrupit? si superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur? si præsidium non præponitur huic vrbi, ista colonia, sed opponitur? At quemadmodum armatur? dij immortales! nam bello Punico, quidquid potuit Capua, potuit ipsa per sese. nunc omneis vrbes, quæ circum Capuam sunt, [f] à colonis per eosdem decemuiros occupabuntur. hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia, quæ velint, oppida, colonos vt decemuiri deducant, quos velint. Atque *his colonis agrum Campanum, & Stellatem campum diuidi iubet*. Non queror de diminutione vectigalium, non flagitium huius iacturæ, atque damni: prætermitto illa, quæ nemo est, quin grauissimè, & verissimè conqueri possit, nos caput patrimonij publici, pulcherrimam populi R. possessionẽ, subsidium annonæ, horreum belli, sub signo, clausstrísque reip. positum vectigal, seruare non potuisse: eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese & Silianæ dominationi, & Gracchorum largitioni resisteret, non dico, solum hoc in repub. vectigal esse, quod, amissis aliis, remaneat: interemtis, non conquiescat: in pace niteat: in bello non obsolescat: militem sustentet, hostem non pertimescat: prætermitto omnem hanc orationem, & cõcioni reseruo: de periculo salutis, ac libertatis loquor. Quid enim existimatis [k] integrum vobis in repub. fore, aut in vestra libertate, ac dignitate retinendum, cùm R. Illus, atque ij quos multo magis, quàm Rullum, timetis, cum omni egentium, atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento,

a v. e. in omneis.

b Lex generalis à qua excipitur vnus Glaucippus.*

c E. prohibetur iniuria.

d L. resciatur, hac vti decemuiros rediga tur, &c.

e DE EMPTIONE agrorum.*

f L. omnibus rationibus, & modis c. P. B.

g L. Etenim, ego eius.

h DE DEDVCTIONE colonia rum.

i L. Quid tũ? quæ erit in ist.

k L. Quòt? quorum hom.

l L. vestris coloniis.

a v. e. Iouis opt. max.

b fort. nisi ad

c τὸ κοινὸν

d fort. nisi eu ertitis remp. euertere, ac vobis, &c. P. B.

e Quid enim non cauendũ est.*

f L. Hannibalem.

g v. e. à coloniis per eosdẽ x. viros occ. al. coloniis per eosdem x. viros occ. al. deminutionem.

h L. deminutionem.

i L. non dico, hoc solum in rep.

k fort aut integrũ vobis.

& auro, Capuam, & vrbeis circa Capuam
a HERORATID. occuparint? ¶His [a] ego rebus, P. C. resistam
vehementer, atque acriter: neque patiar, homines ea, me consule, expromere, quæ contra rempubl. diu cogitarint. Erras-
P. LXV. tis, Rulle, vehementer & tu, & nonnulli collegæ tui, qui speras-tis, vos contra consulem, veritate non ostentatione popularem, posse in euertenda repu. populares existimari. Lacesso vos, in cõcionem voco, populo R. disceptatore vti volo. Etenim, vt circumspiciamus omnia,
b Idem 2. oratio infra. quę populo grata, atque iucunda sunt, *nihil* [b] *tam populare, quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus.* sollicitam mihi ciuitatem suspicione, suspensam [c] metu, perturbatam vestris legibus & concionibus, & seditionibus tradi distis: spem improbis ostendistis: timorem bonis iniecistis: fidem de foro, dignitatem de rep. sustulistis. Hoc motu, atque hac perturbatione animorum, atque rerum cùm populo R. vox, & auctoritas consulis repentè in tantis tenebris illuxerit: cùm ostenderit, nihil esse metuendum, nullũ exercitum, nullam manum, nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium nouum, nullum regnum decemuirale, nullam altera Romam, neque aliam sedem imperij, nobis consulibus, futuram, summámque tranquillitatem pacis, atque otij: verendum, credo nobis erit. ne vestra ista præclara lex Agraria, magis popularis esse videatur. cùm verò scelera consiliorum vestrorum, fraudémque legis, & insidias quæ ipsi populo R. à popularibus tribunis pl. fiant, ostendero: pertimescam, credo, ne mihi non liceat contra vos in concione consistere: præsertim cùm mihi deliberatum, &
d Al. eo modo gerere cons. constitutum sit, itad gerere consulatum, quo vno modo geri grauiter, & liberè potest, vt neque prouinciam, neque honorem, ne-

A que ornamentum aliquod, aut commodum, neque rem vllam, quæ à tribuno pl. impediri posset, appeteturus sim. Dicit frequentissimo senatu consul, kalendis [a] Ianuarij, sese, si a L. kalendis Ianuariis, status hic reipub. maneat, neque aliud negotium exstiterit, quod honestè subterfugere non possit, in prouinciam non iturum. sic me in hoc magistratu geram [b] populo Ro. vt pos- b L. geram, P. C. vt possim tribunum pl. reip. iratum coercere: mihi id est patres conscripti. iratum, contemnere. Quamobrem, per deos
B immortales, colligite vos, tribuni pleb. deserite eos, à quibus, nisi prospicitis, breui tempore deseremini: conspirate nobiscum: consentite cum bonis: communem remp. cõmuni studio, atque amore defendite. multa sunt occulta [c] reip. vulnera, multa nefariorum ci- c ὕπουλα.
uium pernicioſa consilia, nullum externum periculum est, non rex, non gens vlla, nõ natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum, ac domesticũ est. huic pro se quisque nostrũm mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Erratis, si senatum probare
C ea, quæ dicuntur, à me putatis, populum autem esse in alia voluntate. Omnes, qui se incolumeis volunt, sequentur auctoritatem consulis, soluti à cupiditatibus, liberi à d delictis, cauti in periculis, non timidi in con- d L. à delictis,
tentionibus. Quòd siquis vestrũm spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo: primùm, me consule, id sperare desistat: deinde habeat me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco consulem
D vider, quæ vitæ via facillimè viros bonos ad honorem, dignitatémque perducat. Quòd si vos vestrum mihi studium, P. C. ad communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profectò id, quod maximè respub. desiderat, vt huius ordinis auctoritas, [e] quę a- e *fort.* auctoritas eadem, quæ apud m. n. fuit, nunc longo int.
pud maiores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo reip. restituta esse videatur.

DE LEGE

DE LEGE AGRARIA, CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVM PLEB. AD populum.

ORATIO DECIMASEXTA.

SYNOPSIS.

¶ Causa. *Tribuni pleb. superiori oratione Ciceronis in Senatu habita exterriti, ad populum Ciceronem vocant, quasi populo disceptatore (cuius in speciem commodo legem Agrariam suadebant) in causa superiores essent futuri. Cicero senatusc. sequi iubet, eiusque comitatu septus in concionẽ venit, eo hac oratione magnifica Legem Agrariam dissuadet.* Euentus. *Lex Rulli antiquata, non suffragiis aut intercessione trib. pleb. impeditus, verum eam Rullus cognita populi voluntate ferre non est ausus. 7. Tullin. 30.*

P. LXVI. a EXORDIVM.* b Institutũ à more distinguit. mos enim ab instituto nascitur.* c Imagines in suis atriis seruabãt qui magistratus eorum legum adepti. Sic Cicero ius imaginis adeptus ædilis curulis factus. Verrina 5. d *al.* vt tantũ maioribus suis deb.

EST a hoc in more positum, Quirites, institutóque b maiorum, vt ij, qui beneficio vestro imagines c familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij vestri cum suorum laude coniungant: qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur: plerique autem hoc perficiunt, vt d tantum maioribus eorum debitum esse videatur, vnde etiam quod posteris solueretur, redundaret. Mihi quidem apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur: non quòd non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos, disciplinísque institutos videtis: sed quòd laude populari, atque honoris vestri luce caruerunt. De me autem ipso, vereor, ne arrogantis sit apud vos dicere: ingrati, tacere. nam &, quibus studiis, hanc dignitatem consecutus sim, memetipsum commemorare, perquàm graue est: & silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. Quare adhibebitur à me certa ratio, moderatióque dicendi, vt, quid à vobis acceperim, commemorem: quare dignus vestro summo honore, singularíque iudicio sim: ipse modicè dicam, si necesse erit: vos eorũdem existimatores putem, qui iudicauistis. Me per longo e interuallo propè memoriæ, temporúmque nostrorum, primum hominem nouum f, consulem fecistis: & eum locum, quem nobilitas præsidiis firmatum, atque omni ratione munitum tenebat, me duce, rescidistis: virtutique in posterum patere voluistis. neque me tantummodò consulem, quod est ipsum per g se esse amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobileis in hac ciuitate consules facti sunt, nouus ante me nemo. Nam profectò si recordari volueritis, de nouis hominibus reperietis eos, qui sine repulsa consules facti sunt, diuturno labore, atque aliqua occasione esse factos, cùm multis a annis pòst petissent, quàm prætores fuissent, aliquanto seriùs, quàm b per ætatem, ac per leges c liceret: qui autem anno suo petierint, sine repulsa non esse factos: me esse vnum ex omnibus nouis hominibus, de quibus meminisse possumus, qui consulatum petierim, cùm primùm licitum sit, consul factus sim, cùm primùm petierim: vt vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad alienæ petitionis occasionem intercesserit, nec diuturnis precibus effligitarus, sed dignitate impetratus esse videatur. Est illud amplissimum, quod paullo antè commemoraui, Quirites, quod hoc honore ex nouis hominibus primùm me, multis d posthabitis, affecistis: quod prima petitione, quod anno meo: sed tamen magnificentius, atque ornatius esse illo nihil potest, quòd meis comitiis non e *tabellã* f *vindicem tacitæ libertatis*, sed vocem viuam g præ vobis indicem vestrarum erga me voluntatum, ac studiorum tulistis. Itaque me non extrema h tribus suffragiorum, sed primi i illi vestri concursus: neque k singulares voces præconũ l, sed vna voce vniuersus populus R. consulem declarauit. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium, Quirites, cùm ad animi mei fructum, atque lætitiam duco esse permagnum, tum ad curam, sollicitudinémq. multo maius. Versantur enim, Quirites, in animo meo multæ, & graues cogitationes, quæ mihi nullam partẽ neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impertiunt: primùm tuendi consulatus: quæ cum omnibus est difficilis, & magna ratio, tum verò mihi, præter cereros cui errato m nulla venia, recte facto exigua laus, & ab inuitis expressa proponitur: non, dubitanti, fidele consilium: non, laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. Quòd si solus in discrimen aliquod adducerer: ferrem, Quirites, animo æquiore: sed mihi videntur certi homines, si qua in re me non modò cõsilio, verum etiam casu lapsum esse arbitrabuntur, vos vniuersos, qui me anteueleritis

a Septẽ annos iacuit C. Marius post Prætura. *Cicero 3. Officiorũ. Plutarchus.*

b Aetate certa petebatur magistratus, & quidẽ consulat. anno 42 vide Liuium 30.*

c Leges annales intelligit quibus capiẽdorum magistratuum initium definiebatur.*

d Patriciis duob. P. Galba & L. Catilina: tribunis plebis, L. Cassio Longino, Q. Cornificio & C. Licinio sacerdote. Pedianus in orat. pro Murena.*

e *lib. vulg.* nõ tabellam inducem t.*

f Legibus Tabellariis cõstitutum fuit vt ne voce sed tabella populus suffragia ferret. Cicero 3. de legibus.*

g *al.* vnam.*

h Arimiensis*

i Tribus Suburanæ.

P. LXVII. k L. neq. singulæ voces præcon.

l Præcones ad incunda suffragia citabãtur, & designatos renunciabant.*

m *al* cuius.*

n erratũ hîc quidam sic accipiũt, pro eo, qui peccat, sic apud Terentium Heeyra. Iam ætate ea sum, vt non fiat peccato mihi ignoscẽdi locus.*

nobilitati, vituperaturi. mihi autē, Quirites, omnia potiūs perpetienda esse duco, quàm non ita gerendū consulatum, vt in omnibus meis factis, atque consiliis, vestrum de me factum, consiliúmque laudetur. Accedit etiam ille mihi summus labor, ac difficillima ratio consulatus gerendi, quòd nō eádem, qua superioribus consulibus, lege, & conditione vtendum[a] esse decreui: qui aditū huius loci, conspectúmque vestrum partim, magnopere fugerunt, partim nō vehementer secuti sunt. Ego autem non solūm hoc in loco dicam, vbi est id dictu facillimum, sed in ipso senatu, in quo esse locus huic voci non videbatur, popularem me futurū esse consulem, primab mea illa oratione kal. Ianuar. dixi. Neque enim vllo modo id facere possum, vt, cùm me intelligam, non hominū potentium studio, non excellētibus gratiis paucorū, sed vniuersi populi Ro. iudicio consulem ita factū, vt nobilissimis[c] hominibus longè præponerer: non & in hoc magistratu, & in omni vita esse m[d] popularis. Sed mihi ad huiusce[e] verbi vim, & interpretationem vehementer opus est vestra sapientia. versatur enim [f] magnus error, propter insidiosas nonnullorū simulationes: qui cùm populi non solūm commoda, verùm etiam salutem oppugnant, & impediunt, oratione assequi volunt, vt populares esse videantur. Ego qualem kalendis[g] Ianuarij accepetim remp. Quirites, intelligo: plenam sollicitudinis, plenā timoris: in qua nihil erat mali, nihil aduersi, quod non boni metuerent, improbi exspectarent. omnia turbulenta consilia contra hunc reip. statum, & contra vestrum otium partim iniri, partim, nobis consulibus designatis, inita esse dicebantur. sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, sed suspicione, ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum, nouæ dominationes, extraordinaria, non imperia, sed regna, quæri putabantur. Quæ cùm ego non solūm suspicarer, sed plane cernerem: (neque enim obscurè gerebantur:) dixi[h] in senatu, in hoc magistratu me popularem consulem futurum. *Quid enim est tam popolare, quàm pax?* qua non modò ij, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta, atque agri mihi lætari videntur. *Quid tam popolare, quàm libertas?* quam non solum ab hominibus, verùm etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. *Quid tam popolare, quàm otium?* quod ita iucundum est, vt & vos, & maiores vestri & fortissimus quisque vir, maximos, labores suscipiendos putet, vt aliquando in otio possit esse, præsertim in imperio, ac dignitate: qui idcirco etiam in maioribus nostris præcipuam laudem, gratiámque debemus, quòd eorū labore est[k] factū, vt impunè in otio esse possemus. Quare qui possum non esse popularis, cùm videam hæc omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis, ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quæ vobis cara, atque ampla sunt, in fidem, & quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata? Neque enim, Quirites, illud vobis iucundū, aut popolare debet videri, largitio aliqua promulgata, quæ verbis ostentari potest, re vera fieri nisi exhausto ærario, nullo pacto potest. neq. verò *illa popularia sunt existimāda iudiciorū perturbationes, verum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum: qui ciuitatum afflictarum, perditis tam rebus, extremi*[a] *exitiorum solent esse exitus.* neque siqui agros populo R. pollicentur, si aliud quiddam obscurè moliūtur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt. Nā verè dicam, Quirites, genus ipsum legis Agrariæ vituperare non possum. venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanæ viros, Tiberiū[b] &C. Gracchos, plebem in agris publicis cōstituisse, qui agri à priuatis antea possidebātur. non sum autem ego is consul, qui, vt plerique, netas esse arbitrer, Gracchos laudare: quorum consiliis, sapientia, legibus, multas esse video reipublicæ partes constitutas. ¶ Itaque[c], vt initio mihi, designato consuli, nūtiabatur, legem Agrariā tribunos plebis designatos cōscribere: cupiebam, quid cogitarent, cognoscere. etenim arbitrabar, quoniā eodē anno gerendi nobis essent magistratus, esse[d] aliquam oportere inter nos bene administrādæ reip. societatem. Cùm familiariter mecum in eorū sermonem insinuarem, ac darem, celabar, excludebar, cū ostenderem, si lex vtilis plebi Ro. mihi videretur, auctorem me, atque adiutorem futurum: tamen aspernabātur hanc liberalitatem meā: negabant me adduci posse, vt vllam largitionem probarem. finem feci, offerendi mei, ne forte mea sedulitas, aut insidiosa, aut impudens videretur. Interea nō desistebant clàm inter se cōuenire, priuatos quosdam adhibere, ad suos cœtus occultos noctem adiungere, & solitudinem. quibus rebus, quāto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facilè assequi coniectura poteritis. Ineunt tandem magistratus tribuni pl. cōcio[e] exspectata P. Rulli, quòd & princeps erat Agrariæ legis, & truculentiùs se gerebat, quā ceteri. Iā[f] designatus. alio[g] vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur: vestitu obsoletiore, corpore incūlto, & horrido, capillatiore, quā ante, barbáque i maiore: vt oculis, & adspectu denuntiare omnibus vim tribunitiam, & minitari reipubl. videretur. Legem hominis, concionémque exspectabam. Lex initiò nulla proponitur: cōcionem in primis aduocari iubet: summa cum exspectatione cōcurritur. explicat orationem sanè longam, & verbis valdè bonis. Vnum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quòd tanta ex frequentia inueniri nemo potuit, qui intelligere posset, quid diceret. Hoc ille, vtrùm insidiarum causa fecerit, an hoc genere eloquentiæ delectetur, nescio. Tamen k, siqui acutiores in concione steterant, de lege Agraria nescio quid voluisse eū dicere, suspicabantur. Aliquando tandem, me designato, lex[l] in publicū proponitur: concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij[m]: describtam legem ad me affertūt. ¶ Omni[n] hoc vobis ratione[o] confirmare possum, Quirites, hoc animo me ad legenda legem. cognoscendámque venisse, vt, si eam vobis accommodatam, atque vtilem esse intelligerem, auctor eius, atque adiutor essem. *non enim natura, neque dissidio, neque odio penitus insito, bellum nescio quod habet susceptum*[q] *consulatus cum tribunatu, quia*[r] *persæpe seditiosis, atque improbis tribunis plebis boni & fortes consules obstiterunt, & quia vis tribunitia numquam libidini*

a L. mihi vtē dum.

b L. prima illa mea.

c qui illi, paulò antè dictum est.*

d L. sim ppularis.

e Popularis quis verè audendus.*

P. B. f al. enim in eo magnus error.*

g L. Kalendis Ian.

h L. dixi in senatu, me in hoc magistratu popularē conf.

i Pacis, libertatis, & otij commendatio.

k al. factū est,

P. LXVIII.

a L. extremi solent esse exitus.

b L. Ti. & C. Gracchos.

c NARRATIO.*

d L. aliquam inter nos bene admin. reip. societ. esse oportere. Cùm sa.

e lib. vulg. cōcio tandem exip.

f L. Nam tam des.

g vt antiquitatis vultum ea mentirentur.*

h Annis 454. Romani tonsoribus carnere. Varro apud Plin. 7. c. 54.*

i Lucentium hic habitus fuit.*

k al. Tamen si qui.

l Lex in publico prod.

m Librarijs vtebantur in describendis orationibus eorum qui apud populū agebant.*

n PARTITIO.*

o L. asseuerationem.

P. LXIX.

p Consulis & trib. pleb. discidia:*

q L. sed quia persæpe sedit.*

bidini restitit consulari. non potestatum dissimilitudo, sed animorum distinctio dissensionem facit. Itaque hoc animo legem sumsi in manus, vt etiam cuperem esse aptam vestris cõmodis, & eiusmodi, quam consul, re, non oratione, popularis, & honestè, & libenter posset defendere. Atque ego à primo capite legis vsque ad extremum, reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, *nihil* [b] *aliud actum, nisi vt decem reges, ararij vectigalium prouinciarum omnium, totius reipublicæ regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarũ dominis constituerentur, legis Agrariæ simulatione, atq. nomine.* Sic confirmo, Quirites, *hac lege Agraria pulchra atque popularis, dari vobis nihil, cõdonari certis hominibus omnia: ostentari populo R. agros: eripi etiam libertatem: priuatorum pecunias augeri, publicas exhaurirj denique, quod est indignissimum, per tribunum plebis, quem maiores præsidem libertatis, custodemque esse voluerunt, reges in ciuitate constituir.* Quæ cũ exposuero, si falsa vobis videbuntur esse: sequar auctoritatẽ vestram, mutabo [c] meam sententiam: sin insidias fieri libertati vestræ, simulatione largitiõis, intelligetis: nolitote dubitare, plurimo sudore, & sanguine maiorum vestrorum partam nobisque à traditam libertatem, nullo vestro labore, consule adiutore, defendere. Primum [e] caput est legis Agrariæ: quo, vt illi putant, tentamini leuiter, quo animo libertatis vestræ deminutionem [g] ferre possitis, *Iubet enim tribunum plebis, qui hanc legem tulerit, creare decemuiros per tribus septemdecim, vt quem nouem tribus fecerint, is decemuir fit.* Hic quæro, quam ob causam initium rerum, ac legum suarum hinc duxerit, vt populus Ro. suffragio priuaretur, toties legibus Agratiis curatores cõstituti sunt triũuiri[i], quinq. viris decẽuiri: quæro à populari tribuno pl. equidẽ do, nisi per xxxv. tribus creati sint. Etenim cùm omne potestates, imperia, curationes ab vniuerso populo R. proficisci cõuenit, tum eas profectò maxime, quæ constituuntur ad populi fructum aliquem, & commodum, in quo & vniuersi delegant, quem populo R. maximè consulturum putent, & vnusquisque studio, & suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. Hoc tribuno pl. potissimùm venit in mentẽ, populum Rom. vniuersum priuare suffragiis paucas tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio, fortuitò [n] ad vsurpandam libertatem vocare. Itemq, inquit, eodẽmque modo capite alterol *vt comitis*[m] *pontificis maximus* Ne hoc quidem vidit, maiores nostros tam fuisse populares, vt, quod per populum creari fas non erat, propter religionem sacrorum, in eo tamen, propter amplitudinem sacerdotij voluerint populo supplicari[n], atque hoc idem de ceteris [o] sacerdotijs Cn. Domitius[p], tribunus plebis, vir q. clarissimus, tulit[r]: quòd populus per religionẽ sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Videte, quid interfit inter Cn. Domitiũ, tribunum pl. hominẽ nobilissimum: & P. Rullum, qui tentauit, vt opinor, patientiam vestram, cùm se nobilem esse dicer. Domitius, quòd per cæremonias populi fieri nõ poterat, ratione assecutus est, vt id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi [t] ad partes daret: hic, quod populi proprium semper fuit, quod nemo imminuit, nemo immutauit, quin ij, qui populo agros essent affignaturi, antè acciperent à populo beneficium, quàm darent: id totum eripere vobis, atque è manibus extorquere conatus est. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamẽ quodãmodo dedit: hic quod adimi nullo pacto poterat, potestate, quadam ratione eripere conatur. Quæret quispiam, in tanta iniuria, tantáque impudentia quid ipse tacerit. Non defuit consilium: fides erga plebẽ Romanam, æquitas in vos libertatémque vestram, vehementer defuit. Iubet enim, comitia decemuiris [u] habere creandis eum, qui legem tulerit. Hoc dicam planiùs. Iubet Rullus homo non ἀ cupidus, neque appetens, habere comitia Rullum. Nondum reprehendo. Vi deo feciſſe alios. illud, quod nemo fecit, de minore parte populi, quòd pertineat, videtè. Habebit comitia: volet eos denuntiare[e], quibus regia potestas hac lege quæritur, vniuerso populo neque ipse committit, neq. illi horum consiliorũ auctores committi recte putant posse. Sortietur [f] tribus idem Rullus, homo felix: eduet, quas volet, tribus, quos nouẽ tribus decemuiros fecerint, ab eodem Rullo eductæ: hos omnium rerum (vt iam ostendam) dominos habebimus. atque ij, vt grati, ac memores beneficij esse videantur, aliquid se nouem tribuum notis hominibus debere confitebuntur: reliquis [g] verò sex, & xx. tribubus, nihilo erit, quod non putent posse suo iure denegare. Quos tandem igitur decemuiros creari vult? Se primum. Qui licet? leges enim sunt veteres, neque eæ consulares, si quid interesse hoc arbitramini, sed tribunitiæ, vobis maioribúsque vestris vehementer gratæ, atque iucundæ. Licinia [i] est lex, atque altera Æbutia [k]: quæ non modò eum qui tulerit de aliqua curatione, ac potestate, sed etiam collegas eius cognatos, affineis excipi, ne eis ea potestas, curatióue mandetur. Etenim, si populo consulis: remoue te à suspicione alicuius tui commodi: fac fidem, te nihil, nisi populi vtilitatem, & fructũ quærere: sine ad alios potestatẽ, ad te gratiã beneficij tui peruenire. nã hoc quidẽ vix est liberi populi, vix vestrorũ animorum, ac magnificentiæ. Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem partẽ populi suffragiis, priuauit? Rullus. Quis comitiis præfuit? Rullus. Quis tribus, quas voluit, vocauit, nullo [l] custode sortitus? Quis [m] decemuiros, quos voluit, renuntiauit? Idem Rullus. Quẽ principem renuntiauit? Rullum. Vix mehercule, si nis hoc eum suis, non vobis, omnium gentium [n] dominis probaturum arbitrarer. Optimæ leges igitur hac lege sine vlla exceptione tollentur. Idem legis sibi sua lege curationem petet: idem, maiore parte populi suffragiis spoliata, comitia habebit: quos volet, atque in iis se ipsum renuntiabit: & videlicet collegas suos, adscriptores legis Agrariæ nõ repudiabit, à quibus ei locus primus inuidiæ in præscriptione [o] legis cõcessus est: ceteri fructus omnium rerum, qui in specie legis huius positi sunt, communi cantione, atque æqua sibi parte retinẽtur. At videte hominis diligentiam, si aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini. Viderunt ij, qui hæc machinabãtur, si vobis ex omni populo diligenti potestas esset data, quæcunque res esset, in qua fi-

a *ad fin.* Atque ego b Legis Agrariæ scopus.*

c L. mutabo sententiam meã. fin. inf. d L. vo fiq. e CONFIRMATIO quæ hæc tota tractat de natura & forma legis & de potestate Decẽuirũ permissa in hac agrorum diuisione.*

f Primum caput legis Agrariæ, quo spectet.* g L. deminutionem ferre P. R.

h seipsum Rullus facis ipse nominat.*

i *al.* III. viri. V. viri, X. viri

k L. LEGEM, in quis capite altero, VT COMIT.

l Caput secundum legis Agrariæ quo spectet.*

m Comitia vocabat Rullus in quibus nõ tribuum nes, sed tamẽ XXXV. sorte ductæ, de hõtifice maximo suffragia ferrent. At Cicero infrà negat esse comitia.*

n à populo peti.*

o Pontificibus minoribus aut guribus x v. viris Sybillinis: triumuiris epulonũ*

p Acnobarbus vide Ciceronem pro Cornelio. Velleium 2. Suetonium Neronem* q v. c. V. C.

r ratus ob repulsam augeratus, à col legiis Pontificũ ad XVII trib. ius cooptandi sacerdotis transtulit.*

s Rulli sanè nobiles reccẽsentur; Philip. 5.*

t *al.* populo*

u L. quod adimi nullo pacto poterat, potestate, quadam rat. lita hunc locum emendat Manret. 5. vatar. 5.*

v c. 6. X. viris

ἀ πλεονεξία

e L. renuntiari, quib.

f L. Sortietur tribus idem Rullus, homo felix educet, quas volet, tribus.

g Tribus ejus XXXV.*

h L. nihil erit, quod non putent se posse suo iure de neg.

i Legis huius Licinię meminit Ciceroni. pro domo sua, & 2 ad Atticũ*

k Lex Aebutia de curatione potestatéve mandata fuit & alia Aebutia de Centumuiris cuius meminit Gellius lib. 16.*

l L. nullo custode sortitus Rullius.

m v. c. Quis X. viros.

n Sic Romani rerum dominos à poenitentia.*

o L. proscriptione dã publicæ scribitur. *Idem* tamẽ præscriptionẽ hic *eandem* accipit pro iudice legis & ipsum autẽ legis verba scribẽtur: potest esse etiam præscriptio, esse excertio legis Liciniæ & Aebutiæ, de quibus paulo antè.*

des, integritas, virtus, auctoritas quæretur, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeium principē delaturos. Etenim, quem vnum ex cunctis delegisletis, vt eum, omnibus omniū gentium bellis terra, & mari præponeretis: certè in decemuiris faciēdis, siue fides haberetur, siue honos: & committi huic optimè & ornari hunc iustissimè posse intelligebant. Itaque excipitur, hac lege, non adolescentia, non legitimum impedimentum, nō potestas, non magistratus vllus, aliis negotiis, ac[a] legibus impeditus, non reus denique, quò minùs decemuir fieri possit. Præsentem [b] eum proferi iubet, quod nulla alia in lege vmquam fuit, ne in his quidem magistratibus, quorum certus ordo est. Timebat enim [c] Pompeius ne si adesset, ferri non posset: aut ne si accepta lex esset, illum sibi collegam adscriberetis, custodem, ac vindicem cupiditatum. Hic, quoniā video vos hominis dignitate, & contumelia legis esse cōmotos: renouabo illud, quod initiò dixi regnum comparari, libertatē vestrā hac lege funditus tolli. An vos aliter existimabatis, cùm ad omnia vestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent? non eos in primis id actures, vt ex omni custodia vestræ libertatis, ex omni potestate, curatione patrocinio vestrorū cōmodorum Cn. Pōpeius depelleretur? Viderunt, & vident, si per imprudentiam vestram, negligētiam meam, legem incognitam acceperitis: fore, vti posteà, cognitis insidiis, cùm decemuiros crearitis: tum vitiis omnibus, & sceleribus legis, Cn. Pompeij præsidium opponendum putetis. Et hoc paruum argumentum vobis erit, à certis hominibus dominationem, potestatémque omnium rerum, quæri, cùm videatis, eum, quem custodem vestræ libertatis fore videant, expertem fieri dignitatis? ¶ Cognoscite nunc, quæ potestas decemuiris, & quanta detur. Primùm *lege Curiata decemuiros ornari*. Iam hoc inauditū, & planè nouo more, vti[e] Curiata[f] lege magistratus detur, qui nullis comitiis ante sit datus. Eam legem ab eo prætore, qui sit primus factus, ferri iubet, At quomodo? Vt ij decemuiratum habeant, quos plebs designauerit. Oblitus est, nullo à plebe designari. Et is orbem terrarū obstringit nouis legibus, qui, quid in secundo capite scriptū est, non meminit in tertio. Atque hic perspicuum est, quid iuris à maioribus acceperitis, quid ab hoc tribuno pl. vobis relinquatur. Maiores de omnibus magistratibus vos sententiā ferre voluerunt. nam Centuriata lex Cęsoribus[g] ferebatur, cùm Curiata ceteris patriciis magistratibus: tum [l] iterum de eisdem iudicabatur, vt esset reprehendendi potestas si populum beneficij sui pœnitet. Nunc, quia prima illa comitia tenetis centuriata, & tributa: curiata tantùm[m] auspiciorum[n] causa remanserunt. Hic autem tribunus pl. quia videbat, potestatem [o] neminem iniussu populi, aut plebis posse habere curiatis ea P comitiis, quæ ¶ vos non finitis[r] confirmauit: tributa, quæ vestra erant, sustulit. Ita, cùm maiores binis comitiis voluerint vos de singulis magistratibus iudicare: hic homo popularis ne vnam quidem populo comitiorum potestatem reliquit. Sed videte hominis religionem, & diligentiam. Vidit & perspexit, *sine curiata lege decemuiros* [s] *habere potestatem non posse*, quoniam per nouem tribus essent constituti. Iubet ferre de his legem curiatam: prætori imperat. quàm idipsum absurdè, nihil ad me attinet. iubet enim, qui primus sit prætor factus, eum legem curiatam ferre. sin is ferre non possit: qui postremus sit: vt aut lusisse [a] in tantis rebus, aut profectò nescio quid spectasse videatur. Verum hoc quod est aut ita peruersum, vt ridiculum: aut ita malitiosum, vt obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominis reuertamur. Videt sine lege curiata nihil agi per decemuiros posse. ¶ Quid postea [b], si ea lata non erit? Attendite ingenium. Tum ij *decemuiri*, inquit, *eodem iure sint, quo qui optima lege*. Si hoc fieri [c] potest vt in hac ciuitate, quæ longè iure libertatis ceteris ciuitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium, aut potestatem assequi possit: quid attinet tertio capite legem curiatam ferre iubere, quoniam quartod permittas, vt sine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege à populo essent creati? Reges constituuntur, non decemuiri, Quirites: isque ab his initijs, fundamentisque nascuntur, vt non modò cùm gerere cœperint, sed etiam cùm constituentur, omne vestrum ius, potestas, libertásque tollatur. At videte, quàm diligenter, retineat ius tribunitiæ potestatis. Consulibus legem curiatam ferentibus, à tribunis plebis sæpe est intercessum. Neque tamen nos id querimur, esse hāc tribunorum pl. potestatem, tantummodò si quis ea potestate temere est vsus [f], existimamus. Tribunus pl. lege [h] curiata, quam prætor ferat, adimit intercedendi potestatem. Atque hoc cùm in eo reprehendendū est, quòd per tribunum plebis tribunitia potestas minuitur: tum in eo deridendum, quòd consulti, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: huic, cui vetat intercedendi potestatem, etiam si intercessum fuit, tamen eandem constituit, quam, si lata esset lex: vt non intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quemquam intercessurum putet: cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impedituram. ¶ Sint [k] igitur decemuiri neque viris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis [l] ad speciem, atque ad vsurpationem venustatis, per XXX. [m] lictores, auspiciorum causa adumbratis, constituti. Videte nunc, eos, qui à vobis nihil potestatis acceperint, quanto maioribus ornamentis afficiat, quàm omnes nos affecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis. Iubet *auspicij coloniarum deducendarum causa decemuiros habere pullarios* [n], *eodem iure*, inquit, *quo habuerunt* [o] *tres iuuri* P *lege* ¶ *Sempronia*. Audes etiam Rulle, mentionem facere legis Semproniæ? nec te ea lex ipsa commonet [r] treis viros illos XXXV. tribuum suffragio esse creatos? Et, cùm, tu à Ti. Gracchi æquitate, ac pudore longissimè remotus sis: id quod dissimillima ratione factum sit, eodem iure putas esse oportere? ¶ *Dat præterea potestatem verbo prætoriam re vera regiam*: definit in quinquennium, facit sempiternam. tantis enim confirmat opibus, & copiis, vt inuitis eripi nullo modo possit, deinde ornat apparitoribus, scribis [s], librariis, præconibus, architectis: præterea mulis [t], tabernaculis, centuriis, supel-

lectili

a *lib. 2. alg.* ac legib. impeditus, reus denique.

b atque ita Pompeiū excludit longo bello impeditum.*

c *al.* Timebat enim ne si Pompeius adesset ferri non posset.*

d Creari scisit.*

e *al.* vt is Curiata lege magistratus detur, qui nullis com. *al.* vt ei Curiata lege magist. detur, cui null. cō. &c.

f Principium caput legis Agrariæ.*

g P. P. lege igitur Curiata seu Centuriis comitiis magistratus dabāt qui comitiis vel centuriatis vel tributis ante fuissent data.*

h L. quod in secundo capite scriptū sit.*

i L. nam cum Curiata lex cōsulibus ferēb.

k *ita Pantagath.* Gruchius verò Consulibus* l *al.* cum* m vide hic Vrsinum.* n arbitris pō tificibus 5. *Gell.* 19. vt diuina quasi approbatio legis humanæ videretur.*

o L. potestatē iniussu pop. aut pl. posse hab. neminē, curiatis &c. p *al.* eam.* q L. quæ non tenetis, confir. ¶ *Pantagath.* quam vos non scitistis, cōfirmauit: *al.* quæ vos nō iussistis.* r *al.* tenetis. *al.* scisceris.* s *al.* X. viros *legē potestatem non posse*, quoniam per nouem tribus essent constituti. Iubet ferre de his legem curiatam: prætori imperat. quàm idipsum absurdè, nihil ad me attinet. iubet enim, qui primus sit prætor factus, eum legem curiatam ferre. sin is ferre non possit: qui postremus sit: vt aut lusisse [a] in tantis rebus, aut profectò nescio quid spectasse videatur. Verum hoc quod est aut ita peruersum, vt ridiculum: aut ita malitiosum, vt obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominis reuertamur. Videt sine lege curiata nihil agi per decemuiros posse. ¶ Quid postea [b], si ea lata non erit? Attendite ingenium. Tum ij *decemuiri*, inquit, *eodem iure sint, quo qui optima lege*. Si hoc fieri [c] potest vt in hac ciuitate, quæ longè iure libertatis ceteris ciuitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium, aut potestatem assequi possit: quid attinet tertio capite legem curiatam ferre iubere, quoniam quartod permittas, vt sine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege à populo essent creati? Reges constituuntur, non decemuiri, Quirites: isque ab his initijs, fundamentisque nascuntur, vt non modò cùm gerere cœperint, sed etiam cùm constituentur, omne vestrum ius, potestas, libertásque tollatur. At videte, quàm diligenter, retineat ius tribunitiæ potestatis. Consulibus legem curiatam ferentibus, à tribunis plebis sæpe est intercessum. Neque tamen nos id querimur, esse hāc tribunorum pl. potestatem, tantummodò si quis ea potestate temere est vsus [f], existimamus. Tribunus pl. lege [h] curiata, quam prætor ferat, adimit intercedendi potestatem. Atque hoc cùm in eo reprehendendū est, quòd per tribunum plebis tribunitia potestas minuitur: tum in eo deridendum, quòd consulti, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: huic, cui vetat intercedendi potestatem, etiam si intercessum fuit, tamen eandem constituit, quam, si lata esset lex: vt non intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quemquam intercessurum putet: cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impedituram. ¶ Sint [k] igitur decemuiri neque viris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis [l] ad speciem, atque ad vsurpationem venustatis, per XXX. [m] lictores, auspiciorum causa adumbratis, constituti. Videte nunc, eos, qui à vobis nihil potestatis acceperint, quanto maioribus ornamentis afficiat, quàm omnes nos affecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis. Iubet *auspicij coloniarum deducendarum causa decemuiros habere pullarios* [n], *eodem iure*, inquit, *quo habuerunt* [o] *tres iuuri* P *lege* ¶ *Sempronia*. Audes etiam Rulle, mentionem facere legis Semproniæ? nec te ea lex ipsa commonet [r] treis viros illos XXXV. tribuum suffragio esse creatos? Et, cùm, tu à Ti. Gracchi æquitate, ac pudore longissimè remotus sis: id quod dissimillima ratione factum sit, eodem iure putas esse oportere? ¶ *Dat præterea potestatem verbo prætoriam re vera regiam*: definit in quinquennium, facit sempiternam. tantis enim confirmat opibus, & copiis, vt inuitis eripi nullo modo possit, deinde ornat apparitoribus, scribis [s], librariis, præconibus, architectis: præterea mulis [t], tabernaculis, centuriis, supel-

a *fadus sup. 4. 20.*

b Quartum caput legis Agrariæ.

c *al.* ferri.*

d I. cum quæ to perm.

e L. isque ab his initijs, *al.* nisque ab his init. *al.* iisque ab iis init.

f *al.* vsus, reprehendendum existimamus, *sed* Existimare *hic* est censere.*

g L. existimamus. Hic tribunus plebis legi curiatæ, q. ¶ *Pantagath.* existimatus.*

h *al.* Legi curiatæ, vt supra.*

i L. nō licet: hic, qui vetat intercedere, potestatem, etiā si intercessum fit, quam, & lata lex esset, vt n.

k FORMA legis Agrariæ latæ a Rullo.* l Comitia ad umbrata per 30. lictores.* m vt 30. curiæ referantur. n Pullarij ex pullis galinaceis auspicia captabant.* o v. c. III. viri vide Appian. 1. ciuil.* q Lex Sempronia à Ti. Gracchо lata vide ora. pro Sextio, vbi dixi.* r *al.* commouet, s *Vrsin.* scribit librariis sine interpunctione.*

lectili: sumtum haurit ex ærario, suppeditat à sociis: sanitores[a] ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores [b] corporis constituit: eosdem ministros & satellites potestatis. Formam adhuc habetis, Quirites, & speciem ipsam tyrannorum: insignia [c] veteris potestatis, nondum ipsam potestatem. Dixerit enim fortasse quispiam, Quid me ista lædunt, scriba, lictor, præco, pullarius? Omnia sunt hæc huiusmodi, Quirites, vt, ea qui habeat sine ve stris suffragiis, aut rex non ferendus aut priuatus furiosus esse videatur. ¶ Perspicite [d], quanta potestas permittatur: non priuatorum insaniam, sed[e] intolerãtiam regis esse dicetis. Primùm permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ cõficiendæ de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis: de inde orbis terrarum, gentiúmque omnium datur cognitio sine consilio, pœna sine prouocatione, animaduersio sine auxilio, iudicare per quinquennium, vel de consulibus, vel de ipsis tribunis pl. poterunt. de illis interea nemo iudicabit. magistratus his gerere licebit: causam dicere nõ licebit. emere agros à quibus volent, vel quos volent, quàm volẽt magno, poterunt: colonias deducere nouas, renouare veteres, totam Italiã suis coloniis vt complere liceat, permittitur: omneis prouincias obeundi, liberos populos agris multandi agrorum [f] vel dando rum summa potestas datur, cùm velint: Romæ esse, cùm commodum sit: quacunque velint summo cum imperio, iudicióque omnium rerum vagari vt liceat conceditur. interea dissoluant iudicia publica: de consiliis abducant, quos velint: singuli de maximis rebus iudicent: quæstori permittant. finitore [g] mittant. ratum sit, quod finitor vni illi, à quo missus erit, renuntiauerit. Verbum mihi deest, Quirites, cùm ego hanc potestatem, regiam appello. sed profectò maior est quædam, nullum enim regnum fuit vmquam, quod non, si minùs iure aliquo, at regionibus tamen certis, contineretur, hoc verò infinitum est, quo & regna omnia, & vestrum imperium, quod latissimè patet, & ea, quæ partim libera à vobis, partim etiam ignorata vobis, sunt, permissu legis continentur. ¶ Datur igitur eis primùm [h], *vt liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis senatusconsulta facta sunt, M. Tullio Cn. Cornelio* COSS. Cur hoc tam est obscurum, atque cæcum? quid? ista omnia, de quibus senatus censuit, nominatim in lege præscribi nónne potuerunt? Duæ sunt huius obscuritatis causæ Quirites: vna, pudoris, si quis pudor esse potest, in tam insigni impudentia: altera, sceleris. nã neque ea, quæ senatus nominatim vendenda censuit audet appellare: sunt enim loca publica vrbis, sunt sacella, quæ post restitutã tribunitiam potestatem nemo attigit: quæ maiores in vrbe partim [i] periculi pertingia [k] esse voluerunt. Hæc lege tribunitia decemuiri vendent. accedet eò mons Gaurus [l]: accedent salictæ ad Minturnas: adiungetur etiã illa via vendibilis. Herculanea [m], multarum deliciarum & magnæ pecuniæ permulta [n] alia, quæ senatus propter angustias ærarij vendenda censuit, consules propter inuidiam non vendiderunt. Verum hæc fortasse propter pudorem in lege reticentur. sed illud magis est credendum [o], & pertimescendum, quòd audaciæ decemuirali, corrumpendarum tabularum publicarum, fingendorúmque senatusconsultorum, quæ facta nũquam sunt, cùm ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur. nisi fortè nihil est æquũ vos de eorum audacia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur. ¶ Habetis vnum venditionis genus, quod magnum videri vobis intelligo: sed[a] atrẽdite animos, ad ea, quæ consequũtur. hũc quasi gradũ quendã, atq. baditũ ad cætera factum[c] intelligetis. QVI AGRI, QVAE LOCA, QVAE AEDIFICIA. Quid est præterea? multa in mancipiis, in pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili, ceteris reb. Quid[d] dicam? inuidiosum putasset[e] hoc fore, si omnia nominasset? Non metuit inuidiam. Quid ergo? longum putauit, & timuit, nequid præteriret: adscripsit, ALIVD VE QVID. qua breuitate rem [f] nullam esse exceptam videtis. Quid quid ergo sit extra Italiam, quod publicum populi R. factum sit, L. Sylla, Qu. Pompeio, consulibus, aut postea, id decemuiros iubet vendere. Hoc capite, Quirites, omneis [g] genteis, nationes, prouincias, regna decemuirũm ditioni, iudicio, potestatique pernissa, & condonata esse dico. Primùm [h] hoc quæro, qui tandem locus vsquam sit, quem non possint decemuiri dicere publicum populi R. esse factum. nam, cùm idem possit iudicare, qui dixerit: quid est, quod non liceat ei dicere, cui [h] liceat eidem iudicare? Commodum erit Pergamum, Smyrnam, Tralleis, Ephesum, Miletum, Cizicum, totam denique Asiam, quæ post L. Syllam, Qu. Pompeium, coss. recuperata sit, publicam [i] populi Romani factam esse dicere. Vtrum oratio ad eius rei disceptationem deerit: an, cùm idem & dissentiret, & iudicabit, impelli non poterit, vt falsum iudicet, an, si condemnare Asiam volet, terrorem damnationis, & minas non, quanti volet, æstimabit? Quid (quod disputari contra nullo pacto potest, quoniam [k] statutum à vobis est, & iudicatum, quam hereditatem [l] iam creuimus [m] regnũ Bithyniæ? quod certè publicum est populi Romani factum, numquid causæ est, quin omneis agros, vrbes, statiua, portus, totam denique Bithyniam decemuiri vendituri sint? Quid Mytilenæ [n]? quæ certe vestræ [o], Quirites, belli lege, ac victoriæ iure, factæ sunt: vrbs & natura & situ, & descriptione ædificiorum, & pulchritudine, in primis nobilis: agri iucundi, & fertiles: nempe eodem capite inclusi continentur. Quid Alexandria, cunctáque Ægyptus? vt occultè latet? vt recondita est? vt furtim tota decemuiris traditur? Quis enim vestrũm hoc ignorat, dici, illud? regnum testamento [q] regis Alexandrini; populi Romani esse factum? Hic ego consul populi Romani non modò nihil iudico, sed ne quid sentiam, quidem profero. magna enim mihi res non modò ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. Video, qui, testamentum factum esse constet: auctoritatem senatus extare hereditatis aditæ sentio, [r] tum, quando Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus, qui ab illo [s] pecuniam depositam, [t] nostris recuperarent. Hæc L. Philippum sæpe in senatu confirmasse memoria teneo: eum [u], qui regnum illud teneat hoc tempore, ne-

a *al.* finitores hi Decemuiris agris dandis adtributi.*

b σωματοφύλακες.

c L. insignia videtis veteris potestatis

d FORMAM legis Agrariæ tyrannicam esse ostendit: primùm in genere deinde in specie. *In specie, in P. L. XXIII.* quam, quod hac lege nimia potestas permittatur. Decẽuiris in venditione bonorum agrorum, vectigalium, manubiarum in emptione agrorum in deductione coloniarum* e L. sed intolerantiam regum

f L. regnorum vendendorũ summa pot.

g Finitor, qui fines, agri cõstituit, agrimensor.*

h De venditione bonorum.*

i *al.* passim Φάσγαδα, parum *al.* portus vocat autem portus & perfugia periculo. E. B. la Ζωλὰς.* k Asyla. l Campaniæ, vbi vina nascebant optima.* m *forte* Herculana, n *al.* permulta q. alia

o *al.* cauendum *seu* horrendum.*

a De venditione agrorum.* v

b *al.* factum c L. atq. adjtum ad cetera factum intelligetis.

d L. Quid dicant inuidiosum putasse fore, si &c. e *al.* putasset.*

f L. nulli rem esse excep. P. LXXIII.

g *al.* Primum hoc, quæro enim qui tandem.* h *lib. vulg.* cui licet idẽ iud. i *lib. vulg. non habent vocem,* publicam

k L. quod statutum à vob. l Bithyniam pop. Rom. Nicomedes rex testamento reliquerat. Florus.* m Cernere hereditatẽ, & certio quid, vide apud Vlpianũ in fragmentis.* n Vrbs in Lesbo.* o Vide Liuij epitom. 89.* p Ægyptus pop. Rom. facto testamento Ptolemæi Alexandri, ortat. i. agrariæ. Liu. 10. Iustinus 38.* q L. testamento regis Alexandri, P. R.

r L. tum, cũ Alexan.

s L. depositã pecuniam, t L. nobis u Ptolemæũ Auletem qui postea à suis expulsus Romam aufugit (de quo epistol. ad Lentulũ. Liuius 194.) & tandem per Gabinium restitutus electo Archyla. Liuius 105. Huius Auletis filij Ptolemæus Dionysius vltimus regum Ægypti, ex Alexandri successoribus.*

que genere, neque animo regio esse: inter omneis ferè video conuenire. Dicitur contrà nullum esse testamentum: non oportere populum R. omnium regnorū appetentem videri: demigraturos in illa loca nostros homines, propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam. Hac tāta de re P. Rullus cum ceteris decemuiris, collegis suis iudicabit[a]? & verum[b] iudicabit? nam vtrumq. ita magnum est, vt nullo modo neque consedendum, neque ferendum sit. Volet esse popularis. pop. Rom. adiudicabit. Ergo idem ex sua lege vēdet Alexandriam, vendet Ægyptum: vrbis coprosissimæ, pulcherrimorúmque agrorum iudex, arbiter, dominus, rex denique opulentissimi regni aperietur. Non sumet sibi tantum, non appetet: iudicabit, Alexandriam regis esse: à populo R. adiudicabit. Primùm populi R. hereditatem decemuiri iudicent, cùm vos volueritis de priuatis hereditatib. centumuiros iudicare? deinde quis aget causam populi R.? vbi res ista agetur? qui sunt isti decemuiri, quos perspiciamus regnum Alexandriæ Ptolemæo gratis adiudicaturos? Quòd si Alexandria petebatur: cur non eosdē cursus hoc tēpore, quos L. Cotta, L. Torquato coss. cucurrerunt? cur nō apertè, vt anteà? cur non item[c], vt d cum decrero & palàm regionem illam petierunt? an quietis[e] iis, qui per cursum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc tætris tenebris, & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt? Atq. illud circumspicite vestris mentibus, vnáque f. * * * Legatos nostros, hominēs auctoritate tenui, qui rerum g priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exterę nationes ferre vix possunt, graue est enim nomē imperij, atq. id etiam in leui persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine, cùm hinc egressi sunt, abutuntur. Quid censetis, cùm isti decemuiri cum imperio, cum fascibus, cum illa delectah finitorum iuuentute per orbem terrarum va gabuntur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miseras nationes futuras? Est in imperio terror: patientur, est in aduentu sumtus: ferent. imperabitur aliquid muneris: nō recusabunt. illud verò quantum est, Quirites, cùm is decemuir, qui aliquam in vrbem, aut exspectatus, vt hospes, aut repentè, vt dominus, venerit, illum ipsum locum, quò venerit illam ipsam sedem hospitalem, in quam erit deductus, publicā pop. R. esse dicet? Quātai ca lamitas populi, si dixerit? quātus ipsi quęstus, si negarit? Atq. iidem, qui hæc appetunt, queri nonnumquam solent, omneis k terras l Cn. Pompeio, atq. omnia maria m esse permissa. simile verò est, multa committi, an condonari omnia? labori n, & negotio præponi, an prędæ, & quæstui? mitti ad socios liberandos, an ad opprimendos? deniq., siquis est honos singularis, nihilne interest, vtrūm pop. R. eū, cui velit, deferat: an is impudēter populo R. per legis fraudem surripiatur? ¶ Intellexistis, quot res, & quātas[o] decemuiri, legis permissu, venditurі sint. Non[p] est satis, cùm sese sociorum, cùm exterarum nationū, cùm regum sanguine implerint: incidāt nerues populi Rom. adhibeant manus vectigalibus vestris, irrūpant in ærariam. sequitur enim caput, quo capite non permittit quidem, si forte desit pecunia, quæ[q] tanta ex superioribus recipi potest, vt deesse non debeat: sed planè, quasi ea res vobis saluti futura sit, ita cogit, atque imperat, *vt decemuiri vestra vectigalia vendant nominatim.* Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi R. auctionem: quam mehercule ego præconi huic ipsi luctuosam, & acerbam prædicationem futuram puto. AVCTIO. Vt in suis rebus, ita in republ. luxuriosus d est nepos, qui priùs siluas vendat, quàm vineas. Italiam percensuisti: perge in Siciliam. AVCTIONIS PARS EA, QVAE AD SICILIAM PERTINET. nihil est in hac prouincia, quod aut in oppidis, aut in agris maiores nostri propriū nobis reliquerint, quin id venire iubeat. Quod partum recēti victoria maiores vobis in sociorum vrbibus, ac finibus, & vinculum pacis, & monumentum belli reliquerunt, id vos ab illis acceptum, hoc auctore, vendetis? Hic mihi parumper menteis vestras, Quirites, cōmouere videor dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrentur[e] contra Cn. Pompeij dignitatem. & mihi, ignoscite, si appello talem virū sæpius. vos mihi prætori biennio antè, Quirites, hoc eodem in loco personā hanc imposuistis, vt, quibuscumque rebus possēm, illius absentis dignitatem vobiscum vnà tuerer. feci adhuc, quę potui, neque familiaritate illius adductus, nec[f] spe honoris, atque amplissimæ dignitatis: quā ego, etsi libente illo, tamen g absente illo per vos consecutus sum. Quamobrem cùm intelligā, hanc totam ferè legem ad illius opes euertendas, tanquam machinam, comparati: & resistam consiliis hominum, & perficiam profectò, quod ego video comparari, vt id vos vniuersi non solùm videre, verùm etiam tenere possitis. Iubet venire, quæ h Ataleensium, quæ Phaselitum, quæ Olympenorum fuerint, agrúmque Agerensem, & Orindicum, & Geduſanum. Hæc P. Seruilij imperio & victoria, clarissimi viri, vestra facta sunt. Adiungit agros Bithyniæ regios, quibus nūc publicani fruuntur: deinde Attalicos agros in Cherroneso in Macedonia, qui regis Philippi, siue Persæ fuerunt: qui item à censoribus locati sunt, & certissimum vectigal. Adscribit idem i auctioni Corinthios agros, optimos, & fertiles, & Cyrenenseis, qui Appionis k fuerunt: & agros in Hispania propter l Karthaginem nouam: & in Africa ipsam veterem Karthaginem vendit: quam videlicet P. Africanus non propter religionem sedium m illarum, ac vetustatis, de consilij sententia, consecrauit o, sed vt ipse locus, eorum, qui cum hac vrbe de imperio certarunt, vestigia calamitatis ostenderet. Sed non fuit tam diligens, quàm est Rullus: aut fortasse emtorem ei loco reperire non potuit. Verùm inter P hos agros regios, captos veteribus bellis, virtute summorum imperatorum, adiungit regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, vt eos decemuiri vendant. Itáne verò? non legibus datis, non auditis verbis imperatoris, nondum denique bello confecto, cùm rex Mithridates, amisso exercitu, regno expulsus, tamen in vltimis tertis aliquid etiam nunc moliatur, atque ab inuicta Cneij Pompeij manu, Mæotide, & illis paludibus, & itinerum

a *al.* iudicabit. Et vtrum iudicabit, *al.* iudicabit? sed vtrum iudicabit?

b *al.* vtrum.

c *al.* iterum.

d L. vt cùm directo, & palàm reg. illā pet. quietis P. LXXV. nobis? an qui per curs. Idirecto autem postea interpretatur per cursum rectum.

e *al.* an qui etiam. qui per cursum &c. Etsiæ, siue Eteſiæ venti æstiui & seteni quibus Roma Ægyptum versus commodè nauigabatur. Cicero ad Atticum 6. 7.

f L. vnáque, quantum mali exteris nationib. comparetur, conſiderate. Leg. *al.* namque *vel* nāquam.

g Legatione liberam priuatarū causā obibant puta adeundæ hereditatis causa. Orat. 1. supra 1. qui libera 8. de legationibus.

h *al.* dilecta i *al.* At quanta calamitas.

k Imperium summūm debetur Cn. ōp.

l aduersus Mithridatem.

m aduersum piratas.

n *lib. vulg.* vel labor.

o *vide* quantas X. viri, P. B.

p De vendi tione vectigalium.

q L. quæ tanta ex superioribus. rectè potest, vt; &c. *al.* ex superioribus redigi pot.

a *al.* scribe huic ipsi luctuosam & acerbam recitationem.

c *al.* recitationem fut.

d Luxuriosus hic, prodigus est. vide mox nepotē adiecit, quod tantumdem est. sic. Luxuriosè viuere l. 15. ff de curatoribus furiosi.

e *lib. vulg.* arbitrantur.

f *al.* neq. spe

g L. tamē absente per vos

h *lib. vul.* quæ Attalensium.

i L. eidem auctioni Cor.

k Ptolemæū Cyrenarum regem, qui heredem Populum Rom. reliquit. *Epitomen Liuij* 70. Tacitus 14. Marcell. 22. Iul. Obsequens.

l idest propè

m *al.* eodem

n lege Papiria vetabatur terram iniussu populi cōcedere.

o Compascuā in sempiternum deuouerat, Appian. 1. ciuil.

p *al.* interim ad hos agros.

nerum anguſtiis, atque altitudine montium defendatur: cùm imperator in bello verſetur: in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum ſit: eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium, & poteſtas, more maiorum debet eſſe, decemuiri[a] vendent? Et, credo, P. Rullus: (is enim ſic ſe gerit, vt ſibi iam decemuir deſignatus eſſe videatur) ad eam auctionem potiſſimum proficiſcetur. Is videlicet antequàm veniat in Pontum, litteras ad Cn. Pompeium mittet: quarum ego iam exemplum ab iſtis compoſitum eſſe arbitror. P. SERVILIVS RVLLVS, TRIBVNVS PLEB. DECEMVIR, S. D. CN. POMPEIO, CN. F. Non credo ad ſcripturam eſſe, Magno. non enim videtur id, quod imminuere lege conatur, conceſſurus verbo. TE VOLO CVRARE, VT MIHI SINOPE PRAESTO SIS, AVXILIVMQVE ADDVCAS, DVM EOS AGROS, QVOS TVO LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM. An Pompeium non adhibebit? in eius prouincia vendet manubias imperatoris? ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter veſtra, atque hoſtium caſtra, haſta poſita, cum ſuis formoſis[d] finitoribus auctionantem. Neque in hoc ſolùm ineſt contumelia, quæ vehementer & inſignis eſt, & noua, vt vlla re parta[e]: bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore bellum adminiſtrante, non modò venierit, verùm etiam locata ſit. Plus ſpectant homines certè, quàm contumeliam: ſperant, ſi conceſſum ſit inimicis Cn. Pompeij, cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita poteſtate, cum innumerabili pecunia, non ſolùm aliis in locis vagari, verùm etiam ad ipſius exercitum peruenire: aliquid illi infidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copiis, gloria, detrahi poſſe. putant, ſi quam ſpem in Cn. Pompeio exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cùm viderit, earum rerum omnium poteſtatem ad decemuiros eſſe tranſlatam. Patior non moleſtè, tam ſtultos eſſe, qui hæc ſperent: tam impudenteis, qui conentur. illud queror, tam me ab iis eſſe contemtum, vt hæc portenta, me conſule, potiſſimùm cogitarent. Atque in omnibus his agris ædificiſque vendendis, permittitur decemuiris, vt vendant, quibuſcumque in locis videatur. O perturbatam rationem! ô libidinem refrenandam! ô conſilia diſſoluta, atque perdita! Vectigalia[g] locare nuſquam licet, nili in hac vrbe, hoc[h] ex loco. hac veſtrum frequentia. venire veſtras res proprias, & in perpetuum à vobis alienari, in Paphlagoniæ tenebris, atque in Cappadociæ ſolitudine licebit? L. Sylla cùm bona indemnatorũ ciuium, funeſta illa auctione ſua venderet, & ſe prædam ſuam diceret[i] vendere, tamen ex hoc loco vendidit: nec, quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum fugere auſus eſt. decemuiri veſtra vectigalia non modò ne vobis quid[m] arbitris, ſed ne præcone quidem publico teſte vendent? Sequitur omneis agros extra Italiam infinito ex tempore, non, vt antea, ab Sylla & Pompeio coss. Cognitio decemuirũm, priuatus ſit, an publicus: ſicque agro pergrande vectigal imponitur. Hoc quantum iudicium, quàm intolerandum, quàm regium ſit, quem præterit poſſe, quibuſcumque locis velint, nulla diſceptatione, nullo cõſilio, priuata publicare, publica liberare? Excipitur hoc capite ager in Sicilia Recentoricus: quem ego excipi, & propter hominum neceſſitudinem, & propter æquitatem, Quirites, ſæpe[a] vehementer gaudeo. Sed quæ hæc impudentia? qui agrum Recentoricum poſſident, vetuſtate poſſeſſionis ſe, non iure: miſericordia ſenatus, non agri cõditione defendunt. Nam illum agrum publicum eſſe fatentur, ſed[b] moueri poſſeſſionibus, amiciſſimis[c] ſedibus, ac diis penatibus negant oportere. At, ſi eſt priuatus ager Recentoricus, quid eum excipis? ſin autem publicus: quæ eſt iſta æquitas, ceteros[d], etiam ſi priuati ſint: permittere vt publici iudicentur: hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur[e]? Ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum alia ratione valuerunt: ceteri agri omnes, qui vbique ſunt, ſine[f] vllo delectu, ſine populi R. notione, ſine iudicio ſenatus, decemuiris addicentur. Atque etiam eſt alia, ſuperiore capite, quo omnia veneũt, quæſtuoſa exceptio: quæ[g] teget eos agros de quibus fœdere cautum eſt. Audiuit, hanc rem non à me, ſed ab aliis agitari ſæpe in ſenatu, nonnumquam ex hoc loco, poſſidere agros in ora maritima regem Hiempſalem, quos P. Africanus populo R. adiudicarit: & tamen poſtea per C. Cottam, Coſſ. cautum eſſe fœdere. Hoc quia[i] vos fœdus non iuſſeritis, veretur Hiempſal vt ſatis firmum ſit, & ratum. Quid? cuiuſmodi eſt illud? tollitur veſtrum iudicium: fœdus totum excipitur: comprobatur. Quòd minuit auctionem decemuiralem, laudo: quòd regi amico cauet, non reprehendo: quòd non gratis ſit, indico. Volitat enim ante oculos iſtorum Iubæ[k] regis filius, adoleſcens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus[l]. Vix iam videtur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. ¶ Auget, addit, accumulat: *Aurum, argentum ex præda, ex*[m] *manubiis, ex*[n] *coronariis, ad quoſcumque peruenit, neque relatum eſt in publicum, neque in monumento conſumtum, id profiteri apud*[o] *decemuiros, & ad eos referre iubet.* Hoc capite etiam quæſtionem de clariſſimis viris, qui populi R. bella geſſerunt, iudiciũ nque de pecuniis repetundis, ad decemuiros tranſlatum videtis. Horum[p] erit illud iudicium, quantæ cuiuſque manubiæ fuerint, quid relatum, quid reſiduum ſit. In poſterum verò lex hæc imperato ibus veſtris conſtituitur, *vt, quicumque de prouincia deceſſerit, apud eoſdem decemuiros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij, profiteatur.* Hic tamen vir optimus eum, quem amat, excipit, Cn. Pompeium. Vnde iſte amor tam improuiſus, ac tam repentinus? qui honore decemuiratus excluditur propè nominatim: cuius iudicium, legúmque datio, captorum agrorum ipſius virtute cognitio tollitur: cuius non in prouinciam, ſed in ipſa caſtra decemuiri cum imperio, infinita pecunia, maxima poteſtate, & iudicio rerũ omnium, mittuntur: cui ius imperatorium, quod ſemper omnib. imperatoribus eſt conſeruatum, ſoli eripitur: is excipitur vnus, ne manubias referre debeat. Vtrùm tãdem hoc capite, honos haberi homini, an inuidia quæri videtur? Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius: beneficio iſto legis, benignitate decemuirali, nihil vtitur. nam

a Fr. x. viri.

b Rullo affingit epiſtolam inuidioſam & domini ſuperbè imperatis.*

c v. c. X. VIR S. P. Q. R.

d al. famoſis.*

e fort. bello parta.

f al. ac perdita.

g Vectigalia prouinciarũ Romæ locabantur.*

h al. ex hoc loco,

i L. vendere diceret,

a L. ſanè vehementer gaudeo. P. R.

b L. ſed ſe thoueri

c al. antiquiſſimis.

d al. cetere*

e fateatur hoc loco paſſim accipitur.*

f v. c. ſine vllo delectu, & ita L.

g L. quæ tegit

h patrem Iubæ.*

i Fœderata non erant niſi ea populus iuſſiſſet, vt Cabidiana, Numantinum.*

k Iubæ regis fil.

l quaſi diceret, iubatus Iuba.*

m De venditione manubiarum.*

n fort. ex auro coronario.

o v. c. apud X. viros.

p al. aurum erit nullum iudicium L. Horum erit ſolorum iud. al. colulum al. nunc. al. nullum.*

est æquum, prædas, ac manubias suas imperatores, non in monumenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, sed ad decemuiros, tanquam ad dominos, reportare: nihil si quis appetit præcipuè Pompeius, nihil: vult se in communi, atque in eodem, quo ceteri, iure versari. Sin est iniquum, Quirites: si turpe, si intolerandū, hoc [a] decemuiros portitores [b] omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modò reges, atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros exercitusque nostros vectigalibus honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non possit. Pompeius [c] autem hoc animo est, vt, quidquid vobis placeat, sibi ferendum putet: quos vos ferre non poteritis, id profectò perficiat, ne diutius inuiti ferre cogamini. Verumtamen cauet, vt, si qua pecunia post nos consules ex nouis vectigalibus recipiatur [d], ea decemuiri vtantur. noua porrò vectigalia videt ea fore, quæ Pompeius adiunxerit. Ita remissis manubiis, vectigalibus eius virtute partis se frui putat oportere.

¶ Parta sit pecunia, Quirites, decemuiris tanta, quanta sit in terris: nihil [e] prætermissum: sed omnes vrbes, agri, regna denique, postremò etiam vectigalia vestra venierint: accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum: quantæ, & quàm immanes diuitiæ decemuiris in tantis auctionibus, tot iudiciis, tam infinita potestate rerum omnium quærantur, videtis. Cognoscite nunc alios immensos, atque intolerabiles quæstus, vt intelligatis, ad certorum hominum importunam auaritiam hoc populare legis Agrariæ nomen esse quæsitum. *Hae [f] pecunia iubet agros emi, quo deducamini.* Non confuetui homines appellare asperiùs, Quirites, nisi lacessitus. Velim fieri posset, vt à me sine contumelia nominarentur ij, qui se decemuiros sperant futuros: iam videretis, quibus hominibus omnium rerum & vendendarum, & emendarum, potestatem permitteretis. Sed, quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. Vnum [g] hoc certè videor mihi verissimè posse dicere: tum, cùm haberet hæc resp. Luscinos, Calatinos, Acidinos, homines non solùm honoribus populi, rebúsque gestis, verùm etiam patientia paupertatis ornatos: & tum, cùm erant Catones, Philippi [h], Lælij: quorum sapientiam, temperantiámque in publicis, priuatisque, forensibus, domesticisque rebus perspexeratis: tamen huiusce modi res commissa nemini est, vt idem iudicaret, & venderet, & hoc faceret per quinquennium toto in orbe terrarum: idémque agros vectigaleis populi Ro. abalienaret, & cùm summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset, tum denique emeret, à quibus vellet, quod videretur. Committite vos nunc, Quirites, his hominibus hæc omnia, quos odorari hunc decemuiratum suspicamini. reperietis, partem esse eorum, quibus ad habendum: partem, quibus ad consumendum, nihil satis esse videatur. Hîc ego iam illud, quod expeditissimum fit, ne disputo quidem, Quirites, non [i] esse hanc vobis à maioribus relictam consuetudinem, vt emantur agri à priuatis, quò plebs publicè deducatur: omnibus legibus agris [k] publicis priuatos esse deductos:

huiusce modi me aliquid ab hoc hortido, ac truce tribuno pleb. exspectasse: hanc verò emendi, & vendendi quæstuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam actione tribunitia, alienam dignitate populi R. semper putaui. Libet agros emi. Primum quæro [a], quos agros? & quibus in locis? nolo suspensam, & incertam plebem R. obscura spe, & ea exspectatione pendere. Albanus ager est, Setinus, Priuernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Casinas. audio. Ab alia porta, Capenas, Faliscus, Sabinus [b], Reatinus, Venafranus, Alifanus, Trebulanus. Habes tantam pecuniam, qua hosce omneis agros, & ceteros horum similes non modò emere, verùm etiam coacturare possis: cur eos non definis: neque nominas, vt saltem deliberare plebs Romana possit, quid interest sua, quid expediat, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet? Definio, inquit, Italiam. Satis certa regio. etenim quantulum interest, vtrum in Massici radices, an in Italiam [c], alióne deducamini? Age verò, definis locum. Quidnam [d] agri verò, inquit, qui arari, aut coli possit? Qui possit arari, inquit, aut coli: non qui aratus aut cultus sit. Vtrùm hæc lex est, an tabula Veratianæ auctionis? in qua scriptum fuisse aiunt: iugera CC. in quib. oliuetū fieri potest: iugera CCC. vbi institui [e] vineæ possunt. Hoc tu emes ista innumerali pecunia, quod arari, aut coli possit? Quod solum tam exile, & macrum est, quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetū, in quo agricolarum cultus non elaboret? Idcirco, inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab inuito. Hoc quoque multo est quæstuosius, quàm si ab inuito sumeret. iniectur [f] enim tatio quæstus de vestra pecunia: & tum denique ager emetur, cùm idem expedierit emtori, & venditori. Sed vide te vim legis Agrariæ. ne ij quidem, qui [g] publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione, & pecunia maxima. Conuersa ratio. Antea, cùm erat à tribuno pl. mentio legis Agrariæ facta, continuò qui agros publicos, aut qui possessiones inuidiosas tenebant, pertimescebant. Hæc lex eos homines ortunis locupletat, inuidia liberat. Quàm multos enim, Quirites, existimatis esse, qui latudinem possessionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possint? qui vendere cupiant, emtores [h] non reperiant? perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui paullo antè diem [i], noctémque, tribunitium nomen horr'bant, vestram vim metuebant, mentionem legis Agrariæ pertimescebant: ij num etiam vltro rogabuntur, atque orabuntur, vt agros partim publicos, partim plenos inuidiæ, plenos periculi, quanti ipsi velint, decemuiris tradant. Atque hoc carmen [k] hic tribunus pleb. non vobis, sed sibi intus canit. Habet socerum, virum optimum, qui tantū agris in illis reip. tenebris occupauit, quantum concupiuit. Huic subuenire vult succumbenti [m], iam oppresso Syllanis oneribus graui sua lege, vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. Et [n] vos non dubitatis, quin vectigalia vestra venda tis, plurimo maiorum vestrorum sanguine, & sudore quæsita, vt Syllanos possessiones diuitiis augeatis, periculo liberetis? Nam ad hanc

emtio-

a Agrorum qui Romanorum in Italia diuumeratio.*

b lib. malig. Sabinus ager R.

c Aut. Aug. Liguri S. al. Apuliam* P. R.

d L. Quidnā agri? Agri vero, inquit, qui arari, aut coli possit.

e Institui vineas, & arbores dicuntur cum aliquo loco arbores ti aut vineæ faciendæ causa ponuntur. fi. Lex. §. s. ff. de fundi. Canā.*

f L. inuenietur enim ratio quæst. ¶ al. inuehitur.*

g L. qui agros public. poss.

h L. emtore non rep.

i L. dies, noctis q. trib. P. Ixxx.

k id est hanc legem.*

l Prouerbij species Iustus sibi cauere: Iustus autem cauere quid, dixi in Verrinis.*

m L. succumbanti iam, atque oppresso Syllanis oneribus grauibus, sua lege.

n L. Et vos dubitatis, quin vectigalia vestra non vendauit pl.

a L. hos decemuiros.

b Portitores publicani.*

P. R. c L. Pompeius enim cum hoc animo sit, vt, quidquid vobis placeat, sibi ferēdum puter, tum quod vos ferre non poter. id prof. perficiet, ne diut.

d L. ceficiatur, ea x. viri vtantur.

e L. nihil prætermissū sit.

f DE EMPTIONE publica agrorum.*

g al. Hoc vpum certè vid.

P. Ixxxix. h L. Phili.

i fri. non esse hanc nobis à maioribus.

k al. in agros publicos.

emtionem decemuitalem duo [a] genera agrorum spectant, Quirites. eorum vnum, propter inuidiam, domini fugiunt: alterum propter vastitatem. Syllanus ager, à certis hominibus latissimè continuatus, tantam habet inuidiam, vt veri, ac fortis tribuni pl. sit idoneus vnum perferre non possit. hic ager omnis, quoquo pretio coemtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Alterum genus agrorum, propter sterilitatem incultum, propter [b] pestilentiam vastum, atque desertum, emetur ab iis, qui eos vident sioi esse, si non vendiderint, relinquendos. Et nimirum istud est, quod ab hoc tribuno pl. dictum est in senatu: vrbanam plebem nimium in rep. posse: exhauriendam [c] esse: hoc enim verbo est vsus, quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur. Vos verò, Quirites, si me audire vultis, retinete istam possessionem gratiæ, libertatis, suffragiorum, dignitatis, vrbis, fori, ludorum, festorum dierum, ceterorum omnium commodorum: nisi fortè maualtis, relictis his rebus, atque hac luce reip. in Sipontina siccitate, aut diu Salpinorum pestilentiæ [e] finibus. Rullo duc, collocari. At dicat, quos agros emturus sit: ostendat & quid, & quibus daturus sit. Vt verò cùm omneis vrbeis, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam faliquam, aut paludes emat: id vos potestis, q æso, concedere? Quamquam illud est egregium, quòd hac lege ante omnia veneunt, ante pecuniæ coguntur, & coaceruantur, quàm glæba vna ematur, deinde emi iubet: ab inuito vetat. Quæro, si qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Referre [f] in æratium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pecuniam omnem decemuiri h tenebunt: vobis ager non emetur. vectigalibus abalienatis, [f] sociis vexatis, regibus, atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Facilè, inquit, adducentur pecuniæ magnitudine, vt velint vendere. Ergo ea lex est, qua nostra vendamus, quanti possimus, aliena emamus. quanti possessores velint. ¶ Atque *in hos agros, qui hac lege emti sint, colonias [i] ab iis decemuiris deduci iubet?* Quid? omnisne eiusmodi locus est, vt nihil interfit reip. colonia deducatur in eum locum, néne? an est locus, qui [k] colo niam postulet? est planè rectius, &, quo in genere sicut in ceteris reip. partibus, est operæ pretium diligentiam maiorum recordari: qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, vt esse non oppida Italiæ, sed propugnacula imperij viderentur. Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint. Etiámne si reip. non expediat? & in quæ loca præterea videbitur? Quid igitur est causæ quin coloniam in Ianiculum possint [m] deducere? & suum præsidium in capite, atque [n] ceruicibus vestris possint collocare? Tu non definias, quò [o] colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuam iudicaris? compleas numero? confitmes præsidio, quo velis? populi R. vectigalibus, atque omnibus copiis ipsum populũ R. coerceas? opprimas? redigas in istam decemuiralem ditionem, ac potestatem? Vt verò totam Italiam suis præsidiis obsidére, atque occupare cogitet, quæso, Quirites, cognoscite. Permittit decemuiris, vt in omnia municipia, in omneis colonias totius Italiæ colonos deducant, quos velint: iisque colonis agrum dari iubet. Num obscurè maiores opes, quàm libertas v strà pati potest, & maiora præsidia quærantur? num obscurè regnum constituitur? num obscurè libertas vestra tollitur? Nam, cùm iidem omnem pecuniam, maximam [a] multitudinem, id est, totam Italiam, suis opibus obsidebunt: iidem vestram libertatem suis præsidiis, & coloniis intercluſam tenebunt: quæ spes tandem, quæ facultas recuperan læ vestræ libertatis relinquetur? At enim ager Campanus hac lege diuidetur, orbis terræ pulcherrimus: & Capuam colonia deducetur, vrbem amplissimam, atque ornatissimam. At qui quid ad hæc possumus dicere? De commodo vestro priùs dicam, Quirites: deinde ad amplitudinem, & dignitatem reuertar: vt, si quis agri, aut oppidi bonitate delectatur, ne quid exspectet: si quem rei dignitas commouet: vt huic simulatæ largitioni resistat. Ac primùm de oppido dicam, si quis est fortè, quem Capua magis, quàm Roma delectat. *Quinque millia colonorum Capuam scribi iubet.* ad [b] hunc numerum quingentos sibi singuli sument. Quæso, nolite vosmetipsos consolari: verè & diligenter considerate. Nam vobis, aut vestri similibus, integris, quietis, otiosis hominibus, in hoc numero locum fore putatis? Si est omnibus vobis, aut maiori vestrûm parti: quamquam me vester honos vigilare dies, atque noctes, & intentis oculis omneis reip. partes intueri iubet: tamen paullisper, si ita commodum vestrum feret, conniuebo. Sed si quinque hominum millibus, ad vim, facinus, cædémque delectis [c], locus, atque vrbs, quæ bellum facere, atque instruere possit, quæritur: taménne patiemini, vestro nomine contra vos firmari opes? armari præsidia? vrbeis, agros, copias comparari? Nam agrum quidem Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupiuerunt: deducêe suos, quorum nomine ipsi teneant, & fruantur: coement [d] præterea: ista dena iugera continuabunt. Nam, si dicent per legem id non licere: ne per Corneliam quidem licet. At videmus (vt longinqua mittamus) agrum Prænestinum à paucis possideri: neque istorum pecuniis quidquam aliud deesse video, nisi eiusmodi fundos, quorum subsidio familiarum magnitudines, & Cumanorum, ac Puteolanorum prædiorum sumtus sustentare possint. Quòd si vestrum commodum spectat: veniat, & coràm mecum de agri Campani diuisione disputet. Quæsiui ex eo Kalendis Ianuariis quibus hominibus, & quemadmodum illum agrum esset distributurus. respondit, à Romilia tribu se initium esse facturum. Primùm, quæ est ista superbia, & contumelia, vt populi pars amputetur, ordo tribuum negligatur? ante rusticis [e] detur agers, qui habent, quam vrbanis, quibus ista ag i spes, & iucunditas ostenditur? aut, si hoc ab se dictum negat, & satisfacere omnibus vobis cogitat: profetat f: in iugera dena describat: ab [g] Otriculana vsque ad Narniensem nomina vestra proponat: Si non modò dena iugera dari vobis, sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis: taménne vexari tempub. contemni maiestatem populi Romani

a Agrorum laenitorum duo genera vsũ propter inuidiam alterum propter sterilitatem & pestilentiam.*

b Hinc pestilles pestilentes vel pestibiles fundi. l. 4. Cod. de edict. tit. l. 49. ff. de aedilitio edicto. Cic. 3. offic.*

c Exhaurien di verbum à Rullo. cum de plebe vrbana verba faceret, vsurpatum reprehendit Cicero: qui eodẽ genere loquẽdi alibi vsus est. l. ad Atticum 16. Sic Euripides Orestẽ dicit τὸν Ἑλλάδος ὄλβον ἐξαντλεῖν δόμων. Plutarchus Pericle ἐξαντλεῖν ἀργύριον ὀχλου τὸ πλῆθος.

d L. aut in Salapinorum e Pestilentẽ agrum Salapinorum ostendit.*

f agros siccitate laborantes.*

g v. c. Etenim referre in ær.

h v. c. X. viri.

i De COLONIARVM deductione in agros publica pecunia emptos.*

k L. qui coloniam postulet: est & qui planè recusset? quo in genere? l. l. al. postulet & qui planè recuset. al. postulet, vel planè recusset quo in genere, &c.*

m L. possint deducere: & suum præsidium in c.

n L. atque in cerucib. vestris collocare,

o L. quot colonias.

a L. maxima multitudine obtinebunt iidem totam Italiam sui* op.

b L. ad hunc numerum sibi singuli quingenos sument.

c fort. delectis.

d fort. coement alios præterea.

e Tribuum aliæ ruſticæ, aliæ vrbanæ.* f L. profetat in singulos iugera dena describat. Suburana vsq. ad Aruiensem al. ab Otriculana vsque ad Aruiens. g al. Suburana ad Aruiensem. al. ab Otriculana vsque ad vltimum.*

P. lxxxii. deludi vosmetipsos diutius à tribuno pl. patiemini? Quòd si posset ager iste ad vos peruenire: nónne eum tamen in patrimonio vestro remanere malletis? vnúmne fundum pulcherrimum populi R. caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solatium annonę, disperire patiemini? An oblitiestis, Italico bello, amicis ceteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus aluerint? An ignoratis, cetera illa magnifica populi R. vectigalia, perleui [a] sæpe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? Quid nos Asiæ portus, quid Syriæ rura, quid omnia transmaria vectigalia iuuabunt, tenuissima suspicione prædonum, aut hostium iniecta? At verò hoc agri Campani vectigal cùm eiusmodi est, vt domi sit, & omnibus præsidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infestum, nec [b] fructibus varium, nec cælo ac loco calamitosum esse solet. Maiores nostri non solùm id, quod à Campanis cepe-
rant, non imminuerunt, verùm etiam, quod [c] & tenebant, quibus adimi iure non poterat, coemerunt. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis Rom. commodis plurimum cogitauerunt, nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Rullus exstitit, qui ex ea possessione remp. [d] dimoueret: ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Syllæ dominatio deiecisset. Quem agrum nunc prætereuntes vestrum esse dicitis, & quem pariter qui iter faciunt, externi homines, vestrum esse audiunt: is cùm erit diuisus, neque erit, neque vester esse dicetur. Atqui homines possidebunt? Primò quidem acres, ad vim promti, ad seditionem parati, qui simultate decemuiri concrepuerint, armati in eiueis. & expediti ad eędem esse possint. deinde ad paucos, opibus, & copiis affluenteis, totum agrum Campanum perferti videbitis. Vobis interea, qui illas à maioribus pulcherrimas vectigalium sedes [e] armis captas [f] accepistis, glæba nulla de paternis, atque auitis possessionibus relinquetur: ac tantum intererit inter vestram, & priuatorum diligentiam, quòd, cùm à maioribus vestris [g] P. b. Lentulus, princeps senatus, in ea loca missus esset, vt [i] & priuatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret, dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum cuiusdam emere potuisse: eúmque, qui nollet vendere, videre negasse se adduci posse, vti venderet, quòd, cùm plureis fundos haberet, ex illo solo fundo numquam malum [k] nuntium audisset. Itáne verò, priuatum hæc causa commouit: populum R. ne agrum Campanum priuatis gratis, Rullo rogante, tradat, non commouebit? Atque [l] idem populus R. de hoc vectigali potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos vobis fructum, Mithridatico bello, non tulit: Hispaniarum vectigal temporibus Sertoriani nullum fuit: Siciliæ ciuitatibus bello fugitiuorum M [m]. Attilius etiam mutuum frumentum dedit: at ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus est. Cetera vectigalia belli [n] facultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. Deinde in hac assignatione agrorum, ne illud quidem dici potest, quos in ceteris agros deser-
tos à plebe, atque à cultura hominum liberorum [a] esse non oportere. Sic enim dico: si Campanus ager diuidatur, exturbari, & expelli plebem ex agris, non constitui, & collocari. Totus enim ager Campanus colitur, & possidetur à plebe optima, & modestissima: quod genus hominum optimè moratum, optimorum [b] & aratorum, & militum, ab hoc plebicola tribuno funditus eiicitur. Atque illi miseri, nati in illis agris, & educati, glæbis subigendis exercitati, quò se subitò conferant, non habebunt. his robustis, & valentibus, & [c] audacibus decemuirûm satellitibus agri Campani possessio tota tradetur, &, vt vos nunc de vestris maioribus prædicatis: Hunc agrum nobis maiores nostri reliquerunt: sic vestri posteri de vobis prædicabunt: Hunc agrum patres nostri acceptum à patribus suis, perdiderunt. Equidem existimo, si iam Campus Martius diuidatur, & vnicuique vestrûm, vbi consistat, bini pedes assignentur: tamen promiscuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis. Quare, etiam [d] si ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro peruenturum, qui vobis ostenditur, aliis comparatur: tamen honestiùs eum vos vniuersi, quàm singuli possideretis. Nunc verò, cùm ad vos nihil pertinear, sed paretur aliis, eripiatur vobis: nónne acerrimè, tanquam armato hosti, sic huic legi, pro vestris agris resistetis? *Adiungit Stellatem campum agro Campano: & in eo duodena describit in singulos homines iugera.* Quasi [e] verò paullum differat ager Campanus, ac Stellatis. Et multitudo, Quirites, quæritur, qua illa omnia oppida compleantur. Nam dixi antea, lege permitti, vt, quæ velint municipia, quas velint veteres colonias, colonis suis occupent. Calenum municipium complebunt: Theanum oppriment: Atellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriam suis præsidiis deuincient: Puteolos verò, qui nunc in sua potestate sunt, suo [f] iure, libertatéque vtuntur, totos nouo populo, atque aduentiriis copiis occupabunt. Tunc illud exsilium [g] Campanæ coloniæ, vehementer huic imperio timendum, Capua [h] à decemuiris inferetur: tunc contra hanc Romam, communem [i] patriam omnium nostrûm, illa altera Roma quæretur. In id oppidum homines nefarij remp. nostram transferre conantur, quo in oppido maiores vestri [k] nullam omnino remp. esse voluerunt: qui tres [l] solùm vrbeis in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperij grauitatem, ac nomen sustinere. Deleta Karthago est, quòd cùm hominum copiis, tum ipsa natura, ac loco, succincta portubus, armata mutis, excurre re ex Africa, imminere ita [m] fructuosissimis insulis populi R. videbatur. Corinthi vestigiû vix relictû est. erat enim posita in angustiis, atque in faucibus Græcia, sic, vt terra clausira locorum teneret, & duo [n] maria maximè nauigationi diuersa pęnè coniungeret, cùm per tenui discrimine separaretur. Hęc quę procul erant à conspectu imperij, non solùm afflixerunt, sed etiam, nequando recreata exsurgere, atque erigere se possent, funditus, vt dixi, sustulerunt. De Capua multùm est, & [o] diu consultum: exstant litteræ, Quirites, publicæ: sunt senatusconsulta cõplura. Statuerunt homines sapientes, si P agrum Cãpanis ademissent, magistratus, senatum, publicum, ex illa

a *al.* liberos.*

P. lxxxiii.

b ordines Cãpaniæ videtur describere optimates aratores, milites.*

c *al.* tribuno pl.

d L. etiam si ad vos aliquid singulos esset ex hoc agro p.

e L. Quasi vero paullũ differat ager Campanus à Stellati. scilicet multitudo, &c.

f municipiũ erat Puteoli. postea colonis deductis fama colonia: addc Liuium 34. Velleium.*

g L. vexillũ Camp. §*male*. vide historiã apud Liuium 36.*

h L. & v.c. Capuam à d. i Idem in l. *Roma.* 33. *ad municip.** k *al.* nostri m *Italiæ*, & fructuosiss. *Italiæ.**

n bima rem Corinthum appellat Horatius.*

o L. & diu consultatum p Victores Romani Cãpanis quid ademerint.*

a *al.* eiperueni, *vide* lectionem.*

b *fort.* neque fructibus, neque cælo,

c L. quod ei tenebant, quib. adim. *&c.* ‖ ei autẽ eẽ ij.*

d L. remp. demouerent:

P. B.

e L. sedes armis partas &c.

f *al.* partas.*

g *al.* nostris h T. P. Lentulus, is qui princ.

i *al.* vt etiã priuatos.

k Ager enim Campanus ‖ *idem* non fructibus varius, non cœlo ac loco calamitosus.*

l *Lib. vulg.* At quidem, *cæteri codices* m *L.* M, Aquillius.

m *fort.* belli difficultatibus affl. ‖ *fed* belli facultates hic nihil aliud quàm bello adimenta.*

vrbe consilium sustulissent, imaginem reip. nullam reliquissent: nihil fore, quòd Capuam timeremus. Itaque hoc perscriptum in monumentis veteribus reperieris, vt esset vrbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset: vt esset locus compa-

a *L.* comportandis
b Aratores qui dixi 3. Verrina.*
c *L.* atque horrcũ agri Campani esse vol.
d Ager Campanus popul. lxxxiiii. Romani vectigalis erat. e quo nomine ab aratoribus colitur; qui ex eo decumas P. Romano pendebant. Rullus Capuam coloniam deducere postulabat: & sic, aratores expellere, & coloni, à se deducti agros adsignare, atque ita Capuam, quæ municipium erat in Coloniæ conditionem mutare, ciuitatis, suffragij, & magistratus Romani participem facere.*
e *al.* nostrã*
f *L.* aut Rulli.
g *lib. vulg.* videmus.
h *al.* agrum ciuib.
i *L.* atque ante omnia commu.
k *L.* post Cn. Fuluium, Cn. Sulp.
l *al.* App. Claudium.*
m *L.* sed omnino cogi- P. B. ratum.
n Karthaginiense III. Corinthium, *id est, Karthaginiensem veterem.**
o *al.* coitionibus.*
p victores Romani Campanis quid ademerint.*
q *L.* Itaque Campanam illam arrog.

randis [a], condendisque fructibus: vt aratores, cultu agrorum defessi, vrbis domiciliis vterentur: idcirco illa ædificia non esse deleta. Videte, quantum interuallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia, & inter istorum hominum dementiam. Illi Capuam, receptaculum aratorum [b], nundinas rusticorum, cællam, atque [c] horreum Campani agri esse voluerunt: hi, expulsis aratoribus [d], effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem nouæ reip. constituunt, molem contra veterem [e] reip. comparant. Quòd si maiores nostri existimassent, quem quam in tam illustri imperio, & tam præclara populi Rom disciplina, Bruti, aut [f] P. Rulli similem futurum (hos enim nos duos adhuc vidimus [g], qui hanc remp. Capuam totam transferre vellent) profectò nomen illius vrbis non reliquissent. Verùm arbitrabantur, Corintho, & Karthagini, etiam si senatum, & magistratum sustulissent, agrúmque heiuibus ademissent, atque [i] qui antè omnia commutarent, quàm nos audire possemus: Hic verò, in oculis S. P. Q. R. nihil posse existere, quod non antè exstingui, atque opprimi posset quàm planè exortum, ac natum esset. Neque verò ea res fefellit homines, diuina mente, & consilio præditos, nam post [k] Qu. Fuluium, Qu. Fabium coss. quibus consulibus Capua deuicta, atque capta est, nihil est in ea vrbe contra hanc remp. non dico factum, sed [m] omnino excogitatum. Multa postea bella gesta cum regibus, Philippo, Antiocho, Perse, Pseudophilippo, Aristonico, Mithridate, & ceteris: multa præterea bella grauia, Karthaginiensium, [n] Corinthium, Numantinum: multæ in hac rep. seditiones domesticæ, quas prætermitto: bella cum sociis, Fregellanum: Marsicum: quibus omnibus domesticis, externisque bellis Capua non modò non obfuit, sed opportunissimam se nobis præbuit & ad bellum instruendum, & ad exercitus ornandos, & rectis, ac sedibus suis recipiendos. Homines non inerant in vrbe, qui malis concionibus [o], turbulentis senatusconsultis, iniquis imperiis remp. miscerent, & rerum nouarum causam aliquam quærerent. neque [p] enim concionandi potestas erat cuiquam, nec consilij capiundi publici: non gloriæ cupiditate efferebatur, propterea quòd, vbi honos publicè non est, ibi gloriæ cupiditas esse non potest: non contentione, non ambitione discordes. nihil enim supererat, de quo certarent: nihil, quòd contrà peterent: nihil, vbi dissiderent. Itaque [q] illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam, ratione, & consilio maiores nostri ad mertissimum, & desidiosissimum otium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quòd vrbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, & multum in posterum prouiderunt, quòd, neruis vrbis omnibus exsectis, vrbem ipsam, solutam, ac debilitatam reliquerunt. Hæc consilia maiorum M. Bruti, atque auspicia, à simili furore deterrent. nam & ipse, qui deduxit, & qui magistratum Capuæ, & [a] Leontem ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum pœnas pertulerunt. Et quoniam Bruti, atque illius temporis feci mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi, cùm venissem Capuam, coloniam deductam L. Considio, & Sex. Saltio (quemadmodum ipsi loquebantur) prætoribus: vt intelligatis, quantam [b] locus ipse afferat superbiam: quæ paucis diebus, quibus illò colonia deducta fuit, perspici, atque intelligi potuit. Nam primùm [c], id quod dixi, cùm ceteris in coloniis duumuiri [d] appellentur, hi se prætores appellari volebant. Quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nónne arbitraminì paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? Deinde anteibant lictores, non cum bacillis [e], sed, vt hîc prætoribus ante eunt, cum fascibus duobus. erant hostiæ maiores in foro constitutæ, quæ ab his prætoribus de tribunali [f], sicut à nobis consulibus de [g] consilij sententia probatis [h], ad præconem, ad tibicinem immolabantur. deinde patres conscripti vocabantur. Iam verò vultum Consilij [i] videre, ferendum vix erat. Quem hominem vt [k] grandi macie torridum [l], Romæ contemtum, atque abiectum videbamus, hunc Capuæ Campano supercilio, ac regio spiritu cùm videremus, Magios, Blossios mihi videbar illos videre, ac Iubellios. Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum [m] & in Albana, & Seplasia, quæ concursario percontantium, quid prætor edixisset? vbi cenaret? quid enuntiasset? Nos autem, hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed peregrini, atque aduenæ nominabamur. Hæc qui prospexerint, maiores nostros dico, Quirites, non eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis, & colendos putatis? Qui [n] enim viderunt hoc, quod nunc vos, quæso, perspicite, atque cognoscite. NON ingenerantur hominibus mores tam à stirpe generis, ac seminis, quàm ex iis rebus quæ ab [o] ipsa natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur, & viuimus. Karthaginienses [p] fraudulenti, & mendaces, non genere, sed natura loci, quòd, propter portus suos, mutiis, & variis mercatorum, & aduenarum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur. Ligures, montani, duri, atque agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura, & magno labore quæsitum. Campani, semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, vrbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primùm illa nata sunt: arrogantia, quæ à maioribus nostris alterum Capua consulem postulauit: deinde ea luxuries, quæ ipsum Annibalem [q], armis etiam tum inuictum voluptate vicit. Huc isti decemuiri [r] cùm numerum colonorum ex lege Rulli deduxerint: centum [s] decuriones, decem augures, sex pontifices constituerint: quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam [t] in montibus positam, & conuallibus, cenaculis sublatam, atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, ptæ sua Capua, planissimo

a *fort.* & Tarenti cep. ‖ *al.* coloniæ creati. *al.* ab eo creati.*
b Opulentis libertati restituti. super bia maxima*
c Campanorum arrogantia Romanæ imitatrix.*
d v. c. II. viri appel. ‖ Duumuiri in coloniis his quæ Romæ Prætores erant.* P. LXXXV.
e Bacilli præferebantur Duumuiris: vt fasce, Prætoribus. *adde t. ad Attic.* 6. Bacilli, autem idem quod virgæ quas qui ferebant, virgarij Glosis *Φαλλοφόροι. f *al.* tribunalis, *vt fabricata* sententia.*
g L. de consilij sententia probatæ, ad præc.
h *al.* probatæ *al.* probantibus. *al.* probatæ, a.
i Prætorem Capuæ antea nominauit.*
k *al.* vegrandi macie *al.* vegrandi facie.*
l *al.* horridum.*
m *L.* illorũ in Albana, & Seplasia quæ cone.
n Gnome de locorum natura 6.*
o quidam legunt, ab ipsa natura, mobis, & à vitæ &c. *non recte.*
p Karthaginiensium, Ligurum, Campanorũ mores qui.*
q L. Hannibalem.
r *L.* cum 120. colonor. ‖ id est cum 5000 colonorum.*
s Capuæ à Decemuiris coloniæ deducendæ, centum decuriones, decem augures, sex Pontifices constituti.*
t Romani & Campani agri comparati.*

a *f.* ac semitas præ viis illis suis *ser. f. al.* ac semitas pro viis illis suis. * b L. cum suis optimis, atq; P. B.

in loco explicata, ac [a] præillis semitis irrideburit, atque contemnent. agros verò, Vaticanum, & Pupiniam, cum [b] suis optimis, atque vberibus campis conferendos scilicet non putabunt. oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac per risum, ac per iocum contemnent: Labicos, Fidenas, Collatiam, ipsum hercle Lanuuium, Ariciam, Tusculum, cum Calibus, Theano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeiis, Nucetia comparabunt. Quibus illi rebus elati, & inflati, fortasse non continuò, sed certè, si paullum assumserint vetustatis, ac roboris, non continebuntur: progredientur longiùs, efferentur. SINGVLARIS homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, vix facilè sese regionibus officij, magnis in fortunis, & copiis, continet: nedum isti, ab Rullo, & Rulli similibus conquisiti, atque electi coloni, Capuæ, in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati, non statim conquisituri sint aliquid sceleris, & flagitij. immò verò etiam hoc magis, quàm illi veteres, germaníque [c] Campani, quòd in vetere fortuna illos natos, & educatos, nimiæ tamen rerum omnium copiæ deprauabant. hi ex summa egestate, in eandem rerum abundantiam traducti, non solùm copia, verùm etiam insolentia commouebuntur. Hæc dicitu, P. Rulle, M. Bruti sceleris vestigia, quàm monumenta maiorum sapientiæ sequi maluisti: hæc, tu cùm [e] istis tuis actoribus excogitasti, vt veteratoria vectigalia venderetis, & expleretis noua. Vrbi Capuam ad certamen dignitatis opponere vis, vt sub vestrum ius, iurisdictionem, potestatem, vrbeis, nationes, prouincias, liberos populos, reges, terrarum denique orbem [f] subiungeretis: vt, cùm omnem pecuniam ex ærario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis, ab omnibus regibus, gentibus, imperatoribus nostris coegissetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum penderent: vt iidem partim inuidiosos agros à Syllanis possessoribus, partim desertos, ac pestilentes, à vestris necessariis, à vobismetipsis emtos, quanti velletis, populo Rom. induceretis: vt omnia municipia, coloniásque Italiæ nouis colonis occuparetis: vt quibuscumque in locis vobis videretur, ac quàm multis videretur, colonias collocaretis: vt omnem remp. vestris militibus, vestris vrbibus, vestris præsidiis cingeretis, atque oppressam teneretis: vt ipsum Cn. Pompeium, cuius præsidio sæpissimè populus R. contra acerrimos hostes, & cõtra improbissimos ciueis victor exstitit, proscribere, atque horum conspectu priuare possetis: vt nihil auro & argento violari, nihil numero, & suffragiis declarari, nihil [g] elata manu perfringi posset, quod non vos oppressum, atque ereptum teneretis: vt volitaretis interea per genteis, per regna omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia, vt veniretis in castra Cn. Pompeij, atque ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis, vt interea magistratus reliquos, legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum, sine periculo, petere possetis: vt nemo ad populum Rom. vos adducere, nemo producere, non senatus cogere, non consul coercere, non tribunus pleb. retinere possit. Hæc ego vos concupiisse [a] pro vestra stultitia, atque intemperantia non miror: sperasse, me consule, assequi posse, demiror [b]. NAM cùm omnium consulum grauis in rep. custodienda cura, ac diligentia debet esse, tum eorum maximè, qui [c] non in cunabulis [d], sed in campo sunt consules facti. nulli populo Rom. pro me maiores mei spoponderunt: mihi creditum est à me petere, quod debeo, me ipsum appellare debetis. Quemadmodum, cùm petebam, nullis me vobis autores generis mei commendarunt: sic, si quid deliquero, nullę sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Quare, modò vita suppetat, quamquam ego sum is, qui eam possim ab istorum scelere, insidiisque defendere: polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide: remp. vigilanti homini, non timido: diligenti, non ignauo commisistis. Ego is consul, qui concionem metuam? qui tribunos pleb. perhorrescam? qui sæpe, & sine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si tribunus pleb. duci iussisset? Ego nondum vestris armis armatus, insignibúsque amplissimis ornatus, imperio, auctoritate, non horrui in hunc locum progredi [e], vobisque auctoribus improbitati hominis resistere: nunc verear, ne [f] resp. tantis munita præsidiis, ab istis vinci, aut opprimi possit? Si antea timuissem, hac concione, hoc populo certè non vererer. Quis enim vmquam tam secunda concione legem Agrariam suasit, quàm ego dissuasi? si hoc dissuadere est, ac [g] non disturbare, ac peruertere. Ex quo intelligi, Quirites, potest, nihil esse tam populare, quàm id, quod ego vobis in hunc annum consul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium. Quæ nos is desiderantis timebatis, ea ne accidere possent, consilio meo, ac ratione prouisa sunt. non modò vos eritis in otio, qui semper esse voluerat is, verùm etiam istos, quibus otiosi negotium fecissemus [h], otiosissimos reddam. Etenim illis honores, potestates, diuitiæ ex tumultu, atque ex dissensionibus ciuium comparari solent: vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos in iudiciis & æquitate magistratuum, & res familiares in pace, omni ratione otium tenere debetis. Nam [k], si ij, qui propter desidiam in otio viuunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem sub [l] ipso otio, quo vos fortunam regitis, si hunc statum, quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non vt quæsitum, sed vita partum otium teneritis. Quo ego & [m] concordia, quam mihi constitui cum collega, inuitissimis iis hominibus quos in consulatu inimicos esse & [n] animis, & corporis actibus [o] prouidi: omnibus prospexi sanè, & reuocaui? idem tribunis pleb. denuntiaui, ne quid [q] turbulenti, me consule, conflarent. Summum & firmissimum est illud communibus fortunis præsidium, Quirites, vt, qualeis vos hodierno die maxima concione mihi pro salute vestra præbuistis, taleis reliquis [r] temporibus populo Ro. præbeatis. pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, vt iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuersos in consule deligendo plurimùm vidisse fateantur.

DE

a *al.* concupisse.
b Demirari plus est quã mirari.*
c *al.* qui non in incunab.*
d vt ij qui rebus à maiorib. genis P. Romano commendantur.*
e *lib. vulg.* progredi pos, vobisq.
f *al.* ne tantis Reipublicæ munitus præsidiis, ab istis vinci aut opprimi possim. *al.* tantis Reipublicæ munitus præsidiis, ne Respublica ab istis vinci aut opprimi possit.*
g L. & non p. LXXXVII.
h L. facessimus, otiosiss.
i L. honos in iudiciis, & æquitate magistratuũ, & res familiares in pace, &c.
k *lib. vulg.* Nam si ij,
l *L.* si ipso otio, quo
m L. ex concordia.
n *L.* & animi & corporis
o prouidi, omnib. prospexi sanè, & præcaui,
o *al.* acie. *al.* aciebus.*
p *al.* præcaui. *al.* rogaui.*
q L. nequid.
r L. reliquis temporibus resp. præb.

a *f.* ac semitas præ viis illis suis *ser. f. al.* ac semitas pro viis illis suis. * b L. cum suis optimis, atq; P. B.

c *Campani.* P. LXXVI.

d PERORATIO.*

e L. cum istis tuis auctoribus.

f *al.* subiungeretis.*

g *fort.* nihil nu. & facta manu, &c. *al.* nihil vi si lata & manu *al.* nihil vi lata manu. *al.* vellecta manu. *al.* vi & alata manu. *al.* vi & facta manu. *al.* vi & dilecta manu. *al.* violenta manu.*

Hanc breuissimam orationem M. Tullius ἀπεσπασμάτιον legis Agrariæ appellat 2. ad Attic. 1.*

P. B.

DE[a] LEGE AGRARIA, CONTRA PVB. RVLLVM, TRIBVNVM PLEBEM, AD populum.

ORATIO DECIMASEPTIMA.

SYNOPSIS.

Accusatus *Cicero à tribuno plebis, quòd Syllanarum assignationum possessoribus gratificaretur, & tam de lege Agraria Rulli tam vehementer obsisteret.* His criminationibus respondet *hac oratione Cicero.*

a EXORDIVM.*
c al. desunt.

OMMODIVS[b] fecissent tribuni pleb. Quirites, si, quæ apud vos de me detulerunt[c], ea coràm potius, me præsente, dixissent. nam & æquitatem vestræ disceptationis, & consuetudinẽ superiorum, & ius suæ potestatis retinuissent, sed quoniã adhuc præsens certamen contentionémq. fugerunt: nunc, si viderint eis, in meam concionem prodeant, &, quò prouocati à me, venire noluerunt, reuocati salté reuertantur. Video quosdã, Quirites, strepitu significare nescio quid, & non eosdẽ vultus, quos proxima mea concione præbuerunt, in hanc concionem mihi retulisse. Quare à vobis, qui nihil de me credidistis, vt eam voluntatẽ, quam semper habuistis erga me, retineatis, peto: à vobis autẽ, quos leuiter immutatos esse sentio, paruam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo, vt eã, si, quæ dixero, vobis probabo, perpetuò retineatis: sin aliter, hoc ipso in loco depositam, atque abiectam relinquatis.

b Legis huius Valeriæ in gratiam Syllæ à L. Flacco latæ, meminit Cicero 1. de legibus.
b L. Valerius Flaccus.*

c L. Valerij Flacci interregis.*

d al. Cornelijsq. legibus cùm eripitur datur.

P. B.

d PROPOSITIO.*
e tribunis plebis.*

¶ Completidsunt animi, auréque vestræ, Quirites, me gratificantem ſeprem[e] tyrannis, cererísque Syllanarum assignationum possessoribus, Agrariæ legi, & cõmodis vestris obsistere.

f CONFVTATIO.*

¶ Hæc si qui crediderunt, illud priùs crediderint necesse est, hac lege Agraria, quę promulgata fit, adimi Syllanos agros, vobísque diuidi, aut denique minui priuatorum possessiones, vt ẽin eas vos deducamini. Si ostẽdo, non modò non adimi cuiquam glæbam de Syllanis agris, sed etiã genus id agrorum, certo capite legis impudentissimè confirmari, atque sanciri: si doceo, agris his, qui à Sylla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, vt facilè appareat, eam legem, non à vestrorum commodorum patrono, sed à Valgij[f] genere esse conscriptam: num quid est causæ, Quirites, quin illa criminatione, qua in me absentem vsus est, non solùm meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiámque despexerit? Caput est legis XLI. de quo ego consuluì, Quirites, neq. apud vos antè feci mẽtionem, ne aut refricare obductam iam reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissentionis cõmouere: neque verò nunc ideo disputabo, quòd hunc statum reip. non magnopere defendendum putem: præsertim qui orij, & concordiæ patronum me in hunc annum reip. k professus sim: sed vt deceam, Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se, & de suis factis taceri velit. Omnium legum iniquissimam, dissimillimámque legis [a]esse arbitror eam, quam L[b]. Flaccus, interrex, de Sylla tulit. *Vt omnia, quæcumque ille fecisset, essent rata.* Nam cùm ceteris in ciuitatibus tyrãnis institutis, leges omnes exstinguãtur, atque tollantur, hic reip. tyrannum lege cõstituit. Est inuidiosa lex, fateor, sicut dixi: verumtamen habet excusationem. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. Quid, si est hęc multo impudentior? Nã Valeria[c] lege, Corneliísque[d] legibus eripitur, cùm datur: coniungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria: sed tamen habet in illis legibus spem nonnullam ille, cui ademtus est: aliquem scrupulũ, cui datus est. Rulli cautio est hæc, QVAE POST C. MARIVM CN. PAPIRIVM, CONSVLES. Quàm procul à suspicione fũgit, quòd eos consules, qui aduersarij Syllæ maximè fuerunt, potissimùm nominauit? Si enim Syllã dictatorem nominasset: perspicuum fore, & inuidiosum, arbitratus est. Sed quem vestrũm tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos consules, Syllam, dictatorem fuisse, in mentem venire non posset? Quid ergo ait Marianus tribunus pleb qui nos Syllanos in inuidiã rapit? QVAE POST MARIVM ET CARBONEM, COSS. agros, ędificia, lacus, stagna, loca, possessiones, cælum, & mare prætermisit: cetera complexus est. PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT. à quo, Rulle? Post[e] Marium & Carbonem, COSS. quis assignauit? quis dedit? quis concessit, præter Syllam? EA OMNIA EO IVRE SINT. Quo iure? labefactas videlicet nescio quid, nimium acer, nimiùm vehemens tribunus pleb. Syllana rescindit. VT[f] QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT. Etiámne meliore, quàm paterna, & auita? meliore. At hoc Valeria lex non dicit: Corneliæ leges non sanciunt: Sylla ipse non potuit. Si ist agri partem aliquam iuris, aliquam similitudinem propriæ possessionis, aliquam[g] spem diuturnitatis attingunt: nemo est tam impudens istorum, quin agi secum præclarè arbitretur. Tu verò, Rulle, quid quæris? quod habent, vt habeant? quis verat? vt [h]priuatum? At ita latum est, vt melior tui soceri fundus Irpinus sit, siue ager Irpinus (totum enim possidet)

e L. post Marium & Carbonem COS. quis dedit, quis assignauit, quis venditi, quis concessit, præter Syllam
f L. QVO QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT.
g al. aliquam speciem diuturnitatis.
h al. vt priuatum
i al. Sed ita latum est.

b. Flaccus.* gibus.

a Legis huius Valeriæ in gratiam Syllæ à L. Flacco latæ, meminit Cicero 1. de legibus.

b L. Valerius Flaccus.*

c L. Valerij Flacci interregis.*

d al. Cornelijsq. legibus cùm eripitur datur.

P. B.

e L. post Marium & Carbonem COS. quis dedit, quis assignauit, quis venditi, quis concessit, præter Syllam

f L. QVO QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT.

g al. aliquam speciem diuturnitatis attingunt.

h al. vt priuatum

i al. Sed ita latum est.

quàm meus paternus, auitúsque fundus Arpinas. Id enim cauês. optimo[a] enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt. Libera, meliore iure sunt, quàm serua. Capite hoc, omnia, quæ seruiebant, non seruien. Soluta, meliore in causa sunt, quàm obligata. Eodē capite obligata omnia, si modò Syllana sunt, liberantur. Immunia, si commodiore conditione sint, quàm illa, quę pensitant. Ego Tusculanis pro aqua [b] Crabra vectigal pendam, quia à municipio fundum accepi. si à Sylla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. Video vos, Quirites, sicuti res ipsa cogit, commoueri vel legis, vel orationis impudentia: legis, quæ ius melius Syllanis prædiis constituat, quàm paternis: orationis, quæ eiusmodi causa insimulare quemquam audeat, rationes [c] Syllæ nimium vehementer defendere. At si illa solùm sanciret, quæ à Sylla essent data: tacerem: modò ipse se Syllanum esse confiteretur. sed non modò illis cauet, verùm etiam aliud quoddam genus donationis inducit: & is, qui à me Syllanas possessiones defendi criminatur, non eas solùm sancit: verùm ipse nouas assignationes instituit, & repentinus Sylla nobis exoritur. Nam attendite, quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. Patior. audio. Quid deinde? POSSESSA. Hæc [d] tribunus pleb. promulgare ausus est, vt, quod quisque post Marium & Carbonem, coss. possidet, id eo iure teneret, quo [e] optimo priuatum? etiámne si vi eiecit? etiámne si clàm, si precariò venit in possessionem? Ergo hac lege ius ciuile, cauę possessionum, prætorum interdicta tollentur. Nō mediocris res, neque paruum sub hoc verbo furtum, Quirites, latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam assignati, neque venditi, qui à paucis hominibus impudentissimè possidentur. his cauet, hos defendit, hos priuatos facit: hos, inquam, agros, quos Sylla nemini dedit, Rullus non vobis assignare vult, sed eis condonare, qui possident. Causam quæro, cur ea, quæ maiores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia quæsiuerunt, venire [f] patiamini, cùm ea, quæ vestra sunt, condonari possessoribus eádem lege videatis. Iam, totam legem, intelligetis, cùm ad paucorum dominationem scripta sit, ad Syllanæ assignationis rationes esse accommodatissimam. Nam socer huius, vir multùm bonus est: neque ego nunc de illius bonitate, sed [a] de genere impudentiæ disputo. Ille enim, quod habet, retinere vult: neque se Syllanū esse dissimulat. Hic, vt ipse habeat quod non habet, quæ dubia sint, per vos sancire vult: &, cùm plus appetat, quàm ipse Sylla quibus [b] ego rebus resisto, Syllanas res defendere criminor. Habet agros nonnullos, inquit, socer meus desertos, atque longinquos. vendet eos mea lege, quanti volet. habet incertos, ac nullo iure possessos: confirmabuntur optimo iure. habet publicos: reddam priuatos. denique eos fundos, quos in agro Casinati optimos [c], & fructuosissimos continuauit, cùm vsque eò vicinos proscriberet, quoad oculos de continuando [e], ex multis prædiis vnam fundi regionem, formámque perfecerit: quos nunc cum aliquo metu tenet, sine vlla cura possidebit. ¶ Et [f] quoniam, qua de causa & quorum causa ille hoc promulgauit, ostendit: doceat ipse, num ego quem possessorem defendam, cùm Agrariæ legi resisto, Siluam Scantiam vendis, resp. [g] possidet: defendo. Campanum agrum diuidis: vos estis in possessione: non cedo. Deinde Italiæ, Siciliæ, ceterarúmque prouinciarum possessiones, venaleis, ac proscriptas hac lege video: vestra sunt prædia, vestræ possessiones. resistam, atque repugnabo: neque patiar, à quoquam populum Rom. de suis possessionibus, me consule, demoueri[h], præsertim cùm vobis nihil quæratur. Hoc enim vos in errore versari diutiùs non oportet. Num quis vestrùm ad vim, ad facinus, ad cædem accommodatus est? nemo. Atqui ei generi hominum, mihi credite, Campanus ager, & præclara illa Capua seruatur: exercitus contra vos, contra libertatem vestram, contra Cn. Pompejum constituitur: contra hanc vrbem, Capua, contra vos, manus hominum audacissimorum, contra Cn. Pompeium, decem duces comparantur. Veniant coràm, &, quoniam me in vestram concionem, vobis flagitantibus, conuocauerunt, dissérant.

PRO

a Optimo iure prædia sunt, quæ optima conditione.*

b Crabræ aquæ meminit idem Cicero 16. *famiiar.* 12. ad Frontinum de aquæductib.*

c *fort.* cum rationes Syllæ.

d L. Hoc tribunus pl.

e L. quo quod optimo iure priuatum? etiámne si vi eiecit? P. B.

f L. venire hac lege patiamini.

a *L. sed de* generi impudentia disp.‖ ita emendat Manutius.*

b L. me, quib. ego reb.

c L. optimos & fructuosos contin. d *al.* oculis.* e Continuare oculos, est contendere longissimè.* f PERORATIO.*

g L. populus R. possidet.*

h *Hic vox* dimoueri.

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS[a] REO, ad Quirites.

ORATIO DECIMAOCTAVA.

SYNOPSIS.

Quæstio. *An Rabirius à crimine perduellionis sit absoluendus.* Accusator *T. Labienus pleb. cuius patruus Q. Labienus cum L. Apuleio Saturnino (hic vt Glauciam Consulem faceret, Memmium consularem virum candidatu interfecerat, quo nomine Consules ex SC. armati Saturninum persequuntur. E Capitolio, vbi conseg erat, Saturninus, cum fide publica descendisset in curiam, vt ciuili more causa tractaretur, lapidibus est obrutus: Glauciæ fracta cerui. Labienus casus caput Saturnino per ludibrium à Rabirio per conuiuia circumlatum) interfectus.* Reus *C. Rabirius:* Patronus Rabirij *Cicero:* Acta *(quod perduellionis causa esset) ad populum, Comitijs Centuriatis. Anno vrbis 690.* Euentus *Metellus Celer: Prator, & Augur, adsu vexillo à Janiculo remoto, populi scitum, qui in campo Centuriatim iudicabat, irritum fecit. Nec T. Labienus accusator eam quæstionem instaurare alio die curauit.*

a Cicero in Oratore. Ius omne retinēdæ maiestatis Rabirij causa continebatur. Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Addecundem in Pisonem.*

P. B. b EXORDIVM.*

ETSI b, Quirites, non est meæ cōsuetudinis, initio dicendi rationē reddere, qua de causa quēque defendā, propterea q. cū omnibus ciuibus in eorū periculis semper satis iustā mihi causā necessitudinis esse duxi: tamē in hac defensione capitis, famę, fortunarū[c] omniū C. Rabirij proponenda ratio videtur esse officij mei: propterea q. quæ iustissima mihi causa ad hūc defendendū esse visa est, éadē vobis ad absoluendū debet videri. Nā me cū amicitiæ vetustas, tū[d] dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum mœ vitæ perpetua consuetudo, ad C. Rabirium defendendum est adhortata: tum verò, vt id studiosissimè facerem, salus reip. consulare officium, consulatus denique ipse, mihi vnà vobiscum cum salute reip. commendatus, coegit. Non enim C. Rabirium culpa delicti, nō inuidia, vitæque turpitudo, non denique veteres, iustæ, grauésque inimicitiæ ciuium. in discrimē capitis vocauerūt: sed vt illud summum auxilium[e] maiestatis, atque imperij, quod nobis à maioribus est traditum, de rep. tolleretur: vt nihil post hac auctoritas senatus, nihil consulare imperium, nihil cōsensio bonorum contra pestē, ac pernicié ciuitatis valeret: idcirco in his rebus euertēdis vnius hominis senectæ, infirmitas, solitudóq. tētatae est. Quamobrem, si est boni[h] consulis, cùm cuncta auxilia reip. labefactari, conuelliq. videat ferre opē patriæ, succurrere saluti, fortunísq. communibus, implorare ciuium fidem, suam salutem posteriorem salute communi, ducere: est etiam bonorum, & fortium ciuium, qualeis vos omnibus reip. temporibus extitistis, interclud. re omneis seditionum vias, munire præsidia reip. summum[i] in consulibus imperium, summū in senatu consilium, putare: ea qui secutus sit, laude potiùs, & honore, quàm pœna, & supplicio dignū iudicarē[k]. Quamobrem labor in hoc defendendo, præcipuè meus est: studiū verò conseruandi hominis, commune mihi vobiscum esse debebit. Sic enim existimare debetis, Quirites, post hominum memoriam rem[l] nullam maiorem, magis periculosam, magis ab omnibus vobis prouidendam, neque à tribuno pleb.

c L. fortunarúmque omnium.
d C.R.*
e L. cùm dignitas hominis, cùm ratio humanitatis, cū mœ f L. est hortata:
g Id Senatusconsulto, exigenti tem, ore necessitate cautū est, ne quid detrimenti Respublica pateretur.*
P. XCI. h Consulis, illius.*
i L. summum esse in cons.
k lib. valg. iudicari, meado se.
l L. nullam rem m.

susceptam, neq. à consule defensam, neq. ad populum R. esse delatam. agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, quàm vt nullum sit post hac in rep. publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem, & audaciam: nullum extremis reip. temporibus perfugium. & præsidium salutis. Quæ cùm ita sint, primùm, quod in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarúmque omniū fieri necesse est, ab Ioue Optimo[a] Maxc. ceterísq. diis, deabúsque immortalibus, quorum ope, & auxilio, multo magis hæc resp. quàm ratione hominū, & consilio gubernatur, pacem, ac veniam petio: precórque ab iis vt hodiernum diem, & ad huius salutem cōseruandam, & ad remp. constituendam, illuxisse patiātur. Deinde vos, Quirites, quorum potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro, atque obsecro, quoniam vno tempore vita C. Rabirij hominis miserrimi, atq. innocētissimi, salus reip. vestris manibus, suffragisq. permittitur, adhibeatis in hominis fortunis miseri: cordiam, in reip. salute sapientiam, quam soletis. ¶ Nunc[b], quoniā T. Labiene, diligentiæ meæ, temporis angustiis obstitisti, méque ex comparato, & constituto spatio defensionis. in semihora[c] curriculum[d] coegisti, parebitur &, quod iniquissimum est, accusatoris conditioni: &, quod misertimum, inimici potestati. Quamquam in hac præscriptione semihoræ, patroni mihi parteis reliquisti, cōsulis ademisti: propterea quòd ad defendendum propemodum satis[e] erit hoc mihi temporis, verùm ad conquerē dum parū. ¶ Nisi fortè *de locis religiosis, ac deē lucis*, quos ab hoc violatos esse dixisti, plurib. verbis tibi respondendum putas. Quo in crimine nihil est vmquam abs te dictum, nisi à C. Macro obiectū est[f] crimen id C. Rabirio. In quo ego demiror, meminisse te, quid obieceris C. Rabirio Macer inimicus: obliti esse quid æqui, & iurati iudices iudicarint. *An de peculatu*[h] facto, an de tabulario incenso, lōga oratio est exprimenda[k] quo in crimine propinquus[l] C. Rabirij iudicio clarissimo C. Curtius pro virtute sua est honestissime liberatus: ipse verò Rabirius non modò in iudicium horum criminū, sed ne in tenuissimam quidé suspicionem verbo est vmquā vocatus,

a v.c. OPT. MAX.
b DISTRIBVTIO.*
c videtur in perduellionis iudicio, potestatem habuisse accusator præscribendi tēporis reo defendendi.*
P. B. d L. circulum coeg
e L. satis erit hoc mihi temporis, ad conquerendum, parum.
f CONFVTATIO criminum quæ obiecta Rabirio.*
g al. de labris ista Vitho.*
h al. paulatim an de tabulario &c.*
i Tabularij locus in quo tabulæ, acta, litteræ publicæ asseruntur: qualiata bula in Romæ in foro multa.*
k expromenda?
l L. propinquus C. Rabirij. P. B. Curtius iudicio clarissimo pro vir. in Pisonem.*

a L. respondendum est, quem ab hoc necatum esse dixisti, cum ad iud. m. f. f. exc. quæreretur?

P. XCII.

b Legem Fabiam de plagiariis intelligit cuius titulus in iure.*

c de lege Porcia. vide plura infra.*

d al. Campanæ.

e al. præscriptum id est autescriptū*

f DIGRESSIO*

g Regibus vrbe expullis nullū regiæ crudelitatis vestigium in populo esse voluerunt

h Libertas non acerbitate supplicio-rum, sed lenitate legū munienda.*

P. B.

i al. vincula.

k Comitia centuriata in campo martio aut ſpicatoloco*

l Cruces publicas in locis defixas dixi in Verrina.*

m Ne carnifex in conſpectu quemquam attingat.*

n Legis Porciæ meminit idem Cicero *Verrina de ſupplicijs*. Sallustius *in Catilina*. Livius 10. Porcia lex inquit, pro tergo ciuium lata, graui pœna, si quis verberasset, necassetve ciuem Romanū, sanxit. Valeria tamen nihil vltra quam improbe factum adiecerat.

o al. amouit:

An *de ſororis filio* diligentiùs respondendum[a] est? quem ab hoc necatum esse dixisti, cum ad iudicij moram familiaris funeris excusatio quæreretur. Quid enim est tã verisimile, quàm cariorem huic sororis maritum, quàm sororis filium fuisse atque ita cariorem, vt alter vita crudelissimè priuaretur, cũ alteri ad prolationem iudicij biduũm quæreretur? *An de ſeruis alienis contra legem* [b] *Fabiam retentis, aut de ciuibus Romanis contra legem* [c] *Porciam verberatis*, aut necatis, plura dicenda sunt, cũ tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari volũtate Campaniędvicinitatis ornetur? cũmque ad eius propulsandum periculũ nõ modò homines, sed propè regiones ipsę conuenerint: aliquanto etiam latiùs excitatæ, quàm ipsius vicinitatis nomen, ac termini postulabant? Nã quid ego ad id longam orationẽ cõparem, quod est in eãdẽ multæ irrogatione perscriptũ [e], hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse? Quin etiã suspicor, eò mihi, semihoram à Labieno præstitutã esse, vt ne plura de pudicitia dicerem. Ergo ad hæc crimina, quæ patroni diligẽtiam desiderant, intelligis mihi semihoram istã nimium longam fuisse. Illam alteram partem de nece Saturnini, nimis exiguam, atque angustam esse voluisti: quæ non oratoris ingenium, sed consulis auxiliũ implorat, & flagitat. ¶ Nam [f] de perduellionis iudicio, quod à me sublatũ esse criminari soles, meum crimẽ est, nõ Rabirij. Quod vtinam, Quirites, ego id aut primus, aut solus ex hac rep. sustulissem: vtinam quod ille crimẽ esse vult, proprium testimonium meæ laudis esset. Quid enim optari potest, quod ego mallem, quàm me in cõsulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse? [g] SED ISTA laus primùm est maiorũ nostrorum, Quirites, qui, expulsis è regibus nullum in libero populo vestigiũ crudelitatis regiæ retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum, infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt. Quamobrem vter nostrũm tandem, Labiene, popularis est? ũne, qui ciuibus Romanis in conſpectu populi [h] Libertas non acerbitate supplicio-rum, sed lenitate legũ munienda.* in conione ipsa carnificem, qui vincula [i] adhiberi putas oportere: qui in [k] campo Martio, comitijs centuriatis, auspicato in loco, [l] crucem ad ciuium supplicium defigi, & constitui iubes: an ego, qui funestari conciones contagione [m] carnificis vetat: qui expiandum forum populi Rom. ab illis nefariis sceleris vestigiis esse dicit: qui castum conciones, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Ro. integrũ ius libertatis defendo, seruari oportere? Popularis verò tribunus pl. custos, defensorq. iuris, & libertatis. Porcia [n] lex virgas ab omnium ciuium R. corpore amouit [o]: hic miserorum flagella retulit. Porcia lex libertatem ciuium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legẽ tulit, *Ne de capite ciuium R. iniussu vestro iudicaretur*: hic popularis à duumuiris, iniussu vestro, non iudicari de ciue R. sed indicta causa ciuem Ro. capitis condemnari coegit. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique homines popularis mentionẽ facis, qui non modò suppliciis inusitatis, sed etiã verborũ inauditata crudelitate, violare libertatẽ huius populi, temerare mansuetudinem, commutare disci-

plinam conatus es? Námq. hæc tua, quæ te hominem clementem, popularémq. delectant, I b *lictor* [c]: *colliga manus*: quæ non modò huius libertatis, mãsuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilij: sed Tarquinij [d], superbissimi atq. crudelissimi regis ista sunt cruciatus carminaq [e]: quæ tu, homo lenis, ac popularis, libentissimè commemoras. *Caput obnubito, arbori infelici* [f] *suspendito* [g]. Quæ verba, Quirites, iamptidem in hac rep. nõ solùm tenebris vetustatis, verùm etiã luce libertatis oppressa sunt. An verò, si actio ista popularis esset, & si vllam partem equitatis haberet, aut iuris, C. Gracchus eã reliquisset? Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C. Graccho, fratris: & tibi acerbior [h] eius patrui mors est, quem numquam vi listi, quàm illi, eius fratris, qui cum concordissimè vixerat: & similis viri tu vleisceris patrui mortẽ, atque ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere voluisset? & par desiderium sui reliquit apud populũ Rom. Labienus iste, patruus vester, quisquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? An pietas tua maior, quàm Gracchi? an animus? an consilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia? quæ si in illo minima fuissent: tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. Cùm verò his rebus omnibus C. Gracchus omneis vicerit, quãtum interest illum tandẽ inter te, atque illum interfectũ putas? Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex cõsisteret: quem non modò foro, sed etiam cælo i hoc, ac spiritu censoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt. Hic se popularem dicere audet, me alienum à commodis vestris: cùm iste omneis & suppliciorum, & verborum [k] acerbitates, non ex memoria vestra, ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis, atque ex regũ commentariis conquisierit: ego omnibus meis opibus, omnibus consiliis, omnibus dictis, atque factis repugnarim, & restiterim crudelitati? Nisi fortè hãc conditionem nobis esse vultis, quã serui, si libertatis spem propositam non haberent, ferre nullo modo possent. MISERA est ignominia iudiciorũ publicorũ, misera multatio bonorum, miserum exilium: sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigiũ libertatis. mors denique si proponitur, in libertate moriamur. carnifex verò, & obductio [m] capitis, & nomen ipsum crucis, absit nõ modò à corpore ciuium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omniũ rerum non solùm euentus, atque perpessio, sed etiam conditio [n], exspectatio, mentio ipsa denique, indigna ciue Romano, atq. homine libero est. An verò seruos nostros horũ suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna [o] vindicta liberauit? nos à verberibus, ab vno, crucis denique terrore, neque res gestæ, neque actæ ætas, neque nostri honores vindicabunt? Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, non tribunitia actione, sed regia, meo consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. Qua tu in actione, quamquam omnia exempla maiorum, omneis leges, omnem auctoritatem senatus, omneis religiones atque auspiciorum publica iura neglexisti: tamen à me hæc in

hoc

a L. Namque hæc tua sunt, hæc te hom.

b al. delectãt

Lictor, coll. similis formula apud Liuium 1. & 8.*

c Lictorẽ à ligando dicit hinc colligit Nonius c. 1. *in Liberis* 257 v. XCIII.

& carnificis officium ita functũ. Idem quoque putat Valerius Rufus 2. *de rebus per epistolam quæstis apud* 12. *Gell.* 3. quamquam ibidem. Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, lictorem à lino vel à litio dictum scripsit. Licio cum, seu lino, qui magistratib. præministrabant, cincti erant. plura vide apud Gell. d. loco Quid autem lictum, dixi *ad Festum in Licis & s. 1. inst. de oblig. quæ ex delicto & ad leg. xii. tabularum titulo de furtis.**

d *forte legendum* Tulli Hostilij. *Vide Liuium 1.**

e Sic apud Liuium: Lex horrendi carminis.*

f Arbores infelices, ficus atra, quæque baccam nigram, nigrósque fructus ferunt, sacrificium. Macro.

g Citatu à Nonio c. 4. *in suspensum* 466.*

h al. acerbior patrui mors est.*

i al. hoc exlo, ac sp.

k al. verberũ acerb.

l al. exsilium

m L. obnupcio capitis, & n. l & ita Pantagathus & Muretus. Nam 3. dixit obnubit.*

n *fort.* condicio, *licet* demittario.*

o Vide tit. ff. & C. de manumiss. vindicta.*

p L. liberabit.

a CONFIRMATIO.*

b L.ac de clarissimi viri, patrui tui, m. c. De Saturnini seditione & morte *vide epitomen Liuii 69. Appianum 1. ciuil. Plutarchum in Mario 3. Florum 36 Psi. inm c. 67. & 73. de viris illustribus 2. Valer. 3. Oro. 5.**

d Apostrophe ad quosdam in concione clamantes: quã mox sequitur contraria populi acclamatio.*

e *v.e.* perturbaturi

f *sul.* leuior

g Seditiosi nece, facinus pulcherrimũ appellat.*

h dixi plura ad *l. Is qui cõtra. Cõ. ad L. Cornel. de sicariis.**

i Iure interfectũ cõc.

k Pantagathus nihil de esse putat. *

l Vide 3. Valer. 3.*

m *Turbatos* omnes prætores præter Glauciam facit *Catilinaria 1.**

n L. præter Saturninum: omneis prætores, præter Glauciam:

P. B.

o Hac formula in rebus repẽtinis Consul vtebatur. *similia est in Cornelliana apud Asconium, Liuium 4. & 22. & Ciceronem 4. Tusculana in Pisonem & pro Sestio 2. Plutarchum Gracchis.**

p Glauciæ meminit *in oratione pro Rabirio Postumo. & in Bruto: sed & Valerius 3. c. 2.**

q *al.* Capitolium teneret armatus, effect vna C.Gl.

r L.atque ex ergastulo

s *al.* post eos cunctus senatus.*

t *al.* qui

u Ad arma vocare formula fuit veteribus vsitata. sic infrà ad arma ire *.

x *v.c.* M. Æmilius,

y M.Aemilius Scaurus, *vide 3. Valer. 2.*

hoc tam exiguo meo tempore non audies, liberum tempus nobis dabitur ad istam disceptationem. ¶ Nunc de Saturnini crimine, ac de clarissimi patrui tui morte dicemus. *Arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum:* & id C. Rabirius multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissimè defendente, antea falsum esse docuit. Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Vtinam hanc mihi facultatẽ causa concederet, vt possem hoc prædicare, C. Rabirij manu, L. Saturninum, hostem populi R. interfectum. Nihil me clamor d iste commouet, sed consolatur, cùm indicat esse quosdam ciues imperitos, sed non multos. numquam mihi credite, populus Ro. hic, qui silet, consulem me feciſſet, si vestro clamore perturbatum e iri arbitraretur, Quanto iam leuior est acclamatio! quin continetis vocem indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis? Libenter, inquam, confiterer, si verè possem, aut etiam si mihi esset integrum, C. Rabirij manu L. Saturninum esse occisum: & id facinus, pulcherrimum f esse arbitrarer: sed quoniam id facere non possum, confitebor id, quod ad laudem minùs valebit, ad crimen nõ minùs. Confiteor, interficiendi Saturnini causa, C. Rabirium arma cepisse. Quid est, Labiene? quam à me grauiorem confessionem, aut quod in hunc maius crimẽ exspectas? Nisi verò interesse aliquid putas inter eum, qui hominem occidit, & eum, quib cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit: arma sumta esse contra Saturninum, sine scelere non possunt. si arma iure sumta concedis: interfectum i iure concedas necesse est.

Paucula k quædam deesse videntur.

Fit S.C. vt C. Marius l, L. Valerius, consules, adhiberent tribunos pl. & prætores, quos eis videretur: operámque darent, vt imperiũ populi Ro. maiestáque conseruaretur. Adhibẽt omneis tribunos m pl. præter n Saturninum, præter Glauciam o: *qui P rempub. saluam esse vellent, arma capere, & se sequi iubent.* Parent omnes. ex ædificiis, armamẽtariisque publicis arma populo Ro. C. Mario consule distribuente, dantur. Hic iam, vt omittam cetera, de te ipso, Labiene, quæro: cùm Saturninus, capitolium q teneret, armatus esset vnà C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedib. atque a ergastulo Gracchus: addam (quoniam ita vis) eódem Q. Labienum, patruum tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus, coss. pòst r cùctus senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos Patres cõscriptos, qui nunc sunt, in inuidiam vocatis, quò facilius de hoc senatu detrahere possitis, laudare consueuistis: cùm equester ordo: at quorum equitum Romanorum, dij immortales! patrum nostrorum, atque eius ætatis, quæ t tum magnam partem reip. atque omnem dignitatem iudiciorum tenebat: cùm omnes omnium ordinum homines, qui in salute reip. salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepisse: quid tandem C. Rabirio faciẽdum fuit? De te ipso, inquam, Labiene quæro: cùm *ad* u *arma* consules ex S. C. *vocassent:* cum armatus M. x Æmilius y, princeps Senatus

A

tus in comitio cõstitisset: qui, cùm ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum, impedimento fore putabat: cùm deniq. Q. a Scæuula, confectus senectute, prepeditus morbo, mãcus, & membris omnibus captus, ac debilis, hastili nixus, & animi vim, & infirmitatem corporis ostẽderet: cùm L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnésque qui tũ erant, consulares, pro salute communi arma cepissent: cùm omnes prætores, cuncta nobilitas, ac iuuentus, accurreret, C. & L. Domitius, L. Crassus, Q. Mucius, C. Claudius, M. Drusus: cùm omnes Octauij, Metelli, Iulij, Cassij, Catones, Pompeij: cùm L. Philippus, L. Scipio, cùm M. Lepidus, cùm D. Brutus cùm hic ipse P. Seruilius, quo tu imperatore, Labiene, meruisti: cùm hic Q. Catulus, admodũ tum adolescens, cùm hic C. Curio: cùm deniq. omnes clarissimi viri cũ consulib. essent: quid tãdem C. Rabirium facere cõuenit? vtrùm inclusum, atque abditum latère in occulto, atque ignauiam suam tenebrarum, ac parietũ custodiis tegere: an in capitoliũ pergere, atq. ibi se cum tuo patruo, & ceteris, ad mortem propter vitę turpitudinem, confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scæuula, b cum bonis denique omnibus coire nõ modò salutis, verùm etiam periculi societatem? Tu denique, Labiene, quid faceres tali in re, ac tempore? cùm ignauiæ ratio te in fugã, atq. in latebras impelleret: improbitas, & furor L. Saturnini in capitolium accesseret: cõsules ad patriæ salutem, ac libertatẽ vocarẽt: quã tandem auctoritatem, quam vocem, cuius sectã sequi, cuius imperio parère potissimùm velles? Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid c patet? qui cum? quid propinqui vestri, equites Romani? quid omnis præfectura, regio, vicinitas vestra? quid ager Picentis vniuersus, vtrùm tribunitiũ furorẽ, an consularem auctoritatẽ secutus est? Equidem hoc affirmo, quod tu nũc de tuo patruo prædicas, neminem vmquã adhuc de sese esse confessum. nemo d est vmquam inuentus tam profligatus, tã perditus, tam ab omni nõ modò honestate, sed etiã simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. At fuit vester patruus. Fuerit: & fuerit nulla desperatione rerũ suarum, nullis domesticis vulneribus coactus: induxerit eũ L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam patriæ præponeret. idcircóne oportuit C. Rabirium desciscere à republica? nõ comparère in illa armata multitudine bonorum? consulum voci, atque imperio non obedire? Atqui videmus, hæc in rerum natura tria fuisse: vt aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latère, mortis erat instar turpissimæ: cum Saturnino esse, furoris, & sceleris: virtus, & honestas, & pudor cum consulibus esse cogebat. Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisset, si oppugnasset: turpissimus, si e reliquisset. At C. Decianus f, de quo tu sæpe commemoras, quia, cùm hominem omnibus insignem notis turpitudinis, P. Furiũ, accusaret summo studio bonorum omnium, queri8 est ausus in concione de morte Saturnini, condẽnatus est: & Sex. Titius, quòd habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condẽnatus est. *Statuerũt equites Romani illo iudicio*

B

C

D

E

F

C

H

a *al.* Q. Scæuola c.

P. XCV.

b L. Scæuola

c L. Quid patet qui cum? quid propinqui vestri, equites R. quid o. pr. r. v.c. vestra? quid ager Pic.

d L. nemo est inquã inuẽt

P. 2.

e L. reliquisset

f vide 8. Valer. 1. vbi damnatis addit Ciceronem pro L. Flacco.*

g Saturnini interfecti magnum odium apud Romanos.

improbum ciuem esse, & non retinendum in ciuitate, qui hominis, hostilem in modum seditiosi, imagine aut mortem eius honestaret, aut desiderio imperitorum misericordia commoueret, aut suam significaret imitanda improbitatis voluntatem. Itaque mihi mirum videtur, vnde hanc tu Labiene, imaginem, quam habes, inueneris. nam Sex.[a] Titio damnato, qui istam habere auderet, inuentus est nemo. Quod si tu audisses, aut si per ætatem scire potuisses: núquam profectò istam imaginem, quæ domi posita, pestem, atque[b] exsilium Sex. Titio retulisset, in rostra, atque in concionem attulisses, nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Sed in his rebus omnibus imprudentia láberis. causam enim fuscepisti antiquiorem memoria tua: quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses. qua in causa tute profectò fuisses, si per ætatem esse potuisses, eam causam in iudicium vocas. An non intelligis, primùm quos homines, & qualeis viros mortuos summi celeris arguas? deinde quot ex iis, qui viuunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? Nam si C. Rabirius fraudem capitalem admisit, quòd arma contra L. Saturnium tulit. huic quidem afferet aliquâ deprecationem periculi ætas illa, qua[c] tum fuit: Q. verò Catulũ, patrem huius, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit. M. Scaurum, illa grauitate, illo consilio, illa prudentia, duos Mucios, L. Crassum, M. Antonium, qui tum extra vrbem cum præsidio fuit: quorum in hac ciuitate longè maxima consilia, atque ingentia fuerũt: ceteros pari dignitate præditos, custodes, gubernatorésque reipublicæ, quemadmodum mortuos defendemus? Quid de illis honestissimis viris, atque optimis ciuibus, equitibus Romanis dicemus qui tum vnà cum senatu salutem reipublicæ defenderunt? quid de tribunis[d] ærariis, ceterorúmque ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi libertate ceperunt? Sed quid ego de iis omnibus, qui consulari imperio paruerunt, loquor? de[e] ipsorum coss. fama quid futurum est? L. Flaccũ, hominem cùm semper in republica, tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio, cæremoniisque, quibus præerat, diligentissimum, nefarij sceleris, ac[f] parricidij mortuum condemnabimus? adiungemus ad hanc legem, ignominiámque mortis, etiam C. Marij nomen? C. Marium, quem verè patrem patriæ, parentem, inquam, vestræ libertatis, atque huiusce reipublicæ possumus dicere, sceleris,[g] ac parricidij nefarij mortuum condemnabimus? Etenim, si C. Rabirio, quòd *iit ad arma*, crucem T. Labienus in campo Martio defigendam putauit: quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocauit? Ac si fides[a] Saturnino data est, quod abs te sæpissimè diciturnon eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit: idémque violauit, si in fide non stetit. Quæ fides. Labiene, qui potuit sine senatusconsulto dari? Adeóne hospes huiusce vrbis, adeóne ignarus es disciplinæ, consuetudinisque nostræ, vt hæc nescia? vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare? Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt[b]? quoniam sensu, & vita caret. Itáne verò? tantis in laboribus C. Marius, periculisque vixisset, si nihil longius, quàm vitæ termini postulabant, spe, atque animo de se, & gloria sua cogitasset? At credo, cùm innumerabileis hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione rempublicam liberasset, omnia sua secum vnà moritura arbitrabatur. Non est ita, Quirites: neque quisquam nostrùm in reipublicæ periculis cum laude, ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructúque ducatur. Itaque cùm multis aliis de causis virorum *bonorum mentes diuinæ*[c] *mihi, atque æternæ*[d] *videntur esse, tum maximè quòd optimi, & sapientissimi cuiusque animus ita præsentit in posterum, vt nihil, nisi sempiternum spectare videatur.* Quapropter equidem & C. Marij, & ceterorum virorum, sapientissimorum, ac fortissimorum ciuium, menteis, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem[e], & sanctimoniã demigrasse, testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus, ac pró patriis fanis, atque delubris propugnandum putare: ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minùs strenuè caperem, quàm illi pro communi salute ceperunt. Etenim, Quirites, exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. Quare, si eos, qui iam de vita decesserunt, ornabimus: iustiorem nobis mortis conditionem relinquemus. Sed, si illos, Labiene, quos iam videre non possumus, negligis: ne his quidé, quos vides, consuli putas oportere? Neminem esse dico ex iis omnibus qui illo die Romæ fuerint, quem tu diem in iudicium vocas, pubéque[f] tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules secutus sit. omnes ij, quorũ tu ex ætate coniecturam facere potes, quid tum fecerint, abs te rei capitis, C. Rabirij nomine, citantur. At occidit Saturninum Rabirius. Vtinam fecisset. non supplicium deprecarer, sed præmium[g] postularem. Etenim, si Sceuæ, seruo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data est: quod equiti Rom. præmium dari par fuisset? &, si C. Marius, quòd fistulas, quibus aqua suppeditabatur Ionis Optimi Maximi templis, ac sedibus, præcídi imperarat, quòd in cliuo Capitolino improborum[i] ciuium

Desunt, vt videre est, non pauca.

IN C.

a Meminit Valerius 8. c. 1.*

b *al.* atque exsilium

P. XCVI.

al. in qua tum fuit

d Tribuni ærarij, quib. militari pecunia adtributa.*

e *forte* ipsorũ consulum fama quid futurum est?

f L. ac parricidij

g L. sceleris, ac parricidij P. E.

a vide Plutarchum, Mario: Appianũ 1. ciuil.

b *al.* possunt quoniam sensu & vita carent?

c Mentes hominum diuinæ & sempiternæ.*

d Locus de immortalitate animorũ*

e *forte* regionem, ‖ *id est* locum, sedẽ*

P. XCVII.

f *forte* pubes qui tum fuerit.

g quale tyrannicidis constituisse solet.

h L. si Scæuæ.

i improborum ciuium multitudo sese collocarat, remp. seruasse ab vniuerso senatu iudicatus est: cur supplicium in eum constitueretur, & non potius præmium ei decerneretur qui improborum ducẽ sustulisset?

IN L. CATILINAM PRIMA HABITA IN SENATV.

ORATIO DECIMANONA.

SYNOPSIS.

Dissuadet Cicero, Catilinam coniurationis in Rempub. suspectum interfici: suadet vt abeat vel in exilium vel ad bellum aduersus patriam.

QVOSQVE[a] tandē abutêre, Catilina, patientia nostra? quandiu nos etiam[b] furor iste tuus eludet[c]? quem ad finem sese effrenata[d] iactabit audacia? nihilne te nocturnum[e] præsidium palatij, nihil vrbis vigiliæ[f], nihil timor populi, nihil cōsensus[g] bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum[k] ora[l], vultusque mouerunt? patêre tua cōsilia non sentis? constrictam iam omnium horū cōsciētia teneri coniurationē tuam non vides? quid proxima, quid superiore nocte egeris vbi fueris, quos[m] conuocaueris, quid consilij ceperis, quem nostrūm ignorare arbitraris? O tempora, ô mores! Senatus[n] hoc intelligit, consul videt: hic tamē viuit: Viuit? immò[o] verò etiam in senatum venit: fit publici cōsilij particeps: notat, & designat oculis ad cædem vnumquemque nostrūm. Nos autem, viri fortes, satisfacere reipublicę videmur, si istius furorem, acrem vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci, iussu consulis, iampridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omneis iamdiu machinaris. An verò vir amplissimus, P. Scipio[p], pontifex maximus, Ti. Gracchum, mediocriter labefactantē statum reipublicæ, priuatus interfecit: Catilinā[q] verò, orbem terræ cæde, atque incēdiis vastare cupientem, nos consules perferemus? nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Q. [r] Seruilius Hala[s] Sp. Melium[t], nouis rebus studentem, manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondā in hac rep. virtus, vt viri fortes acrioribus supplicijs ciuem perniciosum, quàm acerbissimū hostem coercerent. Habemus enim senatusconsultum in te, Catilina, vehemens, & graue: non deest reip. consilium, neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico apertè, consules desumus. Decreuit quondam senatus, vt L. Opimius consul videret[u], *nequid resp. detrimenti caperet*. nox nulla intercessit: interfectus [x] est propter quasdam seditionū suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre [y] natus, auis, maioribus: occisus est cum liberis M. Fuluius [z], consularis. Simili senatusconsulto, C. Mario, & L. Valerio, cos. s. *permissa est resp.* Namb vnum diem postea L. Saturninum, tribunum pl. & C. Seruilium mors à reip. pœna remorata est? At c nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. habemus[a] enim huiusmodi senatusconsultū, verumtamen[b] inclusum in tabulis, tamquam[c] gladium in vagina reconditū. quo de[x] senatusconsulto confestim[e] interfectū te esse, Catilina, conuenit. Viuis: & viuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciā. Cupio, P. C. me esse clementem: cupio in tantis reip. periculis nō[f] dissolutum videri: sed iam me ipsum inertiæ, nequitiæque condemno. Castra sunt in Italia contra rempub. in Etruriæ faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorē castrorum, ducémq. hostium, intra mœnia, atque adeo in senatu videmus, & intestinā aliquam quotidie perniciem reip. molientē. Si te iam, Catilina, cōprehendi, si interfici iussero: credo erit verendum mihi, ne non hoc potiùs omnes boni serius à me, quā quisquā crudeliùs factum esse dicant[h]. Verùm i ego hoc, quod iampridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor vt faciā. tū denique interficiam kte, cùm iam[l] nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inuenirī poterit, qui id nō iure factum esse fatea[m]tur. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, viues: & viues ita, vt nunc viuis, multis meis, & firmis præsidiis obsessus[l]: ne[n] commouere te contra remp. possis, multorū te etiam oculi, & aures nō sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur, atque custodient. Etenim quid est, Catilina, quod iam ampliùs exspectes, si neq. nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocē[m] coniurationis tuæ potest? si illustrantur[n], si erumpūt omnia? Muta iam istam mentem: mihi crede: obliuiscere cædis, atq. incendiorum. tenēris vndique: luce sunt clariora nobis tua cōsilia omnia: quę[o] etiam mecū licet recognoscas. Meminisline, me[p] ante diem xii. kalendas Nouemb. dicere in senatu certo die fore in armis, quos[q] futurus esset ante diem viii. kalend. Nouembreis. C. Manlium[q], audaciæ satellitem atque administrum tuæ? num me fefellit, Catilina, nō modò res tanta, tam atrox, tamq[r] incredibilis, verùm, id quod multo magis est a[s] mirandum, dies? Dixi ego idem in senatu, cædem te optimatum cōtuliſſe in ante diem v. kalēdas Nou. tum cùm multi principes ciuitatis Roma non tam sui cōseruandi, quàm tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentiæ circumclusum, commouere te contra remp. nō potuisse, cùm tu discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus, cæde contentum te esse?

a Huiusmodi apostrophe & interrogationes admodū mouent *Quintilianus 9 Hermogenes.*

b *v.c. non habet*, etiam.

c Eludere quibusdam videtur ludo hoc imponere: sed ego, ludendo ratione.

d *al.* effrenata fe.

e Periculosis temporibus præsidium patria imponi solitum.

f quibus præerant minores magistratus *Sallust.*

g Tumultum senatus decerebat *Dio. Plutarchus, Appianus.*

h *v.c.* concursus.

i templum Iouis Statoris

k *v.c.* ora horum

l aduenientē Catilinam nemo salutauit quin omnes abeo auersum Vide Sallustium.

m L. Senatus hæc intelligit. & *ita v.c.* Senatium habitum fuit quidam obiectant.

o L. immo verò in senatum venit & *ita v.c.*

p Nasica, Velleius, Plutarchus, Appianus ciuil.

q *al.* Catilinā orbem terræ &c.

r L. Q. Seruilius Anala. *al.* C. *Id enim præmonet hanc Seruilij.*

s XCVIII. f *Cicero pro domo Liuius 4. 5. Valer. 3. & 6. 3. 1. Fl. 26.*

t *al.* Mœlium vt 5. *Valer. 3. al.* Mactium vi 6. Valer 3.

u similis formula senatusconsulti defendendæ rei publicæ *apud Ciceronem 16. Familiar. 11. 18. Phil. Plutarchum, Ciceronem, Liuium 3. & epitoma 109. Sallustium Catilinar. Dionem 34. & 41.*

x *v.c* mox interfectus est.

y *al.* patre, auo, maioribus.

z Appianus 1. ciuil.

a permitti Rempublicam certis hominibus cōsuetum fuit apud Romanos, cuius exempla vide Philip. 5. & 8.

b L. Num vnum diem postea L. Saturnini, tribuni pl. & C. Seruilij, prætoris mortem, ac pœnam, eorum dignitas remota est?

c *al.* At vero nos.

d *v.c.* diem iam.

e *al.* statim

f L. me non dissol. & *ita v.c.*

g *v.c.* videtis

h L. dicat & *ita v.c.*

i *al.* Verumtamen ego hoc.

k *v.c.* te interficiam, *al.* interficere cum iam, &c.

l *duo v.c.* oppressus.

m *al.* voces

n ita Diomedes 1. c. 4. Carisius 2. *al.* illustrantur *vt fi illustrare, desierit erumpere al.* lustrantur & ita Nonius c. 4. in *illustrare* 277. *al. inlustrantur.*

o *al.* quæ si mecum licet.

p *al.* me in ante diem.

q *al.* Mallium

r L. tamque incredibilis,

diebas? Quid? cùm te Prænestæ Kalendis ipsis Nou. occupaturum nocturno impetu esse cõsideres: sensistine, illam coloniam meo iussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliisq.[a] esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non[b] modò audiam, sed etiam videam planéque sentiam. Recognosce[c] tandem mecum illam superiorem noctem. iam intelliges multo me vigilare acriùs ad salutem, quàm te ad perniciem reipublicæ. Dico te priori nocte venisse inter falcarios[e] (non agam obscurè) in M. Leccæ domum: conuenisse eò dem complureis eiusdem amentiæ, sceleris que socios. num negare audes? quid taces? conuincam, si negas. video enim esse hîc in senatu quosdam, qui tecum vna fuere. O dij immortales! vbinam gentium sumus? quam rempublicam habemus? in qua vrbe viuimus? Hic sunt, in nostro numero, P.C. in hoc orbis terræ sanctissimo, grauissimóque consilio, qui de meo, nostrúmque omnium interitu, qui de huius vrbis, atque adeò orbis terrarum exitio cogitent, hosce ego video consul, & de re p. sententiam rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondũ voce vulnero. fuisti igitur apud Leccam hac nocte Catilina: distribuisti partes Italiæ: statuisti quò quisque proficisci placeret: delegisti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres: descripsisti vrbis[m] partes ad incendia: cõfirmasti te ipsum iam esse exiturum: dixisti paululum tibi esse etiã tum moræ, quòd ego viuerem. Reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberarent, & sese illa ipsa nocte paullo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerẽtur. Hæc ego omnia, vix dum etiam cœtu vestro dimisso, comperi: domum meam maioribus præsidiis muniui, atq. firmaui: excluси eos, quos tu mane ad me salutatum[n] miseras. cùm illi ipsi venissent, quos ego iam multis[o] viris ad me venturos id tẽporis esse prædixeram. Quæ cùm ita sint, Catilina, perge quò cœpisti: egredere aliquãdo ex vrbe: patẽt portæ, proficiscere. nimiũ diu te imperatorẽ illa tua Manliana castra desiderant. educ tecum etiam omneis[p] tuos: si minùs, quàm plurimos, purga vrbem. magno[q] me metu liberabis[r], dummodo inter me, atque[s] te murus intersit. nobiscũ versari iam diutiùs non potes: nõ feram, nõ patiar, nõ sinam. Magna diis immortalibus habenda est gratia atq. huic ipsi Ioui Statori, antiquissimo custodi huius vrbis, quòd hanc tam tetram, tam horribilem, támque infestam reipublicæ pestem toties iam effugimus. non est[t] opius in uno homine salus[t] summa periclitãda reipublicæ. Quamdiu mihi, cõsuli designato, Catilina, insidiatus es, nõ publico me præsidio sed priuata diligentia defendi: cum proximis comitiis consularibus me consulẽ in campo, & competitores tuos interficere[u] voluisti, cõpressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio, & copiis, nullo tumultu publicè concitato: denique, quotiescumq. me petisti, per me tibi obstiti: quamquã videbam, pernicie meã cum magna calamitate reipublicæ futura. nũc iam apertè remp. vniuersam petis: tẽpla deorum immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuiũ, Italiã denique totã, ad exitiũ & vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod[x] primũ, atque huius imperij, disciplinæq; maio ripsum proprium est, facere nõ audeo: faciã id quod est ad serenitatem lenius, ad communẽ salutem vtilius. nã, si te interfici iussero, residebit in rep. reliqua coniuratorũ manus. sin tu (quod te iamdudũ hortor) exieris: exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna, & perniciosa sentina reip. Quid est, Catilina? num dubitas id, me imperante[b], facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex vrbe consul hostem iubet. interrogas me, num[c] in exilium? Non iubeo: sed si me consulis, suadeo. Quid[d] enim, Catilina, est, quod te iam in hac vrbe delectare possit? in qua nemo est, extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo[e], qui te non oderit? Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est? quod priuatarum rerum dedecus non[f] hæret infamiæ? quæ libido ab oculis, facinus à manibus vmquã tuis, quod[g] flagitium à toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti? Quid verò nuper, cùm morte superioris vxoris, nouis nuptiis, domum vacuam[h] fecisses, nõne etiam aliquo incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego prætermitto, & facilè patior sileri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse, aut non vindicata esse videatur. Prætermitto[i] ruinas fortunarum tuarum, quas omneis[k] impendere tibi proximis idibus[l] senties. ad illa venio, quæ non ad priuatam ignominiam vitiorum, non ad dedecus familiæ tuæ difficultatem, ac turpitudinem, sed ad[m] summã reip. atq. ad omniũ nostrũm vitam, salutẽmq. pertinent. Potestne[n] tibi huius vitæ hæc lux, Catilina, aut huius cœli spiritus esse iucundus, cùm scias, horum esse nemînem, qui nesciat, te pridie Kal. Ian. Lepido, & Tollo, cos. ss. stetisse in comitio cum telo? manũ consulum, & principum ciuitatis interficiendorũ causa, parquisse? sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuũ, sed fortunam[o] reipublicæ obstitisse? Ac iam illa omitto. neque enim sunt aut obscura, aut[p] nõ multo pòst commissa. quoties tu me designarum, quoties[r] me consulem interficere voluisti? quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, *corpore effugi*? Nihil agis, nihil[u] assequeris, nihil moliris, quod mihi latẽre[x] valeat in tẽpore: neq. tamen conari, ac velle desistis. Quoties iam, quoties is tibi exorta est sica? ista de manibus? quoties verò excidit casu aliquo, & elapsa est? tamẽ ea carere diutius nõ potes: quę quidẽ quibus[y] abs te initiata sacris, ac deuota sit, nescio, quòd eam necesse putas cõsulis in corpore defigere. Nunc verò, quæ tua est ista vita? sic enim iam tecum loquar, non vt odio permotus esse videar, quo debeo, sed vt misericordia, quæ tibi nulla debetur. Venisti paullò antè in senatum, quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis, ac necessariis salutauit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis expectas contumeliam, cùm sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod aduentu tuo ista subsellia, vacua[z] facta sunt? quid quòd omnes consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simulatque assedisti, partem istam subselliorum nudam, atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi

a *al.* vigiliis esse m.

b *fors* non modò non audiam,

c *al.* plenoq. d L. Recogno sce mecum tandem ili.

e Falcariorũ voce Prisc. ii. interpretatur locum vbi habitant falcarij. +

f *al* Leccæ.* g *fi duo tib. dixt al.* h negabis.

h *fi breuem ma nusmum habet* esse?

i *al.* qui de nostro omnium int.

k fecam.* l *duo v.c. illa nocte, & ita L.*

m L. parteis vrbis ad inc. *& ita v.c.*

n *al.* salutandum

o L. multis, & tummis vi ris *v.c. & ita duo v.c.*

p. B.

p *v.c.* omnis tuos:

q liberab; ris *al.* liberauc ris

r *v.c.* magno metu liberabis me.

s *al.* & te

t L. salus ſũmæ rei pub. periclitanda

u *al.* Iusker pub. periclitanda*

x *al.* occidere

x *al.* quod ei ſe primum & quod huius imperij. *al.* id quod primũ, & quod huius.*

y L. nondum audeo. *& ita v.c.*

z *al.* vacuefacta. *fors* vacuefactus.*

a *vnus v.c.* sin vero tu

b *vnus v. c.* Imperitante,

c L. num in exilium?

d L. Quid est enim, Catilina, quod

e L. nemo, qui non operiri *& ita v.c.*

f L. non hæret in fama? *fors al. & ita gast.**

g *v.c.* quod flagitium à corpore tuo toto abſu? ?

h *al.* vacuè fecisses *vt infra* vacuè fa*ct.al.* vacefacisses *vt infra* vacefacta.*

i *al.* Prætermitto fortunarum tuarũ ruinas.

k *v.c.* omnis

l *v.c.* ædibus

m L. ad ſummam remp. atque

n L. Potestne tibi hæc lux, Catil. *& ita v.c.*

o L. fortunã populi R. *& ita Prisc.**

p L. aut non multa, commiſſa poſtea *& ita v.c.*

P. B.

q *al.* poſtea. *ita Mur.v.c.**

r *v.c.* quoties vero con ſulem int.

ſ *q.v.c.* conatus es? *fal.* voluiſti vel conatus es? *& ita vt. Prisc.**

t L. cuaſſi *al.* exceſſi?

u *fors.* nihil ſequaris.

x *fors.* patere non ſole at in temp. Et quod me late que tamẽ *&c. fal.* quod me in tempo e neque tamen velle & cona ri deſiſtis.*

y L. quibus abs te initiata ſacris aut deuota ſit, n.

z *al.* vacuefacta. *al.* vacefacta. *fors.* vacuefeciſſes.*

tibi ferendam putas? Serui me hercle mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam [a] putarem: tu tibi vrbem [b] non arbitraris? &, si me meis ciuibus iniuria suspectum tam graui ter, atque offensum [c] viderem: carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem. tu cùm conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustũ, & [d] iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes, sensúsque vulneras, eorum adspectum, præsentiámque vitare? si te parentes timerẽt, atque odissent tui, neq. eos vlla ratione placare posses: vt opinor, ab eorũ oculis aliquò concederes: nunc te *patria, quæ communis est omnium nostrúm parens*, odit [e], ac metuit: & iãdiu te [f] nihil iudicat, nisi [g] de parricidio suo cogitare. huius tu neque auctoritatẽ verebere, neque iudiciũ sequêre, neque vim pertimesces? Quæ tecum, Catilina, sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum iam [h] tot annos facinus exstitit, nisi per te nullũ flagitium sine te: tibi vni multorũ ciuium neces, tibi, vexatio, direptióque sociorum, impunita fuit, ac libera: tu non solùm ad [i] negligendas leges, ac [k] quæstiones, verùm etiam ad leuertendas, perfringendásque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, vt potui, tuli. nũc verò me totam esse in metu propter te [m] vnum: quidquid increpuerit, Catilinam timeri: nullum videri contra me consilium iniri posse, quod à tuo sceleri abhorreat, non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe, si [n] verus, ne opprimar: sin falsus, vt tandem aliquando timere desinam. Hæc si tecum, vt dixi, patria loquatur, nónne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid, quòd tu te ipse in custodiam dedisti? quid, quod vitandæ suspicionis causa, apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? à quo nõ receptus, etiã ad me venire ausus es: atq., vt domi meæ te asseruarem, rogasti? [o] Cũ à me quoque id? [p] respõsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tutò esse tecum, qui magno in periculo essem, quod iisdẽ mœnibus contineremur: ad Q. Metellum prætorẽ venisti, à quo repudiatus, ad sodalem tuũ, virum optimum M. Marcellum demigrasti: quem tu videlicet & ad custodiẽdum te, diligentissimum, & ad suspicandũ, sagacissimum, & ad vindicãdum, fortissimum fore putasti. Sed *quam longè videtur à carere, atque à vinculis abesse debere, qui [q] se ipsum iam dignũ custodia iudicauerit?* [r] Quæ cùm ita sint, Catilina, dubitas, si hic emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras & vitã istam multis suppliciis iustis, debitísque ereptã, fugæ, solitudiníque mandare? Refer, inquis, ad senatum. Id enim postulas: &, si hic [s] ordo sibi placere decreuerit, te ire in [t] exsilium, obtemperaturũ esse dicis. Non referã id, quod abhorret à meis moribus: & tamen faciam, vt intelligas, quid hi de te sentiant. Egredere ex [u] vrbe, Catilina: libera rempublicã metu: in [x] exsilium, si hanc vocẽ exspectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attẽdis? ecquid animaduertis horũ silentiũ? patiuntur, tacẽt. quid exspectas auctoritatem loquentiũ quorũ voluntatẽ tacitorũ perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio, si fortissimo viro, M. Marcello dixissem: iã mihi cõsuli hoc ipso in templo iure optimo senatus

vim, & manus intulisset. de [a] te autem, Catilina, cùm quiescunt, probant: cùm patiuntur, decernunt: cùm tacent, clamant, neque his solùm, quorũ tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima: sed etiam illi equites Romani, honestissimi, atque optimi viri, ceteríque fortissimi ciues, qui circumstant senatũ: quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paullò antè exaudire potuisti. quorum ego vix abs te iamdiu manus, ac tela contineo: eosdem facilè adducã, vt te hæc, quæ iampridẽ vastare studes, relinquentem, vsque ad portas prosequãtur. Quamquã quid loquor? te vt vlla res frangat? tu vt vllam fugam meditere? vt vllum tu exsilium cogites? vtinam tibi istam mentem dij immortales donarent. Tametsi video, si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas inuidię nobis, si minus in præsens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, ac in posteritatem impendeat. Sed [d] est mihi tãti, dummodo ista priuata sit calamitas, & à reipublicæ periculis seiungatur. Sed vt vitiis tuis cõmoueare, vt legum pœnas pertimescas, vt tẽporibus reip. concedas, [e] non est postulandũ. Neque enim Catilina, is es, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Quamobrem, vt sæpe iam dixi, proficiscere: ac, si mihi inimico, vt prædicas, tuo conflare vis inuidiam, recta [f] perge in exsilium: vix feram sermones hominum, si [g] id feceris: vix molem istius inuidię, si in exsilium ierish iussũ consulis, sustinebo. sin autem seruire meæ laudi, & gloriæ mauis: egredere cum importuna sceleratorum manu: cõfer te ad Manlium: cõcita perditos ciues: secerne te à bonis: infer patriæ bellum: exsulta impio latrocinio, vt à me, non, eiectus, ad alienos: sed inuitatus, ad tuos isse videaris. Quamquam [i] quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos, quid tibi ad focum Aurelium præstolari tentur armati? sciã [k] pactam & constitutam esse cum Manlio diẽ? à quo etiam aquilam illam argẽteam, quam tibi, ac tuis omnibus perniciosam esse confido, & funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse præmissam? Tu vt illa diutius [m] carere possis? quàm venerari, ad cædem proficiscens, solebas? à cuius altaribus sæpe istam [n] dexteram impiam ad necem ciuiũ transtulisti? Ibis tandẽ aliquãdo, quò te iampridẽ tua ista cupiditas efrenata, ac furiosa rapiebat. neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna seruauit. nunquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti. nactus es ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, verùm etiam spe derelictis, conflatam improborum manum. Hîc tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exsultabis? quanta [o] in voluptate bacchabere, cùm in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis? Ad huius vitæ studium meditati? illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non modò ad obsidendum stuprum, verùm etiam ad facinus obeundum: vigilare nõ solùm ad insidiandum somno maritorũ, verùm etiam bonis occidiorum. Habes vbi [p] exercere

a Profectò hunc locum Diomedes lib. 1. cap. de verbor.

b L. tu vt vllam exilium cogites?

c L. damnet.

d al. Sed non est mihi tãti, dummodo ista tua priu. P. C. I. male Nã Catilinaria. 1. ita loquitur. Est mihi tãti Quirites, huius inuidiæ tempestatem subire, dummodo à vobis periculum depellatur.

e v.c. cecidit al. cedat via

f P.

g Sic libri vet. non pauci hoc loco. male id feceris.

h v.c. iuste consulis sed. fuit. & ita t.

i v.c. Quam quã quid ego te inuitem, quo iam sc.

k v.c. cum sciam p.

l L. ac tuis omnib. confido pernitiosam. ac funestam futurã.

m al. carere diutius p.

n v.c. istam impiam dextram

o L. quanta voluptate bacchabere,

p v.c. meditati sunt illi, qui f.

a v.c. esse relinquendam.

b v.c. vrbem non relinquẽdam arbi.

c al. infensum.*

d v.c. & diu tibi deb.

P. Cl.

e v.c. odit, & metuit: f al. de te.*

g L. nisi de parricidio suo cog.

h al. iam aliquot annis.*

i al. verte ndas. Vertit legem, qui legi fraudem facit: euertit qui tollit.*

k L. & quæstiones, & ita v.c.

l q.v.c. ad euincendas,

m al. vnius te,

n L. si verus est, ne oper. al. si est verus ac oppr.

o al. rogasti

p q.v.c. de respõsi.

P. R.

q v.c. qui se ipsum iam ef se dign.

r L. iudicarit & ita v.c.

s L. & si hic ordo placere decreuerit,

t L. in exsilium.

u v.c. Catilina ex vrbe:

x L. in exsilium

illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium: quibus te breui tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, cùm te à consulatu repuli [a] vt exiul potiùs tentare, quàm consul vexare rempublicam posses: atque vt id, quòd esset à te scelerate susceptum, latrocinium potius, quã bellum nominaretur. Nunc vt à me, P. C. quandam prope iustam patriæ querimoniam detester, ac deprecer, percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, & ea penitus animis vestris, mentibúsque mandate. Etenim, si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est carior: si cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli quid agis? túne eum, quem esse hostem comperisti: quem ducem belli futurum vides: quem expectari imperatorem [b] in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, conuocatorem seruorum, & ciuium perditorum, exire patieris, vt abs te non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbem esse videatur? nónne [c] hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? móne maiorum? At persæpe etiam priuati in hac republica pernicioso s ciueis morte multarunt. An leges, quæ de ciuium Romanorum supplicio rogatæ sunt? At nunquam in hac vrbe ij qui à republica defecerunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiam posteritatis times? Præclaram verò populo Romano refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omneis honorum gradus extulit, si propter inuidiam, aut alicuius periculi metum salutem ciuium tuorum negligis. Sed, si quis est inuidiæ metus, num [d] est vehementiùs seuerita-tis, ac fortitudinis inuidia, quàm inertiæ, ac nequitiæ pertimescenda? An [e], cùm bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt: tum te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum? His [f] ergo sanctissimis reipublicæ vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu iudicarem, P. C. Catilinam morte multari: vnius vitam horæ gladiatori isti ad viuendum non dedissem. Etenim, si summi viri, & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certè verendum mihi non erat, ne quid, hoc [g] parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quòd si ea mihi maximè impenderet: tamen hoc animo semper fui, *vt inuidiam virtute partam, gloriam, non inuidiam putarem.* Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quæ imminent, non videant: aut ea, quæ vident, dissimulent: qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, coniurationémque nascentem non credendo corroborauerunt [a], quorum auctoritatem secuti multi, non solùm improbi, verùm etiam imperiti, si in hunc animaduertissem, crudeliter, & regiè factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quò intendit, in Manliana castra peruenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem vno interfecto, intelligo hanc reipub. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quòd si se eiecerit, secúmque suos eduxerit, & cõdem ceteros vndique collectos naufragos aggregauerit [c]: exstinguetur, atque delebitur non modò hæc tam adulta reip. pestis, verùm etiam stirps, ac semen malorum omnium. Etenim iamdiu, P. C. in his periculis coniurationis, insidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quòd si ex tanto latrocinio [d] iste vnus tolletur: videbimur fortasse ad breue quoddam tempus cura, & metu esse releuati: periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis, atque in visceribus reip. Vt sæpe homines ægri morbo graui, cùm æstu, febríque iactantur, si aquam gelidam biberint, primò releuari videntur: deinde multo grauiùs, vehemẽtiúsq. afflictãtur: sic hic morbus, qui est in rep. releuatus istius pœna, vehementiùs viuis reliquis ingrauescet. Quare, P. C. secedant improbi, secernant se à bonis, vnum in locum congregẽtur: muro denique, id quod sæpe iam dixi, secernantur à nobis: desinãt insidiari domi suæ cõsuli, circumstare tribunal prætoris vrbani, obsidere [e] cum gladiis curiam, malleolos ad incendendam vrbem fabricentur, faciésque comparentur: sit denique inscriptũ in fronte vniuscuiusque [g] ciuis, quid de rep. sentiat. Polliceor [h] vobis hoc P. C. tãtam in nobis COSS. fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus R. virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, vt Catilinæ profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. Hisce omnibus, Catilina, cum summa reip. salute, & cum tua peste, ac pernicie, cúmque eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidióque [i] iunxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Iupiter, qui iisdem, quibus hæc vrbs, auspicijs à Romulo es constitutus: quem Statorem huius vrbis, atque imperij vere nominamus: hunc, & huius socios à tuis aris, ceterísque templis, à tectis vrbis, ac mœnibus, à vita, fortunísque ciuium [m] omnium arcebis: & omneis [n] inimicos bonorum, hosteis patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se ac nefaria societate coniunctos, æternis supplicijs viuos mortuósque mactabis.

IN L. CA-

---

a t. depoli] Diomedes l. cap. 9. cum à te consulatu repuli.

b t. imperatorem in castris hostium &c. v. c. in castris imperatorem hostium sentis, auctorem. P. CIII. c l. nõ hunc ea vinc.

d al. non est veh. & pertimescenda e al. Ant. refert hunc locum Diomedes cap. 4. Cæsi. 2. cap. de coniunct.

f l. His ego sanctissimis reip.

g l. hoc parricida ciuium interf.

a fort. Corroborarunt. P. R.

b antea egregiè. Regiè autem emendauit Victorius 6. familiar. 12. éstque nihil aliud quã τυραννικῶς

c v. c. aggregauit: fort. aggregarit:

d v. c. naufragio

e al. obsistere.*

f v. c. malleolos, & facies ad incendendam vrbem comp.

g al. vniuscuiusque, quid* P. CIII.

h L. polliceor hoc vobis, P. C.

i v. c. tantã in nobis fore diligentiam,

k L. cum summæ reip. salute, al. cũ reip. salute

l al. parricidióque. al. patricidio.*

m v. c. omnium ciuium.

n al. homines bonorum inimicos.

IN L. CATILINAM SECVNDA, AD QVIRITES.

ORATIO VICESIMA.

SYNOPSIS.

¶ Gratulatur de Catilina vrbe, sine sanguine ac cæde, ejecto. Hortatur Quirites ad vrbis defensionem & custodiam.

Pr. 8.

ANDEM aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem vobis, atq; huic vrbi ferrum, flammámq. minitantẽ, ex vrbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem [a] vrbe, prosecuti sumus. Abiit, excessit, euasit, erupit, nulla iã pernicies à monstro illo, atque prodigio mœnibus ipsis intra mœnia cõparabitur. Atq. hunc quidem vnum [b] huius belli domestici ducem sine controuersia vicimus. non [c] enim iam inter latera nostra sica illa versabitur: non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimescemus loco ille motus [d] est, cùm est ex vrbe depulsus, palàm iam cum hoste, nullo impediente, bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificéque vicimus: cùm illũ ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quòd verò non cruentum mucronem, vt voluit, extulit, quòd vius nobis egressus est, quòd ei ferrum de [e] manibus extorsimus, quòd incolumes ciues, quòd stantem vrbem reliquit: quanto tandem illum mœrore afflictum esse, & profligatum putatis? Iacet ille nunc prostratus [f], Quirites, & se perculsum, atque abiectum esse sentit, & retorquet oculos profectò sæpe ad hanc vrbem: quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quæ quidem lætari mihi videtur, quod tantam pestem euomuerit, foràsque proiecerit. At [g] si quis est talis, qualeis esse omneis oportebat, qui in hoc ipso, in quo exsultat, & triumphat oratio mea me vehementer accuset, quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potiùs, quàm emiserim: non est ita meâ culpa, Quirites, sed temporum, interemptum esse L. Catilinam, & grauissimo supplicio affectum iampridem oportebat: idque à me & mos maiorum, & huius imperij seueritas, & respublica postulabat. Sed quàm multos fuisse putatis, qui, quæ ego deferrem non [h] crederent? quàm multos, qui propter stultitiam non putarent? quam multos, qui etiam defenderent? quàm multos, qui propter improbitatem fauerent? Ac [i] si sublato illo depelli à vobis omne periculum iudicauerem: iampridem ego L. Catilinam non [k] inuidiæ meæ, verùm etiam vitæ periculo fustulissem. sed cùm viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam tum probata, si illum, vt erat meritus, morte multassem, force, vt eius socios inuidia oppressus persequi non possem: rem huc deduxi, vt tum palàm pugnare possetis, cùm hostem apertè videretis. Quem quidem ego [a] hostem, Quirites, quàm vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud [b] etiam molestè fero, quod ex vrbe parum comitatus exierit. Vtinam ille omneis secum suas copias eduxisset. Tongillum [c] mihi eduxit, quem [d] amare [e] in prætexta calumnia [f] cœperat: Publicium [g] & Munatium: quorum æs alienum contractum in popina nullum reipub. metum afferre poterat: reliquit quos viros? quanto [h] alieno ære? quàm [i] valentes? quàm nobiles? vos videtis. Itaque ego illum exercitum, ex [k] Gallicanis legionibus, & hoc delectu, [l] quem in agro Piceno, & Gallico Q. Metellus habuit, & his copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis [m], ex decoctoribus: ex iis, qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modò si aciem exercitus nostri, verùm etiam si edictum prætoris ostendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad cutiam, quos etiam in senatum venire: qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura mallem secum suos milites eduxisset: qui si hîc permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quàm hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos. Atque [n] etiam hoc magis sunt timendi, quòd, quid cogitent, me scire sentiunt: neque tamen permouentur. Video, cui [o] Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum. qui sibi has vrbanas insidias cædi, atque incendiorum depoposcerit, omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in senatu hesterno die: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid exspectant? nã [p] illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperauí futuram. Quod exspectaui, [q] iam sum assecutus, vt [r] vos omnes factam esse apertam coniurationem contra rempub. videretis. nisi verò si quis est, qui Catilinæ simileis cum Catilina sentire non putet. Non est iam lenitati locus: seueritatem res ipsa flagitat vnum etiam nũc concedam: exeant, proficiscantur. nec patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. dem. ôstrabo iter:

a vrbem v.c. ego Quirites hostẽ, quàm

b L. etiam illud mol. & ita v.c.

c v.c. Tongilium m. [l] al. Longinũ. Is enim à Sallustio nominatur.*

d L. quem amare in prætexta cœperat.

e al. amare prætextatum in Gallia cœperat.*

f al. kalumnia.*

g Panthera tus, Publicii Minatii quos viros* quàm valentes, quàm nobiles, quorum æs alienum cõtractum in popinam, nullum afferre Reipublicæ motum poterat.*

h L. quanto ære alieno obstrictos? q. al. quãto ære alieno oppressos? q.

i v.c. quàm valẽtis? quã nobilis? Itaq. ego ill.

k L. prætæ Gallicanis legionib. & hoc delectu, quem

l v.c. dilectum L. mendiculis, & decoctoribus: al. mediastinis, & decoct.

n L. Atq. hoc etiam magis sunt t. al. Atque hoc etiã sunt timendi magis.

o L. cui sit Apulia attributa q.

p v.c. profugit. quid exspectant.

q L. tatem eã Carisio li. 2. c. de coniuratione: Diomed. lib. 6.

r v.c. vt vos omnes aperte esse factam coniurationem contra rẽp. vid. & ita L.

Aurelia via profectus est. si accelerare vo-
a. v.c. ad ve-peram
lent, ad [a] vesperum consequentur. O fortu-
natam remp. siquidem hanc sentiam huius
vrbis eiecerit! Vno mehercule Catilina ex-
hausto, relevata mihi, & recreata resp. videre-
tur. Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut
excogitari potest, quod non ille conceperit?
quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis
b. L. quis pa-tricida, P. CVI. latro, quis sicarius, quis [b] parricida, quis te-
stamentorum subiector, quis circumscriptor,
c Citatur à Nonio in Ga-nego. quis ganeo, [c] quis nepos, quis adulter, quæ mu-
lier infamis, quis corruptor iuuentutis, quis
corruptus, quis perditus inueniri potest, qui
se cum Catilina non familiarissimè vixisse fa-
teatur? quæ cædes per hosce annos sine illo
facta est? quod nefarium stuprum non per
d. L. quæ tan-ta. vmquam in vllo hom. & ita v.c. illum? Iam verò quæ [d] tanta in vllo vmquam
homine iuuentutis illecebra fuit, quanta in
illo? qui alios ipse amabat turpissimè, alio-
rum amori flagitiosissimè seruiebat: aliis fru-
ctum libidinum, aliis mortem parentum,
non modò impellendo, verùm etiam adiu-
uando, pollicebatur. Nunc verò quàm subitò
non solùm ex vrbe, verùm etiam ex agris
ingentem numerum perditorum hominum
e. al. sed ne-vllo quidem ita ang. collegerat? nemo, non modò Romæ, sed [e] nec
vllo in angulo totius Italiæ oppressus ære a-
lieno fuit, quem non ad hoc incredibile sce-
leris fœdus adsciuerit. Atque, vt eius diuersa
studia in dissimili ratione perspicere possitis,
nemo est in ludo gladiatorio paullo ad faci-
nus audacior, qui se non intimum Catilinæ
f. v.c. Catili-næ fatetur. [f] esse fateatur: nemo in
g. al. in sce-na leu. [g] scena leuior, & ne-
quior, qui se non eiusdem propè sodalem
h. L. Atq; idē tamē stupro-rum, & scele-rum exercita-tione, assuefa-ctus frigori, & fam, & si-ti, & vigiliis per-ferendis, fortis ab istis præd icabatur. fuisse commemoret. Atque [h] idem tamen,
stuprorum, & sceleru exercitatione assuefactus frigore & fame, & siti, ac vigiliis per-
ferendis, fortis [i] ab his istis suis sociis prædi-
cabatur, cùm industriæ subsidia, atque instru-
menta virtutis, in libidine, audaciáque con-
sumerentur. Hunc verò si sui fuerint comi-
tes secuti: si ex vrbe exierint desperatorum
hominum flagitiosi greges: ô nos beatos, ô
remp. fortunatam, ô præclaram laudem con-
sulatus mei! Non enim tam sunt [l] medio
i. al. fortis à suis prædi-cab. cres hominum libidines, non humanę auda-
k. L. consume ret. & ita v.c. ciæ, ac tolerandæ: nihil cogitant nisi cæ-
l. v. c. me-diocres sunt homin. deis, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia
sua profuderunt: fortunas suas obligurrie-
P. B. m. al. obligur-rierunt: v.c. obligauerūt. n. n. placet. runt [m] res eos iampridem, fides deficere nu-
per cœpit: eadem tamen illa quæ erat in a-
bundantia, libido permanet. Quòd si in vino,
& alea comissationes [n] solùm, & scorta quæ-
n. al. comissa-tores. rerēt: essent illi quidē desperandi, sed tamen
essent ferēdi. hoc verò quis ferre possit, iner-
o. L. ebrios sobr. & ita v.c. teis homines fortissimis viris insidiari, stultis-
simos prudentissimis, ebriosos [o] sobriis, dor-
mienteis vigilantibus? qui mihi accubantes
p. v.c. confer-ti cibo, in conuiuiis, complexi mulieres impudicas,
vino languidi, confecti [p] cibo, sertis redimi-
ti, vnguētis obliti debilitati stupris, eructant
sermonibus suis cædem bonorum, atque vr-
bis incendia. Quibus ego confido impendere
q. v.c. & pœ-nam iamdiu, &c. libidini debitam, fatum aliquod & [q] pœnas iamdiu improbi-
tati, nequitiæ, sceleri, libidini debitas, aut in-
stare iam planè, aut certè iam appropinquare.
Quos si meus consulatus, quoniam sanare
non potest, sustulerit: non breue nescio quod
r. v.c. Nulla enim est n. tempus, sed multa sæcula propagarit reipub.
Nulla [r] est enim natio, quam pertimesca-
s. v.c. facere possit. & ita l. mus: nullus rex, qui bellum populo R. in-
ferre [s] possit, omnia sunt externa, vnius vir-
tute, terra, mariq. pacata. domestico bellum
manet: intus insidiæ sunt: intus [a] inclusum pe-
a. fort. intus periculū est. riculum est: intus est hostis cum luxuria no-
bis, cum amentia, cum scelere certādum est.
Huic ego me bello ducē profiteor, Quirites:
susscipio inimicitias hominū perditorū, quæ
sanari poterunt, quacumq. [b] ratione sanabo.
b. al. quaque rat. iam. quæ resecāda erunt, nō patiar ad pernicie ci-
uitatis manare [c]. Proinde aut excāt, aut quie-
c. v.c. pernā-nare. scant: aut, si & in vrbe & in eadem mente
permanent: ea quæ merentur exspectent.
¶ At etiam sunt Quirites, qui dicant, à me in-
d. L. eiectum in exsilium esse. exsilium eiectum esse Catilinam. Quod ego
si verbo assequi possem, istos ipsos eiicerem,
qui hęc loquuntur. Homo enim videlicet ti-
midus, & permodestus vocem consulis ferre
non potuit: simul atq. ire in exsilium iussus
P. CVIP. e. L. paruit, quieuit. Hē-herno die, &c. est, paruit [e]. Quid, quòd hesterno die, cùm do-
mi meæ pæne interfectus essem: senatum in
ædem Iouis Statoris vocauissem omnem ad
patres conscriptos detuli. quò cùm Catilina
venisset: quis eū senator appellauit? quis salu-
tauit? quis deniq. ita adspexit, vt perditum ci-
uem, ac non potius, vt importunissimum ho-
stem? Quinetiam principes eius ordinis par-
tem illam subselliorum, ad quam ille accesse-
rat, nudam, atque inanem reliquerunt. Hic
ego vehemēs ille consul: qui verbo ciueis in
exsilium eiicio, quæsiui à Catilina, nocturno
g. al. anno-cturno con-uentu [g] conuentu apud M. Leccā h fuisset, nec ne. Cùm
h. al. Lecam-i. lib. v.c. non habent, vbi fuisset, ille homo audacissimus, conscientia convi-
ctus, primò reticuisset: fatefeci cetera: quid
ea nocte egisset, vbi fuisset, quid in proxima
k. L. quid in proximam constit. constituisset, quemadmodum esset ei ratio
totius belli descripta, docui. cùm hæsitaret,
l. v. c. cùm teneretur. & ita L. cùm [l] cunctaretur: quæsiui, [m] quid dubitaret
m. al. interrogauit num dubitaret. Ita citatur à Carisio 2. c. de coniura-tione. eò proficisci quò iampridem pararat: [n] cum
n. al. pararet. arma, cùm secureis, cùm fasceis, cùm tubas,
cùm signa militaria, cùm Aquilam illam ar-
genteam, cui ille etiam sacrarium scelerum
domi suæ fecerat, scirem esse præmissam. In
o. L. esse in bellum vi-debam. & ita v.c. exsilium eiiciebam, quē iam ingressum in [o]
bellum esse videbam? Etenim, credo P. Man-
lius iste, centurio, qui in agro Fesulano castra
posui, bellum populo Ro. suo nomine, indi-
xit: & illa castra nunc non Catilinam ducem
p. L. credo, ita te centurio, exspectant: & ille eiectus in exsilium, se Mas-
siliam, vt aiunt, non in hæc castra conferet. O
conditionem miseram, non modò adminis-
trandæ, verùm etiam conseruandę reip. Nūc
si L. Catilina, consiliis, laboribus, periculis
meis circumclusus, ac debilitatus, subitò per-
timuerit, sententiam mutauerit, deseruerit
suos, consilium belli faciundi abiecerit, ex
P. B. q. L. atque exsilium hoc cursu sceleris, & belli iter ad fugam atq. [q]
in exsilium conuerterit: non ille à me spolia
r. q.v.c. ob-stupefactus, ac perterr. tus armis audaciæ, non obstupefactus [r], ac per
territus mea diligentia, non de spe, conatū-
que depulsus, sed indemnatus, innocens, in
exsilium eiectus à consule, vi, & minis esse di-
cetur: & erunt, qui illum, si hoc fecerit, non
improbum, sed [s] timidum: me non diligen-
s. L. sed mi-serum. & ita omnes v.c. tissimum consulem, sed crudelissimum tyran-
num existimari velint. Est mihi tanti, Quiri-
tes, huius inuidię falsæ, atque iniquæ tempe-
statem subire, dummodo à vobis huius horri-
bilis belli, ac nefarij periculū depellatur. Di-
catur sanè eiectus esse à me, dummodo eat
in exsilium, sed mihi credite, non est iturus.
t. q. lib. v. non habent. Quirites, [t] Numquam ego à diis immortalibus optabo,
Quirites, inuidiæ meæ leuandæ causa, vt L.
u. q. lib. v. re-leuandæ. Catilinam ducere exercitum hostium, atq. in
armis

armis volitare audiatis:sed triduo tamen audietis,multóque magis illud timeo, ne mihi sit inuidiosum aliquando quòd illum emiserim,potiùs [a],quàm q̃ eiecerim : sed cùm sint homines , qui illum , cùm profectus sit , ejectum esse dicant,iidé si interfectus esset,quid dicerent?Quamquam isti,qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quàm verentur.Nemo est istorum tam misericors,qui illum ad Manlium,quàm ad Massilienseis ire malit. Ille autem si mehercule hoc,quod agit numquam antè cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet,quàm exsulem viuere.nunc verò , cùm ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem,cogitationémque acciderit , nisi q̃ viuis nobis Roma profectus est:optemus potiùs , vt eat in exsilium: quàm queramur.¶Sed cur tamdiu devno hoste loquimur: & de eo hoste,qui iam fatetur se esse hostem : & quem, quia, quod semper volui,murus interest,non timeo : de his,qui

B. CVIII.

dissimulant,qui Romæ remanent, qui nobiscum sunt,nihil dicimus? Quos quidem ego,si vllo modo fieri posset [b],non tam vlcisci studeo,quàm sanare [c],& ipsos placare reip.neq. id quare fieri non possit si me audire voluerint[d],intelligo. Exponam enim vobis,Quirites , ex quibus generibus hominum istæ copiæ comparentur:deinde singulis medicinam consilij,atque orationis meæ,siquam potero, afferam.¶Primum [e] est eorum,qui magno in ære alieno , maiores [f] etiam possessiones habent : quarum amore adducti,dissolui nullo modo possunt. Horum hominum species est honestissimæ : sunt enim locupletes : voluntas verò & causa impudentissima.Tu agris,tu ædificiis,tu argento,tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copiosus sis : & dubites aliquid [g] de possessione detrahere , ac [h] fidem acquirere?Quid enim exspectas?bellum?quid ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas ? [i] an tabulas nouas? errant , qui istas à Catilina exspectant. meo beneficio tabulæ nouæ proferentur:verum auctionariæ. Neque enim isti, qui possessiones habent,alia ratione vlla salui esse possunt. Quod si maturiùs facere voluissent, neque(id quod stultissimum est)certare cum virtutis fructibus prædiorum: locupletioribus [k] his,& melioribus ciuibus vteremur.Sed hoc homines minimè puto pertimescendos,quaut deduci de sententia possunt [l]: aut si permanebunt,magis mihi videntur vota facturi contra remp.quàm arma laturi.*Alterum* [m] genus est eorum,qui quamquam premuntur ære alieno,dominationem tamen exspectant [n]: rerum potiri volunt: honores , quos quieta rep.desperant,perturbata consequi [o] se posse arbitrantur. Quibus [p] hæc præcipiendum videtur, vnum scilicet & idé, quod [q] ceteris omnibus, vt desperent, se id , quod conantur, consequi posse : primùm omnium me ipsum vigilare, adesse , prouidere reip.deinde magnos animos esse in bonis viris,magnam cõcordiam, maximam multitudinem , magnas præterea copias [r] militum:deos denique immortales huic inuicto populo clarissimo imperio,pulcherrimæ vrbi,contra tantam vim sceleris,præsentes [s]auxilium esse laturos. Quòd si iã sint id,quòd cum summo furore cupiũt, adepti:num illi in cinere vrbis,& [t] sanguine ciuium, quæ meate conscelerata, ac nefaria concupierunt [a], se consules [b], ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros ? non vident se [c]cupere id,quod si adepti fuerint,fugitiuo alicui,aut gladiatori concedi sit necesse?*Tertium* genus est ætate iam confectum dexercitatione robustum : quo ex genere est [e] ipse Manlius,cui nunc Catilina successit [f].Hi sunt homines ex iis coloniis, quas [g] Fesulis Sylla constituit : quas [h] ego vniuersas, ciuium esse optimorum , & fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni,qui se inspera-

C

tis repentinisq.[i]pecuniis sumtuosiùs insolentiúsq.iactarunt.hi dum ædificant , tamquam beati:dum [k] prædii ,lecticis,familiis magnis, conuiuiis,apparatibus delectantur,in tantum æs alienum inciderunt,vt,si salui esse velint, Sylla sit iis ab inferis excitandus , qui etiam nonnullos agresteis,homines tenueis, atque egenteis , in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego vtrosq.Quirites:in eodem genere prædatorum,direptorúmque pono. Sed eos hoc moneo, desinant furere , ac proscriptiones , & dictaturas cogitare.Tantus enim illorũ rẽporum dolor inustus est ciuitati,vt iam ista non modò homines,sed ne pecudes quidem mihi passurę esse videantur. *Quartum* genus est sanè varium&c mistum,& turbulentum:qui iampridem premuntur:qui numquam emergent [m]: qui partim inertia , partim malè gerendo negotio, partim etiam iuuentutis, in vetere ære alieno vacillant:qui vadimoniis,iudiciis,proscriptionibus [n] bonorum defatigati , permulti & ex vrbe,& ex agris se in illa castra cõferre dicũtur.Hosce [o]ego non tam milites acreis,quàm infitiatores lentos esse arbitror,qui homines primùm si stare non possunt,corruant:sed ita vt non modò ciuitas , sed ne vicini quidem proximi sentiãt.nã illud nõ intelligo,quamobrem, si viuere honestè non possunt, perire[p]turpiter velint:aut cur minore dolore perituros se cum multis , quàm si soli pereant, arbitrentur. *Quintum* genus est paricidarum[q] sicariorum,deniq.omnium facinorosorũ: quos ego à Catilina non reuoco,nam [r]neq.diuelli ab eo possunt: & pereant sanè in latrocinio, quoniam sunt ita multi,vt eos capere carcer non possit. *Postremum* autem genus est,non solùm numero , verùm etiam genere ipso , atque [s]vita:quod proprium est Catilinæ,de[t]eius delectu,immò verò de complexu eius,ac sinu:quos pexo capillo,nitidos,aut imberbeis aut bene barbatos videtis:manicatis [u],& [x]talaribus,ac tritis tunicis,velis amictos non togis [y] : quorum omnis industria vitæ, & vigilãdi labor in antelucanis cenis expromitur. in his gregibus omnes aleatores,omnes adulteri , omnes impuri, impudicique versantur. hi pueri tam lepidi,ac delicati,non solùm amare,& amari,neq.[z] cantare,& [aa] saltare,sed etiam ficas vibrare,& spargere venena didicerunt:qui nisi exeunt,nisi pereunt,etiam siCatilina perierit,sciote hoc in rep.seminariũ Catilinariũ futurũ. Verumtamẽ quid sibi isti miseri volunt : num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi?quemadmodũ autẽ illis carere poterunt,his præsertim iam noctibus? quo autem pacto illi Apenninum,atque illas pruinas , ac niueis perferent ? nisi idcirco se faciliùs hiemem roleraturos putant,quòd [cc] in conuiuiis nudi saltare didicerunt.O bellũ magnoperè pertimescendum . cùm hanc sit

a *q.v.c.* concupiuerunt,
b L.consules sc, aut d ctatores,&c. *& ita v.c.*
c *L.*Id se cupere, quod si adepti sint fug. *& ita v. c.*
d *v.c.*affectũ, sed tamen exercit.*al.v.c.* effœtum, sed tamen exer.
e *v.c.*iste est, *& ita L.*
f *v.c.*succedit.
g *al.*quos.*al.* quas Sylla constituit.*
h *al.*quos ego vniuersos
i *L.*ac reperiens pec.
k *L.*dum prædiis lectis,familiis magnis conuiuiis apparatu delect *& ita v.*

P. CIX.

l *al.*& mixtũ & turb.
m *v.c.*emergunt. *al.*se emergunt.
n *v.c.*proscriptione.
o Citatur hic locus a Ticciano lib. 12. de figura.*
p *v.c.*turpiter perire velint.
q *lib.vul.*paricidarum.
r *L.*nam neque ab eo deuelli poss.
s *L.*atque vita proprium Catilinæ,
t *L.*de eius dilectu immo verò,&c.
u *L.*manicatis,& talaribus tunicis : velis amict. *& ita v.c.*
x manicatis ac talaribus tunicis,ita legitur apud Nonium 14. in Tunica. *vbi* Tunica vestimentum sine manicis.*
y citatur à Nonio in verbo toga.*
z *v.c.*neque saltare,& cãtare,sed
aa *al.*& psallere,
bb *v.c.*scitote in rep. Tem. Catil.

P. B.

cc *L.* quòd nudi in conuiuiis saltarint *& ita v.c.*

habiturus Catilina scortatorum [a] cohortem prætoriam. Instruite nunc, Quirites, contra has tam præclaras Catilinę copias vestra præsidia, vestrosque exercitus: & primùm gladiatori illi confecto & saucio, consules, imperatoréq. vestros opponite: deinde contra illam naufragorum iectam,ac [b]debilitatam manum, florem totius Italiæ, ac robur educite. iam verò vrbes [c] coloniarum, ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis [d] siluestribus. Neque verò ceteras copias,ornamenta, præsidia vestra, cum illius latronis inopia,atque egestate debeo [e] conferre. Sed,si omissis his rebus omnibus [f],quibus nos [g]suppeditamus, eget ille, senatu, equitibus R. populo [h],vrbe,ærario, vectigalibus, cuncta Italia, prouinciis omnibus, exteris nationibus, si, [i] inquam, his rebus omissis, ipsas causas, quę inter se confligunt,contendere velimus: ex eo ipso,quàm valdè illi iaceant,intelligere possumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia,illinc stuprum:hinc fides,illinc fraudatio:hinc pietas,illinc scelus:hinc constantia,illinc furor: hinc honestas: illinc turpitudo: hinc continentia:illinc libido,denique [k] equitas, temperantia,fortitudo, prudẽtia,virtutes omnes certant cum [l] iniquitate,cum luxuria,cum ignauia,cum temeritate, cum vitiis omnibus: postremò copiæ [m] cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. In eiusmodi certamine ac prœlio,nónne, etiam si hominum studia deficiant,dij ipsi immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus,tot, & tanta vitia superari? ¶ Quæ cùm [n] ita sint,Quirites,vos,quemadmodum iam [o] antea dixi, vestra tecta custodiis,vigiliisque defendite:mihi,vt vrbi sine [p] vestro motu, ac sine vllo tumultu, satis esset præsidij, consultum, ac [q] prouisum est. Coloni omnes, municipésque vestri, certiores à me facti de hac nocturna excursione Catilinæ, facilè vrbeis suas, finesque defendent: gladiatores,quam [r] sibi ille maximam manum, & certissimam, fore putauit, quam quam meliore [f] animo sunt,quàm pars patriciorum, potestate tamen in vestra [t] continebuntur,Q. Metellus:quem [u] ego perspiciens hoc,in agrum Gallicanum [x] Picenúmque præmisi,aut opprimet hominem,aut omneis eius motus, conatúsq. prohibebit,reliquis autẽ de rebus constituendis,maturandis,agendis,iam ad senatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos, qui in vrbe remanserunt, atque adeò qui contra vrbis salutem,omniúmque vestrũm in vrbe à Catilina relicti sunt,quamquam sunt hostes,tamen quia nati sunt ciues, monitos etiam, atque etiam volo. Mea lenitas adhuc sicui solutior visa est,hoc expectauit,vt id,quod latebat,erumperet, quod reliquum est, iam non possum obliuisci, meam hanc esse patriam,me horum esse consulem: mihi aut cum his viuendum,aut pro his esse moriendum. nullus est portæ [a] custos, nullus insidiator viæ: siqui exire volunt, consulere sibi possunt:qui [b] verò in vrbe se commouerit,cuius ego nõ modò factum,sed inceptum vllum,conatúmve contra patriam deprehendero:sentiet in hac vrbe esse consules [c] vigilanteis,esse egregios magistratus,esse fortem senatum,esse arma,esse carcerem:quem vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt. Atq. hæc omnia sic agentur, Quirites, vtd res maximo minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum, ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum, ac [e] maximum,me vno togato duce & imperatore, sedetur, quod ego sic administrabo, Quirites,vt si vllo modo fieri poterit,ne improbus quidem quisquã in hac vrbe pœnam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestę audacię,si impendens patrię periculum me necessariò de hac animi lenitate deduxerint:illud profectò proficiam, quod in tanto, & tam insidioso bello vix optandum videtur [f],vt ne quis bonus intereat,paucorũmque pœna vos omnes iam [g] salui esse possitis. Quæ quidem ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis, & non dubiis deorum immortalium significationibus:quibus ego ducibus in hanc spem,sententiámque sum ingressus: qui iam non procul,vt quondam solebant, ab [h] extero hoste,atque longinquo, sed hic præsentes suo numine,atque auxilio sua templa, atque vrbis tecta defendunt:quos vos,Quirites,precari, venerati, atque implorare debetis, vt, quam vrbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimámque esse voluerunt, hanc, omnibus hostium copiis,terra, matique superatis, à perditissimorum ciuium nefario scelere defendant.

a L. scortorũ cohortem prat. & ita v.c.

b v.c. debil.

c al. vires.

d al. cumulis

e v.c. conferre debeo,

f v.c. non habent vocem omnib.

g al. qui nos superamus, v.c. suppeditamur; & ita L.

h vox populo abest a v.c.

i v.c. si his reb. omissis, & ita v.c.

k v.c. hinc denique æquitas,

l v.c. cum iniquitate, lux, ign. tem. vit. omnib.

m al. copia.

n PERORATIO.

o v.c. iam ante vestra.

p L. sine vestro motu; & ita v.c.

q al. atque prouis.

r v.c. quam sibi ille maximum certissimam sortè p. & ita L.

t al. animo meliore.

f al. nostra.

u L. quem ego hoc prospiciẽs, in agr. & ita v.c.

x v.c. Gallicum.

a L. portis custos; & ita v.c.

b L. qui verò se in vrbe comm. v. B.

c al. cõsulem vigilantem

d v.c. vt maximæ res.

e v.c. & maximum, &c. & ita L.

f L. & v.c. videretur.

g iam, abest a v.c.

h L. ab exteno hoste, &c. & ita v.c.

IN L. CATILINAM TERTIA AD QVIRITES.

ORATIO VICESIMAPRIMA.

SYNOPSIS.

Narrat quibus & quorum iudiciis Catilina, eiúsque coniurati fuerint detecti. Gratias eo nomine sibi actas à senatu: Coniurationis reos in custodiam coniectos: sibi supplicationem à senatu decretam.

P. CXI.

REMPVBLICAM, Quirites, vitámque omnium vestrûm, bona, fortunas, coniuges, liberósque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam pulcherrimámque vrbem, hodierno die, deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculisque [a] meis, ex [b] flamma, atque ferro, ac pæne ex [c] faucibus fati ereptam, & vobis conseruatam, ac restitutam videtis. Et, si non minùs nobis iucundi, atque illustres sunt ij dies quibus conseruamur quàm illi, quibus nascimur, quòd salutis certa lætitia est, nascendi incerta conditio: & quòd sine sensu nascimur, cumvoluptate conseruamur [d]: profectò, quoniam illum, qui hanc vrbem condidit, Romulum [e], ad deos immortaleis beniuolentia, famáque sustulimus: esse apud vos, posterósque vestros in honore debebit [f] is, qui eandem hanc vrbem conditam, amplificatámque seruauit, nam totius vrbis templis, delubris, tectis [g] omnibus subiectos propè iam igneis, circumdatósque restinximus. iidémque gladios in remp. destrictos [h] retudimus, mucronésque eorum à iugulis vestris reiecimus. iQuæ quoniam in senatu illustrata, patefacta, compertáque [k] sunt per me, vobis iam exponam breuiter, Quirites: vt & quanta, & quàm manifesta, & qua ratione inuestigata, & comprehensa sint, vos [l] qui ignoratis, ex [m] actis scire possitis.

¶ Principiò, vt Catilina paucis antè diebus eiectus ex vrbe, cùm sceleris suos socios, & huiusce nefarij belli acerrimos duces Romæ reliquisset semper vigilaui, & prouidi Quirites, quemadmodum in tantis, & tam absconditis insidiis salui esse possemus. Nam tum, cùm ex vrbe Catilinam eiiciebam (non enim iam vereor huius verbi inuidiam, cùm illa magis sit timenda, quòd viuus [n] egressus est) sed tum, cùm illam exterminari volebam: aut reliquam coniuratorum manum simul exituram, aut [o] eos, qui remansissent, infirmos sine illo, ac debileis fore putabam. Atque ego, vt vidi, quas maximo furore, & scelere esse inflammatos sciebam, eos [p] esse nobiscum, & Romæ remansisse: in eo omneis dies, noctesque consumsi, vt qui [q] agerent, quid molirentur, sentirem, ac viderem: vt, quoniam auribus vestris, propter incredibilem magnitudinem sceleris, minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, vt [q] tum demum animis: salutíque vestræ prouideretis, cùm oculis maleficium ipsum videretis.

Itaque vt comperi, legatos Allobrogum, belli Transalpini, & tumultus Gallici excitandi causa, à P. Lentulo esse sollicitatos, eósque [b] in Galliam ad suos ciues, eodem [c] itinere, cum litteris, mandatísque, ad Catilinam esse missos, comitémque iis adiunctum [d] Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam litteras: facultatem mihi oblatam putaui, vt, quod erat difficillimum, quódque ego semper optabam à diis immortalibus, tota res non solùm à me, sed etiam à senatu, & à vobis manifestè [e] deprehenderetur. Itaque hesterno die C. Flaccum, & [f] C. Pontinum prætores fortissimos, atque amantissimos reipub. viros [g], ad me vocaui: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de repub. præclara, atque egregia sentirent, sine recusatione, ac sine vlla mora negotium susceperunt, &, cùm aduesperascéret, occultè ad pontem Miluium peruenerunt: atque ibi in proximis villis ita [h] bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos, & pons interesset. Eódem [i] autem & ipsi sine cuiusquam suspicione multos forteis viros eduxerunt, & ego de [k] præfectura Reatina complureis delectos [l] adolescenteis, quorum [m] opera vtor assiduè in reip. præsidio, [n] cum gladiis miseram. Interim tertia ferè vigilia exacta: cùm [o] iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, vnáque Vulturcius: sit in eos impetus: educuntur & ab illis gladij, & à nostris. res [p] erat prætoribus, nota solis: ignorabatur à ceteris. Tum interuentu Pontini [q], atque Flacci, pugnæ, quæ erat commissa, sedatur. litteræ, quæcumque erant in eo comitatu, integris signis, prætoribus traduntur: ipsi comprehensi, ad me, cùm iam diluesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum [r] machinatorem Cimbrum Gabinium, statim ad me, nihildum [s] suspicantem, vocaui. Deinde item arcessitur [t] P. Statilius, & pòst eum C. Cethegus. tardissimè autem Lentulus venit, credo quòd litteris [u] dandis, præter consuetudinem [x] proxima nocte vigilarat. Cùm verò summis, ac clarissimis huius ciuitatis viris, qui audita re, frequentes ad me manè conuenerant, litteras [x] à me priùs, aperiri quàm ad senatum referri [y], placeret: ne, si nihil esset inuentum, temerè à me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur: negaui me esse facturum, vt de periculo publico, non ad consilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, si ea, quæ erant ad me delata, reperta non essent: ta-

a v.c. periculis meis
b v.c. è flamma.
c v.c. è faucibus.
d v.c. seruamur.
e vox, Romulum, etiam à nostris vet. obseru.
f lib. vulg. debebit dies is, qui eand. g L. tectis, ac mœnibus subiectos, & ita v.c.
h lib. vul. districtos ter.
i v.c. deiecimus.
k al. comperta sunt p.
l L. vos, qui ignoratis, & exspectatis, scire pos. al. vos qui ignoratis, & scire possitis.
m al. exactè.
n L. quòd vi tus exierit.
o v.c. aut eos qui restitissent iosit. & ita L. vt Restare hîc sit, gradum reprimere.
p v.c. eos nobiscum esse.
q L. vt tum demum animis saluti ve stræ prouideretis.
b v.c. eósq; ad suos ciues in Galliam.
c v.c. eodem que itinere.
d v.c. adiunctum esse T. Vulturcium.
e v.c. manifesto.
f L. & C. Pontinum, prætor. al. & C. Pontinium, pr.
g v.c. adhuc aduocaui: & exposui:
h v.c. bipartiti ita fuer.
i al. Eodem autem tempore, & ipsi
k L. ex præfectura.
l fort. dilectos adolesc.
m L. quorum opera vtor assiduè in repub. præsidio, &c.
n al. præsidio cum gladiis miseram.
o al. cùm iam pontem magno cum.
p L. res prætoribus erat nota solis. & ita v.c.
q L. Pontini al. Pomtinij,
r L. machinatorem improbiss. & ita v.c.
s L. nihildum talè suspic.
t v.c. arcessitus est P. St. & ita L.
u L. in litteris dandis, &c
x v.c. litteras priùs à me.
y v.c. deferri pl. L. referrem pl. & ita al. v.c.

men ego non arbitrabar in tantis reipub. periculis mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter, vt vidistis, coegi. Atque interea statim, admonitu Allobrogum, C. Sulpicium, prætorem, fortem virum, misi qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret. ex [a] quibus ille maximum sicarum numerum, & gladiorum extulit. Introduxi Vulturcium sine Gallis: fidem [b] ei publicam, iussu senatus, dedi: hortatus sum, vt [c] ea, quæ sciret, sine timore indicaret. Tum ille dixit cùm [d] vix se ex magno timore recreasset, [e] à P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata, & litteras, vt seruorum præsidio vteretur, & ad vrbem quàm primùm cum exercitu accederet: id autem eo consilio, vt, cùm vrbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum, distributúmque erat, incendissent, cædémque infinitam ciuium fecissent: præstò esset ille, qui & fugientes exciperet, & se cum his vrbanis ducibus coniungeret. Introducti autem Galli iusiurandum sibi, & litteras à P. Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt: atque ita sibi ab his, & à L. Cassio esse perscriptum, vt equitatum in Italia quàm primùm mitterent: pedestreis sibi copias non defuturas. Lentulum autem sibi confirmasse ex [f] fatis Sibyllinis, Haruspicúmque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius vrbis, atque imperium peruenire esset necesse. Cinnam ante se, & Syllam fuisse: eundémque dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitum huius vrbis, atque imperij, qui esset decimus [g] annus post virginum [h] absolutionem, post Capitolij autem incensionem vicesimus. Hanc autem Cethego cum ceteris controuersiam fuisse dixerunt, quòd, cùm Lentulo, & [i] ceteris, Saturnalibus eædem fieri, atque vrbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videretur. Ac, ne longum sit, Quirites, tabellas proferri iussimus, quæ à quoque dicebantur datæ. Primùm ostendimus Cethego signum cognouit. nos linum incidimus: legimus. erat scriptum ipsius [k] manu, & Allobrogum senatui, & populo, sese, quæ eorum legátis confirmasset, esse facturum: orare, vt item illi facerent, quæ sibi legati eorum præcepissent [l]. Tum Cethegus, qui [m] paullò antè aliquid de gladiis ac sicis, quæ apud illum itidem erant deprehensæ, respondisset, dixisset quæ semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse: recitatis litteris debilitatus, atque abiectus, conscientia conuictus, repentè conticuit. Introductus [n] Statilius, cognouit manum, & signum suum. Recitatæ sunt tabellæ in eandem ferè sententiam: confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo: & quæsiui, cognoscerétne signum. Annuit. Est verò, inquam, signum quidem notum, imago aui tui, clarissimi viri, qui amauit vnicè patriam, & ciueis suos: quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit. Leguntur eádem ratione ad senatum Allobrogum, populúmque litteræ, si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Atque ille quidem primò negauit: pòst autem aliquanto [o] indicio expósito, atque edito, surrexit: quæsiuit à Gallis, quid [p] sibi esset cum iis: quamobrem domum suam venissent: itémque à Vulturcio, qui cùm illi breuiter, constantérque respondissent, per [c] quem ad eum quotiésque venissent: quæsissentque ab eo, nihilne secum esset de [d] fatis Sibyllinis locutus. tum [e] subitò ille, sceleree demens, quanta [f] vis conscientiæ esset, ostendit. nam, cùm id posset infitiari, reperte præter opinionem omnium confessus est. ita cum non modò ingenium illud, & dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam propter vim sceleris manifesti, atque deprehensi, impudentia, qua superabat omneis, improbitásque defecit. Vulturcius [g] verò subitò proferri litteras, atque aperiri iussit, quas sibi à Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi vehementissimè [i] perturbatus Lentulus [k], tamen signum, & manum suam cognouit. erant autem scriptæ sine [l] nomine, sed ita: QVI SIM, EX EO, QVEM AD TE MISI, COGNOSCES [m]. CVRA, VT VIR SIS, ET COGITA, QVEM IN LOCVM SIS PROGRESSVS: ET [n] VIDE, QVID IAM [o] TIBI SIT NECESSE. CVRA, PVT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVNGAS, ETIAM INFIMORVM. Gabinius deinde introductus, cùm primò imprudenter respondere cœpisset, ad extremum nihil ex iis, quæ Galli insimulabant, negauit. Ac mihi quidem, Quirites, cum illa certissima sunt visa argumenta, atque indicia scelcris, tabellæ, signa, manus, denique vniuscuiusque confessio: tum multò illa [r] certiora, color, oculi, vultus, taciturnitas. sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se adspiciebant, vt non iam ab aliis indicari [s], sed ipsi à se viderentur. Indiciis expositis, atque editis, Quirites, senatum consului, de [t] summa reip. quid fieri placeret. Dictæ sunt à principibus acerrimæ, ac fortissimæ sententiæ, quas senatus sine vlla varietate est consecutus. Et quoniam nondum est perscriptum S. C. ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. Primum *mihi* [x] *gratia verbis amplissimis aguntur*, quòd virtute, consilio prouidentia mea, respub. periculis sit maximis [y] liberata: deinde L. [z] Flaccus, & C. Pomtinus, prætores, quòd eorum opera forti, fidelíque vsus essem, merito, ac iure laudantur: atque etiam viro forti, collegæ meo, C. [aa] Antonio, laus impertitur, quòd eos, qui huius coniurationis participes fuissent, à suis, & [bb] reip. consiliis remouisset, atque ita censuerunt, vt P. Lentulus, cùm se prætura abdicasset, tum in custodiam traderetur: itémque vti C. Cethegus L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes præsentes erant, in custodiam traderentur [cc]: atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendæ vrbis depoposcerat: in M. [dd] Cæparium, cui ad sollicitandos pastores, Apuliam esse attributam, erat indicatum: in P. Furium, qui est ex [ee] his coloniis quas Fesulas L. Sylla deduxit: in [ff] Q. Manlium Chilonem, qui vnà cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus: in P. Vmbrenum, libertinum hominem, à quo primùm Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. Atque ea lenitate senatus est vsus, Quirites, vt ex tanta coniuratione, tantáque vi, ac multitudine domesticorum hostium, nouem hominum perditissimorum pœna, respub.

a *q. v. c.* è quibus.

b *v. c.* fidem publicam, iussu.

c *q. v. c.* vt quæ sciret.

d *v. c.* cum se ex magno timore vix recreasset, &c. *al. v. c.* ex magno timore vix recep sset a P.

e *al.* recepisset.

f *q. v. c.* libris Sibyllinis, *al.* fatalibus Sibyllinis.

g *v. c.* annus decimus

h vide Asconium orat. de toga candida.

i *v. c.* & aliis.

k *l.* ipsius manu Allobrogum, &c.

l *v. c.* recepisse nt. *& ita l.* P. CXIII.

m id est suo periculo promissent.

n *v. c.* qui paullo ante aliquid tamè de glad. *& ita l.*

n *v. c.* introductus est Statilius: cognouit & signum & manū suā. *& ita l.*

o *l.* toro iudicio iam exp.

p *l.* qui sibi rei esset cum iis.

c *v. c.* per quæ non pl.

d *v. c.* de libris Sibyl. *& ita l.*

e *l.* tum ille subitò scel.

f *l.* quanta conscientiæ vis esset.

g *al.* Vulturcium. *al.* Volturcius.

h *v. c.* iubet. *al.* petit. *al.* postulat,

i *v. c.* perturbatus Lentulus vehemen P. E. tissimè, tamè

k *l.* tamen & signum, & m. l vox, *scripi.* abest à quibusd cod. antiq.

m *q. v. c.* SCIES.

n ET, *abest à q. v. c.*

o *q. v. c.* TIBI IAM

p *q. v. c.* ET CVRA.

q *l.* visa sunt *& ita v. c.*

r *v. c.* certiora illa,

s *q. v. c.* sed indicare se ipsi viderentur *& ita l.*

t *l.* de summa cep. quid

u *l.* sine vlla varietate est secutus. *& ita v. c.*

x De gratiis Cicer. actis, de coniuratis in custodiam coniectis, de supplicatione. Ciceroni decreta.*

y *q. v. c.* summis

z *l.* Flaccus & Pomtinus, pr. quòd.

aa C. *Antonio*, abest etiam à nostris *v. c.*

bb *v. c.* & à reip.

cc *l.* darentur.

dd *al.* Q. Cæparium.

ee *al.* ex his coloniis, quos

ff *l.* in Q. Flogium Chilone, qui *al.* Q. Magium.

pub. conseruata, reliquorum mentes sanari posse arbitraretur. Atque etiam *supplicatio diis immortalibus* pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, Quirites: quod mihi primùm [a] post hanc vrbem conditam togato contigit: & his decretis verbis est, quòd vrbem incendiis, cædeciueis, Italiam bello liberassem. Quæ supplicatio si [c] cum cæteris conferatur, Quirites [d], hoc interest, quòd cæteræ, bene gestæ, hæc vna, cõseruata rep. constituta est. Atque illud, quod faciendum primùm fuit, factum, atque transactum est. iam P. Lentulus, quamquam patefactus indiciis, & [e] confessionibus suis, iudicio senatus, non modò prætoris ius, verùm etiam ciuis amiserat. tamen magistratu se abdicauit: vt, quæ religio C. Mario clarissimo viro, non fuerat, quo [f] minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, prætorem occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniendo liberaremur. Nunc, quoniam, Quirites, sceleratissimi [g] periculosissimique belli nefarios duces captos iam, & comprehensos tenetis, existimare debetis, omneis Catilinæ copias, omneis [h] spes, atque opes, his depulsis vrbis periculis concidisse. Quem quidem ego cùm ex vrbe pellebam, hoc prouidebam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi esse P. *Lentuli somnium*, nec L. *Cassij adipem* [i], nec C. *Cethegi furiosam temeritatem* pertimescendam. Ille erat vnus [k] timendus ex his omnibus, sed tam diu, dum mœnib. vrbis continebatur, omnia norat, omnium aditus tenebat: appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat: erat ei consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat. Iam [l] ad ceteras res conficiendas certos homines delectos, ac descriptos habebat. neque verò cùm aliquid mandauerat [m], confectum putabat. nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. Hunc ego hominem tam acrem, tam paratum, tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem (dicam [n] id, quod sentio, Quirites) non facile hanc tantam molem mali à ceruicibus vestris depulissem. Non ille vobis Saturnalia [o] constituisset, neque tanto ante exitium [p], ac fati diem reip. denunciasset, neque commisisset, vt signum, vt litteræ suæ, testes denique manifesti sceleris deprehenderentur. quæ nunc, illo absente, sic gesta sunt, vt nullum in priuata domo tantum vmquam sit tam palàm inuentum, quàm hæc tanta [q] in repub. coniuratio, manifestò inuenta, atque deprehensa est. Quòd si Catilina in vrbe ad hanc diem remansisset quamquam, quoad fuit, omnibus eius consiliis occurri, atque obstiti, tamen, vt leuissimè dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos vmquam, dum ille in vrbe hostis fuisset, tantis periculis rempub. tanta pace, tanto otio, tanto silentio, liberassemus.

CXV. Quamquam hæc omnia, Quirites, ita sunt à me administrata, vt deorum immortalium nutu, atque consilio & gesta, & prouisa esse videantur. Idque cùm coniectura consequi possumus, quòd vix videtur humanis consiliis tantam molem rerum gubernatio consequi potuisse: tum verò ita præsentes his temporibus opem, & auxilium nobis tulerunt, vt eos pænè oculis videre possemus. Nam, vt illa omittam, visas [a] nocturno tempore ab occidente faces, ardoremque cæli, fulminum [b] iactus, vt terræ motus, ceteraque quæ [c] tam multa, nobis consulibus, facta sunt, vt hæc, quæ nunc fiunt, canere dij immortales viderentur: hoc certè, Quirites, quod sum dicturus, neque prætermittendum, neque relinquendum est. Nam profectò memoria tenetis, Cotta, & Torquato Coss. complures in Capitolio turreis de cælo esse percussas. cùm & simulachra deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta, tactus est etiam ille, qui hanc vrbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio paruum, atque [d] lactantem, vberibus lupinis inhiantem fuisse memini stis. Quo quidem tempore, cùm haruspices ex tota Etruria conuentissent, cædeis, atque incendia, & legum interitum, & bellum ciuile, ac domesticum, & totius vrbis, atque imperij occasum appropinquare dixerunt, nisi [e] dij immortales omni ratione placati. suo numine propè fata ipsa flexissent. Itaque illorum responsis tunc & ludi decem per dies facti sunt, neque res vlla, quæ ad [f] placandum deos pertineret, prætermissa est: iidemque iusserunt, simulachrum [g] Iouis facere maius, & in excelso collocare, & contrà atque antè fuerat, ad orientem conuertere: ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis [h] ortum, & forum, curiámque conspiceret, fore, vt ea consilia, quæ clàm essent inita contra salutem vrbis, atque imperij, illustrarentur, vt à S. P. Q. R. perspici possent. Atque [i] illud ita collocandum consules [k] illi statuerunt: sed tanta fuit operis tarditas, vt neque à superioribus consulibus, neque à nobis ante hodiernum diem collocaretur. Hic quis potest esse, Quirites, tam auersus à vero, tam [l] præceps, tam mente captus, qui neget, hæc omnia, quæ videmus, præcipuéque hanc vrbem, deorum immortalium nutu, atque potestate administrari? Etenim cùm esset ita responsum, cædeis [m], incendia, interitúmque reipub. comparari, & ea à perditis ciuibus, quæ tum propter magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia videbantur: ea non modò cogitata à nefariis ciuibus, verùm etiam suscepta esse sensistis. Illud verò nõ ne ita præsens est, vt nutu Iouis optimi maximi factum esse videatur, vt, cùm hodierno [n] die manè per forum meo iussu & coniurati, & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur? quo collocato, atque ad vos, senatúmque conuerso, omnia & senatus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata, & patefacta vidistis. Quo etiam maiore sunt isti odio, suppliciõque digni, qui non solùm vestris domiciliis, atque [o] tectis, sed etiam deorum templis, atque delubris sunt funestos, ac nefarios igneis inferre conati: quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam, & non sim ferendus. Ille [p], ille Iupiter restitit: ille Capitolium, ille hæc templa, ille [q] hanc vrbem, ille vos omneis saluos esse voluit, diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi. atque ad hæc tanta indicia perueni. Iam

a Supplicationes togatis non decretæ ante Ciceronem. Idem Orat. 4.*
b Ex L. Cortæ sententia. Philipp. 2.*
c L. si cum ceteris supplicationib. conf. & ita v.c.
d vox Quirites, abest a v.c.
e abest copulatio & a v.c.
f v.c. quo minus Glauciã,
g q.v.c. conscelerati sissimi P. B.
h v.c. omneis spes, opes q. depulsi.
i stoliditatem.*
k v.c. timendus vnus ex his omn. & ita L.
l L. Iam ad certas res conf. & ita v.c. m v.c. mandarat,
n al. (dicam quod sentio, Quirites)
o Saturnalia (quem optimum dierum poeta appellat, quod ciuitas vino dedita) coniurati delegerãt ad faciendam cædem*
p L. exitij ac fatidiè reip.
q lib. vulg. tanta in rep. comin.

a De prodigiis Consule Ciceronem. vide Iulium Obsequentẽ, Dionem* —
b L. vt fulminum iactus, vt omittam cetera, quæ tam m.
c al. quæ ita multa.
d Lactante, & lactentem,
e Deorum placidorum superstitiosa & anilis ratio.*
f q.v.c. ad placandos d.
g Versus Ciceronianos ea de re vide.*
h Contrarium (sed tamen perfidum) responsum Arunspicum fuit cum Horatij Coclitis statua Romæ in comitio posita de cœlo tacta esset, ita enim iusserant inferiorem locum transferri, quem fol numquã illustraret.*
i q. libro vet. Atque illud signum ita col.
k al. lib. vet. consules illi locauerunt: sed v. & ita L.
l L. tam præceps furore tam
m al. cædem, incendia, interitúmque reip. comparari, & caput ciuicis: quæ tum propr.
n Errat igitur Dio qui id contigisse ait cum Cicero conclonaré haberet.*
o q.v.c. tegetisque sed
p v.c. Ille Iupiter Cum L.
q q.v.c. ille cunctam vrbem.

verò illa Allobrogum sollicitatio[a], sic à Lentulo, ceteríque domesticis hostibus, tanta res tam dementer credita & ignotis, & barbaris, commissáque litteræ numquam essent profectò, nisi à diis immortalibus huic tantæ audaciæ consilium esset ereptum. Quid verò? vt homines Galli ex ciuitate malè pacata, quæ gens vna restat, quæ populo Romano bellum facere & posse, & non nolle videatur, spem imperij, & rerum amplissimarum vltrò sibi à patriciis hominibus oblatam negligerent, vestrámque salutem suis opibus anteponerent. id [b] nónne diuinitus factum esse putatis? præsertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerunt?

¶ Quamobrē[c], Quirites, quoniam ad omnia [d] puluinaria[e] supplicatio [f] decreta est, celebra tote illos dies cum coniugibus, ac liberis vestris. Nam multi sæpe honores diis immortalibus iusti habiti sunt, ac debiti, sed profectò iustiores numquam. Erepti[g] enim ex crudelissimo, ac miserrimo interitu, & erepti sine cæde, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione, togati, me vno togato duce, & imperatore, viciſtis. Etenim recordamini, Quirites, omneis ciuileis dissensiones, neque solùm eas, quas audistis, sed & has, quas vosmetipsi meministis, & vidistis: L. Sylla [i] P. Sulpicium oppressit [k]. ex vrbe [l] eiecit C. Marium custodem huius [m] vrbis: multósque forteis viros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cn. Octauius, cos. armis ex vrbe collegam [n] suum expulit. omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium sanguine redundauit. Superauit posteà Cinna cum Mario. tum verò, clarissimis viris interfectis, lumina ciuitatis exstincta sunt. Vltus est huius victoriæ crudelitatem postea Sylla. ne [o] dicī quidem opus est, quanta de [p] sinutione ciuium, & quanta calamitate reip. Dissensit M[q]. Lepidus à clarissimo, & fortissimo viro Q. Catulo. attulit non tam ipsius interitus reip. luctum, quàm ceterorum. Atque [r] illæ dissensiones erant huiusmodi, Quirites, quæ non ad delendam, sed ad commutandam remp. pertinerent. non illi nullam esse remp. sed in ea, quæ esset, se esse principes: neque hanc vrbem conflagrare, sed se in hac vrbe florere voluerunt. Atque illæ tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitium reip. quæsiuit, eiusmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, sed [s] internecione ciuium diiudicatæ sint. In hoc autem vno post hominum memoriam maximo, crudelissimóque bello, quale bellum nulla vmquam barbaria[t] cum sua gente gessit: quo in bello lex hæc fuit à Lentulo, Catilina, Cassio, Cethego, constituta, vt omnes, qui salua vrbe salui esse possent, in hostium numero ducerentur: ita me gessi, Quirites, vt omnes [u] salui conseruaremini: &, cùm hostes vestri tantum ciuium superfutuum putassent, quantum infinitæ cædi restitisset: tantum autem vrbis, quantum flamma obire non potuisset: & vrbem, & [a] ciueis integros, incolumeisque seruaui. Quibus pro tantis rebus. Quirites, nullum ego à vobis præmium virtuti, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo, præterquàm huius diei memoriam sempiternam. In animis ego vestris omneis triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia, condi & collocari volo. nihil me mutum potest delectare, nihil tãtum, nihil denique huiusmodi, quod etiam minùs digni assequi possint. Memoria vestra, Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescent, litterarum monumentis inueterascent, & corroborabuntur: eandémque diem intelligo, quam spero æternam fore, & ad salutem vrbis, & ad memoriam consulatus mei, propagatam: vnóque tempore in hac rep. duos ciueis exstitisse, quorum alter fineis vestri imperij, non terræ, sed cæli regionibus terminaret: alter eiusdem imperij domicilium sedémque seruaret. Sed quoniam earum rerum, quas ego gessi, non [b] est eadem fortuna, atque conditio, quæ illorum, qui extrema bella gesserunt: quòd [c] mihi viuendum sit cum illis, quos vici, ac subegi: isti hosteis aut interfectos, aut oppressos reliquerunt: vestrum est, Quirites, si ceteris recta [d] sua facta prosunt, mihi mea nequando obsint, prouidere mentes enim hominum audaciſſimorum sceleratæ, ac nefariæ ne vobis nocere possent, ego prouidi: ne mihi noceant, vestrum est prouidere. quamquam, Quirites, mihi quidem ipsi nihil iam ab istis noceri potest. magnum enim est in vobis præsidium, quod mihi in perpetuum comparatum est: magna in rep. dignitas, quæ me semper tacita defender: magna vis est conscientiæ, quam qui negligent, cùm me violare volent, se ipsi iudicabunt. Est etiam in nobis animus, Quirites, vt non modò nullius audaciæ cedamus, sed etiam omneis improbos vltrò semper lacessamus. Quòd si omneis impetus domesticorum hostium depulsi à vobis, se in me vnum conuerterint: vobis erit [e] prouidendum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint inuidiæ, periculísque omnibus. Mihi quidem ipsi quid est, quod iam ad vitæ fructum possit [f] acquiri, præsertim cùm neque in honore vestro, neque in gloria virtutis, quidquam videam altius, quò quidem mihi libeat adscendere? Illud perficiam profectò, Quirites, vt ea, quæ gessi in consulatu, priuatus tuear, atque ornem, vt siqua est inuidia in conseruanda rep. suscepta, lædat inuidos. mihi valeat ad gloriam. denique ita me in rep. tractabo, vt meminerim semper, quæ gesserim, curémque vt ea, virtute, non casu, gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam iam nox est, veneramini illum Iouem [g], custodem huius vrbis, ac vestrum, atque *in vestra tecta discedite*: & ea, quamquam iam periculum est depulsum, tamen æquè, ac priori nocte feciſtis, custodiis, vigiliísque defendite. id ne vobis diutius faciendum sit, atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo.

IN L.

a L. Sollicitatio ab Lentulo, &c.
b L. id non diuinitus.
c PERORATIO.
d ad omnia puluinaria supplicatio. id est omnib. diis supplicatio fiebat. Ibant per vrbem coronati pueri, matronæ, virgines, nonnunquam etiam laurea tenentes, canebántq; hymnos compositos in laudē deorum.*
e Puluinaria lecti qui sternebantur in templis cùm conuiuiū apponebatur. quod sacrificij genus, dapem, lectisternium, & epulū. vnde epulones, vocabantur.*
f Supplicationes decernebantur, vel ad auertendū aliquod malū, quod aut impenderet vel immineret. ob rem bene ac feliciter gestā.*
g q.v.c. Erepti enim estis ex crud.
h q.v.c. quas ipsimet mem i vide lib. 27. Epit. Liuij. 3. Flor. 21. Appianū 1. ciu. Plut. Sylla & Mario.*
k L. oppressit: C. Mariū, custodem huius vrbis, multósque, &c.
l q.v.c. eiecit ex vrbe C. Marium aduersus Cimbros. vide Liuij Epit. 68.
m Cinnam.*
n fort. ne dici quidem potest, quanta
o 70000. am plius ciuium Flor.
p Cùm impedire voluit, ne Sylla in cāpo Martio sepeliretur
q qui honos regibus tantùm ante Syllam tributus fuerat) & acta illius rescindere conaretur. Liu. 90. Appian. 1. ciuil. Plut. Pompeio.*
r v.c. atque illæ tamen omnes dissensiones, erant eiusmodi, Q.
s al. sed interitione ciuium illudis.
t al. barbaries.
u fort. vt omnes conseruar.

a q.v.c. & ciueis & omneis integr.
b v.c. non eadem est fort.
c q.v.c. quòd mihi cū his viuendum est, q.
d v.c. sua tenè facta
e al. erit videndum.
f I. possit acquir, cùm præsertimne que in h.
g Statorem, cuius templū in cliuo Capitolino.*

P. CXVII. P. E.

IN L. CATILINAM QVARTA HABITA IN SENATV.

ORATIO VICESIMASECVNDA.

SYNOPSIS.

Quæstio, Vtrùm Sylani, an verò Cæsaris sententia de coniuratorum supplicio sequenda? Habita *in senatu, nonis Decembr.* Euentus, *Catonis sententia, supplicium de Lentulo, Cethego, Stratilio, Gabinio, Ceparioſumptum in carcere.*

a. EXORDIVM*

VIDEO[a], P.C. inme omniũ vestrũm ora, atque oculos esse conuersos. video, vos non solùm de vestro, ac reip. verùm etiã, si id depulsum sit de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore, vestra erga me voluntas: sed eam, per deos immortaleis, quæso, [b] deponite, atque obliti salutis meæ de vobis, ac de liberis vestris cogitate. Mihi quidem si hæc conditio consulatus data est, vt omneis acerbitates, omneis dolores, cruciatúsque perferrem: feram non solùm fortiter, sed [c] etiam libenter, dummodo meis laboribus, vobis populóque Rom. dignitas, salúsque pariatur. Ego sum ille consul, P. C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur: non campus, consularibus auspiciis cõsecratus: non curia, summum auxiliũ omniũ gentium: non domus, commune [d] perfugium non lectus, ad quietem datus: non denique hæc sedes honoris, sella curulis: vnquã vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa cõcessi, multa meo quodã dolore, in vestro timore, sanaui. Nunc, si hunc exitum consulatus mei dij immortales esse voluerunt, vt vos, P.C. populúmque Ro. ex [g] cæde misera, coniuges, libérósque vestros, virgínésque Vestaleis ex acerbissima vexatione, tépla, atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrũm ex fœdissima flamma [h] totã Italiam ex bello, & vastitate eriperem: quæcũque mihi vni proponetur fortuna, subeatur. Etenim, si P. Lentulus suum nomen, inductus [i] vatibus, fatale ad perniciem reip. fore putauit: cur ego non [k] æterna meum consulatum ad salutẽ reip. prope fatalem extitisse? Quare, P.C. cõsulite vobis, pro picite patriæ, conseruate vos, coniuges, liberos, fortunáſque vestras: populi R. nomen, salutémque defendite: mihi parcere, ac de me cogitare desinite. Nã primum debeo sperare, omneis [l] deos, qui huic vrbi præsidẽt, pro [l] eo mihi, ac mereor, relaturos [m] etiam esse, deinde, si quid obtigerit, æquo animo, paratóq. moriar. *neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti.* Nec tamẽ ego sum ille ferreus qui fratris carissimi, atque amantissimi præsentis mœrore non mouear, horũmque omnium lachrymis, à quibus me circumsessum videtis. neque meam mentem non domum sæpe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia, & pertulus filius, quẽ[a] mihi videtur ámplecti resp. tamquã obsidem consulatus mei: neque ille, qui exspectãs huius exitum diei, adstat in conspectu meo gener, moueor his rebus omnibus, sed in eam partẽ, vt salui sint vobiscum [b] omnes, etiam si vis aliqua me opprẽsserit, potiùs, quàm [c] & illi, & nos vna cum rep. pereamus. Quare, P.C. incũbite ad reip. salutem: circumspicite omneis procellas, quæ impendent, nisi prouidetis. non Ti. Gracchus, qui iterum tribunus plebis fieri voluit: nõ C. Gracchus qui agrarios concitare conatus est: non L. Saturninus, qui [d] C. Memmium occidit in discrimen aliquod, atque in vestræ seueritatis iudicium adducitur: sed tenẽtur ij, qui ad vrbis incẽdium, ad vestrũm omnium cædem, ad Catilinam accipiendum, Romæ restiterunt. tenentur littere, signa, manũs denique vniuscuiusque confessio: sollicitantur Allobroges: seruitia excitantur: Catilina accersitur: id est initum consilij, vt interfectis omnibus nemo ne ad deplorandum quidem reip. [e] nomen, atque ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicauistis [f]: primùm, quòd mihi gratias egistis singularibus verbis: & mea virtute, atque diligentia, perditorum hominum patefactam esse [g] coniurationem decreuistis: deinde quòd P. Lentulum, vt se abdicaret prætura, coegistis: tum quòd eum, & cæteros, de quibus iudicauistis, in custodiam dandos censuistis: maximéque quòd meo nomine supplicationem decreuistis: qui [i] honos togato habitus ante me est nemini. Postremò quòd hesterno die præmia legatis Allobrogũ, Titóque Vulturcio dedistis amplissima, quæ sunt omnia eiusmodi vt ij, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine vlla dubitatione à vobis damnati esse videantur. ¶ Sed ego instituí referre ad vos, P.C. tanquam integrum, & de facto, quid iudicetis: & de pœna, quid censeatis. illa prædicam quæ sunt consulis. Ego magnum in rep. versari furorem, & noua quædam misceri, & concitari mala iampridem videbam: sed hanc tantam tam exitiosam haberi coniurationem à ciuibus, numquam putaui. Nunc quidquid est, quocumque vestræ mentes inclinant, atque sententiæ, statuendum vo-

I PROPOSITIO.*

P. CXVIII. b *verùm, quæso, abest aa. vv.*

c *v.c.* verùm etiam libenter, & *ita L.*

d *al.* commune omniũ hominum perfug.

e Domus cuique sua tutissimũ perfugium.* *Fal.* id est sella curulis* g L. ex cæde miserrima. h *v.c.* flamma.

i Ex libris sibyllinis, Cornel. Lentulus regnum sibi pollicebatur quod Romæ Regnum, tribus Cornelijs portendi dicerent, Syllam atq. Cinnam se tertiũ esse existimabat: vt hîc & infrà. Plutarchus, Appianus.* k *al.* deos omneis.

l L. mihi pro eo, ac mereor gratiam esse relaturos, deinde, si quid *al.* grauis & ita Quintil.

a *lib. vat.* qui mihi videtur amplectirep.

b *lib. vet.* nobiscum

c *v.c.* quàm & illi, & nos vna reip. pereamus *& ita L.*

d *al.* qui C. Mummium *al.* qui C. Nũmium L. qui C. Memmiũ vnum occidit.

P. CXIX.

e L. populi R. nomen.

f L. iudicastis *& ita v.c.*

g *v.c.* coniurationem esse d.

h *v.c.* cæteros que, de quibus iudicatis,

i Idem oratione 3. supra

k *al.* Postremo hesterno die

bis ante noctẽ, est. Quantum facinus ad nos delatum sit, videtis, huic si paucos putatis affineis esse, vehementer erratis. Latiùs opinione dissem[i]natum est hoc malum: manauit non solùm per Italiam, verùm etiam transcendit Alpeis. & obscurè serpens, multas iam prouincias occupauit. id opptimi i sistentando, ac prolatando nullo pacto potest quacunq. ratione placet, celeriter vobis vindicandum est. ¶ Video [a] *duas* adhuc *esse sententias*: vnam D. *Silani* [b], qui censet, eos, qui hęc delere conati sunt, mortẽ esse multãdos: alteram *C. Cæsaris*, qui mortis pœnam remouet, ceterorum supplicijorum omneis acerbitates amplectitur. Vterque & pro sua dignitate & pro rerum magnitudine in summa seueritate versatur. Alter eos qui nos omneis, qui populum Romanum vita priuare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Rom. nomen exstinguere, puncto temporis frui vita, & hoc communi spiritu, non putat oportere: atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos ciueis in hac rep. esse vsurpatum recordatur. Alter intelligit, *mortem a diis immortalibus non esse supplicij causa constitutã: sed aut necessitatem naturæ, aut laborum, ac miseriarum quietem esse.* Itaque eam sapientes nũquam inuiti, fortes etiam [d] sæpe libenter oppetiunt. vincula verò, & ea sempiterna, certè ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt. Itaque municipiis disperiri iubet. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare, decernatur tamen, si placet. Ego enim suscipiam, &, vt spero, reperiam quid id, quod salutis omnium causa statueritis, non puret esse iuæ dignitatis recusare. Adiungit grauem pœnam municipibus [e]: si quis eorum vincula ruperit: horribileis custodias circundat, & [h] digna scelere hominum perditorum sancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per senatum aut per populum leuare possit. eripit etiam *spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet*: bona præterea publicari iubet: vitam solam reliquit nefariis hominibus: quam si eripuisset, multis vno dolore, animi, aci corporis, & omneis scelerum pœnas ademisset. Itaque vt aliqua in vita formido improbis esset posita, *apud inferos* [k] *eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt*: quòd videlicet intelligebant, his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam. Nunc, P. C. ego mea video quid interfit si eritis secuti sententiam C. Cæsaris: quoniam hanc is in repub. viam, quæ popularis habetur secutus est, fortasse minùs erũt, hoc monitore, & auctore huiusce sententiæ mihi populares impetus pertimescendi. sin [m] illam alteram secuti eritis, nescio, an amplius mihi negotij contrahatur: sed tamen meorum periculorum rationes, vtilitas reipub. vendicat [n]. Habemus enim à Ca. Cæsare, sicut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam, tanquam obsidem perpetuæ in rempublic. voluntatis, intellectum est, quid interfit, inter [o] salutatũ concionatorum, & animum vere populare[m], saluti populi consulentem. Video de istis, qui se populareis haberi volunt, abesse non neminem; ne de capite videlicet ciuiũ Rom. sententiam ferat. is & nudiustertius in custodiam ciueis R. [Cethegũ [a], & Lentulũ,] dedit, & supplicationem mihi decreuit, & iudices hesterno die maximis præmiis affecit. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quæsitori gratulationem, indici præmium decreuit, quid de tota re, & causa iudicarit. At verò C. Cæsar intelligit, legẽ [c] Semproniam esse de ciuibus Rom. constitutam. qui autem reipub. sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse: deniq. ipsum latorem [d] legis Semproniæ, iussu [e] populi pœnas reipub. dependisse. idem [f] eriam ipsum largitorem Lentulum, & prodigum, non putat, cùm de pernicie reip. & exitio huius vrbis, tã acerbe, támque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus, atque leniss[i]mus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisq. mandare, & sancit in posterum, ne quis huius supplicio leuãdo se iactare, & in perniciem reip. posthac popularis esse possit. adiungit etiam publicationem bonorum, vt omneis animi cruciatus, & corporis, etiam egestas, ac mendicitas consequatur. Quamobrem siue hoc statueritis: dederitis mihi comitem ad concionem, populo R. carum, atque iucundum siue [i] illam Si. Lani sententiam sequi malueritis: facilè me, atque vos à crudelitatis vituperatione defendetis: atq. obtinebo, eam multo [k] leniorem fuisse. Quãquam, P. C. quæ potest esse in tanti sceleris immanitate puniẽda crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salua rep. vobiscum perfrui liceat, vt ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moueor, (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate: & misericordia. Videor enim mihi hanc vrbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subito vno [l] incendio concidentem: certo animo sepultam [m] patriam, miseros, atque insepultos aceruos ciuium: versatur mihi ante oculos adspectus Cethegi, & furor, in vestra cæde bacchantis. Cùm mihi proposui regnantem [n] Lentulum, sicut ipse ex fatis sperasse confertur est, purpuratum esse hunc Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrumfamiliãs, tum fugam virginum, atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco: & quia mihi vehementer hæc videntur misera, atque miseranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me seuerum, vehementémque præbeo [o]. Etenim quæro, siquis paterfamiliãs liberis suis à seruo interfectis, vxore occisa, incensa domo, supplicium [p] de seruo quàm [q] acerbissimum sumserit: vtrùm is clemens, ac misericors: an inhumanissimus & crudelissimus esse videatur? mihi verò importunus, ac ferreus, qui [r] non dolorem suum, & cruciatum dolore nocentis, & cruciatu lenierit. Sic nos in his hominibus qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt: qui singulas vniusquisque nostrũm domos, & hoc vniuersum reipubl. domicilium delere conati sunt: qui id egerunt, vt gentem Allobrogum in vestigiis huius vrbis, in cinere, deflagrati imperij collocarent: si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur: sin remissiores esse voluerimus summæ nobis crudelitatis in patriæ, ciuiúmque pernicie fama subeunda est.

P. R. a PAETITIO sententiarum* b Cõsulis designati. Qui autem designatus priore loco consul, is priore loco in senatu rogabatur.

c-l. occisorum muris de morte*

d *vrr. v.c.* sæpe etiam

e *g. v.c.* municipibus disp. *al. v.c.* Itaque municipiis disp. *vt hic.*

f *vnus v.c.* quomodo id, quod

g *g. v.c.* municipiis.

h L. & dignas scelere homi num perditorum sancit, nequis.

i *q v.c.* atque corp.

P. CXX.

k Inferorum pœnæ, quas Cicero videtur non admittere, hic & pro Luentio Tuscul. 1. adde Horat. 2. Odar. 4. Platonẽ Phædone & 1. de Repub. Homerum.*

l *al.* hecatũbe re & cognitore.*

m L. sin illã alteram; nescio &c.

n L. vincat H

o *al.* lenitatem*

a Inclusa desunt quibusdam.*

b *v.c.* decernit.

c legem Semproniã intelligit latam à C. Graccho de iniussu populi quisquam ciuis Romanus morte multaretur. Veram hanc legem nihil pertinere ad cõiuratos demõstrat Cicero, cum coniurati ius ciuium amiserint, & hostes à senatu iudicati sint.*

d *v.c.* Semproniæ legis, e forte in. usu. nam id & historiæ veritas demonstrat satis, & ipsa Ciceronis argumentatio euincit.

f L. idẽ ipsum Lentulũ largitorem, & prodigum, non *p. al.* idẽ ipsum largitorem, & prodigum Lentulum, non p. largitionis hoc vitiũ notat quoque Sallustius in eodem Lentulo.*

h *v.c.* earum, populo R. atque iuc.

i *v.c.* siue Silani sententiam.

k L. multò leniorẽ fuisse.

l *al.* subito vno inc.

m *v.c.* sepultã in patria miseros, & *ita L.*

n dixi supra*

o *v.c.* præbeo.

p L. suppliciũ de seruo non

q quàm acerbissimũ sumserit. *q. al.* nõ quàm acerbissimũ & ita apud Lactantium legitur 1. de ira 23.*

r L. & *v.c.* qui non dolore, ac cruciatu nocentis, suũ dolorem, cruciatúmque lenierit.

est. nisi verò cuipiam L. Cæsar, vir fortissimus,& amantissimus reipu.crudelior nudiustertius est[a] visus,cùm sororis suæ,fœminæ lectissimæ[b], virum præsentem, & audientem, vita priuandum esse dixit, cùm auum iussu cos. interfectũ, filiúmque eius impuberem, legatum à patre missum, in carcere necandum[c] esse dixit. Quorum, quod d simile fuit factum? quod initium delendæ reipubl. consilium? largitionis voluntas tum in rep. versata est, & partium quædam contentio. Atque illo tempore huius auus Lentuli, clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus, & [f] graue tum vulnus accepit, nequid de [g] summa dignitate reip. minueretur. hic ad euertenda fundamenta reip.Gallos arcessiuit,[h] seruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego, ceteros ciueis interficiendos Gabinio, vrbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam, diripiendámque Catilinæ. Vereamini censeo,ne in hoc scelere tã immani,ac [k] nefario,nimis aliquid seuerè statuisse videamini, cùm multò magis sit verendum, ne remissione pœnæ crudeles magis in patriam, quàm ne seueritate animaduersionis nimis vehementes in acerbissimos hosteis fuisse videamini. Sed quæ exaudio, P.C.dissimulare non possum. iactantur enim voces,quæ perueniunt ad aureis meas, eorum qui vereri videntur, vt habeam satis præsidij ad ea quæ vos statueritis hodierno die, transigenda. Omnia prouisa, [m] parata, & constituta sunt, P. C. cùm mea summa cura, atque diligentia, tum multo etiam maiore populi R. ad summum imperium retinendum, & ad communeis fortunas cõseruandas voluntate: omnes adsunt,omnium ordinum homines,omnium denique ætatum: plenum [n] est forum, pleni omnes aditus huius loci,ac templi. Causa enim est post vrbem cõditam hæc inuenta sola,in qua omnes sentirent[o] vnum,atque idem, præter eos, qui cùm sibi, viderent esse pereundum,cum omnibus potius, quàm soli perire voluerunt. Hosce ego homines exicipio, & secerno libenter.neque enim in improborum ciuium, sed in acerbissimorum hostium numero habẽdos puto. Ceteri verò,dij immortales, qua frequentia,quo studio, qua virtute ad communem dignitatem P. salutém quẽ consentiunt? Quid ego hic *equites* [q] R. commemorem? qui *vobis* ita summa [r] ordinis, consiliique concedunt, vt vobiscum de amore reip.certent:quos ex multorũm anno rum dissensione ad huius ordinis[s] societatem, concordiámque reuocaros, hodiernus [t] dies nobiscum, atque hæc causa coniungit: quam coniunctionem si in consulatu confirmatam meo, perpetuam in rep. tenuerimus: confirmo vobis, nullum posthac malum ciuile,ac domesticum ad vllam reip.partem esse venturum.Pari studio defendendæ reip.conuenisse video *tribunos ærarios*[t],fortissimos viros: *scribas*[u] item vniuersos: quos cum casu hic dies ad[x] ærarium frequenteis aduocasset, video ab exspectatione sortis ad communem salutem esse conuersos. Omnis *ingenuorum* adest *multitudo* etiam tenuissimorum. Quis est enim, cui non hæc templa, adspectus vrbis,possessio libertatis,lux deniq. hæc ipsa,& hoc commune patriæ solum cùm[y] sit carum, tum verò dulce,atque iucundum? Operæpretium est, P. C. *libertinorum hominum studia cognoscere*,qui [a] fortuna sua ciuitatis ius consecuti, hanc verè suam patriam esse iudicant: quam quidam hinc nati, & summo nati loco,non patriam suam,sed vrbem hostium esse iudicauerunt[b]. Sed quid ego huiusce ordinis homines commemorem, quos priuatæ fortunæ, quos communis resp.quos denique libertas ea,quæ dulcissima est,ad salutem patriæ defendendã excitauit? Seruus est nemo, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis: qui non audaciam ciuium perditorum [c] perhorrescat: qui d non obstare cupiat: qui non tantum,quantum audet:& quantum potest,conferat ad [e] communem salutis voluntatem.Quare si quem vestrũm forte commouet hoc,quod auditum est, lenonem [f] quendam Lentuli concursare circũ tabernas, pretio sperantem [g] sollicitari posse animos egentium,atque imperitorum: est id quidem cœptum, atque tentatum: sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditi, qui non ipsum illum sellæ,atque operis, & quæstus quotidiani locum:qui non cubile, ac lectulum suum: qui denique non cursum hunc otiosum vitæ suæ, saluum esse velint.Multo verò *maximam pars eorum,qui in tabernis sunt*[i]: immo verò(id enim potius est dicendum) genus hoc vniuersum, amantissimũ est otij.Etenim omne eorum instrumentum, omnis opera, ac quæstus, frequentia ciuium sustinetur[k],alitur otio:quorum si quæstus,occlusis tabernis, minui solet, quid tandem incensis futurum [l] est? Quæ cùm ita sint, P.C. vobis populi R.præsidia non desunt:vos ne populo R. deesse videamini prouidete. Habetis consulem ex plurimis periculis, & insidiis, atque ex media morte, non ad vitã suam,sed ad salutem vestram reseruatum: omnes ordines ad conseruandam remp: mẽte, voluntate, studio, virtute,voce,consentiunt: obsessã facibus, & telis impiæ coniurationis, vobis supplex manus tendit patria cõmunis: vobis se,vobis vitam omnium ciuium, vobis arcem, & Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum [m] ignem Vestę perpetuum,ac sempiternum, vobis omnia templa deorum, atque delubra, vobis muros, atque vrbis tecta commendat.Præterea de vestra vita,de coniugum vestratum, ac liberorum anima, de fortunis omnium,de sedibus,de focis vestris hodierno die vobis [n] iudicandum,est.Habetis ducem,memorem vestri,oblitum sui: quæ non semper facultas datur:habetis omneis homines,vniuersum populũ R id quod in ciuili causa hodierno [o] die primũ videmus, vnũ atq.idẽ sentientẽ.Cogitate,quãtis laboribus fundatũ imperiũ,quanta virtute stabilitã libertatem,quanta deorũ benignitate auctas, exaggeratásq.fortunas vna nox pænè delerit. Id ne vmquã posthac non modò confici, sed ne cogitari quidẽ possit, vobis hodierno die prouidendũ est.Atq. hæc nõ vt vos:qui mihi studio pares præcurritis,excitarẽ, locut[o] sum: sed vt meâ vox, quæ debet esse in rep.princeps,officio functa consulari videretur.Nunc antè quàm ad sententiã redeo[p],de me pauca dicam. Ego, quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam esse iudico turpem,& infirmã, contemtam [q],& abiectam. Quòd si aliquan-

a L. visus est, cum &c. & ita v.c.
b v.c. electissimæ,
c L. necatum esse dixit.
d L. quod simile factum?
e v.c. vir clarissimus.
f v.c. ille etiam graue
g L.de dignitate summæ reip.
h al. accessit. seruitia concitat, Catilinam euocat+ i al. credo.*
k v.c. nefando.
l v.c. fuisse videamur. sed ea, quæ ex.
m q.v.c &pro uisa &parata, & constit.
n L. plenum est forum, pleni templa circum forum, pleni omn. o al. sentiunt, p v.c. salutẽ dignitat. reip. q Omnium ordinum sententiis Catilinam damnari ait.*
r L. summam ordinis, cõsil. s L. hodiernus dies vobiscũ atq.
t Tribuni ærarij militaris pecuniæ quæstores & custodes, vt pro C. Rabirio*
u Scribæ Romæ & in prouinciis curã tabularũ publicarum & custodiam habebant & pecunia magistratuum eorum fides cõmittebatur.
x L. ad ærarium frequẽtasset: video ab exsp.
y L. fit cum earum, it.
a L. qui sua virtute ac fortuna iuit* ciuitatis ius consec. qui sua virtute fortunam ciuitatis cons. b fort. iudicarunt.
c v.c. perdito- abest à v.c.
d L. qui non hæc stare cupiat.
e L. ad communem salutem voluntatis, Q. Fabium Sallustius, Appianus, Dio.*
g al. sperare
h Locus de opificibus ciuitatum.*
i Opifices intelligit qui quæstum vel ex operis vel mercatura faciunt in tabernis sedentes.*
k v.c. sustentatur.
l L. futurum fuit.
n al. nobis.
o L. & v.c. hodie primũ videmus.
p al. audeam.
q lib. vulg. habent cum

do alicuius furore, & scelere concitata manus ista plus valuerit, quàm vestra, ac reip. dignitas: me tamen meorum factorum, atque consiliorum numquam, P.C. pœnitebit. Etenim mors, quàm illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata: vitæ tantam [a] laudem, quanta vos me vestris decretis honestatis, nemo est assecutus. Ceteris enim semper bene gestæ, mihi vni conseruatæ [b] reip. gratulationem decreuistis. Sit Scipio [c] clarus, ille, cuius consilio, atq. virtute Annibal in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est: ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbeis huic imperio infestissimas, Karthaginem, Numantiámque [e] deleuit: habeatur virf egregius, L. Paullus [g] ille, cuius curtum rex potentissimus quondam, & nobilissimus, Perses honestauit, sit [h] in æterna gloria Marius, qui bis [i] Italiam obsidione, & metu seruitutis liberauit: anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestæ, atque virtutes iisdem, quibus solis cursus, regionibus, ac terminis continentur. erit profectò inter horũ laudes aliquid loci nostræ gloriæ: nisi fortè maius est patefacere nobis prouincias, quo exire possimus, quàm curare, vt etiam illi, qui absunt habeant quo victores reuertãtur. Quã quam [k] est in vno loco conditio melior externæ victoriæ, quàm domesticæ: quòd hosteis alienigenæ aut oppressi seruiunt, aut [l] recepti, beneficio se obligatos putant: qui autem ex numero ciuium dementia aliqua depranati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos, cùm à pernicie reip. repueris, neque vi coercere, neque beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis ciuib. æternum bellum susceptum esse video: quod ego vestro, bonorúmq. omnium auxilio, memoriáq. tanto-

a q.v.c. laudẽ tantam,

b hoc sæpius inculcat Cicero.*

c Africanus minor.*

d al. Hannibal

e Velleius 2* f v.c. vir egregius, Paullus ille

g cuius vita vide apud Plutarch.*

h q.v.c. sit æterna glor.

i Nam in Gallia Ambronas & Teutonas: in Italia Cimbros deuicit.*

k v.c. Quam quam est vno loco

l quibus vulg. aut receptum amicitiam

A rum periculorum, qui nõ modò in hoc populo, qui seruatus est, sed etiam in omnium gẽtium sermonibus, ac mentibus semper hærebit à me, atque à meis facilè propulsari posse confido. Neque vlla profectò tanta vis reperietur, quæ coniunctionem vestram, equitúmq. Ro. & tantam conspirationem bonorũ omnium perfringere, & labefactare possit. Quæ cùm ita sint, patres conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triúpho, ceterísque laudis insignibus, quæ sunt à me propter vrbis, vestræque salutis custodiam, repudiata, pro clientelis, hospitiísque prouincialibus, quæ tamen vrbanis opibus non minore labore tueor, quàm comparo: pro his igitur omnibus rebus [a], & pro meis in vos singularibus studiis, próque hac, quam conspicitis [b], ad conseruandam remp. diligẽtia, nihil aliud à vobis, nisi huius temporis, totiúsque mei consulatus memoriam postulo: quæ dum erit vestris [c] mentibus infixa firmissimo me muro sæptum esse arbitrabor. Quòd si meam spem vis improborum fefellerit, atque d superauerit: commendo vobis paruum meum filium: qui profectò satis erit præsidij, non solùm ad saluté, verùm etiam ad dignitatem, si eius, qui hæc omnia suo solus periculo [e] conseruauerit, illum esse filium memineritis. ¶ Quapropter [f] de summa salute vestra, populique R.P.C. de vestris coniugibus, ac liberis: de fanis, ac templis, de totius vrbis tectis, ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italię, déque vniuersa rep. decernite diligẽter, vt instituistis, ac fortiter. Habetis enim consulem, qui & parẽre vestris decretis non dubitet: & ea, quæ statueritis, quoad viuet, defendere, & per se ipsum præstare possit.

a q.v.c. rebus, pro m.

b v.c. perspicitis, & ital.

c q.v.c in vestris mentib. fixa, tutissimo me

d v.c atque superarit:

e L. conseruarit, & ita v.c.

f PERORATIO.*

PRO L. MVRÆNA.

ORATIO VICESIMA TERTIA.

SYNOPSIS.

Quæstio, *An Muræna ambitum commiserit.* Accusatores *Ser. Sulpitius, M. Porcius, Cato & Cn. Postumius:* Reus, *L. Muræna:* Patroni Murænæ, *Cicero, Q. Hortensius, M. Crassus.* Euentus, *Muræna periculo accusationis liberatus.* Acta *anno vrbis 690.*

P. CXXIIII. a EXORDIVM.*

b v.c. L. Muræna,

c Mos Romæ, sequentis anni Consules à Consule renunciari. ad. de 16. Epi. famil. 52. & 7. famil 20.*

d al. Vt mihi fides magistratuique meo. al. mihi, fidei magistratuique meo.*

VAE [a] precatus sum à diis immortalibus, iudices, more institutóq. maiorũ, illo die, quo auspicatò, comitiis centuriatis, L. [b] Murænam consulem renũtiaui [c]: *Vt d ea res mihi, magistratuique meo populo plebique Romanæ, bene atque feliciter eueniret:* eádem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum vnà cum salute obtinendum, & vt vestrę mentes atq. sententiæ cum populi R. voluntate [e], suffragiisq. consentiant, eáque res vobis, populóque R. pacem, tranquillitatem, otium, concordiámque afferat. Quòd si illa solemnis comitiorum precatio consularibus auspiciis cõsecrata, tantam habet in se vim, & religionẽ quantam reip. dignitas postulat: idem ego sum precatus, *vt iis quoque hominibus, quibus hic consulatus, me rogante datus esset: ea res fauste, feliciter prosperè eueniret.* Quæ cùm ita sint, iudices, & cùm omnis deorum immortalium potestas, aut translata [g] sit ad vos, aut certè communicata vobiscum: idem consul eum vestræ fidei commendat: qui antèà diis immortalibus commendauit, vt eiusdem hominis

e al. voluntatibus*

f v.c. vt eis quo que hominibus.

g al. tralata*

nis voce & declaratus consul, & defensus, beneficium populi Rom. cum vestra, atque omnium ciuium salute tueatur. Et, quoniam in hoc officio studium meæ defensionis, ab accusatoribus, atque etiam ipsa susceptio cauæ reprehensa est: antequàm pro L [a]Muræna dicere instituo, pro me ipso pauca dicam: non [b] quò mihi potior, hoc quidem in tempore, sit officij mei, quàm huiusce salutis defensio: sed vt meo facto vobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama: fortunisque omnibus iniimicorum impetus propulsare possim. Et primùm, M. Catoni, vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato, me & consulem, & legis ambitus latorem, & tam seuere gesto consulatu, causam L. Murænæ attingere. cuius reprehensio me vehementer mouet, non solùm vt vobis, iudices, quibus maximè debeo, verùm etiam vt ipsi Catoni, grauissimo, atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem, M. Cato, est æquius consulem defendi, quam à consule? Quis mihi in rep. potest, aut debet esse coniunctior, quàm his cui resp. à [c]me vna traditur sustinēda, magnis meis laboribus, & periculis sustentata? Quòd si in iis rebus repetendis quæ [d]mancipii sunt, is periculum iudicij præstare debet, qui se nexu [e] obligauit: profectò etiam rectiùs in iudicio consulis designati, is potissimùm consul, qui consulem declarauit auctor beneficij populi R. defensórq. periculi esse debebit. Ac si, vt nōnullis in ciuitatibus fieri solet, patronus huic causæ publicè cōstitueretur: is potissimè honore affecto defensor daretur, qui eodem honore præditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quàm facultatis. Quòd si è [f] portu soluentibus, ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur præcipere [g] summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum; & locorū quod [h]natura affert, vt eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus ingrediantur: quo [i] tandem me animo esse oportet, propè iam ex magna iactatione *terrem*: [k] *videntem*, in hunc, cui video maximas reip. tempestates esse subeundas? Quare *si est boni consulis, non solum videre, quid agatur, verùm etiam prouidere, quid futurum sit*: ostendam alio loco, quantum salutis communis interfit duos [m] consules in repub. Kalendis Ianuar. esse. Quòd si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas, quàm resp. consulem ad communem salutem defendendam vocare. Nam quòd legē [n] de ambitu tuli, certè ita tuli, vt, eam, quam mihimetipsi iampridem tulerim de ciuium periculis defendendis, non [o] abrogarem. Etenim si largitionem factam esse cōfiterer, idque rectè factum esse defenderem: facerem improbè, etiam si alius legem tulisset. cùm verò nihil commissum contra legem esse defendam, quid est, quod meam defensionem latio legis impediat? Negat esse eiusdem [p] seueritatis, Catilinam, exitiū reip. intra mœnia molientem, verbis, & pœne imperio vrbe expulisse: & nunc pro L. Muræna dicere. Ego autem has partes lenitatis, & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam verò grauitatis, seueritatisque personam non appetiui: sed ab rep. mihi impositam sustinui, sicut huius imperij dignitas in summo periculo ciuium postulabat. Quòd si tum, cùm resp. vim, & seueritatem desiderabat, vici naturam, & tam vehemens fui quàm cogebar, non quàm volebam: nunc cùm omnes me causę ad misericordiam atq. ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturæ meæ, consuetudiníque seruire? Ac de officio defensionis meæ, ac [a] de ratione accusationis quæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendū nobis erit. Sed me, iudices, non minūs hominis sapientissimi, atque ornatissimi, Ser. Sulpicij, conqu estio, quàm Catonis accusatio commouebat, qui grauissimè, & acerbissimè ferre [b] dixit, me familiaritatis necessitudinísque oblitum causam L. Murenæ contra se defendere. Huic ego, iudices, satis facere cupio, vósque adhibere arbitror. Nam *cùm graue est verè accusari in amicitia, tum, etiam si fortè accuseris non est negligendum.* Ego, Serui Sulpici, me in petitione tua tibi omnia studia, atque officia pro nostra nec essitudine & debuisse confiteor, & præstitisse arbitror. nihil tibi, consulatum petenti, à me defuit. quod esset aut ab amico, aut à gratioso, aut à consule postulandum. abiit [e] illud tempus: mutata ratio est: sic existimo, sic mihi persuadeo: me tibi contra honorem L. Murænæ, quantum tu à me postulare ausus fis, tantum debuisse, contra salutem, nihil debere. Neque enim si tibi tum, cùm peteres consulatum, affui, idcirco nunc, cùm [d] Murænam ipsum petas, adiutor eodem pacto esse debeo. Atque hoc non modò non laudari, sed ne concedi quidem potest, vt amicis nostris accusantibus, nō etiam alienissimos defendamus. Mihi autem cum Muræna, iudices, & vetus, & magna amicitia est, quæ in capitis dimicatione à Ser. Sulpicio non idcirco obruetur, quòd ab eodem in honoris contentione superata est. Quæ si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris eius, quem ad ptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ, crudelitatísque famam inussisset, si hominis, & suis, & populi Romani ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiassem. Neque enim iam mihi licet, neque est integrum, vt meum laborem hominum periculis subleuandis non impertiam. Nam cùm præmia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini labores, per quos ea ceperis cùm adeptus fis, deponere, esset hominis & astuti, & ingrati. Quòd si licet desinere, si te auctore possum, si nulla inertiæ, [c] nulla, superbię turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur: ego verò libenter desino. Sin autem fuga laboris, desidiam: repudiatio supplicum, superbiam amicorum neglectio, improbitatem coarguit: nimirum hæc causa est eiusmodi. quam [f] nec industrius, nec misericors, nec officiosus deserere possit. Atque huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio, Serui, facillimè ceperis. Nam si tibi necesse putas, etiam aduersariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere: si turpe existimas, te aduocato, illum ipsum, quem contra [g] veneris, causa cadere: noli tam esse iniustus: vt cùm tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros ridiculos etiam amicis putes clausos esse oportere. Etenim,

a *v. c.* L. Muræna
b L. nonquod mihi p.
c L. à me vno trad.
d L. quæ mancipi sunt
e Nexus est omnia quæ per æs & libram geruntur. Varro 6. de lingua.*
f Similitudo
g *al.* prædicere summo fl.
h L. quod natura fert, vt *lib. vul.* quo tandem animo me esse op.
k id est, finē consulatus*
P. CXXV. l *al.* præuidete*
m Silanum & Murænam.
n lex de ambitu à Cicerone lata id complectebatur, vt condemnatis decem annorū exitiū præter veteres pœnas itro. garetur.*
o *al.* non abrogarim.
p L. eiusdem seueritatis Cato, Catil.
a L. & de ratione accus.
b L. se ferre dixit.
c L. abiit tempus illud.
d L. cùm Murænam ipsum petis.
c *al.* pertix neta, nulla superbiæ turpitudo*.
P. CXXVI.
f *lib. vul.* quā nec industrius quam nec misericors, &c.
g id est, quē in alia causa oppugnaueris: atqui ita loquitur in pro Q. Roscio Verrina 2. & Philip. 3.*

si me tua familiaritas ab hac causa remouisset, & si hoc idem Q. Hortensio, M. Crasso, clarissimis viris, si item ceteris, à quibus intelligo, tuam gratiam magni æstimari, accidisset: in ea ciuitate consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini vmquam infimo [a] maiores nostri patronum deesse voluerunt. Ego verò, iudices, ipse me existimarem nefarium, si amico: crudelem, si misero: superbum, si consuli defuissem. Quare quod dandum est amicitiæ, largè dabitur à me, vt tecum agam, Serui, non secus, ac [b] si meus esses frater, qui mihi est carissimus isto in loco quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, vt meminerim me contra amici studium pro amici periculo dicere.

¶ Intelligo [c], iudices, treis totius accusationis partes fuisse, & earum vnam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiã in criminibus ambitus esse versatam. ¶ Atque harum trium partium prima & illa, quæ grauissima esse debebat, ita fuit infirma, & leuis, vt illos lex magis quædam accusatoria, quàm vera maledicendi facultas de vita L. Murenæ dicere aliquid coegerit. *Obiecta* est enim *Asia*: quæ ab hoc non ad voluptatem, & luxuriam expetita est, sed in militari labore peragrata. qui si adolescens patre suo imperatore non meruisset: aut hostem, aut patris imperium timuisse, aut à parente repudiatus [e] vi teretur. An cùm sederet in equis triumphantium prætextati potissimùm filij soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit vt rebus cõmuniter gestis pænè simul cum patre triumpharet? Hic verò, iudices, & fuit in Asia, & viro fortissimo, parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et, si habet Asia suspicionẽ [g] luxuriæ quandam: non Asiam numquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse, laudandum est. Quamobrem non Asiæ nomen obiicièdum Murænæ fuit, ex qua laus familiæ, memoria generi, honos & gloria nomini cõstituta est: sed aliquod, aut in Asia susceptum aut ex Asia deportatum flagitium, ac dedecus. Meruisse verò stipẽdia in eo bello, quod tum populus R. non modò maximum, sed etiam solum gerebat, virtutis: patre imperatore libentissimè meruisse, pietatis: finem stipẽdiorum, patris victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit. maledicto quidẽ idcirco nihil in hisce rebus loci est, quòd omnia laus occupauit. *Saltatorem appellat L. Murænam Cato.* Maledictum est, si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuiciatoris. Quare cùm ista sis auctoritate nõ hdebes, M. Cato, arripere maledictum ex i triuio, aut ex scurrarum aliquo conuiciok, neque temere consulem populi R. saltatorem vocare: sed conpicere l, quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui verè istud obiici possit. *Nemo* enim *ferè saltat sobrius, nisi forte insanit*: neque in solitudine, neque in conuiuio moderato atque honesto. in tempestiui [m] conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id, quod necesse est omnium vitiorum esse posterrimum: relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium omnino esse non potest. nullum turpe conuiuium, non amor, non [m] cœmessatio, non lucrio, non sumtus ostenditur. &, cùm ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt: in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te vmbram luxuriæ reperturum putas? Nihil igitur in vitam L. Murænæ dici potest? Nihil [a], inquam, omnino iudices. Sic à me consul, designatus defenditur, vt eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vitã proferatur. Bene habet: iacta sunt fundamenta defensionis. Nondum enim nostris laudibus, quibus vtar postea, sed propè inimicorum confessione, virum bonum, atque integrum hominem, defendimus, quo constituto, facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis: quæ pars altera fuit accusationis. ¶ Summam [b] video esse in te, Serui Sulpici, dignitatem generis, integritatis, industriæ, ceterorúmque ornamentorum omnium, quibus fretum, ad consulatus petitionem aggredi par est. Paria cognosco esse ista in L. Murænæ, atque ita parta, vt [c] neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te dignitate superarit. Contempsisti L. Murænæ genus: extulisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumis: nisi [d] qui patricius sit, neminem bono esse genere natum: facis, vt [e] rursus plebs in Auentinum seuocanda esse videatur. Sin autem sunt amplæ [f], & honestæ familiæ plebeiæ: & proauus L. Murænæ, & auus, prætores fuerunt, & pater, cùm amplissimè, atque honestissimè ex prætura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quòd is iam patri debitus, à filio petebatur. Tua verò nobilitas, Serui Sulpici, tametsi summa est, tamen hominib. literatis, & historicis [g] est notior: populo verò, & suffragatoribus obscurior. Pater enim fuit equestri loco: auus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quòd virtute, industriáque perfecisti: vt, cùm equitis R. esses filius, summa tamen amplitudine dignus putarêre: nec mihi vmquam minùs in Q. Pompeio [h], nouo [i] homine, & fortissimo viro, virtutis esse visum est, quàm in homine nobilissimo, M. [k] Æmilio. Etenim *eiusdem animi, atque ingenij est posteris suis quod Pompeius fecit, amplitudinem hominis, quam non acceperit, tradere*: &, *vt* [l] *Scaurus, memoriam propè intermortuam generis sui, virtute renouare.* Quamquam ego iam putabam, iudices, multis viris fortibus ne ignobilitas obiiceretur generis. meo labore esse perfectum: qui non modò Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis, fortissimis viris, nouis hominib., sed his recentibus Mariis, & Didiis, & [m] Cæliis commemorandis iacebant. Cùm ego verò tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quàm virtuti, pateret: non arbitrabar, cùm ex familia vetere, & illustri consul designatus ab equitis Ro. filio consule, defenderetur, de generis nouitate accusatores esse diturus. Etenim mihi ipsi accidit, vt cum duobus patriciis, altero improbissimo, atque audacissimo: altero modestissimo, atque optimo viro peterem: superaui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Quòd si id crimen homini nouo esse deberet: profectò mihi neque

a *sort.* vel infimo.

b L. ac si meus frater esses,

c PARTITIO

P. B. d PARTITIONIS pars prima de reprehensione vitæ Murænæ.*

e *al.* repudiatus esse v. f pretextati filij sedebant in curru patris triumphantis.*

g *al.* suspicionem luxuriæ aliquam,

h L. M. Cato, non debes arripere. i Extrituio est, sic dicitur, quod leue est.*

k *al.* cõuiuio Nec enim scurra saltare quàm facete in aliquem dicere.* l *al.* considerare* m L. Tempestiui conuiuij, *& ita* v. ¶ Tempestiua autem conuiuia, quæ certæ diei tempore aguntur apparatiora, in mul à noctem, cum pluribus amicis producta eóque sensu Tempestiua conuiuia, in orat. pro Archia & Catone.*

n L. non comessatio,

a *al.* Nihil, nihil, inquam, &c.

b PARTITIO Nisi pars secunda, de dignitate Murænæ.*

c L. vt neque abs te dignitate &c.

d Bono genere etiam nati esse quis potest: licet non patricius sit.* e L. vt rursus plebes in A. vrt plebes pro plebs, veteri loquendi more sumatur. f plebeiæ familiæ honestæ.* g Nam à patre & auo patricius nomen es.*

h Consul fuit anno vrbis 672. vna cum Cn. Seruilio Cæpione.* i ita eundem appellat in orat. pro Fonteio. vt & humili & obscuro loco natum Verrinas.* k L. M. Aemilio.

l Idem Asconius.* m L. & Cæliis.

P. CXXVIII.

que inimici, neque inuidi defuissent. Omittamus igitur de genere dicere, cuius est magna in vtroque dignitatis: videamus cetera. Quæsturâ[a] vnà petiit,& sum ego factus prior. Non est respondendum ad omnia. neque enim quemquam vestrûm fugit, cùm multi pares dignitate fiant: vnus[b] autem primùm solus possit obtinere: non eundé esse ordinem dignitatis,& renunciationis: propterea quòd renûtiatio,gradus habeat: dignitas autem,sit perpæpe eádem omnium. Sed quæstura vtriusque propemodum pari momento sortis fuit. Habuit hic lꝛ[c] Titia prouinciam tacitam, & quietam: tu illam, cui cùm quæstores sortiuntur etiam acclamari solet. Ostiensem nõ tam gratiosam, & illustrem, quàm negotiosam,& molestam. Cõsedit vtriusque nomen in quæstura, nullum enim vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus[e] cogi oscique posset. Reliqui temporis spatium in[f] contentionem vocatur, ab vtroque dissimillima ratione tractatum. Seruius hîc nobiscum hãc vrbanam[g] militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam sollicitudinis, ac stomachi, secutus est. ius ciuile didicit: multum vigilauit: laborauit: præstò multis fuit: multorum stultitiam perpessus est: arrogãtiam pertulit: difficultatem exsorbuit: vixit ad aliorum arbitrium non ad suum. *Magna laus, & grata hominibus, vnum hominem elaborare in ea scientia quæ sit multis profutura.* Quid Muræna interea? fortissimo, & sapientissimo viro, summo imperato, i, legatus L. Lucullo fuit: qua in legatione duxit exercitum, signa contulit: manum conseruit: magnas copias hostium fudit vrbeis partim vi, partim obsidione cepit. Asiã istam refertam, & eandem delicatã sic obiit, vt in ea neque auaritiæ, neque luxurię vestigium reliquerit: maximo in bello sic est versatus, vt hic multas res, & magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. Atque hæc, quamquam præsente L. Lucullo loquar, tamen, ne ab ipso, propter periculum nostrum concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis litteris testata sunt omnia: quibus L. Lucullus tantùm[h] laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator neque inuidus, tribuere alteri in communicanda gloria debuit. Summa in vtroque est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per seruium liceat, pari, atque eádem in laude ponam. sed nõ licet. agitat rem militarẽ. insectatur totam hanc legationem: assiduitatis,& operarum: harum quotidianarum putat esse consulatum. Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos? forum non attigeris? abfuerisi tandiu? &, cùm longo interuallo veneris, cum iis, qui in foro habitarunt, dignitate contendas? Primùm ista nostra assiduitas, serui, nescis, quãtum interdum afferat hominibus fastidij, quantũ satietatis, mihi quidẽ vehemẽter expediit, positam in oculis esse gratiã: sed tamen ego mei latentẽ magno meo labore superaui: & tu idẽ fortasse: verumtamen vtrique nostrûm desiderium nihil obfuisset. Sed, vt hoc omisso, ad studiorũ, atque artiũ contentionem reuertamur: qui[l] potest dubitari, quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis, rei militaris, quàm iuris ciuilis gloria? Vigilas[m] tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas: ille, vt[o] eò, quò intẽdit, maturè cum exercitu peruc-

a vide Hotomanum ad obseruat. 37.

b L. vnus aũ primus solus poss.

c *Manut.* lege Lautia: id est munera gratia legatis exterarum nationũ dari solita.*

d quæ & Aquaria Orat. in Vatin. Cæterum huic loco adde Lipsium 4. Antiquarum 13. adde Verrina frumentariam.*

e *fort.* virtus vestra cogit. f *al.* in contentionem vocatur, ab vtroq. dissimillima ratione tractatum est S. P. B.

g Militia vrbana consistit in respondendo, scribẽdo cauendo.*

h L. tantum Murænæ laudis impertit,

i L. afueris & ita veteres proabfueris*

k *al.* & tu itẽ fort. *al.* qui potest dubitare* m *al.* Euigilas tu n Militiæ castrensis & quasi comparatio.* o *al.* vt quò intendit.

P. CXXIX.

niat. te Gallorum, illum buccinarum cantus excitat. tu actionem instituis: ille aciem instruit. tu caues, ne tui consultores: ille, ne vrbes, aut castra capiãtur. Ille tenet, & scit, vt hostium copiæ: tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatus est in propagandis finibus: tu[a] in regendis. Ac nimirum (dicendum est enim quod sentio) *rei bellicæ virtus præstat ceteris omnibus.* Hæc nomen populo Ro. hæc huic vrbi æternam gloriam peperit: hæc orbem terrarum parêre huic imperio coegit: omnes vrbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hęc forensis laus, & industria, latent in tutela, ac præsidio bellicæ virtutis. simulatque increpuit suspicio tumultus: artes illico nostræ conticescunt. Et, quoniam mihi videris istam scientiam[c] iuris, tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, vt istud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrêre. Aliis ego te virtutibus, continentiæ[d], grauitatis, iustitię, fidei, ceteris omnibus consulatu, & omni honore semper dignissimum iudicaui, quòd quidem ius ciuile didicisti: non dicam, operam perdidisti: sed illud dicam, nullam esse in[e] illa disciplina munitam ad consulatum viam. omnes enim artes, quæ nobis populi Rom. studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam vtilitatem debent habere. Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt. omnia enim, quæ sunt in imperio, & in statu ciuitatis, ab iis defendi & firmari putantur. summa etiam vtilitas: siquidem eorum consilio, & periculo, cùm rꝑ. tum etiam nostris rebus perfrui possumus. Grauis[f] etiam illa est, & plena dignitatis, dicendi facultas, quæ sæpe valuit in consule deligendo, posse consilio, atque oratione, & senatus, & populi, & eorum qui res iudicant, menteis permouere. Quæritur consul, qui dicendo nonnunquam comprimat tribunitios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni resistat. Non mirum si ob hanc facultatem homines sæpe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt: præsertim cùm hæc eádem res plurimos gratias, firmissimas amicitias, maxima studia tuitionis[g] iudicum obseruantorum.* quorum in isto vestro artificio, Sulpici, nihil est. Primùm dignitas in tam tenui scientia quæ potest esse? res enim sunt paruę, propè in singulis litteris, atque interpunctionibus verborum occupatæ. Deinde, etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis: id, enuntiatis[h] vestris mysteriis, totum est contemtum, & abiectum. Posset agi lege, néne, pauci quondam sciebant. fastos enim vulgò non habebant. erant[i] in magna potentia qui consulebantur: à quibus etiam dies, *tanquam à Chaldæis* petebantur. Inuentus est scriba quidam Cn.[k] Flauius, qui *cornicum oculos consuerit*, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, &[m] ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam compilarit. Itaque itati illi, quòd sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata, & cognita, sine sua opera lege posset agi, noras[n] quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent. Cùm hoc fieri bellissimè posset: Fundus Sabinus, meus est: immò meus, deinde iudicium, noluerunt. [o] FVNDVS, INquit, QVI EST IN AGRO, QVI SABINVS VOCATVR. Satis verbose. cedò

c furis scientia ad quas res vtilis*

d *al.* continentia, grauitas, fide &c.*

e L. in ista disciplina.

f Oratoris cõmendatio.*

P. B.

g Iuris ciuilis cognitio olim abdita* h Lex ait magna potẽtia.

i Chaldæi enim diligentissimi inquirendorum obseruatorum.* k vide l. 2. de origine iuris.*

l Cornicum oculos consigere prouerbialiter is dicitur qui acute videntium aciem retundit: similiter qui vetustas ornamenta proximæ cuiusque ætatis iuuentutis intelligit* m *al.* & ab ipsis cautis iuris consultis eorum sapientiam compilarit. Itaque itati illi, quòd sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata, & cognita, sine sua opera lege posset agi, noras n quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent. Cùm hoc fieri bellissimè posset: Fundus Sabinus, meus est: immò meus, deinde iudicium, noluerunt. [o] FVNDVS, INquit, QVI EST IN AGRO, QVI SABINVS VOCATVR. Satis verbose. cedò

n notarũ vocabulas & cautiones à iurisconsultis inuentas intelligit actionis causa dici præscriptas.*

o id est discedente à simplici agendi formula.*

quid postea? EVM a EGO EXIVRE MEVM ESSE AIO. Quid tum? INDE b EGO TE EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, vnde c petebatur, non habebat. Transit d idem iurisconsultus e tibicinis Latini modo: VNDE TV ME, inquit, EX f IVRE MANV ℞ CONSERTVM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO. Prætor h interea, ne i pulchrum se, ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cùm ceteris rebus absurdum, tum verò nullo k vsui, VTRISQVE l SVPERSTITIBVS m, PRAESENTIBVS n ISTAM o VIAM DICO: ITE P VIAM. Præstò aderat sapiens ille, quid q ire viam doceret: REDITE VIAM. eodem duce redibant. Hæc iam tum apud illos barbatos, ridicula, credo, videbantur. homines, cùm rectè, atque in loco constitissent: iuberi abire. vt, vnde abierint, eôdem statim reditrent. Iisdem ineptiis fucata sunt illa omnia, QVANDO TE IN IVRE r CONSPICIOS. & hæc, SED s ANNE TV DICIS, QVI CAVSA VINDICAVERIS? quædam erant occulta, necessariò ab eis, qui ea tenebant, petenantur: posteà verò peruulgata, atque in manibus iactata, & excussa inanissima prudentiæ, reperta sunt: fraudis autem, & stultitiæ plenissima. Nam *cum permulta præclarè legibus essent constituta, ea iureconsultorum* u *ingeniu pleraq. corrupta, ac depranata sunt.* Mulieres omneis propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse voluerunt: hi inuenerunt genera tutorum x, quæ potestate mulierum continerentur. Sacra interire illi noluerunt: horũ ingenio senes y ad coëtiones faciendas, interimendorũ sacrorum causa, reperti sunt. In omni denique iure ciuili æquitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt: vt, quia in alicuius libris, exẽpli causa, id nomẽ inuenerant, putarunt, omneis mulieres, quæ coemtionem facerent, Caias vocari. Iam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nũc statuere non potuisse, vtrùm z *diem tertium*, an aa *perendinum: iudicem*, an bb arbitrum: *rem*, an cc *litem* dici oporteret. Itaque (vt dixi) dignitas in ista scientia consularis numquã fuit: quæ tota ex rebus fictis, cõmentitiisque constaret: gratiæ verò multo etiam minùs. Quod enim omnibus patet, & æquè promptum est mihi, & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modò beneficij collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, LICET CONSVLERE: iam perdidistis. *Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam vsquam, neque Romæ rebus prolatis, quidquam valet.* peritus idcò haberi nemo potest, quòd in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. difficilis autem res idcò non putatur, quod & perpaucis, & minimè obscuris litteris continetur. Itaque si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moueritis, *triduo me iurisconsultum* a *esse profitebor.* Etenim quæ de scripto aguntur: scripta sunt omnia: neque tamen quidquam tam b augustè scriptum est, quo ego non possim, QVA c DE RE AGITVR, addere. Quæ consuluntur autem, minimo periculo respondentur. Si id, quod oportet, respondere is: idem videare respondisse, quod Seruius. Sin aliter: etiam controuersum ius nosse, & tractare videare. Quapropter non solùm illa gloria militaris, vestris formulis, atque actionibus anteponenda est: verùm etiam dicendi consuetudo, longè, & multum illi vestræ exercitationi ad honorem antecellit d. Itaque mihi videntur plerique initiò multo hoc maluisse. post, cùm id assequi non potuissent, in istue potissimùm sunt delapsi: *vt* e *aiunt in Græcis artificibus eos aulædos fuisse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus qui oratores euadere non potuerunt: eos ad iuris studium deuenire.* Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa etiam gratia. Etenim à vobis salubritas quædam: ab iis, qui dicunt, salus ipsa petitur. Deinde vestra responsa, atque decreta, & euertuntur sæpe dicendo, & sine defensione oratoris firma esse non possunt: in qua re si satis profecissem, parciùs de eius laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui in dicendo magni fuqt, aut fuerunt. *Duæ sunt artes* f *quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis: vna imperatoris, altera oratoris boni.* Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur: ab illo belli h pericula repelluntur. Ceteræ tamen virtutes ipsæ per se multùm valent: iustitia, fides, pudor, temperantia, quibus te, Serui, excellere omnes intelligunt: sed nunc de studiis ad honorem dispositis i, non de insita cuiusque virtute disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur, simulatque aliquis motus nouus bellicum canere cœpit. Etenim, vt ait ingeniosus: poeta k, & auctor valde bonus, præliis promulgatis. TOLLITVR l E MEDIO non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum, SAPIENTIA: VIGERITVR RES. SPERNITVR ORATOR, non solùm odiosus in dicendo, ac loquax, verùm etiam BONVS: HORRIDVS MILES AMATVR. Vestrum verò studium totum iacet. NON m EX IVRE MANV CONSERTVM SED MAGE FERRO, inquit, REM REPETVNT. Quòd si ita est, cedat, opinor, Sulpici, forum castris, otium militiæ, stilus gladio, vmbra soli: sit denique in ciuitate ea n prima res, propter quam ipsa est ciuitas omnium princeps. ¶ Verùm hæc, Cato, nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat: & oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum: quod ego longè secus existimo, iudices: dèque eo pauca disserам, neque enim causa in hoc continetur. Nam, si omnia bella, quæ cum Græcis, gestissimus

a L. Eum ego exiure Quiritium, meũ b L. Inde ego te exiure manum consertum voco.
c Ille vnde petitur, proeo.*
d L. Trãsit ad eũ iurisconsc. *Catisius.* 1. Iureconsultus.*
f L. Exiure manum conf. vocasti, inde ego
g *al.* manu cõtenem, *vel* manum consertum dest, *al.* manũ conserendum. ad de 7. famil. 19 hoc quid sit plenius explicat Gellius 9. c. 20. Augustin. 15. epi. 8. Seruius eclogа vlt. Prob. in notis.*
h Citatur hic locus à Donato Iecyra, ad alium locum Nam nos omnes quib. est alicunde obiectus labos*
i *al.* ne se pulchrũ, ac beatum p.
k L. nullo vsu
l *al.* virisque. *al.* vtrisq. superstitibus præsentibus fuisse vindicias, ire viam. & ita Ciacconus. adde Festum in Superstites & in Pube.* in Superstites, litigatores stantes supra fundũ cõtrouersum. vide F. stum.* nvidetur hæc vox interpretatio antecedentis. vide Seruiũ 3. Aeneidos, ad illũ locum inperatur & vetatur aura. vbi hunc locum citat.*
o Citatur à Prisciano 8.* p *al.* inire viam. q. *al.* qui inire viam. r *forte* conspicio, &c. s *adde* postulo an ne fias autor. vide Probum in Notis, vel postulo vt fias auctor,* t L. sed anne tu dicis causa vindicaueris? quæ u L. iurisconsultorum. x forsè legendum, queis potestate mulieres continerentur, y De senibus coemptionalibus, & coemptione dixi 7 famil. 19.* z Ex vadi moniorum solemnibus vere his hæc fuerunt, teste Gellio 7. cap. 1. & Valerio Probo, I. D. T. S. P. id est, in diem tertium siue perendinum. Hic autem quidam prudentes dubitabãt, dicendum esset nẽne, in diem tertium, an in perendinum, & quidem in perendinum dixisse, antea constitit ex Probo. Idem confirmat Asconius 3. in Verrem. sacerdotes tamen p. Romani. cùm in diem tertium dicere vellent die perendino dicebant. 10. Gell. 24.* aa Vnde comperendinatio seu denunciatio in tertium diem: quod sanè, postulato iudice, litigatores inter se denunciabant. Ascon. 3. Verr. adde non nulla de quibus scripsi ad Theophil. §. appellamus. Inst. de actionib.* bb In actionibus diffunditur dicebatur. Quam rem sine litem Varro 6. de lingua, & apud Liuium 1. quarum rerum litium, causarum. Hãc autẽ formula postulabatur à prætore iudices, teste Probo in Not. P. L. A. Y. P. V. D. id est, Prætor iudicem, arbitrumve, postulo vt des.*

a *al.* iurisconsultum professebor.
b Iudices in causis potissimum spectabant qua de re ageretur vt hic. Idem Cicero 2. & 3. de finib. de fato. & in Bruto.*
c *al.* videre.*
d *libri vulg.* antecellit.
e L. &, vt aiũt Græcis artif.
f *al.* auletas esse, P. CXXXI.
g Artes digestarum parentes, duæ: Imperatoria & oratoria.
h *forte* periculum belli
i *al.* oppositis *al.* distringere hæc vox videtur.
k Ennius.*
l *al.* Pellitur & ita 20. Gellius 9.*
m L. non ex iure manum consertum,
n L. ea prima ars.
o Bellorum aduersus Græcos & Mithridatem maximè gestorum magnitudo.*

a Z.M. Curij,
b L. T. Flaminini, ‖ de quo Cicero in Catone.*

gessimus, contemnenda sunt: deridetur de rege Pyrrho triumphus M a. Curij: de Philippo, T b. Flaminij: de Ætolis, M Fulvij: de rege Perse L. Paulli: de Pseudophilippo, Q. Metelli: de Corinthiis, L. Mummij. sin hæc bella, grauissima, victoriæque eorum bellorum, grauissimæ fuerunt: cur Asiaticæ nationes,

c fort. atque ille hostis à te con,

atque c ille à te hostis contemnitur? Atqui ex veterum rerum monumentis, vel maximum bellum populum Rom. cum Antiocho gessisse video: cuius belli victor L. Scipio. par-

d L. partita cum Publ.

ta d cum Publio fratre gloria, quàm laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumsit. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis, proaui tui. quò ille, quum

e L. vt ego mæt statue,

esset, vt e ego mihi statuo, talis, qualem te esse video, numquam cum Scipione esset profectus, si cum mulierculis bellandum esse arbitraretur. Neque verò cum P. Africano senatus egisset, vt legatus patri proficisceretur: cum ipse, paullo antè, Annibale ex Italia expulso, ex Africa ejecto Karthagine oppressa,

f L. liberasset.

maximis periculis remp. liberauisset: nisi illud graue bellum, & vehemens putaretur. Atqui, si diligenter, quid Mithridates potuerit, & quid effecerit, & qui vir fuerit, cõsideraris: omnibus regibus, quibuscum populus R. bellum gessit, hunc regem nimirum antepones. quem L. Sylla, maximo, & fortissimo

g al. cùm exacerbasset pugna, non rudis imp. ‖ vet. pugna exeraſcet. al. pugna exacerbarum vel exasperatum vel cum exasperasset.*

exercitu, pugna g excitatum, non rudis imperator, vt aliud nihil dicam, cum h bello inuectum rogam in Asiam, cum pace dimisit: quem L. Muræna, pater huiusce, vehementissimè, vigilantissimèque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui rex, sibi aliquot annis sumtis ad confirmandas rationes, & copias belli, tantum ipse opibus, conatúque inualuit, vt se

h al. cum bello inuect.

Oceanum cum Ponto, Sertorij copias cum suis coniuncturum putaret. Ad quod bellum duobus consulibus ita missis, vt alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniam tueretur: alterius res & terra, & mari calamitosæ, vehementer & opes regis, & nomen auxerunt: L. Luculli verò res, tantæ exstiterunt, vt neque maius bellum commemorari possit, neque maiore consilio, & virtute

i al. bello impetus.

gestum. Nam, cùm totius imperus i belli ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eámque vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam

k al. refractar.

fore putauisset, qua effracta k & reuulsa, tota pateret prouincia: perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia: vt vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, vt omnes copiæ regis, diuturnitate obsidionis consumerẽtur. Quid? illam pugnam naualem ad Tenedum, cùm contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe, atque animis inflata peteret: mediocri certamine, & parua dimicatione commissam arbitraris? Mitto prœlia: præterea oppugnationes oppidorum. expulsus

l Tigrane.*

regno tandem aliquando, tantùm tamen consilio, atque auctoritate valuit, vt se, rege Armeniorum adiuncto, nouis opibus, copiisque renouarit. Ac, si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus, imperatorisque dicendum, plurima, & maxima prœlia commemorare possem, sed non id agimus. hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset: neque tanta cura senatus, & populus Romanus suscipiendum pu-

A tasset neque tot annos gessisset, neque tanta gloria L. Luculli: neque verò eius belli conficiendi eram a tanto studio populus Ro. ad Cn. Pompeium detulisset: cuius ex omnibus pugnis, quę sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. qua ex pugna cùm se ille eripuisset, & Bosphorum b confugisset, quò exercitus adire non posset: etiam in extrema fortuna, & fuga, nomen tamen retinuit regium. Itaque ipse Pompeius, regno possesso, ex omnibus oris, ac notis sedibus hostem ipsum, tamen tantum in vnius animam posuit, vt cùm omnia, quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret, tamen non ante, quàm illum vita expulit, bellum confectum iudicarit. Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quo cum per tot annos, tot prœliis, tot imperatores bella iusserunt: cuius expulsi, & electi vita, tanti æstimata est, vt morte eius nunciata, tum demique bellum confectum arbitraretur c? Hoc igitur in bello L.

a ἀντιμίσθιον curationem. P. E.

b L. Bosporum confog.

c passim hic sumitur. * L. arbitraremur.

C Muræna, legatum fortissimi animi, summi consilij, maximi laboris cognitum esse defendimus: & d hanc eius operam non minus ad consulatum adipiscendum, quàm hanc nostram forensem industriam, dignitatis habuisse. ¶ At enim in præturæ petitione prior renuntiatus est Seruius. Pergitisne vos, tãquam ex syngrapha, agere cum populo, vt, quem locum semel honoris cupiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim, fietum, quem Euripum e tot motus, tantas, tam

d L. & illius eius operam.

e videtur sumptum in ex Aeschinis oratione cõtra Ctesiphõtem.*

D varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus vnus, aut non interposita, sæpe perturbat omnia: de totam opinionem parua nõnumquam commutat aura rumoris. Sæpe etiã sine vlla aperta causa fit aliud, atque f existimamus, vt non

f L. atque existimaris.

E numquam ita factum esse etiam populus admiretur: quasi verò non ipse fecerit. *Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione totæ comitiorum.* Quis L. Philippum summo g ingenio, opera, gratia, nobilitate, à M. Herennio superari posse arbitratus est? quis Qu. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem, à Cn. Manlio? quis M. Scaurum, hominem grauissimum, ciuem egregium, fortissimum

g Z. summo ingenio, opibus, gratia,

F senatorem, à Qu. Maximo? non modò horum nihil ita forte putatum est, sed ne cum esset factum quidem, quare ita factum esset, intelligi potuit. Nam vt tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe improuiso nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur: sic in h hac comitiorum tempestate populari, sæpe intelligas, quo signo commota sit: sæpe i ita obscura est, vt casu excitata esse videatur. Sed tamen, si k est reddenda ratio: duæ res vehementer in prætura desideratæ sunt, quæ ambæ

G in l consulatu, cum Muræna profuerunt: vna, exspectatio muneris m, quæ & rumore nonnullo, & studiis, sermonibusque competitorum creuerat n: altera, quòd ij, quos in prouincia, ac legatione omnis & liberalitatis, & virtutis suæ testeis habuerat, nondum decesserant. Horum vtrumque ei fortuna ad consulatus petitionem reseruauit. nam & L. Luculli

h sic hæc comitiorum tempestas popularis,

i L. sæpe eius ira obscura causa est.

k Muræna currepuisset pallus sit in Prætura.*

l L. in consulatu, Murænæ prof.*

m Ludorum Apollinarium.*

n al. increbruerat.*

H exercitus, qui ad triumphũ cõuenerat, idem o comes L. Murænæ præsto fuit: & munus am-

o idem comitatus L. Murænæ pr.

plissimum, quod petitio prætura desiderabat [a], prætura restituit. Nunc tibi hæc parua videntur adiumenta, & subsidia consulatus? voluntas militum? quę cùm per se valet multitudine, tum [b] apud suos gratia: tum verò in consule declarando multum etiam apud vniuersum populum Rom. auctoritatis habet: suffragatio militaris? Imperatores enim comitiis consularibus, non verborum interpretes deliguntur [c]. Quare grauis est illa oratio, me saucium recreauit: me præda donauit: hoc duce castra ducimus, signa contulimus: numquam iste plus militi laboris imposuit, quàm ipsi sumsit: ipse cùm fortis, tum etiam felix. Hoc quanti putas esse ad famam hominum, ac voluntatem? etenim, si d tanta illis comitiis religio est, vt adhuc semper omen valuerit prærogatiuum [e], quid mirum est, in hoc felicitatis famam, sermonémque valuisse? Sed, si hæc leuiora ducis, quæ sunt grauissima, & hanc vrbanam suffragationem militari anteponis: noli ludorum huius elegantiam, & scenæ [f] magnificentiam [g] valde contemnere: quæ huic admodum profuerunt. Nam quid ego dicam, populum, ac vulgus imperitorum [h] ludis magnopere delectari? minùs est mirandum. quamquam huic causæ id satis est. sunt enim populi, ac multitudinis comitia. Quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum, eam L. Muræ̃næ apud populum profuisse. Sed [i] si nosmetipsi, qui & [k] ab delectatione omni negotiis impedimur, & in ipsa occupatione delectationes aliàs multas habere possumus, ludis tamen oblectamur, & ducimur, quid tu admirere de [l] multitudine indoctâ? L. Otho [m], vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit nō solùm dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex [n] hæc, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quò [o] honestissimo ordini cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui dissimulant, nō solùm eos, qui fatentur: quod ego in mea petitione sensi. nam nos quoque habuimus scenam [p] competitricem. Quòd si ego, qui trinos ludos ædilis feceram, tamen Antonij ludis P. commouebar: tibi, qui casu nullos feceras, nihil huius istam ipsam, quam irrides, argenteam scenam [q], aduersatam putas? Sed hæc sanè sint paria omnia: sit par forensis opera militaris: sit par militari suffragatio vrbana: sit idem, magnificentissimos, & nullos vmquam fecisse ludos: quid? in ipsa prætura nihilne existimas inter tuam, & [r] istius sortem interfuisse? Huius sors ea fuit, quam omnes tui necessarij tibi optabamus, iuris dicundi: in qua gloriam conciliat magni tudo negotij: gratiam, æquitatis largitio: qua in sorte sapiens prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, beneuolentiam [s] adiunxit lenitate audiendi. Egregia, & ad consulatum apta prouincia, in qua laus equitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. Quid tua sors [t]? tristis, atrox: quæstio peculatus, ex altera parte, lacrymarum, & squaloris: ex altera, plena catenarum, atque [u] iudicum, cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem: scriba damnatus, ordo totus alienus: Syllana gratificatio reprehensa: multi viri fortes, & propè [x] pars ciuitatis offensa est: illos seuerè æstimatæ: cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit. Postremò tu in prouinciam ire noluisti. non possum id in te reprehendere, quod in me ipso & prætor, & consul probaui. sed tamen L. Murenę prouincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. habuit [a] proficiscens [b] in Vmbria: dedit ei facultatē resp. liberalitatis: qua vsus, multas sibi tribus, quæ municipiis Vmbrię conficiuntur, adiunxit. ipse autem in Galliā, vt nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, æquitate, diligentiáque perfecit. Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti. fateor: sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minui sceleře in eos, à quibus prouincias contemni intelligant. Et, quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad cōsulatus petitionem, disparem fortunam prouincialium negotiorum in Muræna, atque in Sulpitio fuisse: dicam iam apertius, in quo meus necessarius fuerit inferior, Seruius, & ea dicam, vobis audientibus, amisso iam tempore, quæ ipsi soli, re integra, sæpe dixi. Petere consulatum nescire te, Serui, persæpe [c] dixi: & in iis rebus ipsis, quas te magno, & forti animo & agere, & dicere videbam, tibi solitus sum dicere, magis te fortem senatorem mihi videri, quàm sapientem candidatum. Primùm accusandi terrores & minæ, quibus tu quotidie vti solebas, sunt fortis viri: sed & populi opinionem à spe adipiscendi auertunt, & amicorum studia debilitant. Nescio quo pacto semper hoc fit: neque in vno, aut altero animaduersum est, sed iam in pluribus: simulatque [d] candidatus accusationem meditari visus est, vt honorem desperasse videatur. Quid [e] ergo? acceptam iniuriam persequi non placet? Immò vehementer placet: sed aliud tempus est petendi, aliud persequendi. petitorem ego, præsertim consulatus, magna spe, magno animo, magnis copiis & in forum, & in campum deduci volo: non placet mihi inquisitio [f] candidati, prænuntia repulsæ: non testium potiùs, quàm suffragatorum comparatio: non minæ magis, quàm blanditię: non declamatio potiùs, quàm salutatio: præsertim cùm iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium concursent, & ex vultu candidatorum coniecturam faciant, quantum quisque animi & facultatis habere videatur. Videsne tu illum tristem? demissum? tacet, diffidet, abiecit hastas. Serpit hic rumor. Scis [g] tu illum accusationem cogitare? inquirere in competitores? testeis quærere? alium faciam, quoniam sibi hic ipse desperat. Ejusmodi candidatorum amici intimi debilitantur, studia deponunt, aut [h] tectam rem abiiciunt, aut suam operam, & gratiam iudicio & accusationi reseruant. Accedit eōdem, vt etiam ipse candidatus, totum animum, atque omnem curam, operam, diligentiámque suam in petitione non possit ponere. adiungitur enim accusationis cogitatio, non parua res, sed nimirum omnium maxima. magnum est enim, te comparare ea, quibus possis hominem è ciuitate, præsertim non inopem, neque infitiandum, exturbare: qui & per se, & per suos, & verò etiam per alienos defendatur. *amnes enim ad periculum propulsanda concurrimus. & qui non apertè impios iudicamus, etiam alienissimos, in capitis pe-*

a *fort.* desiderarat,

b *L.* cùm apud suos gratia.

c *al.* dilegunsur.*

d Comitiorum authoritas.*

e Prærogatiua centuria, cuius voluntatem & iudicium centuriatis comitiis reliquæ centuriæ sequebantur vt omen ea comitiorum fuerit.*

f *v.c.* scænæ.

g argēteam enim scænam dedit Muræna *vt infrà dicetur. adde* 33. *Plin.* 3.*

h *al.* imperitum vulgus.

i *al.* Et si.*

k *al.* nec.*

l *fort.* multitudinem indoctam,

m L. Roscius Otho tribunus pl. vt Florus scribit 99. non Cens. vt apud Asconiū scribitur in Corneliana.

n Lex Roscia de qua infra.*

o Lex Roscia Othonis ea fuit, vt equitib. Romanis in theatro quattuor decim gradus proximi darentur. Florus 99. Huius legis Roscię meminit Cicero *Philipp.* 2. vbi dicitur lege Roscia non licuisse decoctoribus in illis 14. ordinibus sedere. meminit quoque Roscię Horat. l. 1. *epistol.* 1. *adde Ciceronē ad Attic.* 19.*

p *vet.* scænam.

q scænam enim totam argento prætexuerat. *Val.* 3. *Plin.* 3.

r *v.c.* scænā r L. & huius sortem.

s *v.c.* benuolentiam.

t Prætoria.*

u *al.* atque iudicum.

x *al.* propè dimidia pars ciuitatis.*

a *L.* habuit proficiscens dilectum in Vmb.

b *al.* dilectum.*

P. B.

c *L.* per fege tibi dixi.

d Accusandi munus deuitandum candidato.*

e *al.* Quid? ergo acceptam.*

f *fort.* inquisitio cand.

g *fort.* Nescis tu illum accusationem cog.

h L. aut totam rem abiiciunt,

ri.

tis periculis, amicissimorum officia, & studia præstamus. Quare ego expertus & petendi, & defendendi, & accusandi molestiam, sic intellexi, in petendo, studium esse acerrimum: in defendendo, officium: in accusando, laborem. Itaque sic statuo, fieri nullo modo posse, vt idem accusationem, & petitionem consulatus diligenter adornet, atque instruat. vnum sustinere pauci possunt, vtrumque nemo. Tu [a], cùm de curriculo petitionis deflexisses, animúmque ad accusandum transtulisses, existimasti, te vtrique negotio satisfacere posse? vehementer errasti. quis enim dies fuit, posteaquàm in istam accusandi denuntiationem ingressus es, quem tu non totum in ista ratione consumseris? Legem [b] ambitus flagitasti, quæ tibi non deerat. erat enim seuerissimè scripta [c] Calpurnia. gestus est mos & voluntati, & dignitati tuæ. sed tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse armasset: petitioni verò refragata est. Pœna grauior in plebem tua voce efflagitata est. cómoti animi sunt [d] tenuiorum. Exsilium [e] in nostrum ordinem. Concessit senatus postulationi tuæ: sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem, te auctore, constituit. Morbi excusationi pœna addita est: voluntas offensa multorum, quibus aut contra valetudinis [f] commodum laborandum est, aut incommodo morbi etiam ceteri vitæ fructus relinquendi. Quid [g] ergo? hæc quis tulit? is, qui auctoritati senatus, voluntati tuæ paruit: denique is tulit, cui minimè proderant [h]. Illa, quę meà summa voluntate senatus frequens repudiauit, mediocriter aduersata tibi esse existimas? confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis [i] Maniliæ, æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum. Grauiter homines honesti, atque in suis ciuitatibus, & municipiis gratiosi tulerunt, à tali viro esse pugnatum, vt omnes & dignitatis, & gratiæ gradus tollerentur. Idem edititios [k] iudices esse voluisti, vt odia occulta ciuium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cuiusque erumperent. Hæc omnia, tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obstrepebant. Atque ex omnibus illa plaga [l] est iniecta petitioni tuæ, non tacente me, maxima: de qua ab homine ingeniosissimo, & copiosissimo, Hortensio, multa grauissimè dicta sunt: quo etiam mihi durior locus est dicendi datus: vt, cùm ante me & ille dixisset, & vir summa dignitate, & diligentia, & facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem aliquam agerem causæ, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaque in iisdem rebus fere versor, & [m] quod possum, iudices, occurro vestræ sapientiæ [n]. Sed tamen, Serui, quam te securum [o] putas iniecisse petitioni tuæ, cùm tu populum Romanum in eum metum adduxisti, vt pertimesceret, ne consul Catilina fieret, dum tu accusationem comparares? P. deposita, atque abiecta petitione? Etenim te inquirere videbant, itistem ipsum: mœstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant: quibus rebus certè ipsi candidatorum vultus obscuriores [q] videri solent. Catilinam interea alacrem, atque lætum, stipatum choro [r] iuuentutis, valla-

a *fort.* Tu cùm te de curriculo petisti. *Vet.* Tu non te de curriculo.*
b *subaudi* nouam.*
c Lex Calpurnia de ambitu seuerissima, cuius meminit Asconius *in Cornelianas*, & *in Antonium & Catilin.**
d *lib. vul. non habent*, sunt.
e L. in exsilium in n.
f *v.c.* valitudinis.
P. B.
g *al.* Quid? ergo hæc quis tulit?*
h L. prodierant. Quid? illa, quæ mea summa vol.
i L. legis Manilix, § Manilia autem lege intelligit, legem Maniliam de suffragiis qua vt verisimile est confusio in suffragiis maxima introducebatur ob æquationem gratiæ, dignitatis & suffragiorum. Neq. placet quod L. x Manilia de limitibus hic à nonnullis esse dicitur. Loquitur enim hic Cicer. de suffragiis, qui busum nihil habet Manilia de limitibus
k ædititios iudices appellat, quos edere accusatori permittebatur.
l Plagam inficit, qui nocet.
m L. & quoad possum, occurro vestræ satietati. Sed t.
n *al.* satietati, ex vereri, sapientiæ.*
o *forte legendum* securitatem.
p L. compares,
q Chorus, pro comitatu.*

A tum iudicibus [b], atque sicariis, inflatum cùm ipse militum, tum collegæ mei, quemadmodum dicebat ipse, promissis, circumfluentem [c] colonorum Aretinorum, & Fesulanorum exercitu [d]. quam turbam dissimillimo ex genere, distinguebant homines percussi [e] Syllani temporis calamitate. vultus erat ipsius plenus furoris: oculi, scelceris: sermo, arrogantiæ: fic vt ei iam exploratus, & domi conditus consulatus videretur. Mu-
B rænam contemnebat: Sulpicium accusatorem suum numerabat [f], non competitorem: ei vim denuntiabat: reipub. minabatur. Quibus rebus, qui timor bonis omnibus iniectus sit, quantáque desperatio reip. si ille factus esset, nolite à me commoueri velle: vosmetipsi vobiscum recordamini. meministis enim, cùm illius nefarij gladiatoris voces percrebuissent [g], quas habuisse in concione domestica dicebatur, *cum miserorum fidelem defensorem negasset inueniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset: integrorum & fortunatorum promissa sancios, & miseros credere non oportere*: quare qui cõsumta replere, erepta recuperare vellent, spectarent quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minimè timidum, & valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux, & signifer calamitosorum. Tum igitur, his rebus auditis,
C meministis fieri senatusconsultum, referente me, ne postero die comitia haberentur, vt de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postridie, frequenti senatu, Catilinam excitaui, atque eum de his rebus iussi, si quid vellet, quæ ad me allatæ essent, dicere. Atque ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit, atque [h] innuit. tum enim dixit, duo [i] corpora esse reipub. vnum debile, infirmo capite: alterum, firmum, sine capite: huic, cùm ita de se meritum esset,
D caput, se viuo, non defuturum. Congemuit senatus frequens, neque tamen satis seuerè, pro rei indignitate, decreuit. nam partim ideò fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant. Tum erupit è senatu, triumphans gaudio, quem omnino viuum illinc exire non oportuerat: præsertim cùm idem ille in eodem ordine paucis diebus antè, Catoni, fortissimo viro, iudicium minitanti [k], ac denuntianti, re-
E spondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed [l] ruina restincturum. His tum rebus commotus, & quòd hominis iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina sciebam, descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & eum illa lata, insignique lorica, non quæ me tegeret (etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput [m], & collum solere petere) verùm vt omnes boni animaduerterent, & cùm in metu, & periculo consulem
F viderent, id quod est factum, ad opem, præsidiúmque meum concurrerent. Itaque cùm te, Serui, remissiorem in petendo putarent, Catilinam & [n] ipse, & cupiditate inflammatum viderent: omnes, qui illam ab republica pestem depellere cupiebant, ad Murænam se statim contulerunt. Magna est autem comitiis consularibus repentina [o] vo-
G luntatum inclinatio, præsertim cùm incubuit ad virum bonum, & multis aliis adiu-

b L. audacibus, at. sicariis.
c L. circumfluentem, col.
d turba.*
e L. percussi.*
f *al.* nominabat.
g L. percrebruissent,
h L. æquiduit. P. B.
i Idem Plutarchus in Cicerone.*
k *al.* minanti.
l Incendium vltare aqua restinguimus, interdum vero vel ipsa ruina diruto vicini ædificio, incendium licet auertere. *l. 49. §. in fin. ff. ad l. Aquil. l. 7. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 7. §. 3. ff. de incendio.* Harmenopul. *l. 2. τ. 4. ἐρμηνεία.**
m Sylanæ proscriptiones innuit.*
n *forte* ipse, & cupiditate inflammatum.
o L. & repente.

mentis petitionis ornatum. qui cùm honestissimo patre, atque maioribus modestissima adolescentia, clarissima legatione, prætura probata in iure, grata in munere, ornata in pronincia, petisset diligenter, & ita petisset, vt neque minanti cederet, neque cuiquam minaretur: huic mirandum est, magno adiumento Catilinæ subitam spem consulatus adipiscendi fuisse? ¶Nunc mihi tertius [a] ille locus est orationis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis, qui antè me dixerunt: à me, quoniam ita Muræna voluit, retractatus: quo in loco Postumio, familiari meo, ornatissimo viro, de diuisorum [b] indiciis, & de deprehensis pecuniis: adolescenti ingenioso & bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis: M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de senatusconsulto, de republica respondebo. [Sed pauca, quæ meum animum repentè mouerunt, priùs de L. Murænæ fortuna conquerar. Nam cùm sæpe antea, iudices, & ex aliorum miseriis, & ex meis curis, laboribúsque quotidianis, *fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti à studiis ambitionis, otium, ac tranquillitatem vitæ secuti sunt:* tum verò in his L. Murænæ tantis, támque improuisis periculis ita fum animo affectus, vt non queam satis neque communem omnium nostrum conditionem, neque huius euentum fortunámque miserari: qui [c] primùm dum ex honoribus continuis familiæ, maiorúmque suorum vnum adscendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne & ea, quæ relicta, & hæc, quæ ab ipso parta sunt, amittat: deinde propter studium nouæ laudis, etiam in veteris fortunæ discrimen adducitur. quæ cùm [d] sunt grauia, iudices, tum illud acerbissimum est, quòd habent eos accusatores, *non qui odio [e] inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderent.* Nam, vt omittam Seruium [f] Sulpicium, quem intelligo non iniuria L. Murænæ, sed honoris contentione permotum: accusat paternus amicus, Cn. Postumius, vetus, vt ait ipse, vicinus, ac necessarius: qui necessitudinis causas complureis [g] protulit, simultatis nullam commemorare potuit: accusat Seruius [h] Sulpicius, sodalis filij, cuius ingenio paterni omnes necessarij munitiores esse debebant: accusat M. Cato, qui quamquam à Muræna nulla re vmquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac ciuitate natus, vt eius opes, & ingenium, præsidio multis etiam alienissimis, vix [i] cuiquam inimicus esse deberet. Respondebo igitur Postumio primùm, qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius [k] in quadrigarum [l] curriculum incurrere. cuius competitores si nihil deliquerunt, dignitati eorum concessum, cùm petere destitit. sin autem eorum aliquis largitus est: expectendus [m] amicus est, qui alienam potius iniuriam, quàm suam persequatur.

Ea omnia, quæ & Postumio, & Ser. Sulpicio, adolescenti, responsa sunt, desiderantur.

Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum [n], ac robur totius accusationis. qui tamen ita grauis est accusator, & vehemens, vt multo magis eius auctoritatem, quàm criminationem pertimescam. In quo ego accusatore, iudices, primùm illud deprecabor, ne quid L. Murænæ dignitas illius, ne quid exspectatio tribunatus, ne quid totius vitæ splendor, & gratia nocear, denique ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, vt multis prodesse posset [a]. Bis consul fuerat P. Africanus, & duos terrores huius imperij, Karthaginem, Numantiámque deleuerat [b], cùm accusauit L. Cottam. erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas: auctoritas tanta, quanta [c] in homine quoquam, in ipso imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc maiores natu dicere audiui, hanc accusatoris eximiam dignitatem plurimùm L. Cottæ profuisse. noluerunt sapientissimi homines, qui tum reni illam iudicabant, ita quemquam cadere in iudicio, vt nimis aduersarij viribus abiectus videretur. Quid? Ser. Galbam (nam traditum memoriæ est) nónne proauo tuo, fortissimo, atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti ad eius perniciem, populus Rom. eripuit? *Semper [e] in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus & populus vniuersus, & sapientes, ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt.* Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non vim maiorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam. valeant hæc omnia ad salutem innocentium, ad [f] opem imporentum, ad auxilium calamitosorum: in periculo verò & in pernicie ciuium, repudientur. Nam si quis hoc fortè dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi priùs de causa iudicasset: iniquam legem, iudices, & miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit, iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere oportere. Ego tuum cõsilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo: nonnulla in te forsitan conformare, & leuiter emendare possim. *Non multa peccas*, inquit ille [h] fortissimo viro senex magister: *sed si peccas, te regere possim.* At ego te verissimè dixerim peccare nihil, neque vlla in re te esse huiusmodi, vt corrigendus potius, quàm leuiter [i] infectendus esse videare. finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omneis denique virtutes magnum hominem, & excelsum. accessit his tot, doctrina non moderata, nec mitis, sed, vt mihi videtur, paullò asperior, & durior, quàm veritas, aut natura patiatur. Et quoniam non est nobis hęc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium: audaciùs paullò de studiis humanitatis, quæ & mihi, & [k] vobis nota, & iudicanda sint, disputabo. In M. Catone, iudices, hæc bona, quæ videmus diuina, & egregia, ipsius scitote esse propria. quæ nonnumquam requirimus, ea sunt omnia non à natura, sed à magistro. Fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno [l], cuius iuuentorum æmuli Stoici nominantur. Huius sententiæ sunt, & præcepta ciusmodi. *Sapientem gratis numquam moueri numquam cuiusquam delicto ignoscere neminem misericordem esse, nisi stultum,*

[a] PARTITIONIS pars tertia de crimine ambitus.*

[b] Diuisores erant, per quos populo pecunias diuidebant.*

[c] L. qui primum quoniã ex hom.

[d] al. cùm Aut gr.

[e] al. stulto sed nihil mutãdum cum & ita locutus sit in Miloniana.*

[f] L. Ser Sulpicium.

P. B. [g] al. complureis.*

[h] Ser. Sulpicium.

[i] L. vix cuiquam inimico exitio esse deberent.

[k] Desultori, dicebantur qui ex vno equo in alterũ, non intermisso cursu, celerrimè desiliebant. Varro 2. de re rustic. 7. Liuius 23.*

[l] al. quadrigarium.*

[m] expertes.

[n] al. fundamentum.*

[a] L. potuit.

[b] 2. officiorum.*

[c] L. quanta in ipso imperio pop.

[d] *rectè vitalium malè* Sergius. *fuit enim Galbæ ex Sulpitiorum gente*, vt, Catilina, ex Sergia.*

[e] Accusatorum nimiæ potentiæ obsistendum.*

[f] 1. ad opem imporenti...

[g] *lib. vulg.* inre forsitan h sumptum videtur ex aliqua vetere Tragœdia.*

[i] al. leniter.*

[k] L. & vobis nota, & iudicãda sunt.

[l] De Stoicorum doctrina, adde Laertium in Zenone.*

tum, & leue: viri non esse, neque exorari, neque placari: SOLOS sapientes esse, si [a] distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites [b]: si seruitutem seruiant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exsules, hostes, insanos denique esse dicunt: OMNIA peccata esse paria: omne delictum, scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quàm eum, qui patrē suffocauerit: SAPIENTEM nihil opinar, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare numquam. Hæc homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus, arripuit: neque disputandi causa, vt magna pars, sed ita viuendi. Petunt [c] aliquid publicani: caue quidquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt, miseri, & calamitosi: sceleratus, & nefarius fueris, si quidquam, misericordia adductus, feceris. Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniam petit: nefarium est facinus, ignoscere. At leue delictum est: omnia peccata sunt paria. Dixisti [d] quippiam, fixum, & statutum [e] est. Non reductus es, sed opinione. Sapiens nihil opinatur. Erasti aliqua in re: male dici putat. Hæc ex disciplina nobis illa sunt. Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. Iratus dixisti [f]. numquam, inquit, sapiens irascitur. At temporis causa. Improbi, inquit, hominis est, mendacio fallere: mutare sententiam, turpe est: exorari, scelus: misereri, flagitium. Nostri autem illi, (tatebor enim, Cato: me quoque in adolescentia, diffisum ingenio meo, quæsisse adiumenta doctrinę nostri, inquam, illi à Platone, & Aristotele, moderati homines, & temperati, aiunt, apud sapientem valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri: dissimilia genera [h] esse delictorum, & dispares pœnas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat: iracundum quam exorari eundem, & placari: quod dixerit, interdum, si ita rectius sit, mutare de sententia decedere aliquando: omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas. Hos ad magistros si qua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset: non tu quidem vir melior esses, nec fortior, nec temperantior, nec iustior, sed quæ enim esse potes? sed paullo ad lenitatem propensior. non accusares nullis adductus inimicitiis, nulla [i] lacessitus iniuria, prudentissimum [k] hominem, summa dignitate, atque honestate prędi. um putares, cum in eius dem anni custodia te, atque L. Muræna fortuna posuisset, aliquo te, cum hoc, reipublicæ vinculo esse coniunctum: quod atrociter in senatu dixisti, aut non dixisses, aut [m] seposuisses, aut miciorem in partem interpretare. At te ipsum (quantum ego opinione augurior) nunc & animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ, atque ingenij elatum, & recentibus præceptorum studiis flagrantem, iam vsus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores [n], & virtutis magistri, finem officiorum paullo longius, quàm natura vellet, protulisse: vt [o], cum id vltimum Panimo contendissemus, ibi tamen, vbi [p] oporteret, [q] consisteremus. Nihil ignoueris. Immò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causa feceris. Immò resistito [r] gratiæ, cum officium, & fides postulabit. Misericordia [s] commotus ne fis etiam in dissoluenda seueritate: sed tamen est laus aliqua, quæ lecto mihi probatur.

a *legendum esti & hic & duobus locis paulo post.*
b *al.* diuites.
P. CXXIX.
c seueri & merę Stoici hominis imago.
d L. Dixisti quippe tuū, & statutum est.
e *al.* stabile.
f *legendum* Dixi.
g De Platonis & Aristotelis doctrina.
h *fort.* esse genera
P. B.
i *Appositus.*
k L. pudentissimum hominem. l *al.* custo.
m L. aut si potuisses, mitiorem, *etc.*
n Stoici.
o Inclusa hæc aut subdititia, aut perobscura.
p Id est, ad finem officij, à Stoicis constitutum perueniremus.
q L. vbi oporteret, nō idem anni custodia te, atque L. Muræna fortuna posuisset, aliquo te, cum hoc, reipublicæ vinculo esse coniunctum: quod atrociter in senatu dixisti, aut non dixisses, aut seposuisses, aut miciorem in partem interpretare. At te ipsum (quantum ego opinione augurior) nunc & animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ, atque ingenij elatum, & recentibus præceptorum studiis flagrantem, iam vsus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores, & virtutis magistri, finem officiorum paullo longius, quàm natura vellet, protulisse: vt, cum id vltimum Panimo contendissemus, ibi tamen, vbi oporteret, consisteremus. Nihil ignoueris. Immò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causa feceris. Immò resistito gratiæ, cum officium, & fides postulabit. Misericordia commotus ne fis etiam in dissoluenda seueritate: sed tamen est laus aliqua, quæ lecto mihi probatur.
r *legendum videtur* persisto, persistere vero gratiæ nō est per funerorē gratiæ sed constanter aliquid concedere, si modò officium & fides id postulet.
s L. Misericordia commotus ne sis. Sed tamen est etiam in dissoluenda seueritate.

A qua humanitatis. In sententia permanēto. Enimuero [a] nisi sententia alia vicerit melior. Hic iusce modi Scipio [b] ille fuit, quem non pœnitebat facere idem, quod turbare eruditissimum hominem [c], & pæne diutinum domicuius oratione, & præceptis, quamquam erant eádem ista, quę te delectant, tamen asperior non est factus, sed (vt accepi à senibus) leniissimus. Quis verò C. Lælio comior? quis iucundior, eodem ex studio isto? quis illo grauior? sapientior? Possum de L. Philippo, de C. Gallo dicere [d] hæc eádem: sed te domum iam deducam tuam. Quemquámne existimas Catone, proauo tuo, commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis? de cuius præstanti virtute cùm verè, grauitérque dicere, honesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi: sed tamen naturæ similitudo illius ad te magis qui ab illo ortus es, quàm [e] ad vnumquemque nostrùm peruenire potuit: ad imitandum verò tam mihi propositum exemplar illud est, quàm tibi. Sed, si illius comitatem, & facilitatem tuæ grauitati, seueritatique adsperseris: non ista quidem erunt meliora, quæ nunc sunt optima, sed certè condita iucundiùs. Quare, vt ad id, quod instituī, reuertar, toile mihi è causa nomen Catonis: remoue, ac prætermitte auctoritatem, quæ in iudiciis aut nihil valere, aut ad salutem debet valere: congredere [f] mecum criminibus ipsis. ¶ Quid accusas [g], Cato? quid affers in iudicium? quid arguis? Ambitum accusas? non defendo. Me reprehendis, quòd idem defendam, quod [h] lege punierim. Puninī ambitum, non innocentiam. ambitum verò ipsum vel tecum accusabo, si voles dixisti, senatusconsultum [i], me referente, esse factum *si* [k] *mercede corrupti, obuiam candidatus issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributus* [m], item *prandia si vulgo essent data:* contra legem [n] Calpurniam factum videri. Ergo ita Senatus iudicat, contra legem facta hæc videri, si facta sint. decernit, quod nihil opus est, dum candidatis morem gerit. nam factum sit, nēcne, vehementer quæritur: si factum sit, q in contra legem [o] sit, dubitare nemo potest. Est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, id iudicare. Atque id decernitur omnibus postulantibus candidatis: vt ex S. C. neque cuius interfit, neque contra quem sit, intelligi possit. Quare doce, à L. Muræna illa esse commissa. tum egomet tibi contra legem commissa esse concedam. *Multi obuiam prodierunt* de prouincia decedenti, consulatum petenti. solet fieri, eccui autem non prodirut reuertenti? quæ fuit ista multitudo? Primùm, si tibi istam rationem non possim reddere: quid habet admirationis, tali viro aduenienti, candidato consulari, obuiam prodisse multos? quod [p] nisi esset factum, magis mirandum videretur. Quid, si etiam illud addam, quod à consuetudine non abhorret, rogatos esse multos? num aut criminosum sit, aut mirandum, qua in ciuitate rogati infimorum hominum filios [q] prope de nocte ex vltima sæpe vrbe deductum venire solcamus, in ea non esse grauatos homines prodire hora tertia in

a L. Enimuero nisi sententiam, sententia alia vicerit.
b Africanus minor.
c Panætius.*
d L. hæc eadem dicere: sed te dom.*
P. CXL.
e *fort.* quam ad quemquē altum nostrum
f *ἐμοὶ γὰρ μένε* vel *μένε γέρον.*
g Responsio ad obiectiones Catonis hoc est, de obuiam prodeuntibus, de sectatoribus, de spectaculis, de prædiis,
h L. quod lege pœnierim. Pœniui, *ita veteres locuti* pro punitui.*
i Senatusconsultum, de quo hic loquitur. legē antea latam subsecutum est (quod sæpissimè fieri vsitatum erat) legem iam quam Tullius de qua scripsit in orat. pro Sestio & in Vatinium.*
k L. si mercede conducti, obuiam
l L. si gladiatoribus vulgo locus tributus. & item, *etc.*
m *ad sternendos sustinendosque gladiatores.* Cicero *ad Atticum.* Quærit ex me, nū consuessem Siculis, locum gladiatoribus dare.
P. B.
n Legem Calpurniam ambitus intelligunt, de qua superius dixit.*
o *al.* legem factum sit.
p *al.* quod non esset.
q honorem aliquem petentes.*

campum Martium, præsertim talis viri nomine rogatos? Quid, si omnes sodalitates [a] venerunt, quarum ex numero multi hic sedent iudices? quid, si multi homines nostri ordinis honestissimi? quid, si illa officiosissima, quæ neminem patitur non honestè in vrbem introire, tota natio [b] candidatorum? si deniique ipse accusator noster Postumius obuiam cum bene magna caterua sua vênit: quid habet ista multitudo admirationis? omitto clientes, vicinos, tribules [c], exercitum totum Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat. hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam, non modò dignitati vllius vmquam, sed ne voluntati quidem defuisse. At *sectabantur multi*. Doce, mercede: concedam esse crimen. hoc quidem remoto, quid reprehendis? Quid opus est, inquit, sectatoribus? A me tu id quæris, quid opus sit eo, quo semper vsi sumus? Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi [d] beneficij locum, hanc in nostris petitionibus operam, atque assectationem. neque enim fieri potest, neque postulandum est à nobis, aut ab equitibus Romanis, vt suos necessarios candidatos sectentur totos dies: à quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si vno basilicæ [e] spatio honestamur, diligenter obseruari [f] videmur & coli. Tenuiorum, & non occupatorum amicorum est ista assiduitas: quorum copia bonis, & beneficis deesse non solet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum officij, Cato: sine eos, qui omnia à nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. Si nihil erit, præter ipsorum suffragium, tenue est: si, vt suffragantur, nihil valent gratia. Ipsi denique, vt solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam possunt: atque hæc à nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua, compensari putant posse. Itaque & legi [h] Fabiæ, quæ est de numero sectatorum, & S.C. quod est L. Cæsare consule factum, restiterunt. nulla est enim pœna, quæ possit obseruantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere. At *spectacula sunt tributim data, & ad prandium vulgo vocati*. Etsi hoc factum à Muræna omnino, iudices, non est: ab eius amicis autem more, & modo [k] factum est: tamen admonitus re ipsa, recordor quantum hæ quæstiones, in senatu habitæ, punctorum [l] nobis, Serui, detraxerint. Quod enim tempus fuit aut nostra, aut patrum nostrorum memoria, quo hæc, siue ambitio, est, siue liberalitas, non fuerit, vt locus & in circo, & in foro daretur amicis, & tribulibus? hæc homines tenuiores primùm, nondum [m] qui à suis tribulibus vetere instituto assequebantur.

a publicanorum.*

b Natione cãdidatorum intelligit ædilitios, quæ storios alios*

c Tribules, qui ex eadẽ tribu.*

d referendi benef.

e in Basilicis enim spatiari soliti.*

f σπαζεσθαι

g L. tenue est, si vt suffragentur nihil al. tenue est, nisi vt suffragentur.*

h Lex Fabia, de ambitu lata fuit.*

i hoc est tribulibus Murænæ, at non omnibus.*

k id est modium.*

l Puncta pro suffragiis accipit.* P. E.

m al. nedum qui al. ne dũ à suis &c.*

Deest nonnihil.

n al. fremunt.* Præfectum fabrûm semel [n] locum tribulibus suis dedisse: quid statuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas, tribulium causa, compararunt? Hæc omnia sectatorum, spectaculorum, prandiorum item crimina, à multitudine in tuam nimiam diligentiam, Serui, ejnecta sunt: in quibus tamen Murena ab senatus auctoritate defenditur. Quid enim? Senatus nũ obuiam prodire crimen putat? non. sed mercede: cõuince. nũ sectari multos? non, sed b conductos: doce. num locum ad spectãdum dare? aut ad prandium inuitare? minime. sed vulgò, passim. quid est vulgò? vniuersos. Non igitur, si L. Natta, summo loco adolescens, qui, & quo animo iam sit, & qualis vir futurus sit, videmus, in equitum centuriis voluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus, id erit eius vitrico fraudi, aut crimini: nec, si virgo Vestalis, huius propinqua, & necessaria, locum [c] suum gladiatorum concessit huic, non & illa piè fecit, & hic à culpa est remotus. Omnia hæc sunt officia necessariorum, omnino da tenuiorum, munia candidatorum. At enim agit mecum austerè, & Stoicè Cato. negat verum esse, allici beneuolentiam [e] cibo. Negat, iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. Ergo ad cenam, petitionis causa, si quis vocat, condẽnetur. Quippe, inquit, tu mihi summũ imperium, summam [f] auctoritatem, tu gubernacula reipublicæ petas fouendis hominum sensibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? Vtrùm lenocinium, inquit, à grege delicatę iuuentutis, an orbis terrarum imperium à populo Ro. petebas? Horribilis oratio: sed eam vsus, vita, mores, ciuitas ipsa respuit. Neque tamen Lacedæmonij, auctores istius vitę, atque orationis, qui quotidianis epulis in robore [g] accumbũt: nequeh verò Cretes, quorum nemo gustauit vmquã cubãs, melius, quàm Romani homines, q i tempora voluptatis, laboriq ue dispertiunt, resp. suas reti nuerunt: quorum alteri, vno aduentu nostri exercitus deleti sunt: alteri nostri imperij præsidio disciplinam suam, legésque conseruant. Quare noli, Cato, maiorum i instituta, quæ res ipsa publica, quæ diuturnitas imperij comprobat, nimiùm seuera oratione reprehendere. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros, & honestus homo, & nobilis, Q. Tubero. is, cùm epulum Q. Maximus, Africani patrui sui nomine, populo Romano daret, rogatus est à Maximo, vt triclinium sterneret, cùm esset Tubero ejusdem Africani sororis filius. Atque ille, homo eruditissimus, ac Stoicus, strauit pelliculis [k] hædinis lectulos Punicanos [l], & exposuit vasa Samia [m]: quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africam mors honestaretur: quem cùm supremo eius die Q.[n] Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus *quod ille vir in hac rep. potissimum natus esset, necesse enim fuisse, vbi esse terrarum imperium, vbi ille esset*. huius in morte celebranda grauiter tulit populus Ro. hanc peruersam sapientiam Tuberonis. Itaque homo integerrimus, ciuis optimus, cùm esset L. Paulli nepos, P. Africani, vt dixi, sororis filius, his hædinis pelliculis prætura deiectus est. Odit populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit. non amat profusas epulas: sordeis, & inhumanitatem multo minùs. distinguit rationem officiorum, ac temporum: vicissitudinem laboris, ac voluptatis. Nam, quòd ais, *Nulla re allici hominum mentes oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate*: hoc tu ipse, in quo summa est dignitas, non seruas.

a L. non sed mercede, mercede conuince.

b L. sed conductos: conductos doce.

c I. locum suum gladiatorib. conc. huic & illa piè fecit, & hic à culpa non est rem.

d al. munimina. al. munia gladiatorum.*

e v.c. beniuolentiam

f L. tu summam auct.

g Lacedæmoniorum hæc consuetudo vt quotidianis epulis in robore accumberẽt. Athenæus xii. ἑστιᾶσθαι dixit *Manutius, tamen legit* in laborę.*

h Cretes in eo differebãt à Spartiatis: quod Lacedæmonij in epulis accubabant: Cretes ne accubabant quidem. In aliis admodum parcs populi.*

i L. institutum maiorum.

k sordes vitandæ candidato.*

l ligneos Seneca 15. ad Lucilium in f. cuiusmodi fu pellex infra Deliacam erat, 33. Plin. 2.*

m fictilia Seneca ib. loco.

n L. Maximus.

cur enim quemquam, vt studeat tibi, vt te adiuuet, rogas? Rogas tu me, vt mihi præsis, vt committam ego me tibi. Quid tandem? istuc me rogari oportet abs te, an te potius à me, vt pro mea salute laborem, periculúmque suscipias? Quid, quòd habes nomenclatorem? In [a] eo quidem fallis, & decipis. Nam, si nomine appellari abs te ciues tuos, honestũ est: turpe est eos notiores esse seruo tuo. quã tibi: sin [b] etiam noris: tamen per [c] monitorem appellandi sunt? cur antè petis [d], quàm insusurrauit? aut quid, cùm admoneris, tamẽ, quasi tute noris, ita salutas? quid, posteaquàm es designatus, multo salutas negligẽtius? Hæc omnia ad salutem ciuitatis, si dirigas, recta sunt. sin pertendere ad disciplinæ præcepta velis, reperiantur prauissima. Quare nec pleribi Rom. eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, coniuiorum: quæ omnia maiores nostri comparauerunt: nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat, quàm largitionem. At enim te ad accusandum respublica adduxit. Credo, Cato, te isto animo, atque ea opinione venisse, sed tu imprudentia laberis. Ego quod facio, iudices: cùm amicitiæ, dignitatisque L. Murænæ gratia facio, tum me pacis, otij, concordiæ, libertatis, salutis, vitæ denique omnium vestrûm causa facere clamo, atque [e] obtestor, Audite, audite consulem, iudices. nihil dicam arrogantius, tantùm dicam, totos dies, atque noctes de republica cogitantem. Non [f] vsque eò L. Catilina remp. despexit, atque contemsit, vt ea copia, quam secum eduxit, se hanc ciuitatem oppressurum arbitraretur. latiùs patet illius sceleris contagio, quàm quisquam putat: ad plureis pertinet, *intus, intus*, inquam, *est equus Troianus* [g] cum grege suo coniuratorum. quæris à me, quid ego Catilinam metuam. Nihil: & curaui, ne quis metueret: sed copias illius, quas hic video, dico esse metuendas: nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinæ, quàm isti qui illum exercitum deseruisse dicuntur. non enim deseruerunt: sed ab illo in speculis, atque insidiis relicti, in capite, atque in ceruicibus nostris restiterunt. Hi & integrum consulem, & bonum imperatorem, & natura, & fortuna, cum reipublicæ salute coniunctum, deiici de vrbis præsidio, & de custodia ciuitatis, vestris sententiis, deturbari volunt. quorum ego ferrum, & audaciam reiici in campo, debilitaui in foro, compressi etiam domi meæ sæpe, iudices: his vos si alterum consulem tradideritis, plus multo erunt vestris sententiis, quàm suis gladiis consecuti. Magni interest, iudices, id quod ego multis repugnantibus egi, atque perfeci, esse [h] Kalendis Ianuar. in republica duos consules. Nolite arbitrari mediocribus consiliis, aut vsitatis viis, aut lege improba, aut perniciosa largitione auditum aliquando aliquod malum reipublicæ quæri. Inita sunt in hac ciuitate consilia, iudices, vrbis delendæ, ciuium trucidandorum, omnium Romani exstinguendi. Atque hæc ciues, ciues, inquam, (si eos hoc nomine appellari fas est) de patria sua & cogitant, & cogitauerunt. horum ego quotidie consiliis occurro, audaciam debilito, scelleri resisto. Sed vos moneo, iudices: in exitu est iam meus consulatus: nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ: nolite adimere eum, cui rempub. cupio tradere incolumem, ab his tantis periculis defendendam. Atque ad hæc mala, iudices, quid accedat aliud, non videtis? ¶ Te [a] appello, Caro: nónne prospicis tempestatem anni tui? iam enim hesterna concione intonuit vox pernicioſa designati tribuni, collegæ tui: contra quem multùm tua mens, multùm omnes boni prouiderunt, qui te ad tribunatus petitionem vocauerunt. Omnia, quæ per hoc triennium agitata sunt iam ab eo tempore, quo à Lucio Catilina, & Cneo Pisone initum consilium senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Qui locus est, iudices, quod tempus, qui dies, quæ nox, cùm ego non ex istorum insidiis, ac mucronibus, non solùm meo, sed multo etiam magis diuino consilio eripiar, atque euolem? Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem consulem de reipub. præsidio demouere [b] volunt: nec minùs vellent. Cato, te quoque aliqua ratione si possent, tollere: id quod, mihi crede, & agunt, & moliuntur. vident, quantum in te fit animi, quantum ingenij: quantum auctoritatis, quantum reip. præsidij: sed cùm consulari auctoritate, & auxilio spoliatam vim tribunitiam viderint, tum se facilius inermem, & debilitatum te oppressuros arbitrantur. nam ne sufficiatur consul, non timent. vident [c] in tuorum potestate collegarum fore: sperant sibi Silanum, clarum virum, sine collega, te sine consule, remp. sine præsidio obiici posse. His tantis in rebus, tantisque in periculis, est tuum, M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus es, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorem, socium in repub. consulem non cupidum, consulem (quod maximè tempus hoc postulat) fortuna constitutum ad amplexandum otium: scientia: ad bellum gerendum animo, & vsu, ad quod velis negotium. ¶ Quamquam huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, iudices: totam remp. vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret L. Murænam: si interficere posset, occideret. Petunt enim rationes illius, vt orbetur auxilio resp. vt minuatur contra suum furorem imperatorum copia: vt maior facultas tribunis plebis detur, depulso aduersario, seditionis, ac discordiæ concitandæ. Idémne igitur delecti [e] ampliſſimis [f] ex ordinibus honestissimi, atque sapientissimi viri iudicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis reipublicæ iudicaret? Mihi credite, iudices, in hac causa non solùm de L. Murænæ, verùm etiam de vestra salute sententiam feretis. In discrimen extremum venimus: nihil est iam, vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. non solùm minuenda non sunt auxilia, quæ habemus: sed etiam noua, si fieri possit, comparanda. hostis est enim non apud Anienem, quod bello Punico grauissimum visum est, sed in vrbe, in foro: (dij [g] immortales! sine gemitu hoc dici non potest:) non nemo etiam in illo sacrario reipublicæ, in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est. Dij faxint, vt meus collega, vir fortissimus, hoc Catilinæ nefarium latrocinium armatus opprimat: ego togatus, vobis, bonisque omnibus adiutoribus, hoc,

a à quo quidem

b L. sin, etiã si noris, tamẽ per monitorem app. sunt: cur antè appellas, quàm inf.

c Monitoris seu nomenclatoris officium apertissimè hic describitur. Sic *Horatius* merces seruum qui dicere nomina.*

d *al.* pellis *al.* appellas.

P. CXLIII.

e *L.* atque testori.

f *vet. cod.* Nusquam.*

g Catilina vna cum grege suo coniuratorum.*

h *Quintilian. lib. 6.* legit et se pridie Kalend. Ian. *etc.*

P. B.

i L. duo cõsules. Nolite arbitrari. Ne mediocribus consiliis, aut vsitatis viis, non lex improba, non perniciosa largitio, non auditum aliquando aliquod malum reip. quæritur. Init.

a Apostrophe ad Catonem.*

b L. demoueri

c L. videat te in tuorum pot.

P. CLXVII.

d Apostrophe ad iudices.*

e *vet. cod.* delecti

f L. ex ordinib. amplissimis.

g *al.* O Dij *al.* (ij immortales)

quod conceptum respublica periculum parturit, consilio discutiam, & comprimam. Sed quid tandem fiet, si hæc elapsa de manibus nostris, in eum annum, qui consequitur, redundarint? Vinus erit consul, & is non in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus. hunc iam qui impediuri sint[a], parati b sunt. illa c pestis immanis, importuna, Catilinę prorumpet, quà poterit: & iam populo Romano minatur: in agros suburbanos repentè aduolabit: versatur in castris furor, in curia timor, in toro coniuratio, in campo exercitus, in agris vastitas: omni autem in sede, ac loco ferrum, flammamque metuemus. quæ iamdiu comparantur, eádem ista omnia, si ornata suis præsidiis erit respublica, facile & magistratuum consiliis, & priuatorũ diligentia opprimentur. ¶ Quæ [e] cùm ita sint, iudices, primùm reipublicæ causa, qua nulla res cuiquam potior debet esse, vos, pro mea summa, & vobis cognita in remp. diligentia, moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, vt otio, vt paci, vt saluti, vt vitæ vestræ, & ceterorum ciuium, consulatis: deinde ego fidem f vestram, vel defensoris, & amici officio adductus, oro, atque obsecro, iudices, vt ne hominis miseri, & cùm corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murænæ, recentem gratulationem noua lamentatione obruatis. modò maximo beneficio populi R. ornatus, fortunatus videbatur, quòd primus in familiam veterem, primus in municipium antiquissimum consulatum attulisset: nunc idem squalore sordidus, confectus morbo, lacrymis, & mœrore perditus, vester est supplex, iudices, vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, vestram potestatem, ac vestras opes intuetur. Nolite, per deos immortales, iudices, hac cum re, qua se honestiorem fore putauit, etiam ceteris ante partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunáque priuare. Atque ita vos Muræna, iudices, orat, atque obsecrat, si iniuste neminem læsit, si nullius aures, voluntatémve violauit: si nemini, vt leuissimè dicam, odio nec domi, nec militiæ fuit: sic apud vos modestiæ locus, sit demissis hominibus perfugium, sit auxilium pudori. *Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet, iudices, vnà enim eripiuntur cum consulatu omnia.* inuidiam verò his temporibus habere consulatus ipse nullam potest. obiicitur enim concionibus seditiosorum, insidiis coniuratorum, telis Catilinæ: ad omne denique periculum, atque ad omnem inuidiam solus opponitur[a]. Quare quid inuidendũ Murænæ, aut cuiquã nostrũm sit in hoc præclaro cõsulatu, nõ video, iudices. quæ verò miseranda sunt, ea & mihi ante oculos versantur, & vos videre, & perspicere potestis. Si *(quod Iupiter omen auertat)* hunc vestri sententiis afflixeritis[b]: quò se miser vertet? domúmne? vt eam imaginẽ clarissimi viri, parentis sui, quam paucis antè diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam iguominia, lugentémque videat? an ad matrem, quæ misera modò consulem osculata filium suum, nunc cruciatur, & sollicita est, ne eundem paullo pòst spoliatum omni dignitate conspiciat? Sed quid ego matrem, aut domum appello, quem noua pœna legis & domo, & parente, & omnium suorum consuetudine, conspectúque priuat? Ibit igitur in [c] exsulium miser? quò? ad Orientis sine parteis, in quibus annos multos legatus fuit, & exercitus duxit, & res maximas gessit? At *habet magnum dolorem, vnde eum honore decesserit, eódem cum ignominia reuerti.* An se in contrariam partem terrarum abdet, vt Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissimè viderit, eundem lugentem, mœrentem, exsulem videat? in ea porrò prouincia, quo animo C. Murænam, fratrem suum, adspiciet? qui huius dolor? qui illius mœror erit? quæ vtriusque lamentatio? quanta autem perturbatio fortunæ, atque sermonis, quòd, quibus in locis paucis antè diebus factum esse cõsulem Murænam, nuntij, litteræque celebrassent, & vnde hospites, atque amici gratulatum Romam concurrerint, repentè eò accedat ipse nuntius suæ calamitatis? Quæ si acerba, si misera; si luctuosa sunt, si d alienissima à mansuetudine, & misericordia vestra, iudices: conseruate populi R. beneficiũ: reddite reip. consulem: date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi, & familiæ, date etiam Lanuuio, municipio honestissimo: quod in hac tota causa frequens, mæstúmq. vidistis. nolite à sacris patriis Ianonis Sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticũ, & suum consulẽ potissimùm auellere. Quem ego vobis, si quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis cõfirmatio mea, consul cõsulem, iudices, ita commendo, vt cupidissimum otij, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic coniurationi, quæ nunc remp. labefactat, futurum esse promittam[e], & spondeam.

a *al.* fiet, videtis: illa pestis immanis.* P. B.

b *lib. vulg. non habẽt hæc verba*, parati sunt.

c L. illa pestis immanis & import. Catilina, prorumpet, d *al.* comprimentur ex *veteri* comprimetur.* e PERORATIO.*

f L. fidem vestram & defensoris, & amici off.

a *al.* expẽnitur.

b *quidam lib. vulg.* afflixeritis.

c *al.* in exsilium. P. B.

d L. si alienissima mansuetudine, &c.

e *fort.* vobis promittam, & spond.

PRO L. VALERIO FLACCO[a] ORATIO VICESIMAQVARTA.

a repetundarum reo ex Prætura Asiatica in qua Ciceroni successerat.*

SYNOPSIS.

Quæstio *An L. Flaccus repetundarum reus sit*, Accusator *D. Lælius*: Reus *L. Flaccus*: Patroni L. Flacci *Q. Hortensius & M. Cicero*, Index. *L. Lucullus*, Acta *in foro nõ lõgè à gradib. Aurelii, anno vrbis 694.*

b EXORDIVM.*

Quanquam in maximis periculis huius vrbis, atque imperij, grauissimo, atque acerbissimo reipublicæ casu, socio, atque adiutore consiliorum, periculorúmque meorum, L. Flacco, cædem à vobis, cõiugibus, liberis vestris, vastitatem à templis, delubris, vrbe, Italia depellebam: sperabã, iudices, honoris [c] potius L. Flacci me adiutorẽ futurum, quam miseriarum deprecatorẽ. Quod enim esset

c L. honorẽ potius.

esset præmium dignitatis, quod populus Ro. cùm huius maioribus semper detulisset, huic denegaret: cùm L. Flaccus veterem[a] Valeriæ gentis in liberanda patria laudem propè quingentesimo anno reip. retulisset? Sed si forte aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis inuidus exstitisset: existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitiæ, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimorum, & lectissimorum virorum iudicium esse subeundum. etenim, quibus auctoribus, & defensoribus, omnium cum salus esset non ciuium solùm, verùm etiam gentium defensa, ac retenta, neminem vmquam putaui per eos ipsos periculum huius fortunis, atque insidias creaturum. Quòd si esset aliquando futurum, vt aliquis de L. Placci pernicie cogitaret: numquam tamen existimaui, iudices, D. Lælium, optimi viri filium, optima ipsum spe præditum, summæ dignitatis, eam suscepturum accusationē, quæ sceleratorum ciuium potius odio, & furori, quàm ipsius virtuti, atque [c]institutæ adolescentiæ conueniret. Etenim cùm à clarissimis viris iustissimas inimicitias sæpe cum bene meritis ciuibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus, quemquā amicū reip. postea quàm L. Flacci amor in patriam perspectus esset, nouas huic inimicitias, nulla accepta iniuria denunciaturum. Sed quoniam, iudices, *multa nos & in nostris rebus, & in rep. fefellerūt*: ferimus ea, quæ sunt ferenda. tātum à vobis petimus, vt omnia reip. subsidia, totum statum ciuitatis, omnem memoriam temporū præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum, in vestra potestate, in vestris mentibus, in hoc vno iudicio positam esse, & desixam putetis. Si vmquam resp. consilium, grauitatem, sapientiam, prouidentiam iudicum implorauit: hoc tempore, hoc, inquam, tempore implorat. Nō estis ex Lydorum, aut Myssorum, aut Phrygum, qui huc compulsi, concitatiq. venerūt, sed de vestra rep. iudicaturi, de ciuitatis statu, de communi salute, de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam nunc, quæ fortium ciuiū mentes, cogitationesque sustentet, omnia alia perfugia bonorum, præsidia, innocentum, subsidia reip. consilia, auxilia, iura occiderunt. Quem enim alium appellē? quem obtester? quē implorem? senatumne? at is ipse auxiliū petit à vobis, & confirmationem auctoritatis suæ, vestræ potestati permissam esse sentit. an equites Romanos? iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta[e], quid cū omnibus senseritis, an populū Romanū? at is quidē omnem[f] suā de bonis [g]potestatem tradit vobis. Quam obrem, nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, iudices, non auctoritatem, quæ amissa est, sed salutem nostram, quæ spe exigua, extremāq. pēdet, tenuerimus: nihil est præterea, quò cōfugere possimus: nisi fortè quæ res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui causæ fundamenta iaciantur, iudices, non videtis. Dānatus est is, qui Catilinam, signa patriæ inferentem, interemit: quid est causæ, cur non is, qui Catilinam ex vrbe repulit, pertimescat? capitur ad pœnam, qui indicia communis exitij cepit: cur non is, qui confidat se, qui ea profūderā, & patefacienda curauerit, locij, consiliorum, minister, comitésque vocātur: quid auctores, quid duces, quid principes sibi exspectent? Atque vtinā inimici nostri, ac bonorū omnium, mecum potiùs contendant, vtrum tandē omnes boni, duces nostri, an comites fuerint ad cōmunem conseruandam salutem.

Deest nonnihil.

¶Hūc[a] igitur virū, Læli, quib. tandē rebus oppugnas? Fuit, P. Seruilio imperatore, in Cilicia tribunus mil. ea res sileretur. Fuit M. Pisoni quæstor in Hispania. vox de quæstura nulla missa est. Bellum Cretense ex magna parte gessit, atque vnà cū summo imperatore iustinuit. muta est huius temporis excusatio. Præturæ iurisdictio, res varia, & multiplex, ad iuspiciones, & simultates, non attingitur. ea bonorō in summo, & periculosissimo reip. tempore etiā ab inimicis laudatur. At c[a] testibus læditur. Antequām dico, à quibus, qua de re, qua vi, qua re cōcitatis, qua leuitate, qua egestate qua perfidia, qua audacia præditis, dicā de genere vniuerso, & de conditione omnium nostrūm per deos immortales, iudices, vos, quomodo is, qui anno ante Romæ ius dixerat, anno post, in Asia ius dixerit, à testibus quæretis ignotis? ipsi coniectura nihil iudicabitis? in tā varia iurisdictione tam multa decreta, tot hominum gratiosorum læsæ voluntates. quę est vmquam iacta non suspicio, quę tamen solet esse falsa, sed iracundiæ vox, aut doloris? Et is est reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compēdiū, in [e]maledicentissima ciuitate, in suspicionissimo negotio maledicti omne, nō modò crimen effugit. Præterea illa, quæ præcerpenda nō sunt: nullum huius in priuatis rebus factum auarū, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri. Quibus igitur testibus ego hoc possum refutare, nisi vel is Timolites ille vicarius[f], homo nō modò nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit, qualis sit L. Flaccus? quem vos modestissimum adolescentem, prouinciæ maximæ integerrimum virum, nostri exercitus fortissimum militem, diligentissimum ducem, temperantissimum [h]legatum, quæstorémque [i] cognouerunt? quem vos præsentes constantissimum senatorem, iustissimum [k] prætorem, ac amantissimum reip. ciuem iudicastis? De quibus vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testeis audiesis? At quos[l] testeis? primum dicam (id[m] quod est commune) Græcos: non quo nationi huic ego vnus maximè fidē derogem. nam, si quis vmquam de nostris hominibus à genere isto, studio, ac volūtate nō abhorrens fuit: me & esse arbitror, & magis etiam tum, cùm plus erat otij, fuisse: sed sunt in illo numero multi boni, docti[n], prudētes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt: multi[o] imprudentes, illiterati, leues, quos varii de causis video concitatos. Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do multarum artium disciplinam, nō adimo sermonis lepōrem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam, siqua *p* [illegible] religionem & fidem numquam ista natio coluit: totiúsque huius rei quæ sit vis, quę auctoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud est. *De* [illegible] *num* Gallorū, num Hispanorū putatur? totū istud Græcorum est: vt etiam qui Græce nesciunt, hoc, quibus verbis à Græcis dici soleat, scire videre, quo vultu, qua confidentia itaque

a CONTENTIONIS pars Prima, seu de TESTIBVS Asiaticis in genere.*

b L. at verò in summo, & periculosissimo reip. tempore etiā ab inimicis eadem prætura laudatur.

c *Pantagathus.* At Asia Vrbana tam *male*. Nām de quā locutus* est L. qua spe qua re conici tatis,

d L. Nicetus homo *n.* [illegible] *Tarnob.* * testimonia pro Flacco.*

e L. id maledicentissimæ ciuitate maledicum cum ne, in suspicionissimo negotio omnē suspicionem, nō modo crimen effugit.

f L. quæstorem quę cognouerunt?

g L. iustissimum prætorem, amantissimum reip.

h L. temperātissimum legatum,

i L. quæstorém quę cognouerunt?

k L. iustissimum prætorem, amantissimum reip.

l L. At quos testeis? primum, (id quod est c.) Gr.

m Græcis cōmendatio & vituperium*

n L. docti pudentes;

o L. multi imprudentes,

p *Græcorum*

q [illegible] testimonia?

r Testimonium dicitur, comparatum & [illegible] simili causa, seu pari [illegible] reddi-

tum.*

a hoc est P. Valerij Publicolæ, qui pro libera ciuitate contra Tarquinium prosperè pugnauit, legésque P. Romano gratas tulit, de quo infra.*

b hoc est 400 Tot. n. à Valerio ad cōsulatum Cæsaris numerātur.*

c L. atque in stirpe ado. P. R. lescentiæ cō.

d L. præsidia innocentium

e Iudicabant hoc tempore lege Aurelij Cottæ senatores, equites, & tribuni ærarij qui plebem referebant.*

f omnem suam de nobis potestatē tradidit vobis. P. CXLVII. g *al.* nobis. h L. ex vrbe expulit, pertimescat: repetitur ad pœnam qui indicia comm. exitij excepit curauerit, *& ita vs.*

dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. numquam nobis ad [a]rogatū respondent: sem per accusatori plus quàm ad rogatum. numquam laborant, quemadmodum probent, quòd dicunt: sed quemadmodum se explicēt dicendo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, quòd (vt ipse aiebat) libertus erat eius turpi iudicio condemnatus. nihil dixit, quod [c]læderet eum, cùm cuperet. impediebat enim religio. tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit? Quàm promtus homo, P. Septimius? quàm ira? de iudicio, & de villico? tamen hæsitabat: tamen eius ira cundiæ religio nonnūquam repugnabat. Inimicus M. Cælius d, q, cùm in re manifesta putasset *nefas esse, publicanum iudicare contra publicanum*, sublatus erat è numero recuperatorum, tamen tenuit se, neq. attulit in iudiciū quidquam ad lædendum, nisi voluntatem. Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores, ac disciplina plus valerēt, quàm dolor, ac simultas: omnes se spoliatos, vexatos, fortunis euersos esse dixissent. Græcus testis cùm ea voluntate processit [e], vt lædat: non iurisiurandi, sed lædendi verba meditatur. vinci, refelli, coargui putat esse turpissimum: ad id se parat: nihil aliud curat. Itaque non optimus quisque nec grauissimus, sed impudentissimus, loquacissimusq. deligitur. Vos autē *in priuatis minimarum rerum iudicijs teste* [f] *diligenter expenditis*. etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostis, mores tamē exquirēdos putatis. qui autē dicit testimonium ex nostris hominibus, vt se ipse sustentet! vt omnia verba moderatur! vt timēt, nequid cupidè, ne quid itacundè, ne quid plùs minùsve, quàm sit necesse, dicat! Num illos idem putatis? qui bus iusiurandum iocus est: testimonium, ludus: existimatio vestra [g], tenebræ: laus, mercēs, gratia, gratulatio [h], proposita est omnis in impudenti mendacio. Sed non dilatabo orationem meam. etenim ipse [i] esse infinita, si mihi liceat totius gentis in testimoniis dicēdis explicare vanitatē sed propiùs accedam: de his vestris testibus dicam. Vehementem accusatorem nacti sumus, iudices, & inimicū in omni genere odiosum, ac molestum: quē spero his [k] rebus fore magno vsui & amicis, & reip. Sed certè inflammatus incredibili cupiditate hanc causam, accusationémq. suscepit. Qui comitatus inquirendo? eomitatū dico? immò verò quātus exercitus? quæ iactura? qui sumptus? quanta largitio? quę quamquā vtilia sunt causæ, timidè tamen dico, q, vereor, ne Lelius ex his rebus, quas sibi susceptæ gloriæ causa, putet aliquid, oratione mea, testimonijs in se, aut inuidiæ esse quæsitum. Ita quę hanc partem totam relinquam: tantùm à vobis petam, iudices, vt, siquid ipsi audistis communi fama, atque sermone, de vi, de manu, de armis, de coptis, memineritis, quarum rerū inuidia, lege ac recēti, ac noua, certus [m] est inquisitioni [n] comitum numerus cōstitutus. Sed, vt hāc vim omittā, quanta illa sunt, quæ quoniam accusatorio iure, & more sunt facta, reprehendere non possumus, tueri tamē cogimur: primùm q, distributis partibus, sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pōpeiū, q, L. Flacco est vehementer inimicus, contendisse à Lelio paterno amico, ac perneccssario vt hūc hoc iudicio arcesseret: omnémque ei suam auctoritatē, gratiā, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc ve similius Græcis hominibus videbatur, quòd paullò ante familiarē Lælium in eādem prouincia Flacco viderant. Pōpeij autem auctoritas cū apud omneis tanta est, quāta esse debet, tum excellit in ista prouincia, quā nuper & prædonū, & regum bello liberauit. Adiunxit illa, vt eos, qui domo exire nolebāt, testimonij denuntiatione terreret: qui domi stare non poterāt, largo, & liberali viatico cum moueret. Sic adolescens, ingenij plenus, locupleteis [a] metu, tenueis præmio, stultos errore permouit. sic sunt expressa ista præclara, quæ recitātur, psephismata, nō [b] sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec [c] iureiurādo cōstricta, sed *porrigenda d manu, profundoque clamore multitudinis concitatæ*. O morē præclarū, disciplinámque, quam à maioribus accepimus, si quidem tenetemus! sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur. nullā illi nostri sapientissimi, & sanctissimi viri, vim concionis esse voluerunt, quæ sciscceret plebs, aut quæ populus iuberet: summota concione, distributis partibus, tributim [f], & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata, & cognita, iuberi [g], verarique voluerūt. *Græcorū autem totæ resp. sedentis concionis temeritate administrantur*. Itaque vt hanc Græciā, quæ iamdiu suis consiliis perculsa, & afflicta est, omittam: *illa* [h] *vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc imo malo concidit, libertate immoderata, ac licentia concionum*. Cùm in theatro imperiti homines, rerum omnium rudes, iguarique consi leranti: tum bella inutilia suscipiebant: tum seditiosos homines reipublicæ præficiebant: tum optimè i meritos ciueis è ciuitate eiiciebant [k]. Quòd si hæc Athenis tum, cùm illæ nō solùm in Græcia, sed propè cunctis gentibus enitebant [l], accidere sunt [m] solita: quam moderationem putatis in Phrygia, aut in Mysia concionū fuisse? Nostras conciones, illarum nationum homines plerumq. perturbant, quid, cùm soli sunt ipsi, tādem [n] fieri putatis? Cæsus est virgis Cynicus ille Athenagoras, qui in fame frumentū exportare erat ausus, data cōcio Lælio est, processit ille, & Græcus apud Græcos non de cupa sua dixit, sed de pœna questus est. *porrexerūt manus* psephisma natū est. Hoc testimonium est? Nuper epulati, paullo ante omni largitione saturati Pergameni, quod Mithridates, qui multitudinem illā non auctoritate, sed fagina [p] tenebat, se velle dixit, id sutores, & zonarij [q] conclamatunt. Hoc testimonium est ciuitatis? Ego testeis à Sicilia [r] publicè duxi. verūm erāt testimonia nō concitatę concionis, sed iurati senatus. Quare iam non est mihi contentio cum teste: vobis videndū est, sintne hæc testimonia putāda. Adolescēs bonus, honesto loco natus, disertus, cū maximo, ornatissimóque comitatu venit in oppidum Græcorum: postulat concionem: locupletes [s] homines, & graueis, ne sibi aduersentur, testimonij denūtiatione deterret: egenteis, & leueis, spe largitionis [t], & viatico publico, priuata etiā benignitate prolectat [u], opifices, & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum, quid est negotii concitare, in eum præsertim, qui nuper summo cùm in imperio fuerit, summo autem in amore esse, propter nomen ipsum imperij, non potuerit?

Miran-

a Testis adrogatum non respondere dicitur, cùm interrogatus à reo, nihil de re, sed omnino aliena refert: accusatoris autē gratia, plus etiam quàm rogatus sit, dicit.*

b L. libertus eius erat turpi.

c L. quòd læderet, cùm c. al. quod cùm læderet, cùm cup.

d L. M. Cælius, al. M. Celius,

e al. procedit.*

f *vide l. 3. ff. de testibus.**

g al. verò tri c. al. verba, tenebræ, laus

h L. gratulatio, posita est omnis in impud.

i L. etenim potest esse in

k al. his verbis, al. aliis rebus, al. his, vt rebus, al. his moribus* l al. in anquirendo?

m L. certus fi, inq. P. CXLIX.

n al. inquirere.*

a *vide.* locupletis metu, tenuis præ.

b Psephisma tum de clarā dorum mos,*

c al. neq. iureiur.

d τοῦ χειρο τονεῖν, sic infra porrexerant manum psephisma natum est. Hæc verò χειροτονία vocabantur Athenienses in suffragiis in legibus iubendis, magistratibus creandis & decretis scisscendis. Demosthenes contra Cteſiphontem, Vlpianus in orat. Demosth. p. B. nis cōtra Midiā, Andocides oratione de pace, Xenophon. 1. rerum Græcarū, Suidas. Qui mos in renuntiandis & creandis Ecclesiæ ministris seruatus quoque in veteri Ecclesia consuetudine nimirum Græca *Actа Apostol.** e al. concitata.*

f Tributim, scisceit plebs: centuriatim, populus vniuersus*

g al. iuberi, vetarive vol.

h à Pisistrato ad Philippum, seu 150. annorum.*

i Themistoclem, Aristidē, Cononē*

k v. eiicie bant.

l al. eminebant,

m al. solita sunt.

n fort. fieri tandem putaris.*

o L. Cynæus ille Ath. al. Cynæus.*

p epulis.*

q al. coriarij, al. zonarij, & zorarij ita Patagabus.*

r fort. è Sicilia.

s al. locupleteis

t al. legationis,

u al. prolatat.

BIBLIOTECA „ASTRA" BIU

Mirandum verò est, homines eos, quibus odio sunt nostræ secures: nomen acerbitati: scriptura[a], decumæ[b], portorii[c], morti: libenter arripere facultatem lædendi, quæcumque detur. Mementote igitur, cùm audietis psephismata, non audire vos testimonia: audire temeritatem vulgi, audire vocem leuissimi cuiusque. audire strepitum imperitorum, audire concionem concitatam leuissimę nationis. Itaque perserutamini penitus naturam, rationémque criminum: iam nihil, præter speciem[e] nihil, præter terrorem, ac minas reperietis.*

a Scriptura ↄ ectigal ex ascuis.*
b Decumæ ex agris.*
c Portorium ex importatione & exportatione rerū* d Psephismatum, Græcorū irrisio* e L. ipē. Speciem hic vocat terrorem modum & minas.*

Deesse videntur nonnulla.

In ærario nihil habent ciuitates, nihil in vectigalibus. dūæ rationes cōficiendæ pecuniæ, aut versura[f], aut tributo. nec tabulæ creditoris proferūtur, nec tributi confectio vlla recitatur. Quā verò facilè falsas rationes inferre, & in tabulas, quodcumque commodum est, referre soleāt, ex Cn. Pompeij litteris ad Hypsæum, & Hypsæi ad Pompeium missis, quæso cognoscite. LITTERAE POMPEII AD HYPSAEVM, ET HYPSAEI AD POMPEIVM. Satisne vobis coarguere his auctoribus dissolutā Græcorū consuetudinē, licentiámq. impudentem videmur? nisi fortè, qui Cn. Pompeiū, qui præsentem, qui nullo impellente, fallebant, eos vrgente Lælio, in absentem, & in L. Flaccū timidos fuisse, aut religiosos putamus. Sed fuerint incorruptę litteræ domi: nunc verò, quam habere auctoritatem: aut quam fidem possunt? Triduo lex[g] ad prætorem deferri, iudicum signis obsignari iubet. tricesimo die vix deferuntur. Ne corrumpi tabulæ facilè possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit. At obsignātas corruptæ. Quid refert igitur, tantò pòst ad iudices deferātur, an omnino non deferantur? Quid, si testium studium cum accusatore sociatum est? tamenne isti testes habebuntur? Vbi est igitur illa exspectatio, quæ versari in iudiciis solet? nam antea, cùm dixerat accusator acriter, & vehementer, cúmque defensor supplicarer, demisséque respondera: tertius ille erat exspectatus locus testiū, quid aut sine vllo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. Hoc verò quid est? Vnā sedēt, ex accusatorum subselliis surgunt. non dissimulant, non verentur; de subselliis queror? vna ex domo prodeunt, si verbo tituba-rint[h], quò reuertantur, non habebunt. An quisquam esse testis potest, quem accusator sine cura interroget: nec metuāt, nec sit i aliquid, quod ipse nolit, respondeat? Vbi est igitur illa[i] laus oratoris[k], quæ vel in accusatore antea vel in patrono spectari solebat? Bene testem interrogauit: talli de accessit: repre hendit: quò[l] noluit, adduxit: cōmicit, & elinguem reddidit. Quid tu istum roges, Lęli, qui, priusquàm hoc, Te rogo, dixeris, plura etiam effundet, quā tu ei domi antè præcripseris? Quid ego autē defensor rogem? nam *aut oratio testium refelli solet, aut vita laedi.* Qua disputatione orationem refellā eius, qui dicit, Dedimus: nihil amplius? In hominem dicendū est igitur, cùm oratio[m] argumentatione non habet. Quid dicam in ignotum[n]? Quærendum est ergo, & deplorandum, id quod iamdudum facio, de omni accusationis iniquitate, primùm de communi genere testium. dici,

f *Fort.* vectigalis vt infrà vbi de Dory leosium testimoniis. Sed tamen vt nihil mutetur verisimile hic erit, fœnus.*

P. B.

g Lex illa municipalis, fuit de tabulis intra triduum ad prætorem deferēdis, quæ indicum signis prius essent obsignatæ.*

h L. tituba-uerint. *& infra.*

i *Fort.* laus illa oratoris.
k *Puta legendum* interrogationis. Nā in interrogatione accusatoris & patroni laus spectari solebat.*
l L. quò voluit, add.

m id est testimonium.*
n Ignoto testi non credendum.*

A enim natio minimè in testimoniis dicendis religiosa. propiùs accedo. nego esse ista testimonia, quæ[a] tu ipse psephismata appellas: sed & fremitū egentium, & motum quendā temerarium Græculæ concionis. Intrabo etiā magis. qui gessit, non adest: qui numerasse dicitur, non est deductus: priuatæ litteræ nullæ proferuntur: publicæ retentæ sunt in accusatorum potestate. summa est in testibus. hi viuunt cum inimicis: adsunt cū aduersariis: habitant cum accusatoribus. Vtrum hic tandem disceptationem, & cognitionem veritatis an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Multa enim sunt eiusmodi iudices, vt etiam si in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tamen in [b] conditione, atque in exemplo pertimescenda videantur. Si quē infimo loco natū, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem: tamen[c] ciuis ciuem à ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, ne ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris[d] conconfessoribus, conuiuis, contubernalibus: ne hominibus, leuitate Græcis, crudelitate barbaris, ciuem ac supplicem vestrum dederetis: ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. sed cum L. Flacci res agatur, cuius ex familia qui primus consul factus est, primus[e] in hac ciuitate cōsul fuit: cuius virtute regibus exterminatis, libertas in rep. constituta est: quę vsque ad hoc tēpus honoribus[f], rerum gestarū gloria cōtinuata permānit: cúmq. ab hac peremni[g], contestatáque virtute maiorum, non modò non degenerarit L. Flaccus, sedh id quod maxime florere in generis sui gloria viderat, laudem patriæ in libertatem vindicandæ prætor adamarit[i], in hoc ego reo ne quod pernicioſum exemplum prodatur, pertimescā, in quo, etiā si quid errasset, omnes boni conniuendū esse arbitrarentur? Quod qui lem ego non modò nō postulo, sed cōtrà, iudices, vos oro, & obtestor, vt totā causam quàm maximè intentis[k] oculis, (vt aiunt) acerrime contemplemini. Nihil religione testatū, nihil veritate fundatum, nihil dolore expressum: contráque omnia corrupta libidine, iracūdia, studio, pretio, periurio reperientur. ¶ Etenim[l] iam vniuersa istorū cognita cupiditate, accedā ad singulas quæstelas, criminationēsq. *Græcorū.* Classis nomine pecuniam ciuitatibus inperatā[m] queruntur. Quod nos factū, iudices confitemur. Sed, si hoc crimē est: aut in eo est, quòd non licuerit imperare: aut in eo, q. non opus fuerit nauibus: aut in eo, quod nulla, hoc prętore, classis nauigarit. Licuisse vt intelligas, cognosce, quid; me consule, senatus decreuerit, cùm quidem nihil à superioribus continuorum annorum decreti deesset[n]. SENATVSCONSVLTVM. Proximum est ergo, vt opus fuerit classe, nécne, quæramus. Vtrum igitur hoc Græci statuent, aut vllæ exteræ nationes, an [o] vestri prætores, vestri duces, vestri imperatores? Equidem existimo, in eiusmodi regione, atque prouincia, quæ mari cincta, portubus distincta, insulis circūdata esset, non solùm præsidij, sed etiam ornandi imperij causa, nauigandū fuisse. *Hæc enim ratio, ac magnitudo animorum, in maioribus nostris fuit: vt, cum in priuatu relicta, suis quæque facultatibus, minimo contenti, tenuissimo cultu viverent: in imperio, atque in publica dignitate omnia ad*

a L. quæ tu psephisma. appelli. sed fremitum egentium,

b *al.* in ea ratione.

c L. tamen ei nem à ciuib.

d vide l. 3. ff. de testibus.*

e P. Valerijū Publicolā in telligit. Hoc autem Flaccus, L. Valerius Flaccus* f L. honoribus, imperiis.

P. B.

g *al.* perennis, hoc est, cōtiana.*

h L. sed in qua maximè florere generis sui gloriam vid.

i *al.* adamauerit.

k Intentis oculis, contemplari & penitus conuertis ac defixis acerrimè cōtemplari.* l De TESTIBVS in specie & figillatim dixit, & quidem prio re loco de testibus totius Aliæ: deinde de testib singulorum ciuitatum.* m hoc est infamiam, indictā* n B. discesserit.

o L. annoueri prætores nostri. & imperat.

q Veterum sumptus priuatus ornatus rei familiaris, in publicis, in gloria & splendore.*

gloriam, splendorémque renouauerit. Quæritur enim in re domestica, continentiæ laus, in publica, dignitatis. Quid [a] si etiam præsidij causa classem habuit? quis erit tam iniquus, qui reprehendat? Nulli erant prædones. Quid? nullos fore, quis præstare poterat? Minuis, inquit, gloriam Pompeij. Immò tu auges molestiã. Ille enim classeis prædonum, vrbeis, portus, receptacula sustulit: pacem maritimã summa virtute, atq. incredibili celeritate confecit: illud verò neque suscepit, neque suscipere debuit, vt, siqua vspiam nauicula prædonũ apparuisset, accusandus videretur. Itaque ipse in Asia, cùm omnia iam bella terra, marique confecisset, classem tamen iisdem istis ciuitatibus imperauit. Quod si tum statuit opus esse, ùm ipsius præsentis nomine, tuta omnia, & pacata esse poterant: quid, cùm ille decessisset, Flacco existimatis statuendũ, & faciendum fuisse? Quid nos hîc? nónne ipso Pompeio auctore, Silano & Muræna cos. decreuimus, vt classis in Italiã nauigaret? nónne eo ipso tempore, cùm L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hîc in mare superũ, & inferũ sestertiũm ter & quadragies rogabamus? Quid postremo anno? nónne M. Curio, & P. Sextilio quæstoribus, pecunia in classem est erogata? quid? hoc omni tempore, equites in ora maritima non fuerunt? Illa est enim gloria diuina Pompeij: primùm prædones cos, qui tum, cùm illi bellum maritimum gerédum datum est, toto mari dispersi vagabantur, redactos esse omneis in potestatem: deinde Syriam esse nostram, Ciliciam teneri, Cyprum per Ptolemeum regem nihil audere: præterea Cretam [c] Metelli [d] virtute esse nostram: nihil esse vnde proficiscantur. nihil quò reuertantur: omneis sinus, promontoria [e], litora, insulas, vrbeis maritimas, classibus imperij nostri contineri. Quòd si, Flacco prætore, nemo in mari prædo fuisset, tamen huius diligẽtia reprehendenda non esset. Id circo enim, quòd hic classem habuisset, exiitimarem non fuisse. Quid si L. Opij, L. Agrij, C. Cestij, equitum R. huius etiam clarissimi viri, Cn. Domitij, qui in Asia tum legatus fuit, testimonio doceo, eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, complureis à prædonibus esse captos? tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehenderetur? Quid si etiam occisus est à piratis Adramitenus [f], homo nobilis, cuius est ferè nobis omnibus notum auditũ, Achinas [g] pugil, Olympionices? hoc est apud Græcos (quoniam de eorũ grauitate dicimus) propè maius, & glorioſius, quàm Romæ triumphasse. At neminem cepisti. Quàm multi oræ maritimæ clarissimi viri præfuerunt, qui cùm prædonẽ nullum cepissent, mare tamen tutũ præstiterunt? casus est enim in capiendo, locus, euentus, occasio. defendendi facilis [i] est cautio, non solùm latibulis occultorum locorũ, sed etiam tempestatum moderatione, & conuersione. Reliquum est, vt quæratur, vtrũm [k] nostra ista classis, cursu, & remis, an sumtu tantùm, & litteris nauigarit. Num [l] igitur negari potest, cuius rei cũcta testis est Asia, bipartitò classem distributã fuisse, vt vna pars supra Ephesum, altera infra Ephesum nauigaret? hac classe M. Crassus, vir amplissimus, ab [m] Æno in Asiam, his nauibus Flaccus [n] ex Asia in Macedoniam nauigauit. In quo igitur prætoris est diligentia requirẽda? in numero nauiũ, & in descriptione equabili sumtus? dimidium eius, quo Pópeius erat vsus, imperauit. Num potuit parcius? descripsit autem pecuniam ad Pompeij rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ descriptioni: qui [a] cùm omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset: illã rationem in imperando sumtu, & Pópeius [b], & Flaccus secutus est. neque est adhuc tamen ea summa cõpleta. Non refert verò. Quid lucretur? cùm [c] enim genus imperatæ pecuniæ suscipit: id, quod in crimen esse vis, cõfiteor. Qui igitur probari potest, in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esse nullum, si referret? At enim negas fratrem meum, qui L. Flacco successerit, pecuniã vllã in remiges imperasse. Equidem Q. fratris mei laude delector: sed aliis magis, gratioribus, atq. maioribus, aliud quidã statuit, aliud vidit, existimauit, quocumque tempore auditum quid esset de prædonibus, quàm vellet subitò te classem comparaturum, denique hoc primus frater meus in Asia fecit, vt hoc sumtu remigũ ciuitates leuaret. *crimẽ autem tũ videri soler, cum* [d] *aliquis sumtus instituit eos, qui antea non erant instituti, non cum succedit aliquis immutat de institutis priorum.* Flaccus, quid alij postea facturi essent, scire non poterat: quid fecissent, videbat. ¶ Sed [e], quoniam de communi totius Asiæ crimine dictũ est, aggrediar iã ad singulas ciuitates: ex quibus sit sanè nobis prima *ciuitas* [g] *Æmmenſis*. Citat [h] præco voce maxima legatos Æmonẽsis. Procedit vnus Asclepiades. prodeant k. Etiámne præconem mentiri coegistis? est enim, credo, is vir iste, vt ciuitatis nomen sua auctoritate sustineat: damnatus turpissimis iudiciis domi, notatus litteris publicis: cuius de proris, adulteriis, ac sturpis extant Æmonensiũ [m] litteræ: quas ego non solùm propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscoenitatem verborum, prætereundas puto. Dixit publicè data drachmarum CC. & vj. millia. dixit tantùm: nihil ostendit, nihil protulit: sed adiunxit id, quod certè, quoniam erat domesticum, docere debuit: se priuatim drachmas [n] CCVI. dedisse. Quantum sibi ablatũ homo impudentissimus dicit, tantũ nunquã est ausus, vt haberet, optare. Ad Aulo Sextilio dicit se dedisse, & à suis fratribus. Potuit dare Sextilius. nam fratres quidem consortes sunt meudicitatis [o]. Audiamus igitur Sexrilium: fratres deniq. ipsi prodeant: quàm volent, impudenter mentiantur: &, quod nũquam habuerint, dedisse se dicant. tamen alicui quid fortasse coràm producti dicent, in quo reprehendãtur. Non deduxi, inquit, Sextiliũ. Cedò tabulas. non deportaui. Fratres saltẽ exhibe. non denuntiaui. Quod ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudentia, atq. audacia fretus, sine tabulis, sine auctore legẽrit. Quid nos, quasi crimen, aut testimonium pertimescamus? Idem laudationem [q], quã nos ab [r] Æmonensibus Flacco datã proferebamus, falsam esse dicebat. cuius quidẽ laudationis iactura exopratã nobis fuit. Nãm signũ publicũ inspexit præclarus iste auctor suę ciuitatis, solere suos

a L. Quod si etiam præsidij causa classem habuit: quis erit t.

b L. erogabamus?

c *l. Pler.* 7.* d qui inde Creticus dictus est.*

e *L.* promuntoria, P. B.

f *al.* Adramitenus, vt apud Strabonem & Stephanum de vrbib.

g L. Athinas h Olympionici honos apud Græcos propemodum quam Romæ triumphatis.*

i *al.* facilis cautio.*

k L. vtrum ista classis.

l L. Num igitur id negari *lib. 2. Reg.* ab Homo. *Iosephus vel* Ennus *vel* Aenus, *vbi Tricie, Stephanus de Vrbib.** m *Panagia* thus Cluſius.†

a L. qui cùm in omnes Asiæ ciuitates pro portione pecuniam descripsisset: id est, constituisset quantum quæque Asiæ ciuitas P. Romano quotannis tributi nomine penderet.*

b L. & Pompeius, & Flaccus secuti sunt, neq.

c L. cùm enim onus imperatæ pec.

d Sumptus qui à magistratu instituí possint.*

e De TESTIBVS singularum ciuitatũ Asiæ. hoc est, de Æmonensibus, Doryleensibus, Temnitis, Stratoniensibus.*

f Commune Asiæ dixit, vt in Verrinis commune Siciliæ.*

g L. ciuitas Æmonensis. & ita in veteribus nummis inscribi legi refert Vrsinus.*

h Mos fuit per præconẽ testes citari.* i L. Æmonẽsis. P. B.

k L. prodeãt ceteri. Etiam ne præc.

l Asclepiades.*

m L. Æmonensium

n L. drachmarum CCV. mill.

o *quid signifi legat* maledicitatis: vt significet, consortes & socios esse in malè dicendo: tametsi nihil mirũ. & cuiquis retineri possit lectio, vt innuat, nõ modo gestione fratres sed & mendicitate consortes, quod ad eleuandam testium orationem valet quam maximè. p *al.* egerit.* q Reos laudari per patronos mos fuit, eósque vel ciues, vel municipes, vel prouinciales. r L. ab Æmonensibus.

ciucis

a ex tempore obsignare, infrà exponit, temporis causa scribere & obsignare.*

b L. Amonenſium teſt.

P. CLIIII.

c L.Hæc, quæ eſt à nobis p. d Creta hanc Aſiaticā Herodotus in Euterpe vocat γῆν ἠπειρῶτιδα

e L. vidimus. f L. Acmon.

g L. Acmonēſium teſt.

h domeſticū prehenſam, atque oppreſſam teneri. Nunc verò non inſultabo vehementius, nec volitabo in hoc inſolētius, neque in iſtum rugatorem tanquam in aliquem teſtem inuehar, neque in toto Æmonenſium teſtimonio, ſiue hīc confictum eſt, vt appāret: ſiue *miſſum domo* eſſ, vt dicitur, commouebor. etenim, quibus ego iſtam laudationem remittam, quoniam ſunt (vt Aſclepiades dicit) leues horum teſtimonium nō pertimeſcam. ¶ Venio nunc ad *Dorylenſium teſtimonium*: qui producti, tabulas ſe publicas ad ſpeluncas perdidiſſe dixerūt. O paſtores, neſcio quos, cupidos litterarum: ſiquidem nihil iſtis, præter litteras, abſtulerūt Sed aliud eſſe cauſæ ſuſpicamur, ne forte iſti parum verſuti eſſe videantur. Pœna eſt, vt opinor, Dorylenſium i grauior k, quām apud alios, falſarum, & corruptarum litterarum. ſi veras protuliſſent, criminis nihil erat: ſi l falſas, erat pœna. beliſſimum putarunt, dicere amiſſas m. Quieſcant igitur, & me hoc *in n/ucro ponere*, atque aliud agere patiātur. Non ſinunt. ſuppleo o enim ille neſcio quis, & priuatim dicit ſe dediſſe. Hoc verò ferri nullo modo poteſt. Qui p de tabulis publicis recitat, iis quæ in acculatoris poteſtate fuerunt, non debet habere auctoritatem: ſed q tamen iudicium r fieri videtur, cùm tabulæ ſ illæ ipſæ, cuiuſquemodi ſunt, proferuntur t. cùm verò is, quem nemo veſtrūm vidit vmquā: nemo, qui mortaliſſet, audiuit: tantùm dicit dedi: dubitatis, iudices, quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum ciuē vindicetis? Arq. u huic eidem nuper tres x equites Romani honeſti, & graues, cùm in cauſa liberali cū, qui aſſereabatur, cognatū ſuū eſſe diceret, nō credidērūt. Qui hoc euēnit, vt, qui locupletes teſtis doloris, & ſanguinis ſui non fuerit, idē ſit gratus auctor iniuriæ publicæ? Atque a Dorylenſis nuper cùm efferretur b magna frequentia, cōcurſuq. veſtro, mortis illius inuidiam in L. Flaccum Lelius conferebat. Facis iniuſte, Lęli ſi putas periculo noſtro viuere tuos cōtubernaleis c: præſertim q. tua negligentia factum arbitremur. homini enim Phrygi, qui arboré ſici numquam vidiſſet, ſiſcinam d ficorum obiecīſti: cuius e me te ex aliqua parte releuauit. eadem enim hoſpitē amiſiſti. Flacco verò quid profuit, qui valuit tādiu, dum huc prodiret: mortuus eſt, aculeo f iam dimiſſo, ac dicto teſtimonio? At iſtud columē actionis g tuæ, Mithridates, poſteaquām biduum retentus teſtis à nobis, emiſit, quæ voluit, omnia: reprehenſus, conuictus, fractúſq. diſceſſit, ambulat cum lorica: metuit homo doctus & ſapiens, ne L. Flaccus nūc ſe tellere ſe alliget cùm iā teſtem illum effugere non poſſit: vt, qui ante dictum teſtimonium ſibi temperarit, cùm tamen aliquid aſſequi poſſet, is nunc id agat, vt ad falſum anaritiæ teſtimonii, ve rumh maleficij crimen adiūgat. Sed i de hoc teſte, totóq. Mithridatico k diſſeruit & ſubtiliter, & copioſè Q. Hortēſius: nos, vt inſtituimus, ad reliqua pergamus. ¶ Caput eſt omniū Græcorum conſtandorum, qui cum accuſatoribus ſedet, Heraclides l ille *Temnites*, homo ineptus & loquax, ed (vt ſibi videtur) ita doctus, vt etiam magiſtrum aliorum ſe eſſe dicat: &, qui ita ſit ambitioſus, vt omnes vos, nōſq. quotidie perſaluet. Temni vſq. ad illā ætatem in ſenatū venire nō potuit: &, qui ſe artem dicendi traditurum etiā ceteris profiteatur, ipſe m omnibus turpiſſimis iudiciis conuictus n eſt. Pari felicitate vnā legatus venit Nicomedes, qui neque in ſenatū vlla cōditione peruenire potuit, & furti, & pro ſocio damnatus eſt. Nam princeps legationis Lyſanias, adeptus eſt ordinem ſenatorium: ſed cum temp. nimium ample ctereretur, peculatus damnatus, & bona, & ſenatorij nomen amiſit. Hi tres etiam erarij noſtri tabulas falſas eſſe voluerunt. Nā ſeruos nouem ſe profeſſi ſunt habere, cùm omnino ſine comite veniſſent. Decreto ſcribēdo primùm video aſſuiſſe Lyſaniā: cuius fratris bona, quòd is populo non ſoluebat, prætore Flacco publicè veniērunt. Interea Philippus, eſt Lyſaniæ gener, & Hermobius: cuius frater Poles item pecuniæ publicæ eſt condemnatus. Dicunt ſe Flacco, & iis, qui ſimul eſſent, drachmarum x v. millia dediſſe. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima, & o conſcientiſſima P litterarum: in q qua nummus moueri nullus poteſt ſine quinque prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſariis r, qui apud illos à populo creantur. Ex hoc tanto numero deductus eſt nemo: &, cùm illam pecuniam nominatim Flacco datam referant maiorem s etiam aliquam cùm huic item dare: ab ædem factam reficiendam, ſe perſcripſiſſe dicunt: quod minimè cōuenit. nam aut omnia occultè referenda fuerunt, aut aperte omnia. cùm periclitabuntur nominatim Flacco: nihil timent, nihil verentur. cùm operi publico referunt: iidem homines ſubitò eundem, quem contempſerant, pertimeſcunt. Si prætor dedit, vt eſt ſcriptum à quæſtore numerauit: quæſtor à men-

a L. Atque hic Dorylenſis nuper cum efferretur magna fr.

b Mortuale vocabulum. Terentius effertur, ſimus.*

c L. præſertim cum tua neg.

d Fiſcinam Varro 4. de *lingua*, refert inter inſtrumenta ruſtica quibus cō portātur fructus ac neceſſariæ res. Eſt autē fiſcina à fiſco: vt & deminutiuum fiſcella &c. *Iſidor.* 9.

e L. cuius mors re aliquā releuauit.

f L. aculeo ſi emiſſo,

P. CLV.

g al. accuſationis.*

h al. verum etiam mal. f.

i L. ſed quoniam de hoc teſte, totóq. Mithridatico crimine aſſ. & ſubtiliter, & cop

k al. Mithridatico i. de teſtimonio diſceſſit &c.*

l L. Heraclides ille Temnites.

m Turpe enim videtur arti dicendi profeſſori in dictis turpiſſimis vinci ſeu cōuinci.

n L. victus eſt

o L. conſcientiarum litterarum diligentiſſima: in qua nummus cōmouere nullus p. hoc eſt cōſcientiæ litteris curioſa.*

q Acrarij admiſſi andi diligentiſſima cura a

p Dorylenſes.*

r Menſarij qui & trapezitæ qui publicas rationes attingunt.*

s L. maiorem etiam aliam cum huic eidem dare.

a Mensa publica, erariũ ciuitatis aut potius pecunia ciuitatis fœneratitia cui præpositi mensarij à populo creati.*

b Quæstores publici solebãt exmensa, eaque aut ex vectigali, aut ex tributo.*

c quid si lege vt suprà ex versura aut ex tributo? idque eo magis quòd hic mẽsæ publicæ & mensariorum fit mentio.*

d fors. amplissimis honoribus vsus, hoc pr.

e al. ipso loco tuum, qui se.

f L. sed vsq. Timolo petiuit.

g L. huic vnã in vita commissa sola est

h v.c. custos T. Auf pr. in frumẽto pu. est positus?

i al. de P. Sulculonio al. de M. Aculeone

k L. Sex. Sigo la. al. à Sex. Siloga.

l L. P. Fuluij Nerati.

m v.c. fide.

n L. Fufiis

o Hoc ipso loquendi genere vsus in oratione pro Murœna.*

p subaudi cõfixit.*

q L. Fufiis

r L. cùm iste se pecun. sinclusa absunt ab optimo Valerio Valeriano teste Verrine.*

s L. Neminẽ tamen adeò ut Infatuãdi verbo vtitur in Philipp.*

x L. percunctanti de nõ. Fuf. respõdit se

y Recuperatores iudices

z Inficiator qui pecuniã à se petitam inficiatur.* P. B.

a Versura quid esset antea dixi.*

b L. illam

Ita publica: mensa haut ex vectigali, aut ex tributo. Numquam erit istud simile criminis nisi mihi totam rationem omni & personarũ genere, & litterarum explicaris. Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis, amplissimis honoribus, hoc prætore circumuentos. cur hi neq. in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidẽ. vtrum enim in clarissimis est ciuibus is, quẽ iudicatum hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quã habet non accepit à suis ciuibus, sed fyq. Tymolo petiuit? cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vmquam? res autem ea, quæ tenuissimis committebatur, huic ẽvni in vita commissa sola est? custos, T. Aufidio prætore, frumento publico est positus? pro quo cũ à P. Varino prætore pecuniam accepisset: celauit suos ciueis, vltróque iis sumtũ intulit. Quod postaquàm Temni, litteris à P. Varino missis, cognitum, atque patefactum est: cũque eádem de re Cn. Lentulus qui cẽsor fuit, Temnitarum patronus, litteras misisset: Heraclidem istum Temni nemo postea vidit. Atque, vt eius impudentiam perspicere possitis causam ipsam, quæ leuissimi hominis animũ in Flaccum incitauit, quæso cognoscite; Fundum Cymæum Romæ mercatus est de pupillo Meculonio. Cùm verbis se locupletem faceret, habuit nihil præter illam impudentiam, quã videtis pecuniam sumsit mutuã à Sex. Scola, iudice hoc nostro, primario viro qui & rem agnouit, neque hominem ignorat: qui tamen credidit P. Fuluij: l Veratij, lectissimi hominis, fidei m. ei cùm solueret, sumsit à C. & M. Fufiis n, equitibus Rom. primariis viris. Hic hercule, *cornici o oculum* P, vt dicitur. nam hunc Hermippum, hominem eruditum, ciuem suum cui debebat esse notissimus, percussit. ti p enim fide sumsit à Fufiis q. Securus Hermippus Temnum proficiscitur cùm r iste sese pecuniam, quam huius fide sumserat, à discipulis suis diceret Fufiis persoluturum. habebat. n. hetor iste adolescentẽis quosdã locupleteis, quos dimidio redderet stultiores, quàm acceperat, vbi s nihil possent discere, nisi ignorantiam litteratum. Neminem t quidem adeò infatuare u potuit, vt ei nummum vllum crederet. Itaque, cùm Roma clam esset profectus, multósque minutis mutationibus fraudauisset: in Asiam venit. Hermippõq. percontanti x de nomine Fufiano respõdet, se omnẽ pecuniam Fufiis persoluisse. Interim, neque ita longo interuallo, libertus à Fufiis cum litteris ad Hermippum venit: pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclide petit: ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Hunc æstuantem, & tergiuersantem iudicio ille persequitur. à recuperatoribus y causa cognoscitur. Nolite existimare, iudices, non vnam, & eandem omnibus in locis esse fraudatorum, & inficiatorum z impudentiam. fecit éadem omnia, quæ nostri debitores solét negauit sese omnino versuram a illam b fecisse Romæ: Fufiorum se affirmauit numquam omnino nomen audisse: Hermippum verò ipsum, pudentissimum, atque optimum virum, veterem, amicum, atque hospitem suum splẽdidissimum, atque ornatissimum ciuitatis suæ, probris omnibus, maledictisque vexauit. Sed, cùm se homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi illa oratione iactaret, repentè, testimoniis Fufiorum, nominibúsque recitatis, homo audaciss. pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaque recuperatores contrà istum rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. Cũ iudicatum c non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Habetis & honestatem hominis, & auctoritatẽ testimonij, & causam omnem simultatis. Atq. is ab Hermippo missus, cùm ei pauca mãcipia vendidisset, Romã se contulit: deinde in Asiam rediit, cùm iam frater meus Flacco successit. ad quem adiit, causámq. ita detulit, recuperatores, vi b Flacci coactos, & metu, falsum inuitos iudicauisse. Frater meus pro sua æquitate, prudentiáq., decreuit, *vt, si iudicatum negaret d: in duplã iret. si metu coactos diceret: haberet eosdem recuperatores.* Recusauit: &, quasi nihil esset actũ, nihil iudicatum, ab Hermippo ibidẽ mancipia, quę ipse ei vẽdiderat, petere cœpit. M. Gratidius e, legatus, ad quem est aditũ, actionem se daturum negauit: f iudicata stari ostendit place re. Iterum iste, cui nullus esset vsquam consistendi locus, Romam se retulit: persequitur Hermippus, qui numquã istius impudentiæ cessit. petit Heraclides à C. Plotio g natore, viro primatio, qui legatus in Asia fuerat, mancipia quędã, quę se, cùm f iudicatum esset, per vim vẽdidisse dicebat. Qu. Naso. vir ornatissimus, qui prætor fuerat, iudex sumitur: qui cùm sententiã secundum Plotiũ se dicturũ ostenderet h, & ab eo iudice abiret, quòd iudicium lege non erat, causam totam reliquit. Satisne vobis, iudices, videor ad singulos testeis accedere, neque, vt primò constituerã, tantummodò cũ vniuerso genere confligere? Venio ad Lysaniã eiusdem ciuitatis, peculiaré tuum, Deciane, testem: quem tu cùm ephebum Temni cognosces, quoniam h te nudus delectarat, semper nudum esse voluisti. Temno Apollonidem i. pecuniam adolescẽtulo grandi fœnore, fiducia k tamen accepta, occupauisti l. Hanc m fiduciã commissam tibi tenes hodie, ac possides. Eũ tu testem spe recuperandi fundi paterni n venire ad testimoniũ dicendum coegisti: qui o quoniam testimoniũ nondum dixit, quídnam sit dicturus, exspecto. noui genus hominũ, noui cõsuetudinem, noui libidinem. Itaq. etsi teneo, quid sit dicere paratus, nihil tamen cõtrà disputabo priùs quàm dixerit. totum enim conuertet P, atque alia finget. Quamobrẽ & ille seruet, quod parauit: & ego me ad id, quod attulerit, integrum conseruabo q. ¶ Venio nunc ad eam ciuitatem, in r quam ego multa & magna officia contuli: & quam meus frater in primis colit, atque diligit: quæ si ciuitas per viros bonos, graueísque homines, querelas ad vos detulisset, paullo commouerer magis, nunc verò quid putem? *Trallianos* Mæandrio causam commisisse, homini egenti, sordido, sine honore, sine existimatione, sine censu? Vbi s erant illi, Pythodorus, & Lepison, ceteri homines apud nos noti, inter suos nobiles? vbi illa magnifica, & gloriosa ostentatio ciuitatis? nónne esset puditum, si hanc causam agerent seuerè, non modò legatum, sed Trallianum omnino diei Mæandrium? huic t tali legato, huic publico testi patronum suum iam iade à patre atque

a Iudicatum non facientis pœna, addici creditori & ab eo duci *ad de 20. Fest. l.*

b *al.* vi coactos, & metu

c Actiones quædam si in iudicium deducantur, vetat iudicari *de qua hic loquitur Paulus l. sent. 17. §. 1. Plura dixi de actionibus quæ inficiando crescunt ad Theophil. §. vi autem. 7. Inst. de actionib.*

d *al.* Gratidius.

e *al.* reiiudicatæ.*

f L. cùm iudicatus esset. P. CLVII.

g L. ostendere: ab eo iudice abiit. & quod iudice lege non erat &c.

h L. quia tũ te nud.

i *al.* Apollonium.*

k Fiducia hic pro pignore vt & apud Paulũ in sententiis.*

l Occupare pecuniam est collocare & fœnori dare Nonio.*

m L. Hanc fiduciam commissam tibi dicis: tenes hodie

n Pantag. paterni, quod iam testimonium dicendum coegisti qui quidnam sit dicturus expecto.*

o *lib. vulg.* qui quoniam testimonium dixit, quidnã fit d.

o *al.* conuerteret *& post* fingeret.*

q L. seruabo

r L. in quam ego multa, & magna studia & off.

s L. vbi erãt illi Pythodorij, Lepisones ceteri hom.

t *al.* huic isti legato.

atque[a] maioribus, L. Flaccum mactandum ciuitatis testimonio, tradidissent? Nō est ita iudices, non est profectò, vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorum testem Trallianum, vidi Parrhasium, vidi Archidemū[b], cùm quidem idem hic mihi Mæandrius, quasi minister, aderat, subiiciēs, quid in suos ciues, ciuitatémque, si vellem, dicerem. nihil enim illo homine leuius, nihil egentius, nihil inquinatius. Quare si hūc habent auctorē Tralliani, doloris sui, si hunc custodem litterarū, si hunc testem iniuriæ, si hunc[c] auctorē querelarum: reprimant spiritus, comprimāt animos suos, sedent arrogantiam, fateantur in Mæandrij persona esse expressam[d] faciem ciuitatis. sin istum semper illi ipsi domi proterendum[e] esse, & conculcandum putauerunt: desinant putare auctoritatem esse in eo testimonio, cuius auctor inuentus est nemo. Sed exponam, quid in re sit, vt, quamobrem ista ciuitas, neque seuerè Flaccū oppugnarit, neque benignè defenderit, scire possitis. Erat ei Castriciano nomine irata: de quo toto respōdit Hortensius: inuita soluerat Castricio pecuniā, iamdiu debitam. Hinc totum odium, hinc omnis offensio. Quò cū veniisset Lælius ad iratos, & illud Castricianum vulnus dicēdo[f] refricuisset: siluerunt,[g] neque in illa cōcione adfuerūt, neque ipsius decreti, ac testimonij auctores esse voluerūt. vsque[h] eò orba fuit ab optimatibus illa cōcio, vt princeps principum esset Mēadrius: cuius lingua, quasi flabello seditionis, illa tum est egentiū concio ventilata. Itaque ciuitatis pudētusi, vt ego semper existimaui, & grauis, vt ipsi existimari volunt, iustum dolorem, querelásque cognoscite. Quæ pecunia fuerit apud se, Flacci patris nomine, collata à ciuitatibus, hanc à se esse ablatā queruntur. Alio loco quærā, quid licuerit Flacco: nunc tantùm à Trallianis requiro, quam pecuniam à se ablatam querantur, suámne dicant, sibi à ciuitatibus collatam in vsum suum. cupio audire. non, inquit dicimus. Quid igitur? delatam ad nos, creditam nobis, L. Flacci patris nomine, ad huius dies festos, atque ludos. Quid tum? Hanc[l] te, inquit, capere non licuit. Iam id videro: sed primùm illud tenebo. queritur grauis, locuples, ornata ciuitas, quòd non retinet alienum: spoliatam se dicit, quòd id non habet, quòd eius non fuit. quid hoc impudentius dici, aut fingi potest? delectum est oppidum, quo in oppido vno pecunia à tota Asia ad[m] honores L. Flacci poneretur. hæc pecunia ab honoribus translata est in quæstū, & fœnerationem: recuperata est multis pòst annis. Quæ ciuitati facta est iniuria? At molestè fert ciuitas. Credo, amissum[n] est enim præter spem, quod erat spe deuoratum lucrum. At queritur. Impudenter facit. *non enim omnia, quæ dolemus, eadem iure queri possumus.* At accusat verbis grauissimis. Non ciuitas, sed imperiti homines, à Mæandrio cōcitati. Quo loco etiam, atque etiam facite vt recordemini, quæ sit temeritas multitudinis, quæ sit leuitas propria Græcorum, quid in concione sedi iosa valeat oratio. Hic in hac grauissima, & moderatissima ciuitate, cùm est forum plenum iudiciorum, plenum magistratuum, plenum optimorum virorum & ciuium, cùm speculatur, atque obsidet tostra vindex temeritatis, & moderatrix officij, curia: tamen quantos fluctus excitari concionum videtis? quid vos fieri cēsetis Trallibus? an[a] id quod Pergami? nisi forte hæc ciuitates existimari volūt, facilius vna se epistola Mithridatis moueri, impellíque potuisse, vt amicitiam populi R. fidem suā, iura omnia officij, humanitatísque violarent, quàm[b] vt filiū testimonio læderēt, cuius patrem armis pellēdum suis mœnibus censuissent. Quare nolite mihi ista nomina ciuitatū nobilium opponere. quos enim hosteis hæc familia contemsit, numquā eosdem testeis pertimescet. Vobis autem est confitendū, sic[c] consiliis principum vestræ ciuitates reguntur, nō multitudinis temeritate: optimatum cōsilio bellum ab istis ciuitatibus cum populo R. esse susceptum. sin ille tū motus est temeritate imperitorū excitatus: patiamini[d] me delicta vulgi à publica causa separare. At enim ista pecuniam huic capere non licuit. Vtrùm vultis patri[e] Flacci licuisse, nēne? si licuit, sicuti certè licuit, ad eius honores collatā, ex quibus ipse nihil capiebat, patris pecuniam rectè abstulit filius. si non licuit: tamen illo mortuo, non modò filius, sed quiuis heres rectissimè potuit auferre. Ac tum quidem Tralliani, cùm ipsi graui fœnore istā pecuniam multos annos occupauissent, à Flacco tamen omnia, quæ voluerunt, impetrauerunt: neque tā fuerunt impudentes, vt id, quod Lælius dixit, dicere auderent, hanc eis pecuniam abstulisse Mithridatem. Quis enim erat, qui non sciret, in ornandis studiosiorem Mithridatem quàm in spoliandis Trallianis fuisse? Quæ quidem à me si, vt dicenda sunt, dicerentur, grauiùs agerem, iudices, quàm adhuc egi: quantam Asiaticis testibus fidem habere vos conueniret: reuocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam vniuersorum ciuium Rom. per tot vrbeis, vno[g] puncto temporis, miseram, crudelémque cædem: prætores nostros deditos, legatos in[h] vincula coniectos, nominis prope Romani memoriam cum vestigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, verùm etiam ex litteris esse deletam, Mithridatem[i], *deū*[k] *illum patrem, illum conseruatorem Asiæ, illum Dionysum*[l], *Bacchum, Liberum nominabant.* vnum, atque idem erat tempus, cùm L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat: Cappadocem autem illum non modò recipiebat suis vrbibus, verùm etiam vltrò vocabat. Liceat hæc nobis, si obliuisci non possumus, at tacere: liceat mihi potiùs de leuitate Græcorum queri, quàm de crudelitate. Auctoritatem isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt? nam, quoscumque potuerunt, togatos, interemerunt: nomen ciuium Romanorum, quantum in ipsis fuit, sustulerunt. In hac igitur vrbe se iactent[m], quam oderunt? apud eos, quos inuiti vident? in ea re, ad quam opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt? Adspiciant hunc florem legatorum, laudatorúmque Flacci, ex vera, atque integra Græcia, tum se ipsi expendant, tum his se comparent: tum, si audebunt, dignitati horum anteponant[n] suam. Adsunt Athenienses, vnde[o] humanitas, doctrina, religio, fruges[p], iura, leges ortæ, atque in omneis terras distributæ putantur: de quorum vrbis positione[q], propter pulchri-

a L. atque à maioribus,

b *al.* Archidamum,

c L. si hunc auctorem que rei.

d L. expressa speciem ciuitatis.

e L. proterē dum & conculcandū p.

f L. dicendo refricuisset: exsiluerunt principes, neque in illa cōmuni adf. neque istius decr.

g *al.* exiluerunt. *Sed hæc lectione hi. storia nihil ineptius Nam silentium indicat quæ se quantur.*

h P. CLXIII. vsque adeò orba fuit optimatum illa c.

i *al.* prudentis

k L. non inquit, hoc dicimus.

l *al.* Hanc tibi inquis,

m L. ad honores L. Flacci collata poneretur. hæc pecunia tota ab hon.

n *al.* L. auulsum est enim

a *fort.* eadem idem quod Pergami? P. B.

b *fort.* quàm vt cū filium.

c L. si consiliis principū vestræ ciuitates reguntur: non multit. temeritate, seu opt. cons.

d L. patim ini me dei. & ita v. c.

e L. patri Flacco. lic. & ita v. c.

f L. hanc ab se pecuniam abst.

g vide S. ora. pro lege Manilia vbi dixi h *q. lib. v.* provincia cōsec.

i L. Mithridatem, dominū illū patr. illū conseru. Asiæ illum Euium, Dionysium, Nysium, Bromium, Bacchum nomin

k Deos principes suos plerúmque populi adulatione summa vocare solet. vide exempla in orat. post reditum in senatu & apud Plutarchum in Demetrio & Alexandro. *Acta apostolica* 2. 12 *vers.* 10. Suetonium *passim.*

l *al.* Dionysium, Bionysum verò Mithridatē vocatū esse Plutarchū refert vel quod edacitatis & bibacitatis præmia proponeret: vel quòd fulminis ictus. *Plutarchus in* 1. *sympos.*

m L. iactant,

n L. componant *al.* opponant *f.* [Componere autem est, cōmittere, opponere tracum a gladiatoribus.*

o Athenarū laus.*

p auctore Triptolemo qui aratrum & agricultura inuenit?

q *al.* possessione *id.* situ tecta.*

a Neptunum & Mineruam. vicit autem Minerua, quâ inde Græci πολιέχον & πολιάδα nominarunt.*

b *fort.* tanta, vt iam infr.

c Spartani tenacissimi patriorum in institutorum.*

d De Massiliæ disciplinæ cõmendatione adde quæ dã ex Valerio 2. c. 6. de veteribus institutis Massiliensium*

c L. anteponendam dici quæ t.

f Græcorum tria genera Athenienses Aeoles Dores.*

g *al.* cuncta Græcia, quæ gloria, q. f.

h L. illam augeret, vel illum generaret.*

i v. c. in iudicium de ferat is, & *ita* L.

k Asiæ, Romanæ prouinciæ.* P. CLX.

l L. in Carthaginem por.

m CONTENTIONIS pars secunda de AVRO IVDAICO.*

n Gradus Aurelij, Romæ locus, quem circa Iudæi, quibus ea versare soliti*

o *al.* ad.*

p L. Sic summissa voce agam.

tudinem etiam inter deos a certamen fuisse prodirum est: quæ vetustate ea est, vt ipsa ex se fuos ciueis genuisse dicatur: & eorũ eádem terra parens, altrix, patria dicatur: auctoritate autem tanta b est, vt iã fractum propè, ac debilitatũ Græcię nomen, huius vrbis laude miratur. Adsunt Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectata ac nobilitata virtus, non solũ natura corroborata, verùm etiam disciplinâ putatur; qui c soli toto orbe terrarũ septiugentos iam annos ampliùs vnis moribus, & nũquam mutatis legib. viuũt. Adsunt ex Achaia cũcta multi legati, Bœotia, Thessalia: quib. locis nuper legatus L. Flaccus, imperatore Metello, præfuit. Neq. verò te, Massilia, prætereo, quæ L. Flaccũ militem, quæstorémq. cognouisti: cuius dego ciuitatis disciplinã, atque grauitatem nõ solùm Græciæ, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendã c iure dicam: quæ tam procul à Græcorũ omnium regionibus, disciplinis, linguâq. diuisa, cùm in vltimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariq. fluctibus alluatur, sic optimâtum cõsilio gubernatur, vt omnes eius instituta laudare faciliùs possint, quàm æmulari. Hisce virtut laudatoribus Flaccus, his innocentiæ testibus, vt Græcorum cupiditati, Græcorum auxilio resistamus. Quamquã quis ignorat, qui modò vmquã mediocriter res istas scire curauit, quin tria Græcorũ f genera sunt verè? quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Æoles alteri: Dores tertij nominabantur. Atque hæc cũctas Græcia, quæ fama, quę gloria, quę doctrina, quę plurimis artibus, quę etiã imperio, & bellica laude floruit, paruum quendam locum, vt scitis, Europę tenet, semperque tenuit, Asiæ maritimam oram, bello superatam, cinxit vtibus, nõvt munitam coloniis illam h gentem augeret, sed vt obsessam teneret. Quamobrẽ quæso à vobis Asiatici testes, cùm verè recordari voletis, quantum auctoritatis in i iudicium afferatis, vosmetipsi de scribatis Asiam, nec, quid alienigenæ de vobis loqui soleant, sed quid vosmetipsi de genere vestro statuatis, memineritis. Námque, vt opinor, Asia k vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrùm igitur nostrùm est, an vestrũ hoc vetus prouerbium, *Phrygem plagis fieri solere melioré?* Quid de tota Caria? nõne hoc vestra voce vulgatũ est, *fiquid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum?* Quid portò in Græco sermone tam tritum, atque celebratum est, quàm, si quis despicatui ducitur, vt *Mysorum vltimus esse dicatur?* Nam quid ego dicam de Lydia? *quis vmquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset?* Quamobrem, quæ vobis fit iniuria, si statuimus vestro nobis iudicio stándum esse de vobis? ¶ Equidem mihi iam satis, supérque dixisse videor de Asiatico genere testium: sed tamen vestrum est, iudices, omnia, quæ dici possunt in hominum leuitatem, inconstantiã cupiditatem, etiamsi à me minùs dicuntur, vestris animis, & cogitatione comprehendere. *Sequitur* m *auri illa inuidia Iudaici.* Hoc nimirum est illud, quòd non longè à gradibus n Aureliis hæc causa dicitur, ob o hoc crimen hic locus abs te, Læli, atque illa turba quæsita est. Scis, quanta sit manus, quanta concordia, quantum valeat in concionibus: Summissa p voce agam, tantùm vt iudices audiant, neque enim desunt, qui istos in me, atque optimum quemque incitent: quos ego, quò id facilius faciant, non adiuuabo. Cum aurum h, Iudæorum nomine, quotannis ex Italia, & ex omnibus vestris prouinciis Hierosolymã exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret. Quis est, iudices, qui hoc non verè laudari possit? *Exportari* e *aurum non oportere*, cum sæpè antea senatus, tum me consule, grauissimè iudicauit. Huic autẽ barbaræ superstitioni resistere, seuetitatis: multitudinem Iudæorũ, flagrantem nonnumquã in concionibus, pro rep. contemnere, grauitatis summæ fuit. At Cn. Põpeius, captis Hierosolymis, victor ex illo fano nihil d attigit. Im primis hoc, vt multa alia sapienter, quod in tã suspiciosa, ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. non enim credo, religionem & Iudæorum, & hostium impedimento præstantissimo imperatori, sed pudorem, fuisse. Vbi ergo crimen est? quoniam quidem furtum nusquã reprehendis, edictum probas, iudicatum e fateris, quæsitum, & probatum f palàm non negas, actum esse per viros primarios res ipsa declarat. Apamẽæ manifesto g comprehẽsum, ante pedes prætoris in foro expensum h est auri pondo centũ paullo minus per Sex. Cęsium, equitem Romanum, castissimum hominem, atque integerrimum: Laodicęæ viginti pondo paullo amplius per hunc ipsum L. Peduceũ, iudicem nostrum: Adrymeti i per Cn. Domitiũ legatum: Pergami k non multum auri. ratio constat, aurum in æratio est: furtum non reprehenditur: inuidia quæritur à iudicibus oratio auertitur: vox in coronam, turbámq. effunditur. *Sua cuique ciuitati religio, Læli, est, nostra nobis.* Stantibus Hierosolymis, pacatíque Iudæis, tamen istorum religio sacrorum à splẽdore huius imperij, grauitate nominis vestri, maiorum institutis, abhorrebat: nunc verò hoc magis, q. illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostẽdit armis: quàm cara diis immortalibus esset, docuit, q. est victa, quòd eloquentia, quòd seruatã l Quamobrem, quoniã, quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum: veniamus o iam ad ciuium Romanorum querelas. Ex quibus sit sanè prima *Deciani.* Quid tibi tandem, Decianę, iniuriæ factũ est? negotiaris in libera ciuitate: primùm pátere me esse curiosum. quousque negotiabere? præsertim cùm sis isto loco natus. annos iam triginta in foro versaris: sed tamen Pergameno P longo interuallo, si quãdo tibi peregrinari commodum est, Romã q aduenis: affers faciem nouam, nomen vetus, purpurã Tyriam. in qua tibi inuideo, q. vnis vestimentis rãdiu lautus es. Verùm esto: negotiari libet: cur non Pergami? Smyrnæ? Trallibus? vbi & multi ciues Romani sunt. & ius à nostro magistratu dicitur? otiũ te delectat: lites, turba s, prætor t, odiosi: Græcorũ libertate u gaudes. Cur ergo vnus tu Apollonidenses x amantissimos populi R. fidelissimósque socios, miseriores habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit y vmquam? cur his per te frui libertate sua, cur denique

a L. atque in optim.

b Iudæicum aurum Hierosolymam exportari quotannis solitum.*

c Simile quidã in l. 2. Cod. de cõmerciis.*

d Vide Plutarchũ Pompeio & Iosephũ 14. c. 4.* P. B.

e *al.* indicatum.*

f *al.* probatum.*

g L. manifesto deprehẽsum.

h v. c. expensum esse. *al.* expressum.*

i *Legendum* Adramyti ex Strabonis 13. & Stephano *de vrbib.**

k L. Pergami nõ multum. Auri ratio constat, *al.* conuertitur.*

l Elocandarum prouinciarum quæ vitæ essent, nonnulli hic morem obseruandi alij elocationem interpretari videntur, operarũ locationem, nempe quod victorũ prouincialiũ operis vterẽtur interdum Romani, ve seruorũ. seruata verò quòd hic dicitur, *Iudæa* alij *eneadata* alij *seiuta* faciam. Fortassis apertior erit sententia si elocatam, tributariam faciam aut quasi dispersam. ac veluti quasi loco motam: & seruatam, pro diligenter obseruata, ne quid rerum nouarum moliri posset. ni fi, serua, legas, vti conijcit vir clarissimus Iacobus Lectius.* n *al.* cruciatus querelis ciuium Romanorum Deciani, Andronis, Sextilij, Falcidij.* p *al.* in Pergameno.* q L. Romam veniat. r v. c. Smyrnæ? (turba) prætor Ro. odio est. t *al.* Prætor Ro. odio est. *al.* populus R. odio est. u *al.* leuitate.* x L. Apollonidienses. y L. habuit vmq.

A B C D E F G H I

denique esse liberis non licet? homines sunt tota ex Asia frugalissimi, sanctissimi, à Græcorum luxuria, & leuitate remotissimi, patresfamiliâs suo contenti, aratores, rusticani: agros habent & natura perbonos, & diligentia, culturáque meliores. In hisce agris tu prædia habere voluisti. Omnino mallem, & magis [a] erat tuum. Si iam te crassi [b] agri delectabant, hîc alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verùm esto: Catonis est dictum, *Pedibus* [c] *compensari pecuniam.* Longè omnino à Tiberi ad Caicum: quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum [d] inuenisset. Sed concedo id quoque: placuit oppidum: regio delectauit, emisses. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia, princeps illius ciuitatis. cuius socrum, mulierem imbecilli consilij, satis locupletem, pellexit Decianus ad sese: &, cùm illa, quid ageretur, ne sciret, in possessione prædiorũ eius familiam suam collocauit: vxorem abduxit ad Amynta prægnantem: quæ peperit apud Decianum filiam, hodiéque apud Decianum est vxor Amyntæ, & filia. Numquid harum rerum à me fingitur, Deciane? sciunt hæc omnes nobiles, sciunt boni viri, sciunt denique nostri homines, sciunt mediocres negotiatores. Exsurge Amynta: repete à Deciano, non pecuniam, non prædia: socrum denique sibi habeat: restituat vxorem: reddat misero patri filiam. nam membra, quæ debilitauit lapidibus, fustibus, ferro: manus, quas contudit: digitos, quos confregit: neruos, quos concidit, restituere non potest. filiam, filiam, inquam, æ-rumnoso, patri, Deciane, redde. Hæc [e] Flacco te non probasse miraris? cui, quæso, tandem probasti? emtiones falsas, prædiorum proscriptiones cum [f] mulierculis, aperta circumscriptione, fecisti. tutor his [g] rebus Græcorum adscribendus fuit. Ptolemocratem [h] scripsisti, mercenarium [i], & administrum consiliorum tuorum, adductus est in iudicium Polemocrates [k] de dolo malo, & de fraude, à Dione, huius ipsius tutelæ nomine. Qui concursus ex oppidis finitimis vndique? qui dolor animorum? quæ querela? Condemnatus est Polemocrates sententiis omnibus irritæ venditiones: irritæ proscriptiones. Non restituis. defers ad Pergamenos, vt illi reciperent in suas litteras publicas, præclaras proscriptiones, & emtiones tuas. repudiant, reiiciunt [l]. At qui homines? Pergameni, laudatores tui. Ita enim mihi gloriari visus es laudatione Pergamenorum, quasi honorem maiorum tuorum assecutus esses: & hoc te superiorem putabas esse, quàm Lælium, quòd te ciuitas Pergamena laudaret. Num honestior est ciuitas Pergamena, quàm [m] Smyrnæ? At ne ipsi quidem dicunt. Vellem tantum habere otij, vt possem recitare psephismata [n] Smyrnæorum, quæ fecerunt in Castricium mortuum: primùm [o] vt in P oppidum introferatur: quod aliis non conceditur: deinde, vt ferrent ephebi: postremò vt [q] imponeretur aurea corona mortuo. Hæc P. Scipioni, clarissimo viro, cùm esset Pergami mortuus, facta non sunt. At Castricium quibus verbis, dij immortales! decus patriæ, ornamentum populi Rom. Rorem [r] iuuentutis appellant! Quare, Deciane, si cupidus es gloriæ, alia ornamenta censeo,

A quæras. Pergameni te deriserunt. Quid? tu ludi te non intelligebas? cùm tibi hæc verba recitabant, Clarissimum virum, præstantissima sapientia, singulari ingenio: mihi credo, ludebant [a]. cùm verò coronam auream litteris [b] imponebant: te vera *non* [c] *plus aurum tibi, quàm monedulæ* [d] *committebant.* Ne tum quidem hominum venustatem, & facetias perspicere potuisti? Isti igitur, isti Pergameni perscriptiones [e], quas tu afferebas, repudiauerunt. P. Orbius, homo, & prudens, & innocens, contra te omnia decreuit. In [f] P. Globulum, meum necessarium, fuisti gratiosior. Vtinam neque ipsum, neque me pœniteret. Flaccum [g] in curia decreuissent. Veridicas adiungis causas inimicitiarum, quòd patri L. Flacci, ædili curuli, pater tuus, tribunus pleb. diem dixerit. At istud, ne [h] ipsi quidem patri Flacci valde molestum esse debuit: præsertim cùm ille, cui dies dicta est, prætor postea factus sit, & consul: ille, qui diem dixit, non [i] potuerit priuatus in ciuitate consistere. Sed, si iustas inimicitias putabas, cur cùm tribunus militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti, cùm tibi per leges militareis effugere liceret iniquitatem tribuni? Cur [k] autem per te inimicum paternum in consilium vocauit [l]? quę quidem quàm sanctè solita [m] sint obseruari, scitis omnes. Nunc accusantur ab iis, qui in consilio nobis fauerunt [n]. Decreuit Flaccus. Num aliud, atque oportuit? In liberos. Num aliter, ac censuit senatus? In [o] absentem decreuit. Cùm ibidem esses, cùm prodire nolles. non est hoc in absentem reum. SENATVS CONSVLTVM, ET DECRETVM FLACCI. Quid P, si non decreuisset, sed edixisset [p]? quis posset verè reprehendere? Num etiam fratris tui litteras, pleniss. humanitatis, & æquitatis, reprehensurus es? quas eas dem mulieri [r] à me datas, apud Pataranos requisiuit. Recita litteras Q. Ciceronis. LITTERAE Q. CICERONIS. Quid? hæc Apollonidienses [s], occasione facta, ad Flaccum detulerunt? apud Orbium acta non sunt? ad Globulum delata non sunt? Ad senatum nostrum, me consule, nónne legati Apollonidienses omnia postulata de iniuriis vniusDeciani detulerunt? Ad [t] hæc prædia etiam in censu [u] dedicauisti [x]. Mitto, quòd aliena: mitto, quòd possessa per vim: mitto, quòd coniucta ab Apollonidiensibus: mitto, quòd à Pergamenis repudiata: mitto etiam, quòd à nostris magistratibus in integrum restituta: mitto, quòd nullo [y] iure, neque in re, neque in possessione tua. Illud quæro, *sintne* [z] *illa prædia censui censendo, habeant ius ciuile: sint, neine sint, mancipi* [aa] *subsignari apud ærarium, apud censorem* [bb] *possint:*

a *al.* Illudebat.*
b hoc est ex psephismate suo coronam auream tibi decerneret.*
c prouerbij species.*
d cui si quis cõmitteret, amissum sciret, auis enim illa aurum auidissimè furatur. Plin.*
e l. proscriptiones. q. tu aut repudiasti. l. de proscriptione prædiorũ loquatur.*
f *fort.* apud P. Globulũ meũ necess.
g L. Flaccũ elatũ iracundia decreuisse dicis. Et verò adiungis causas inim. f *al.* Flaccue vi & iniuriæ decreuit, motus paternis odiis, verèq. adiungis causas. *Panegyrius*, Flaccũ in curia iniuriã decreuisse dicis: adiungis causas inimicitiarũ.*
h *libri vulg.* nec ipsi quidẽ *putandũ.*
i Exuli in ciuitate, hoc est Romæ, esse nõ licuit.*
k L. Cur auctor prætor rẽ inimicũ pat. f Prætoris autem voce intelligendus Flaccus ipsius Flacci filius. atque ita interpretatur Anton. Augustin.*
l vt iudex esset.*
m Hoc vult, veteres sanctè solitos obseruare: vt ne sub tribuno aduersario militaret, sed & ne iudicem eum haberent.*
n *l.* fuerunt. o L. in absentem. Cùm ibid. p L. decreuisset, sed edixisset: quis p. q Aut. August. addixisset, *recte. Panegyrius* dixisset. Nam & verbum Prætorium est, quo de iure mancipi sententiam fert. Edicto verò nihil Prætor abiudicat: & hic res non ex quæ creditoribus addicatur.* r *L.* mulieribus ad me datas, apud Pataranos requisiuit. s *al.* eadem mulieres, q me datas apud Patrono. requisierunt. *Panegyrius*, quæ easdem mulieres amandatas apud patronos requisiuit. cum antea legisset. quas eãd. militet ad me datas apud, &c. t L. Apollonid esses non, concione facta, ad Flaccum det. u L. At hæc prædia etiam in censu dicasti. M. x *al.* consum. y *Panegyrii* nullo more, neque iure neque possessione tua. sed nihil mutandum. nullo iure generaliter fuisse egat. postea addit, neque in re id est proprietate neque in possessione.
z Census censendo veterem & tamen vsitatam formam delineat. cui tangenda l. 4. ff. de censib. aa ita tui iuris vt possint abalienari.*
bb qui & conitor d. l. 4. § 1.*

a *al.* magis erat tuum: fiam te.
b id est pingues. Alij legunt, Grassi.*
c Pedibus cõpensare pecuniam, non est peregrinãdo proficere in virtutis studio, sed prædium, minimo pretio emere, velhoc ipso, quòd in loginquo solo situm sit. Nam vicina, cariore: remotiora, viliore emimus. quòd pedum seu longitineris in fituendi habenda sit ratio.
d vide Eustathium lib. 1.*
e q. lib. ant. Hæc Flacco non probasse te miraris?
f *al.* cum mulieribus.
g L. his, moribus Græcorum, adscribendus fuit.
h L. Ptolemocratem sc. i v.c. mercẽnarium.
k L. Ptolemocrates.
l v.c. reiicũt.
m L. quàm Smyrnæa? *quidam v. c.* Zmyrnæa?
n L. psephismata Smyrnæorũ, quod fecero Efferendi mos vetustus.*
p Græci raro in oppido mortuos sepelichant. ad de lib. 2. de legibus. Polyb. 8.*
q Coronati mortui efferebantur. adde Aristophan. P. 1. xt. nem ἐκκλησιάζουσαν. Ciceronẽ 2. de legib.
r Iuuentutis flos nominati apud veteres qui apud eosdem non nunquã principes iuuentutis dicti.*

in qua tribu denique ista prædia censuisti? Commisisti [a], si tempus aliquod grauius accidisset [b], vt ex istis prædiis &c Apollonix, & Romæ imperatum esset tributum. Verùm esto. glorioſus fuisti magnum agri modum [d] conseri, & eius agri, qui diuidi plebi Romanæ non potest [e]. Census es præterea numeratæ pecuniæ centum tringinta LLS. millia. Eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census es mancipia Amyntæ. neque huic vllam in eo feci ſti iniuriam. possidet enim ea mancipia Amyntas. ac primò quidem pertimuit, cùm te audisset seruos suos esse censum. Retulit ad iuris consultos. Constabat inter omnes, si f aliena censendo, Decianus sua facere posset, eum g maximam h habituram esse.

* * Habetis causam inimicitiarum, qua causa inflammatus Decianus, ad Lælium detulerit hanc opinionem accusationem. Nam ita quæstus est Lælius, cum de perfidia Deciani diceret: Qui mihi auctor fuit, qui causam ad me detulit, quem ego sum secutus: is à Flacco corruptus est, is me deseruit, ac prodidit. Sicine tu auctor tandem eram, cui itu in consilio fauisses, apud quem omneis gradus dignitatis tuæ retinuisses, prudentissimum [k] hominem, nobilissima familia natum, optimè de repub. meritum, in discrimè omnium fortunarum vocauisti? Scilicet [l] decendam Decianum: qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. Non est, mihi crede, corruptus. Quid enim fuit, quod ab eo redimeretur? vt duceret [m] iudicium? cui? cui sex [n] horas omnino lex dedit. Quantum tandem ex his horis detraheret, si [o] tibi morem gerere voluisset? Nimirum illud est, quod ipse suspicatur. Inuidisti ingenio subscriptoris tui, quòd ornabat facile [p] locum quem prehenderat, & acutè tecteis interrogabat, aut circumueniebat: fortasse fecisti, & [q] tu, & populi sermo, ne exciperes. Idcirco Decianum vsque ad coronam [r] applicuisti. Sed [s] vt hoc verisimile est, ita haud verisimile, Decianum à Flacco esse corruptum. Ita scitote, iudices, esse cætera: vel quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertium vicies. Et eum tu accusas auaritiæ, quem dicis sestertium vicies voluisse perdere: nam quid emebat, cùm [t] te emebat? vt ad se transires? quam [u] partem causæ tibi daremus? an vt enuntiares consilia Lælij? qui testes ab eo prodirent? quid? nos non videbamus habitare vna? quis [x] hoc nescit? tabulas in Lælij potestate fuisse, non dubium est an ne vehementer, ne copiosè accusares? Nunc facis [y] suspicionem. ita enim dixisti. vt nescio quid abs te impetratum esse videatur. ¶ At enim *Androni Sextilio* grauis iniuria facta est, & non ferenda: quòd, cùm esset vxor [z] eius Valeria, intestata [aa] mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hereditas pertineret. In quo quid reprehendas, scire cupio. quòd falsum intendat? qui doces? Ingenua, inquis, fuit. O peritum iuris hominem! Quid? ab ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt? *In manum* bb, inquit, *conuenerat.* Nunc audio, sed [a] quæro, vtrum vsu, an coemtione Vsu non potuit. Nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate deminui. *Coemtione?* omnibus ergo auctoribus. in quibus certè Flaccum fuisse non dices. Relinquitur illud, quod vociferari non [d] desistit, non [e] debuisse. cùm prætor esset, suum negotium ageret, aut mentionem facere hereditatis. Maximas audio tibi, L. Luculle, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate, maximisque beneficiis in tuos, venisse hereditates, cùm Asiam prouinciam consulari imperio obtineres. si quis eas, suas esse dixisset, conceſsisses? Tu, T. Vecti, siqua tibi in Africa venerit hereditas, vsu amittes? an tuum, nullum auaritia, salua dignitate, retinebis? At istius hereditatis, iam Globulo prætore, Flacci nomine, petita possessio est. non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendã Flacci animum impulerunt. Itaque eodem etiam M. Lurco, vir optimus, meus familiaris, conuertit aculeum testimonij sui. *negauit, à priuato pecuniam in prouincia prætorem petere oportere.* Cur tandem, M. Lurco non oportet? eripere, extorquere, accipere [g] contra leges non oportet: petere non oportere: numquam ostendes, nisi docueris non licere. An legationes sumere liberas [h], exigendi causa, sicut & tu ipse nuper, & multi viri boni sæpe fecerunt, rectum est: quod ego non reprehendo: socios video quæri. prætorem, si hereditatem in prouincia non [i] reliquerit, non solùm reprehendendum, verùm etiam condemnandum putas? *Dorik*, inquit, Valeria pecuniam omnem suam *dixerat.* Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis, illam in tutela Flacci non fuisse. si fuit, quæcumque [l] sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. Sed tamen Lurconem, quamquam pro sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ, tamen iratum Flacco esse vidistis. neque enim occultauit causam iracundiæ suæ, neque reticendam putauit. quæstus est, libertum suum. Flacco prætore, esse damnatum. *O conditiones miseras administrandarum prouinciarum! in quibus diligentia, plena simultatum est: negligentia, vituperationum. vbi seueritas, periculosa est: liberalitas, ingrata: sermo, insidiosus: assentatio, perniciosa: frons omnium, familiarus: multorum animus, iratus: iracundia occulta, blanditiæ apertæ: venienteis prætores exspectant, præsentibus inseruiunt, abeunteis deserunt.* Sed omittamus querelas, ne nostrum consilium in [m] præcernitendis prouinciis laudare videamur. Litteras misit de villico P. Septimij, hominis ornati, qui villicus cædem fecerat. Septimium ardentem iracundia videre potuistis. In Lurconis libertum iudicium ex edicto dedit. hostis est Lurco. Quid igitur? hominum gratiosorum, splendidorumque libertis fuit Asia tradenda? an simultates nescio quas cum libertis vestris Flaccus exercuit [n]? an vobis in vestris vestrorumque causis seueritas odio est: eandem laudatis, cùm de nobis iudicatis? At iste Andro, spoliatus bonis, vt dicitis, ad dicendum testimonium non venit. Quid, si veniat? Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit, quo splendore vir? qua fide? qua religione? obsignator C. Sextilius,

a *al.* num ciuisti.*
b *al.* incideret.
c L. & Apollonide, & R.
d modus, non quantitas.
e quod in regione Apollonidensium, qui socij & liberi.*
f *al.* maxima præditi *forte* maximi. Alias quæ quisque alienas incensum deducit mihi magis eius fiunt. l. 64. ff. de adquirend. rerum dominio, vbi dixi.*
P. B.
g *fort.* si aliena mancipia censendo,
h L. eum maximam habituram esse familiam. Responsum est, eius facta nõ videri. Idem visum est postea Flacco. cùm rem cognosceret: itaque decreuit. Hab.
i L. cui tu in consilio fuisses,
k *al.* prudentissimum.*
l L. Sed defendam Decianum [non necessario vt ?] scilicet ironiæ nota.*
m ducere in dicio, est protrahere, producere.*
n In iudicio repetundarũ sex horæ accusatori, totidem defensori. P. CLXII. L.
o *al.* nisi tibi mor.
p L. facitè leç.
q L. & vt populi sermonem excipere, idcirco Decianum.*
r id est, in conspectum populi ad Iuuentii. Anton. Augustin. coronidem.*
s L. Sed. vt hoc verisimile est, ita haud verisimileest. Dec. *al.* S. d, vt hoc verum est, ita haud verisim.
t v. c. cùm abs te emebat?
u L. quas parteis causæ tibi d.
x *fort.* quis hoc nescit, tabulas in Lælij potestate fuisse? non dubium est.
y *al.* iacis.
z L. eius vxor.
aa *al.* intestatõ.
bb *al.* in matrimonio malè. Porrò de in manum conuentione dixi in Topicis: & ad Vlpianum titulo 9.*

a L. *sed* quæro, vsu, an
b De coemtione dixi 7. famil. 29.*
c *fort.* omnibus ergo tutoribus. auct.
d L. non desistit.
e Hoc vult Cicero Prætori, etiam, tũ cum Prætor est, licere, suum negotium agere.
f L. Tu T. Vecti,
g L. capere contra leges.
h Legationes liberas impetrabant senatores sub ciuimodi causa. l. qui libera. 14. ff. de legat. exigendi causa, vt hîc & adeundarum hæreditatũ. Cicer. 1. & 2. Verrina & 3. de legib.
i *al.* ereuerit, non solũ, &c. Est vtè cernere verba cretionis intra legitimã cernẽdi tempus dicere, ad hunc modum, Cùm me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo, cernóque Vlpian. 23. §. 27. 28. Varro 6. de lingua & Festus.*
k Dotì dicendo, pro dotem dicere.*
l Dos dicta sine legitimo tutore nulla. adde quæ scripsi 1. ad Attic. 4.
P. CLXIII.
m *al.* in omittendis pr.
n L. exercuit.

a (L. homo & prudens, &c.

Sextilius, Lurconis ſororis filius: homo[a] & prudens, & conſtans, & grauis. Si vis crat, ſi fraus, ſi metus, ſi circumſcriptio: quis pactionem fieri, quis adeſſe iſtos coegit? Quid, ſi iſta omnis pecunia huic adoleſcentulo, L. Flacco, reddita eſt? ſi petita, ſi b redacta? ſi per hũc Antiochum, paternum huius adoleſcentis libertum, ſeni illi Flacco probatiſſimum? videmúrne non ſolùm auaritię crimen effugere, ſed etiam liberalitatis laudem aſſequi ſingularem? communem enim hereditatem, quæ æqualiter ad vtrumq. lege veniſſet, conceſſit adoleſcenti, propinquo ſuo: nihil ipſe attigit de Valerianis bonis, quod ſtatuerat facere, adductus huius pudore. & non ampliſſimis patrimonij copiis, id non ſolùm fecit, ſed etiam prolixè, cumulatéque fecit. Ex quo intelligi debet, eum contra leges pecunias non cepiſſe, qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis. ¶ At *Faltidianum* crimen eſt ingens. Talenta quinquaginta ſe Flacco dicit dediſſe. Audiamus hominem. Non adeſt. Quomodo igitur dicit? Epiſtolam mater eius profert, & alteram ſoror: ſcriptum ad ſe dicunt eſſe ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is, *qui ſi aram* c *tenens iuraret, crederet, nemo*, per epiſtolam, quod volet, iuratus probabit? Atqui vir? quàm non amicus ſuis ciuibus? qui patrimonium ſatis lautum, quod hîc nobiſcum cõficere potuit, Græcorum conuiuiis maluit diſſipare. Quid attinuit relinquere hanc vrbem? libertate tam præclara carere? adire periculum nauigandi? quaſi bona comeſſe Romæ non liceret. nunc denique matercukæ ſuæ feſtiuus filius, aniculæ minimè ſuſpicioſæ, purgat ſe per epiſtolam, vt eam pecuniam, quam confecerat d, non conſumſiſſe, ſed Flacco dediſſe videatur. At fructus iſti Trallianorum, Globulo pr. venierant e? Falcidius emerat LIS. nongentis millibus. Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe ideirco dat, vt rata ſit emtio. emit igitur aliquid, quod certè multo pluris eſſet: dat de lucro: nihil detrahit de viuo. minus igitur lucri facit. Cur Albanum venire iubet? cur matri præterea blanditur? cur epiſtolis, & ſororis-, & matris imbecillitatem aucupatur? poſtremò cur non audimus ipſum? Retinetur, credo, in prouincia: mater negat. venisſet, inquit, ſi eſſet denuntiatum. Tu certè coegiſſes, ſi vllum firmamentum in illo teſte poſuiſſes. ſed hominem ab negotio abducere noluiſti. magnum erat ei certamen propoſitum, magna cum Græcis contentio: qui tamen, vt opinor, iacent victi. nam iſte vnus totam Aſiam magnitudine poculorum, bibendóque ſuperauit. Sed tamen quis tibi, Læli, de epiſtolis iſtis indicauit? mulieres negant ſe ſcire. quis f? is ipſe? igitur ille tibi, ſe ad matrem & ſororem ſcripſiſſe narrauit? an etiam ſcripſit rogatu g tuo? At verò M. Æbutium, & conſtantiſſimum, & pudentiſſimum h hominem, Falcidij affinem, nihil interrogas? nihil eius generum, pari fide præditum, C. i Manlium? qui profectò de tanta pecunia, ſi eſſet data, nihil audiſſe non k poſſet. His tu igitur epiſtolis, Deciane, recitatis, his mulierculis productis: illo abſente auctore laudato, tantum te crimen probaturum putaſti: præſertim, cùm ipſe non deducendo Falcidium, iudicium feceris, plus falſam epiſtolam habituram ponderis, quàm ipſius præſentis fictam vocem, & ſimulatum dolorem? ¶ Sed[a] quid ego de epiſtolis Falcidij, aut de Androne Sextilio, aut de Deciani cenſu tamdiu diſputo[b], poſtulo? de ſalute omnium noſtrûm, de fortunis ciuitatis, de[c] ſumma reipu. taceo? quam vos vniuerſam id hoc iudicio veſtris humeris, veſtris, inquam, humeris, iudices, ſuſtinetis. videtis, in quo motu temporum, quanta in conuerſione rerum, ac perturbatione verſemur. Cùm alia multa certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur, vt veſtræ quoque mentes, veſtra iudicia, veſtræ ſententiæ, optimo cuique infeſtiſſimæ, atque inimiciſſimæ reperiantur, grauia iudicia pro reipu. dignitate, multa de coniuratorum ſcelere feciſtis. non putant ſatis d conuerſam eſſe rempu. niſi in eandem impiorum pœnam optimè meritos ciueis detruſerint. Oppreſſus eſt C. Antonius. eſto: habuit quandam ille infamiam ſuam: nequ. tamen ille ipſe, pro meo iure dico, vobis iudicibus damnatus eſſet: cuius damnatione ſepulchrum L. Catilinæ, floribus ornatum, hominum audaciſſimorum ac domeſticorum hoſtium conuentu, epuliſque celebratum eſt: iuſta Catilinæ facta ſunt. Nunc à Flacco Lentuli e pœnè per vos expectuntur. Quam poteſtis F. Lentulo, qui vos in complexu liberorum f, coniugúmque veſtrarum trucidatos, incendio patrię ſepelire conatus eſt, mactare victimam gratiorem, quàm ſi L. Flacci ſanguine illius nefarium in ſ vos omneis odium ſaturaueritis? Litemus h igitur Lentulo, parentemus i Cethego, reuocemus iectos: nimiæ pietatis, & ſummi amoris in patriam vicißim nos pœnas. *ſi ita diu placet*, ſufferamus. nos iam ab indicibus nominamur: in nos crimina fingunntur: nobis pericula comparantur: quæ ſi per alios agerent: ſi denique per populi nomen, ciuium imperitorum multitudinem concitaſſent: æquiore animo ferre poſſemus. illud verò ferti non poteſt, quòd per ſenatores, & per equites Ro. qui hæc omnia pro ſalute omnium, communi conſilio, vnanimente, atque virtute geſſerunt, harum rerum auctores, duces, principes ſpoliari omnibus fortunis, ac m de ciuitate expelli poſſe arbitrantur. Etenim[n] populi Ro. periciunt [o] eam mentem, & voluntatem: omnibus rebus, quibus poteſt, populus Ro. ſignificat, quid ſentiat: nulla varietas eſt inter homines opinionis, nulla voluntatis, nulla ſermonis. Quare, ſi quis illuc me vocat, venio: populum R. diſceptatorem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco. Vis abſit: ſertum, ac lapides remoueantur: operæ faceſſant: ſeruitia ſileant. nemo erit tam iniuſtus, qui me audierit, ſit modò liber, & ciuis, quin potiùs de præmiis meis, quàm de pœna cogitandum putet. O dij immortales! quid hoc miſerius? nos, qui P. Lentulo ferrum, & flammam de manibus extorſimus, ſinperitæ multitudinis iudicio confidimus: lectiſſimorum ciuium, & ampliſſimorũ ſententias pertimeſcimus. M. Aquiliũ Ppatres poſtri multis auaritiæ criminibus, teſtimoniiſq. conuictum, quia cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat, iudicio liberauerunt q. Conſul ego nuper defendi C. Piſonẽ: qui quia cõſul fortis, cõſtánſque fuerat, incolumis eſt reip. conſeruatus. de fendi item conſul L. Murenam, conſulem deſignatum. nemo illorum iudicum, clariſſimis viris accuſantibus, audiendum ſibi de an-

a PERORATIO.

b L. diſputo, & expoſtulo.

c L. de ſumma rep.

d v. c. ſatis conuerſam rẽp.

e hoc eſt de Lentulo ſn. terfecto.* f al. liberum.

g L. ſn nos omneis od. al. in omneis nos od.

h Litare eſt ſacrificio fato impetrare. vide Feſtum in litatũ: Nonium cap. 5. in inter ſacrificare & litare.* i Parentare mortuo dicitur qui pro mortuo ſacrificia facit. Gloſſæ paretat κάθαρσις ἐξιλεώσεως.

k L. ſi ita pl. l. B.

l L. vna mente, ac virtute m L. atque è ciuitate exp.

n Etenim populi Romani &c.*

o L. perſpiciunt mente, & vol.

p L. M. Aquilium. de quo l. 5. in Verrem. & l. de orat. Liuius 7.*

q fort. liberarunt.

a (L. homo & prudens, &c.

b L. ſi redacta per hũc.

c (tenentes ſo- lebant.* P. E.

d Vet. traiecerat. al. contraiecerat. al. confecerat. Quo loco cõmitti traiecta pecuniam interpretantur ab Italia in Aſiã tranſmiſſam, alij fœneratitiã, conſumptam ac tuã deperditã: aut ſanè acceptã ab alio. Atq. hoc ſenſu, cõficiendi verbum, paulò antè accipiẽdũ eſſe monet.*

e (L. venierunt.

f L. quis Is eſt igitur? ille tibi,

g L. oratu tuo?

h al. prudentiſſimum hom.

i L. C. Manilium?

k (L. non poſſent.

bitu putauit, cùm, bellum iam gerente Catilina, omnes, me auctore, duos consules Kalendis Ianu. scirent esse oportere. Innocens, & bonus vir, & omnibus rebus ornatus, bis hoc anno, me defendente, absolutus est A. Thermus. Quanta[a], reipubl. causa, lætitia populi Romani, quanta gratulatio[b] consecuta est: *Semper graues, & sapientes iudices in rebus iudicandis, quid vtilitas ciuitatis, quid communis salus, quid reipubl. tempora poscerent, cogitauerunt*[c]. Cùm tabella[d] vobis dabitur, iudices, non de Flacco dabitur solùm: dabitur de ducibus, auctoribúsque conseruandæ ciuitatis: dabitur de[e] omnibus bonis ciuibus: dabitur de vobismetipsis: dabitur de liberis vestris, de vita, de patria, de salute communi. non iudicatis in hac causa de exteris nationibus, non de sociis: de[f] vobis, ac vestra repub. iudicatis. Quod si prouinciarum vos ratio magis mouet, quàm vestra: ego verò non modò non recuso, sed etiam postulo, vt prouinciarum auctoritate moueamini. Etenim opponemus Asiæ prouinciæ primùm magnam partem eiusdem prouinciæ, quæ pro huius periculis legatos, laudatorésque misit: deinde prouinciam Galliam, prouinciam Ciliciam, prouinciam Hispaniam, prouinciam Cretam. Græcis autem Lydis, & Phrygibus, & Mysis obsistent Massilienses, Rhodij, Lacedæmonij, Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Bœotia Septimio, & [g] Cælio, testibus, P. Seruilius, & Qu. Metellus, huius pudoris, integritatisque testes repugnabunt. Asiaticæ iurisdictioni vrbana iurisdictio respondebit. annui temporis criminationem omnis ætas L. Flacci, & perpetua vita defendet. Et, si prodesse L. Flacco, iudices, debet, quòd se tribunum militum, quòd quæstorem, quòd legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, prouinciis grauissimis, dignum suis maioribus præstitit: profit, quòd hic, vobis videntibus, in periculis communibus omnium vestrum, sua pericula cum meis coniunxit: profint honestissimorum municipiorum, coloniarúmque laudationes: prosit etiam senatus, populúsque Roman. præclara, & vera laudatio. *O nox*[h] *illa*, quæ pænè æternas huic vrbi tenebras attulisti, cùm Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrum & flammam vocabantur: cùm ego te, Flacce, cælum, noctémque contestans, fletu flentem obtestabar: cùm tuæ fidei optimæ, & spectatissimæ, salutem vrbis, & ciuium commendabam. Tu, tu, Flacce, prætor, communis exitij nuntios cepisti: itu incluſam in litteris reipubli. pestem deprehendisti: tu periculorum indicia, tu salutis auxilia, ad me, & ad senatum attulisti. Quæ tibi tum gratiæ sunt à me actæ? quæ ab senatu? quæ à bonis omnibus? quis tibi, quis C. Pomtinio, fortissimo viro, quemquam bonum putaret vmquam non salutem, verùm honorem illum denegaturum? O[k] *nonæ illæ Decembres*, quæ, me consule, fuistis: quem ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possum. O nox illa[l], quam iste est dies consecutus, fausta huic vrbi: miserum me, metuo ne infesta nobis! Qui tum animus L. Flacci? (nihil[m] dicam enim de me) qui amor in patriam? quæ vitius? quæ grauitas exstitit? Sed quid ea commemoro, quæ tum, cùm agebantur, vno consensu omnium, vna voce populi Romani, vno orbis terræ testimonio, in cælum laudibus efferebantur? nunc vereor, ne non modò non prosint, verùm etiam aliquid obsint. Etenim multo acriorem improborum interdum inuidiam esse sentio, quàm bonorum. Ego te, si quid grauius acciderit, ego te, inquam, Flacce, perdidero[a]: mea dextera illa, mea fides, a v.c. prodidero: mea promissa, cùm te, si rempub. conseruaremus, omnium bonorum præsidio, quoad viueres, non modò munitum, sed etiam ornatum fore pollicebar. putaui, speraui, etiam si P. clxvi. honos noster vobis vilior fuisset, salutem certè caram futuram. At[b] L. Flaccum quidem, b I. Ac. L. iudices, *si quod dij immortales omen auertant)* Flacc. grauis iniuria afflixerit: numquam tamen prospexisse vestræ saluti, consuluisse vobis, liberis, coniugibus, fortunis vestris, pœnitebit. semper ita sentiet, talem se animum & generis dignitatis, & pietati suæ, & patriæ debuisse: vos ne pœniteat tali ciui non pepercisse, per deos immortales, iudices, prouidete. Quotus enim quisque est, qui hanc in republic. sectam[c] sequatur? qui vobis, qui vestri similibus placere cupiat? qui optimi, atque amplissimi cuiusque hominis, atque ordinis auctoritatem magni putet? illam viam sibi videnti expeditiorem ad honores, & ad omnia, quæ concupierunt. Sed cetera sint eorum sibi habeant potentiam, sibi honores, sibi ceterorum commodorum summas facultates. Liceat iis, qui hæc salua esse voluerunt, ipsis esse saluis. nolite, iudices, existimare, eos, quibus integrum est, qui nondum ad honores accesserunt, non exspectare huius exitum iudicij: Si L. Flacco tantus amor in bonos omneis, tantum[e] in repub. studium, calamitati fuerit: quem posthac tam amentem fore putatis, qui non illam viam vitæ, quàm ante præcipitem, & lubricam esse ducebat, huic planæ, & stabili præponendam esse arbitretur? Quòd si talium ciuium vos, iudices, tædet, ostendite: mutabunt sententiam, qui potuerint: constituent, quid agant, quibus integrum est. nos, qui iam progressi sumus, hunc exitum nostræ temeritatis feremus. sin hoc animo, quàm plurimos esse vultis, declarabitis hoc iudicio, quid sentiatis. Præclara filli hæc f L. Hoc toratio quidem, si huic, huic misero puero, ve- tum. Præcl. stro, ac liberorum vestrorum suppli- illi h. or. q. si ces, iudices, hoc iudicio, viuendi præcepta dabitis, cui P. B. si patrem conseruaris: qualis ipse debeat es- g al. ratio. se ciuis, præscriberis. sin eripitis: ostendetis, bonæ rationi, & constanti, & graui nullum à vobis fructum esse propositum. qui vos, quoniam est id ætatis, vt sensum iam percipere possit ex mœrore patrio, auxilium nondum patri ferre possit: orat, ne suum luctum, patris lacrymis, patris mœrorem, suo fletu augeatis. qui etiam me intuetur, me vultu appellat, meam quodammodo fidem implorat: ac repetit eam, quam ego patri suo quondam pro salute patriæ spoponderim, dignitatem. Miseremini familiæ, iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filij: nomen clarissimum, & fortissimum, vel generis, vel vetustatis, vel hominis causa, reipubl. reseruate.

P. clxv.
a al. quanta Reipub. lætitia, quanta P. R. gratulatione conseruatus est*
b al. gratulatione conseruatus est*
c fort. cogitarunt.
d Tabulæ erunt iudicibus dabitur, absolutionis, cõdemnationis, ampliationis.*
e v. c. de omnibus: dab. & ita L.
f L. de vobis, & de vestra
g al. & Cœlio.
P. B.
h qua intrã, fitb Pontii Miluij legati Allobrogum cum litteris mandatisque Catilinæ ad suos ciues missi, comprehensi à Flacco & Pomtinio Prætoribus. Orat. 3. Catil. Sallust.*
i al. C. Pomtino,
k quo die, Consule Ciceronæ, indiciis coniurationis expositis in senatu, censuit se natus, Lentulum prætura abdicari: alios octo cõiuratos in cũstodiam tradi.*
l de qua supra*
m v. (nihil dicam de me.)
n sectam pro studio defendæ Reipublicæ accipit. Græci αἵρεσιν dicunt, genus vitæ, quod quisque sibi elegit: sic αἱρεῖσθαι vocabant, fidem Pauli. Actor. 24. vers. 14.
d L. puter, cũ illam vitã sibi videatur exp. ad hon. & ad omn. q. concupiuerunt? S.
e L. tantum in templ. &c.

PRO P. SYLLA

ORATIO VICESIMAQVINTA.

SYNOPSIS.

¶ Quæstio, An *P. Sylla cum Catilina coniurauerit* Accusator *vel* Delator, *L. Torquatus*. Reus, *P. Sylla*. Patroni P. Syllæ, Q. *Hortensius & Cicero*. Acta *anno vrbis* 691.

P. CLXVII. a EXORDIVM.

MAXIMÈ a vellem, iudices, vt P. Sylla & antea dignitatis suæ splendorem obtinere, &, post calamitatem acceptam, modestiæ fructum aliquem potuisset percipere. sed, quoniam ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore cùm communi ambitionis inuidia, tum singulari Autronij b odio euerteretur, & in his pristinæ fortunæ reliquiis miseriis, & afflictis, tamen haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset: quanquam ex huius incommodis magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facilè patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam, misericordiámque, noram omnibus quondam, nunc, quasi intermissam, agnoscerent: improbi, ac perditi ciues, edomiti, atque victi, præcipitante repub. vehementem me fuisse, atque fortem: conseruata, mitem, ac misericordem faterentur. Et, quoniam c L. Torquatus, meus familiaris, ac necessarius, iudices, exístimauit, si nostram in accusatione sua necessitatem, familiaritatémque violasset, aliquid se de auctoritate meæ defensionis posse detrahere: cùm huius periculi propulsatione coniungam defensionem officij mei: quo quidem genere non vterer orationis, iudices, hoc tempore, si mea solùm interesset. multis enim mihi locis, & data facultas est, & sæpe dabitur de mea laude dicendi. sed, vt ille, iudices, quantum de mea auctoritate diripuisset d, tantum se de huius præsidiis diminuturum e sperauit: sic hoc ego sentio si mei facti rationem vobis, constantiámque huius officij, ac defensionis probauero, causam quoque me P. Syllæ probaturum. ¶ Ac f primùm abs te illud, L. Torquate, quæro, cur me à ceteris clarissimis viris, ac principibus ciuitatis, in hoc officio, atque in defensionis iure secernas. quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortensij factum, clarissimi viri, atque ornatissimi ciuis, non reprehendatur, reprehendatur meum? nam si initium est consulum à P. Sylla inflammandæ ciuitatis, huius exstinguendi imperij, delendæ vrbis: mihi maiorem hæc g res dolorem, quàm Qu. Hortensio, mihi maius odium afferre debet h? meum denique grauius esse iudicium, qui adiuuandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Ita, inquit, tu enim inuestigasti, tu patefecisti coniurationem. Quod cùm dicit, non attendit, eum, qui patefecerit, hoc curasse, vt id omnes viderent, quod antea fuisset occultum. Quare ista coniuratio, si patefacta per me est, tam patet Hortensio, quàm mihi. quem cùm videas honore hoc, auctoritate, virtute, consilio præditum, non dubitasse, quin innocentem P. Syllam defenderet: quæro, cur, qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi intercluſus esse debuerit. quæro illud etiam, si me, qui defendo, reprehendendum putas esse, quid tandem existimes de his summis viris, & clarissimis ciuibus, quorum studio, & dignitate celebrari hoc iudicium, & ornari, causam defendi huius innocentis vides? non enim vna est ratio defensionis ea, quæ posita est in oratione. omnes, qui adsunt, qui laborant, qui saluum volunt, pro sua parte, atque auctoritate defendunt. An verò, in quibus subsellijs hæc ornamenta, ac lumina reipub. viderem, in his me apparêre nollem, quorum ego opera a illum in locum, atque in hanc a *al. ope.* celsissimam sedem dignitatis, atque honoris, multis meis, ac magnis laboribus, & periculis, adscendissem? Atque, vt intelligas, Torquate, quem accuses, si te id offendit, quod ego, qui hoc genere quæstionis defenderim neminem, non desim P. Syllæ: recordare de ceteris, quos adesse huic vides. intelliges, & de hoc, & de ceteris iudicium meum, & horum, par, atque vnum fuisse. Quis nostrûm adfuit Varguntco b? nemo: ne hic quidem Qu. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. non enim iam se vllo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cùm ille, tanto scelere commisso, omnium officiorum societatem diremisset. Quis nostrûm Ser. Syllam? quis P. Lentulum? quis M. Leccam? quis c Cornelium, defendendum putauit? quis his horum adfuit? nemo. quid ita? quia ceteris in causis, etiam nocentes, viri boni, si necessarij sunt, non defendendos esse non putant. in hoc crimine, non solùm lenitatis est culpa, verùm etiam quædam contagio sceleris, si defendas eum, quem obstrictum esse patriæ suspicêre. Quid d Autronio? nónne sodales, non collegæ sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat, non hi omnes, qui sunt in repub. principes, defuerunt? immò etiam testimonio plerique læserunt? Statuerant, tantum illud esse maleficium, quod e non modò non occultari per se, sed etiam aperiri, illustrarique deberet. Quamobrem quid est, quòd mirere, si cum iisdem me in hac causa vides

P. CLXVIII.

b L. Vargunteio.

c L. Quis C. Cornelium, def.

d L. Quid Autronio nó sodales,

e *fort.* vt nõ modo.

b *al.* Autronij.*

c Imitatur hîc Demosthenẽ orat. pro Ctesiphonte.*

d L. deripuisset, || Deripere verò est, detrahere.*

e *L.* deminutum sp. p. B.

f *L.* hæres.

g L. hæres.

h L. debent?

adesse, cum quibus in ceteris intelligis ab- A
à L. afuisse. & ita veteres. fuisse [a]? nisi verò me vnum vis ferum, præter ceteros, me asperum, me inhumanum existimari: me singulari immanitate, & crudelitate prædit.m. Hanc mihi tu si, propter res meas gestas, imponis in omni vita mea
P. E. personam, Torquate, vehementer erras. me natura misericordem, patria seuerum: crudelem nec patria, nec natura esse voluit. denique istam ipsam personam, vehementem, & acrem, quam mihi tum tempus, & respubl. imposuit, iam voluntas, & natura ipsa detraxit. illa enim ad breue tempus seueritatem postulauit: hæc in omni vita misericordiam, lenitatémque desiderat. Quare nihil est, quòd ex tanto comitatu virorum amplissimorum me vnum abstrahas. simplex offi-
b L. bonorũ omnium. cium, atque vna est omnium [b] bonorum causa, nihil erit, quod admittere posthac, si in ea parte, in qua hos animaduerteris, me videbis. nulla est enim in republ. causa mea propria. tempus agendi fuit magis mihi proprium, quàm ceteris: doloris verò, & timoris, & periculi fuit illa causa communis. ne-
c fort. ad salutem aliis esse pot. que enim princeps tunc ad [c] salutem esse potuissem, si esse alij comites noluissent. Quare necesse est, quod mihi consuli præcipuum fuit præter alios, id iam priuatos cum ceteris esse commune. Neq. ego hoc partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loquor. oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. In Autronium testimonium dixisti, inquit: Syllam defendis. Hoc totum eiusmodi est, iudices, vt, si ego sim inconstans, ac leuis, nec testimonio fidem tribui conuenerit, nec defensioni auctoritatem. sin est in me ratio reipub. religio priuati officij, studium retinendæ voluntatis bonorum: nihil minùs accusator debet dicere, quàm à me defendi Syllam, testimonio læsum esse Autronium. videor enim non solùm studium ad defendendas causas, verùm opinionis aliquid, & auctoritatis, afferre: qua & moderatè ego vtar, iudices, & omnino non vterer, si ille me non coegisset. Duæ coniurationes abs te, Torquate, constituun-
P. CLXIX. d L. Lepido, & Tullo, l. al. Lepido & Volcatio Coss.* tur: vna, quæ Lepido d, & L. Tullo, c o s s. patre tuo consule designato, facta esse dicitur; altera, quæ me consule. Harum in vrbe Syllam dicis fuisse. Patris tui, fortissimi viri, atque optimi consulis, scis, me consilijs non interfuisse: scis, me cùm mihi summus tecum vsus esset, tamen illorum expertem temporum, & sermonum fuisse: credo, quòd nondum penitus in rep. verfabar, quod nondum ad propositum mihi finem honoris peruenieram. quòd mea me ambitio, & forensis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. Quis ergo intererat vestris consiliis? omnes
e L. quos videsse huic adesse, hi, quos [e] vides hic adesse, & in primis Qu. Hortensius: qui cùm propter honorem, ac dignitatem, atque animum eximium in rempubli. tum propter summam familiaritatem, summúmque amorem in patrem tuum, tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commouebatur. Ergo istius coniurationis crimen, defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognouit, qui particeps & consilij vestri fuit, & timoris. cuius in hoc crimine propulsando cùm esset copiosissima, atque ornatissima oratio, tamen non minus inerat auctoritatis in ea, quàm facultatis. Illius igitur H

coniurationis, quæ facta contra vos delata ad vos, à vobis prolata esse dicitur, ego testis esse non potui, non modò enim nihil comperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama peruenit. Qui [a] vobiscum in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum conflari putabatur, qui Autronio non adfuerunt, qui in illum testimonia grauia dixerunt, hunc defendunt, huic adiunt [b], in huius periculo declarant, se non crimine coniurationis, ne adessent ceteris, sed hominum maleficio, deterritos esse. Mei consulatus autem tempus, & crimen maximæ [c] coniurationis à me defenderetur. Atque inter nos partitio non est fortuito, iudices, nec temerè facta: sed, cùm videremus, eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus, vterque nostrùm id sibi suscipiendum putauit, de quo aliquid scire, atque existimare potuisset. Et, quoniam de criminibus superioris coniurationis Hortensium diligenter audistis, de hac coniuratione, quæ, me consule, facta est, hoc primùm attendite. Multa, cùm essem consul, de cuiusmodi reip. periculis audiui, multa quæsiui, multa cognoui. nullus vmquam de Sylla nũtius ad me, nullũ indicium, nullæ litteræ peruenerunt, nulla [e] suspicio. Multùm hæc vox fortasse deberet valere eius hominis, qui consuli insidias reipubl. consilio inuestigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset, cùm ipse nihil audisse de P. Sylla, nihil suspicatum esse diceret. sed ego nondum vtor hac voce ad hunc defendendum: ad purgandum me potius vtor: vt mirari Torquatus desinat, me qui [g] Autronio abfuerim, Syllam defendere. Quæ enim Autronij fuit causa? quæ Syllæ est ille ambitus iudicium tollere, ac [h] disturbare primùm conflato voluit gladiatorum, ac fugitiorum tumultu: deinde, id quod vidimus, omnes, lapidatione, atque concursu. Sylla', si sibi suus pudor, ac dignitas non prodesset, nullum auxilium requisiuit. Ille damnatus ita se gerebat non solùm consiliis, & sermonibus, verùm etiam adspectu, atque vultu, vt inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ videretur. hic se ita fractum illa calamitate, atque afflictum putauit, vt nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia retinuisset. Hæc verò in coniuratione, quid tam coniunctum, quàm ille cum Catilina, cum Lentulo? quæ tanta societas vllis inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis, sceleris, libidinis, audaciæ? quod flagitium Lentulus P. CLXX. non cum Autronio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? cùm interim Sylla cum k eisdem ipsis non modò noctem, solicitudinémque non quæreret, sed ne mediocri quidem sermone, & congressu coniungeretur. Illum Allobroges, maximarum rerum verissimi indices, illũ multorum litteræ, ac nuntij coarguerunt: Syllam interea nemo insimulauit, nemo nominauit. Postremò electo, siue emisso iam ex vrbe Catilina, ille arma misit, cornua, tubas, falceis l, signa, m legiones. Ille relictus, intus, exspectatus feris, Lentuli pœna compressus, conuertit se aliquando ad timorem, numquam ad sanitatem: hic cõtra ita quieuit, vt eo tempore omni Neapoli fuerit, vbi neque homines fuisse pu-

a L. Qui vobis in cõsilio fuerunt.
b L. assunt,
c lib. vnd. maximè coniur. mendose. P. E.
d fort. de summæ reip. periculis.
e al. nulla de nisi. suspicio
f L. nihil audisse se de P.
g L. qui Autronio afuerim,
h fort. ac disturbare voluit primùm, cõflato glad.
i al. Sylla. cùm sibi suus pudor, &c.
k L. cùm eisdem illis non m.
l al. faceis.
m Apt. Aegest. signa legionis.*

a *al.* & locus ipse est non tam

fuisse putantur huius affines suspitiónis, & [a] locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos, quàm ad consolandos accommodatus. Propter hanc igitur tantam dissimilitudinem hominum, atque causarum, dissimilem me in vtroque præbui. Veniebat enim ad me, & sæpe veniebat Autronius, multis cum lacrymis, supplex, vt se defenderem: & se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quæstura commemorabat fuisse: multa mea in se, nonnulla etiam sua in me proferebat officia. Quibus ego rebus, iudices, ita flectebar animo, atq. frangebar, vt etiam ex memoria, quas ipse mihi fecerat insidias, deponerem: vt iam immissum esse ab eo C. Cornelium, qui me in sedibus meis, in conspectu vxoris meæ, ac liberorum meorum trucidaret, obliuiscerer. Quæ si de vno me cogitasset: qua mollitia fuit animi, ac lenitate, numquam mehercule illis lactymis, ac precibus

b L. qui me in ædib. meis

P. B.

restitissem. Sed, cùm mihi patriæ, cùm vestrorum periculorum, cùm huius vrbi, cùm illorum delubrorum, atque templorum, cùm puerorum infantium, cùm matronarum, ac virginum veniebat in mentem: & cùm illæ infestæ, ac funestæ faces, vniuersúmque totius vrbis incendium, cùm tela, cùm cædes, cùm ciuium cruor, cùm cinis patriæ versari ante oculos, atque animum memoria refricare cœperat: tum denique ei resistebam, neque solùm illi hosti, ac

c L. ac parricidæ,

parricidæ, sed his etiam propinquis illius Marcellis, patri, & filio, quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicassem, idem in illorum socio, cùm scirem, defendere. Atque idem ego neque P. Syllam supplicem

d *al.* eosdem Marcellos pro huius periculis lachrymantes adspicere.*

ferre, neque eosdem Marcellos d, neque huius M. Messallæ, hominis necessarii, preces sustinere potui. neque enim est causa aduersata naturæ: nec homo, nec res misericordiæ meæ repugnauit. nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat: nullum crimen, nullum indicium [c]. Suscepi causam, Torquate, suscepi, & feci libenter, vt me, quem boni constantem semper, vt spero, existimassent, eundem ne improbi quidem crudelem dicerem. Hic ait se ille, iudices, *regnum meum* ferre non posse. Quod tandem, Torquate, regnum? consulatus, credo mei: in quo ego imperaui nihil, sed contrà patribus conscriptis, & bonis omnibus parui, quo in magistratu non institutum est à me, iudices, regnum, sed non permissum. Quem tum in tanto imperio, tanta potestate, non dicis fuisse regem, nunc priuatum, regnare dicis? quo tandem nomine? Quod, in quos testimonia dixisti, inquis, damnati sunt: quem defendis, spe-

e *al.* nullum iudicii, nulla suspicio.*

rat se absolutum f fore. Hic tibi ego de testimoniis meis hoc respondeo: si falsum dixi-

f *v.c.* absolutum fore. P. CLXXI. g L. te in hos dix.

rim, te g in eos dixisse. sin verum: *non est se hoc repugnare, cum* h *verum iuratos dicas probare.* De huius spe tantum dico, nullas à me opes P. Syllam, nullam potentiam, nihil denique, præter fidem defensionis, exspectare. Nisi tu, inquit, causam recepisses, numquam mihi restitisset, sed, indicta causa, profugisset. Si iam hoc tibi concedam, Q. Hortensium, tanta grauitate hominem, si hos taleis viros non suo stare iudicio, sed meo: si hoc tibi

A

B

C

D

E

F

G

H

dem, quod credi non potest, nisi ego huic adessem, hos adfuturos non fuisse: vter tandem ex est, ísne, cui innocentes homines non resistunt, an is, qui calamitosos non deserit? At hîc etiam, id quod tibi necesse minimè fuit, facetus esse voluisti, cùm Tarquinium, & Numam, & me, tertium [a] *peregrinum* regem, esse dixisti. Mitto iam de rege quærere: illud quæro, peregrinum cur me esse dixeris. nam, si ita sum, non tam est admirandum, regem esse me, quia, vt tu vis, etiam peregrini, reges Romæ fuerunt, quàm consulem Romæ fuisse peregrinum. Hoc dico, inquit, te esse ex municipio. Fateor, & addo etiam, ex eo municipio, vnde iterum iam salus huic vrbi, interióque missa est. Sed scire ex te peruelim, quamobrem, qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur. nemo enim istuc M. illi Catoni seni, cùm plurimos haberet inimicos, nemo T. b. Coruncano, nemo Curioni [c], nemo huic ipsi nostro C. Mario, cùm ei multi inuiderent, obiecit vmquam. Equidem vehementer lætor, cum esse me, in quem tu, cùm cuperes, nullam contumeliam iácere potueris, quæ non ad maximam partem ciuium conueniret. Sed tamen te à me, pro magnis causis nostræ necessitudinis, monendum esse etiam atque etiam puto. non possunt omnes esse patricij: sed verum quæ-

a *al.* tullium.*

b L. T. Coruncanio *al.* Ti. Coruncanio.*

c *al.* Curio.

d *al.* & si verum quæris, P. B.

ris, ne curare quidem: nec se æquales tui, propter istam causam, abs te anteiri putant. At [e], si tibi nos peregrini videmur, quorum iam tibi & nomen, & honos inuetterauit & huic vrbi, & hominum famæ, ac sermonibus: quàm tibi illos competitores tuos, peregrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti [f], tecum de honore, & de omni dignitate contendunt? quorum cane tu quemquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare. qui si attulerint nerues, & industriam, mihi crede, excutient tibi istam verborum iactationem, & te ex somno sæpe excitabunt: nec patientur, se abs te, nisi virtute vincentur, honore superari. Ac, si, iudices, ceteris patriciis me, & vos peregrinos videri oporteret, à Torquato tamen hoc vitium fileretur. est enim ipse à materno genere, municipalis, honestissimi, ac nobilissimi generis, sed tamen Asculani. Aut igitur doceat, Picentes solos non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi me meum non anteponere. Quare neque me peregrinum posthac dixeris, ne grauius refutêre: neque regem, ne derideare. *nisi forte regium* h *tibi videtur, ita viuere, vt non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias: contemnere omneis* i *libidines: non aura, non argenti, non ceterarum rerum indigere: in senatu sentire libere: populi vtilitati magis consulere, quàm voluntati: nemini cedere, multis obsistere. si hoc putas esse regem me regem confiteor* k *esse.* sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans, aut superbum mouet: quin tu id potius prosers, quàm verbi inuidiam, contumeliámque maledicti? Ego tantis à me beneficiis in republ. positis, si nullum aliud mihi præmium à senatu, populóque Romano, nisi honestum otium postularem, quis non concederet? sibi l haberent honores, si ij imperia, sibi prouincias, sibi triumphos, sibi alia præclarę laudis insignia: mihi liceret eius vr-

e L. Ac, si tibi.

f Peregrini qui.*

g *v.c.* dilecti.

h Regium quid.*

i *v.c.* omnis

k L. esse confiteor, *v.c.*

l L. sibi haberent alij honores, P. LXXIX.

bis,quam conseruassem,conspectu,tranquillo animo, & quieto frui? Quid, si hoc, non postulo? si ille labor meus pristinus, si sollicitudo,si officia,si operæ, si vigiliæ deseruiunt amicis, præstò sunt omnibus? si neque amici in foro requirunt studium meum, neque respubl.in curia? si me non modò rerum gestarum vacatio,sed neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat[a] à labore?si voluntas mea,si industria,si domus, si animus, si aures patent omnibus?si mihi ne ad ea quidem,quæ pro salute omnium gessi, recordanda, & cogitanda quidquam relinquitur temporis? tamen [b] hoc regnum appellabitur? cuius [c] vicarius qui velit esse, inueniri nemo potest. longè abest [d] regno suspicio. Si [e] quæris, qui sint Romæ regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. Res enim gestæ, credo,meæ,ne nimis extulerunt,ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, iudices, hoc possum dicere,me,qui è summis eripuerim periculis vrbem hanc, & vitam omnium ciuium,satis adeptum fore,si ex hoc tanto in omneis mortaleis beneficio, nullum in me periculum redundabit. Etenim, in qua ciuitate res tantas gesserim, memini, & in qua vrbe,intelligo.plenum forum est eorum hominum, quos ego à vestris ceruicibus depuli [f] iudices, à meis non remoui. nisi verò paucos fuisse arbitramini, qui conari, aut sperare posse, se tantum imperium posse delere. Horum ego faceis eripere de manibus, & gladios extorquere potui,sicut feci:voluntates verò consceleratas, ac nefarias, nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius, quanto periculo viuam in tanta multitudine improborum, cùm mihi vnicum omnibus improbis æternum videam bellum esse susceptum. Quòd si illis meis præsidiis fortè inuides: &,si ea tibi regia videntur: quòd omnes boni omnium generum,atque ordinum,suam salutem cum mea coniungunt: consolare te, quòd omnium mentes improborum mihi vni maximè sunt infensæ,& aduersæ.qui me non solùm ideirco oderunt, quòd eorum conatus impios, & furorem consceleratum repressi: sed eò etiam magis,quòd nihil iam se simile,me viuo,conari posse arbitrantur. At verò quid ego miror [g], si quid ab improbis de me improbè dicitur, cùm L. Torquatus, primùm ipse his fundamentis adolescentiæ iactis, ea spe proposita amplissimæ dignitatis, deinde L Torquati, fortissimi consulis, constantissimi senatoris, semper optimi ciuis, filius, interdùm inferatur immoderatione verborum? qui cùm suppressa [h] voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium dixisset, tantum modò vt vos, qui ea probatis, exaudire possetis: de supplicio P. Lentuli, de carcere, magna, & queribunda voce dicebat. In quo primùm illud erat absurdum, quòd, cùm [i] ea, quæ leuiter dixerat, vobis probare volebat: eos autem, qui circum iudicium stabant, audire nolebat:non intelligebat, ea, quæ clarè diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, vt vos quoque audiretis, qui id non probabitis. Dein le alterum iam oratoris vitium, *non videre,quid quaque causa postu-*

ler. Nihil est enim tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quàm videri coniuratorum pœnam, mortémque lugere. Quod [a] cùm is tribunus pleb.facit, qui vnus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, non mirum est. *difficile est enim tacere, cùm doleas.* te, si quid eiusmodi facis, non modò talem adolescentem, sed in ea causa, in qua te vindicem coniurationis velis esse,vehementer miror.sed reprehendo tamen illud maximè,quòd isto ingenio, & prudentia præditus, causam reipubl.non tenes, qui arbitrere,plebi Romanæ res eas non probari, quas,me consule,omnes boni pro salute communi gesserunt. Ecquem tu horum, qui adsunt, quibus te contra ipsorum voluntatem venditabas, aut tam sceleratum statuis fuisse,vt hæc omnia perire voluerit,aut tam miserum, vt & se petire cuperet, & nihil haberet,quod saluum esse vellet? An verò clarissimum virum generis vestri,ac nominis,nemo reprehendit, qui filium suum vita priuauit, vt in ceteris firmaret imperium: tu rempub. reprehendis, quæ domesticos hosteis, ne ab iis ipsa necaretur, necauit? Itaque attendeiam, Torquate, quàm [b] ego non defugiam auctoritatem consulatus mei. maxima voce, vt omnes exaudire possint, dico, sempérque dicam: adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite menteis, aureisque vestras, & me de inuidiosis rebus, vt ille putat, dicentem attendite. Ego consul,cùm exercitus perditorum ciuium, clandestimo scelere conflatus, crudelissimum, & luctuosissimum exitium patriæ comparasset: cùm ad occasum,interitúmque reipub.Catilina in castris, in his autem templis, atque tectis dux Lentulus esset constitutus:meis consiliis,meis laboribus, meis capitis periculis, sine tumultu, sine [c] delectu,sine armis,sine exercitu, quinque hominibus comprehensis, atque confossis [d],incensione vrbem,internicione [e] ciueis, vastitate Italiam, interitu rempubl.liberaui: ego vitâ omnium ciuium, statum orbis terræ,vrbem hanc denique,sedem omnium nostrûm,arcem regum,ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperij, quinque hominum amentium,ac perditorum pœna redemi. An me existimasti hæc iniuratum in iudicio non esse dicturum, quæ iuratus in maxima concione dixissem? Atque etiam illud addam,nequi [f] fortè incipiat improbus subitò te amare, Torquate,& aliquid sperare de te: atque, vt idem omnes exaudiam clarissima voce dicam.Harum omnium rerum, quas ego in consulatu pro [g] salute communi suscepi,& gessi,L ille [h] Torquatus, cùm esset meus icontubernalis in consulatu, [cùm signifer [k] esset iuuentutis], atque in prætura fuisset auctor, adiutor, particeps extitit [cùm princeps, cùm auctor, cùm signifer esset iuuentutis,]parens eius,homo amantissimus patriæ, maximi animi, summi consilij,singularis constantiæ,cùm esset æger,tamen omnibus rebus illi interfuit: numquam est à me digressus [l]:studio,consilio,auctoritate vnus adiuuit plurimùm,cum infirmitatem corporis animi virtute superaret. Videne,vt eripiam te ex improborum subita gratiis, & reconciliem bonis omnibus? qui te & diligunt,& retinent,retinebúntq.semper: nec, si à me

a L. vindicat.

b *al.* tamen ne hoc regn.

c *L.* Cuius vicarius qui velit esse,inueniri nemo potest, longè obest ab eo regni susp.

d abest is à regni suspicione. *al.* ab eo est.*

e *al.* Et, si quæris,qui s.

f L.iudices, depuli à meis n. *al.* repuli, iudices, à m.

g *al.* miror.

h submissa.*

i L.cùm ea, quæ leniter.

a L. Quod tamen trib.pl. facit, is, qui vnus vid. ex P.CLXXIII. ill. ad lug. coniur. relictus; nec mirum est.

b *L.* quàm ego defugiam auctoritatem consu.] Defugere autem auctoritatem est negare, se auctore fuisse.Gall.dicerent, *desuisse.**

c *L.* sine delectu.

d *al.* confossis.*

e *al.* interneccione. *al.* interitione. P. B.

f *al.* nequis.

g L. pro communi salute.

h *al.* iste.

i L. meus cõtubernalis in consulatu, atque in prætura fuisset; cùm signifer esset iuuentutis : auctor, adiutor, particeps extitit: parens eius, h. l. Ita hunc locum emendauit Patagathus, teste Vrsino.

k signifer, iuuentutis hic dicitur, qui aliis locis, princeps iuuentutis.*

l *L.* degressus.stud.

si à me fortè defeceris, idcirco te à te, & à rep. & à tua dignitate deficere patiêtur. ¶ sed iam [a] redeo ad causam: atque hoc vos, iudices, restor: mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas [b] quædam imposita est ab illo. Nam, si Torquatus Syllam solùm accusaret ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset, defenderé: sed cũ ille tota illa oratione in me esset, inuectus, & cùm initiò, vt dixi, defensionem meam auctoritate spoliare voluisset: etiam si dolor meus respondere non cogeret, tamen ipsa causa hanc à me orationem flagitasset. ¶ *Allobrogibus nominatum* Syllam esse dicis. Quis negat Syllæ indicium? At vide quemadmodum nominatus sit L. Cassium dixerũt commemorasse, cum ceteris Autronium secum facere. Quæro, num Syllam dixerit Cassius. Numquam sese aiunt quæsisse de Cassio quid Sylla sentiret. Videte diligẽtiam Gallorum qui vitam hominum, naturámque non nossent, ac tantùm audissent, eos pari calamitate qui fuerãt, esse in eadẽ voluntate. Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam, tamen mihi non videretur. in hunc id crimini esse debere. Quid ita? quia qui barbaros homines ad bellum impelleret, non debebat minuere illorum suspicionem, & [c] purgare eos de quibus illi aliquid suspicarentur. Non respondit tamen vnà facere Syllam. Etenim esset absurdum, cùm ceteros sua sponte nominasset, mẽtionem Syllæ facere nullam, nisi admonitum, & interrogatũ. nisi fortè verisimile est, P. Syllæ nomen in memoria Cassio non fuisse. Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquiæ pristinæ dignitatis, nõ tam illustres fuissent: tamẽ Autronij commemoratio memoriam Syllæ retulisset etiam, vt arbitror, cùm auctoritates principum cõiurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, & cùm sciret exteras nationes maximè nobilitate moueri, non priùs Autronium quàm Syllam nominasset. Iã verò illud probari minimè potest, Gallos, Autronio nominato putasse, propter calamitatis similitudinem, sibi aliquid de Sylla esse quærendũ: Cassio, si hic esset in eodem scelere, ne cùm appellasset quidem Autronium, huius in mẽte venire potuisse. Sed tamẽ quid respondit de Sylla Cassius? *Se nescire certum.* Non purgat, inquit, Dixi antea, ne si argueret quidem tum denique, cùm esset interrogatus, id mihi criminosum videretur. Sed ego in [f] iudiciis, & quæstionibus non hoc quærendum arbitror, num purgetur aliquis: sed num arguatur. etenim cùm negat se scire Cassius, vtrum subleuat Syllam, an satis probat se nescire? Subleuat apud Gallos. Quid ita? ne indicent? Quid? si periculum esse putasset, ne [g] vlli vmquã indicarent, seipso confessus esset? nescivit [h]? Credo iudices, celatum esse Cassium de Sylla vno nam de ceteris certè sciebat: & ea domi eius pleraque conflata esse cõstabat. Qui negar[i] noluit esse in eo numero Syllam, quo plus spei Gallis daret: dicere autẽ falsum nõ ausus est: nescire [i] dixit. Atqui hoc perspicuũ est, cùm is, qui de omnibus scierit, & Sylla se scire negarit: eundem [k] vim esse negationis [l] huius, quam si extra coniurationem hunc esse, se scire dixisset. Nam, cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri. Sed iam non quæso, purgẽtne Cassius Syllam: illud mihi tantùm satis est, contra Syllam nihil esse in iudicio. ¶ Excutius hac criminatione Torquatus, rursus in me irruit, me accusat *ait me aliter ac dictũ est, in tabulas publicas retulisse.* O dij immortales! (vobis enim tribuam, quæ vestra sunt: nec verò possum meo tantum ingenio dare, vt tot res tantas, tam varias, tam repentinas, in illa turbulẽtissima tempestate reipublicę mea spõte disperxerim, vos profectò animũ meum tum cõseruandæ patriæ cupiditate in ẽdistis: vos me ab omnib[9] ceteris cogitationibus ad vnam salutem reip. cõtulistis: vos deniq. in tãtis tenebris erroris, & ignorãtiæ clarissimũ lumen prætulistis [c] mẽti meę. Vidi ego hoc, iudices, nisi recenti memoria senatus, auctoritatem huius iudicij monumẽtis publicis testatus essem, tore, vt aliquando non Torquatus, neque Torquati quispiam similis, nã id me multum fefellisset, sed vt aliquis patrimonio naufragus inimicus otij, bonorum hostis, aliter indicata hęc esse diceret quò facilius, vento aliquo in optimum quemque excitato, posset in malis reip. portum suorum malorum aliquem inuenire. Itaque introductis in senatum indicibus: constitui senatores, qui omnia indicum dicta interrogata, responsa perscriberent. At quos viros? nõ solùm summa virtute, & fide, cuius [d] generis in senatu facultas maxima: sed etiã quos scio bam memoria, scientia, consuetudine, & celeritate scribendi, facillimè, quæ dicerentur, persequi posse: C Cosconium, qui tunc [e] erat prætor: M. Messalam, qui tum prætutam petebat: P Nigidium, App. Claudium. credo esse neminem, qui his omnibus, aut [f] verè referendis, aut etiam scribendis, puteat ingenium defuisse. Quid deinde? quid feci? cùm scirem, ita indicium in tabulas publicas relatum, vt illæ tabulæ priuata tamẽ custodia, more maiorum, continerentur: nõ occultaui, nõ continui domi, sed describi, ab omnibus statim librariis [g], diuidi passim, & peruulgari, atque edi populo Romano imperaui. diuisi toti Italiæ, diuisi in omnes prouincias: eius indicij, è quo salus oblata esset omnibus experte esse neminem volui. Itaque dico, locum in orbe terrarum esse nullũ, quo in loco populi Romani nomen sit, quin eódem perstriptum hoc indicium peruenerit. In quo ego tam subito, & exiguo, & turbido tempore multa diuinitus, ita vt dixi, non mea sponte, prouidi: primùm: ne qui posset tantum aut de reipublicæ aut de alicuius periculo meminisse, quantum vellet [k]: deinde, ne cui liceret vmquam reprehendere illud indicium aut temerè creditum criminari: postremò, ne quid iam à me, ne quid ex meis commentariis quæreretur: ne aut obliuio mea, aut memoria, videretur nimia: ne denique aut negligentia, turpis: aut diligentia, crudelis putaretur. Sed tamen abs te, Torquate, quæro, cùm indicatus tuus inimicus esset, & [l] esset eius rei frequens senatus, & recens memoria testis: tibi meo familiari, & contubernali, priùs etiam edituri [m] fuerint indicium scribæ mei, si voluisses. quàm in codicem retulissent: cũ videres aliter fieri, cur tacuisti? passus es? nõ mecum, aut cum familiari meo

[a] *fort.* atque indicatũ est

[b] *fort.* tranſlata. *Vel* expulistis.*

[c] *fort.* menti meæ prætulistis

P. CLXXV.

[d] I. cuius generis est in senatu fac.

[e] *al.* tum*

[f] I. aut ferri beat, fidẽ peteret, aut etiã ingenium defuisse *al* fidẽ putet, aut diligentiã defuisse. *al.* aut referendis fidẽ aut rectè scribendis. *Vel* eius *vrsa.* Qui his omnibus verè ferendis aut memoriã putet, aut ingenium defuisse.*

[g] Librarij qui instrumẽta & acta excipiebant l. si librarius 92. ff. de regul. iu. ris, vbi dixi* *h fort.* didi pass. à verbo didor, quod valet diffundi. P. B.

gi, diffundi.*

[i] I. dimisi in omneis prouincias:

[k] *al.* Vellet.

[l] quantum esset in re* I. edituri in dicium fuenint ser.

a DEFENDIT Syllam, & ostendit Syllam non coniurasse: & hac quidem parte tractat DE CRIMINIBVS Syllæ obiectis ab Allobrogibus: De literis publicis, de gladiatorib. emptis De Pompeianis, De Ciceronio, De Cæpione, De epistola, de vita Syllæ.*

b L. necessitatem quandã impositã esse ab illo.

c L. Ab Allobrogibus. d L. Quis negat.* At vide q. ¶ & ita Faernus.*

e *fort.* & eos purgare, de quib.

P. B. f *lib. vulg.* id iudiciis, & quæst. quæ locũ ferri potest: tamet si cusa, vero propior sit ob indicij & indicandi vo ces sæpius at que sæpius post repetitas.*

g L. ne illi vmquam

h L. Nescisne Cr.

i L. nescire se dixit.

k Negationis effectus,*

l *fort.* negationis huius, at que si extra

queſtus es? aut, quoniã tam facilè inueneris in amicos, iracũdiùs, aut vehementiùs expoſtulaſti? Tu, cùm tua vox numquam ſit audita: cùm iudicio lecto, deſcripto, diuulgato, quieueris, taceueris, repentè tantam rem enũciare audeas? & in eũ locũ te deducas, vt antè, quàm ne commutati iudicij coargueris, te ſummæ negligẽtiæ, tuo iudicio conuicti ſũ eſſe fateare? Mihi cuiuſquam ſalus tãti fuiſſet, vt meam negligerem? per me ego veritatẽ patefactam contaminarem aliquo mendacio? quemquam denique ego iuuarem, à quo crudeleis inſidias in rempublicam factas, & in me pariſſimũm conſulem, putarem? Quòd ſi iam eſſem oblitus ſeueritatis; & conſtantiæ meæ, tãmen amens eram, vt, cùm litteræ poſteritatis cauſa repertæ ſint, quæ ſubſidio oblionis eſſe poſſent, ego recentem putarem memoriam cũcti ſenatus commentatio meo poſſe ſuperari? Fero ego te, Torquate, iamdudum, fero: & nonnumquam animum incitatum ad vleiſcendam orationem tuam reuoco ipſe, & reflecto. permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adoleſcentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. ſed, niſi tibi aliquem modum vitæ conſtitueris: coges oblitum me noſtræ amicitiæ, habere rationẽ meæ dignitatis. Nemo vnquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præuerterim. Sed mihi hoc credas velim, non iis libentiſſimè ſolo reſpondere, quos mihi videor facillimè poſſe ſuperare. Tu, quoniam minimè ignoras conſuetudinem dicendi meam, oli hac noua le nitate abuti mea: noli aculeos orationis meę, qui recõditi ſunt, excuſſos arbitrari: noli id putare omnino à me eſſe omiſſum, ſi quid eſt remiſſum, atq. conceſſum, cùm illæ valẽt apud me excuſationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia noſtra: tum nondum ſtatuo, te virium ſatis habere, vt ego tecum luctari, & cõgredi debeam. quòd ſi eadẽ vſu, atque ætate robuſtior eſſem idem, qui ſoleo, cùm ſum laceſſitus. nunc tecum ſic agam, tuiſſe vt priùs iniuriam, quàm retuliſſe ægritudinem videar. Neque verò, quid mihi iracũdiæ, intelligere poſſum. ſi, quod eum defendo, quem tu accuſas: cur tibi quoque ipſe nõ ſuccenſeo, qui accuſes eum quem ego defendo, Inimicum, inquis, accuſo meum. Et amicum ego defendo meum. Non debes tamẽ quem quam in coniurationis queſtione defendere. Immò nemo magis eum, de quo nihil eſt ſuſpicatus, quã is qui de aliis multa cogitauit. Cur dixiſti teſtimonium in alios? Quia coactus. Cur damnati ſunt? Quia creditum eſt. *Regnum eſt, dicere in quem velis, ac defendere quẽ velis.* Immò *ſeruitus eſt nõ dicere in quẽ velis, ac defendere quem velis.* Ac, ſi conſiderare cœperis, vtrũm magis mihi hoc neceſſe fuerit facere, an tibi: intelliges, honeſtiùs te inimicitiarum modum ſtatuere potuiſſe, quàm me humanitatis. At verò cùm honos agebatur ampliſſimus familiæ veſtræ, hoc eſt, conſulatus parentis tui, ſapientiſſimus vir familiariſſimis ſuis nõ ſuccenſuit. pater tuus cùm Syllam & defenderent, & laudarent. Intelligebat, hanc nobis à maioribus eſſe traditam diſciplinã, vt nullius amicitia ad propulſanda pericula impediremur. Et erat huic iudicio longè diſſimilis illa contentio. tum, afflicto P. Sylla, conſulatus vobis patiebatur, ſicuti partus eſt: honoris erat certamen: ereptum repetere vos clamitabatis, vt victi in cãpo, in foro vincerentis. tum qui contra vos pro huius ſalute pugnabãt, amiciſſimi veſtri, quibus non iraſcebamini, conſulatum vobis eripiebant, honori veſtro repugnabant, & tamen id inuiolata veſtra amicitia, integro officio, veteri exemplo, atque inſtituto optimi cuiuſque faciebant. Ego verò quibus ornamentis aduerſor tuis? aut cui dignitati veſtræ repugno? Quid eſt, quod [a] iam ab eo expetas? honor ad patrem, inſignia honoris ad te delata ſunt. Tu ornatus ærumnis, venis ad eum lacerandum, quem interemiſti? ego iacentem, & ſpoliatum defendo, & protego. Arq. hîc tu & reprehendis me, quia defendam, & iraſceris. Ego autem non modò tibi non iraſcor, ſed ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe, quid faciendum putares, & ſatis idoneum iudicem poſuiſſe [b]. ¶ At accuſat [c] C. Cornelij filius, idémque valere debet, ac ſi pater indicaret. O patrem Cornelium ſapientem, qui, quod præmij ſolet eſſe in indicio, reliquerit: quod turpitudinis in confeſſione, id per accuſationem filij ſuſceperit. Sed quid eſt tandem, quod indicat per iſtum puerum Cornelius? Sed [d] eſt cauſa mihi ignota, cum Hortenſio communicata: reſpondeat Hortenſius. Sin [e] tu ais illum conſulatum Autronij & Catilinæ, cùm in campo, conſularibus comitiis, quæ à me habita ſunt, eadem facere voluerunt: Autronium tum in campo vidimus: &, quid dixi vidiſſe nos? ego vidi. vos enim tum, iudices, nihil laborabatis, neque ſuſpicabamini. ego tectus præſidio firmo amicorum, Catilinæ tum, & Autronij copias, & conatum repreſſi. Num quis eſt igitur, qui tum dicat in campum aſpiraſſe Syllam? Atqui ſi tum ſe cum Catilina ſocietate ſceleris coniunxerat, cui ab eo diſcedebat? cur cum Autronio non erat? cur in pari cauſa non paria ſigna reperiuntur criminis? Sed quoniam Cornelius ipſe [f] etiam nunc te indicando dubitat, vt dicitis, informat ad hoc adumbratum indicium, filium: quid tandem de illa nocte dicit [g], cùm inter falcarios ad M. Leccam, nocte ea, quæ conſecuta eſt poſterum diem nonarum Nouemb. me conſule, Catilinæ denunciatione conuẽnit? quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit, atque acerbiſſima. Tum Catilinæ dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum deſcriptio totam per vrbem cædis, atque incendiorum conſtituta eſt: tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam ſibi offiioſam prouinciam depopoſcit: vt, cùm prima luce conſulem ſalutatum veniret, intromiſſus meo more, & iure amicitiæ, me in meo lectulo trucidaret. Hoc tempore, cùm ardoret acerrimè cùm Catilina egrederetur ad exercitum: Lentulus in vrbe relinqueretur: Caſſius incendiis, Cethegus cædi præponeretur: Autronio, vt occuparet Etruriam, præſcriberetur: cùm omnia ordinarentur [i], inſtituerentur, pararentur: vbi fuit Sylla, Corneli? num Romæ? Immò [k] longè abfuit. num in iis legionibus, quò ſe Catilina referebat? multò etiam longiùs. num in agro Camerti, Piceno, Gallico: quas oras maximè

a L. quod iã ab hoc exſp.

b L. poſui te.

c De Gladiatoribus empti.*

d al. Si eſt cauſa mihi ignota, neq. mihi cũ Hortenſio communicata:

e L. Sin tu ais Syllam in illo comitatu Autronij, & Catilinæ fuiſſe, cùm &c. P. CLXXVII.

f L. criminis reperiuntur?

g al. apud.* li al. dixit,

a L. Nemo vnquam me ne tenuiſſima quidem ſuſpic. perſtrinxit, quẽ non peruerterim. P. CLXXVI. e al. peruerte rim.*

d al. retuliſſe videar.*

e al. cognouiſſe.* f al. ac nõ defendere.* g L. nec defendere, quẽ velis. al. acnõ defendere, quem velis. h al. An verò cùm honos agebatur amplißimus familiæ veſtræ hoc eſt, conſulatus parẽtis tui ſapientiſſimus vir familiariſſimis ſuis nõ ſuccenſuit. pater tuus cùm Syllam & defenderent, & laudarent? P. E. nis ſuis ſuccenſuit pater tuus, cùm Syll. & defend. & laud ſſent?

i L. ornarentur, in Etruria reſtituerentur. par.

k L. Immò longè abfuit.

maximè quasi morbus quidam illius furoris peruaserat: nihil verò minùs, fuit enim, vt iam antè dixi, Neapoli: fuit in ea parte Italiæ, quæ maximè ea suspicione caruit. Quid ergo iudicat, aut quid affert, aut ipse Cornelius, aut vos, qui ab eo hæc mandata defertis? *Gladiatores emtos esse, Fausti simulatione ad cædem ac tumultum.* Ita prorsus interpositi sunt gladiatores, quos testamẽto patris videmus[a] deberi. Arrepta est familia: quæ si esset prætermissa posset alia familia Fausti munus præbere. Vtinã quidem hæc ipsa non modò inquorum inuidiæ [b]sed & æquorum exspectationi satisfacere posset. Properatum vehementer, cùm longe tempus munetis abesset. Quasi verò tempus dandi muneris non valdè appropinquaret. Nec opinante Fausto, cùm is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. At litteræ sunt Fausti, per quas ille precibus à P. Sylla petit, vt emat gladiatores, & vt hos ipsos emat: neque solùm ad Syllam missæ, sed ad L. Cæsarem, Quintium Pompeiũ C. Memmium: quorum de sententia tota res gesta est. At [c] præfuit familiæ Cornelius. Iam si in comparanda familia suspicio est nulla: quòd præfuit, nihil ad rem pertinet. Sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramenta prospiciẽda: [d]præfuit verò numquam eáque res per Bellum, Fausti libertum, omni tempore administrata est. ¶ At enim *Cincius* est ab hoc in viteriorem Hispaniam missus, vt eam prouinciam perturbaret. Primùm Cincius, iudices, L. Iulio, C. Figulo, cõsulibus, profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ, & ante suspicionem huius coniurationis: deinde est profectus non tum primùm, sed cùm in eisdem locis aliquanto antè eadem de causa aliquot annos fuisset. ac profectus est non modò ob causam, sed etiam necessariam causam, magna [e] ratione cum Mauritaniæ rege contracta. Tum autem, illo profecto, Sylla procurante eius rem, & gerente, plurimis, & pulcherrimis P. Cincij, prædiis venditis, ęs alienum eiusdem dissolutum est: vt, quæ causa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ possessionis, ea Cincio non fuerit prædijs diminutis[f]. Iam verò illud quàm incredibile? quàm absurdum? qui Romæ cædem facere, qui hanc vrbem inflammare vellet, eum [g] familiarissimum suum dimittere ab se, & [h] mandare in victimas terras? vtrum quò faciliùs Romæ ea, quæ cogitabatur, efficeret, si [i] in Hispania turbatum esset? At hæc ipsa per se sine vlla coniunctione [k] agebantur. An in tantis rebus, tam nouis consiliis, tam periculosis, tam turbulentis, hominem amantissimum sui, familiarissimum, coniunctissimum officiis, vsu, consuetudine, dimittendum [l] esse arbitrarentur? verisimile non est, vt, quem in secundis rebus, quem in otio secum semper habuissent, hunc in aduersis, & in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitterent. Ipse autem Cincius (non enim mihi deserenda est causa amicitiæ tuæ, atque hospitis) is homo est, aut ea familia, ac disciplina, vt hoc credi possit, eum bellum reipublicæ facere voluisse? vt, cuius pater, cùm ceteri de sicerent finitimi ac vicini, singulari exstiterit in rempublicam nostram officio, & fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum putaret? cuius ęs alienum videmus, iudices, non libidine, sed negotij gerendi studio esse contractum: qui ita Romæ debuit, vt in prouinciis, & in regnis maximæ ei pecuniæ deferrentur: quas cùm peteret, non commisit, vt ipse procuratores quidquam oneris, absente se sustinerent: venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quàm vllam moram cuiquam fieri crediторum suorum. A quo quidem genere, iudices, ego numquam timui, cùm in illa reipublicæ tempestate versarer. Illud erat genus hominum horribile, & pertimescendum, qui tanto amore suas possessiones amplexi [a] tenebant, vt ab his membra diuelli citiùs, ac distrahi posse diceres. Cincius numquam sibi cognationem cum prædijs esse existimauit suis. Itaque se non modò ex suspicione tanti sceleris, verùm etiam ex omni hominum sermone, non armis, sed patrimonio suo vindicauit. ¶ Iam verò, quod sui iicir, *Pompeianos esse à Sylla impulsos*, vt ad istam coniurationem, & ad hoc nefarium facinus accederent: id cuiusmodi sit, intelligere non possum. An tibi Pompeiani coniurasse videntur? quis hoc vmquam dixit? aut quæ fuit istius rei, vel minima suspicio? Disiunxit, inquit, os à colonijs, vt hoc dissidio [b], ac dissensione facta, oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere. Primùm, omnis Pompeianorum colonorúmque dissensio, delata ad patronos est, cùm iam inuetерasset, ac multos annos esset exagitata: deinde ita à patronis res cognita est, vt nulla in re à ceterorum sententiis Sylla dissenserit: postremò coloni ipsi sic intelligunt, non Pompeianos à Sylla magis, quàm sese esse defensos. Atque hoc, iudices, ex hac frequentia colonorum, honestissimorum hominum, intelligere potestis: qui [c] adsunt, laborant: hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna, atque omni honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, quo afflictus iacet, per vos tutari, conseruaréque cupiunt. Adsunt [d] pari studio Pompeiani, qui ab illis etiam in crimen vocantur: qui ita de ambitione [e], & de suffragijs suis cum colonis dissenserunt, vt idem de communi salute sentirent. At ne hæc quidem P. Syllæ mihi videtur silentio prætereunda esse virtus, quòd, cùm ab hoc illa colonia deducta sit, & cùm commoda colonorum à fortunis Pompeianorum populi Romani fortuna diuiserit, ita carus vtrique est, atque iucundus, vt non alteros dimorisse [f], sed vtrosque constituisse videatur. ¶ At enim & *gladiatores, & omnis ista vis, rogationis Cæciliæ causa comparabantur.* atque in hoc loco in L. Cæcilium prudentissimum [g], atque ornatissimum virum, vehementer inuectus est: cuius ego de virtute & constantia, iudices, tantum dico: talem hunc in ista rogatione, quam promulgauit non de tollenda, sed de leuanda calamitate fratris sui, fuisse, vt consultum esse voluerit fratri: tamen cum [h] reipubl. pugnare noluerit: promulgarit impulsus amore fraterno, desistere fratris auctoritate deductus. Atque in ea re per L. Cæcilium Sylla accusatur, in qua re est vterque laudandus. primùm [i] Cæcilius, qui id promulgarit, in quo res iudicatas vide-

a *al.* complexi tenebant P. B.

b *al.* discisso*

c L. qui adsunt, lab.
d Adsunt, p. e *al.* ambitione.*
f *L. demouisse,*
g *L. prudentissimum atque h L. quam rep. tamen pug.*
i *L. pr nimium* Cæcilius, qui fratris calamitatem leuare, Pœnam forte mitigãdã voluerit, laudem meretur: deinde Cæcilius, qui id prom. in quo res iud. P. CLXIX. videb. vel. re scindere vt Sylla restitueretur, Sylla recte rep. *pro.* præter eum Cæcilius, qui id promulgarit, in quo res indicatas videbatur voluisse rescindere vt restituere tur Sulla recte reprehendis Status enim &c. *Ita Pompeianos.**

P. B. a L. deberi videmus. At emta est fam. [b] Nam paulò post ait, familia est comparata.* b *vel* inuidia effet.*

c L. At præfuit familiæ. Iam si in c.

d L. perspiciendæ:

e L. magnæ pecuniæ ratione

P. CLXVIII. f L. deminutis.

g L. cum tum famil. h L. & mandare in vit. i *vel* si in Hispaniam turbatum iisset? k *fort.* coitione ageb.

l L. dimittendum à se arbitrarentur: *vel* quem in sec. reb. q. in or. secum semp. hab. hunc in aduers. &c. dimitteret?

batur voluisse rescindere, vt statueretur[a]: Syl- A
la recte reprehendit. *Status enim reipublicæ ma-*
ximè iudicatis rebus continetur, neque ego tan-
tum fraterno amori dãdum arbitror, vt quis-
quã de salute suorum consulat, communem
relinquat. Nihil de iudicio ferebat: sed à pœ-
nam ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper
superioribus legibus constituta. Itaque hac
rogatione, non iudicum sententiam, sed le-
gis vitium corrigebat. Nemo iudicũ repre-
hendit, cùm de pœna quæritur, sed legẽ. Dam B
natio enim est iudicum, quę manebat, pœna,
legis, qui leuabatur. Noli igitur mouere eorũ
ordinum, quæ præsunt iudiciis summa cum
grauitate, & dignitate, alienare à causa. nemo
labefactare iudicium est conatus. nihil est ei-
usmodi promulgatum. semper Cæcilius in
calamitate fratris sui, iudicũ potestatem per-
petuandam, legis acerbitatem mitigandam
putauit. Sed quid ego de hoc plura disputem?
Dicerẽ fortasse, & facilè, & libenter dixerem. C
Si paullò etiam lõgiùs, quàm finis quotidia-
ni officij postulat, pietas, & fraternus amor L.
P. B. Cæcilium protulisset: implorarem sensus ve-
stros: vniuscuiusque indulgẽtiam in suos te-
sturer: peterẽ errato veniã. L. Cęcilij ex intí-
mis vestris cogitationibus, atque ex humanì-
tate cõmuni. Iex dies fuit proposita paucos:
ferri cœpta numquam: posita[c] est in senatu,
populum Romanum latuit. cùm in Capito-
lium nos senatum conuocassemus, nihil est D
actum priùs & fid mandato Syllæ Qu. Metel-
lus prætor se loqui dixit, Syllam illam roga-
tionem de se nolle ferri. Ex illo tempore L.
Cæcilius multa[g] de republica egit: Agrariæ
legi, quæ tota à me reprehensa & adiecta est,
intercessorem h fore professus est: improbis
largitionibus restitit: senatus auctoritatem
numquam impediuit: ita se gessit in tribuna-
tu, vt, onere deposito domestici officij, nihil
postea nisi de reipublicæ cõmodis cogitarit. E
Atque in ipsa rogatione nuperk vim quid a-
geretur, quis l tamen vestrũ Syllam, aut Cę-
cilium verebatur? nónne m omnis seditionis
timor, atque opinio, ex Autronij improbita-
te pendebat? eius voces, eius minæ ferebant-
tur: eius adspectus, concursatio, stipatio, gre-
ges hominum perditorum, metum nobis[n],
seditionémque afferebant. Itaque P. Sylla, hoc
importunissimo tum honoris, tum etiam ca-
lamitatis socio, q. comite, & secũdas fortu-
nas amittere coactus est, & in aduersis sine
vllo remedio, atque alleuamẽto permanere.
¶ Hic tu *epistolam meam, sæpe recitatã*, quam ego F
ad Cn. Pompeiũ de meis rebus gestis, & de o
fumma reipublicæ misi: & ex ea crimen ali-
quod in P. Syllam quæris: & si furorem incre-
dibilem biennio ante cõceptam, erupisse in
meo consulatu scripsi, me hoc demonstrasse
dicis, Syllam in illa fuisse superiore coniura-
tione. Scilicet is sum, qui exitiũm, Cn. Piso-
nem, & Catilinam, & Vargũteium, & Autro-
nium nihil scelerate, nihil audacter, ipsos per
sese sine P. Sylla facere potuisse. de quo etiã
siquis dubitasset antea, num, id quod tu ar-
guis, cogitasset, interfecto patre tuo, consule,
descendere Kalendis Ianuariis cum lictori-
bus: fustulisti hanc suspicionem, cùm dixisti,
hunc, vt Catilinam consulem efficeret, cõtra
patrem tuum operas & manum comparasse.
p *al.* confiteor. Quod si tibi ego confitebor P, tu mihi conce-
das necesse est, hunc, cùm Catilinæ suffraga- H

retur, nihil de suo cõsulatu, quem iudicio a-
miserat, per vim recuperãdo cogitauisse. ne-
que enim istorum fanatorum tantorum, tam
atrocium crimen, iudices, P. Syllæ persona
suscipit. ¶ Iam enim faciam, criminibus o-
mnibus ferè dissolutis, contrà, atque in cete-
ris causis fieri solet, vt nunc denique *de vita*
hominis, ac de moribus dicam. Etenim[a] de prin- a *al.* Etenim
cipio ista ducit animus occurrere magnitudini à principio
criminis, satisfacere exspectationi hominum
de me aliquid, & de ipso, qui accusatus est, di
cere, nunc iam reuocandi estis eò, quò vos ip-
sa causa, etiam tacente me, cogit, animis. *Om-*
nibus in rebus, iudices, *quæ grauiores, maiores q.*
sunt, quid quisque b *voluerit, cogitarit, admiserit,* b Voluntas in
non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, maleficijs
est ponderandum. Neque enim potest quisquã maximè spe-
nostrũm subitò fingi, neq. cuiusquam repente ctatur.
vita mutari, aut natura conuerti. Circum-
spicite paullisper mentibus vestris, vt alia o-
mittamus, hoc ipsos homines, qui huic affi-
nes sceleti fuerunt. Catilina contra rempub.
coniurauit: cuius aures vmquam hoc respue-
runt conatum[c] esse hominem vsque à pueri- c *al.* contami-
tia non solùm intemperantia, & scelere, sed natum, sed co
etiã consuetudine, & studio in omni flagitio, natum esse
stupro, cæde versatum? Quis eum contra pa- hîc est coniu
triam pugnantem periisse miratur, quẽ sem- ratæ.*
per omnes ad ciuile latrocinium natum puta
uerunt? Quis Lentuli societates cũ indicibus, d L. cum au-
quis insaniam libidinum, quis peruersam, at- dacibus,
que impiam religionem recordatur, qui il- P. B.
lum aut nefariè, aut stultè cogitasse miretur?
Quis de C. Cethego, atque eius in Hispaniam
profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pij
cogitat, cui nõ ad illius pœnã carcer ædificatus
esse videatur? omitto ceteros, ne sit infinitũ:
tantùm à vobis peto, vt taciti de omnibus,
quos coniurasse cognitum est, cogitetis. intel
ligetis, vnumquemque illorũ priùs à sua vita
quàm nostra suspicione esse damnatum. Ip-
sum illum Autronium (quoniam eius nomen
finitimum maximè est huius periculo, & cri-
mini) nõ sua cõsuetudo, ac vita cõuincit? sem
per audax, petulans, libidinosus, quem in stu-
prorum defensionibus[e] non solùm verbis vti e *Pantagith.*
improbissimis solitũ esse scimus, verùm etiã deterrionib.*
pugnis, & calcibus: quẽ exturbare homines è
possessionibus, cædem facere vicinorum, spo-
liare fana sociorum, vi[f] conatum & armis di- f L. vi & ar-
sturbare iudicia, in bonis rebus omneis con- mis disturba-
temnere, in malis pugnare contra bonos, non re iudic. [vel
reipublicæ cedere, non fortunæ ipsi succum vi, conatu, ar
bere. huius si causa nõ manifestissimis rebus mis.*
veneretur, tamen eũ mores ipsius, ac vita cõ- g L. in rebus
uincerent. Agedũ h cõferte nunc cũ illius vi-
ta vitã P. Syllæ, vobis, populóq. Romano no- h L. Agitedũ,
tissimam, iudices, & eami ante oculos vestros i *al.* ante ocu
proponite. Ecquod huius factũ, aut commis- los vestros
sum non dicam audacius, sed quod cuiquam ponite.
paullò minùs consideratum k videretur fa- k L. considera-
ctum, quæro verbum ecquod vmquam ex ore rat.
huius excidit, vnde quisquam posset offendi?
At verò in illa graui L. Syllæ victoria turbu-
lentáque, quis P. Sylla mitior? quàm multo-
rum hic vitam est à L. Sylla deprecatus! quàm
multi sunt summi homines, & ornatissimi, &
nostri, & equestris ordinis, quorum pro salu-
te se hic Syllæ obligauit! quos ego nomina-
rem, neque enim ipsi nolunt, & huic, animo
gratissimo, adsunt, sed quia maius est benefi-
cium, quàm posse debet ciuis ciui dare, id ò
à vobis,

à vobis peto, vt, quod potuit, tempori tribuatis, quod fecit, ipsi. Quid reliquam constantiam vitæ commemorem? dignitatem? liberalitatem? moderationem in priuatis rebus? splendorem in publicis? quæ ita à fortuna deformata sunt, vt tamen à natura inchoata compareant. Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas? quæ studia amicorum? quæ ex quoque ordine multitudo? Hæc diu, multùm, & multo labore quæsita, vna eripuit hora. Accepit P.Sylla, iudices, vehemens [a] vulnus, & mortiferum: veruntamen eiusmodi, quod videretur eius vita, & natura accipere potuisse. Honestatis, & dignitatis habuisse nimis magnam iudicatus est cupiditatem: quâ si nemo alius habuit in consulatu petendo, cupidior iudicatus est hic fuisse, quàm ceteri. sin etiam in aliis nonnullis fuit iste consulatus amor: fortuna in hoc fuit fortasse grauior, quàm in ceteris. Postea verò quis P.Syllam, nisi mœrentem demissum, afflictúmque vidit? quis vmquam est suspicatus, hunc magis odio, quàm pudore hominum adspectum, lucémque vitare? Qui [b] dum multa haberet inuitamenta vrbis, & fori, propter summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis, restiterunt: abfuit [c] ab oculis vestris: &, cùm lege retineretur, ipse se exsulio pæne multauit. In hoc vos pudore iudicij, & in hac vita, tanto sceleri locum fuisse creditis? Adspicite ipsum: contuemini os: conferte crimen cum vita vsque ad hoc tempus explicata: tum crimen recognoscite. mitto rempublicam, quæ fuit semper Syllæ cariss ima: hóine amicos, talcis viros, tam cupidos sui, per quos res eius secundæ quondà erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ, crudeliss imè perire voluit, vt cum Lentulo, & Catilina, & Cethego fœdiss imam vitam, ac miserrimam, turpiss ima morte, proposita degeret? Non, inquam, cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. noua quædam illa humanitas exorta est: incredibilis fuit, ac singularis furor: ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitiis repentè tanta ista importunitas inauditi sceleris exarsit. Nolite iudices, arbitrari, hominum illum impetum, & conatum fuisse. neque enim vlla gens tam barbara, aut tam immanis vmquam fuit, in qua non modò tot, sed vnus tam crudelis hostis patriæ sit inuentus. belluæ quædam illæ ex portentis immanes, ac feræ, forma hominum indutæ, extiterunt. perspicite etiam atque etiam, iudices, nihil enim est, quod in hac causa dici possit vehementiùs. penitus intuemini Catilinæ, Autronij, Cethegi, Lentuli, ceterorúmque menteis, quas vos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, quàm incredibiles furores, quas notas sceleris, quæ indicia parricidiorum [e], quantos acerbos facinorum reperietis? ex magnis, & diuturnis, & iam desperatis reipublicæ morbis ista repentè vis erupit, vt ea confecta, & eiecta conualescere aliquando, & sanari ciuitas possit. Neque enim est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in republica pestibus, diutiùs hoc [f] imperium stare potuisse. Itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad lucem das reipublicæ pœnas furiæ quædam incitauerunt. In hunc igitur gregem vos nunc P. Syllam, iudices, ex his, qui cum hoc viuunt, atque vixerunt, honestissimorum hominum gregibus, reiicietis? ex hoc hominum numero, ex familiari dignitate, in impiorum partem, atque in parricidiarum [d] cœtum, ac numerum transferetis? Vbi erit igitur illud forti ssimum [h] præsidium pudoris? quo in loco nobis vita antè acta proderit? quod ad tempus existimationis partæ fructus referuabitur, si in extremo discrimine, ac dimicatione fortunæ deseruerit [e]? si non aderit? si nihil ad iuuabit? ¶ *Quæstiones nobis seruorum, ac tormenta accusator minitatur*: in quibus quamquam nihil periculi suspicamur: tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque tum animi, tum corporis. regit quæstor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus vt in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur. Vita P. Syllæ torqueatur. ex ea queratur num dquæ occultetur libido, num quod lateat facinus, num [e] quæ crudelitas, num quæ audacia. nihil erroris erit in causa, nec obscuritatis, iudices, si à vobis vitæ perpetuæ vox, ea, quæ grauissima debet esse, audietur. Nullum in hac causa testem, timemus: nihil quemquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen, si nihil vos P. Syllæ fortuna [f] mouet, iudices, vestra moueat. vestra enim, quicum summa elegantia, atque integritate vixistis, hoc maximè interest, non ex libidine, aut simultate aut leuitate testium causas honestorum hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisque periculis vitam vniuscuiusque esse testē. Quam vos, iudices, nolite armis suis spoliatam, atque nudatam obiicere inuidiæ, dedere suspicioni. munite communem arcem bonorum, obstruite [g] perfugia improborum. valeat ad pœnam, & ad salutem plurimùm, quam solam videtis ipsam ex vi sua, naturáque facillimè perspici: subitò flecti, fingíque non posse. Quidi verò hæc auctoritas, (semper enim de ea dicendum est: quamquam à me timidè, modicéque dicetur) quid, inquam, hæc auctoritas nostra? qui à ceteris coniurationis causis abstinuimus, P. Syllam defendimus: nihil hunc tandem iuuabit? Graue, si appetimus aliquid, si cùm ceteri de nobis silent, non etiam nosmetipsi tacemus, graue. Sed, si lædimur, si accusamur, si in inuidiam vocamur: profectò concederitis, iudices, vt nobis libertatem retinere liceat, si minùs liceat dignitatem. ¶ *Accusati sunt vno nomine consulares*: vt iam videatur honoris amplissimi nomen plus inuidiæ, quàm dignitatis afferre. Affuerunt, inquit, Catilinæ, illúmque laudarunt. Nulla tum patebat, nulla erat cognita coniuratio: defendebant amicum, aderant supplici, vitæ eius turpitudinem in summis eius periculi non insequebantur. Quin etiam parens tuus, Torquate, consul reo de pecuniis repetundis Catilinæ fuit adhibitus: Improbo homini: At supplici! Fortasse audaci: At aliquando amico. Cui cùm adfuit! post delatam ad eum primam illam coniurationem: indicauit se audisse aliquid, non credidisse. At idem non adfuit alio in iudicio, cùm adessent ceteri. Si postea cognorat ipse aliquid, quod in consulatu ignorasset: ignoscendum est iis, qui

a L. vulnus vehemens, & mortif.

b L. Qui cùm multa hab.

c L. afuit ab oculis

P. B. d L. Non cadit, non, inquam, cadit, aut potius. Non cadit, &c.*

e L. parricidiorum,

f L. hæc stare potuisse.

a L. parricidarum P. CLXXXII.

b L. firmissimum

c L. deseret.

d al. num quæ occ.

e al. numqua crud. nũ qua audac.

f Pantagath. acta vita mouet.

g L. obstruite perfugio improb. Id est quasi muru struite aduersus perfugiũ improborũ*

h L. valeat hæc ad pœn.

i L. Quid verò hæc auctoritas, (semp. e. de ea d. ct: P. B. q. à me t. m. q. d.) quid? in quam, hæc auct. nostra, qui à cet. cõtur. cabit. P. Syll. defend. &c.

k L. concedetis,

l L. afuit

postea nihil audierunt, sin illa res pecuniis repetundis, prima valuit: non inueterata, quàm recens debuit esse grauior. Sed, si tuus parens etiam in illa suspicione periculi sui, tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbissimi sella curuli atque ornamentis & suis, & consulatus honestauit: quid est, quamobrem consu-

a L. assuerũt, lares, qui Catilinæ adfuerunt[a], reprehendantur? At iidem iis, qui ante hunc causam de

b L. assuerũt. coniuratione dixerunt, non adfuerunt[b], tanto scelere adstrictis hominibus, statuerunt nihil à se adiumenti, nihil opis, nihil auxilij

P. 183. ferri oportere. Atque, vt de eorum constantia, atque animo in remp. dicam, quorum tacita grauitas, & fides de vnoquoque loquitur, neque cuiusquam ornamenta orationis desiderat: potest quisquam dicere vmquam meliores, fortiores, constantiores consulareis fuisse, quàm iis temporibus, & periculis, quibus pæne oppressa est respublica? Quis non de communi salute apertissimè, quis nõ fortissimè, quis non cõstantissimè sensit? Neque ego præcipuè de consularibus disputo. nam

c al. commu. nis laus est: hæc & hominum ornatissimorum, qui prætores fuerũt, & vniuersi senatus, cõmunis[c] est laus: vt constet, post hominum memoriam numquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in remp. plus grauitatis fuisse. Sed quia sunt descripti consulares, de his tantùm mihi dicendum putaui, quod satis esset, atte-

d ad testandã memoriam omnium, vel attestantem memoriam. al. adhãte memoria.*

stante d memoria omnium neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, virtute, auctoritate, incubuerit ad remp. cõseruandam. Sed quid? ego, qui Catilinam non laudaui, qui reo Catilinæ consul non

e L. nõ affui, [e] adfui, qui testimonium de coniuratione dixi in alios, adeóne vobis alien[a] à sanitate, adeò obliti constantiæ meæ, adeò immemor rerum à me gestarum esse videor, vt, cùm consul bellum gesserim cum coniuratis, nunc eorũ ducem conseruare cupiam. & in animum inducam cuius nuper ferrum retuderim, flammámque restinxerim. eiusdem nunc causam, vitámque defendere? Si medius fidius, iudices, non me ipsa respublica, meis laboribus & periculis cõseruata, ad grauitatem animi, & constantiam sua dignitate reuocaret, tamen hoc natura est insitum, vt quem timueris, quicum de vitâ, fortunísque contenderis, cuius ex insidiis euaseris, hunc semper oderis. Sed, cùm agatur honos meus amplissimus

P. B. gloria rerum gestarum singularis: cùm, quo-

f L. quoties quisquã est hoc scelere conuict. [f] ties quisquam est in hoc scelere conuictus, toties renouetur memoria per me inuẽtę salutis: ego sim tam demens, ego committam, vt ea, quæ pro salute omnium gessi, casu magis, & felicitate à me, quàm virtute, & cõsilio gesta esse videantur? Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam, vt, quia tu defenderis innocens iudicetur? Ego verò, iudices, non modò nihil mihi assumo, in quo quispiam repugnet: sed etiã si quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto. non in ea

g al. vt eo mi bi plus sp. republica versor, non ijs temporibus caput meũ obtuli pro patria periculis omnibus, nõ aut ita sunt exstincti, quos vici, aut ita grati, quos seruaui, vt[g] ego mihi plus appetere coner, quàm quantum omnes inimici, inuidíque patiantur. Graue esse videtur, eum, qui inuestigarit coniurationem, qui patefecerit, qui oppresserit, cui senatus singularibus ver-

A bis gratias egerit: cui vni togato supplicationem decreuerit, dicere in iudicio: non defenderem, si coniurasset non dico id, quod graue est: dico illud, quod in his causis coniurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo. Ego ille coniurationis inuestigator, atque vltor, certè non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer. Ego, iudices, de tantis omnium periculis cùm quærerem omnia, multa audirem, non crederem omnia, cauerem omnia: dico hoc, quod initiò dixi, nul-

B lius indicio, nullius suspicione, nullis [a] litteris, de [b] re P. Syllæ rem vllam ad me esse delatam. ¶ Quamobrem [c] vos, dij patrij, ac penates, qui huic vrbi atque huic imperio præsidetis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populúmque Romanum, qui hæc tecta, atque templa, me consule, vestro numine, auxilióque seruastis, testor, integro me animo, ac libero, P. Syllæ causam defendere:

C nullum à me sciente facinus occultari, nullum scelus susceptum contra salutem omnium defendi, ac tegi. nihil de hoc consul competi, nihil suspicatus sum, nihil audiui. Itaque [d] idem ego qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum, persolui patriæ quod debui. reliqua iam à me meæ perpetuæ consuetudini naturæque debentur, tam sum misericors, iudices, quàm vos, tam mitis, quàm qui leuissimus. In quo

D vehemens fui vobiscum, nihil feci, nisi coactus reipublicæ præcipitanti subuẽni: patriam demersam extuli: misericordia ciuium adducti, tunc fuimus tam vehementes quàm necesse fuit. salus esset omnium amissa vna nocte, nisi esset seueritas illa suscepta. Sed vt ad sceleratorum pœnam amore reipublicæ sum adductus: sic ad salutem innocentium voluntate deducor. Nihil video esse in hoc P. Sylla, iudices, odio dignum, misericordia

E digna multa. Neque enim nunc propulsandæ calamitatis suæ causa supplex ad vos, iudices, confugit: sed nequa generi, ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Nam ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ vitæ, quibus lætari, & perfrui possit? domus erit, credo, exornata: aperientur maiorum imagines: ipse ornatum, ac vestitum recuperabit. omnia, iudices, hæc amissa sunt: omnia gene-

F ris, nominis, honoris insignia, atque ornamenta vnius iudicij calamitate occiderunt [e]. sed ne exstinctor patriæ, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti generis [f] in familia relinquat, id laborat, id meritò, cui honoris integros fructus non sit traditurus, ne [h] æternam memoriam dedecoris relinquat.

G Hic vos orat, iudices, parcus, vt se aliquando, si non integra fortuna, at afflicta, patri suo gratulari sinatis, huic miserò notiora sunt iudiciorũ itinera, & fori, quàm [i] disciplinarũ. Non iam de vita P. Syllæ, iudices, sed de sepultura contenditur. vita erepta est superiore iudicio: nunc, ne corpus eiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui, quod eum

H ink vita hac teneat? aut quid est, quamobrem hæc cuiquam vita videatur? Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se neque honore, neque gratia, nec [l] fortunis anteferret. nunc spoliatus omni dignitate, quæ erepta sunt, non repetit: quod fortuna in malis reliqui fecit, vt cum parente, cum liberis,

cum

a al. nullius litteris, de P. Sylla, re vll.
b al. de coniuratione P. Syllæ al. de coniuratu P. Syllæ.*
c PERORATIO.*
P. 184.
d L. Itaq; ego idem ille, q.*
e al. concidere runt.
f L. sceleris in fam.
g al. id meruit, ne denique miser cõsurati & proditoris filius, nominetur,
h L. ne ei æternam &c.
i L. quàm scholæ, & disciplinarum,
P. B.
al. quàm disciplinarum, & scholæ.
k L. in hac vitã.
l al. neq; fortunis

cum fratre, cum his neceſſariis lugere ſuam calamitatem liceat, id ſibi ne eripiatis, iudices [a], vos obteſtatur. Te ipſum iam Torquate expletum eſſe huius miſeriis pateat [b]: etſi nihil aliud Syllæ, niſi conſulatum abſtuliſſetis, tamen eo vos contentos eſſe oportebat. honoris enim contentio vos ad cauſam, non inimicitiæ deduxerunt. Sed cùm huic omnia cum honore detracta ſint, cùm in hac fortuna miſera [c], ac luctuoſiſſima deſtitutus ſit: quid eſt, quod expetas amplius? lucíſne d hãc vſuram [e] eripere vis, plenam lacrymarum, atque mæroris, in qua cum maximo cruciatu, atque dolore retineretur? libenter reddiderit, adempta ignominia fœdiſſimi criminis. an verò inimicum vt expellas cuius ex miſeriis, ſi eſſes crudeliſſimus, videndo fructum caperes maiorem, quàm audiendo, O miſerum, & infelicem illum diem quo conſul omnibus centuriis P. Sylla renuntiatus eſt! ô falſam ſpem! ô volucrem fortunam! ô cæcam cupiditatem! ô præpoſteram gratulationem! Quàm citò illa omnia ex lætitia, & voluptate ad luctum, & lacrymas reciderunt, vt qui paullò antè conſul deſignatus fuiſſet, retineret repentè nullum veſtigium priſtinæ dignitatis! Quid enim erat mali, quod huic ſpoliato honore, fama, fortunis, deeſſe videretur? aut cui nouæ calamitati locus vllus relictus eſſet? vrget eádem fortuna, quæ cœpit: repetit [f] nouum mærorem: non patitur, hominem calamitoſum vno modo afflictum, vno in luctu perire. Sed iam impedior egomet, iudices, dolore animi, ne de huius miſeria plura dicam, veſtræ iam ſunt partes, iudices, in veſtra manſuetudine, atque humanitate cauſam totam repono. vos & reiectione interpoſita, nihil ſuſpicantibus nobis repentini in nos iudices conſediſtis, ab accuſatoribus delecti [g] ad ſpem acerbitatis, à fortuna nobis ad præſidium innocentiæ conſtituti. Vt ego, quid de me populus Romanus exiſtimaret, quia ſeuerus in improbos fueram, laboraui, & quæ prima innocentis mihi defenſio eſt oblata, ſuſcepi: ſic vos ſeueritatem iudiciorum, quæ per hos menſeis in homines audaciſſimos facta eſt [h], lenitate ac miſericordia mitigare. Hoc cùm impetrare à vobis ipſa cauſa debet: tum eſt veſtri animi, atque virtutis declarare, non eſſe eos vos, ad quos potiſſimum interpoſita reiectione, deuenire conuenerit. In quo ego iudices, vos quantum meus amor in vos poſtulat, tantum honor, vt communi ſtudio, quoniam in repub. coniuncti ſumus, manſuetudine, & miſericordia veſtra falſam à nobis crudelitatis famam repellamus.

a L. vos, iudices opt.
b L. par erat. f quod non probo. Nam par eſſe, nihil aliud quam æquum non vult eſſe: qd nõ vult Cic. Itaque referi bo, ſat erat, vel ſatis erat vnde mox ſequitur, tamẽ eo vos contentos eſſe oportebat.*
c L miſerrima, ac luctuoſiſſima d.
d L. luciſne huius vſurã e. Ita locutus Cicero in pro Rabirio Poſtumo & Verrina 1. vt alibi, vſuram horæ, temporis, vitæ.*
f P. clxxxv.
f L. repetit nouum mærorem.
g L. dilecti ad ſpem
h al. fuit.*

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA.

ORATIO VICESIMASEXTA.

SYNOPSIS.

Quæſtio, An Archias, peregrinus ſeu non ciuis ſit habendus? Accuſator, *Gracchus*. Reus, *Archias*, Patronus, *Cicero*. Acta *anno vrbis 692.*

a EXORDIVM.*

SI QVID eſt in me ingenij, iudices, quod ſentio quàm ſit exiguũ: aut ſi qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter eſſe verſatum: aut ſi huiuſce rei ratio aliqua, ab optimarum artium ſtudiis, & diſciplina profecta, à qua ego nullum confiteor, ætatis meæ tempus abhorruiſſe: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè ſuo iure debet. Nam quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vſque repe-

tens, hunc video mihi principem, & ad ſuſcipiendam, & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum exſtitiſſe. Quòd ſi hæc vox huius hortatu, præceptiſque conformata, nonnullis aliquando ſaluti fuit: à quo id accepimus, quo ceteris opitulari, & alios ſeruare poſſemus, huic profectò, ipſi, quantum b eſt ſitum in nobis, & opem, & ſalutem ferre debemus. Ac, ne quis à nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd alia quædam in hoc facultas ſit ingenij, neque hæc dicendi ratio, aut diſciplina: ne nos quidem huic cuncti [c] ſtudio penitus vmquam dediti fuimus [d]. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculũ & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. Sed nec cui veſtrũm mirum eſſe videatur, me in quæſtione legitima [e], & in iudicio publico [f], cùm res aga-

b al. quæſtum fuit in n.
c al. vni al. iuncti.*
d al. fuerimus.*
e lege Plotia peregrinis additus quidã P. clxxxvi. ad ciuitatem Romam fadditus.*
f iudicia publica, quæ cuiuis ex populo patent, vel quæ in publico loco exercentur.*

tur apud prætorem pop. Romani lectissimum virum, & apud seueriſſimos iudices, tanto cõuentu hominum, ac frequentia, hoc vti genere dicendi, quod non modò à consuetudine iudiciorum, verùm etiam à forēsi sermone abhorreat: quæso à vobis, vt in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatā huic reo, vobis, quem admodum spero, non molestam: vt me pro summo poeta, atque eruditissimo homine, dicentem, hoc concursu hominum litteratissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique prætore exercente iudicia, patiamini de studiis humanitatis, ac litterarum, paullò loqui liberiùs: & in eiusmodi persona, quæ propter otium, ac studium, minimè in iudiciis, periculisque tractata est, vti propè nouo quodam, & inusitato genere dicendi. Quòd si mihi à vobis tribui, concedíque sentiam: perficiam profectò, vt hunc A. Licinium non modò nō segregandum, cùm sit ciuis, à numero ciuium: verùm etiā, si non esset, puteris ascisc endum [a] fuisse. ¶ Nam [b] vt primùm ex pueris excessit Archias, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se *ad scribendi studium* contulit: primùm Antiochiæ (nam ibi *natus est*, loco [c] nobili, & celebri quondam vrbe, & copiosa, atque eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluenti) celeriter *antecellere* omnibus ingenij gloria contigit. pòst in ceteris Asiæ partibus, cunctáque Græcia, sic eius aduentus celebrabatur, vt famam ingenij, exspectatio hominis: exspectationem ipsius aduentus, admiratióque superaret. Erat Italia tunc plena Græcarum artium, ac disciplinarum: studiáque hæc & in Latio vehementiùs tum colebantur, quàm nunc iisdem in oppidis: & hic Romæ, propter tranquillitatem reip. non negligebantur. Itaque hunc & Tarentini, & Rhegyni, & Neapolitani, ciuitate, ceteríſque præmiis donarunt: & omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione, atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famæ cùm esset iam absentibus notus, *Romam* venit, Mario consule, & Catulo. nactus est primùm consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cùm res gestas, tum etiam studium, atque aures adhibere posset. Statim Luculli, cùm prætextatus [e] etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed [f] enim hoc non solùm ingenij, ac litterarum, verùm etiam naturæ, atque virtutis fuit, vt domus, quæ huius adolescentiæ prima fuerit, eádem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi, Numidico, & [g] eius Pio filio, audiebatur à [h] M. Æmilio: viuebat cum Q. Catulo, & patre, & filio: à L. Crasso colebatur: Lucullos verò, & Drusum, & Octauios, & Catonem, & totam Hortensiorum domum, deuinctam consuetudine cùm teneret, afficiebatur summo honore, quòd eum non solùm colebant, qui aliquid percipere, aut audire studebant, verùm etiam, si qui forte simulabant, interim satis [k] longo interuallo, cùm esset cum L. Lucullo in Ciliciam [l] profectus, & cùm ex ea prouincia cum eodem Lucullo decederet, *venit Heracleam*: quæ cùm esset ciuitas æquissimo iure, ac fœdere, adscribi se in eam ciuitatem voluit: idque cùm ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate, & gratia Luculli ab Heraclienſibus [b] impetrauit. Data est ciuitas Silani [c] lege, & Carbonis. *Si qui fœderatis ciuitatibus adscripti fuissent: si tum cùm lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent: & si sexaginta [d] diebus apud prætorem essent professi.* Cùm hic domicilium Romæ multos iam annos haberet, professus est apud prætorem, Q. Metellum, familiarissimum suum. ¶ Si [e] nihil aliud, nisi de ciuitate, ac fi lege dicimus, nihil dico amplius: causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Gracche, potest? Heraclæ [g] ne esse eum *adscriptum* negabis? Adest vir summa auctoritate, & religione, & fide L[h]. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non [i] audiuisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines, qui huius iudicij causa, cum mandatis, & cum publico testimonio venerunt, qui hunc adscriptum Heraclienſem [k] dicunt. Hîc tu tabulas desideras Heraclienſium publicas, quas Italico [l] bello, incenso tabulario [m], interisse scimus omnes. Est ridiculum, ad ea, quæ habemus, nihil dicere. quærere quæ habere non possumus: & de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare: &, cùm habeas, amplissimi viri religionem, integerrimi municipij iusiurandum, fidémque: ea, quæ deprauari nullo modo possunt, repudiare: tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. An [n] *domicilium* Romæ non habuit is, qui [o] tot annis ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum, ac fortunarum suarum Romæ collocauit. At non est professus. Immò verò in tabulis *professus*, quæ solæ ex illa professione, collegió que prætorum, obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cùm Appij tabulæ, negligentiùs asseruatæ dicerentur, Gabinij [p] quamdiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem, calamitas omnem tabularum fidem resignasset: Metellus, homo sanctissimus, modestissimúsque [q] omnium, tanta diligentia fuit, vt ad L. Lentulum prætorem, & ad iudices venerit, & vnius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur tabulis nullam lituram in [r] nomen A. Licinij videtis. Quæ cùm ita sint, quid est, quòd de eius ciuitate dubitetis, præsertim cùm [s] aliis quoque in ciuitatibus fuerit adscriptus? Etenim cum mediocribus [t] multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte prædiris, gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur [u], Rheginos credo, aut Locrenſeis, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis [x] artificibus largiri solebant, id huic summa ingenij prædito gloria, noluisse. Quid? cùm ceteri non modò post ciuitatem datam, sed etiam post legem [y] Papiam, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic [z] nec vtitur quidem illis, in quibus est scriptus, quòd semper se Heraclienſem esse voluit, reiicietur [aa]? Census [bb] nostros requiris scilicet. Est enim obscurum, proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum fuisse: superioribus, cum eodem quæstore fuisse in Asia: primis, Iulio, & Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed quoniā *census*

a *al.* fuisse ascisc endum

b NARRATIO de studiis, patria, fama, aduentu Romam, & iure ciuitatis Archiæ poetæ.*

c L. loco nobili, celebri quond.

P. B.

d L. & Rhegini,

e adolescēs*

f L. Etenim hoc non t.

g L. & Pio, eius filio.

h v. à M. Aemilio:

i L. atque audire t.

k L. longo satis interuallo,

l *al.* Sicilia*

A

B

C

D

E

F

H

b *al.* Heracliēsibus.*

c L. Silvani [significatur autem lex l'Iauria.*

d *al.* sexaginta post diebus.*

e CONFIRMATIO, qua probat Archiam ciuem esse, adscriptione, domicilio, professione ciuitatis. Deinde adsciscit ciuitatem dignum esse, quod poëtam profiteatur, cui sit adiecta vtilitas & delectatio.*

f *al.* hanc.*

g Heraclienſe.*

h v.c. M. Lucullus,

i *al.* non audisse,

k Heraclienſe esse dicunt.

l seu s. rebus

m Strabo 5.*

Tabularium locus vbi tabulæ publicæ asseruantur.*

n L. At domicilium in Italia non habuit is, &c. *al.* An domicilium in Italia nō habuit is, &c. collocauit? *quam lectionem atque probo. al.* Aut domicilium in Italia?*

o *al.* qui tot annos ciuitate datā.*

p *vel* Gabij *al.* Gabinij cuius extat mētio in prosex tio.*

q L. omnium quæ modest. P. B.

r L. in nomine A. Licinij vid.

s L. cùm aliis quoq. ciuitatib. fuerit adscriptus?

t vide ad hūc locum exemplum apud Victorium p. Var. 2. Athenēsis dignos philosophiæ.*

u L. impertiebant,

x v.c. scænicis

y lege Papia, peregrini vrbe submoti.*

z L. qui nec vtitur quidem illis,

aa L. Census nostros requiris, Scilicet est obsc. &c.

bb prolepsis.*

non ius ciuitatis confirmata, ac tantummodo indicat, eum b, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue: iis c, temporibus, quæ tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium R. iure esse versatum: & testamentum d sæpe fecit nostris legibus, & adiit hereditates ciuium R. & in beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo prætore, & consule. Quære argumenta, siqua potes. numquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio reuinceretur e. Quæres f à nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur. ¶ Quia suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuitio defessæ conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros *doctrina* excolamus: aut ferre amicos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eádem relaxemus? Ego verò fateor, me his studiis esse deditum. ceteros pudeat, siqui g ita se litteris abdiderunt, vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum, lucémque proferre. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo, iudices, vt ab illis nullo me vmquam tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit? Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure succenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi, & corporis conceditur temporis, quantum i alij tribuunt intempestiuis conuiuiis: quantum denique aleæ, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumsero? Atque k hoc eo mihi concedendum est magis, quòd ex his studiis hæc quoque crescet oratio, & facultas: quæ quantacumque in me est, numquam amicorum periculis defuit. Quæ si cui leuior l videtur: illa quidem certè, quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. Nam, nisi multorum præceptis, multisque litteris mihi m ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magno opere expetendum, nisi laudem, atque honestatem: in ea autem persequenda omneis cruciatus corporis, omnia pericula mortis, atque exsilij, parui esse ducenda: numquam me pro salute vestra in tot, ac tanta dimicatione, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas: quæ iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quàm multas nobis imagines, non solùm ad intuendum, verùm etiam ad imitandum, fortissimorum virorum, expressas, scriptores & Græci, & Latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administranda repub. proponens, animum, & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. Quæret quispiam, quid o illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditæ sunt, istáne doctrina, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare. sed tamen est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuisse p, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per q seipsos & moderatos, & graues exstitisse fateor. etiam illud adiungo, sæpius ad laudem, atque virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cùm ad naturam eximiam, atque illustrem accesserit ratio quædam, confirmatióque r doctrinæ: tum illud nescio quid præclarum, ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, diuinum hominem, Africanum: ex hoc C. Lælium, L. Furium modestissimos homines, & continentissimos: ex hoc fortissimum virum, & illis temporibus doctissimum, M. Catonem illud senem: qui profectò si nihil ad percipiendam, colendamque virtutem, litteris adiuuarentur, numquam se ad earum studium contulissent. Quòd si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studiis *delectatio* sola peteretur: tamen, vt opinor, hanc animi remissionem, humanissimam, ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceteræ neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. *hæc studia adolescentiam* t *alunt* u, *senectutem oblectant, secundas res ornant: aduersis perfugium, ac solatium præbent, delectant domi, nè impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.* Quòd si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cùm in aliis videremus. Quis x nostrùm tam animo agresti, ac duro fuit, vt Roscij morte nuper non commoueretur? qui cùm esset senex mortuus, tamen, propter excellentem artem, ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat à nobis omnibus? nos animorum incredibileis motus celeritatémque ingeniorum negligemus? Quoties ego hunc Archiam vidi, iudices, (vtar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cùm litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore? quoties reuocatum y eandem rem dicere, commutatis verbis, atque sententiis? Quæ verò accuratè, cogitatéque scripsisset: ea sic viri probari, vt ad veterum scriptorum laudem peruenirent. Hunc h non ego diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare: poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu affari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos i appellat poetas, quòd quasi deorum aliquo dono, atque munere commendati nobis esse videantur. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetæ nomen, quod nulla vmquam barbaria violauit. Saxa & solitudines voce k respondent, bestiæ sæpe l immanes cantu flectuntur, atque consistant: nos instituti rebus optimis non poetarum voce moueamur? Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum: Chij m suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi n verò suum esse confirmant o. Itaque Petiam delubrum Veiis in oppido dedicauerunt. permulti alij præterea pugnant inter se, atque contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit; post mortem etiam expetunt: nos hunc viuum, qui & volu-

a L. confor. matisq. doctrinæ.

b v.c. hanc animaduersionem, & ita L. Muretus 12. Variar. 15. a. P. 189.

c v.c. adolescentiam antiquiores dicebant, teste Seneca.

d al. agunt.*

e L. Quis nostrum animo tam agr.

f al. reuocatam.*

g al. cogitatéque scr.

h L. hoc ego nō diligam?

i Poetæ sancti & cur. Ideo pene in fine huius orationis.*

k L. voci respondent.

l hæc vox satis ostendit hunc locum P. C. X. C. ad Orphei & Arionis fabulam non referri.*

m L. Chij, vt suum, vindicant,

n v.c. Zmyrnæi

o al. confitentur.*

p L. Itaque etiam delubrui ei in op. Ant. Aug. teque, vt apud Varronem 13. Gell. 12.*

q Idem sibo 14. 4.*

a fors. conficit.*

b L. eum, qui sit census, se iam tam g.

c L. iis temporibus, per quæ tu crimineris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium R. iure esse vers.

d Ciues enim soli testari poterant.*

e L. coniunctor.

f L. Quæris à a.

P. 182.

g L. siqui se ita litt.

h L. vt ab nullius vmquam me tempore aut fal. vt à nullius vmquam me tempore aut commodum, &c.

i L. quantum alij tribuunt tempestiuis coniu. videtur autē hæc sententia sumpta ex Platonis Phædro k al. Atq. hoc adeò mihi conced. est mag. quòd ex his stud. hæc quoque crescetur or.

l al. lautior*

m L. mihi ab adolescentia persuasissem,

P. 8.

n al. fuisse sine doctrina & post & per seipsos.*

p al. & per se ipsos.*

tate & legibus noſter eſt, repudiabimus? præſertim cùm omne olim ſtudium, atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Ro. gloriam, laudémque celebrandam? nam & Cimbricas res adoleſcens attigit, & ipſi illi C. Mario, qui durior ad hæc ſtudia videbatur, iucundus fuit. Neque enim quiſquam eſt tam auerſus à Muſis, qui non mandari verſibus æternum [a] ſuorum laborum facilè præconium patiatur. Themiſtoclem illum ſummum Athenis virum, dixiſſe aiunt, cùm ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſimè audiret: eius, à quo ſua virtus optimè prædicaretur. Itaque [c] ille Marius item eximiè L. d Plotium dilexit: cuius ingenio putabat, ea, quæ geſſerat, poſſe celebrari. Mithridaticum verò bellum magnum, atque difficile, & in multa varietate, terra, marique verſatum, totum ab hoc expreſſum eſt: qui libri non [e] modò L. Lucullum, fortiſſimum, & clariſſimum virum, verùm etiam populi Ro. nomen illuſtrant. Populus enim Ro. aperuit, Lucullo imperante, Pontum, & regiis quondam opibus, & ipſa natura regionis valatum: populi R. exercitus, eodem duce, non maxima manu innumerabileis Armeniorum copias fudit: populi Romani laus eſt, vrbem amiciſſimam Cyzicenorum, eiuſdem conſilio, ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam eſſe, atque conſeruatam: noſtra ſemper feretur, & prædicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſſis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis: noſtra ſunt trophæa [f], noſtra monumenta, noſtri triumphi. Quare [g], quorum ingeniis hæc feruntur, ab iis populi Rom. fama celebratur. Carus fuit Africano ſuperiori noſter Ennius. itaque etiam in ſ. pulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus e [h] marmore. At [i] iis laudibus certè non ſolùm ipſi, qui laudantur, ſed etiam populi Romani nomen ornatur. In cælum huius proauus Cato tollitur. magnus honos populi Ro. rebus adiungitur. omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fuluij, non ſine communi omnium noſtrùm laude decorantur. Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium [m] hominem, maiores noſtri in ciuitatem receperunt: nos hunc Heraclienſem, mul[is] [n] ciuitatibus expetitum, in hac autem legibus conſtitutum, de noſtra ciuitate eiiciemus [o]? Nam ſi quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verſibus percipi, quàm ex Latinis vehementer errat, propterea quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus: Latina ſuis finibus, exiguis ſanè, continentur. Quare [p] ſi res hæ, quas geſſimus, orbis terræ regionibus definiuntur: cupere debemus, quò [q] minus manuum noſtrarum tela peruenerint, eòdem gloriam [r], famámque penetrare: quòd cùm ipſis populis, de quorum rebus ſcribitur, hæc ampla ſunt: tum iis certè, qui de vita, gloriæ cauſa, dimicant, hoc maximum & periculorum incitamentum eſt, & laborum. Quàm multos ſcriptores rerum ſuarum Magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur? Atque is tamen, cùm [ſ] in Sigæo ad Achillis tumulum adſtitiſſet. *O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris.* Et verè. nam, niſi ilias exſtitiſſet illa[t] eadem tumulus, *qui corpus eius* contexerat, nomen etiam obruiſſet. Quid? noſter hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit, nónne Theophaneum [a] Mitylenæum, ſcriptorem rerum ſuarum, in concione militum ciuitate donauit? & noſtri illi, fortes viri, ſed ruſtici, ac milites, dulcedine quadam gloriæ commoti, quaſi participes eiuſdē laudis, magno illud clamore approbauerunt [b]? Itaque, credo, ſi ciuis Romanus Archias legibus non eſſet, vt ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit. Sylla, cùm Hiſpanos, & Gallos donaret: credo, hunc petentem repudiaſſet: quem nos in concione vidimus, cùm ei libellum malus poeta de populo ſubieciſſet, quòd epigramma in eum feciſſet tantum modo alternis verſibus longiuſculis, ſtatim ex iis rebus, quas tunc vendebat, iubere ei præmium tribui ſub ea condicione, nequid poſtea ſcriberet. Qui ſedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam, huius ingenium, & virtutem in ſcribendo, & copiam non expetiſſet? Quid? à Q. Metello Pio, familiariſſimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neque per ſe, neque per Lucullos impetrauiſſet? qui præſertim vſque eò de ſuis rebus ſcribi cuperet, vt etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam ſonantibus, atque peregrinum, tamen aureis ſuas dederet. Neque enim eſt hoc diſſimulandum, quod obſcurari non poteſt: ſed præ nobis ferendum: trahimur omneis laudis ſtudio: & optimus quiſque maximè gloria ducitur. Ipſi illi philoſophi, etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nom[en] ſuum inſcribunt: in eo ipſo, in quo prædicationem, nobilitatémque deſpiciunt, prædicari [c] de ſe, ac nominari volunt. Decius quidem [d] Brutus, ſummus ille vir, & imperator, Attij [e], amiciſſimi ſui f, carminibus, templorum, ac monumentorum aditus exornauit ſuorum. Iam verò ille, qui cum Ætolis, Ennio comite, bellauit, Fuluius, non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare. Quare, in qua vrbe imperatores propè armati, poetarum nomen, & Muſarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices à Muſarum honore, & à poetarum ſalute abhorrere. Atque, vt id libentiùs faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo, & de meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortaſſe, verumtamen honeſto, vobis conſitebor. Nam, quas res nos in conſulatu noſtro vobiſcum ſimul pro ſalute huius vrbis, atque imperij, & pro vita ciuium, próque vniuerſa republica geſſimus, attigit hic verſibus, atque inchoauit: quibus auditis, quòd mihi magna res, & iucunda viſa eſt, hunc ad perficiendum hortatus ſum. *Nullam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumque deſiderat, præter hanc laudis, & gloriæ: qua quidem detracta, iudices, quid eſt, quod in hac tam exigua vitæ curriculo, & tam breui, tantis [g] nos laboribus exerceamus?* Certè ſi nihil animus præſentiret in poſterum, &, ſi, quibus regionibus vitæ ſpatium circumſcriptum eſt, eiſdem omneis cogitationes terminaret ſuas: nec tantus [h] ſe laboribus frangeret, neque tot curis, vigiliiſque angeretur [i], neque toties de vita ipſa dimicaret, nunc inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes, & dies animum gloriæ ſtimulis concitat, atque admonet, non cum vitæ tempore eſſe [k] dimittendam commorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate adæquandam. An verò tam parui animi

a Valerius 15. Strabo 13.*

b L. approbarunt*

c L. Itaque Marius ille item exim.

d al. L. Plautium.

e fort. non modò L. Luculli fortiſſimi, & clariſſimi viri, verùm etiã, &c.

P. B.

a L. æternum ſuorum laborum præconium facilè patiatur.

b Idem 8. Valer. 14. Id tamen tribuit Xenophonti Plutarchus libello de ſenis officio.*

f L. tropæa,

g al. Quia.*

h al. & marmoratis laudibus.*

i Ennij effigiem in monumẽtis Corneliæ gentis collocatam ab Africano refert Valer. 8. cap. 14. Liuius 38. 7. Plin. 30.*

k al. eius.*

l fort. non ſolùm ipſorũ, qui l.

m al. Rudinũ Plutarchus in Appatria Enn. Strabonis 6. Proi de Rodei vel Rudei legendum in verſu Enniano 3. de oratore, non Rutili. Meminit Silius & Ausonius & Euſeb. in Chronicis.*

n L. à multis

o v. c. eiciemur?

p L. Quare res eæ q.

q L. quò manuum noſtrarum tela peruenerint. Ita emendat Victorius 1. Variar. 4.*

r al. eò ſaltẽ gloriã, &c.*

ſ Idem 5. epiſt. 12. adde Arrian. 1.*

t antea, ille idem tumulus.*

b L. approbarunt*

c L. prædicari ſe, ac n.

d L. Dicimus quidem.

e al. Accij, vt in Bruto

f Valer 14.* familiaris dicitur in Bruto.*

g L. tantis nos laboribꝰ exerceamus?

h L. neq; tantis ſe lab.

i fort. angeretur,

k L. eſſe deſtituendam, comu.

tui animi videamur esse omnes, qui [a] in republica, atque in his vitæ periculis, laboribúsque versamur, vt, cùm vsque ad extremum spatium, nullum tranquillum, atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? At, cùm statuas [b], & imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiosè multi summi homines reliquerunt [c], consiliorum relinquere, ac virtutum nostrarum effigiem nónne [d] multo malle debemus summis [e] ingeniis expressam, & politam? Ego verò omnia, quæ gerebam iam tum in gerendo spargere me, ac [f] disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam. Hæc verò siue à meo sensu post mortem abfutura [g] sunt, *siue, vt* [h] *sapientissimi homines putauerunt, ad aliquam* [i] *animi mei partem pertimebunt* [k]: nunc quidem certè cognitione quadam, spéque delector. Qua re conseruate, iudices, hominem pudore eo, quem [m] amicorum [n] studiis vi-

detis comprobari, tum dignitate, tum etiam venustate [a], ingenio autem tanto, quantum id conuenit existimari, quod [b] summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis: causa verò eiusmodi, quę beneficio legis [c], auctoritate municipij [d], testimonio Luculli tabulis Metelli comprobetur. Quæ cùm ita sint: petimus à vobis, iudices, siqua non modò humana, verùm etiam diuina in tantis negotiis commendatio debet esse: vt eum qui vos, qui vestros imperatores, qui pop. Rom. res gestas semper ornauit: qui etiam his recentibus nostris, vestrisque domesticis periculis æternum se testimonium laudum daturum esse profitetur: quique [e] est eo numero, qui semper apud omneis sancti [f] sunt habiti, atque dicti: sic in vestram accipiatis [g] fidem vt humanitate vestra leuatus potiùs, quàm acerbitate violatus esse videatur. Quæ de causa pro mea consuetudine, breuiter, simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus: quæ non fori [h], neque iudiciali consuetudine, & de hominis ingenio, & [i] communiter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, à vobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo, qui iudicium exerceat, certè scio.

a *al.* qui in hac rep. P. B.

b Locus sumptus ex Isocratis Euagora.*

c *L.* reliquerint,

d L. non multo m.

e *fort.* à summis ingeniis,

f Translatio ex agro sumpta, de qua dixi in Pliciana orat.*

g *L.* afutura est, siue, vt *C.* h Immortalitatem animæ videtur admittere.* i *al.* aliquam mei partem. Horat. Non, totusmoriar, magnáq; pars mei vitabit Libitinam. Ouidius Parte tamen meliore mei super alta perennis Astra ferar.* k L. pertinebit: i PERORATIO.* m L. amicorum videtis comprobari tum dignit. tum venust. a *al.* amicorum videtis comprobari tum dignitate tum venustate. *al.* pro venustate hæc verba, tum dignitate, tum etiam venustate, exund. seu aut supersunt Manutio.*

a *al.* vetustate.*

b L. quod à summorum homin.

c Plautius.* d Heraclienſis.*

e *al.* quoq. eo hominum numero *vel* quique eorũ numero est.* f Nam superius dixit ab Ennio poetas sanctos appellari.* P. CXCVI.

g L. fidem accipiatis,

h *fort.* forensi,

i *L.* & communiter de meo atque ipsius stud.

ANTEQVAM IRET IN EXILIVM.

AD QVIRITES POST REDITVM.

ORATIO VICESIMASEPTIMA.

a Hæc oratio indigna quibusdam videtur quæ Ciceroni adscribatur. Et tamen quòd hoc loco in exemplariis nonnullis legeretur, non planè omissa, sed in finem operis ejecta est.*

a in v. c. duobus hæc oratio sequitur eam, quâ habuit in senatu, & præterea habet hanc inscriptionem, *cùm populo gratias egit.* P. CXCVIII. b v. c. immortalib. c *al.* in ea.*

d *v. c.* & in omnis. e *al.* vno potius quam in optimo quoque & vniuersa ciuitate deserentem vel deligeret.*

VOD precatus à Ioue optimo Maximo, ceterísque diis immortalibus [b], sum, Quirites, eo tempore, cùm me, fortunásque meas pro vestra incolumitate, otio, concordiáque deuoui, vt, si meas rationes vmquam vestræ saluti antepositissem: sempiternam pœnam sustinerem, mea [c] voluntate susceptam. sin & ea, quæ antè gesseram, conseruandæ ciuitatis causa gessissem, & illam miseram profectionem vestræ salutis gratia suscepissem: vt, quod odium scelerati homines, & audaces in rempublic. [d] in omneis bonos conceptum iamdiu continerent, id in me vnum [e] potiùs, quàm in optimum quemque, & in vniuersam rempublicam deferrent: hoc si animo in vos, liberósque vestros fuissem, vt aliquando vos, patres conscriptos, Italiámque vniuersam, memoria mei, miseri cordia, desideriúmque teneret: eius deuotionis me esse coniectum [f] iudicio deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiæ, confessione inimicorum, beneficio diuino, immortalique vestro, maximè lætor, Quirites. Et [g] si homini nihil est magis optandum, quàm prospera, æquabilis, perpetuáque fortuna, secundo [h] vitæ fine vlla offensione cursu: tamen, si mihi tranquilla, & placata omnia fuissent: incredibili quadam, & pœnè diuina, qua nunc, vestro beneficio, fruor, lætitiæ voluptate caruissem. *Quid dulcius hominum generi à natura datum est, quàm sui cuique liberi?* mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores. tamen non tanta voluptate erant suscepti, quanta nunc sunt restituti. Nihil cuiquam fuit vmquam

f id est damnatũ: sic Virgil. in Daphnę, damnabis tu quoque votis. & ex his in Timoleonte voti damnatus.* g L. Et si nihil est homini mag.

h L. secundus vitæ fine vlla offen sione cursus.

iucundius, quàm mihi meus non tam id sentiebam, cùm fruebar, quàm tunc, cùm carebam: & posteaquàm vos me illi, & mihi eum reddidistis. Res familiaris sua quemque delectat: reliquæ[a] meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm tùc incolumi affere bant. Amicitiæ, consuetudines, vicinitates, cliētelæ, lædi denique, & dies festi, *qui*[b] *haberent voluptatis, carendo magis intelexi, quàm fruendo.* Iam verò honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quamquam mihi semper clarissima visa sunt, tamē ea nūc renouata, illustriora videntur, quàm si obscurata non essent. *Ipsa autem patria, dij immortales,*[c] *diis*[d] *vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet?* quæ species Italiæ? quæ celebritas oppidorum? quæ forma regionum? qui agri? quæ fruges? quæ pulchritudo urbis? quæ humanitas ciuium? quæ reipublicæ dignitas? quæ vestra maiestas? quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar, vt nemo magis. Sed tanquam bona valetudo iucundior est eis, qui ē graui morbo recreati sunt, quàm qui numquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis quàm assiduè percepta, delectant. Quorsum igitur hæc a disputatio? quorsum, vt intelligere possitis, neminem vmquam tanta eloquentia fuisse, neque tam diuino, atque incredibili genere dicendi, qui vestrorum magnitudinem, multitudinémque beneficiorū, quæ in me fratrémque meum liberósque vestros contulistis, non modò augere, aut ornare oratione, sed enumerare, aut consequi possit. ¶ *Ac*[e] *parentibus*, id quod necesse erat, paruus sum procreatus: à vobis natus sum cōsularis. Illi mihi fratrem, incognitum qualis futurus esset, dederunt: vos spectatum, & incredibili pietate cognitum reddidistis. Rempublicam illis accepi temporibus eam, quæ pænè amissa est: à vobis eam recuperaui, quam aliquando omnes vnius opera seruatam iudicauerunt[g]. *Dij immortales* mihi liberos dederunt: vos reddidistis. multa præterea à diis immortalibus optata cōsecuti sumus. nisi vestra voluntas fuisset, omnibus diuinis muneribus caruissemus! vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti, nūc à vobis vniuersos habemus: vt, quantum anteà parentibus, quantum diis immortalibus, quantum vobismetipsis, tantùm hoc tempore, vniuersi[m] cuncta populo R. debeamus. Nam, cùm in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, vt eam complecti oratione non possim: tum in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, vt non solùm calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini. *Non enim pro meo reditu, vt pro P. Popilij*, nobilissimi hominis, adolescētes filij & multi præterea cognati, atque affines deprecati sunt: non vt pro Qu. *Metello*, clarissimo viro, iam[n] spectata ætate filius: nō L. Dalmaticus[o] cōsularis, summa auctoritate vir: non Qu. Metellus Nepos, qui tum consulatū perebat, non soror tum filij, Luculli, Seruilij, Scipiones: permulti enim tum Metelli, aut Metellorum[q] liberi pro Qu. Metelli reditu vobis, ac patribus vestris supplicauerunt, quòd si ipsius summa dignitas, maximæque res gestæ non satis valerent: tamen filij pietas, propinquorum preces, adolescentium squalor, maiorum natu lacrymæ populum Romanum mouere potuerunt. Nam *C. Marij*, qui post illos veteres clarissimos consulareis, vestra, patrúmque memoria, tertius ante me consularis, subiit indignissimam fortunam præstantissima sua gloria, dissimilis fuit ratio. Non enim ille deprecatione rediit, sed in dissensu[a] ciuium exercitu se, armísque reuocauit. Me[b] autem nudum à propinquis cognatione munitum, nullo armorum, ac tumultus metu, C. Pisonis, generi mei, diuina quædam & inaudita auctoritas, atque virtus, fratrisque mei miserrimi, atque optimi quotidianæ lacrymæ, sordésque lugubres à vobis deprecatæ sunt. Frater erat vnus, qui suo squalore vestros oculos inficeret: qui suo fletu desiderium mei, memoriámque renouaret: qui statuerat, Quirites, si vos me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam: & tanto in me amore extitit, vt negaret fas esse non modò domicilio, sed ne sepulchro quidem se à me esse seiunctum. Pro me præsente senatus, hominúmque præterea viginti millia vestem mutauerunt: pro[c] eodem me absente vnius squalorem, sordeisque vidistis. Vnus hic, quid domi, qui in foro posset esse mihi pietate filius, inuentus est beneficio parens, amore idem, qui semper fuit, frater. Nam coniugis miseræ squalor, & luctus, atque optimæ filiæ mæror assiduus, filiáque parui[e] desiderium mei lacrymæque pueriles, aut itineribus necessariis, aut magna[f] parte tectis, ac tenebris continebantur. Quare hoc maius est vestrum in nos promeritum, quòd non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis nos reddidistis. ¶ Sed quemadmodum propinqui, quos ego parare non potui, mihi ad deprecandam calamitatem meam non affuerunt: sic, illud, quod mea virtus præstare debuit, *adiutores, auctores, hortatoréque* ad me restituendum ita multi fuerunt[g], vt longè superiores omneis[h] hac dignitate, copiáque superarem. Numquam de P. Popillio, clarissimo, atque fortissimo viro: numquam de Qu. Metello, nobilissimo, & constantissimo ciue: numquam de C. Mario, custode ciuitatis, atque imperij vestri, in senatu mentio facta est. Tribunitiis superioribus illi regionibus, nulla auctoritate senatus sunt restituti. Matius verò non modò non à senatu, sed etiam oppresso senatu est restitutus: nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marij, sed exercitus, atque arma valuerunt. at de me vt valeret semper senatus flagitauit: vt aliquando perficeretur, cùm primùm licuit, frequentia, atque auctoritate perfecit. nullus[i] in eorum reditu motus municipiorum, & coloniarum factus est. at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta reuocauit. Illi, inimicis interfectis, magna ciuium cæde facta, reducti sunt. ego iis, à quibus electus sum prouincias obtinentibus, inimico autem k optimo viro, & mitissimo, altero consule referente reductus sum: cùm is inimicus, qui ad meam perniciem vōcem suam communibus hostibus præbuisset, spiritu duntaxat viueret, re quidem infra omneis mortuos amandatus esset. Numquam de P. Popillio L. Opimius, fortissimus consul, numquam de Qu. Metello non modò C. Marius, qui erat inimicus, sed ne is quidem, qui secutus est, M. Antonius, homo eloquentissimus; cum A. Albino collega senatum, aut populum

P. 2.

a *al.* discessu *al.* discissu.*
b v.c. At me nudum propinquis.
c L. pro eodē absente vn. d L. qui domi posset esse mihi ætate filius: in foro pietate i. m filius in uenus est, beneficio parens, amore e *Anno. Am* ssi parui, vagi fingultus desiderio mei. *Vrsin.* parui vagiēs tiulatus desiderio mei lachrymæq. pueriles.
f L. magnam partē ‖ id est magna ex parte. P. CC.
g v.c. fuere, h v.c. omnes.
i *al.* nullius*

a L. carere-mus,
m L. vniuersim cuncto populo R. d. ‖ *al.* vniuersum *al.* vniuerse.*
n L. iam spectata ætate filius: L. Metellus Diade matus, consularis, L. s. v. Qu. Metell. senf. eorum lib. Q. Met. Nepos, qui t. cons. pei. forum fil.
o *al.* Delmaticus. *al.* Dia dematus sic apud Plutarchum Coriolano. Plin. 7. c 44.*
p *al.* C. Metellus.*
q L. Metel. sacum lib.

k L. autem al tero consule, optimo viro, & mitiss. altero referente red.

populum est cohortatus. At pro me superiores consules semper, vt referrent, efflagitati sunt: sed veriti sunt, ne gratiæ causa facere viderentur. quòd alter mihi affinis erat: alterius causam capitis receperam: qui prouinciarum fœdere irretiti [a], totum illum annum quærelas [b], senatus, luctum bonorum, Italiæ gemitum pertulerunt. Kalendis verò Ianuar. postea quàm orba resp. consulis fidem, tanquam legitimi tutoris, implorauit, *P. Lentulus*, consul, parens, deus, salus [c] nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, simul ac de solemni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quàm de me agendum iudicauit. Atque eo die confecta res esset, nisi is tribunus pl. d quem ego maximis beneficiis quæstorem consul ornaueram, cùm & cunctus ordo, & multi eum summi viri ornarent, & Cn. Oppius socer, optimus vir, ad pedes eius flens iacéret: noctem sibi ad deliberandum postulasset: quæ deliberatio non in reddenda, quemadmodum nonnulli arbitrabantur: sed, vt patefactum est, in augenda mercede consumta est. Postea res acta est in senatu alia nulla: & [e] cùm variis rationibus impediretur, voluntate tamen perspecta senatus, causa ad nos mense Ianuar. defendebatur. Hic tantum interfuit inter me, & inimicos meos. Ego, cùm homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriatíque vidissem: cùm finteligerem, veteres ad spem cædis Catilinæ copias esse reuocatas [g]: cùm viderem, ex ea parte homines, cuius partis nos vel principes numerabamur, partim quòd mihi inuiderent, partim quòd sibi timerent, aut proditores esse, aut desertores salutis meæ: cùm duo consules, emti pactione prouinciarum, auctores se inimicis reip. [h] tradidissent, cùm egestatem, auaritiam, libidines suas viderent expleri non posse, nisi me constricto domesticis hostibus dedissent: cùm senatus, equitesque Rom. fere pro me, ac mutata veste, vobis supplicare edictis, atque imperiis vetarentur: cùm omnium prouinciarum pactiones, cùm omnia cum omnibus fœdera, reconciliationes gratiarum, sanguine [h] meo sancirentur: cùm omnes boni non recusarent, quin vel pro me, vel mecum perirent: armis decertare pro mea salute nolui [i], quòd & vincere, & vinci luctuosum reipublicæ fore putaui. At inimici mei mense Ianuario de me ageretur, corporibus ciuium trucidatis, flumine sanguinis meum reditum intercludendum putauerunt. Itaque cùm ego abfui, eam rempublicam habuisti, vt æquè me, atque illam, restituendam putaretis. ego autem, in qua ciuitate nihil valeret senatus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis & ferrum in foro versarentur: cùm priuati sæpe templi præsidio, non legum tuerentur: tribuni plebis inspectantibus, vulnerarentur, ad magistratuum domos cum ferro, & facibus iretur, consulis fasces frangerentur, deorum immortalium templa incenderentur: rempublicam [l] esse putaui. Itaque neque repub. exterminata, mihi locum in hac vrbe esse duxi: nec, si illa restitueretur, dubitaui, quin me secum ipsa reduceret. An ego, cùm mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno consulem futurum, quis illis ipsis reip. periculosissimis temporibus ediiis curulis, me consule, omnium meorum consiliorum participeps, periculorúmque socius fuisset: dubitarem, quin is me, confectum consularibus vulneribus, consulari medicina ad salutem reduceret? Hoc duce, collega autem eius, clementissimo, atque optimo viro, primò non aduersante, pòst etiam adiuuante, reliqui magistratus pænè omnes, fuerunt defensoris salutis meæ ex quibus excelleti animo, virtute, auctoritate [a], præsidio, *T. Annius*, & *P. Sextius*, præstanti in me bene volétia, & diuino studio exstiterunt. eodémque P. Lentulo auctore, & pariter referente collega frequentissimus senatus, vno dissentiente, nullo intercedente, dignitatem [b] meam quibus potuit verbis amplissimis ornauit: salutem vobis, municipiis coloniísque omnibus commendauit. Ita me nudum [c] à propinquis, nulla cognatione munitum, consules, prætores, tribuni pl. senatus, Italia, cuncta, semper à vobis deprecata est: denique omnes, qui vestris maximis beneficiis, honoribúsque sunt ornati, productid ad vos ab eodem, non solùm ad me conseruandum vos cohortati sunt, sed etiam rerum mearum gestarum auctores [e], testes, laudatoréque fuerunt. Quorum princeps ad cohortandos vos, & ad rogandos fuit *Cn. Pompeius*, vir omnium, qui sunt, fuerunt, erunt, virtute, sapientia [f], ac gloria princeps: qui mihi vnus vni priuato amico eadem omnia dedit, quæ vniuersæ reipublicæ salutem, otium, dignitatem. cuius oratio fuit, quemadmodum accepi, tripartita [h]. primùm vos docuit. meis consiliis remp. esse seruatam: causámque meam cum communi salute coniunxit: hortatúsque est, vt auctoritatem senatus, statum ciuitati, fortunas ciuis bene meriti defenderetis: tum in perorando posuit, vos rogari à senatu, rogari ab equitibus Rom. rogari ab Italia cuncta: denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solùm, verum etiam orauit. Huic ego homini, Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas est. Huius consilia, P. Lentuli sententiam, senatus auctoritatem vos secuti, in eo me loco, in quo vestris beneficiis fueram, iisdem centuriis, quibus collocatatis, reposuistis. Eodem tempore audistis [k] eodem vox loco summos viros, ornatissimos, atque amplissimos homines, principes ciuitatis, omneis [l] consulares, omneis præ orios, eadem dicere, vt omnium testimonio per me vnum rempub. conseruatam esse constaret. Itaque cùm *Seruilius*, grauissimus vir & ornatissimus ciuis, dixisset, opera mea rempublicam incolumem magistratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri non solùm auctoritatem, sed etiam testimonium *L. Gellij*: qui, quia suam classem attentatam magno cum suo periculo pænè sensit: dixit in concione vestra: si ego consul, cùm fui, non fuisse m, remp. funditus interituram fuisse. En [m] ego tot testimoniis Quirites, hac auctoritate senatus, tanta consensione Italiæ, tanto studio bonorum omnium, agente P. Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio, omnibus hominibus fauentibus, diis [n] denique immortalibus, frugum vberitate, copia, vilitate, reditum meum comprobantibus, mihi, meis, reip. restitutus, tantum vobis, quantum facere possum, Quirites, polliceor: primùm, qua sanctissimi homines *pie-*

a *al.* irritati.*
b *q.v.c.* querelas.
P. B. *cod.* salutis.*
d Sex. Attilius Serranus de quo in orat. pro Sextio.*
e *v.c.q.non habens copulam &*
f *fort.* cùm intelligerem ad spem cædis veteres Catilinæ copias g *al.* renouari.*
h sanguine fœdera & reconciliationes gratiarū sanctitas, hùic locus argumento.*
P. CCI.
i *al.* nolui quod potui: quod & vincere, &c.*
k L. cùm ego abfui, *al.* cùm ego abfum,
l L esse vllam p. *& ita v.c.*

a *fort.* auctoritate prædicti, T. Annius & P. Sextius.
b I. dignitatem meam quàm potuit verbis amplissimis ornauit. *fort* quàm potuit verbis amplissimis.*
c *v.c.* nudum propinquis, d *al.* productus ad vos ab eadem.*
e Hexameter versus: qui interiit excidit Ciceroni, quod tamen in oratione soluta vitiosissimum.*
f *L.* laudatores fuerunt. *& fin v.c.*
g L. sapiétia, gloria *v.r. al.* virtute gloria, sapiétia princ.
h *al.* tripertita.
i L. in quo vestris beneficiis collocatus fuerã, iisdem cent.
k Testimonia de Ciceronis.*
l *v.c.* omnes consulares, omnis præt.
m Pollicetur pietatem, vt sit tatem gratiam.*
n *v.c.* dis & nique

tate erga deos immortales esse solent, eádem me erga populum Rom. semper fore numénque vestrum æquè mihi graue, & sanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum: deinde, quoniam me in ciuitatem resp. ipsa reduxit, nullo me loco reip. defuturum. Quòd si quis existimat, me aut *voluntate* esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. mihi, quod potuit vis, & iniuria, & sceleratorum [a] hominum furor detrahere, eripuit [b], abstulit, diffipauit: quod viro forti adimi non potest, id manet, & permanebit. Vidi ego fortissimum virum, municipem meum, C. Marium, quoniam, nobis quasi aliqua fatali necessitate, non solùm cum his, qui hæc delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit, eum tamen vidi, cùm esset summa senectute, non modò non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato, atque renouato, quem egomet dicere audiui, tum se fuisse miserum, cùm careret patria, quam obsidione liberauissent: cùm sua bona possideri ab inimicis, ac diripi audiret, cùm adolescentem filium videret eiusdem socium calamitatis: cùm in paludibus demersus, concursu, ac miseri ordia Minturnensium corpus, ac vitam suam conseruasset, cùm parua nauicula traiectus [c] in Africam, quibus regna ipse dederat, ad eos inops, supplexque venisset: recuperata verò sua dignitate, se non commissurum, vt, cùm ea, quæ amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi non haberet, quam numquam perdidisset, Sed hoc inter me, atque illum interest: quòd ille, qua re plurimùm potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus est, armis: ego, qua consueui, vtar pietate [d]: quoniam illi arti in bello, ac seditione locus est: huic in pace, atque otio. Quamquā ille animo irato nihil nisi de inimicis vlciscendis agebat: ego de ipsis inimicis tantum, quantum mihi resp. permittet, cogitabo. Denique, Quirites, quoniam me quattuor [e] omnium genera hominum violarunt: vnum eorum, qui odio reipub. quòd eam ipsis inuitis conseruaram, mihi inimicissimi fuerunt: *alterum*, qui per simulationem amicitiæ, nefariè prodiderunt: *tertium*, qui cùm propter inertiam suam, éadem assequi non possunt, inuiderunt laudi, & dignitati meæ: *quartum*, qui cùm custodes reip. esse debuerunt, salutem meam, statum ciuitatis, dignitatem eius imperij, quod erat penes ipsos ven[dide]runt: sic vlciscar genera [f] fingula, quemadmodum à quibusque sum prouocatus: malos ciuis remp. bene gerendo: perfidos amicos, *nihil* [a] *credendo, atque omnia cauendo*: inuidos, virtuti, & gloriæ seruiendo: mercatores prouinciarum, reuocando domum, atque ab iis prouinciarum rationem repetendo. Quam quam [b] mihi maiori curæ est, *quemadmodum quidem vobis, qui de me optimè meriti, gratiam referam*, quàm, quemadmodum inimicorum iniurias, crudelitatémque persequar. Etenim [c] vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quam beneficij remunerādi, propterea quòd superiorem esse contra improbos, minus est negotij quàm bonis exæquari. tum [d] etiam nec tam necessarium quidem est, malè meritis, quàm optimè meritis, referre quod debeas. Odium vel precibus mitigari [e] potest, vel temporibus reipub. communique vtilitate deponi, vel difficultate vlciscendi teneri, vel vetustate sedari. bene meritos quin colas, nec exorari fas est, nec [f] id reip. repetere vtcunque necesse est, neque est excusatio difficultatis, neque æquum est tempore, & die memoriam beneficij definire. Postremò qui in vlciscendo remissior fuit, mox [g] apertè laudatur. at grauissimè vituperatur, qui in tantis beneficiis, quanta vos in me contulistis, remunerandis, est tardior: neque solùm ingratus, quòd ipsum graue est, verùm etiam impius appelletur, necesse est. Atque [h] in officio persoluendo dissimilis [i] est ratio, & pecunia debita: propterea quòd pecuniam qui retinet, non dissoluit: qui reddidit, non habet. gratiam & qui retulit, habet: & qui habet, dissoluit. Quapropter memoriam vestri beneficij colam beneuolentia sempiterna, non solùm dum anima spirabo [k] sed [l] etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficij permanebunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, sempérque præstabo, mihi neque in consiliis de rep. capiendis, diligentiam, neque à periculis à rep. propulsandis, animum, neque [m] in sententia simpliciter referenda, fidem, neque in hominum voluntatibus pro repub. lædendis, libertatem, nec in perferendo labore, industriam, nec in vestris commodis augendis, gratam animi beneuolentiam [n] defuturam. ¶ Atque [o] hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna, vt cùm vobis, qui apud me deorum immortalium vim, & numen renetis, tum posteris vestris, cunctísque gentibus dignissimus ea ciuitate videar, quæ suam dignitatem non posse tenere se, nisi me recuperasset, cunctis suffragiis iudicauit.

POST

a *al.* sceleratus.*
b L. id eripuit abst.
c L. traiectus. *al.* peruectus, *vel* prouectus & grauect.*
d *al.* lenitate *vel* vtar quoniam vt subaudias eloquentia *vel* arte.*
P. 184. e L. quattuor omnino homin. gen. & sim v.c.
f L. fingula genera, *vel* facinorū. *al.* ea genera.*
a Epicharmus τάφ' ἐμέμαθο & πίστιν.*
P. CGIII.
b L. Quamquam mihi quidem maiori curæ est, quemadmodū vobis, qui
c L. tenim cùm vlciscēdæ, &c. & ita v.c.
d L. tū etiam ne tam necessarium quidem est,
e v.c. mendicari por. *al* medicari potest,
f L. nec id reip. repetere vtiq. necesse est, neq.
g *vel* cum eorum apertè vtitur, aut grauissima. *al.* in co partim reprehenditur, partim laudatur At grauissimè, &c.*
h L. Atqui officij persoluēdi dissimilis est ratio, & pecuniæ debitæ propt.
i similis est locus in oratione pro Plancio infrà, cuius meminit Gellius 1. c. 4.*
k *Vet. & Mamus.* sperabo & *Vil. v. al.* superero. *al.* exspiratosic. Plato *in Apolog.* ἕως ἂν ἔμπνεω.*
l L. sed etiā dum, me mortuo, vllam meorum.
P. B.
m L. neq. in sententia simpliciter dicēda, fid.
n v.c. beneuolentiam.
o PERORATIO.*

POST[a] REDITVM IN SENATV[b].

ORATIO VICESIMAOCTAVA.

SYNOPSIS.

¶ Gratias agit *senatui quòd ab exilio reuocatus sit.* Acta *in senatu & de scripto Non. Septemb. anno urbis 696. Inuehitur in eos quorum inuidia exul factus: Amicorum beneficia extollit: Pollicetur studium erga Rempub.*

a *Hæc oratio, in libris manuscript. duobus, ante superiorem collocatur: præterea hanc habet inscriptionem,* CVM SENATVI GRATIAS EGIT. *& superior hanc,* CVM POPVLO GRATIAS EGIT. P. CCIIII.

b vide Dionem 38.

c GRATIAS agit quòd reuocatus ab exilio.*

d *v.c.* immortalibus

e *v.c.* attribuendum

f *vet.* Quæ tanta enim essit.

g *v.c.* parenteis.

h immortaleis,

i *fort.* quod vobis debemus,

k *v.c.* immortalium.

P. B.

l *L.* recuperarimus. *& ita v.c.*

m *v.c.* immortalitatem

n L. me vniuersi reuocauistis,

o L. Nimio *& ita Dio.**

SIC, PATRES conscripti, pro vestris immortalibus[d] in me, fratrémque meum, liberósque nostros meritis parum vobis cumulatè gratias egero, quæ so, obtestórque, ne meæ naturæ potiùs, quàm magnitudini vestrorum beneficiorum, id[e] tribuendum putetis. Quæ[f] enim tanta potest exsistere vbertas ingenij, quæ tanta dicendi copia, quod tam diuinum, atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parenteis[g], nobis liberos: qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam remp. qui patriam, qua nihil potest esse iucundius, qui denique nosmetipsos nobis reddidistis. Quòd si parenteis carissimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est: si deos immortaleis[h], quorum beneficio & hæc tenuimus, & cæteris rebus aucti sumus: si populum R. cuius honoribus in amplissimo consilio, & in altissimo gradu dignitatis, atque in hac omnium terrarum arce collocati sumus: si hunc ipsum ordinem, à quo sæpe magnificentissimis decretis sumus honestati: immensum quiddam & infinitum est, quod[i] vobis debeamus, qui vestro singulari studio, atque consensu parentum beneficia, deorum immortalium[k] munera, populi Rom. honores, vestra de me multa iudicia, nobis omnia vno tempore reddidistis: vt, cùm multa vobis, magno populo R. innumerabilia parentibus, omnia diis immortalibus debeamus, quòd hæc antea singula per illos habuerimus: nunc vniuersa per vos recuperauerimus. Itaque P.C. quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem[m] quandam per vos adepti videmur. quod enim tempus erit vmquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria, ac fama moriatur, qui illo ipso tempore, cùm vi, ferro, metu, minis obsessi teneremini, non multo post discessum meum vniuersi[n] me reuocauistis, referente *L. Mummio*[o], fortissimo, atque optimo viro? quem habuit ille præstitere annus & maximè fidelem, & minimè timidum, si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ. postea-

a L. decernêdi potestas non est p.

b *al.* delituit.*

c *al.* Numquã non meam salutem.*

d *al.* vt ipse ille annus,

e L. octo tribunos

f L. qui & promulga ẽt de salute m. *& ita v.c. al.* qui & de salute mea promulg.

g *v. c.* Itaque illo ipso tamen anno, cùm ego, &c. P. CCV.

h *al.* sine respublica sine consulibus esset.*

i L. dispicere cœp. *al.* despicere.*

k L. tribunorum pl.

l *v.c.* sæclorum,

m L. vt corpus abesse meum, dignitas iam in patr. *& ita v.c.*

Tom. 2. ll. iij.

mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem videbatis. Quo quidem tempore, cùm is excessisset, qui cædi & flammæ vobis auctoribus restiterat: cùm ferro & facibus homines tota vrbe volitantes, magistratuum tecta oppugnata, [a] deorum templa inflammata, summi viri, & clarissimi consulis fasces is fractos, fortissimi, atque optimi viri, tri buni pl. sanctissimum corpus non [b] solùm tactum, ac violatum manu, sed vulneratum ferro, confectúmque vidistis. Quæ strage nonnulli permoti magistratus, partim metu mortis, partim desperatione reipub. paulsum à mea causa recesserunt. reliqui fuerunt, quos neque terror, neque [c] vis, nec spes, nec metus, nec promissa, nec minæ, nec tela, nec faces à vestra auctoritate, à populi Rom. dignitate, à mea salute depellerét. Principes P. Lentulus, pater, ac deus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, hoc specimen [d] virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putauit, si me mihi, si meis, si vobis, si reip. red didisset. qui vt est designatus, numquam dubitauit sententiam de salute mea, fe, & rep. di gnam, dicere. Cùm à Tribuno pl. vetaretur, cùm præclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset: totam illam causam [e], vt ante dixi proscriptionem, nõ legẽ putauit, qua ciuis optimè de rep. meritus, nominatim sine iudicio, vnà cũ senatu, reip. esset ereptus. Vt verò iniit magistratum, nõ dicã, quid fegerit prius, sed quid omnino egit aliud, nisi, vt, me conseruato, vestra in posterum dignitatem, auctoritatémque sanciret? ¶ Dij immortales? quantum mihi beneficium dedisse videmini, quòd hoc anno P. Lentulus consul fuit? quãto maius dedisset, si superiore anno fuisset? nec enim eguissem medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine atque optimo ciue [h] & viro, Q. Catulo, *non sæpe vnum consulem improbum, duos vero numquam, excepto illo Cinnano tempore fuisse*. quare meam causam semper fore firmissimam dicere solebat, dum vel vnus in rep. esset [i] consul. Quod verè dixerat, si illud de duobus consulibus, quod antè in rep. non fuerat, per me, ac proprium manere potuisset. Quòd si Q. Metellus illo tempore consul fuisset, vnicus [k]: dubitatis, quo animo fuerit in me conseruando futurus, cùm in restituendo auctorem, fuisse, adscriptorémque videatis? Sed fuerunt duo [l] consules, quorum mentes angustæ, humiles, prauæ[m], oppletæ tenebris, ac sordibus, nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperij nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerunt: non consules, sed mercatores prouinciarum, ac venditores vestræ dignitatis, quorum alter à me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus: alter Cethegum, consobrinum suum [n], reposcebat: qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam non consules, sed latrones, non modò deseruerunt, in causa præsertim publica, & consulari, sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio non solùm suo, sed etiam vestro, ceterorúmque ordinum, spoliatum esse voluerunt: quorum alter tamen neque me, neque quemquam fefellit. Quis enim vllius vllius boni spem haberet *in eo*, cuius primum tempus ætatis palàm fuisset ad [a] omneis libidines diuulgatum? qui ne à sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare? qui cùm suam rem non minus strenuè, quàm postea publicam confecisset, egestatem [b] & luxuriam domestico lenocinio sustentauit? qui nisi in aram tribunatus confugisset: neque vim prætoris, nec [c] multitudinem creditorum, nec [d] bonorum proscriptionem effugere potuisset, qui [e] in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profectò [f] & egestate, & improbitate coactus piraticam ipse fecisset: ac minore quidem cum reipub. detrimento, quàm quòd intra mœnia nefarius hostis, prædóque versatus est: quo inspectante, ac sedente, legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperare turine obnuntiare comitio, aut comitiis: ne legi intercedere liceret: vt lex Ælia [g], & h Fusia ne valerent i: quæ nostri maiores certissima subsidia reipubl. contra tribunitios furores esse voluerunt. Idémque postea, cùm innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, cúmque adolescentes nobilissimi, cunctíque equites Ro. se ad lenonis impurissimi [k] pedes abiecissent: quo vultu cincinnatus ganeo non solùm ciuium lacrymas, verùm etiam patriæ preces repudiauit? Neque [l] contentus fuit, sed etiam in concionem adscendit: eáque dixit, quæ, si eius vir Catilina reuixisset, dicere non esset ausus: se nonarum Decembr. quæ, me consule fuissent, cluíque Capitolini pœnas ab equitibus Ro. esse repetituras: neque solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit: L. verò Lamiam, equitem R. præstanti dignitate hominem, & saluti meæ, pro [m] familiaritate reipub. pro fortunis suis, amicissimum, consul imperiosus exire [n] vrbe iussit. & cùm vos vestem mutandam censuissetis, cunctíque mutassetis, atque idem omnes boni iam antè feciss ent: ille vnguentis óblitus, cum toga prætexta, quam omnes prætores, ædiles que tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum, & luctum grauissimæ ciuitatis: fecítque quod nemo vmquam tyrannus, vt quo minùs occultè vestrum malum gemeretis, nihil diceret: ne apertè incommoda patriæ lugeretis, ediceret. Cùm verò in Circo Flaminio, non à tribuno plebis consul in concionem, sed à latrone, archipirata, productus esset: primùm processi, qua auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madenti coma, compósito capillo, granibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, & remulenta: quòd in ciueis indemnatos [o] esset animaduersum, id sibi dixit grauis auctor vehementissimè displicere. Vbi nobis hæc auctoritas tamdiu tam ta latuit? cur in lustris, & helluationibus huius calamistrati [p] saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessauit? Nam alter Cesonius Caluentius, ab adolescentia versatus est in foro, cùm eum, præter simulatã, versutámq. tristitiam, nulla res commendaret: non [q] consulis

a *v.c.* adomnis.

b L. egestatem & luxuriem dom.

c *al.* neque.
d *al.* ueque.
e L. quo in magistr.

f L. profectò egestate, & impr.

g dixi orat. de prouinciis Consularib. in f.*

h L. & Fusia ne val.
i *al.* valeret:
k *al.* impudicissimi.*
l L. Neque eo contentus fuit, *& ita v.c.* in hæc verba pro familiaritate Rei publicæ, fuspicata fuit Lambino.*
n *al.* exire ex vrbe.
o *v.c.* indemnatos, &c. *mendosè.*

p Calamistratus saltator, calamistris iustus aut ornatus. hinc calamistrata coma in Oratione pro Sextio inf. Calamistri autem à Varrone 4. de lingua pronuntur in mundo muliebres dicto: autem calamistratos ait, quòd his cadefactis in cinere capillis ornatus, qui ea mini strabat, à cinere, Cinerarius. Nonius 15. Calamistrum facit fistulam, qua cirri continentur. Isidorus verò 2. cap. 3 acus, quæ calefacta & adhibita, calefacit & intorquet capillos. vnde calamistrati qui tortaque capillos. Idem libro 10. Calamistrum a-

a *v.c.* impugnata,

P. B.

b L. non tactum, ac violatum

c *al.* nec vis,

d δείγμα.

e *al.* clausulam, *al.* rogationem, præscriptionem, vt antè dixi, non legem. *al.* legem, proscriptionem, vt antè dixi, non legem. *al.* totum illud caput, vt antè dixi, proscriptionem, non legem.*

f quid egit prius, sed &c. *& ita v.c.*

g INVEHITVR in eos quorum inuidia pulsus fuit.*

P. CCVI.

h L. ciui & viro, *& ita v.c.*

i L. consul esset, *& ita v.c.*

k L. inimicus: dub. *& ita v.c.*

l *L.* duo, quorum m. ¶ *al.* si vel hi.*

m ὑφ' ἑαυτῶν, *per* m vox *suum*, abest à *v.c.*

n nec eam agnoscit L.

cum ferream à calami simílitudine dici, quo crines obtorquentur, vt crispi sint Glosis, Calamistrati, τοῦτ' ἔστιν πρὸς εἰς τὸ θῆλυ συντεθραμμένοι.* q *L.* non consilium, non dicendi facultas, non scientia rei militaris non cognoscendorum hominum studium, non liberalitas. ¶ *Vrsin.* Non consilium, non scientia rei militaris, non studium cognoscendorum hominum,*

studium

studium, non discendi initia rei militaris, nõ cognoscẽdorum hominum, non liberalitas. quem præteriens cùm incultum, horridum, mæstũmque vidisses, etiam si agrestem, & inhumanũ existimares, tamẽ libidinosum, & [a] perditum non dubitares. Cùm [b] hoc homine, an cum stipite Æthiope [c] si in foro constitisses, nihil crederes interesse. sine sensu sine sapore elinguem, tardum, inhumanũ, neg ectum [d], Cappadocem modò abiectum de grege venalium diceres. Idem domi quàm libidinosus? quàm impurus? quàm intemperans, non ianua recepisses, sed pseudothyro intromissis voluptatibus? cùm verò etiam litteras [e] studere incipit, & [f] helluo immanis cum Græculis philosophari, tum est Epicureus, nõ penitus illi disciplinæ, quæcumque est, deditus: sed captus vno verbo voluptatis. Habet autem magistros nõ ex istis ineptiis, qui dies totos de officio, ac de virtute differunt: qui ad laborẽ, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur: sed eos, qui disputent, horam nullam vacuam voluptate esse debere: in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium, delectationémq. versari. His vtitur quasi præfectis libidinum suarum: hi voluptates omnes investigant, atq. odorantur: hi sunt conditores, institutoréique conuiuij: iidem expendunt, atque æstimant voluptates, sententiámque dicũt, & iudicant, quantum cuique libidini tribuẽdum esse videatur. horum ille artibus eruditus, ita contemsit hanc [h] prudentissimam ciuitatem, vt omnes suas libidines, omnia flagitia latêre posse arbitraretur, si modò vultum importunum in forum detulisset. Is [k] non me (quamquam equidem non cognoram eum, propter Pisonum affinitatem, quàm longè hunc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset) sed vos, populúmque Ro. non consilio, neque eloquentia, quod in multis sæpe accidit, sed rugis, supercilióque decepit. L. Piso, túne ausus es isto oculo, non dicam isto animo: ista fronte, non vita tanto supercilio, non enim possum dicere tantis [l] gestis, cum A. Gabinio consociare consilia pestis meæ? non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non [m] trons calamistri notata v stigiis, in [m] eam cogitationẽ adducebat, vt, cum illius re similis fuisses, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutius vti non liceret? cum hoc coire ausus es, vt consularem dignitatem, vt reip. statum, vt senatus auctoritatem, vt ciuis optimè meriti fortunas proniciarũ fœdere addiceres? te consule: tuis edictis, & imperiis, senatui, populóque Rom. non est licitum, non modò sententijs, neque auctoritate sua, sed ne luctu quidem, ac vestitu reip. subuenire. Capuæne te putabas, in qua vrbe domicilium quondam superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore: an Romæ, in qua ciuitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? tu es ausus in Circo Flaminio producius cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum, atque omnes bonos tum, cùm [n] à patria pestem expellerent, crudeles demonstrabas fuisse. Tu misericors me affinẽ tuum quem comitiis, prærogatiuæ primum custodem præfeceras: quem kalendis Ian. tertio loco sententiam rogaras, constrictum inimicis reip. tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum: tu affinem tuam, meam [a] filiam, super bissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti: idémque tu clementia, ac misericordia singulari, cùm ego vnà cum republi. non tribunitio, sed consulari ictu cõcidissem: tanto scelere, tantáque intemperantia fuisti, vt ne vnam quidem horam interesse patere inter meam pestem, & tuam præsam, saltem dum conticesceret illa lamentatio, & gemitus vrbis. Nondum palàm factum erat concidisse [b] rempubl. cùm tibi arbitria [c] funeris soluebantur, vno eodémque tempore domus meas addicipiebatur, ardebat: bona ad vicinum consulem de Palatio: de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur: cùm, iisdem [c] operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modò à bonis, sed etiam à liberis, atque inani foro, ignaro populo R. quid ageretur, senatu vetò oppresso, & afflicto, duobus impiis, nefarijsque consulibus, ærarium, prouincię, legiones, imperia donabantur. ¶ Horum *consulum* ruinas vos consules vestra virtute sustinistis. summa *tribunorum* plebis, prætorúmq. fide, & diligentia subleuastis. ¶ Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali ciue satis digne vmquã loquetur? qui cùm videret, sceleratum ciuem, aut domesticum potiùs hostem, si legibus vti liceret, iudicio esse frangendum: sin ipsa iudicia vis impediret, ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, manum manu, vim vi esse superandam: primò de vi postulauit. posteaquam ab eodẽ iudicia sublata esse vidit: ne ille omnia vi posset efficere, curauit: qui docuit, neque recta, neque templa, neque forum, neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus, & copiis ab interno latrocinio posse defendi: qui primus, post meum discessum, metum à bonis, timorem huic ordini, seruiturem depulit ciuitati. Quam rationem pari virtute, animo, fide, P. Sextius secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu ciuitatis nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ discrimen vitandum vmquam putauit: qui causam senatus exagitatam concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendauit, vt nihil tam populare, quàm vestrum nomen: nihil tam omnibus carum aliquando, quàm vestra auctoritas videretur: qui me cùm omnib. rebus, quib. tribunus pl. potuit, defendit, tũ reliquis officiis, iuxtà, ac si meus frater esset, sustentauit: cuius ego clientibus, libertis, familia, copiis, litteris ita sum sustentatus, vt meæ calamitatis non adiutor solùm, verùm etiam socius videretur. Iam ceterorum officia, studiáque vidistis: quàm cupidus mei Ck. Sestilius, quàm studiosus vestri quàm non varius fuerit in causa. Quid Mosius? cui ego ipsi parenti, fratrique eius, sentio quantum debeam: qui cùm à me volũtas eorum in priuato iudicio esset offensa, publici mei beneficij memoria primatum offensionem obliterauerunt. Iam T. Fadius, qui mihi quæstor fuit, M. [p] Curtius, cuius ego patri quæstor fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt. Multa de me C. Messinus, & amicitiæ, & reip. causa dixit: legem separatim initiò de salute mea promulgauit. Q. Fabricius, si, quæ de me agere cona-

a L. filiam meam, sup.

b *L.* occidisse temp.
c *al.* arbitraria. & ita iudicandum in oratione Pisoniana scribit Turneb. ad. aduerf. 3. Arbitraria autem interpretatur, futuris impensas, quòd in arbitriũ hæredis plerunque conferẽtur l. 11. ff. de condict. caus. data. l. 6. l. 40. §. 5. ff. de ẽd. & demonstr. Horat. 2. Satyr. 5. & 3. sic arbitria victoriæ pro præmiis vsurpauit Curt. *
d v. c. non habet prouocatum, *meam.*
e v. c. isdem operis
f AMICO RVM beneficia extollit Consulum, trib. plebis, prætorum, iudicũ, Metelli, Seruilij. *
g L. subleuauit. Q. P. B.
h L. à bonis, timorem ab hoc ordine, seruitutẽ depulit à ciuitate.
i v. c. sindia vidistis:
k L. C. Sextilius,
l *al* Quid M. Cispius? L. Quid M. Olbius? *fort.* oblitterarunt.
m L. M'. Curius,
o *al.* C. Mescinius, qui pater fortasse fuit L. Mescinii Rufi, cuius qui Quæstor in Cilicia Ciceronis Proconsulis & sub Augusto triumuir monetæ cudendæ. *

a L. & perditum esse non dubitares.
b L. Cum hoc homine, an cum Æthiope in foro cõstitisses, &c.
c Æthiopem appellat, quòd niger eius cutis color erat.
d L. vecordẽ, e *al.* litteris studere inci. f L. & bellua immanis &c.
g L. cohortãtur: sed eos, qui disputãt, hor.
P. B.
h *al.* hùic prudentissimam ciuit.
i v. c. vt omnis s.
k L. Is nõ me (namque eo quidẽ cognoram propter Pis.
l Triũphis reb. gestis.
m L. in eam cogitationẽ add. *&* in v. c.
P. CCVIII.
n L. cùm à patria pestẽ depulissent. *al.* depellerent.

tus est, ea contra vim, & ferrum perficere potuisse: mense Ianuario nostrum statum recuperassemus. quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardauit, auctoritas vestra renouauit. Iam verò *præteres* quo animo in me fuerint, vos existimare potuistis, cùm L. Cæcilius priuatim me suis omnib. copiis studuerit sustentare: publicè [a] promulgarit de salute mea cum collegis pænè omnibus. dire ptoribus autem meorum bonorum in ius adeundi potestatem non fecerit. M. autem Caldus, statim designatus, sententia sua, quàm esset cara sibi mea salus declarauit: Omnia officia C. Septimij, Q. Valerij. P. Crassi, Sex. Quinctilij, C. Cornuti, summa & in me, & in rempub. constiterunt. quæ cùm libenter commemoro, tum non inuitus nonnullorum in me nefariè commissa prætereo. non est mei temporis iniurias meminisse: quas ego etiam si vlcisci possem, tamen obliuisci mallem. a-liò transferēda mea tota vita est, vt bene de me meritis referā gratiam [b]: cum apertis hostibus bellum geram: timidis amicis ignoscam: proditoribus [c] meis non indicem dolorem profectionis meæ: defensores reditus dignitate consoler. Quòd si mihi nullum aliud esset officiū in omni vita reliquum, nisi vt erga duces ipsos, & principes, atque auctores salutis meæ, satis gratus iudicarer: tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modò ad referendam, verùm etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quādo enim ego huic dhomini, ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referēt: quæ memoria, quę vis ingenij, quę magnitudo ob seruandum tot, tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus afflicto, & iacenti consularem fidem, dexterámque [e] porrexit: qui me à morte ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem reuocauit, qui tāto amore in me, studio in remp. fuit, vt, excogitaret, quemadmodum calamitatē meam nō modò leuaret, sed etiam honestaret. quid enim magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quòd, illo [f] petente, vos decreuistis, *vt cuncti ex omni Italia, qui rempubl. saluam vellent*, ad me vnum, hominē fractum, & propè dissipatum, restituendum, & defendendum *venirent*? vt [g], qua voce à te, Romule, post Romam conditam consul vsus esset pro vniuersa rep. apud eos solam qui eius vocem exaudire possent: eādē voce senatus omnibus agris, vicis, atq. oppidis ciueis totámq. Italiam ad vnius salutē defendam excitaret. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quàm hoc senatū iudicasse, qui ciuis me non defendisset, cum remp. saluam noluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis dignitas valuit, vt omne [h] is flagitium se committere putaret, si quis non veniret. Idémque consul, cùm illa incredibilis multitudo Romam, & pænè Italia ipsa veniſſet, vos frequentissimos in Capitolium conuocauit. quo tempore quā tā vim naturæ bonitas haberet, aut vera nobilitas, intelligere potuistis. nam Qu. *Metellus*, & inimicus, & frater inimici, perfecta vestra voluntate, omnia priuata odia deposuit: quem *P. Seruilius*, vir cùm clarissimus, tum verò optimus, mihique amicissimus, & auctoritatis, & orationis suæ diuina quadam grauitate, ad sui generis, communisque sanguinis fa-

a *al.* publicè de salute mea cum collegis pænè omnibus promulgarit dirept. *al.* publicè promulgarit de mea salute cum collegis pænè omnibus: & *ita v.c.*

b *al.* gratiam, amicitias, dignè, perspectas tueari, cū aperti is, &c. c *al.* proditores non iudicem, dolorē protectionis meæ reditus dignitate cōsolet.*

d Lentulo.*

e L. dexteram que porr.

P. R.

f *v. c.* illo sustinēte, &c. nō placet.

g L. vt, qua voce ter omnino post Rom. cond. & ita Brissonius. *al.* qua voce semel omnino post Romam conditam &c. De hac autē formula vide Asconium in Corneliana, pro Rabirio 4. Tusculana Appianum 1. ciuil. Plutarchū in Graccho.*

h *al.* omneis flagitiis se commissipuarent. & ita Ant. Augustin. & L. vera bonitas hab.

A ēta, virtutésque reuocauit, vt haberet [a] in consilio, & [b] fratrem ab inferis, socium rerum mearum, & omneis [c] Metellos, præstantissimos ciueis [d], *penè ex Acheronte excitatos*: in quibus Numidicum illū, cuius quondam de patria discessus, honestus ipsi, omnibus [e] luctuosus tandem visus est. Itaq. fuit fis nō modò salutis defensor, qui ante hoc vnum beneficiū fuerat inimicus, verùm etiam adscriptor [f] dignitatis meæ. Quo quidem die cùm [g] CCCCX. B senatores essētis, magistratúsq. omnes adessent: dissensit vnus, is, qui sua lege cōiuratos etiam ab inferis excitandos putarat. Atq. illo die, quo [h] remp. meis consiliis conseruatam grauissimis verbis, & plurimis iudicatis, idem consul curauit, vt éadem à principibus ciuitatis in concione, postero die, dicerētur: cùm quidem ipse egit ornatissimè causam meam, perfecítque, adstante, atque audiente Italia tota, vt nemo cuiusquam conducti, aut perditi vocem acerbam, atque inimicam bonis, posset audire. Ad hæc non modò adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meæ, reliqua vos iisdem adhibuistis: decreuistis, ne quis vlla ratione rem impediret: C qui id impedisset, grauiter i, molestéque laturos: illum contra remp. salutémque bonorum, concordiámque ciuium facturum: & vt ad vos ea statim referrentur: méque etiā, si diutiùs calumniarentur [k], redire iussistis. Quid [l] vt agerentur gratiæ, qui è municipiis D veniſſent? quid, vt ad illam diem, res cùm [m] rediſſent, rogarentur, vt pari studio conuenirent? Quid denique illo die, quem P. Lentulus mihi, fratríque meo, liberíque nostris natalem constituit, non modò ad nostram, verùm etiam ad sempiternā memoriam tempus? quo [n] die nos comitiis centuriatis, quæ maximè maiores [o] iusta dici, haberíque voluerunt, arcessiuit in patriam: vt eædem centuriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. Quo die quis ciuis fuit, qui fas esse putaret, quacumque aut ætate, aut valetudine esset, non se de salute mea sententiam ferre? quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiæ totius, ordinúmque omnium: quando illa dignitate rogatores, diribitores, custodésque vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti, atque diuino, non solùm reducti sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi viri, sed equis insignibus, & curru aurato reportati. Possum ego satis in *Cn. Pompeium* vnquam gratus videri, qui non solùm apud vos, qui omnes idem sentiebatis, sed etiam apud vniuersum populum Romanum salutem reipublicæ & conseruatam per me, & coniunctam esse cum mea dixerit? qui causam meam prudentibus cōmendarit. imperitos edocuerit, eodémque tempore improbos auctoritate sua compresserit? bonos excitarit? qui populum Romanum pro me, tanquam pro fratre, aut pro parente, non solùm hortatus sit, verùm etiam obsecrarit? qui ipse cùm propter metum dimicationis, & sanguinis, domo [q] se teneret, etiam à superioribus tribunis petierit, vt de salute mea & promulgarent, & referrent? qui in colonia nuper constituta, cùm ipse gereret magistratum, in qua nemo [r] erat emptus intercessorum [s], vim & crudelitatem priuilegij, auctoritate honestissimorum hominum, & publi-

a *al.* adhibeat in consilium & fratrem socium &c.

b L. & fratrē socīū rerum mear. *&c*

c *v. c.* omnis d *v.* ciuis,

e L. bonis omnibus luct.

f *al.* exstitit, vel durauit*

g *v. c.* cùm CCCCXVII.

h *al.* quo die Rempub.*

i *al.* id vos grauiter, molestéque.

k *v. c.* kalumniarentur,

l L. Quid

m quòd vt iis agerentur. *al.* Quid vt ad Comitia pridie nonas sextiles rogarentur, &c. ita Pantagathus Manutius verò, Quid vt iidem ad rē rediſſent*

n Res redire, dicūtur, quæ intermissæ ac prolatæ repetūtur: vt apud Plautū Captiuis in pr. similis porro huic locus est in Sextiana.*

o P. R. nillo, inquā, die nos comitiis L. maiores comitia iusta dici, hab.

p *al.* clarissimi ciues, sed eq.

q *al.* domi se cueret,

r notat Senanum & Naucriū Quintium.

s *fort.* incertior.

a *al.* consignauit.
b L.ad meam salutem
c *al.* putauit?
d *al.* elaborauit?
e vox, *abest*, abest à libris manuscr. & nonnullis vulg.

& publicis litteris consignarit[a], princépsque, Italiæ totius præsidium adh nostram salutem implorandam putarit[c]? qui, cùm ipse mihi semper amicissimus fuisset, etiam vt suos necessarios mihi amicos redderet, elaborarit[d]? Quibus autem officijs T. Annij beneficia remunerabor? cuius omnis actio [e], ratio, cogitatio, totus denique tribunatus, nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, inuicta defensio salutis meæ? Quid de P. Sextio loquar? qui suam erga me beniuolentiam, & fidem non solùm animi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendit? ¶ Vobis f verò, P. C. singulis & egi, & agam gratias vniuersis. egi initiò, quantum potui: satis ornatè agere nullo modo possum. Et quamquam sunt in me præcipua merita multorum, quæ fileri nullo modo possunt, tamen huius temporis, ac timoris mei non est, conari commemorare beneficia in me singulorum. nam difficile est non aliquem, nefas quemquam præterire. Ego vos vniuersos, patres conscripti, deorum g numero colere debeo. Sed, vt in ipsis diis immortalibus non semper eosdem, atque aliàs alios solemus & venerari, & precari: sic in hominibus de me diuinitus meritis omnis erit ætas mihi ad eorum erga me merita prædicanda, atque recolenda. Hodierno autem die nominatim h à me magistratibus statui gratias esse agendas, & de priuatis vni, qui pro salute mea municipia, coloniásque adisset, populum Ro. supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos secuti, mihi dignitatem meam reddidistis. vos me florentem semper ornastis: laborantem, mutatione vestis, & propè luctu vestro, quoad licuit, defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta, qui mea pericula non modò suo præsidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt. Quibus ego rebus obiectis, cùm mihi priuato confligendum viderem cum eodem exercitu, quem consul non armis, sed vestra auctoritate superatam: multa mecum ipse reputaui. Dixerat in concione consul, se eliui Capitolini pœnas ab equitibus Romanis repetiturum. nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabantur: aditus templorum erant non solùm præsidiis & manu, verùm etiam demolitione sublati. Alter i consul k, vt me, & rempublicam non modò desererent, sed etiam hostibus reipublicæ proderent, pactionibus eos suorum præmiorum obligarat. Erat alius l ad portas cum imperio in multos annos, magnóque exercitu: quem ego inimicum mihi fuisse non dico: tacuisse, cùm diceretur esse inimicus, scio. Duæ partes esse in republica cùm putarentur: altera me deposcere propter inimicitias: altera timidè defendere, propter suspicionem cædis putabatur. Qui autem me deposcere videbantur, in hoc auxerunt dimicationis metum, quòd numquam infitiando suspicionem hominum, curámque minuerunt. Quare cùm viderem senatū ducibus orbatum, me à magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum: seruos simulatione collegiorum nominatim esse conscriptos, copias [m] omneis Catilinæ pænè iisdem du-

f REDIT ad gratiarum actionem.* P. CCXI.
g Deos, vtque deos colere principes suos adulatores ita solet: dixi orat. pro Flacco.*
h *infert.* nominatim à me & magistr.
i Clodius significatur.*
k L. consules, vt me, & ita *An. Augusti.* P. B.
l Cæsar.
m v. c. copia omnis

A cibus ad spem cædis, & incendiorum esse reuocatas: equites Rom. proscriptionis: municipia, vastitatis: omneis, cædis metu esse permotos: potui, potui, P. C. multis auctoribus fortissimis viris, me vi, armisque defendere: nec mihi ille ipse animus idem meus, vobis non incognitus defuit. sed videbam, si vicissem præsentem aduersarium, nimium multos mihi alios esse vincendos. si b victus essem: multis bonis & pro me, & mecum, etiam post me esse pereundum: tribunitiisque sanguinis vltores, esse præsentes, c meæ mortis pœnas, iudicio, & posteritati reseruari. Nolui, cùm consul communem salutem sine ferro defendissem, meam priuatus armis defendere: bonósque viros lugere malui meas fortunas, quàm suis desperare. ac, si solus essem interfectus, mihi turpe: si d cum multis, reipublicæ funestum fore videbatur. Quòd si mihi æternam esse [e] propositam ærumnam arbitrarer: morte me ipse potiùs, quàm sempiterno dolore multassem. sed cùm viderem, me non diutiùs, quàm ipsam rempublicam ex hac vrbe abfuturum f. neque ego illa exterminata mihi remanendum putaui: & illa, simulatque reuocata est, me secum pariter reportauit. Mecum leges, mecum quæstiones, mecum iura magistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum vbertas, mecum deorum, & hominum sanctitates omnes, & religiones abfuerunt g. Quæ si semper abessent: magis vestras fortunas lugerem, quàm desiderarem meas. sin aliquando reuocarentur: intelligebam, mihi cum illis vnà esse redeundum. Cuius mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos capitis fuit, Cn. Plancius, qui, omnibus prouincialibus ornamētis, commodisque depositis, totam suam quæsturā in me sustentando, & conseruādo collocauit. qui si mihi quæstor imperatori fuisset: in filij loco fuisset. nunc certè erit in parētis, cùm fuerit quęstor nō imperij, sed doloris mei. ¶ Qua propter h, patres conscripti, quoniā in remp. sum pariter cum rep. restitutus: non modò in ea defendēda nihil minuā de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. etenim, si ea tū defendebā, cùm i aliquid mihi illa debebat: quid nūc me facere oportet, cùm ego illi plurimùm debeo? nā quid est, quod animū meū frangere, aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modò nullius delicti, sed etiam diuinorū in remp. beneficiorum testem esse videatis? nam k & importata est, quia defenderam ciuitatem: & mea voluntate suscepta est, ne à me defensa resp. per eundem me extremū in discrimen vocaretur. Pro me nō, vt pro P. Popillio, nobilissimo homine, adolescentes filij, nec n propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata, non, vt pro Q. Metello, summo l & clarissimo viro, spectata m iam adolescentia filius n: non L. & C. Metelli, consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Seruilij, Scipiones, Metellorum filij, flentes, ac sordidati, populo Romano supplicauerunt: sed vnus frater, qui in me pietate, filius: cui filiis, parens: amore, (vt erat) frater inuentus est: squalore, & lacrymis, & quotidianis precibus, desiderium mei nominis renouari, & rerum gestarum memo-

a L. fin victus esset.
b v. c. præsentes.
c *al.* fin eum mult.
d L. esse ærūnam propositam arb.
e L. afuturā: *al.* afuerunt.* P. CCXI.
f Lia fuerunt.
g POLLICETVR suū studium erga Rempublicam.*
h L. cùm mihi aliquid illa debebat: *ita v. a.*
i v. c. summo ac clarissimo.
k *al.* nam importata est.
l *q. lib. vulg.* spectatæ iam adolescentiæ fil.
m L. filius: L. & C. Met. cōsulares eorū lib. Q. Met. Nepos, qui tū cons. pet. Luculli, Seruilij &c.

a *al.* nisi me per vos.

riam vsurpari coegit. qui cùm statuisset, nisi per vos me recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium & vitæ,

b *al.* & mortis depoſceret:

& b mortis deposceret: numquam nec magnitudinem negotij, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela pertimuit. Alter fuit propugnator mearum fortunarum,

g L. ac pietate, & *ita v.c.*

& defensor assi luus, summa virtute, & c pietate, C. Piso, gener: qui minas inimicorum meorum: qui inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis: qui Pontum, & Bithyniam quæstor pro mea salute neglexit. Nihil vmquam senatus de P. Popillio decreuit, numquam in hoc ordine Qu. Metelli mentio facta est. Tribunitiis sunt illi rogationibus, interfectis inimicis, denique nulla auctoritate senatus, restituti, cùm alter eorum senatui

A

paruisset, alter vim, cædémque fugisset. Nam C. quidem Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis, tempestate ciuili expulsus est, non modò à senatu nõ est restitutus: sed reditu suo senatum cunctum pænè deleuit. nulla de illis magistratuum consensio, nulla ad reinp. defendendã populi R. conuocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorum, & coloniarum exstiterunt. Quare, cùm me vestra auctoritas arcessierit, populus R. reuocarit, resp. implorarit, Italia cuncta pæne suis humeris reportarit: non committam, P.C. vt cum ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quæ ipse præstare possimd, præsertim cùm illa amissa recuperarim,

B

d *v.c.* possim,

virtutem, & fidem numquam amiserim.

PRO DOMO [a] SVA, AD PONTIFICES.

ORATIO VICESIMANONA.

a aut verius area domus à P. Clodio euersa recuperãda: aut sanè pro domo sua ita euersa restituẽda vt & fuit restituta publico sumptu. Dion. 39. Ascon. hic 4 ad Attic. 3. & in Pisone.*

SYNOPSIS.

Respondet *Clodio qui actionẽ eius de potestate rei frumentariæ Pompeio dandæ reprehẽderat: Deinde suæ domus à Clodio euersæ, aream à Clodio trib. plebis consecratam, ab omni religione vacuã atque puram apud Pontifices docet. Effectus is fuit, vt Pontifices persuaserit aream sibi restitui. Acta eodem anno quo superiores duæ pridie Kal. Octobr.*

b EXOR. DIVM.* P. CCXIII.

C VM b multa diuinitus, pontifices, à c maioribus nostris inuenta, atque instituta sunt: tum nihil præclarius, quàm quod vos d *eosdem & religionibus deorum immortalium, & summæ reipub. præesse voluerunt:* vt amplissimi, & clarissimi ciues rempubl. bene gerendo, religiones e sapienter interpretando, rempublicam conseruarent. Quòd si vllo tempore magna causa in sacerdotum populi Romani iudicio, ac potestate versata est: hæc profectò tanta est, vt omnis reipublicæ dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatique commissa, creditáque esse videantur. Vobis hodierno die constituendum est, vtrùm posthac amenteis f, ac perditos magistratus improborum, ac sceleratorum ciuium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis. Nam si illa labes ac flamma reipublicæ, suum illum pestiferum, & funestum tribunatum, quem æquitate humana tueri non potest, diuina religione defenderit: aliæ cæremoniæ nobis erunt, alij antistites deorum immortalium, alij interpretes religionum requirendi. sin autem vestra auctoritate, sapientiáque, pontifices, ea, quæ furore improborum in h republica ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita gesta sunt,

C

b *al.* rescinduntur.* c *v.c.* diligendis, *fort.* dilegendis,

rescinduntur b: erit causa, cur consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis c, iure ac meritò laudare possimus. Sed, quoniam ille demens, si ea, quæ ego per hos dies in senatu de republica sensi, vituperasset, aliquem se aditum ad aureis vestras esse habiturum putauit. omittam ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille vti non potest, sed conuicio, cuius exercitationem cum intolerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate minuit. ¶ Ac primùm d illud à te, homine vesano, ac furioso, requiro, quæ te tanta pœna tuorum scelerum, flagitiorúmque vexet, vt hos taleis vitos, qui non solùm consiliis suis, sed etiam specie ipsa, dignitatem reipublicæ sustinent, quòd ego in sententia dicenda salutem ciuium cum honore Cn. Pompeij coniunxerim, mihi esse

D

d CONTENTIONIS pars prima de cõiuiis Clodij.*

E

itatos, & aliud de e summa hoc tempore religione sensuros, ac me absente senserint: arbitrêre. *Fuisti tu, inquit, apud pontifices superior: sed iam, quoniam te ad f populum contulisti, sis inferior, necesse est.* Itáne verò? quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas, & inconstantia, & crebra, quanquam tempestatum, sic sententiarum, commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia grauitas, à libidinosa sententia certum & definitum ius religionum, vetustas exemplorum, auctoritas litterarum, monumentorúmque deterret? *Tune es, ille, in*

e L. religiosissimi religiones sapiẽter interpretando eãdem cõseruarent, & ita Pamphilus emendat.

f L. potestati comm. & *ita v.c.*

g *v.c.* amenteis,

e L. de summa religione hoc tempore cens. & *ita v.c.*

f L. ad Pompeium cons.

h deest quibusdam.*

F

illexinquit, quo ſenatus carere non potuit? q. bonī luxerunt? quem reſpublī. deſideranit? quo reſtituto, ſenatus auctoritatem reſtituta putabamus? quam primùm aduenienſ prodidiſti? Nondum de mea ſententia dico. impudentiæ primùm reſpondebo tuæ. Hunc igitur, funeſta reipubl. peſtis, hûc tu ciuem ferro, & armis, & exercitus terrore, & conſulum ſcelere, & audaciſſimorum hominum minis, ſeruorum delectu[a], ſeſſione templorum, occupatione fori, oppreſſione curiæ, domo, & patria, ne cum improbis boni ferio dimicarent, cedere[b] curaſti, quem à ſenatu, quem à bonis omnibus, quem à cuncta Italia deſideratum, accerſitum[c], reuocatum, conſeruandæ reipubl. cauſa, confiteris? *At enim in ſenatum venire: in capitolium intrare turbulento illo die non debuiſti.* Ego verò neque veni & domi me tenui, quandiu turbulentum tempus fuit: cùm ſeruos tuos ad drapinam, ad bonorum cædem paratos, cum illa tua, conſceleratorum, ac perditorum manu, armatos, in Capitolium tecum veniſſe conſtabat, quod cùm mihi nunciaretur, ſcio me domi manſiſſe, & tibi, & gladiatoribus tuis inſtaurandæ cædis poteſtatem non feciſſe. poſtquàm mihi nunciatum eſt, populum R. in Capitolium, propter metum, atque inopiam rei frumentariæ, conuenſſe: miniſtros autem ſcelerum tuorum perterritos, partim amiſſis gladiis, partim ereptis, diffugiſſe: veni non ſolùm hinc vllis copiis, ac manu, verùm etiam cum paucis amicis. An ego, cùm P. Lentulus conſul, optime de me, ac de republ. meritus, cùm Qu. Metellus, qui, cùm meus inimicus eſſet, frater tuus, & diſſenſioni noſtræ, & precibus tuis ſalutem, ac dignitatem meam prætuliſſet, me arceſſerent in ſenatum cùm tanta multitudo ciuium tam recẽti officio ſuo me ad referendam gratiam nominatim vocarent: nõ venirem, cùm præſertim te iam illinc cum tua fugitiuorum manu diſceſſiſſe conſtaret? Hic tu me etiam cuſtodem, de ſenſorémque Capitolij, templorúmque omnium, hoſtem Capitolinum appellare auſus es, quòd, cùm in Capitolio: ſenatum duo conſules haberent, eò venirem? vtrumne eſt, tẽpus aliquod, quo in ſenatum veniſſe turpe ſit? an res illa talis erat, de qua agebatur, vt rem ipſam repudiare, & eos, qui agebant, condemnare[e] deberem? Primùm dico ſenatoris eſſe boni, ſemper in ſenatũ venire: nec enim his ſentio, qui ſtatuunt minus bonis temporibus in ſenatũ ipſi non venire: non intelligentes, hanc ſuam nimiam perſeuerantiam, vehementer iis, quorum animum offendere voluerunt, gratam, & iucundam fuiſſe. At enim nonnulli propter timorem, quòd ſe in ſenatu tutò non eſſe arbitrabantur, diſceſſerunt. Non reprehendo: nec quæro, fuerítne aliquid pertimeſcendum. puto arbitrioſſuo quemque timere oportere. cur ego non timuerim, quæris. Quia te illinc abiiſſe conſtabat. Cur, cùm viri boni nonnulli putarint[g], tutò ſe in ſenatu eſſe non poſſe, ego non idem ſenſerim? Cur, cùm ego me exiſtimaſſem tutò omnino in ciuitate, eſſe nõ poſſe: illucirem? an aliis licet, & rectè licet in meo metu ſibi nihil timere: mihi vni neceſſe erit & meum, & aliorum vicem pertimeſcere? An, quia non condemnaui ſententia mea duos conſules, ſum reprehendendus? eos igitur ego potiſſimum damnare[a] debui, quorum lege perfectum eſt, ne ego indemnatus[b] atque optime de repub. meritus, damnatorũ pœnam ſuſtinerem? quorum etiã delicta, propter eorum egregiam in me conſeruãdo voluntatem, non modò me, ſed omneis bonos ferre oporteret, eorum optimum conſilium ego potiſſimùm, per eos in meam priſtinam dignitatem reſtitutus, conſilio[c] repudiarem meo? At quam ſententiam dixi? Primùm eam, quã populi ſermo in animis noſtris diam ante defixerat: deinde eam, quæ erat ſuperioribus diebus agitata in ſenatu: deinde cã, quam natus trequẽs, tum cùm mihi eſt aſſentiẽs ſecutus eſt: vt neq. allata ſit à me res inopinata ac recẽs: nec, ſi quod in ſententia vitium eſt: magis ſit eius, qui dixerit, quàm omnium, qui probarint. At enim liberum ſenatus iudicium, propter metum, non fuit. Si timuiſſe eos facis, qui diſceſſerunt: cõcede, non timuiſſe eos, qui remãſerunt: ſinautem ſine iis, qui [e]tum abfuerunt, nihil decerni liberè potuit: cùm omnes adeſſent. cœptũ eſt referri de inducendo S. C. Ab vhiuerio ſenatu reclamatum eſt. Sed quæro, in ipſa ſententia, quoniam princeps ego ſum eius, atque auctor, quid deprehẽdatur. Vtrum cauſa capiendi noui conſilij non fuit? an meæ partes in ea cauſa non præcipuę fuerunt? an aliò potius confugiendum fuit? quæ[g] res, quæ cauſa maior eſſe quàm fames potuit, quàm ſeditio? quàm conſilia tua: tuorúmque: qui, facultate oblata, ad imperitorum animos incitandos, renouaturum te tua illa funeſta latrocinia ob annonæ cauſam putarunt[i]? Frumentum prouinciæ frumentariq; partim non habebãt, partim in alias terras, credo propter varietatem vẽdi. orum miſerant, partim quo gratius eſſet, tum cùm in ipſa fame ſubueniſſent, cuſtodiis ſuis clauſum continebant, vt ſubito nouum mitterent. Res erat nõ in opinione dubia, ſed in præſentia, atque ante[k] oculos propoſito periculo: neque in coniectura proſpiciebamus, ſed iam experti videbamus. nam cùm ingraueſceret annona, vt iam planè inopia, ac fames, non caritas timeretur: concurſus eſt ad templum Concordiæ factus, ſenatum illuc vocante Metello conſule: qui [l]ſi verus fuit, ex dolore hominum, & fame: certè cõſules cauſam ſuſcipere, certe ſenatus aliquid cõſilij capere potuit[m]. ſin [n]in cauſa fuit annona, ſeditionis quidem [o]ſtimulator, & concitator tu fuiſti: nónne id agendum nobis omnibus fuit, vt materiem ſubtraheremus furori tuo? Quid, ſi vtrumque fuit, & vt fames ſtimularet homines, & tu in hoc vlcere, tãquam vnguis, exiſteres? nónne fuit eo maiora adhibenda medicina, quæ & illud natiuum, & [p]hoc delectum[q] malum ſanare poſſet? Erat igitur & præſens caritas, & [r]futura fames: inde faxis facta lapidatio eſt. Si ex dolore plebeio [s]nullo incitante: magnũ malum. ſi P. Clodij impulſu: vltrũ hominis facinoroſi ſceleus. ſi vtrumque, vt & res eſſet eã, quę ſua ſponte multitudinis animos incitaret, & parati, atque armati ſeditionis duces: viderúrne ipſa reſpu. & conſulis auxiliũ imploraſſe, & ſenatus fidem? Atqui vtrumque fuiſſe perſpicuũ eſt, difficultatem annonæ, ſummámque inopiam rei frumentariæ, [t]vt homines non iam diuturnam caritatem, ſed [u]vt famem planè timerent, nemo negat

a L. dilectu, & ita v.c.

P. CCXIIII. b L. cedere coegiſti, quę à ſen. c L. arceſſitũ, & ita v.c.

d L. à te iampridem ad bonorum cæd. & ita v.c.

a v.c. dãpnare deb. *medius.* b v.c. indemnatus, *medius.*

c v.c. meo cõſilio repudiarem? & ita L.

d veſtris.

P. CCXV.

e L. qui tum à fuerunt.

f v.c. noui cõſilij capiendi L. quæ vis, quæ c.

g L. maior, quàm fames, eſſe potuit. & ita v.c.

h L. putauerunt?

i L. putauerunt?

k *fort.* antè oculos poſito peric.

l L. quiſi verus fuit ex dol. hom.

m *fort.* debuit fin.

n *al.* ſi cauſa fuit annona

o v.c. inſtimulator.

P. B.

p L. & hoc d. latũ mal. q *al.* delectũ

r L. & futura fames. Nõ eſt factus facta lapidatio eſt.

s v.c. plebei, & ita L.

t L. ſed famẽ planè.

u *al.* fuiſſe me

P. B. e v.c. condemnarem *medius.*

f v.c. ſuo quę que arbitratu timere oport. & ita L.

g v.c. putarent;

[a] al. ansam.* hanc istum, otij & pacis hostem, causam [a] arrepturum fuisse ad incendia, cædem, rapinas nolo, pōtifices, suspicemini, nisi videritis. Qui sunt homines à Qu. Metello, fratre tuo, consule, in senatu palā nominati, àquibus ille se lapidibus appetitū, & [b] percussum esse dixit? L. Sergium, & M. Lolliū nominauit. Quis est iste Lollius? qui sine ferro ne nūc quidem tecum est: qui, te tribuno pleb. nihil de me dicam, sed qui, Cn. Pompeium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum, damnatus iniuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ. His, atq. huiusmodi ducibus, cùm tu in annonæ caritate in consules, in senatum, in bona, fortunásque locupletū[c], per causam inopum, atque peregrinorum, repentinos impetus cōparares: cùm tibi salus esse in otio nulla posset: cùm desperatis ducibus decuriatos, ac descriptos haberes exercitus perditorum: nónne prouidēdum senatui fuit ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret? Fuit igitur causa capiendi noui [e] consilij. Videte nunc fuerintne partes meæ pænè præcipuæ. Quē tū Sergius ille tuus, quē Lollius, quē ceterepestes in lapidatione illa nominabāt? quē annonam prœsta re oportere dicebant? nónne me? quid puerorum illa cōcursatio nocturna? num fā te ipso instituta, me frumētum flagitabant? Quasi verò ego aut rei frumentariæ præfuissem, aut compressum aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quidquam, aut curatione, aut potestate valuissem. Sed homo ad cædē imminens, meum nomen operis ediderat, imperitis iniecerat. Cùm de mea dignitate in templo Iouis Optimi Maximi senatus frequentissimus, vno isto dissentiente, decreuisset: subitò, illo ipso die, carissimam annonā nec opinata vilitas consecuta est. E aut qui deos immortaleis (id quod ego sentio) numine suo reditum meum dicerent comprobasse, nonnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturámque reuocabāt, qui, quòd in meo reditu spes otij, & concordiæ sita videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, iam pænè belli depulso metu, commutatam [g] esse annonam dicebant: quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, à me, cuius aduentu fore vili tatem boni viri dictitabant, annona flagitabatur. Ego denique non solùm ab operis tuis, impulsu tuo nominabar, sed etiam depulsis, ac dissipatis tuis copiis, à populo Rom. vniuerso, qui tum in Capitolium conuenerat, cùm illo die missus valerē, nominatim in senatum vocabar. Véni exspectatus, multis sententiis iam dictis, togatus sum sententiam dixi reipubli. saluberrimam [k], ac mihi necessariam. Petebatur à me frumēti copia, annonæ vilitas, quasi possem aliquid in ea re regenda: non [m] habebatur. flagitabar bonorum expostulatione. improborum conuicia sustinere non poteram. delegaui amico locupletiori, non quo illi, ita de me merito, onus illud imponerem, (succubuissem enim potiùs ipse) sed quia videbam id, quod omnes: quos nos de Cn. Pompeio polliceremur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate deque sua facillimè perfecturum. Itaque, sique hūc dij immortales fructum mei reditus populo Roma. tribuunt, vt, quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, dijs cordia fuisset: sic reditu meo vbertas agrorum, frugum copia, spes otij, trāquillitas animorum, iudicia, leges, concordia populi, senatus auctoritas, mecū simul reducta videantur: siue egomet aliquid aduentu meo, consilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio populi [a] Romani præstare debui: præsto, promitto, spondeo: nihil dico amplius: hoc, quod satis est huic tempori, dico, rempublicam annonæ nomine, in id discrimen, quò vocabatur, non esse venturam. Nū igitur in hoc officio, quod fuit præcipue meum, sententia mea reprehenditur [b]. Rem maximam eripuisse peste summi periculi, nō solùm eam, sed etiam vos à cæde, incendiis, vastitate: nemo negat: cùm ad causam caritatis accederet iste speculator communium miseriarum, qui semper in reipub. malis, sceleris sui faceis inflāmarit [d]. Negat oportuisse quidquam vni extra ordinem decerni. Non iam tibi sic respondebo, vt ceteris: Cn. Pompeio plurima, periculosissima, maxima, terra, marsque bella extra ordinem esse commissa: quarum rerum si quem pœniteat, eum victoriæ [e] populi Rom. pœnitere f. non ita tecum ago. Cum his hæc à me haberi oratio [g] potest, qui ita disputant, se, si qua res ad vnū deferenda sit, ad Cn. Pompeiū delaturos potissimùm: sed se extra ordinem nihil cuiquā dare, cùm Pompeio datum sit, id se pro dignitate hominis ornare, ac tueri solere. Horum [h] ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompeij triumphis: quibus ille, cùm esset extra ordinem ad patriam defendendam vocatus, auxit nomen populi Rom. imperiúmque honestauit: constantiam probo, qua mihi quoque vtendum fuit, quo ille auctore? extra ordinem bellum cum Mithridate, Tigranéque gessit. Sed cum illis tamen possum aliquid disputare: tua verò quæ tanta impudētia est, vt audeas dicere, extra ordinē dare nihil cuiquam oportere? qui cùm lege nefaria Ptolemæum [k], regem Cypri, fratrem regis [l] Alexandrini, eodem iure regnantem, causa incognita, publicasses, populúmque Rom. scelere obligasses: cùm in eius regnum, bona, fortunas, latrocinium huius imperij immisisses, cuius cum patre [m], auo [n], maioribus societas nobis, & amicitia fuisset: huius ius pecuniæ deportandæ, &[o], si quis suum ius defenderet, bello gerendo M. Catonem præfeciſti. Dices, Quem virum? Sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, amicissimum, reip. virtute, consilio, ratione [p] vitæ mirabili ad laudem, & propè singulari. Sed quid ad te, qui negas esse [q] iuris, quemquam vlli reip. extra ordinem præfici? Atque in hoc solùm inconstantiam redarguo tuam: qui in ipso Catone, quem [r] tu non pro illius dignitate æquaueras, sed pro tuo scelere subduxeras: quem tuis Sergiis, Lolliis, Titiis, ceterísque, cædis, & incendiorum ducibus, obieceras: quem carnificem ciuium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras: ad hunc, honorem, & imperium extra ordinem nomina-

[b] L. etiā percussum.

[c] v.c. locupletium & ita L.

[d] L. atque imperitorum & ita v.c. & vīnatāe lib. vulg.

[e] P. CCXVI. q. v. c. consilij noui.

[f] l. non à te ipso instit. & ita v.c.

[g] v.c. commutatam annonam esse d.

[h] fort. dispulsis.

[i] L. multis iā sententijs di &is.

[k] L. saluberrimam, mihi necessariam. l. L. in ea re, mei ratio nō habebatur. vel neque ratio non habebatur. al. merperſonæ ratio non habebatur. vel anni ratio nō habebatur.

[l] al. Augg. gerenda nominabar, flagitabar. Pantagathus præceteris.*

[m] ære habeo*

[a] al. populo R.

[b] v.c. reprehenditur?

[c] veteres, pertuisse summi periculi non solùm eam, sed etiā &c.

[d] L. inflammaret.

[e] al. victoris populi Romani necesse est pœnitere.

[f] al. pœnitere necesse esse: P. CCXVII.

[g] v. c. oratio est, & c. non placet.

[h] v.c. Horum autē sententiam ne laudem, impedior i al. suā forc*

[k] Ptolemæus hic, Ptolemæi Auletis Aegypti regis frater, qui cùm Catonē, Clodij rogatione ad eum missum auditset, vim haud sibi expectandū ratus, veneno sibi mortem conscisuit.*

[l] Alexandrini reges qui & Aegyptij.*

[m] Ptolemæo Laturo.

[n] Ptolemæo Euergete, qui & Physcon.*

[o] L. &, si is suum ius defend.

[p] L. ratione, vita, mirabili ad l.

[q] L. esse verum, quemquā, & v. veruin autem, id est iustum: æquis, vt alias in. pro Murena & 2. ad Atticum. & Horat. 1. Epistol. ad Mæcenatem, metiri se quēque suo modulo ac pede verum est.*

[r] v.c. quem tu in eo non pro illi.

tima ro-

tim rogatione tua detulisti: & tanta fuisti intemperantia, vt illius tui sceleris rationem occultare non posses. Litteras in concione recitasti, quas tibi à C. Cæsare missas diceres.

CAESAR [a] P. CLODIO. cùm etiam ea argumentatus, amoris esse hoc signum [b], cùm nomen [c] tantùm vteretur, neque adscriberet, proconsulid, aut tribuno pl. deinde [c] gratulari, quòd idè in posterum M. Catonem tribunatu tuo remouisses, & quòd idem in posterum de extraordinariis potestatibus liberam ademisses. Quas aut numquam tibi ille litteras misit: aut, si misit, in concione recitari noluit: aut, siue ille misit, siue tu finxisti: certè consiliũ tuũ de Catonis honore, illarum litterarum recitatione patefactũ est. Sed omitto Catonem, cuius eximia virtus, dignitas, & in eo negotio, quod gessit, fides, & continentia, tegere videantur improbitatẽ & legis, & actionis tuæ. Quis prouinciam hominis post homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo: quis illam opimam, fertilémque Syriam, quis [g] bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros constitutam, ereptam [h] vi ex Cæsaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit? Cui quidem cùm Ciliciam dedisses, mutasti pactionem, & Ciliciam ad prætorem item extra ordinẽ transtulisti: Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti. Quid? homini tæterrimo, crudelissimo, fallacissimo, omnium scelerum, libidinúmque maculis notatissimo, L. Pisoni, nónne nominatim populos, liberos, multis senatusconsultis, etiam recenti lege Fufia [i] ipsius liberatos, vinctos, & constrictos tradidisti? nónne, cùm ab eo merces tui beneficij pretiúmque prouinciæ, meo sanguine tibi esset persolutum, tamen ærarium cum eo partitus es? Itáne verò? tu prouincias consulares eis, quas C. Gracchus, qui vnus maximè popularis fuit, non modò non abstulit ab [k] senatu, sed etiam, vt necesse esset quotannis constitui per [l] senatum decreta lege sanxit: eas lege [m] Sempronia per senatum decretas, rescidisti? extra ordinem sine sorte, nominatim dedisti, non consulibus, sed reipub. pestibus? nos, quòd nominatim rei maximæ pænè iam deperditæ, summum virum sæpe ad extrema reipub. discrimina delectum [n] præfecimus, à te reprehendemur? Quid tandem? si, quæ [o] tum illis reipub. tenebris, cæcísque nubibus, & procellis, cùm senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse archipirata cum grege prædonum impurissimo plenissimis velis nauigares: si, quæ tum promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti, perficere [p] potuisses, qui locus in orbe terrarum vacuus extraordinariis fascibus, atque imperio Clodiano fuisset? Sed excitatus aliquando Cn. Pompeij (dicam ipso audiente, quod sensi, & sentio, quoquo [q] animo me auditurus est) excitatus, inquam, aliquando Cn. Pompeij nimium diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor, subuênit subitò reipubli. ciuitatémque fractam malis, mœstam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam spẽ libertatis, & pristinæ dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariæ præficiẽdus non fuit? Scilicet tu heluoni spurcissimo [r], prægustatori libidinum tuarum, homini egentissimo, & facinorosissimo [s], Sex. Clodio, socio [a] tui sanguinis, qui sua [b] lingua etiam sororem tuam à te abalienauit, omne frumentum prinatum, & publicum, omneis prouincias frumentarias, omneis mancipes, omneis [c] horreorum claueis lege tua tradidisti. qua ex re primùm caritas nata est: deinde inopia: impendebat fames, incendia, cædes, diceptio: imminebat tuus furor omnium fortunis, & bonis. Queritur etiam importuna pestis, ex ore impurissimo Sex. Clodij rem frumentariam esse ereptam, summísque in periculis, eius viri auxilium implorasse remp. à quo sæpe se & seruatam, & amplificatam esse meminisset. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio. Quid? de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, nónne extra ordinem tulisti? An de peste ciuis, quemadmodum omnes iam dij, atque homines iudicauerunt, conseruatoris reipub. quemadmodum autem tute ipse confiteris, non modò indemnati, sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre non legem, sed nefariũ priuilegium lugente senatu, mœrentibus bonis omnibus, totius Italiæ precibus repudiatis, oppressa, captáque republica: mihi popul. Ro. implorante, senatu poscente, temporibus reip. flagitantibus, non licuit de salute populi Ro. sententiam dicere? Qua quidem in sententia, si Cn. Pompeij dignitas aucta est, coniuncta [d] cum vtilitate communi, certè laudandus essem, si eius dignitati suffragatus videretur, qui meæ saluti opem, & auxilium tulisset. Desinant, desinant homines iisdẽ machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antè à stantem perculerũt. Quod enim par amicitiæ consularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos, ego, & Cn. Pompeius? quis apud populum Romanum de [e] illius dignitate industriùs, quis senatui sæpius dixit? qui tantus fuit labor, quæ simultas, quæ contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? qui ab illo in me honos, quæ prædicatio de mea laude, quæ remuneratio beneuolentiæ prætermissa est? Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in republica bene gerenda, hanc iucundissimam vitæ, atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus, & falsis criminibus diremerunt: cùm fidem illum, vt me metueret, me caueret, monerent: iidem apud me, mihi illum esse [g] vni inimicissimum, dicerent: vt neque ego, ab illo quę mihi petẽda essẽnt, satis audacter [h] petere possem: neque ille, tot suspicionibus certorum hominum, & scelere exulceratus, quæ meum tempus postularet, satis prolixè mihi pollicereter. Data merces est erroris mei magna, pontifices, vt me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat: qui, cùm me non repẽ inum aliquod meum i tempus, sed veteres multò antè susceptos, & prouisos labores, cũ viro fortissimo, & clarissimo coniunxissent, sim [k] passus à tali amicitia distrahi: neque intellexerim, quibus aut vt apertis [l] inimicis obsisterem, aut vt insidiosis amicis non crederem. Proinde desinant aliquando me iisdem inflammare [m] verbis: Quid sibi iste vult? nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus. cur ornat eum, à quo desertus est? Ego verò neque me tum desertum puto, sed pænè [n] dedi-

a CAESAR PVLCHRO.
b L. signum, quòd, cognominib. tantũ vteretur.
c *Lamb.* cognominibus, male. forte legendum est nomine. Nam Cæsar P. Clodio non referebat, hac formula P. Clodio nomine ratum vtitur non cognomine.*
d *al.* pro consule.
e L. deinde gratulari tibi, quod M. Catonem à tribunatu tuo remouisses, & quod tale imperium posthac esset. *al.* idem vt pro Sextio.
f L. quis bellum pacatissimis gentib. inferendum, quis pec.
h L. vi ereptã
i L. generi ipsius lib.
k *v.c.* à senatu.
l L. per senatum decretas lege sanxit: k subaudi pro P. CCXVIII. uincias. *al.* per senatus.*
m Lege Sempronia (quæ à C. Graccho Tiberij fratre lata) comprehẽdebatur, vt senatus prouincias Consulares quotannis decerneret, vtque nemini intercedere liceret. adde Ciceronem oratione de prouinciis consularibus, & pro Balbo. t. Epist. fam.* n L. dilecti, *C. ita v.c.*
o L. quæ tum in illis:
p L. perferre potuisses, & *ita v.c.*
q L. quoquo me animo auditurus esset)
r purgatissimo. *Lamb.* impuratissimo.*
f Administer hic fuit & assecla P. Clodij.
a *sors.* socio, tuique sanguinis. *Pauca gerebat* socio tuifacinoris.*
b hoc lingua rire posita appellat Græci. γλωσσατείη cuiusmodi lingua mala est: etiamsi taceat, vt Arnobij verbis vtamur, lib. .* c *v.c.* omnis horreorum claues.
d L. coniuncta vtilitate cõmuni: certè l.
e L. de illius dignitate illustriùs, quis *sen. v.c.* de illa dignit. iniustriùs, q.
f L. sibi à me caueret, P. CCIX.
g *v.c.* vni esse in.
h L. audaciter pet. & *ita v.c.*
i *v.c.* tempus meum.
k *al.* passus sim.
l L. *dilectis. v.c.* pertissimis
m L. infame verbis
n *al.* pœnæ *al.* planè.

tum: nec, quæ sint in illa reipu. flamma gesta contra me, neque quomodo, neque per quos patefaciendum [a] mihi esse arbitror. Si vtile reip. fuit, haurire me vnum pro omnibus illam indignissimam calamitatem: etiam hoc vtile sit, quorum id scelere conflatum sit, me occultare, & tacere. Illud verò est hominis ingrati tacere. Itaque libentissimè prædicabo, Cn. Pompeium studio, & auctoritate æquè, vt vnumquemque vestrùm, opibus, contentione, precibus, periculis [b] denique, præcipuè pro salute mea laborasse. Hic tuis, P. Lentule, cùm tu nihil aliud dicis, & noctes, nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit: hic tibi grauissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit: hic municipia, coloniásque adiit: hic Italiæ totius auxilium cupieris implorauit: hic in senatu princeps sententiæ fuit, idémque cùm dixisset [c], tum etiam pro salute mea populum Rom. obsecrauit. Quare istam orationem, qua es vsus, omittas licet: post illam sententiam, quam dixerami de annona, pontificum animos esse mutatos: perinde [d], quasi isti aut Cn. Pompeio aliter, atque ego existimo, sentiãt: aut, quid mihi pro exspectatione populi Romani, pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro ratione mei tẽporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cuius fortè pontificis animum, quod certò scio aliter esse, mea sententia offendit, alio modo fit constituturus aut de religione pontificũ, aut de republica quàm eum aut cæremoniarum ius, aut ciuitatis salus coegerit. ¶ Intelligo [f], pontifices, me plura extra causam dixisse, quàm aut opinio tulerit, aut volũtas mea, sed cùm me purgatum vobis esse cuperem, tum etiã vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. Sed hoc cõpensabo breuitate eius orationis, quæ pertinet ad [g] ipsam cognitionem vestram: quæ cùm sit [h] in ius religionis, & in ius reipubl. distributa, religionis partem, quæ multo est verbosior, prætermittens [i], de iure reipubl. dicam. Quid est enim aut tam arrogans, quàm de religione, de rebus diuinis, cæremoniis, sacris, pontificum collegium docere conati: aut tam stultum, quàm [k], si quis quid in vestris libris inuenerit, id narrare vobis: aut tam curiosum, quàm ea scire velle, de quibus maiores nostri vos solos & consuli, & scire voluerunt? Nego potuisse iure publico, legibus iis, quibus hæc ciuitas vtitur, quẽquam ciuem vlla eiusmodi calamitate affici, sine iudicio. hoc iuris in hac ciuitate, etiam [l] tum, cùm reges essent, datum fuisse: hoc nobis esse à maioribus traditum: *hoc esse denique proprium liberæ ciuitatis, vt nihil de capite ciuis, aut de bonis, sine iudicio senatus, aut populi, aut eorum, qui de quaque re constituti iudices sint, detrahi possit.* Vidésne [m] me non radicitus euellere omneis actiones tuas? nequeⁿ illud agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse iure, non fuisse tribunum pleb.? hoc dico, esse [o] patricidium P: dico apud pontifices augures adsunt: versor in medio iure publico. Quod est, pontifices, ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, &, cùm [q] potuerit, sit expertus. Quæ deinde causa cuique sit adoptionis, quæ ratio generum [r], ac dignitatis, quæ sacrorum, quæri [b] à Pontificum collegio solet. Quid est horum in ista adoptione quæsitum? Adoptat annos viginti [c] natus, etiam minor [d], senatorem. Liberorúmne [e] causa? At procreare potest. habet vxorem: suscepit etiam liberos. Exhæredabit igitur pater filium. Quid? sacraf Clodiæ gentis cur intereunt, quod in te est? quæ omnis notio pontificum, cùm adoptare [g], esse debuit. Nisi, forte ex te ita quæsitum est, num perturbare rempublicam seditionibus velles: & ob eam causam adoptati, non vt filius esses, sed vt tribunus plebis fieres, & [h] funditus euerteres ciuitatem. Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbauerunt [i], non ætas eius, qui adoptabat, quæsita est, vt in Cn. Ausidio, M. Puppio: quorum vterque nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptauit. quas *adoptiones*, sicut alias innumerabileis, *hereditates nominũ, pecuniæ sacrorum secutæ sunt*. Tu neque Fonteius es, qui esse debebas: neque patris heres: neque, amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti. Ita perturbatis sacris, contaminatis gentibus, & quam deseruisti, & quam polluisti, iure Quiritum [k] legitimo tutelarum, & hereditatum relicto [l], factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisti. Dico apud pontifices. nego, istam adoptionem pontificio iure esse factam: primùm, quòd hæ [m] vestræ sint ætates, vt is, qui te adoptauit, vel [n] tibi loco filij per ætatem esse potuerit: deinde quòd causa quæri soleat [o] adoptandi, vt & is adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, & legitimo, & pontificio iure quærat: & ita adoptet, vt nequid aut de dignitate generum [p], aut de sacrorum religione minuatur. illud in primis, nequa calumnia [q], nequa fraus, nequis dolus adhibeatur: vt hæc simulata adoptio [r] filij, quàm maximè veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. Quæ maior calumnia est, quàm venire imberbem [s] adolescentulum, benè valentem, ac maritum: dicere, filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire, & videre omneis: non vt ille filius instituatur, sed vt è patriciis exeat, & tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscurum. nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius, qui adoptarit. Cur ergo adoptatur [t]? probate genus adoptionis. iam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis, iam patricius nemo relinquetur. cur enim quisquam vellet [u] tribunum plebis se fieri non licere? augustiorem tibi [x] esse petitionem consulatus: in sacerdotium cùm possit venire, quia patricio non, sit locus, non venire? Vt cuique aliquid acciderit, quare commodius sit se plebeium, simili ratione adoptabitur. Itaque populus Romanus breui tempore, neque regem [y] sacrorum, neque flamines, nec [z] Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes: neque auctores centuriatorum [aa], & curiatorum comitiorum: auspiciáque populi Romani, sibi magistratus patricij creati nõ sint, intereant necesse est, cùm interrex [cc] nullus sit, quòd & ipsum, patriciũ esse, & à patricio prodi necesse est. Dixi apud pontifices istam adoptionẽ nullo decreto huius collegij, probatam, contra omne pontificium ius factam, pro nihilo esse ha-

a L. patefaciendi mihi cre. & ita v.c.

b v.c. periclis den.

P. B.

c *al.* dixit*

d L. dixerim. e L. proinde, quasi

f CONTENTIONIS pars altera, quæ est DE COGNITIONE PONTIFICVM, cuius priore parte ostendit Clodij tribunatum nullum esse iure sacrorum auspiciorum, legum.*

g v.c. ad causam, cognitionémq. vestram: & ita

h Pontificũ cognitio in ius religionis & Reip. distributa.*

i L. prætermittam, de iure, & v.c. & ita v.c.

k *al.* quàm, quod quis in vestr.

l v.c. etiam cùm reges essent.

P. CCXX.

m L. Vidésne me radicitus.

n L. me illud

o L. te esse patricium: & ita v.c. Nec enim per leges licuit patricio trib. plebis fieri.

p Ant. Augustin. Pontificium. *al.* patricidium.

q forte quod non potuerit, sit expertus*

r *al.* ratio

s *forte* generis vel ætatis vel gentis: nisi ſi, genere voce intelligas, ordine plebeium, equestrem, senatorium.*

b De adoptione vide titulũ Digestorum, & Inst. de adoptionib. & §. Gell. 19.*

c Ætas in adoptante quæsito.*

d Ordo in adoptionibus quærebatur.* e id est, quod liberos nullos habeat.*

f Adoptiuus in sacra adoptantis transibat.*

g L. adoptare, [vt Cicero alloquitur P. Clodium qui è P. B. Fonteio, plebeio homine adoptari voluit, vt trib. pleb. fieret.

h L. & funditus ciuitatem euerteres.

i verbum, *approbauerunt*, non habent tres libri veteres.

k v.c. Quiritium.

l L. derelicto, & ita v.c.

m L. & ex

n L. vel filij tibi loco per ætatem &c.

o *al.* solet

p fortè *generis* vt & paulò antè emendatum.*

q v.c. kalumnias,

r *al.* adoptio*

s *al.* inberbem vt apud Charis. lib. 1.*

t *al.* adoptabat.*

u *al.* volet.*

x quia plebeij bini cõsules esse potuerunt, at nõ patricij. L. &

y sacerdotis gradus.*

z L. neq. Salios hab.

aa de comitiis & centuriatis vide Gellij 27.*

bb Ex patriciis qui magistratus & sacerdotes egerint. P. CCXXI.*

cc Interrex nullus esse potest nisi qui patricius, & patricio.*

esse habendam: qua sublata, intelligis, totum tribunatum tuum concidisse. ¶ Venio ad *augures* quorum ego libros, si qui sunt recóndi-
ti, non scrutor: non sum in exquirendo iure augurum curiosus, hæc, quæ vnà cum populo didici, quæ sæpe in cõcionibus responsa sunt, noui. *Negant*[a] *sas esse agi cum populo, cùm de cælo seruatum sit.* Quo die de te lex curiata lata esse dicatur, audes negare de cælo esse seruatum? Adest præsens vir singulari virtute, constantia, grauitate præditus, M. Bibulus. hunc consulem illo ipso die contendo seruasse de cælo. Infirma[b] sunt igitur acta, tua sententia, C. Cæsaris, viri fortissimi? Minimé. neque enim mea iam quidquã interest, exceptis his telis, quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. Sed hæc de auspiciis, quæ ego nunc perbreuiter attingo, acta sunt à te, tu, tuo præcipitante iam, & debilitato tribunatu, auspiciorum patronus subitò exstitisti: tu M. Bibulum in concionem, tu, augures, produxisti. te interrogante augures responderunt, cùm *de cælo seruatum sit*, cum populo agi non posse. tibi M. Bibulus quærenti, se de cælo seruasse respondit: idémq. in concione dixit, ab Appio, fratre tuo, productus, te omnino, quòd contra auspicia adoptatus esses, tribunum plebis non fuisse. Tua deniq. omnis actio posteriorib. mensibus fuit: omnia, quæ C. Cæsar egisset, quæ[c] contra auspicia essent acta, per senatum rescindi oportere. quod si fierent, dicebas te tuis humeris me custodem vrbis in vrbem relaturum. Videte hominis amentiã, dum per suũ tribunatũ Cæsaris actis alligatus[d] teneretur. ¶ Si & sacrorũ iure pontifices, & auspiciorũ religione augures totum euertunt tribunatum tuum, quid quæris amplius? an etiam apertiùs aliquod *ius populi*, atque *legum*? Hora[f] fortasse sexta dici questus sum in iudicio, cùm C. Antonium, collegam meum defenderem, quædam de republica, quæ mihi visa sunt, ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros forteis longè aliter, atq. à me dicta erant, detulerunt. Hora nona, illo ipso die, tu es adoptatus. Si, quod in ceteris legib. trinũm nundinũm esse oportet, id in adoptione satis est, trium esse horarum: nihil reprehendo. sin eadem obseruanda sunt: decreuit[g] senatus, M. Drusi legibus, quæ contra legem b Cæciliam, & Didiam latæ essent, populum non teneri[l]. Iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse? Atque ego hoc totum non sine causa reliquo. video enim, quosdam clarissimos viros, principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse, te cum plebe iure agere potuisse: qui etiã de me ipso, cùm tua rogatione funere elatam remp. esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum, atque acerbum fuisset, iure indixisse, cùm esse dicebant. quod[l] de me ciue, ac de repub. bene merito tulisses, fune stum funus te indixisse reipublicæ: quod saluis auspiciis tulisses, iure egisse dicebant. Quare licebit, vt opinor, nobis eas actiones non infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum tuum comprobauerunt. ¶ Fueris[m] sanè tribunus plebis *tam*[n] *iure, quàm*[o] *lege*, quàm fuit hic ipse Rullus, vir omnibus rebus clarissimus, atque amplissimus: quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de eapite ciuis indemnati tulisti? *Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ, leges*[a] *priuatis hominibus irrogari: id est* enim priuilegium. nemo vmquam tulit: nihil est crudelius, nihil pernicios ius, nihil, quod minùs hæc ciuitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud, & omnis acerbitas Syllani temporis, quid habet, quod maximè sit insigne ad memoriam crudelitatis? opinor, pœnam in ciuẽis Romanos nominatim sine iudicio constitutam. Hanc vos igitur, pontifices, iudicio, atq. auctoritate vestra tribuno plebis potestatem dabitis, vt proscribere possit, quos velit? quæro enim, quid sit aliud proscribere. VELITIS, IVBEATIS, VT M. TVLLIVS IN CIVITATE NE SIT, SONAQVE EIVS VTI MEA SINT. Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Hoc plebiscitum[b] est? hæc lex? hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? hoc ferre ciuitas, vt singuli ciues singulis versiculis è ciuitate tollantur? Equidem iam perfunctus sum: nullam vim, nullum impetum metuo: expleui animos inuidorum: placaui[c] odia improborum: saturaui etiam perfidiam, & scelus proditorum. denique de mea causa, quæ videbatur perditis ciuibus ad inuidiam esse proposita, iam omnes vrbes, omnes ordines, omnes dii, atque homines iudicauerunt[d]. ¶ Vobismetipsis pontifices, & vestris liberis, ceterisque ciuibus, pro vestra auctoritate, & sapientia consulere debetis. nam, cùm tam moderata iudicia populi sint à maioribus constituta: primùm, *Vt ne pœna capitis cum pecunia coniungatur*: deinde, *Ne, nisi prædicta*[e] *die, quis accusetur: aut ter ante magistratus accuset*[f], *intermissa die, quam multam irroget, aut iudicet: quarta sit accusatio trium nundinum prodicta*[g] *die, qua die iudicium sit futurum:* tum multa etiam ad placandum, atque ad misericordiam reis concessa sunt: deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute: denique etiam si qua res illum[h] diem aut auspiciis, aut[i] excusatione sustulit: tota causa iudicij[k] que sublatum est. Hæc[k] cum ita sint in re, vbi crimen est? vbi accusator? vbi testes? Quid indignius, quàm, qui neque adesse sit iussus, neque citatus, neque accusatus, de eius capite, liberi, fortunis omnibus, conductos, & sicarios, egenteis, & perditos suffragium ferre, & eam legem putare? At, si hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem causa, quem respublica tuebatur, cuius denique pecunia non expetebatur, cui nihil oberat præter conuersionem status, & inclinationem communium temporum: quid tandem futurum est iis, quorum vita remota ab honore populari, & ab hac illustri gratia est: pecuniæ autem tantæ sunt, vt eas nimium multi, egentes, sumtuosi, nobileis concupiscant? Dare hunc tribuno plebis licentiam, & intermini paulisper animis iuuentutem, & eos maximè, qui imminere iam cupiditate videntur in tribunitiam potestatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota reperientur, hoc iure firmato, quæ coëant de hominum locupletissimorum bonis, præda præfertim populari, & spe largitionis oblata. ¶ At quid tulit legum scriptor peritus, & callidus? VELITIS, IVBEATIS, VT M. TVLLIO AQVA[l], ET IGNI INTERDICATVR?

a dixi oratione de prouinciis Consularibus.* h L. infirma sunt igitur, tua sententia; acta C. Cæs. viri fortiss.
c al. quod. al. quia.*
d L. amentiam quipe rire suum tribunatũ tum demum voluerit; vbi perf. trib.
e L. illigatus
f L. Hora circiter sexta diei
g al. iudicauit. al. sicut decreuit senatus,
h Lex Cæcilia & Didia à Q. Cæcilio Metello & T. Didio Coss.
P. B. Fasti Consul. meminit huius legis Cicero 2. ad Attic. 10. Philipp. 5. Hac autẽ cauebatur, vti trinis nũdinis proposita lex esset, antequã ferretur: vtique capita separarentur, & alia id genus: vide quæ dicit Cicero trinundinum in adoptione P. Clodij non fuisse seruatum 2. ad Attic. 10. Philippica 5. De trinundino adde Dionẽ 45. 46. 5. Gell. 19.
i al. temeri is intelligis,
k 7. v. c. At ego hoc totum, &c.
l L. quod de me ciui, ac de rep. bene merito ciui tulisses; funus te indixim CONTENTIONIS pars tertia: seu secundæ partis cõtentionis pars altera DE ACTIONIBVS Clodij. Hac autem parte probat, actiones Clodij esse irritas. Ac primum legem Clodiam, priuato homini latam esse contra formam iudiciorum, per iniurias & vim latam.
Deinde domus suæ euersionem & dedicationẽ reprehendit. n vide 5. Gell. 19. Senec. c. 18. de breuitate vitæ. l. pen. 12. de adop. o L. tã lege.

m v. c. aduersus
Tom. 2. tt. ij.

crudele, nefarium, ne in sceleratissimo quidem ciue [a] ferendum sine iudicio. Non tulit, vt interdicatur. quid ergo? vt interdictum sit. O cœnum, ô portentum, ô scelus! hanc tibi legem Clodius [b] scripsit, spurcioré linguâ suâ, vt interdictum sit, cui non sit interdictū, Sexte [c] noster, bona venia dic, quoniam iam dialecticus es, & [c] hoc quoque Ligurisd: quod factum non est, vt sit factum, ferri ad populum, aut verbis vllis sanciti, aut suffragiis confirmari potest? Hoc tu scriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solùm, sed etiam quadrupedum impurissimo, rempublicam perdidisti. neque tu eras tam exeors, támque demens, vt nescires hûc Clodium esse, qui [f] contra leges faceret: & alios [g] esse, qui leges scribere solerent. sed neque eorum, neq. ceterorum, in quibus esset aliquid modestiæ, cuiusquâ tibi potestas fuit: neq. tu legum scriptoribus [h] iisdem [i] potuisti uti, quibus ceteri, neque operum architectisk: neque pontificem adhibere quem velles: posti remò ne in prædæ quidem societate mancipem, aut prædæ socium, extra tuorum gladiatorum numerum: aut deniq. suffragij latorem in ista tua proscriptione quemquá, nisi furem, aut [l] sicarium, reperire potuisti. Itaque cùm tu florens, ac potès per medium forum popularis [m] volitares: amici illi tui, te vno amico tecti, & beati, qui se populo commiserant, ita repellebantur, vt etiam Palatinam tuam perderent. qui in iudicium venerant: isue accusatores erant, siue rei: ite deprecante damnabantur. denique etiam ille nouitius Ligur [o], venalis adscriptor, & [P] subscriptor tuus, cùm M. Papirij, sui fratris, esset testamento, & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit: nomen Sexti Propertij detulit: accusare alienæ damnationis, sceleriſque socius [q], propter calumniæ metum, non est ausus. De hac igitur lege dicimus, quæ iure rogata videatur: cuius quam quisque partem tetigit, digito, voce, præda, suffragio: quocumque venit, repudiatus, conuictúsque discessit. Quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, vt se ipsa dissoluat? est enim, QVOD M. TVLLIVS FALSVM SENATVSCONSVLTVM RETVLERIT. Si igitur retulit, falsum senatusconsultum, tum est rogatio: si non retulit, nulla est. Satisne tibi videtur à senatu iudicatum, me non modò non mentitum esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam vnum post vrbem conditam diligentissimè senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid si, etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti? tamènne arbitraris, id, quod M. Drusus in legibus suis pleríſque, bonus [r] ille vir, M. Scaurus, & L. Crassus consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum, & stuprorum omnium [f] Decumis, & Clodijs [t] auctoribus obtinere? Tulisti de me, ne reciperet, non vt exirem: quem tu ipse non poteras dicere nō licere esse Romæ. Quid enim diceres? damnatum? Cette non. Expulsum? qui licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum, vt exirem. pœna est, qui receperit: quam omnes neglexerunt. ejectio nusquam est. Verùm sit. quid operum publicorum exactio? quid [u]? nominis inscriptio, tibi num aliud videtur esse, ac meorum bonorum direptio. præterquàm quòd ne id quidem per legem [a] Liciniam, vt ipse tibi curationem ferres, facere potuisti? Quid hoc ipsum, quod nunc apud pōtifices agis, te meam domum consecrasse, te monumentum fecisse, in [b] meis ædibus te signum dedicasse, eaque te ex vna rogatiuncula fecisse: vnum & idem videtur esse, atque id, quod me ipso nominatim tulisti? Tam hercule est vnum, quàm quod idem tu lege vna tulisti: vt Cyprius rex, cuius maiores huic populo socij, atque amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub præcone subiiceretur, & [c] exsules Byzantium reducerentur. Eidem, inquit, vtráque de re negotium dedi d. sed quid, si eidem negotium dedisses, vt in Asia Cistophorum [e] flagitaret, inde iret in Hispaniam: cùm [f] Roma decessisset, consulatum ei petere liceret: cùm factus esset, prouinciam Syriam obtineret? quoniam de vno homine scriberes, vna res esset? Quòd si iam populus Romanus de ista re [g] consultus esset, & non omnia per seruos, latronésque gessisses, nónne fieri poterat, vt populo de Cyprio rege placeret, de exsulibus Byzantinis [h] discipleret? Quæ i est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis [k], & Didiæ, nisi hæc, *ne populo nec esse sit in conuentu rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare? ¶ Quid, si per vim tulisti?* tamènne lex est? aut [l] quidquam iure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constetiam, si in ipsa latione tua, capta iam vrbe, lapides iacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem, atque eluuiem ciuitatis, sine summa vi peruenire potuisti? Cùm in tribunali Aurelio conscribebas palàm non modò liberos, sed etiam seruos, ex omnibus vicis conciatos, vim tum videlicet non parabas? cùm edictis tuis tabernas claudi iubebas, non vim imperitæ multitudinis: sed hominum honestorum modestiam, prudentiámque quærebas. cùm arma in ædem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi vti ne quid per vim agi posset, machinabare? cùm verò gradus Castoris conuelliſti, ac remouisti: tum, vt modestè tibi agere liceret, homines [m] audaceis ab eius templi aditu, atque adsensu repulisti? cùm eos, qui in conuentu virorum bonorum verba de salute mea fecerant [n], adesse iussisti, eorúmque aduocationem, manibus, ferro, lapidibus discussisti: tum profectò ostendisti, vim tibi maximè displicere. Verùm hęc furiosa vis vesani tribuni plebis facilè superari, frangíque potuit virorum bonorum vel virtute, vel multitudine. Quid? cùm Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, vtrique infinitum imperium, ingens pecunia, vt tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias, tibi suos [o] paratos centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te suis sceleratis concionibus subleuarent, senatus auctoritatem irrideret, equitibus Romanis mortem, proscriptionémque minitarentur: me terrerent minis: mihi cædem, & dimicationem denuntiarent: meam domum, refertam viris bonis, per amicos suos complerent. P. proscriptionis metu me [q] frequentia nudarent, virorum bonorum me præsidio spoliarent: senatum pro me non modò propugnare, amplissimum ordinem, sed etiam plorare, & supplicare, mutata veste, prohiberent: ne tum quidem vis erat? Quid igitur ego gessi, aut qui, timor

a *L.* ciuí sine iudicio ferendum. *& ita v.c.*

b *L.* Sex. Clodius. *de quo v.*

c *L.* Sexte noster; bona venia: dic, quoniam. d *al.* ligaris de quo superius dixi.*

e *al.* & hoc quoque Liguris. *& ita v.c.*

f *L.* qui contra leges faceret: alios qui leg.

g *al.* alios qui leges scribere.

h *L.* scriptoribus iisdem po.

i *vet.* iisdē.*

k *al.* architectum.*

l *L.* ac ficarium; *& ita v.c.*

m *L.* scortū populare volitares:

n *al* Palatinam tribum tuam. *Antea. Augusti.* Palatinam illam tuam.*

o AElius Ligur intercessit, cum *L.* Mummius trib. pleb. retulisset de Ciceronis reditu.

P *copula*, & *abest à v.c.*

q *v.c.* socios prop.

r *al.* in bonis, *fort.* magnus.*

s *al abest hinc vsq. omnium.*

t *al.* Cloelijs

u *al* quid nominis inscriptio, tibi, num aliud videtur esse ac meorum bonorum direptio.

a de lege Licinia vide Agrariam 2.*

b *L.* te in meis ædibus signum dedicasse.

c *L.* exsules Byzātij red.

d *L.* dedi. Scilicet. Quid si eid.

e Cistophorus nummi Asiatici species. *Antea. Augusti.* Cistophorum millies flagitaret. *Panegyr.* Cistophorum exæquaret.* P. 224.

f *L.* cùm inde decessisset cons.

g *L.* lege.

h Byzantios disp.

i *L.* Quæ est enim alia v. *al.* Quæ est, quæso: alia v.

k Legis Cæciliæ & Didiæ de separandis capitibus rogationum meminit orat. pro Sextio. Philipp. 5. ad Attic. 23. de legibus Dion 45 5. Gellius 19.*

l *al.* an

m *L.* homines ab eius templi

n *v.c.* facerent,

o *L.* tibi separatos centur. ¶ *al.* paratos, id est sparsis armatos: sparsum autem teli genus. *Cicero pro Milone. Sallust. Catil. Virgil. 1. Aeneid. 10. Gell. 25. Festus Iure Quiritem. & Spart. Nonius 18.**

P *al* compilarent.*

q *L.* me frequentia nudarent virorum bonorum me præs.

r *v.c.* non modò pugnare.

s *al.* cessi.*

timor fuit? non [a] dicam in me quidem: facme timidum esse naturâ: quid? illa tot virotum fortissimorum millia: quid? illi equi, nisi equites Romani: quid? senatus, quid denique omnes boni, si nulla vis [c] erat, cur me flentes potiùs prosecuti sunt, quàm aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam, si mecum ageretur more, institutóque maiorum, vt possem præsens sustinere? Vtrùm si dies dicta esset, iudicium mihi fuit pertimescendum: an sine iudicio priuilegium? iudicium in causa tam turpi? scilicet is homo sum, qui etiam [d] si causa esset ignota, dicendo non possem explicare. an eam causam p obare non poteram, cuius tanta bonitas est, vt [e] ea ipsa non modò se, sed etiam me absentem per se probarit? an senatus, an ordines ij, qui cuncta ex Italia ad me reuocandum conuolauerunt, segniores me præsente me, sed etiam absente, per se probarit? an hverò in iudicio perículi nihil fuit: priuilegium pertimui, ne, mihi præsenti si multa irrogaretur, nemo intercederet? Tam inops autem ego eram ab inimicis, aut tam nuda respublica à magistratibus? Quid? si vocatæ tribus essent, proscriptionem non dicam in me, ita de sua salute meriro, sed omnino in vllo ciue k comprobauissent? An, si ego præsens, fuissem, veteres illæ copiæ coniuratorum, tuíque perditi milites, atque egentes, & noua vis sceleratissimorum consulum corpori meo pepercissent? qui cùm eorum omnium crudelitati, sceleríque cessissem, ne absens quidem luctu meo mentis [l] illorum satiare potui. Quid enim vos vxor mea misera violarat? quam vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis [m]. Quid? mea filia, cuius fletus assiduus, sordésque lugubres vos iratos iucundè, ceterorum omnium mentes, oculósque flectebant: quid? paruus filius: quem, quamdiu [n] abfui, nemo nisi lacrymantem, confectúmque vidit: quid fecerat, quòd eum toties [o] per insidias interficere voluistis? Quid? frater meus, qui cùm aliquanto post meum discessum ex prouincia veniisset, neque sibi viuendum, nisi me restituto, putaret, cùm eius mœror, squalor [p] incredibilis, & inauditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur [q]: quoties [r] ex vestro ferro, ac manibus est elapsus? Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipium me, ac meos adhibuistis: qui parietibus, qui tectis, qui columnis, ac postibus meis horrificum [s] quoddam, & [t] nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis, non enim te arbitror, cùm post meum discessum, omnium locupletum [u] fortunas, omnium prouinciarum fructus, & tetrarcharum, ac regum bona, spes [x] & auaritia deuorasses, argẽti, & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum: non existimo, Campanum illum cõsulem cum saltatore collega, cùm alteri totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnémq. barbariam, bono ciuium Romanorum condonasses: alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas, pacatissimásque gentes ad diripiendum tradidisses: illos tam cupidos liminum meorum, & columnarum, & valuarum fuisse. Neque potrò illa manus, copiæque Catilinę cæmentis, ac [a] regulis meorum tectorum se famem suam expleturas putauerunt. Sed vt hostium vrbes, nec omnium hostium, verùm eorum, quibuscum acerbũ bellum, intestinúmque [b] suscepimus, non præda adducti, sed odio solemus excidere [c], quòd, in quos propter eorum crudelitatem inflammatæ mẽtes nostræ fuerunt, cũ horũ etiã tectis, ac [d] sedibus residêre aliquando bellũ semper videtur: * * * * Nihil erat latum de me: non adesse eram [f] iussus: non citatus fueram: eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis, cùm domus in Palatio, villa in Tusculano, altera [g] ad alterum consulem, transferebatur. *senatus consules* vetabant [h]. columnæ i marmoreæ ex ædibus meis, inspectante populo Rom. ad k socerum consulis portabantur: in fundum autem vicini consulis non modò instrumentum, aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur: cum ipsa villa non prædæ cupiditate (quid enim erat prædæ?) sed odio, & crudelitate fundĩtus euerteretur. domus ardebat in palatio non fortuitò, sed oblato incendiò: consules l epulabantur, & in coniuratorum gratulatione versabantur, cùm alter se Catilinæ delicias, alter Cethegi cõsobrinum fuisse diceret. Hanc ego vim, pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo corpore oppolito, à [m] bonorum omnium ceruicibus depuli, omnémque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inueterata, compressio odio, atque tacito, iam [n] erumpebat in actum, tam audaceis duces excepi meo corpore. in me vno consulares faces iactæ manibus tribunitiis: in me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæserunt. Quòd si, vt multis fortissimis viris placuit, vi [o] & armis contra vim decertare voluissem: aut vicissem cum magna internecione improborum, sed tamen ciuium: aut, interfectis bonis omnibus, quod illis optatissimum erat, vnà cum reppeccidissem. Videbam, viuo senatu, populóque Romano celerem [p] mihi summa cum dignitate reditum: nec intelligebam fieri diutiùs posse, vt mihi non liceret esse in ea republica, quam ipse seruassem. quòd si non liceret: audiram, & legeram, clarissimos nostræ ciuitatis viros, se in medios hosteis ad perspicuam mortem pro salute exercitus iniecisse [q]: ego pro salute reipublicæ vniuersæ dubitarem? Hoc [r] meliore conditione esse, quàm Decij, quòd illi ne auditores quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem. Itaque infractus furor tuus, inancis [s] faciebat impetus. omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat. non erat in tam immani [t] iniuria, tantísq. ruinis nouæ crudelitati locus. Cato [u] fuerat proximus. (quid ageres, non erat,) vt qui modus omnibus moribus fuerat, idem esset iniuriæ. Quid? posses extrudere ad Cypriam pecuniam. Præda peritit. Alia non deerit: hunc modò amandandũ esse. Sic M. Cato, inuisus [x], quasi per beneficium, Cyprum relegatur. eiiciuntur duo, quos [y] improbi videre nõ poterant: alter per honestissimam calamitatẽ. Atque, vt sciatis, non homi-

[a] L. non dicam in me. *fort. inc.*
[b] *v.c.* Quid nostri equites R.
[c] *v.c.* erat vis?
[d] L. si iam causa, &c. *& ita v.c.*
[e] *fort.* vt ea ipsa se non modo præsente me, sed etiam absente, per se probarit?
[f] L. quam ipse etiam patricida
[g] *al.* exspectatum. *
[h] *al.* At vero in iud. peric. n. f. priu. pert. ne, mihi præs. si multa irr. nemo intercederet *i al.* Quid, si vocatæ tribus essent, proscr. *&c.*
[k] *v.c.* ciuf *& ita L.*
[l] *v.c.* mentis eorum s. *& ita L.*
[m] L. lacerastis.
[n] L. quamdiu afui.
[o] *v.c.* totiés, *mendose.*
[p] L. squálorque incr.
[q] *al.* videbatur. *
[r] *v.c.* quotiés. *mendose.*
[s] *al.* hostificũ *al.* hostific. *
[t] *L.* & nefarium, omnique *v.c.* locupletium fort. *& ita L.*
[u] *v.c.* spe, atq. auaritia. *& ita L.*
[x] *v.c.* spe, atq. auaritia. *& ita L.*
[y] *v.c.* quos videre improbi non poterant: *& ita v.c.*

P. B.

[a] L. ac tignis *v.c.* ac tectis.
[b] *al.* interne. ciuium. *
[c] L. excindere.
[d] *v.c.* & sedibus.
[e] Deest ἀπόδοσις propositionis tali sensu: Sic vos vestrum in me crudele & immane odium in meam domũ profudistis. *
[f] *fort.* iussus eram.
[g] L. alteram ad alterum, altera ad alterum consulem transferebatur: senatus consules pro me deprecari & populo supplicare, edicerit, atq. imperio vetabat. col. *vel* domus in Palatio ad alterum: villa in Tusculano, ad alterũ consulem transferretur. *
[h] *al.* vocabãt senatum consules pro me deprecari edictis atque imperio vetabant. *
[i] *v.c.* columnæ *mendose.*
[k] L. ad socerũ consulis por.
[l] *v.c.* consul epulabatur, & in coniuratorũ grat. versabatur.
P. 226.
[m] *v.c.* ab omnium bonorum.
[n] L. iam erũ pebat, nasta tam audaceis uces; exc.
[o] vim vi repellere licet *
[p] L. celerem mihi fore fa ma cum d g.
[q] L. obiecisse
[r] L. Hoc melíore conditione essem, quàm D. *& ita v.c.*
[s] *v.c.* inanis.
[t] *v.c.* immani
[u] L. Caro mihi fuerat proximus. quod age es, non erat nisi, vt qui mihi dux omnib. in rebus fuerat, idem esset iniuriæ socius. Quid? *al.* Cato mihi in consilitis capitalis rebúsque gerẽdis fuerat proximus. quid ageres? Non erat vt qui modus omnium moribus fuerat, idem tibi adiutor esset iniuriæ. *
[x] *fort.* inuitus.
[y] *v.c.* quos videre improbi non *&c. ita v.c.*

nibus iſtum, ſed virtutibus hoſtem ſemper fuiſſe: me expulſo, Catonis a mandato, in eum ipſum ſe conuertit, quo auctore, quo adiutore, in concionibus, ea, quæ gerebat, omnia, quæque geſſerat, ſe feciſſe, & facere dicebat. Cn. Pompeium, quem omnium iudicio longè principem eſſe ciuitatis videbat, diutiùs furori ſuo veniam daturum non arbitrabatur. qui ex eius cuſtodia, per inſidias regis amici filium, hoſtem, captiuum, ſurripuiſſet, & ea iniuria virum fortiſſimum laceſſiſſet: ſperauit iiſdem ſe copiis cum illo poſſe conſtigere, quibuſcum ego noluiſſem, bonorum periculo, dimicare: & primò quidem, adiutoribus conſulibus: poſtea fregit fœdus Gabinius: Piſo a tamen in fide manſit. Quas iſte tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit: quàm facilè ferro, quotidianiſque inſidiis, cùm iam à firmiſſimo robore copiarum ſuarum relictus eſſet, Cn. Pompeium foro, curiáque priuarit, domúmque coniecerit, vi liſtis. ex quo iudicare poteſtis b, quanta vis illa furerit oriens, & congregata, cùm hæc Cn. Pompeium terruerit iam diſtracta, & exſtincta. Hoc vidit in ſententia dicenda Kalendis Ianuariis vir prudentiſſimus, & cùm reipublicæ, tum mihi, tum c etiam veritati amiciſſimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non cenſuit: qui me conſulſſe reipub. ceſſiſſe tempeſtati: amiciorem vobis, ceteriſque ciuibus, quàm mihi, ac meis exſtitiſſe: vi, armis, diſſenſione hominum ad cædem inſtituta, nouóque dominatu pulſum eſſe dixit: nihil de meo capite potuiſſe ferri: nihil d eſſe inſcriptum, aut poſſe valere omnia contra leges, moréſque e maiorum, temerè, turbulentè, per vim, per furorem eſſe geſta. quòd ſi illa lex eſſet, nec referre ad ſenatum conſules f, nec ſententiam dicere ſibi licere: quorum vtrumque cùm fieret, non oportere, vt de me lex ferretur, decerni: ne illa, quæ nulla eſſet, eſſe lex iudicaretur. Sententia g verior, grauior, vtilior, melior reipublicæ nulla eſſe potuit. hominis enim ſcelere, & furore notato, ſimilis à republica labes in poſterum dimouebatur h. Neque hoc Cn. Pompeius, qui ornatiſſimam de me ſententiam dixit, voſque, pontifices, qui me veſtris ſententiis, auctoritatibúſque defendiſtis, non vidiſtis, illam i eſſe nullam, atque eſſe potiùs flammam temporis, interdictum ſceleris, vocem furoris: ſed proſpexiſtis, nequa popularis in vos aliquando inuidia redundaret. ſi ſine populi iudicio reſtituti videremur. eodémque conſilio, M. Bibuli, fortiſſimi viri, ſenatus ſententiam ſecutus eſt, vt vos de mea domo ſtatueretis: non quòd dubitaret, quin ab iſto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure eſſet actum: ſed nequis oriretur aliquando in tanta vbertate improborum, qui in meis ædibus aliquam religionem reſidêre diceret. nam lege quidem iſtam, nullam eſſe, quotieſcumq. de me ſenatus ſententiam dixit, toties iudicauit: quoniam k quidem ſcripto illo iſtius, ſententiam dicere verebatur l. Atque hanc rem par illud ſimile, Piſo, & Gabinius, vidit. Homines legum, iudiciorúmque metuentes m, cùm frequentiſſimus ſenatus eos, vt de me referrent, quotidie flagitaret. non ſe rem improbare dicebant, ſed lege iſtius impediri. Erat hoc verum. nam impediebantur, verùm ea lege, quam idem iſte de Macedonia, Syriáque tulerat. Hanc tu P. Lentule, neque [illegible], neque conſul legem eſſe vmquam putaſti. nam tribunis plebis referentibus, ſententiam de me deſignatus conſul ſæpe dixiſti: ex Kalendis Ianuariis, quoad perfecta res eſt, de me retuliſti, legem promulgaſti, tuliſti: quorum tibi, ſi eſſet illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus, collega tuus, vir a clariſſimus, quam legem eſſe homines alieniſſimi à P. Clodio, iudicarant, Piſo & Gabinius, eam nullam eſſe fraterP. Clodij, cùm de me ad ſenatum tecum vnà retulit, iudicauit. Sed iſti, qui Clodij leges timuerunt, quemadmodum ceteras obſeruatúr? Senatus quidem, cuius eſt grauiſſimum iudicium de iure legum, quotieſcumque de me conſultus eſt, toties eam nullam eſſe iudicauit. quod idem tu, Lentule, vidiſti in ea lege, quam de me tuliſti. nam non eſt ita latum, vt mihi Romam venire liceret, ſed vt venirẽ, non enim voluiſti, id, quod licebat, ferre, vt liceret: ſed me ita eſſe in republica, magis vt arceſſitus imperio populi Romani viderer, quàm ad adminiſtrandam ciuitatem reſtitutus. ¶ Hunc tu etiam pernicioſa peſtis, *exſulem* c appellare auſus es, cùm tantis ſceleribus eſſes, & factis notatus, vt omnẽ locum, quo adiſſes, exſulij ſimillimum reddere? quid eſt enim exſul? ipſum per ſe nomen calamitatis d, non turpitudinis. Quando igitur eſt turpe? Re vera, quando e eſt pœna peccati. opinione autem hominum, etiamſi eſt pœna damnati. Vtrùm igitur *peccato meo exſulis nomen ſubeo, an re iudicata? Peccato* f? Iam neque tu id dicere audes, quem iſti ſatellites tui felicem Catilinam nominant, neque quiſquam eorum, qui ſolebant. non modò iam nemo eſt tam imperitus, qui ea, quæ geſſi in conſulatu, peccata eſſe dicat: ſed nemo eſt tam inimicus patriæ, qui non meis conſiliis patriam conſeruatam eſſe fateatur. Quod enim eſt in terris commune tantum, tantulúmve conſilium, quod non de meis rebus geſtis ea, quæ mihi eſſent optatiſſima, & pulcherrima, iudicarit? Summum g populi Romani, populorúmque, & gentium omnium, ac regum conſilium, *ſenatus* decreuit, vt omnes, qui rempublicam ſaluam eſſe vellent, ad me vnum defendendum venirent: oſtenditque nec ſtare potuiſſe rempublicam, ſi ego non fuiſſem reſtitutus, nec futuram eſſe vllam, ſi non rediiſſem. Proximus eſt huic dignitati *ordo equeſter*. omnes omnium publicanorum i ſocietates de meo conſulatu, ac de meis rebus geſtis ampliſſima, atque o natiſſima decreta fecerunt. *Scriba*, qui nobiſcum in rationibus, monumentiſque publicis verſantur, non obſcurum de meis in republica beneficiis ſuum iudicium, decretúmque eſſe voluerunt. Nullum eſt in hac vrbe *collegium*, nulli pagani k, aut montani (quoniam plebi l quoque vrbanæ maiores m noſtri conuenticula, & quaſi conſilia n quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſimè non modò de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreuerint. Nam quid ego illa diuina, atque immortalia municipiorum, & coloniarum, & ſuum probat non eſſe pœnam peccati, aut iudicij.* d L. calamitatis eſt, non turpitudinis. e L. cùm eſt, *vt & in L.* f *al.* Peccato. iam neq. tu id d. g *L.* Summa eſt populi R. populorúmque & gent. omn. ac reg. conſilium ſenatus. Decreuit. *vt.* h *al.* fuiſſem nec, *&c.* i *v.c.* publicorum k de paganis plebis Romanæ dixi. In de petitione conſulatus.* l *al.* plebeſ q. m Halicarnaſſ. Ioquès de Numa Πάντα τὰ κρίσιμα τῶν ἀναγκαίων τοῖς κοινοῖς P. 228. λειτουργικὰ γένη.* n *al.* concilia. o *v.c.* qui fuit, p *al* ipſe ſe vidit.*

a L. Piſo autem in f.

b *al.* potuiſtis.*

c *forſ.* tum etiam libertati amiciſſ.

d L. nihil eſſe iure ſcriptum, aut Paulatim. nihil eſſe iure ſcitum.* e L. moréque maiore, *& ita v.c.*

f L. conſulibus, nec f.

g *v.c.* Sententia grauior, verior, melior, vtilior.

h L. d mouebatur. P. ccxxvii.

i L. illam legem eſſe nullam,

k *al.* quandoquidem. l *v.c.* videbatur *forſ.* quoniam quidẽ ex præſcripto iſtius ſententiam dicere iubebatur.

m *v.c.* timentes.

vidit, sensitque, quantus, & quanta dignitate esses? constat nullis vnquam comitiis, campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ærarium, ordinum floruisse. Omitto ciuitatum, nationum, prouinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omneis mortaleis meritis vnum iudicium, vnúmque consensum: aduentus meus, atque introitus in vrbem qui fuit? vtrùm me patria sic accepit, vt lucem, salutémque redditam sibi, ac restitutam accipere debuit, an vt crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales de me dicere solebatis. Itaque ille vnus dies, quo die me populus Ro. à porta in capitolium, atque inde domum sua celebritate, lætitiáque, comitatum honestauit, tantæ mihi iucunditati fuit, vt tua mihi conscelerata illa vis, non modò non propulsanda, sed etiam emenda fuisse videatur. Quæ te illa calamitas (si ita est appellanda) excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat iam reprehendere consulatum meum tot, tantis, tam ornatis iudi. iis, testimoniis auctoritatibus comprobatum. Quòd si in isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum obiectas, sed etiam laudem illustrasd meam: quid te aut fieri, aut fingi dementius potest? vno etiam maledicto, bis à me patriam seruatam esse concedis: semel, cùm id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putasti: iterum, cùm tuum, multorúmque, propter te, inflammatum in bonos omneis impetum, meo corpore excepi, ne eam ciuitatem, quam seruassem inermis, armatus in discrimen adducerem. Esto, non tuit in me pœna vlla peccati. *At fuit iudicij.* Cuius? quis me vnquam vlla lege interrogauit? quis postulauit? quis diem dixit? Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus? hoc tribunitium fest? hoc populare est? quamquam vbi te popularem, nisi cum pro populo fecisti, potes dicere? Scilicet cùm hoc iuris à maioribus proditum sit, *Vt nemo ciuis Romanus, aut libertatem, aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit?* quod tu ipse potuisti in tua causa discere. credo enim, quamquam in illa adoptione legitimè factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctórne esses, *Vt in te P. Fonteius vitæ, necisque potestatem haberet, vt in filio.* Quæro, si aut negasses, aut tacuisses, si tamen id xxx. curiæ iussi sent, num id iussum esset ratum? certè non. quid ita? quia ius à maioribus nostris, qui non fictè, & fallaciter populares, sed verè, & sapienter fuerunt, ita comparatum est. *Vt ciuis Romanus libertatem, nemo posset inuitus amittere.* Quinetiam, si decemuiri sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen, quotiescumque vellet quis, in hoc genere se rem iudicatam referre voluerunt. *Ciuitatem* verò nemo vnquam vllo populi iussu amittet inuitus. Qui ciues Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, noménque dederant. qui erant rerum capitalium condemnati, non priùs hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc est, mutandi soli causa venerant. id autem vt esset faciendum, non ademtione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. Populus Romanus, L. Sylla dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis ciuitatem ademit: ad-mit iisdem agros, de agris ratum est: (fuit enim populi potestas) de ciuitate, ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Syllani temporis arma valuerunt. Hanc[a] verò Volaterranis, cùm etiam tum essent in armis, L. Sylla victor, respublica recuperata, comitiis centuriatis, ciuitatem eripere non potuit: hodiéque Volaterrani non modò ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac ciuitate: consulari homini P. Clodio, euersa republica, ciuitatem adimere potuit, concilio aduocato, conductis operis non solùm egentium, sed etiam seruorum, Sedulio[b] principe, qui se illo die confirmauit[c] Romæ non fuisse? Quòd si non fuit, quid te audacius, qui in deius nomen incideris? quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? sinautem sis primus ciuis, quod facilè potuit, propter inopiá tecti, in foro pernoctans: cur non iuret se Gadibus[e] fuisse, cùm tu te fuisse Interamnæ probaueris? Hoc tu igitur homo popularis, iure munitam ciuitatem, & libertatem nostram putas esse oportere, vt, si, tribuno plebis rogante, VELITIS, IVBEATIS VE, Sedulij centú se velle, & iubere dixerint, possit vnusquisque nostrùm amittere? Tum igitur maiores nostri, populares non fuerunt, qui de ciuitate, & libertate, ea iura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec res[f] iudicata, nec denique vniuersi populi Rom. potestas, quæ ceteris in rebus est maxima labefactare possit. At tu etiam, ereptor ciuitatis, *legem de iniurijs publicis rulisti* Anagnino nescio cui Menulæ[g], per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit, vt locus ipse in[h] tua tanta iniuria legem, & inscriptionem statuæ refelleret. quæ res municipibus Anagninis ornatissimis[i] multo maiori dolori fuit, quàm quæ idem ille gladiator scelera Anagniæ fecerat. Quid, si ne scriptum quidem vmquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius negat sciuisse: tu huius, vt acta tui præclari tribunatus hominis dignitate cohonestes, auctoritatem amplectêris? Sed, tametsi nihil de me tulisti, quo minùs essem non modò in ciuium numero, sed etiam in eo loco, in quo me honores populi Romani collocauerunt[k]: tamémne eum tua voce violabis, quem post nefarium scelus consulum superiorum, tot vides iudiciis senatus, populi Romani, totius Italiæ honestatum? quem ne tum quidem, cùm aberam, negare poteras esse tua lege senatorem? Vbi enim tuleras, vt mihi aqua[l], & ignis interdiceretur? quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit. homines seditiosissimi de optimis, ac fortissimis ciuibus, vt esset interdictum, quod fieri non poterat, tulerunt, sed vt interdiceretur. Vbi cauisti, tulerunt, te meo me loco censor in senatum legeret? quod de omnibus, etiam[m] quibusdam damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Quare hoc ex[n] Clodio *scriptore* legum tuarum: iube adesse: latitat omnino: sed si requiri iusserit, inuenient hominem apud[o] sororem tuam, occultantem se, capite demisso. Sed si patrem tuum, ciuem medius fidius egregium, dissimilémque vestri, nemo vmquam sanus exsulem Pappellauit,

a L. An verò Volaterranis.

b al. Fidulo.*
c al. confirmat.*

d Ant. Aug. & Faernus qui in xs eius incideris.*

e Ant. Aug. in gradibus.*

P. E.

f L. nec res iudicata, n. al. nec res iã iudicata.

g L. Menulæ. & ita v. c.

h L. in tanta tua. & ita v. c.

i hæc vox deest quibusdam.

k L. collocarunt:

l L. aqua, & igni interdiceretur.

m quibus damnatus interd. & ita Petrus Faber Tholosanus. Panagath. ciuibus iam.*

n L. è Sex. Clodio ser. o hoc quid, superius dictum: est verò longè turpissimum.*

P Exsul non est qui adesse propter iniquitatem tyranni non vult. Sic latitare is non dicitur, qui tyranni crudelitatem timet aut vim hostium, aut domesticas seditiones l. 7. §. 4. quibus ex causis in poss. ff.* P. CCXXXV.

a vt. esse in sen. e sset

b v. c. in omnis mortalis.

c v. c. reprehendere.

d al. meam illustrasse

e Indemnatum interfici leges XII. tabularum verentur Salu. 8. de prouidentia. Nec quemquam scelestum indemnatum impune voluisti occidi Augustinus de ciuit. 19. Inauditũ dixit Vlp. in l. 2. ff. de Sicariis.* f al. tribunitium hoc P. E.

g L. potes dicere? Potest desinere ciuis esse, cùm h.

h Ciceronẽ exilio suo libertatem vel ciuitatẽ non amisisse.*

i Patres ius vitæ & necis in liberos olim habuere. l. fuit. ff. ia si. ff. de lib. & posthum. l. vlt. C. de patre potest. & alia multa locis in iure.*

k L. vt in filium. quæ verba Lambinus putat subdititia. Longè aliud ego. Nam in formula arrogationis hoc continebatur 5. Gell. 19.*

l L. nemo potest.

m L. hoc in genere se rẽ iudicatam ref. possevol. al. hoc in genere solo eam iudicatã referri posse voluerunt.*

n al. rescindere posse voluerũt nisi referre rem. P. CCXXIX.

iudicatam, sit de re semel iudicata iterum cognoscere.*

o al. faciundum.

qui cùm de eo tribunus plebis promulgasset, adesse propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, eique imperium est abrogatum: si in illo pœna legitima turpitudinem nõ habuit propter vim temporum: in me, cui dies dicta numquam est, qui reus nõ fui, qui numquam fum à tribuno plebis citatus: damnari [a] pœna esse potuit, ea præsertim, quæ ne in ipsa quidem rogatione perscripta [b] est? At vide, quid interfit inter illum iniquissimum partis tui casum, & hanc fortunam, cõditionémque nostram. patrem tuum, eiusdem optimum, clarissimi viri filium, qui si vixeret, qua fuit veritate fuit, tu profectò non viueres, L. Philippus censor aununculum suum præteriit in recitando senatu. nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quę erant acta in ea republica, in qua se illis ipsis temporibus censorem esse voluisset. me L. Cotta, homo censorius, in senatu iuratus dixit, se, si censor tum esset, cùm ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse. Quis in meum locum iudicem subdidit? quis meorum amicorum testamentum discessu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod & si adessem? quis non modò ciuis, sed socius recipere contra tuam legem, & iuuare dubitauit? Denique vt iuersus senatus multo ante, quàm est lata lex, de me gratias agendas censuit ciuitatibus iis, quę M. Tullium: tãtúmne? immò etiam ciuem optimè de republica meritum, recepissent. Et tu vnus pestifer ciuis, eum restitutum negas esse ciuem, quem electum vniuersus senatus non modò ciué, sed etiam egregium ciuem semper putauit? At verò, vt annales populi Rom. & monumenta vetustatis loquuntur, Censor ille Quinctius, & M. Furius Camillus, & M. Seruilius Hala [d], cùm essent optimè de republica meriti, tamen [e] populi incitati vim, iracundiámque subierunt: damnatique comitiis centuriatis cùm in exsulium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quòd si iis damnatis non modò non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestauit: (nam, etsi optabilius est, cursum vitæ confecisse sine dolore, & sine iniuria, tamen ad immortalitatem gloriæ plus affert desideratũ esse à suis ciuib. quàm omnino numquam esse violatum) mihi [f] sine vllo iudicio populi profecto, tum amplissimis omnium iudiciis restituto, maledicti locum, aut criminis obtinebit? Fortis, & constans in optima ratione ciuis, P. Popillius, semper fuit. tamen eius in omni vita nihil est ad laudem illustrius, quàm calamitas ipsa. quis enim iam meminisset, eum bene de republica meritum, nisi & ab improbis expulsus esset, & per bonos restitutus? Qu. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia cẽsura, omnis vita plena grauitatis: tamen huius viri laudem ad sempiternam memoriam rẽporis calamitas propagauit. Quòd si & illis, qui expulsi sunt iniuriè, sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis, rogationibus tribunitiis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, non decretis Italiæ, non desiderio ciuitatis, inimicorum iniuria probro non fuit: in me, qui profectus sum integer, abfui [h] simul cum republica, dicam maxima cum dignitate, te vno [i], fratre tuo altero consule reducente, altero prætore petente: tuum scelus, meum probrum puta esse oportere? Ac, si me populus Romanus incitatus iracundia, aut inuidia, è ciuitate eiecisset, idémque postea mea in remp. beneficia recordatus, se collegisset, temeritatem, atque iniuriam suam restitutione mea reprehendisset: tamen profectò nemo tam esset amens, qui [a] mihi populi tale iudicium non dignitati potiùs, quàm dedecori putaret esse oportere. nunc verò, cùm me in iudicium populi nemo omnium vocarit: condemnari non potuerim, qui accusatus nõ sim: denique ne expulsus quidem ita sim, vt, si contenderem, superare non possem: contráque à populo R. semper sim defensus, amplificatus, ornatus: quid est, quare quisquam mihi se ipsa populari ratione antecponebat? [b] An tu populum Romanum esse illum [c] putas, qui constat ex iis, qui mercede conducuntur? qui impelluntur, vt vim afferant magistratibus? vt obsideant senatum? optent quotidie cædem, incendia, rapinas? quę tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non poteras: cui populo duces Lentidios [d], Lollios, Sergios præfeceras. O speciem, dignitatémque populi R. quam reges, quam nationes exteræ, quam gentes vltimæ pertimescunt, multitudinem hominum ex seruis cõductis, ex facinorosis, ex egentibus congregatam! Illa fuit pulchritudo populi Ro. illa forma, quam in campo vidisti tum, cùm etiam tibi contra senatus, totiúsque Italiæ auctoritatem, & studium, dicendi [e] potestas fuit. Ille, ille populus est, dominus regum, victor, atque imperator omnium gentium, quę illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cùm omnes principes ciuitatis, omnes ordinum, atque ætatum omnium suffragium se non de ciuis, sed de ciuitatis salute ferre censebant: cùm denique homines in campum non tabernis, sed municipiis clausis venerunt. Hoc ego populo, si tum consules aut fuissent in republica, aut omnino non fuissent: nullo labore, tuo præcipiti furori, atque impio sceleri restitissem, sed publicam causam contra vim armatam, sine populi præsidio suscipere nolui: non [f] quo mihi P. Scipionis, fortissimi viri, vis intima, priuati hominis, displiceret: quod sed Scipionis factum statim P. Mucius consul, qui in gerenda republica putabatur fuisse [g] segnior, gesta multis senatusconsultis non modò defendit, sed etiam ornauit: mihi aut, te interfecto, cum consulibus: aut, te viuo, & tecum, & cum illis, armis decertandum fuit. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. ad seruos medius fidius res peruenisset: tantum homines impios ex vetere illa coniuratione inustam nefariis mentibus bonorum odium [h] retinebat. Hic tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferenda, quę soleam de me prædicare: & homo facetus, inducis etiam sermonem vrbanum, ac venustum: me dicere solere, *esse me Iouem*: eundémque dicitare, *Mineruam esse sororem meam*. Non tam insolens sum, qui [i] Iouem esse me dicam: non tam ineruditus, qui [k] Mineruam Iouis sororem, meam esse sororem existimem. sed tamen ego mihi sororem virginem ascisco: tu sororem tuam virginem esse non siuisti. Sed vide, ne, tu te debeas Iouem dicere, quòd tu iure eandem sororem, & vxorem appellare possis. Et quoniam hoc reprehendis,

a P. c. damnari *mendose.*
b *al.* prælata.*
c L. Cæsõ ille Quinctius & M. Furius Camillus, & M. Seruilius Hala *al.* Cæso. Fuit autem P. B. hic L. Quinctij Cincinnati filius, qui exsul ad Tuscos abiit, de Republica alioqui bene meritus. Liu. 3.*
d L. Ahala.
e P. c. tamen populi concitati iracundiam subierunt:
f L. mihi cũ nos vllo iud.
g L. Quod si libs, q.
h L. afui simul cũ reip. dissi maxima cũ dign.
i *al.* iunctus,*
P. ccxxxi
a L. quis mihi tale populi iud.
b *Plutarch.* antepona-tur.*
c L. putas illam. *Et ita* c.
d P. c. Lentid. Lollios, Plaguleios, Seruios præ.
e L. dicendi potestas defuit.
P. k.
f *al.* non quod
g L. segnior, quàm gesta, h *for.* odium tenebat.
Victor. quod Iouem me esse dico, quàm eruditus, quòd Mineruam sororem Iouis existimo.*
k L. qui Mineruam, Iouis filiam, sororem meam esse exist. § *Passerat.* Mineruam Iouis, sororem meam. *Anr. Augustin.* Mineruam Iouis sororem existimem. *Panragath.* Mineruam sororem meam, Iouis sororem existimem.*

hendis, quòd solere me dicas de me ipso gloriosiùs prædicare: quis vmquam audiuit, cùm ego de me, nisi coactus, ac necessariò dicerem? nam si, cùm mihi furta, largitiones, libidines obiiciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus, patriam esse conseruatam [a], non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quàm de obiectis non confiteri. sed si mihi ante hæc durissima reipublicæ tempora nihil vmquam aliud obiectum est, nisi crudelitas illius temporis, cùm à patria perniciem depulsi: quid de me huic maledicto verùm me respondere, an demisse respondere decui? Ego verò etiam reipublicæ semper interesse putaui, me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium, p. o salute patriæ, gestissem, splendorem verbis, dignitatémque retinere: præsertim cùm mihi vni in hac republica audiente populo Romano *Opera* [b] *mea hanc vrbem, & hanc rempublicam esse saluam* iurato [c] dicere fas fuisset. Est nec tum est iam illud maledictum crudelitatis, quòd me non vt crudelem tyrannum, sed vt mitissimum parentem omnium ciuium studijs desideratum, repetitum, arcessitum vident. Aliud exortum est, obiicitur d mihi meus ille discessus: cui ego crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim, pontifices, debeo dicere? peccati me conscientia profugisse? At id, quod mihi crimini dabatur, non modò peccatum non erat, sed erat tes, post [e] natos homines pulcherrima. Iudicium populi pertimuisse? At id nec propositum vllum fuit, &, si fuisset, duplicata gloria discessissem. Bonorum mihi præsidium defuisse? Falsum est. Me mortem timuisse? Turpe est. Dicendum igitur est id, quod non dicerem, nisi coactus: (nihil enim vmquam de me dixi sublatiùs ascisce ndæ laudis causa potius, quàm criminis depellendi) dico igitur, & quàm possum maxima voce dico. Cùm omnium perditorũ & coniuratorum incitata furijs, duce tribuno pl. consulibus auctori [f], afflicto senatu, perterritis equitib. Romanis, suspensa, ac sollicita tota ciuitate, non tam in me impetum faceret: diuam per me in omneis bonos: me vi sublato, si vicissem tenues reipublicæ reliquias: si victus essem nullas futuras. quod cùm iudicarem: de fleui coniugis miseræ dissidium [g], liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis, amantissimi, atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas. sed his omnibus rebus, vitam anteposui meorum ciuium: rémque publicam condere [h] vnius discessu, quàm omnium interitu occidere. malui. peraui, id quo [i] accidit, me iacentem posse à viris fortibus excitari: si vnà cum bonis interissem, nullo modo posse recreari. Accepi, pontifices, magnum, atque incredibilem dolorem: non nego: neque istam mihi assciscò sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse, atque afflicto loquebantur. An ego potuerim, cùm à tot rerum tanta varietate diuellerer, (quas idcirco prætereo, quod ne nunc quidem sine fletu commemorare possim) inficiari me esse hominem, & communem naturæ sensum repudiare? Tum verò neque illud meum factum laudabile, nec [l] beneficium vllum à me in rempublicam profectum

A dicerem, si quidem ea reipublicæ causa reliquissem, quibus æquo animo carerem: eámque animi dutitiem, sicut corporis, quod cùm vritur, non sentit, stuporem potiùs, quàm virtutem putarem. Suscipere tantos animi dolores, atque ea, quæ, capta vrbe, accidunt victis, stante vrbe vnum perpeti, & iam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas, patriæ denique causa patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre prætextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris: hæc omnia subire conseruandorum ciuium causa, atque ita, vt dolenter absis, non tam sapiens, quàm ij, qui nihil curant, sed tàm amans tuorum, ac tui, quàm communis humanitas postulat: ea [a] laus præclara, ac diuina. NAM, qui ea, quæ numquam cara, atque iucunda duxit, æquo animo reipublicæ causa deserit, nullam beneuolentiam insignem in rempublicam declarat. qui autem ea relinquit, reipublicæ causa, à quibus cum summo dolore diuellitur, ei patria cara est: cuius salutem caritati anteponi suorum. Quare [b] reipublicam, *(disrumpatur licet ista furia*, atque audiat hæc ex me, quoniam lacessiuit) bis [c] seruaui, vt consul, togatus arma bis vicerim: priuatus, consulibus armatis cesserim. Vtriusque temporis fructum tuli maximum: superioris, quòd ex senatus auctoritate, & senatuni, & omneis bonos, meæ salutis causa, mutata veste vidi: posterioris, quòd & senatus, & populus Romanus, & omnes mortales, & priuatim & publicè iudicarunt, sine meo reditu, rempublicam saluam esse non posse. ¶ Sed hic meus reditus, pontifices, vestro iudicio continetur. nam, si vos me in meis ædibus d collocatis, id quod in omni mea causa semper studiis, consilijs, auctoritatibus, sententijsque fecistis: video me plane, ac sentio restitutum. sin mea domus non modò mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet inimico, doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis, quis est, qui hunc reditum potiùs, quàm pœnam sempiternam putet? In conspectu præterea totius vrbis domus est mea, pontifices: in qua si manet illud non monumentum vrbis, si sepulchrum [e] inimico nomine inscriptum [f]: demigrandum potiùs aliquo est: quàm habitandum in ea vrbe, in [g] qua trophæa & de me, & de republica videam constituta. An ego tantam aut animi dutiem habere, aut oculorum stupidem iam possim, vt, cuius vrbis seruatorem me esse senatus omnium assensu toties iudicarit, in ea possim intueri domum meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste communi, & [h] ab eodem exstructam [i], & positam in oculis ciuitatis, ne vmquam conquiescere possit fletus bonorum? Sp. Melij, regnum appetentis, domus est complanata. Et quid aliud æquum accidisse Melio [k] populus Romanus iudicauit? nomine [l] ipso Æquimelij, stultitiæ [m] pœna comprobata est. Sp [n]. Cassij domus ob eandem causam euersa: atque in eodem loco ædes posita Telluris. In Vacci prati domus fuit M. Vacci, quę publicata est & euersa, vt illius facinus, memoria, & nomine loci notaretur. M. Manlius cùm ab adscensu Capitolij Gallorum impetum repulisset, non

a v. c. seruatam.

b Id iurabãt cõsulatu sui dati: adde Ciceronem in Pisonem: & 5. epist. fam. 2.*

c vide quæ ad hunc locum scripsi 5. epist. fam. 2.*

d v. c. obiicitur.

e L. post homines natos pulch.

f v. c. incitata vis,

g L. discidia P. B.

h L. concidere vn. d. al. cadere vn. al. concidere.*

i L. neq. beneficium.

P. ccxxxiii.

P. ccxxxiv.

a L. ea laus præclara est. acu.

b tib. vulg. Quare, disrumpatur.

c L. bis seruaui, & cùm consul togatus armatos vici, & cùm priuatus consulibus armatis cessi. Vtr. ‖ al. bis seruaui semel consul, cùm togatus armatos vici: iterum priuatus, cùm consulibus armatis cessi cuius vtriusq. cessi &c.*

d CONTENTIONIS pars quarta in qua notat Domũ suam iniuria euersam & dedicatam. Dedicatam enim non ab his, quibus dedicare licebat, neque forma solenni.*

e L. inimici pœnæ.

f al. scriptũ.

g L. in qua tropea, & ita v. c.

h L. & ab eodem ædē exstructam, p. B.

i al. extructam sepultura in oculis ciuitatis.*

k v. c. populus R. Melio iudicauit?

l Idem Varro 4. de lingua.*

m L. stultitiæ pœna comprobata.

n v. c. Sp. Cassio 6. Valer. 5. Liu. 2. Halicarnass.

fuit contentus beneficij sui gloria: regnum appetisse est iudicatus. ergo eius domum euersam, duobus lucis conuestitam vidistis. Quam igitur maiores nostri sceleratis,ac nefariis ciuibus maximam pœnam constituì posse arbitrati sunt,eandem ego subibo,ac sustinebo, vt apud posteros nostros non exstinctor coniurationis & sceleris, sed auctor, & dux fuisse videar? Hanc verò, pontifices, labem turpitudinis,& inconstantiæ poterit populi R. dignitas sustinere,viuo senatu,vobis[a] principibus publici consilij,vt domus M.Tullij Ciceronis cum domo Fului [b], Flacci [c] ad memoriam pœnę publicè constitutę coniuncta esse videatur?M.Flaccus,quia cumC.Gracco ab Opimio consule inter fectus,* [d] senatus sententia est interfectus,&eius domus euersa, & publicata est:in qua porticum pòst aliquanto Q.[e] Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Ista autem fax,ac furia patriæ, cùm vrbem,Pisone &Gabinio ducibus,cepisset,occupasset,teneret:vno,eodémque tempore &clarissimi viri mortui monumenta delebat, & meam domum cum [f]M Flacci domo coniungebat: vt,qua pœna senatus affecerat euersorem ciuitatis, eádem iste,oppresso senatu,afficeret eum,quem P.C.custodem patrię iudicassent. Hanc verò in Palatio, atque in pulcherrimo vrbis loco porticum esse patiemini,furoris tribunitij,sceleris consularis,crudelitatis coniuratorum,calamitatis reip.doloris mei defixum iudicium ad memoriã omnium gentium sempiternam?quam porticum pro [g] amore, quem habetis in remp.& semper habuistis,non modò sententiis,sed,si opus esset, manibus vestris disturbare cupieretis.nisi quę forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. ¶O [h] rem, quam homines [i] soliti, à cura liberati ridere non desinant: tristiores autem sine maximo dolore audire non possint!P.né Clodius,qui ex ponticis maximi domo religionem eripuit,is in meam intulit? hunc,inquam,etiam vos, qui estis antistites ceremoniarum, & sacrorum, auctorem habeti?,&magistrum publicæ religionis?O dij immortales! (vos enim hæc audire cupio) P.Clodius vestra sacra curat? vestrum numen horret? res omneis humanas religione vestra contineri putat?hic non illud auctoritati horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? non vestra,pontifices, grauitate abutitur?ex istokore,religionis verbum excidere,aut [l] elabi potest? cùm tu eodem ore,accusando senatum,quod seuerè de religione decerneret, impurissime, tæterrime quę violasti.Adspicite[m],adspicite,pontifices,hominem religiosum, & si vobis videtur (quod est bonorum pontificum)monete eum *modum quendam esse religionis:* nimium esse superstitiosum non oportere. Quid tibi necesse fuit anili superstitione,homo fanatice,sacrificium,quod alienæ domi fieret, inuisere? quæ autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, vt non putares, deos satis posse placari, nisi etiam muliebrib. regionibus te implicuisses?quem vmquam audisti maiorum tuorum,qui &sacra priuata coluerunt,&publicis sacerdotiis præfuerũt, cùm sacrificium bonæ Deæ fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem,qui [n]cæcus factus [o] est.Ex quo intelligitur, multa in vita fallò homines opinari, cum ille,qui nihil viderat sciens, quod nefas esset,lumina amisit: istius,qui non solùm adspectu, sed etiam incesto flagitio: & stupro pollut [a]æremonias,pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa.Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio,potestis,pontifices,non commoueri,cùm suis dicat se manibus domum cuius optimi euertisse,& eam iisdem manibus consecrasse? ¶Quæ tua fuit consecratio?Tuleram,inquit, vt mihi liceret. Quid [c] non exceperas, vt, si quod ius non esset,rogare, ne esset rogatum? Ius igitur statueris esse, vniuscuiusque vestrùm sedes,aras,focos,deos penateis,subiectos esse libidini tribunitiæ?in quem quisque per homines concitatos irruerit:quem impetu perculerit,huius domum non solùm affligere,quod est præsentis infamiæ,qua si tempestatis repetitiuæ, sed etiã in posterũ tempus religione [e] sempiterna obligare? ¶Equidem sic accepi pontifices,*in religionibus suscipiendis,* *caput esse, interpretari, quæ voluntas deorum immortalium esse videatur: nec est vlla erga deos pietas nisi hæc nostra de numine eorum,ac mente opinio,cum expeti nihil ab iis,quod sit iniustum,atque inhonestum,arbitrere.* Hominem inuenire ista labes tum, cùm omnia tenebat, neminem potuit,cui ædeis [f] meas addiceret, cui traderet,cui donaret: ipse cùm loci illius, cùm ædium cupiditate flagraret, ob eámque causam vna [g] iusta illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset: tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum,cuius cupiditate inflammatus erat,possidere.deos immortaleis existimatis, cuius labore & consilio sua ipsi templa tenuerunt, in eius domum affectam, & euersam per vnius hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare voluisse? Ciuis est nemo in tanto populo,extra contaminatam illam, & cruentam P.Clodij manum, qui rem vllam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate defenderit.at, qui aliqua se contagione prædæ, societati, emtionis, contaminauerunt, nullius neque priuati, neque publici iudicij pœnam effugere potuerunt.Ex his igitur bonis,quorum [h] nemo rem vllam attigit, qui non omnium iudicio sceleratissimus haberetur,dij immortales domum meam concupierunt? Ista tua pulchra Libertas, deos penateis, & familiareis meos Lares expulit, vt [i] à te ipsa, tanquam in captiuis sedibus collocaretur? *Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quam domus* [k] *vniuscuiusque ciuium? hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacra religionis cæremoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt* [m] *inde abripi neminem fas sit.* Quo magis est furor istius, ab auribus vestris repellendus, qui, quæ maiores nostri religionibus tuta nobis, & sancta esse voluerunt, ea [n] iste non solùm contra religionem labefactauit, sed etiam ipsius religionis nomine euertit. At quæ dea est? Bonam esse oportet, quandoquidem est abs te dedicata. Libertas [o], inquit, est. Eam tu igitur domi meæ collocasti,quam ex vrbe tota sustulisti? Tu,cùm collegas tuos,summa potestate præditos,negares liberos esse: cùm in templum Castoris aditus esset apertus nemini: cùm hunc clarissimum virum,summo genere natum, summis populi beneficiis vsum, pontificem, & consularem, & singulari boni-

a v.c.nobis

b fort. Fuluij, & Flacci.

c hic cum C. Graccho ab Opimio consule inter fectus.*

d f. fecerat, senatus sententia est interfectus domus eius domus euersa,& p.

e Idem 6. Valerius 3.*

f v. c. cum Flacci.

g fort. pro eo amore,

h Domus Ciceronis à quibus dedicata.*

i L. homines cura soluti, ac liberati, al. homines soluti à cura ac liberati.

k de cuius lingua 3. dictum est.

l L. aut elabi potest, quæ tu eod. ore, accus. sen. q. s. de rel. decero, imp. tæterr. q. violasti.

m v.c. Adspicite, ponti.

n Appius Claudius Cœcus.*

o v.c. est factus.

a v.c. cæremonias pollut,

b DEDICATIONEM Domus Ciceronis factam fuisse sine religione, sine voluntate deorum, sine Pontifice, sine apprehensione pestis sine verbis solennibus, sine lege, & legis verbis solennibus, nibus.*

c L. Quid, non excep. vt si quid ius nõ esset.

d L. præsentis infamiæ.

e L. sempiterna religione

f L. cui meas ædeis.

g L. vniuersa illa r.

h v.c. ex quibus n.

i L. vt te ipsa tanquam in captiuis sedibus collocaret? Qu. & ita v.c

k Domus sua cuique tutissimum perfugium l. pluique. 18. ff. de in ius voc.*

l L. sacra, religiones, cær. & ita v.c.

m Nemo de domo sua inuitus extrahitur. l. 1. ff. de regulis iur.*

n al. ea non solum cõtra.

o L. libertas inquit. Eam.

P. B.

P. cxxxiiii.

P. cxxxv.

P. B.

tate, & modeſtia præditum (quem [a] quibus oculis aſpicere audeas, ſatis mirari nõ queo) & in audiente populo R. à pr̃ſidiſequis cõculcari iuberes: cùm indemnatũ exturbares, priuilegiis tyrannicis irrogatis: cùm principem orbis terræ vitum, incluſum domi cõtineres, cùm forum armatis cateruis perditorum hominum poſſideres: Libertatis ſimulacrum in ea domo collocabas, quæ domus erat ipſa iudicio tui crudeliſſimi dominatus, & miſerrimæ populi R. ſeruitutis? Eúmne potiſſimum Libertas domo ſua debuit pellere, qui niſi fuiſſet, in ſeruorum poteſtate ciuitas tota veniſſet? At vnde inuenta eſt iſta Libertas? quæſiui enim diligenter. Tanagręa quędam meretrix fuiſſe dicitur. eius non longe à Tanagri ſimulacrum è marmore in ſepulcro poſitũm fuit. Hoc quidam homo nobilis, non alienus ab hoc religioſo Libertatis ſacerdote, ad ornatum ædilitatis ſuæ deportauit. etenim cogitarat omneis ſuperiores muneris ſplendore ſuperare. Itaque omnia ſigna, tabulas, ornamentorum quod ſuperfuit in fani-, & communibus locis, tota è Græcia, atque [c] inſulis omnibus honoris populi R. cauſa, ſanè frugaliter domũ ſuã deportauit. Is poſtea quàm intellexit, poſſe ſe, interuerſa quiſtate, à L. Pliſone conſule prætorem renuntiari, ſi modò ædem primã elitteræ competitorem habuiſſet aliquem: ædilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis ſuis collocauit: ſignũ de buſto meretricis ablatum illi dedit, quod eſſet ſignum magis iſtorum [e], quàm publicæ libertatis. Hanc deam quiſquam violare audeat, imaginẽ meretricis, ornamentũ ſepulchri, à fure ſublatã, à ſacrilego collocatã? hæc me domo mea pellet? hæc vltrix afflictæ ciuitatis, reip. ſpoliis ornabitur? hęc erit in eo monumento, quod poſitum eſt, vt eſſet indicium oppreſſi ſenatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis? O Q. Catule, (patrémne appellem, an filium? recentior memoria filij eſt, & cum reliquis meis geſtis coniunctior: ità túmne te fefellit, cùm mihi ſumma, & quotidie maiora præmia in rep. fore putabas? negabas fas eſſe, duos conſules eſſe in hac ciuitate inimicos reip. Duo ſunt inuẽti, qui ſenatum tribuno furenti conſtrictũ traderẽt: qui pro me patres conſcriptos deprecari, & populo ſupplices eſſe, ædilis, atq. imperio, vetarẽt: quibus ſpectantibus domus mea diſturbaretur, diriperetur: qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas in domos cõportari iuberent. Venio nunc ad patrem. Tu Q. Catule, M. Fuluij domum, cùm is fratris tui ſocer fuiſſet, monumentum tuarum manubiarũ eſſe voluiſti, vt eius, qui pernicioſa reipublicæ conſilia cepiſſet, omnis memoria funditus ex oculis hominũ ac mentib. tolleretur. Hoc ſi quis tibi ſignificanti illam porticũ diceret fore tẽpus, cùm is tribunus plebis qui auctoritatem ſenatus, iudicium bonorum omnium neglexiſſet, tuũ monumentum, conſulibus nõ modò inſpectantibus, verum adiuuantibus diſturbaret, euerteret, idque cum eius ciuis, qui rempublicam ex ſenatus auctoritate conſul defendiſſet, domo cõiungeret: nónne reſpõderes, id, niſi euerſa ciuitate, accidere non poſſe? At videte hominis intolerabilem audaciam cum proiecta quadam, & effrenata cupiditate. Monumentum iſte nũquam, aut religionem vllam excogitauit [h]: habitare laxè, & magnificè voluit, duáſque & magnas & nobileis domos coniungere. eodem pũcto temporis, quo meus diſceſſus iſti cauſam cædis eripuit, à Qu. [a] Scio Poſtumio contendit, vt ſibi Qu. Poſtumius ſibi domum venderet. cùm ille id negaret: primò ſe luminibus eius eſſe obſtructurũ minabatur. Affirmabat Poſtumius, ſe d viuo, illam domum iſtius numquam futuram. Acutus adoleſcens ex ipſius ſermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertiſſimè ſuſtulit: emit domũ, litigatoribus [c] defatigatis, propè dimidio cariùs quàm æſtimabat. Quorſum igitur hæc oratio pertinet? domus mea illa propè tota vacua eſt: vix pars ædium meatũ decima ad Catuli porticũ acceſſit. cauea fui ambulatio & monumentũ, & iſta Tanagræa, oppreſſa libertate, Libertas. in Palatio, pulcherrimo proſpectu, porticum cum conclauibus pauimentatam trecentũm pedum concupierat, ampliſſimum periſtylum & cętera eiuſmodi, facilè vt omnium domõs & laxitate, & dignitate ſuperaret. Et homo religioſus, cùm ædeis meas idem emeret & venderet: tamen illis tantis tenebris non eſt auſus ſuum nomen emtioni illi adſcribere. poſſuit ſcilicet Statonem illum, hominem [k] ſua virtute egentẽ, vt is, qui in Marſis, vbi natus eſt, tectum, quo imbris vitandi cauſa ſuccederet, nullũ haberet, ædeis in Palatio nobiliſſimas emiſſe ſe diceret. Inferiorem ædium partem aſſignauit non ſuæ genti Fontiæ, ſed Clodiæ, quam reliquit. quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, niſi aut egeſtate, aut ſcelere perditus. Hunc vos, põtifices, tam variã, tam nouam in omni genere voluntatem, impudentiam, audaciam, cupiditatem, comprobabitis? ¶ Pontifex, inquit, affuit. Non te pudet, cùm apud pontifices res agatur, *pontificem dicere, non collegium pontificum affuiſſe*: præſertim cùm tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam cogere? Fiſto: ollegium non adhibuiſti: quid? de collegio quis tandẽ affuit? poſuerat enim auctoritate in vno, quæ eſt in his omnibus: ſed tamen *ætate & ætas, & honos dignitatem*. opus erat etiam ſcientia: quam etſi omnes conſecuti ſunt, tamen certè *peritiores vetuſtas facit*. Quis ergo affuit? Frater, inquit, vxoris meæ. Si auctoritatem quærimus, etſi id eſt ætatis, vt nondum conſecutus ſit: quanta eſt in adoleſcente auctoritas, ea, prope tantam coniunctionem affinitatis, minor eſt putanda. ſinautem ſcientia eſt quæſita: quis erat minus peritus, quàm is, qui paucis illis diebus in collegium venerat? qui etiam tibi erat magis obſtrictus beneficio recenti, cùm ſe, fratrem vxoris tuæ, patri tuo germano attulatum videbat. Etſi in eo prouidiſti, ne frater te accuſare poſſet [m]. Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum põtificem, non denique adoleſcentem quemquam, cùm haberes in collegio familiariſſimos, adhibere potuiſti? Affuit is, ſi modò affuit, quem tu impulſiſti: ſoror rogauit, mater coëgit. Videte igitur, põtifices, quid ſtatuatis in cauſa maxima de omniũ fortunis. Verbõne [n] põtifices, putatis, ſi *is poſtem [o] remouerit*, & aliquid dixerit, domum vniuſcuiuſque confectare poſſe? An iſtæ dedicationes, & templorum & delubrorum religiones, ad honorẽ deorum

a *al.* quem ſatis mirari, quibus oculis adſpicere audeas, non queo) & *ita L.*

b Tanagra vrbs Bœotiæ Strabo 9.*

c atque ex inſulis omn.

d *al.* prætura ei talem, cõperit, &c.*

e L. iſtorum ſceleris quã

f L. turpitudinis P. CCXXXVI ſempiternam?

g L. quib. inſpectantibus

h L. cogitauit,

Tom. :.

P. B.

a *al.* à Q. Scio cõtendit per Q. Poſtumũ vt ſibi domũ venderet.*

b L. vt ſibi domum venderet. *& ita v. c.*

c L. Poſtumus

d *al.* S. io vino.*

e *Panagath.* licitatoribus.*

f L. domus illa mea pr. *& ita v. c. Panagath.* domus vicina illa.*

g L. periyliũm,

h *Panæget.* tantis in tenebris.

i *v. c.* potuit ſtatonem illum hom.

k L. hominẽ ſine virtute egentem,

P. CCXXXVII.

l L. quanta quanta eſt in adol.

m *v. c.* poſſit

n L. Verbõne põtificem putatis, põtifices ſi is poſt. *al.* verbõne põtificem putatis, ſi is poſt. *al.* verbõne põtifices.*

o de poſt remouendo iuxta dicam.*

immortalium, sine vlla ciuium calamitate à maioribus nostris constituæ sunt? Est [a] inuētus tribunus plebis, qui cōsularibus copijs instructus, omni impetu furoris in eum ciuem irruerit: quē perculsum ipsa respublica suis manibus extolleret. Quid, siquis similis istius (neq. enim iam deerūt, qui imitari velint) aliquem mei dissimilem, cui resp. non tantùm debeat, per vim afflixerit, domum eius per pontificem dedicarit: id vos ista auctoritate constituetis ratum esse oportere? Dicitis [b], quem reperit pontificem? Quid? & tribunus plebis id m esse non potest pontifex? M. Drusus ille clarissimus vir, tribunus plebis, pontifex fuit. ergo, si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem ædium tenuisset, & pauca verba fecisset, ædes Cæpionis essent dedicatæ? ¶ Nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, cæremoniis: non dissimulo me nescire ea, quæ etiam si scirem, dissimularem, ne aliis molestus, vobis etiam curiosus viderer: etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant. *Postem* [c] *teneri* in dedicatione oportere videor audisse templi. ibi enim postis est, vbi templi aditus est, & valuæ. Ambulationis postis nemo vnquam tenuit in dedicando. Simulacrū autem, aut aram si dedicasti, sine religione loco moueri potest. Sed iam hoc dicere tibi non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti. Quamquam quid ego de dedicatione loquar? aut quid de vestro iure, & religione contrà, quàm proposueram, disputabo? ¶ Ego verò, si omnia *solennibus verbis tributa, & prisci instituti* acta esse dicerem: tamen me teip. iure defenderem. An, cùm tu eius ciuis discessu, cuius vnius opera senatus, atque omnes boni ciuitatem esse in olumē tories iudicassent, oppressam tæterrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus remp. teneres: domum eius, qui patriam à se seruatā perite suo nomine noluisset, per pontificem aliquem dedicasses: posset recreata respublica sustineri? Date de hac religione aditum, pontifices: iam nullum fortunis communibus exitum reperietis. An, si postem tenuerit pontifex, & verba ad religionem deorum immortalium compolita, ad perniciem ciuium transtulerit, valebit ad iniuriam nomen sanctissimum religionis: si tribunus plebis verbis non minus priscis, & pæne solemnibus bona ciuis cuiuspiam consecrarit, non valebit? Atqui C. Atinius, patrum memoria, bona Qu. Metellis, qui eum ex senatu censor ejecerat, aui [f] tui, Qu. Metelle, & tui, P. Seruili, & proani tui, P. Scipio, consecrauit, foculo [g] posito in rostris, adhibitóque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni plebis, ductus ex nonnullis veterum h temporū exemplis, fraudi Metello fuit, summo illi, & clarissimo viro? Certè non fuit. Vidimus, hoc idem Cn. Lentulo cēsori tribunum plebis facere. Num quid igitur is bona Lentuli religioni obligauit? Sed quid ego ceteros? Tu, tu, inquam, capite velate, concione aduocata, foculo posito, bona tui Gabinij, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarūmque donaras, consecrasti. Quod si tum nihil est actum: quid in meis bonis agi potuit? sin est ratum, cur ille gurges heluatus tecum simul reipublicæ sanguinem, ad cælum tamen exstruxit villam in Tusculano viscerib⁹ ærarij? mihi meas ruinas, quarum ego similem totam vrbem esse passus non sum, adspicere non licuit? Omitto Gabinium: Quid? exemplo tuo bona tua nónne L. Mummius, vir omniū fortissimus æq. optimus, tō ecrauit? quòd si, quia ad te pertinēt, ratum esse negas oportere: ea iura constituisti in præclaro tribunatu tuo, quibus in te conuersis, recusares, alios euerteres? sin ista consecratio legitima est: quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit? An [b] consecratio [c] nullum habet ius dedicatio est religiosa? Quid ergo illa tua tum obtestatio tibi cinis? quid foculus? quid preces? quid prisca verba voluerūt? ementiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad hominum timorem quid voluisti? Nam si est illud ratum: mitto Gabinium: tua domus certè, & quicquid habes aliud, est Cereri consecratum. sin ille ludos fuit, quid te impurius, qui religiones omneis pollueris aut ementiendo, aut stuprando? Iam fateor, inquit, in [c] Gabinio me nefariū fuisse. Quippe vides, pœnam illam à te in alium institutam, in te ipsum esse conuersam. Sed homo omnium scelerum, flagitiorúmque documētum, quod in Gabinio fateris, cuius impudicitiam pueritiæ, libidines adolescētiæ, dedecus, & egestatem reliquę vitæ, latrocinium consulatus vidimus: cui ne ista quidem ipsa calamitas iniuriā potuit accidere: id in me infirmas? & grauius esse dicis, quod vno adolescente, quàm quod, concione tota teste, effeci? ¶ Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. Nónne vobis Numa Pompilius videtur loqui? discite orationem, pontifices, & vos flamines: etiam tu rex disce à gentili homine tuo: quamquam ille gentem istam reliquit: sed tamen disce ab⁹ homine religiosissimo dedito, iusto, tum omnium religionū perito. Quid? in dedicatione nónne & quis dicat h, & quid, & quomodo, quæritur? An tu hæc ita confundis, & perturbas, vt, quicumque velit, quod velit, quomodo velit, possit dedicare? quis eras tu, qui dedicabas? quo iure? qua lege? quo exemplo? qua potestate? vbi te isti rei populus R. præfecerat? video enim esse legem i veterem tribunitiam, *quæ vetet, iniussu plebis, ædes, terram, aram consecrare.* neque tum hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogauit, sensit, neque suspicatus est, fore periculum, ne domicilia, aut possessiones iudēnatorum ciuium cōsecrarentur. neque enim id fieri fas erat, neque quisquam fecerat, neque erat causa, cur prohibendo non tam deterrere videretur, quàm admonere. Sed quia consecrabantur ædes, non priuatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur: consecrabantur agri, non ita vt nostra prædia, si quis vellet, sed vt imperator agros de hostib⁹ captos consecraret: statuebantur aræ, quæ k religionem afferrent, ipso si loco essent cōsecratæ: hæc, nisi plebs iussisset, fieri vetuit, quæ si tu interpretaris de nostris ædibus, atq. agris scripta esse: non repugno. sed quæro, quæ lex lata sit, vt tu meas ædes consecrares: vbi tibi hæc potestas data sit: quo iure fecerit. Nec ego nunc de religione, sed de bonis omnib⁹ nostrūm, nec de pontificio, sed de iure publico disputo. Lex l Papiria *vetat, ædes iniussu plebis consecrari.* Sit sanè hoc de nostris ædibus, ac non de publicis tēplis. Vnū ostende

verbum

a L. inuentus est trib.

b L. Dicitis, Quem rep. P. R.

c Postē templi, dedicatu ros tenere mos erat. *Valer. lib. 5. c. 10. Seneca de consolat. ad Marciam: Plutarchus in Publicola: Liuius* [illegible]

d *fort.* actas esse diceres:

e Metellum Macedonicū intellig. *Vell. 2. Plin. 44. Iustin. epitom. 59.*

f In ō proani. Nā, Metel. P. CCXXXVIII. li Macedonici filius Balearicus genuit Nepotē patrem huius Q. Metelli Nepotis, quod Asconius Pædianus in Commētario Cornelianæ & Festi etiam capitolini declarant: similis est *d. 1. c. 9. precis.* Cicero pro in oratio ne pro domo & 3. epistolarum familia. 11. in f. vide quo ppij & Clodij.

g Foculumin rostris ponebant bona cōfecraturi, vt hic & infra duobus locis. h L. perueteres scrip.

i Lex tribunitia quæ & paulo post, Papiria, dæ dibus, terra, aut ara, iniussu plebis consecrādis.

k P. CC XXXIX L. quæ religionem afferrent ipsi loco si essent consecr. *al.* quæ religionem offerret ipsi loco, ne.

l Lex Papiria ea est quæ paulò antè, tribunitio, à Q. Papirio trib. pleb. lata.

verbum consecrationis in ipsa tua lege: si illa lex est, ac non vox sceleris, & crudelitatis tuæ. Quòd si tibi tum in illo reip. naufragio omnia in mentem venire potuissent, aut si tum scriptor in illo incendio ciuitatis non syngraphas cum Byzantiis exulibus, & cum legatis regiis faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet: esses omnia, si minus re, at verbis legitimis consecutus. Sed vno tempore cautiones fiebant, pecuniarum fœdera feriebantur, prouinciarum regum appellationes venales erant, seruorum omnium vicatim celebrabatur tota vrbe descriptio, inimici in gratiam reconciliabantur, imperia [a] adscribebantur [b] nouæ iuentuti. Q. Scio venenum misero parabatur, de Cn. Pompeio, propugnatore, & custode imperij interficiendo consilia inibantur, senatus [c] nequid esset, vt lugerent boni semper, vt capta respubl. consulum proditione, vi tribunitia teneretur. Hæc cùm tot, tantáque agerentur: non mirum est, præsertim in furore animi, & cæcitate, multa illum, & te fefellisse. At videte, quanta sit vis huius Papiriæ legis, in re tali, nõ qualé tu affers, sceleris plenã, & furoris, Qu. Marcius, censor signũ Concordiæ fecerat, idque in publico collocarat. hoc signum C. Cassius censor cùm in curiam transtulisset, collegiũ vestrum cõsuluit, numquid esse causæ videretur, quin id signum, curiámq. Concordiæ dedicaret. Quæso, Pontifices, & hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate. Ille erat summa modestia, & grauitate cẽsor: hic tribunus plebis, scelere, & audacia singulari. tempus illud erat tranquillum, & in libertate populi & gubernatione positum senatus: tuum porrò tempus libertate populi Ro. oppressa, senatus auctoritate delera. res illa plena iustitiæ, sapientiæ, dignitatis. censor enim, penes quẽ maiores nostri (id quod tu sustulisti) iudicium senatus [d] de dignitate esse voluerunt, Concordiæ signum volebat in curia, curiámque [e] ei deæ dedicare. Præclara voluntas, atque omni laude digna. præscribere enim se arbitrabatur, vt, sine studiis dissentionis, sententiæ dicerentur, si sedem ipsam, ac templum publici consilij, religione Concordiæ deuinxisset. Tu cùm ferro, cùm metu, cùm edictis, cùm priuilegiis, cùm præsentibus copijs perditorum, absentis exercitus terrore, & minis, consulum societate, & nefario fœdere seruitute oppressam ciuitatem tenueres: Libertatis signum posuisti magis [f] ad lubidrium impudentiæ, quàm ad simulationem religionis. Ille in curia, quæ poterat, sine cuiusquã incommodo dedicabat: tu in ciuis optimè de rep. meriti cruore, ac pænè ossibus, simulachrũ non libertatis publicæ, sed licentiæ, collocasti. Atque ille tamẽ ad collegium retulit: tu ad quẽ retulisti? Si quid deliberares, siquid tibi aut piandũ, aut instituendum fuisset religione domestica: tamen instituto [g] cererorũ vetere, ad pontificẽ detulisses. nouũ delubrũ cùm in vrbis clarissimo loco nefando quodam atque inaudito instituto inchoares: referendum ad sacerdotes publicos non putasti? At, si [h] collegium pontificum adhibendum non videbatur: nemóne horum tibi idoneus visus est, qui ætate, honore, auctoritate anteecellunt, vt cum eo dedicationem communicares? quorum quidem tu non contemsisti, sed pertimuisti dignitatem. An tu auderes quærere ex P. Seruilio, aut ex M. Lucullo: quorum ego consilio, atque auctoritate remp. consul ex vestris manibus, ac faucibus eripui: quibúsnam verbis, aut quo ritu, primùm hoc dico, cuius domum consecrares, deinde ciuis eius, cui princeps senatus, cui etiam ordines omnes, deinde Italia tota, pòst cunctæ gentes, testimonium huius vrbis, atque imperij conseruati dedisset? Quid dicetes, ô nefanda, & pernicioſa labes ciuitatis? *Ades* [a], *ades, Luculle, Seruili, dum dedico domum Ciceronis, vt mihi precatu, pòstlemque* [b] *teneatis.* Es tu quidem cùm audacia, tum impudentia singulari: sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent, cùm te viri, qui sua dignitate personam populi Rom. atque auctoritatem imperij sustinerent, verbis grauissimis perterruissent: neque sibi fas esse dixissent, furori interesse tuo, atque [c] in patriæ parricidio, & scelere. Quæ cùm videres, tum te ad tuum affinem nõ delectum à te, sed relictum à ceteris contulisti. quem ego tamen credo, si est ortus ab illis, quos me moriẽ proditum est ab ipso Hercule, perfuncto iam laboribus, sacra didicisse, in viri fortis æstumnis, non ita crudelem fuisse, vt in vini, & iam spirantis caput bustum suis manibus imponeret: qui aut [d] nihil dixit, aut, si fecit, omnino pœnam hanc maternæ temeritatis *tulit* [e], *vt mutam in delicto personam*, nonénque præberet: aut [f], si dixit aliquid, verbis hęsitantibus, postémque tremebunda manu tetigit. certè nihil ritè, nihil castè, nihil more, institutóque perfecit. Viderat ille Mutęnam, vitricum suum consulem designatum, ad me consulem cum Allobrogibus communis exitij indicia afferre: audierat ex illo, se à me bis salutem accepisse, separatim [g] semel, iterum cum vniuersis. Quare quis est, qui existimare possit, hunc nouo pontificì, primam hãc pòst sacerdotium initum religionem instituenti, vocémque mittenti, non & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatam metu concidisse: præsertim cùm ex collegio tanto, non regem nõ flaminem, non pontificem videret: fierique participes alieni sceleris inuitus cogeretur, & grauissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustineret? Sed, vt reuertar ad ius publicũ vindicandum, quod ipsi pontifices semper non solum ad suas cæremonias, sed etiam ad populi iussa accommodauerunt: habetis in cõmentarijs vestris, C. Cassium censorẽ de signo Concordiæ dedicando ad pontificum collegium retulisse, eíque M. Æmilium pontif. maximum pro collegio respondisse, nisi eum populus R. nominatim prefecisset, atque eius iussu facerer: non [h] videri ea rectè posse dedicari. Quid, cum Licinia virgo Vestalis, summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prędita, T. Flaminio, [k] Q. Metello, cos. s. aram. & æ diculam & puluinar, sub saxo sacro dedicasset, nõ eam rem ex auctoritate senatus ad hoc collegium Sex. Iulius prætor retulit? cum P. Scæuola, pontif. Max. pro collegio respondit *quod in loco publico Licinia, C. F. iussu populi dedicasset*, [m] *sacrum non videri esse.* Quam quidem rem quanta senectute, quantáque diligẽtia senatus sustulerit, ex ipso S.C. facile cognoscetis. Recita S.C. SENATVS CONSVLTVM. Videsne, prætori vrbano

a Accessit ad ve dedicaturi Magistratus, réprius ad collegium referebant, illique ve adcedent, denũ tiabant.*

b Post istę rendi mos fuit in dedicationibus, de quo paulo ante dixi.*

c L. atque in patriæ parricidio, & scel.

d L. aut nihil fecit, aut. al. qui nihil dixit, aut fecit omnino: pœnamque hãc* P.

e fort. luit, vt

f L. aut, si dixit aliquid, dixit verb. hæs.

g L. semel separatim.

h L. non videri id recte posse d.

i Licinię vestiginis Vestalis fit mentio in Bruto & apud Macrob. i. Saturnalior. 10. & 3. cap. 13. fit & alterius Licinię mentio, quæ virũ strangulauit, apud Liuium 48. & 6. Valer. 3.*

k L. T. Flaminino, Q. Met.

l L. retulit cum

m L. sacrum non videri. Quam q.

a L. imperia scribebantur nouæ, Q. Scio venen. misc. p. b al. adscribebantur, inuentebantur, al. proscribebantur.*

c al. senatus ne quis esset

d L. de senatus dignitate e L. aramque ei d.

f al. magis ad lubidrium pudicitiæ, quàm

g L. retulisses.

h fort. At, si tibi collegium p.

negotium datum, vt curaret, ne id sacrum esset: & vt siquæ essent inscriptæ litteræ, tollerentur? O tempora, ô mores! Tum censorem, hominem sanctissimũ, simulachrũ Concordiæ dedicare pontifices, in templo inaugurato prohibuerũt: pòst autem senatus in loco augusto consecratam eam[a] aram, tollendam ex auctoritate pontificum censuit, neque vllum est passus ex ea dedicatione, litterarum exstare monumentũ. tu procella patriæ, turbo, ac tempestas pacis, atq. otij, quod in naufragio reip. tenebris offusis, demerso populo R. euerso, atq. ejecto senatu dirueris, ædificaris, religione omni violata, reip. tantùm nomine contaminaris: in ciuis huiusce ædibus, & in vrbe, quam suis laboribus, ac periculis conseruasset, monumentum deletæ reip. collocaris ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium, sublatóque Q. Catuli nomine inscribaris: id sperasti remp. diutius, quàm, quoad mecum simul expulsa careret his mœnibus, esse laturam? ¶ At, si, pontifices, neque is, cui licuit, neque id, quod tas fuit, dicauit: quid me attinet iam illud tertium, quod proposueram, docere, *non his institutis, ac verbis, quibus cæremoniæ postulãt*, dedicasse? Dixi à principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito iure pontificum, dicturum. Quæ sunt adhuc à me de iure dedicandi disputata, non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumta de medio, ex rebus palàm per magistratus actis, ad collegiúmque delatis[b], ex S. consulto, ex lege. Illa interiora, iam vestra sunt, quid dici, quid præcipere, quid tangi, quid teneri ius fuerit. Quæ si omnia ex Corsicanij sciẽtia, qui[c] peritissimus pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent: aut si M. Horatius ille Pulullus, qui[d], cùm eius dedicationem multi propter inuidiam, fictis religionibus impedirent, restitit, & constantissima mente Capitolium dedicauit, huiusmodi alicui dedicationi præfuisset: tamen in scelere religio non valeret: nedũ valeat id, quod imperitus adolescens, nouus sacerdos, fororis precibus, matris minis adductus, ignarus, inuitus, sine collegis, sine libris, sine auctore, sine scriptore[g], furtim, mente, ac lingua titubante fecisse dicatur: præsertim cùm iste impurus, atque impius hostis omnium religionum, *qui contra fas inter*[h] *viros sæpe mulier, & inter mulieres vir fuisset*, ageret illam rem ita raptim, & turbulentè, vt neque mens, neque vox, neque lingua consisteret. Delatum[i] tum est ad vos pontifices, & pòst omnium sermone celebratum, quemadmodum iste præposteris verbis, ominibus obscœnis, identidem se ipse reuocando, dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, & pronũtiarit, & fecerit. Quod quidem minimè mirum est, in tanto scelere, tantáque dementia, ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim si nemo vnquam prædo tam barbatus, atque immanis fuit, qui cùm fana spoliasset, deinde aram aliquam in litore deserto, somniis stimulatus, aut religione aliqua, consecraret, non horreret animo, cùm diuinum numen scelere violatum, placare precibus cogeretur: qua tandem istum perturbatione mentis, omnium templorum, atque tectorũ, totiúsque vrbis prædonem fuisse censetis, cùm pro detestatione tot scelerum vnam aram nefariè cõsecraret? Non poterat vllo modo (quamquam & insolentia dominatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia) non in agendo ruere, ac sæpe peccare, præsertim illo pontifice, & magistro, *qui cogeretur docere*[a], *antequam ipse didicisset*. Magna vis est cùm in deorum immortalium numine, tum verò in ipsa rep. Dij immortales suorũ templorum custodem, ac præsidem sceleratissimè pulsum cùm viderent, ex suis templis in eius ædeis immigrare nolebant. itaque istius vecordissimi mentem cura, metúque terrebant. Res verò publica, quanquà erat exterminata mecum, tamen obuersabatur ante oculos exterminatoris sui, & ab istius inflammato, atque ignito furore iam[b] tum me, séque repetebat. Quæ quid est mirum, si iste[c] metus furore instinctus, scelere præceps, neque institutas cæremonias persequi, neque verbum vllum solemne potuit effari? ¶ Quæ dùm ita sint pontifices, reuocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione aduniuersam rẽp. quam anteà cum viris fortibus multis, in hac verò causa solis[e] vestris ceruicibus sustinetis. Vobis vniuersi senatus perpetua auctoritas, cui vosmetipsi præstantissimi[f] semper in mea causa præfuistis: vobis Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorúmque concursus, vobis campus, centuriarúmque vna vox omnium, quarum vos principes, atque auctores fuistis vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re, aut spe[g] denique sunt boni, omne vobis erga meam dignitatem studium, & iudicium non modò commissum, verùm etiam commendatum esse arbitrabuntur[h]. denique ipsi dij immortales, qui hanc vrbem, atque hoc imperium tuentur, vt esset omnibus gentibus, posteritatiq. perspicuum, diuino me numine esse reip. redditũ, idcirco mihi videntur fructũ ipsum reditus, & gratulationis meæ, ad suorum sacerdotum potestatem, iudiciúmq. reuocasse. Hic est enim reditus, pontifices, hæc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in diis penatibus recuperandis. Quorum[i] iste suis sceleratissimis manibus tecta, sedésque conuellit: ducit úsque consulibus, tanquam vrbe capta, hanc vnam domum, quasi acerrimi propugnatoris, sibi delendam putauit: tamen illi dij penates, ac familiares mei, per vos in meam domum mecum erunt restituti. Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia populus R. *optimum*, propter vim, *maximum* nominauit, téque *Iuno regina*, & te, *custos*[k] *vrbis, Minerua*, quæ semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum extitisti, precor, ac quæso: vósque, qui maximè me repetistis, atque reuocastis, quorum de sedibus hæc mihi proposita est contentio, patrij penates, familiarésque qui huic vrbi, & reip. præsides[l] estis, vos obtestor, quorum ego à templis, ac delubris pestiferam illam, & nefariam flammam depuli: téque, Vesta mater, cuius castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore, & scelere defendi: cuiúsque ignem illũ sempiternum non sum passus aut sanguine ciuiũ restingui, aut cum totius vrbis incendio commisceri: vt[m], si in illo pænè fato reip. obieci meũ caput pro vestris cæremoniis, atque templis, perditissimorum ciuiũ furori atque ferro: &, si iterum, cùm ex mea conten-

a *al. iam.*

b *al.* relatis.

c l 2. ff. de origine iuris. P. B.

d L. acta esse constaret: e Liuius 2. Dionys 5. Tacitus 19. 5. Valer. 10. f allato de morte filij nuncio.

g *al.* fictore

h Sic 2. Verrina, vti inter mulieres, inter viros muliercula. i L. Delatum iam tum est ad vos.

a *fort.* docerí. P. CCXLII.

b L. iam tum se, méque respect.

c L. si iste metu perturbatus, furore inst. *al.* metu perculsus, furore inst.

d PERORATIO.

e L. soli vestris

f *vox, præstantissimi, abest à nonnullis libris. al.* præstantissimè.

g *al.* specie.

h L. arbitrantes,

i L. quorum etsi iste suis scel. P. B.

k πολιοῦχος adde epistol. ad Cornificium. Dionem 38.

l L. præsidetis.

m *Paulagatibus hanc particulam, vt, delet.*

BIBLIOTECA „ASTRA" SIBIU 60?

aduerſus act. P.Clodij.

contẽtione interitus bonorum omniũ quæ reretur,vos ſum teſtatus, vobis me , ac meos commendaui,méque,ac meum caput ea conditione deuoui,vt , ſi & eo ipſo tempore, & antè , & in conſulatu meo , commodis meis omnibus,emolumentis , præmiis prætermiſſis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil niſi de ſalute meorũ ciuium laborraſſem:tum mihi rep.aliquando reſtituta liceret frui: ſin autem mea conſilia patriæ non profuiſſent, vt perpetuum dolorem,auulſus à meis,ſuſtinerem : hanc ego deuotionem capitis mei, cùm ero in ſedes meas reſtitutus , tum denique conuictam eſſe , & commiſſam putabo [a]. nam nunc quidem,pontifices , non ſolùm domo, de qua cognoſcitis, ſed tota vrbe careo , in quam videor eſſe reſtitutus. Vrbis enim celeberrimæ,& maximæ partes aduerſum illud non monumentum,ſed vulnus patriæ contuentur. quem cùm mihi conſpectum morte magis vitandum, fugiendúmque eſſe videatis: nolite, quæſo eum , cuius reditu reſtitutam remp. fore putaſtis, nõ ſolùm dignitatis ornamentis , ſed etiam vrbis partibus velle eſſe priuatum. Non me bonorum direptio , non [b] tectorum exciſio , non depopulatio prædiorum , nõ præda conſulũ ex meis fortunis crudeliſſimè capta permouet:caduca ſemper,& mobilia hæc eſſe duxi: nõ virtutis,atque ingenij,ſed fortunæ,&ceterorum munera:quorum ego non tam facultatem vmquam, & copiam expetendam putaui, quàm & in vtendo rationem , & in carendo patientiam. Etenim ad noſtrum vſum propemodum iam eſt definita moderatio rei familiaris:liberis autem noſtris ſatis amplum patrimonium paterni nominis, ac noſtræ memoriæ, relinquemus : domo per ſcelus erepta,per latrocinium occupata, per religionis vim ſceleratiùs etiam ædificata, quàm euerſa,carere ſine maxima ignominia reipub.meo dedecore,ac dolore,nõ poſſum. Quapropter,ſi diis immortalibus,ſi ſenatui,ſi populo Rom.ſi cunctæ Italiæ, ſi prouinciis, ſi exteris nationibus , ſi vobiſmetipſis , qui in mea ſalute principem ſemper locum, auctoritatémque tenuiſtis , gratum , & iucundum meum reditum intelligitis eſſe:quæſo obteſtórque vos,pontifices , vt me , quem auctoritate,ſtudio,ſententiis reſti uiſtis , nunc,quoniam ſenatus ita vult,inanibus quoq. veſtris in ſedibus meis collocetis.

P. CCXLIII. a *ſerr.* putem

b L. non tectorum exciſio

DE[a] HARVSPICVM RESPONSIS IN SENATV. ORATIO TRICESIMA.

a v. e. DE HARVSPICVM RESPONSIS IN P. CLODIVM , IN SENATV.

SYNOPSIS.

Quæſtio, An quod prodigiis factis Aruſpices conſulti, reſpoderent, Loca ſacra & religioſa profana videri, hoc reſponſo domus Ciceronis antè P. Clodio conſecrata profana videatur? Actor *P. Clodius ædilis* Reus, *ſuique patronus Cicero:* Acta *in ſenatu anno Ciceronis* 51. *vrbis* 697.

P. E. b EXORDIVM.

HESTERNO die,P.C.cùm me,& veſtra dignitas, & frequentia equitum Ro. quibus ſenatus dabatur, magnoperè cõmouiſſet: putaui mihi reprimendã eſſe P.Clodij impudicam impudentiã,cũ is publicanorũ causã ſtultiſſimis interrogationib.impediret,& P.& Tullioni Syro nauaret operã. atq. ei ſeſe , cui totus venierat,etiã vobis inſpectantib.venditaret. Itaq.hominẽ furẽtẽ, exſultantẽq. cõtinui, ſimulac periculũ iudicij intendi:duobus inceptis verbis omnẽ impetũ gladiatoris,ferociãque cõpreſſi. At tamen ignarus ille,qui cõſules eſſent,exſanguis,atq.æſtuans, ſe[c] curia repẽtè proripuit,cũ quibuſdam fractis iã,atque inanibus minis, & cũ illius Piſoniani tempore,Gabinianiq. terroribus. Quem cùm egredientẽ inſequi cœpiſſem:cœpi equidem fructum maximũ & ex cõſurrectione omnium veſtrũm,& ex comitatu publicanorũ.Sed vecors repentè ſine ſuo vultu, ſine colore, ſine voce cõſtitit:deinde reſpexit:& ſimulac Cn. Lentulũ conſulem adipexit,cõcidit in curiæ pẽnè limine,recordatione,credo,Gabinij ſui,deſiderióq.Piſonis:cuius ego de eſſrenato,& præcipiti furore quidddicam? [e] haud poteſt grauioribus à me verbis vulnerari,quàm eſt ſtatim,in facto ipſo, à grauiſſimo viro, P.Seruilio confectus , ac trucidatus. cuius ſi etiam [f] vim,& grauitatem illam ſingularem,ac pẽnè diuinam , eſſe qui poſſem:tamẽ non dubito, quin ea tela,quæ coniecerit inimicus, quàm ea, quæ collega patris emiſit , leuiora, atque hebetiora eſſe videantur. Sed tamen mei facti rationẽ exponere illis volo,qui heſterno die dolore me elatum, & iracundia longiùs[g] propè digreſſum arbitrabantur, quàm ſapientis hominis cogitata ratio poſtularet. Nihil ſe ei iratus,nihil impotẽti animo, nihil nõ diu conſideratum,ac multò antè meditatũ. Ego enim,P.C.inimicum me ſemper eſſe profeſſus ſum duobus,qui me,quibrem meam cùm [h] defendere deberẽt,ſeruare poſſent : cumque ad conſulare officium ipſis inſignibus illius imperij ad meam ſalutem non ſolùm auctoritate,ſed etiam precibus veſtris vocarentur: primò reliquerunt,deinde prodidérunt, poſtremò oppugnauerunt[i], præmiſſque nefarię pactionis funditus vnà cum rep.oppreſſum, exſtinctúmque voluerunt:quique ſuo ductu, & imperio cruento illo,atque funeſto ſuppliciа neque à ſociorum mœnibus prohibere, neque hoſtiũ vrbibus inferre potuerunt: exiſionem [k], inflammationem , euerſionem, depopulationem , vaſtitatem [l] eam ſua cum præda meis omnibus tectis,atque agris intulerunt.cũ his furiis,& facibus,cũ his,inquam exitioſis prodigiis , ac pæne huius imperij

c L. ſe è curia.

d L. quid dicam? poteſt grauioribus &c. ac trucidatus? e *al.* dicam? poteſt &c.

f L. ſi eã vim P. CCXLIIII

g L. longiùs progreſſum. *al.* prope progreſſum*

h L. qui rẽp. cum def. deb.

i L. oppugnarunt.

k L. exſciſionem.

l L. vaſtitatẽ auẽti prædæ meis omn.

pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum: neq. id tamen ipsum tantũ, quantum meus ac meorum, sed tantum, quantum vester, atque omnium bonorum dolor postulauit. In Clodium verò non est hodie meum maius odium, quàm illo die fuit, cùm illum anabustum religiosissimis ignibus, cognoui muliebri ornatu, ex incesto stupro, atque ex domo pontificis maximi emissum. tum, inquam, tum vidi, ac multò ante prospexi, quãta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reip. Videbam, illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem [a] adolescentis furentis nobilis, vulnerati non posse arceri otij finibus: eruptutum illud malũ aliquãdo, si [c] impunitum fuisset, ad perniciẽ ciuitatis. nõ multum mihi sanè [d] obstad odiũ accessit. nihil enim cõtra me fecit odio mei, sed odio seueritatis, odio dignitatis, odio reip. non me magis violauit, quàm senatum, quàm equites R. quàm omneis bonos, quàm Italiã cũctam. nõ denique in me sceleratior fuit, quàm in ipsos deos immortaleis. Etenim illos eo scelere violauit, quo nemo antea, in me fuit eodẽ animo, quo etiã eius familiaris Catilina, si vicisset, fuisset. Itaq. eum nũquã à me esse acousandũ putaui, nõ plus, quàm stipite illum, qui, quorũ hominũ esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. Quid enim hũc persequar, pecudem, ac belluam, pabulo inimicorũ meorũ, & glande corruptum? qui dũ sensit, quo se scelere deuinxerit: non dubito, quin sit miserrimus. sinautem id nõ videt: periculũ est, ne se stuporis excusatione defẽdat. Accedit etiã, q. exspectatione omnium, fortissimo, & clarissimo viro, T. Annio, deuota, & constituta ista hostia esse videtur: cui me præripere despõsam iã & destinatã laudẽ, cùm ipse eius opera & dignitatẽ, & salutem recuperarim, valde est iniquum. Etenim vt P. ille Scipio, natus mihi videtur ad interitum, exitiũ nq. Karthaginis, qui illã à multis imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactatã [e] pænè captã aliquando, quasi fatali euẽtu, solus euertit: sic T. Annius ad illam pestẽ comprimendam, exstinguendã, funditus, delendã natus esse videtur, & quasi diuino munere donatus reip. Solus ille cognouit, quẽadmodum armatum ciuẽ, qui lapidibus, qui ferro alios fugaret, alios domi cõtineret, qui vrbem totam, qui curiam, qui forum, qui templa omnia cæde, incendiisque terreret, non [g] modò vincere, verùm etiã vincire oporteret. Huic ego, & tali, & cita de me, ac de patria merito viro, numquam mea volũtate præripiam eum præsertim reũ, cuius ille inimicitias nõ solùm suscepit propter salutem meã, verùm etiam appetiuit. Sed si etiam nunc illaqueatus iam omniũ, legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, exspectatione supplicij iam nõ diuturna implicatus, fereretur, tamẽ hæsitans, & in me impetum impeditus facere conabitur: resistam, & aut concedente, aut etiam adiuuante Milone, eius conatum refutabo: vel ut hesterno die, cùm mihi stanti tacens [h] vnus inarretur, voce tantum attigi legum initium, & iudicij. consedit ille, conticuit. Diẽ dixisset, vt fecerat, fecissem, vt ei statim terti⁹ à prætore dies diceretur. Arq. hoc sic moderetur [k]: & cogitet, si contentus sit iis sceleribus, quę commisit, iam se esse consecratum Miloni: si quod in me telum intorserit [a], statim me esse arrepturum arma iudiciorum, atque legũ. ¶ Atqui [b] paullò antè, P. C. concionem habuit, quæ est ad me tota delata: cuius concionis primùm vniuersum argumentum, sententiámque audite, cùm tisseritis impudẽtiam [c] hominis, tum à me de tota concione audietis. ¶ De religionibus [d] sacris & cæremoniis est cõcionatus, patres conscripti, Clodius: P. inquã, Clodius sacra, & religiones negligi, violari, pollui, questus est. Nõ mirũ, si hoc vobis ridiculũ videtur. etiam sua concio risit hominẽ quomodo ipse gloriari solet, ducentis confixũ senatusconsultis [e]: quæ sunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominémq. illũ, qui puluinaribus Bonæ deæ stuprũ intulerit, éq. sacra, quę viri oculis, ne imprudẽtis quidẽ, adipisci fas est, nõ solùm adspectu virili, sed flagitio, & prouoque violarit, in concione de religionibus neglectis conqueri. Itaque nunc proxima concio eius exspectatur de pudicitia. Quid enim interest, vtrùm ab altaribus religiosissimis fugatus, de sacris, & religionibus conqueratur, an ex sororũ cubiculo egressus, pudorem, pudicitiámq. defendat? Responsum Haruspicum hoc recens de fremitu [g] in concione recitauit: in quo cũ aliis multis scriptum etiã illud est, (id quod audiuistis) *loca sacra, & religiosa, profana haberi.* In ea causa esse dixit, domum meam, à religiosissimo sacerdote, P. Clodio, consecratam. Gaudeo mihi de toro hoc ostento, quod haud scio, an grauissimum multis his annis huic ordini nũciatum sit, datam non modò iustam, sed etiã necessariam causam esse dicendi. Reperietis enim ex hoc toto prodigio, atq. respõso, nos de istius scelere, ac furore, ac de impendentibus [h] periculis maximis, prope iam voce Iouis optimi maximi præmoneri. Sed primum expiabo religionem ędium mearum, si id facere verè, ac sine cuiusquam dubitatione potero. sini scrupulus tenuissimus residêre aliquis videbitur nõ modò patienti, sed etiam libenti animo portentis eorum immortalium, religioníq. parebo. Sed quę tandem est in hac vrbe tãta domus, ab istis religionis suspicione tã vacua, atque pura? Quamquam vestræ domus, P. C. ceterorúmque ciuiũ, multo maximam [k] ex parte sunt liberæ religione, tamẽ vna mea domus iudiciis omnibus liberata, in hac vrbe, sola est. Te enim appello, Lentule, & te, Philippe. ex hoc Haruspicum responso decreuit senatus, *vt de locis sacris [l] religiosis, ad hunc ordinem referretur.* potestísne referre de mea domo? quæ (vt dixi) sola, in hac vrbe, omni religione, omnibus iudiciis, liberata est. quã primùm inimicus ipse in illa tempestate, ac nocte reip. cùm cetera scelera stilo illo impuro Sex. Clodi [m] conscripsisset, ne vna quidem attigit littera religionis. deinde eandem domum populus Romanus, cuius est summa potestas omnium rerum, comitiis centuriatis, omnium ætatum, ordinúmque suffragiis, *eodem quo iure esse iussit, quo fuisset.* Postea vos, P. C. non quòd dubia res esset, sed vt huic furiæ, si diutius in hac vrbe, quam delere cuperet, maneret, vox [n] interdiceretur, decreuistis, vt de mearum ædium religione ad pontificum collegium referretur. Quæ tanta religio est, quæ non in nostris dubitationibus, atque in maximis superstitionibus, vnius P. Seruilij, ac M. Lucullí responso, ac verbo liberemur?

De sa-

P. B. [a] v.c. immanem

[b] v.c. stupri causa

[c] v.c. impunitum

[d] L. qui sensit, quod scelere deuinxerit.

[e] al. abestatam,

P. CCXLV. [f] L. resp. donatus.

[g] L. non modò vincire, verùm etiã vincere oportere

[h] sort. iacens [i] L. concidit ille, & conticuit. Diem d. [k] al. meditetur.*

[a] al. intendere rit, st.

[b] PARTITIO.*

[c] v.c. impudẽtiam.

[d] CONTENTIO.*

[e] I. senatusconsultis, P. B. [f] vt sit antiquus genitiuus.* [f] al. hominémque eum qui p.

[g] qui sua terra conditur est in agro Latinensi. Dion.*

[h] v.c. Impendentibus

[i] L. sin scrupulus vel tenuissimus.

[k] al. maximã partem.*

P. CCXLVI. [l] L. sacris, ac religiosis,

[m] al. Clodius orationẽ conscripsisset.*

[n] al. vox interclude retur.

De ſacris publicis, de ludis maximis, de deorum Penatium, Veſtæque matris cæremoniis, de illo ipſo ſacrificio, quòd [a] fit pro ſalute populi Romani, quod poſt Romam cõditam, huius vnius caſti tutoris religionum ſcelere violatum eſt, quòd tres pontifices ſtatuiſſent, id ſemper populo Romano, ſemper ſenatui, ſemper ipſis diis immortalibus ſatis ſanctum, ſatis auguſtum, ſatis religioſum eſſe viſum eſt. At verò meam domum P.Lentulus, COSS. & pontifex [b] P.Scruilius, M. Lucullus, Qu. Metellus, M. Glabrio [c], M. Meſſalla, L. Lentulus, flamen Martialis: P. Galba, Qu. Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius, rex ſacrorum: M. Scaurus, M. Craſſus, C. Curio, Sex. Cæſar, flamen Quirinalis: Qu. Cornelius, P. Albinouanus, Qu. Terentius, pontifices minores, cauſa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia ampliſſimorum, ac ſapientiſſimorum ciuium adſtante, *omni religione*, vna mente omnes *liberauerunt*. Nego vmquam poſt ſacra conſtituta, quorum eadem eſt antiquitas, quæ ipſius vrbis, vlla de re, ne de capite quidem virginum Veſtalium, tam frequens collegium iudicaſſe. quamquam ad facinoris diquiſitionem intereſt adeſſe quàmplurimos. Ita eſt enim interpretatio illa pontificum, vt iidem poteſtatem habeant iudicum. Religionis explanatio [e] vel ab vno pontifice perito rectè fieri poteſt: quod idem in iudicio capitis durum, atque iniquum eſt. tamen ſic reperietis, frequentiores pontifices de mea domo, quàm vmquam de cæremoniis virginum iudicaſſe. Poſtero die frequentiſſimus ſenatus, te conſule deſignato, Lentule, ſententiæ principe, P. Lentulo, & Qu. Metello, COSS. referentibus, ſtatuit, cùm omnes pontifices, qui erant huius ordinis, adeſſent: cúmque alij, qui honotibus populi Romani antecedebant, multa de collegij iudicio verba feciſſent, omnéſque iidem ſcribendo [f] adeſſent: *Domum meam, iudicio pontificum, religione liberatam videri.* De hoc igitur loco ſacro potiſſimùm videntur Haruſpices dicere, qui locus ſolus ex priuatis locis omnibus, hoc præcipuè iuris habet, vt ab ipſis, qui ſacris præſunt, ſacer non eſſe iudicatus ſit? Verùm referte: quod ex S.C. facere debetis. aut vobis cognitio dabitur, qui primi de hac domo ſententiam dixiſtis, & eam religione omni liberaſtis: aut ſenatus ipſe iudicabit, qui, vno illo ſolo antiſtite ſacrorum diſſentiente, frequẽtiſſimus antea iudicauit: aut, id quod certè fiet, ad pontifices relicietur, quorum auctoritati, fidei, prudentiæ maiores noſtri ſacra religionéſq. & priuatas, & publicas commendarunt. Quid ergo hi poſſunt aliud iudicare, ac iudicauerunt? Multæ ſunt domus in hac vrbe, P.C. atque haud ſcio, an pænè cunctæ iure optimo: ſed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure [g] mancipij, iure nexi. nego eſſe vllã domum aliam, æquè priuato iure, atque optima lege, publico verò omni præcipuo, & humano, & diuino iure munitam. Quæ primùm ædificatu: ex auctoritate ſenatus, pecunia publica: deinde contra vim nefariam huius gladiatoris, tot ſenatuſconſultis munita, atque ſæpta eſt. Primùm negotium iiſdem magiſtratibus eſt. datum anno ſuperiore, vt curarent, vt ſine vi mihi ædificare liceret, quib. in maximis periculis, vniuerſa reſpub. commendari ſolet: deinde, cùm ille ſaxis, & ignibus, & ferro vaſtitatem meis ædibus intuliſſet: decreuit ſenatus, eos, qui id feciſſent, lege [a] de vi, quæ eſt in eos, qui vniuerſam remp. oppugnaſſent, teneri. Vobis verò referentib. ô poſt hominum memoriam fortiſſimi, atque optimi conſules, decreuit idem ſenatus frequentiſſimus, qui meam domum violaſſet, contra remp. eſſe facturum. Nego, vllo de opere publico, de monumento, de templo, tot ſenatus exſtare conſulta, quot de mea domo, quam ſenatus vnã, poſt hanc vrbem conſtitutam [b], ex ærario ædificandã, à pontificibus liberandam, à magiſtratibus defendendam, à iudicibus puniẽdam [c] putaret. P. Valerio, pro maximis in remp. beneficiis, data domus eſt in vlla de publica: at mihi in Palatio reſtituta illi locus: at mihi etiam parietes, atque tectum, illi, quam ipſe priuato iure tuerentur: mihi, quam publicè magiſtratus omnes defenderẽt. Quæ quidẽ ego ſi aut per me, aut ab aliis haberem non prædicarem apud vos, ne nimis gloriari viderer. Sed, cùm ſint mihi data à vobis, cùm ea attententur eius lingua, cuius antea manu euerſa vos mihi, & liberis meis, manibus veſtris reddidiſtis: non ego de meis, ſed de veſtris factis loquor: nec vereor, ne hæc mea veſtrorum beneficiorum prædicatio, non grata potiùs, quàm arrogans videatur. Quamquam, ſi me tantis laboribus pro cõmuni ſalute per functum efferret aliquando ad gloriã in refutandis maledictis improborum hominum, animi quidam dolor, quis non ignoſceret? Vidi enim heſterno die quendam murmurantem: quem aiebant negare ferre me poſſe, quia, cùm ab hoc eodem impuriſſimo [e] parricida rogarer, cuius eſſem ciuitatis, reſpondi [f], me, probantibus & vobis, & equitibus R. eius eſſe, quæ carere me non potuiſſet. Ille, vt opinor, ingemuit. Quid igitur reſponderem? (quæro ex eo ipſo, qui ferre me non poteſt) me ciuem eſſe Romanum? litteratè reſpondiſſem. Tacuiſſem? deſertum negotium. Poteſt quiſquam vir in [h] rebus magnis cum inuidia verſatus, ſatis grauiter contra inimici contumeliam ſine ſua laude reſpondere? At ipſe non modò reſpondet, quidquid poteſt, cùm eſt laceſſitus: ſed etiã gaudet, ſe ab amicis, quid reſpondeat, admoneri. ¶ Sed, quoniam mea cauſa expedita eſt, videamus nũc, quid haruſpices dicant. Ego enim fateor me, & magnitudine oſtenti, & grauitate reſpõſi, & vna, atque conſtanti haruſpicum voce vehementer eſſe commotũ. Neque is ſum, qui, ſi cui fortè videor plus, quàm ceteri, qui eque, atque ego ſunt, occupati, verſari in ſtudio litterarum, his delecter, aut vtar omnino litteris, quæ noſtros animos deterrẽt, atque auocãt a religione. Ego verò primùm habeo auctores, ac magiſtros religionum colendarum, maiores noſtros: quorum mihi tanta fuiſſe ſapientia videtur, vt ſatis, ſupérque prudentes fint, qui illorum prudentiam non dicam aſſequi, ſed quãta fuerit, perſpicere poſſint: qui ſtatas [k], ſollemneſque cæremonias, pontificatu [l]: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio: fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libris: portentorum explanationes [m], Etruſcorum diſciplina contineri putarunt [n]: quæ quidem tanta eſt, vt noſtra memoria primùm Italici belli

a in operto bonæ dex.*

b Pontificum ordo hîc obſeruandus, vt priore loco Pontifex maximus deinde flamen martialis, Rex ſacrorum: flamen, Quirinalis, pontifices minores nominantur.* P. B. c I. M. Glabrio, d al. P. Scipio vt orat. pro domo.*

e L. expiatio vel ab

f Senatuſcõſultis hæc verba addi ſolita, ſcribendo affuerũt.*

g P. CCXLVII. ſure mancipi,

a fort. lege de vi publica. q.

d Ant. Auguſt. via ſacra Pantagathus viropublico. vt apud Liuium 2. & Plutarchum in Publicola.*

P. B.

e L. impuriſſimo patricida.

f fort. reſpõdi, probantibus & vobis, & equitibus Rom. me eius eſſe, gal. An tacuiſſem?

h al. reb. in magnis

i Reſponſio ad Haruſpicum reſponſa.*

k al. ſtatutas.*

l Religio Romana ab his quatuor petita, pontificibus, auguribus, vatum libris, Etruſcorum diſciplina.* P. CCXLVIII

m in Cicero i diuinat.* fort. expiationes, vt apud Valerium lib. 1.*

n L. putarũt.

funesta illa principia, pòst Syllani, Cinnanique temporis extremum pænè discrimen, tũ hanc recentem vrbis inflammãdæ, delendiq. imperij coniurationem non obscurè nobis paullò antè prædixerint. Deinde etiã cognoui, multa homines doctissimos, sapientissimósque & dixisse, & scripta de deorum immortalium numine reliquisse: quæ quamquã diuinitus perscripta video, tamẽ eiusmodi sunt vt ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse videantur. Etenim *quis* [a] *est tam vecors, qui aut, cùm suspexerit in cælum deos esse non sentiat, & ea, quæ tanta mente fiunt, vt vix quisquam arte vlla ordinem rerum, ac vicissitudinem persequi possit, casu fieri putet? aut, cùm deos esse intellexerit, non intelligat, eorum numine hoc tantum imperium esse natum, & retentum?* Quàm volumus licet, P. C. ipsi nos amemus: tamen nec [b] numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso huius gentis, ac terræ domestico, natiúoque sensu, Italos ipsos, ac Latinos, sed pietate, ac religione, atque hac vna sapientia, quòd deorũ immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus, omneis gẽteis, nationéque superauimus. Quare, ne [c] plura de re minimè dubia loquar, adhibete animos, & mẽteis vestras, nõ solùm aureis, ad haruspicum vocem admouete: QVOD IN AGRO LATINIENSI AVDITVS EST STREPITVS CVM FREMITV. Mitto haruspices, mitto illã veterem ab ipsis diis immortalibus, vt hominum fama est, Etruriæ datam disciplinã: nos nõne haruspices esse possumus? [d] EXAVDITVS IN AGRO PROPINQVO, ET SVB VRBANO EST STREPITVS QVIDAM RECONDITVS, ET HORRIBILIS FREMITVS ARMORVM. Quis est ex gigantib. illis, quos poetæ ferunt bellũ diis immortalibus intulisse, tam impius, qui hoc tam nouo tantóque motu non magnum aliquid deos populo R. præmonstrare, & præcinere fateatur? De ea re scriptum est, postulationes decretas [f] esse Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cælestibus. ¶ Audio, quibus diis violatis, expiatio debeatur: sed, hominum, quæ ob delicta, quæro. LVDOS MINVS DILIGENTER FACTOS, POLLVTOSQVE. Quos ludos? te appello, Lentule, (tui sacerdotij sunt tensæ, [g] curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæq. ludorum publicorum) vósque pontifices, ad quos epulones [h] Iouis optimi, max. si quid est prætermissum, aut commissum, afferunt: quorum de sententia illa eadem renouata, atque instaurata celebrantur: qui sunt ludi minùs diligenter facti? quando, aut quo scelere polluti? respondebis pro te, & pro collegis tuis, & pro pontificum collegio, nihil cuiusquam aut negligentia contemtum, aut scelere esse pollutum: omnia solemnia, ac iusta ludorũ, omnibus rebus obseruatis, summa cum cerimonia esse seruata. Quos igitur haruspices ludos minùs diligenter factos, pollutósque esse dicunt? eos, quorum ipsi dij immortales, atque illa mater, dea, te, te, Cn. Lentule, cuius ab auia manibus esset accepta, spectatorem esse voluit, quòd ni tu Megalesia [k] illo die spectare voluisses: haud scio an viuere nobis, atque his de rebus iã queri liceret. vis enim innumerabilis incitata ex omnib. vicis collecta seruorum ab hoc ædili religioso, tepente fornicibus, ostiísq. omnibus, in scenã, signo dato, immissa irrupit. Tua tum, tua, Cn. Lẽtule, eádem virtus fuit, quæ in priuato quõ tuo pro tuo more, nomẽ, imperiũ, vocem, adpectũ, imperium tuũ stans senatus, equitésq. R. & omnes boni sequebãtur, cùm ille seruorũ, & ludiorũ multitudini S. P. Q. R. victam ipso consessu, & constrictũ spectaculis, atque impeditũ turmã, & angustiis tradidisset. An, si ludius [a] cõstitit, aut tibicẽ repẽ è cõticuit, aut puer ille patrimus [b], & matrimus sistere tã non tenuit, aut tensam d, aut lorũ omisit, aut, si ædilis verbo, aut [e] si nutu abertauit, ludi sunt nõ rite facti, eáq; errata expiãtur, & mentes deorũ immortalium, ludorum instauratione placãtur: si ludi ab lætitia ad metũ traducti sunt, si nõ intermissi, sed peracti, atque sublati sunt: si ciuitati vniuersæ scelere eius, qui ludos ad luctũ conferre voluit, exstiterunt dies illi festi & pæne funesti, dubitabimus, quos h ludos ille tremitus nũtiet esse pollutos? Ac, si volumus ea, quæ de quóq. deo nobis tradita sunt, recordari, hanc Matrẽ magnã, cuius ludi violati, polluti, pænè ad cædẽ, & ad funus ciuitatis cõuersi sunt, hãc, inquã, accepimus, agros, & nemora cũ quodã strepitu, fremitũ peragrare. Hæc igitur vobis, hæc populo R. & sceleru indicia ostẽdit, & periculorũ signa patefecit. nam quid ego de illisi ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templũ, in ipso Matris magnæ cõspectu, Megalensio, [k] fieri, celebrarique voluerũt? qui iunt more, instituíq. maximè casti, sollemnes, religiosi: quibus ludis primũ ante populi cõsessum senatui locũ P. Africanus iterũ consul ille maior dedit: vt eos ludos hæc lues impura polluerit: quò siquis liber aut spectãdi, aut etiã religionis causa, accesserat: manus asserebantur. quò matrona nulla adiit, propter vim, cõsessumq. seruorũ. Ita ludos eos, quorũ religiõtata est, vt ex vltimis terris arcessita in hac vrbe cõfederit: qui vni Iudi ne verbo quidẽ appellãtur Latino, vt vocabulo ipso & appetita religio externa, & Matris magnæ nomine suscepta declaretur: hos ludos serui fecerunt, serui spectauerũt: tota denique hoc ædile, seruorũ Megalesia fuerunt. Prò dij immortales! quã magis nobiscũ loqui possetis, si essetis, vere saremíq. nobiscũ? ludos esse pollutos significatis, ac planè dicitis. Quid magis deformatũ, inquinatũ, peruersum, conturbatũ dici potest, quàm, omne seruitiũ, permissu magistratus, liberatũ, in alterã scænam immissum, alteri præpositũ, vt alter cõsessus potestati seruorũm [m] obiiceretur, alter seruorũ totus esset? Si examẽ [n] apũ ludis in scenam venisset, haruspices acciendos [o] ex Etruria putaremus: videmus vniuersi repente examina tãta seruorum immissa in populũ R. sæptũ, atque inclusum, & non commouemur? Atque in apum fortasse examine, nos ex Etruscorum scriptis haruspices, vt à seruitio caueremus, monerẽt. Quod igitur ex aliquo difiuncto, diuersóque monstro significatum caueremus [q], id cùm sibi ipsum mõstrum est, & cùm in eo ipso periculũ est, ex quo periculum portenditur, nõ pertimescemus? istiusmodi Megalesia [r] fecit pater? istiusmodi patruus? Is mihi etiam

P. CXLIX.

a Deos esse, Deorum esse prouidentiã. Deorum numine imperia nasci, augeri, retineri.*

b Gentium quarundã dotes proprias & singulares.

c L. ne plura de re minimè dubia loquar P. B.

d L. traditã.

e Gigantum meminit libro de senectute.*

f *quidam legebant hoc loco*, decretas,

g Tensa vel Thensa, sacra vehicula: & vt Festus scribit in Tensa ar gẽtea quibus exuiæ deorum ludis Circensibus ad puluinar deorum vehuntur. Asconius Tensas dictas existimat. quòd ante ipsas lora tẽdantur, quæ gaudent manu teneri, qui eas deducunt.*

h Epulones seu Epuloni qui epulas diis indicẽdi potestã cum habebant. vide Festum in Epulones.* i L. atque Illa mater Idæa, te, te &c.

k Megalesia Indi matris magnæ: vide Varronem 5. de lingua. Festum in Megalesia.*

a *al.* Lydius, lita apud veteres dicebatur: sed pòst Lydius. *Nonius, Halicarnass. Plautus Aulularia.**

b Vide Festũ in Pater patrimus in Matrimes: in Patrimes: in Rica.*

c *Lipsi.* ifferam, *vel* fisa t ram. id autẽ veteri lexico ἐκ ἐπιστολῆς μέν ἐν ἐπιστολῆς: cuiusmodi pueri patrimi, & matrimi ad sacrificium ducebant: quæ si casu anfugisset: aut quòd Cicero dicit, si puer ouem nõ tenuisset, malũ ominis erat & turbãdi sacrificij. *vide Lipsi. 4. Antiquar. 3.* Alij terram tenere idem esse quod tãgere existimant. *Aston. Augustinus legit* si tensam non tenuit aut lorum remisit.*

d Tensæ quid P. B. esset, dixi.*

e L. aut symbolo aberr. *ex veteri symbolo.* Est autem symbolum *vel* sympunium, *vel* sympinium vas sacrificiis publicis. *Arnob 4.**

f *verbã*, sunt *hic non agnoscit L.*

g *al.* pro festis pene funeri.*

h L. quos ille tremitus nuntiet ludos esse pollutos?

i Megalesia ludi qua parte vrbis celebrari solita* k L. Megalesiis fieri, l L. polluerit m *v. c.* obiice retur,

n Apum examine ludi interpellabantur adde 1. de diuinatione: fic foricum ouecta, ostento veteribus 8. *Plin. 1. Plutarchum, Marcel. 1. Valer. 1.** o *pat.* arciendos p *al.* commouemur? q t. id cum ipsum tibi r Megalesia matris magnæ festa.* s Appius Claudius.*

generis

generis ſui mentionem facit, cùm Athenionis [a], aut Spartacib exemplo ludos facere maluerit, quàm Cani, aut Appij, Claudiorum. Illi cùm ludos facerent, ſeruos [c] de cauea exire iubebant: tu in alteram ſeruos immiſiſti, ex altera liberos eiecisti. Itaque qui antea voce præconis à Liberis ſemouebantur [d], tuis ludis non voce, ſed manu liberos à ſe ſegregabant. Ne hoc quidē tibi in mentē veniebat. Sibylino ſacerdoti, hæc facta maiores noſtros ex veſtris [e] libris expetiſſe: ſi illi ſunt veſtri, quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus attrectas. Hac igitur vate ſuadente quondam, defeſſa Italia Punico bello, atque ab Annibale vexata, ſacra iſta maiores [f] noſtri aſcita ex Phrygia Romæ collocauerunt [g]: quę virbis accepit, *qui eſt optimus à populo R. iudicatus*, P. Scipio: fœmina autem, quæ matronarum caſtiſſima putabatur, Qu. Claudia: cuius priſcam illam ſeueritatem ſacrificij tui ſoror mirificè exiſtimatur imitata. Nihil te igitur neq. maiores tui, coniuncti cum his religionibus, neque ſacerdotium ipſum, quo eſt hæc tota religio conſtituta, neque cutulis ædilitas, quæ maxime hanc tueri religionem ſolet, permouit, quominùs caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, ſcelere obligares? Sed quid ego id admiror? qui accepta pecunia Peſſinuntem ipſum, ſedem, domicilium q. Matris deorum, vaſtaris, & Brogitaro [m] Gallogræco, impuro [n] homini, ac nefario. cuius legati, te tribuno, diuidere in æde Caſtoris tuis operis nummos ſolebant, totum illum locum, fanúmque vendideris? ſacerdotem [o] ab ipſis aris, puluinaribúſque detraxeris? omnia illa, quæ vetuſtas, quæ Perſæ, quę Syri, quę reges omnes, qui Europam, Aſiámque tenuerunt, ſemper ſumma religione coluerunt, peruerteris? quę denique noſtri maiores tam ſancta duxerunt, vt, cùm terrarum vrbem, atque Italiam fanorum haberemus, tamen noſtri imperatores maximis & periculoſiſſimis bellis huic deæ vota facerent, eáque in ipſo Peſſinunte ad illam ipſam principem aram, & in illo loco, fanóque perſoluerent. Quod cùm Deiotarus religione ſua caſtiſſimè tueretur, quę vnum habemus in orbe terrarum fideliſſimum huic imperio, at quę Pamantiſſimum noſtri nominis: Brogitaro, vt antè dixi, addictum pecunia tradidiſti. Atque hunc tamen Deiotarum, ſæpe à ſenatu regali nomine dignum exiſtimatum, clariſſimorum imperatorum teſtimoniis ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro iubes, ſed alter eſt rex, iudicio ſenatus, per nos: pecunia Brogitarus, per te appellatus: alterum [q] putabo regem, ſi habuerit vnde tibi ſoluat, quod ei per ſyngraphā credidiſti. nam cùm multa regia ſunt in Deiotaro, tum illa maximè, quod tibi nummum nullum dedit: quòd eam partem legis tuæ, quæ congruebat cum iudicio ſenatus, vt ipſe rex eſſet, non repudiauit: quòd Peſſinuntem per ſcelus à te violatum, & ſacerdote, ſacriſque ſpoliatum, recuperauit, vt [r] in priſtina religione ſeruaret: quòd cæremonias ab omni vetuſtate acceptas, à Brogitaro pollui non ſinit, manúſque generum ſuum munere tuo, quàm illud fanum antiquitate religionis carere. Sed, vt ad hæc haruſpicum reſponſa redeam, ex quibus eſt primum de ludis: quis eſt qui id non totum in iſtius ludos prædictum, & reſponſum eſſe fateatur? ¶ Sequitur *de locis ſacris religioſis*. O impudentiam mirā! de mea domo dicere audes? Committe vel conſulibus, vel ſenatui, vel collegio pontificū ruam. Ac mea quidem his tribus [a] omnibus iudiciis, vt dixi antea, liberata eſt. At in iis ædibus, quas tu, Qu. Seio, equite Romano, viro optimo per te apertiſſimè interfecto, tenes, ſacellum dico fuiſſe, & aras tabulis hoc cenſorum, memoria multorum firmabo, ac docebo agatur modò hæc res. Quòd ex eo Senatuſconſulto quod nuper eſt factum, referri ad vos neceſſe eſt: habeo quæ de locis religioſis velim dicere, cùm de domo tua dixero: in qua tamen ita eſt inædificatum ſacellum, vt alius fecerit, tibi tantummodo ſit demoliendum: tum videbo, num mihi neceſſe ſit de aliis etiam aliquid dicere. putant enim nonnulli ad me pertinere, armamentaria Telluris aperire. nuper id patuiſſe dicunt, & recordor. nunc ſanctiſſimam partem, ac ſedem maximæ religionis priuato dicunt veſtibulo contineri. Multa me mouent: quod ædes Telluris, eſt curationis meæ: quòd is, qui illud armamentarium ſuſtulit, meam domum pontificum iudicio liberatam, ſecundum fratrem ſuum iudicatam eſſe dicebat. monet me etiam in hac caritate annonę, ſterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris, & eo magis, quòd eodem oſtento Telluri poſtulatio [b] deberi dicitur. Vetera fortaſſe loquimur: quanquam hoc ſi minus ciuili iure perſcriptum eſt, lege tamen naturę, communi iure gentium ſaucitum [c] eſt, *vt nihil mortales à diis immortalibus vſurpare poſſint*. Verumtamen [d] antiqua negligimus: etiámne ea negligemus quæ fiunt maximè [e], quę videmus? L. Piſonem quis neſcit, his ipſis temporibus, maximum, & ſanctiſſimum Dianæ ſacellum in Cœliculo [f] ſuſtuliſſe? adſunt vicini eius loci: multi ſunt etiam in hoc ordine, qui ſacrificia [g] gentilia [h] illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco [i], anniuerſaria factitarint. Et conquirimus, dij immortales quæ loca deſideren, quid ſignificent, de quo loquantur? A. Sex. Serranoſ ſanctiſſima ſacella & ſuffoſſa, incenſa, inædificata, oppreſſa, ſumma denique turpitudine eſſe fœdata neſcimus? Tu meam domum religioſam facere potuiſti? Ecquā mente? qua inuaſeras [m], qua manu? qua diſturbaras, qua voce? qua incendi iuſſeras, qua lege? quam ne in illa quidem impunitate tua ſcripſeras, quo puluinari [n]? quod ſtupraras, quo ſimulachro? quod ereptum ex meretricis [o] ſepulchro in imperatoris monumento collocaras. Quid habet mea domus religioſi, niſi quòd impuri, & ſacrilegi parietem tangit? Itaque, ne quis meorum impudens introſpicere poſſit tuam domum ac te ſacra illa tua facientem videre? tollam [p] altiùs tectum: non vt ego te deſpiciam [q], ſed ne tu adſpicias vrbem eam, quam delere voluiſti. ¶ Sed iam haruſpicum reliqua reſponſa videamus. *Oratores, contra ius, faſque interfectos*. Quid eſt hoc? de Alexandrinis video eſſe ſermonem: quem ego non refuto. ſic enim ſentio, *ius legatorum cum hominum præſidio munitum ſit, tum etiam diuino iure eſſe vallatum*. Sed quæro ab illo, qui omneis iudices [s] tribunus è carcere in forum effudit, cuius arbitrio ſicæ omnes nunc, atque omnia venena tractantur, qui cùm Hermacho Chio ſyngra-

a Videſ. Florum 19.*
b v. Verrinā 5. & 6. ad Atticum 2. & 2 Flor. 20. Epitomen Liuij 95. Velleium 2. l. 3. 5. 10. ff. de adquiren. poſſeſſ.*
P. CCL.
c L. ſeruos exire de cauea iub.
d Fort. ſummo uebantur,
e Sibyllinos intelligit, vt apud Strabonē 12 vt hinc etiam cōſtet Clodium xv. virum fuiſſe ſacris faciendis.*
f al. noſtri maiores.
g L. collocarunt:
h P. Scipio Naſica pater Africani.*
g Liuius & 33. Plutarch. in Africano. Solinus 7. Plinius 34. Valer. 16. Florus 29. epit. Ouid. 4. Faſtorum. Silius 7. Plin. 44. de viris illuſtribus. Cicero in Bruto. Salluſt. Iugurtin.*
k al. tua mirificè ſoror.
l* al. ipſum.*
m qui βεννεδ ὠνόμαζο. Strabo 12. Huius Brogitaro meminit Cicero infra orat. pro Sextio.*
n v. c. impuro,
o Idem pro P. Sextio.*
P. B.
p L. atque amantiſſimo noſtri nominis regem: Brog.
q al. alterum ſemper alterum tuum putabo regem, &c. vel ita, alterum ſemper putabo regem alterum ſi habuerit.*
r al. vt Priſti nā religionē ſeruarent.*
a Conſulum ſenatus, Pontificum.*
P. CCLX.
b al. poſtulo vt hic poſtea vel vitiſma, vel ſupplex aliquis. atq. ita quidam leg. volunt apud Varronem 4. de lingua. vbi tamen Turneb. legit, poſtileonem.*
c al. ſanctum eſt,
d al. Verumtamen ſi antiqua negligimus, e L. nunc maximè?
f ſubaudi monte.*
g L. ſacrificia gentilia,
h al. gentilitia. gentilia verò ſacra, gentis vnius & priuata.*
i al. loco,
k al. Serano. al. Saranolo.
l L. At qua mente? quam amiſeras. q. m.
o. R.
m al. quam amiſeras, vt ſupra.*
n Puluinar in ſacris fuit.*
o Q. Catuli.*
p obſtruam luminibus tuis.*
q Deſpiciet eſt è loco ſuperiore.*
r L. audaceis. al. iudicatos.*

phas fecit: ecquid sciat, vnum acerrimum aduersarium Hermachi, Theodosium, legatum ad senatum à ciuitate libera missum, sica percussum? quod non minus, quàm de Alexandrinis, indignum diis immortalibus esse visum, certò scio. Nec confero nunc in te vnum omnia spes maior esset salutis, si, præter te, nemo esset impurus. plures sunt. hoc & tu tibi confidis magis, & nos propè iure diffidimus. Quis Platonem ex Oresti de, quæ pars Macedoniæ libera est, hominem in illis locis clarum, ac nobilem, legatum Thessalonicam ad nostrum (vt seipse appellauit) imperatorem veniſſe nescit? quem ille, propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincula coniecit, & medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero fœdissimè & crudelissimè venas incideret. Secureis suas cruentari scelere noluit: nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminauit, vt id nulla posſit, nisi ipsius supplicio, expiari. Qualeis hanc carnifices putamus habere, quis etiam medicis suis non ad salutem, sed ad necem vtatur? Sed recitemus, quid [a] sequatur. FIDEM, ET IVSIVRANDVM NEGLECTVM. Hoc quid sit, per seipsum non facilè interpretor: sed ex eo, quod sequitur, suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici: quibus olim erepti essent nummi, nisi à senatu præsidium postulassent. Quare autem de his dici suspicer, hæc causa est, quòd sic statuo, & illud in hac ciuitate esse maximè illustre, atque insigne periurium, & te ipsum tamen in periurij pœnam ab iis, quibuscum coniurasti, non vocari. Et video in haruspicum responsis hæc esse subiuncta, *Sacrificia vetusta, occultáque, minus diligenter facta, pollutáque.* Haruspices hæc loquuntur, an patrij, penatésque dij? multi enim sunt, credo, in quos huius maleficij suspicio cadat. Quis præter hunc vnum? obscurè dicitur, quæ sacra polluta sint? quid planiùs, quid grauiùs, quid religiosiùs, dici potest? *Vetusta occultáque.* nego vlla verba Lentulum, grauem oratorem, ac disertum, sæpius, cùm te accusaret, vsurpasse, quàm hæc, quæ nunc ex Etruscis libris in te conuersa, atque interpretata ducuntur. Etenim quod sacrificium [b], tam [c] vetus est, quàm hoc, quod à regibus æquale [d] huic vrbi accepimus? quod autem tam occultum, quàm id, quòd non solàm curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? quòd non modò improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare? quod quidem in sacrificium nemo ante P. Clodium in omni memoria violauit, nemo vmquam adiit, nemo neglexit, nemo vir adspicere non horruit: quod fit per virgines vestaleis, fit [e] pro populo Ro. fit in ea domo, quæ [f] est in imperio, fit incredibili cæremonia, fit ei deæ, cuius ne nomen quidem viros scire fas est: quam iste idcirco Bonam dicit, quòd in tanto sibi scelere ignouerit. Non ignouit, mihi crede, nō. nisi fortè tibi ignotum putas, quòd te iudices dimiserunt [g] excussum, & exhaustum, suo iudicio, absolutum: omnium. condemnatum: aut quòd oculos, vt opinio illius religionis est, non perdidisti. Quis enim ante te sacra illa vir sciés viderat. vt quisquā pœnam, que sequeretur illud scelus, scire posſet? An tibi luminis [o] esset cæcitas plus, quàm libidinis? ne id quidem sentis, conniuenteis illos oculos abaui [h] tui magis optandos fuisse, quàm hos flagranteis sororis? Tibi verò, si diligenter attenderis, intelliges hominum pœnas decsse à Ihuc, non deorum, homines te in re fœdissima defenderunt: homines turpissimum, nocentissimúmq. laudarunt: homines propter [c] pecuniam, iudicio liberauerunt: homini us iniuria tui stupri illata in ipsos, dolori non fuit: homines tibi arma, alij pòst in illum inuictum ciuem dederunt: hominum [d] beneficia prorsus concedo tibi, ac maiora non esse quærenda. *A diis quidem immortalibus quæ potest homini maior esse pœna, furore, atque dementia?* nisi fortè in tragœdiis, quos vulnere, ac dolore corporis cruciari, ac consumi vides, grauiores deorum immortalium iras subire, quàm illos, qui furentes indu cuntur, putas. Nō sunt illi eiulatus, *& gemitus Philoctetæ* [f] tam miseri (quamquam sunt acerbi) quam illa *exsulatio Athamantis* [g], & quàm *somnium matricidarum.* Tu, cùm furialeis in concionibus voces mittis, cùm domos ciuium euertis, cùm lapidibus optimos viros foro pellis, cùm ardenteis faceis in vicinorum tecta iactas, cùm ædeis sacras inflammas, cùm seruos concitas: cùm sacra, ludósque conturbas: cùm vxorem, sororémque nō discernis: cùm, quòd ineas cubile, non sentis: cùm bacchatis: cùm furis: tum das eas pœnas, quæ [h] sunt solæ hominum sceleri à diis immortalibus constitutæ. Nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se: denique ipsum corpus tenuissima sæpe de causa conficitur: *deorum tela in impiorum mentibus figuntur.* Quare miserior es, cùm in omnem fraudem raperis oculis, quàm si omnino oculos non haberes. Sed, quoniam de iis omnibus, quæ haruspices commissa esse dicunt, satis est dictum, videamus, quid [i] idem haruspices à diis iam immortalibus dicant [k] moneri. Monent [l], *Ne per optimatum discordiam, dissensionémque, patribus principibúsque cades, periculáque treentur, auxilióque* [m] *diminuti deficiantur: quare ad vnum imperium prouinciæ redeant exercitúsque pulsus, deminutióque* [n] *accedat.* Haruspicum verba sunt hæc omnia: nihil addo de meo. Quis igitur hanc optimatum discordiam molitur? Idem iste: nec vlla vi ingenij, aut consilij sui, sed quodam errore nostro: quem quidem ille, quòd obscurus non erat, facilè perspexit. hoc enim etiam turpiùs afflictatur respublica quòd ne ab eo quidem vexatur, vt tanquam fortis in pugna vir, acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis, & honestis [o] cadere videatur. Ti. Gracchus conuertit [p] statum ciuitatis. qua grauitate vis! qua eloquentia 9! qua dignitate! nihil vt à patris, auíque [r] Atricani præstabili, insigniq. virtute, præterquàm quod à senatu descisserat, deflexisset. Secatus est C. Gracchus [s] quo ingenio! quanta vi! quanta grauitate dicendi! vt dolerent boni omnes, nisi illa tanta ornamenta ad meliorem mentem, voluntatémque esse conuersa. Ipse L. Saturninus [t] ita fuit effrenatus, & pænè demens vt auctor esset egregius, & ad animos imperitorū excitandos, inflammandósq. perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio [u] ioquar? cuius tanta in dicendo grauitas, tanta iucunditas, tāta breuitas fuit, vt posset, vel prudentes ersa-

a L. quod sequitur.

b Vestalium, scilicet.*

c L. tam vetustum est,

d Vestalium facerdotium intelligit Alba oriundum, & à Numa Romæ institutū Liuius 1.*

e Sacrificabant pro p. Romano Vestales.*

f al. quæ est cum imperio al. in qua est imperium. P. P.

g al. emiserunt.*

h Imò proaui 2. epist. 11. in f. imò trisaui. fuit enim App. Clodius Cæcus, P. Clodij non proauus, aut abauus, sed reticuus, vt ex fastis colligi potest. Similis est error Ciceronis in oratione pro domo, vbi de Metelli auo agitur.*

b al. hos flagranteis.

c L. propè ostentem, propter pecuniam. iudicio liberarunt:

d L. hominū in te beneficis concedo tibi prorsus esse maxima, & maiora.

e L. & consumi

f Philoctetæ gemitus memini Cicero P. CCLIII. lib. de finib. Tuscul. de fato & ad Herennium.*

g L. Athamātis, quàm] Athamas per infaniā Learchum occidit: quam ob causam Ino vxor ipsa Athamātis, se cum filio Melicerta præcipitē dedit in mare. vide Ouidium Metamorph.*

h L. quæ solæ sunt h.

i L. quis nos iisdem.

k L. dicant moneri ne per opt.

l al. Monemur. al. vox monent disp unctitur.*

m L. auxiliisque demi nutis efficiatur quare ad vnius imperium res rediret, exercitúsque pulsus an demi nutionem ac cedat. Har.

n al. ac diminutio.*

o al. honestē.*

p L. conuellit.

q genere, forma, eloquentiæ principeps dicitur s. Flor. 14. adde Appian. l. de bello ciuili.*

r vide Velleium 2.*

s vide Plutarchū Gracchis Velleium 2. Appianum 1. ciuilium & Florum 15.*

t Apuleius Saturn. vide Appium 1. ciuil. Florum 16.*

u Syllæ imperium abrogauit. Sylla fratus Romam exercitum adduxit, & Marianos vibe egit. Appianus 1. ciuilium.*

tes errarent, vel vt boni minus bene ſentirent, perficere dicendo. Cùm his confligtari, & pro ſalute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis, qui tum rempub.gubernabant, moleſtum:ſed habebat ea moleſtia quandam tamen dignitatem.Hic verò,de quo ego ipſe tam multa nunc dico, prò dij immortales, quid eſt?quid valet? quid affert,vt tanta ciuitas,ſi cadet *(ſi quod dij omen obruant* [a] *)* à viro tamen confecta videatur? qui poſt patris mortem,primam illam ætatulam ſuam ad ſcurrarum locupletum [b] libidines detulit:quorum intemperantia expleta,in domeſticis eſt germanitatis [c] ſtupris volutatus:deinde iam robuſtus,prouinciæ ſe, ac rei militari dedit, atque ibi piratarum contumeliasd perpeſſus,etiam Cilicum libidines, Barbarorúmque ſatiauit:pòſt,exercitu L.Luculli ſollicitato, per nefandum ſcelus, fugit illine, Romæque, recenti aduentu ſuo,cum propinquis ſuis decidit, ne reos faceret? à Catilina pecuniam accepit, vt turpiſſimè prænaricaretur.inde cum Muræna ſe in Galliam contulit: in qua prouincia mortuorum teſtamenta conſcripſit, pupillos necauit, nefarias cum multis ſceleratum pactiones, ſocietatéſque conſtauit.vnde vt rediit, quæſtum [e] illum maxime, fæcundum, vberémque, campeſtrem, totũ ad ſe ita redegit,vt homo popularis fraudaret improbiſſimè populum,idémque vir clemens diuiſores [f] omnium tribuum domi ipſe ſuæ crudeliſſima morte mactaret. Exorta eſt illa, reip.ſacris,religionibus,auctoritati veſtræ,iudiciis publicis funeſta quæſtura: in qua idem iſte deos,hominéſque pudorem, pudiciciam, ſenatus auctoritatem, ius, fas, leges, iudicia, violauit. Atque hic ei gradus (ô miſera tempora, ſtultáſque noſtras diſcordias! P.Clodio gradus ad temp. hic [g] primus eſt aditus ad popularem iactationem, atque adſcenſus. Nam Ti. Graccho inuidia [h] Numantini fœderis,cui feriendo, quæſtor C.Mancini cos. cùm eſſet,interfuerat,&in eo fœdere improbando ſenatus ſeueritas dolori,&timori fuit: iſtáque res illum, fortem, & clarum virum,à grauitate patrum & ſeiſcere coegit. C. Gracchum mors fraterna,pietas,dolor,magnitudo animi, ad expetendas domeſtici ſanguinis pœnas excitauit.Saturninumi quòd in annonæ caritate quæſtorem à ſua [k] frumentaria procuratione ſenatus amouit, eíque rei M. Scaurum præfecit,ſcimus, dolore factum eſſe popularem.Sulpicium ab optima cauſa profectum Caióque Iulio,conſulatum,contra leges petenti,reſiſtentem,longiùs,quàm voluit,popularis aura prouexit.Fuit in his omnibus cauſa,etſi non iuſta *(nulla enim poteſt cuiquam malè de rep.merendi iuſta eſſe cauſa)* grauis tamen & cum aliquo animi,&virili dolore coniuncta.P.Clodius à crocóta [l],à mitra,à muliebribus ſoleis [m],purpureíſque faſciolis,à ſtrophio à pſaltrio [n],à flagitio,à ſtupro,eſt factus repente popularis. Niſi eum mulieres exornatum ita [o] deprehendiſſent:niſi ex eo loco,quò eum adire fas non erat,ancillarum beneficio emiſſus eſſet: populari homine populus R.reſp.P ciue tali careret.Hanc ob amẽtiam in diſcordiis noſtris, de quibus ipſis, his prodigiis recentibus,à diis immortalibus admonemur,ar reptus eſt vnus ex patriciis, cuj [q] tribuno pl. fieri non liceret.Quod anno antè frater Metellus,& concors etiam tum ſenatus [r],principi Cn. Pompeio ſententiam dicenti excluſerat [b], acerrimé que vna voce, ac mente r ſtiterat: id poſt diſſidium optimatium, de quo ip o nunc monemur,ita perturbatum,itáque permutatum eſt,vt,quod frater conſul,ne fieret,obſtiterat: quod affinis,& ſodalis,clariſſimus vir,qui illum reum non laudarat,excluſerat [c]:id is conſul efficeret in diſcordiis principum,qui illi vnus inimiciſſimus eſſe debuerat: & co feciſſe auctore ſe diceret,cuius auctoritatis neminem poſſ t pœnitere. Iniecta eſt fax fœda,ac luctuoſa reipub.petita eſt auctoritas veſtra:grauitas ampliſſimorum ordinum, conſenſio bonorum omnium,totus denique ciuitatis ſtatus.hæc enim certe petebantur, cùm in me, cognitorem harum omnium rerum,illa flamma illorum temporum cõiiciebatur [e].Excepi,&pro patria ſolus exarſi: ſic tamen,vt vos iiſdem ignibus circumfæpti, me primùm ictum pro vobis & fumantem videretis. Non f ſedabantur diſcordiæ: ſed etiam creſcebat in eos odium, à quibus nos defenſi putabamur. Ecce, iiſdem auctoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam,populum Romanum deſiderantem,flagitanteis vos [g],non auctoritate ſua ſolùm,ſed etiam precibus ad meam ſalutem excitauit, reſtituti ſumus. *Sit diſcordiarum finis aliquando: à diuturnis diſſenſionibus conquieſcamus.* Non finit eádem iſta labes: eas habet conciones, ea miſcet, ac turbat, vt h modò vendat illis: nec tamen ita, vt ſe quiſquam, ſi ab iſto laudatus ſit, laudatiorem putet,ſed vt eos, quos non amant, ab eodem gaudeant vituperari. Atque ego hunc non miror. quid enim faciat aliud? illos homines ſapientiſſimos, grauiſſimóſque miror: primùm quòd quemquam clarum hominem atque optimè de rep.ſæpe meritum,impuriſſimi voce hominis violari facilè patiuntur, deinde quòd exiſtimabant,perditi hominis,profligatíque maledictis poſſe, id quod minimè conducit ipſis, cuiuſquam gloriam, dignitatémque violari: poſtremò,quòd non ſentiunt id,quod tamen mihi iam ſuſpicari videntur, illius furentis, ac violentos impetus in ſe ipſos poſſe conuerti. Atque k ex hac nimia nonnullorum alienatione, & l quibuſdam hærentia rela in rep.quæ quamdiu hærebant, in vno me grauiter equidem,ſed aliquanto leuius ferebam. An iſte,niſi, primò ſe dediſſet [m] iis, quorum animos à veſtra auctoritate ſeiunctos eſſe arbitrabatur [n]: niſi eos in cælum ſuis laudibus præclarus auctor extolleret: niſi exercitum C.Cæſaris, in quo fallebat [o] multos, ſed eum nemo redarguebat, niſi eum, inquam exercitum ſignis inferſtis in curiam ſe immiſſurum minitaretur: niſi P Cn.Pompeio adiutore,M.Craſſo auctore: quæ faciebat, facere clamaret. niſi conſules cauſam coniunxiſſe ſecum, in quo vno non mentiebatur, confirmaretitam crudelis mei, tam ſceleratus reip. vexator eſſe potuiſſet?Idem poſtea quam reſpirare vos à metu cædis,emergere auctoritatem veſtram à [p] functibus illis [q] ſeruitutis,reuiuiſcere ſe memoriam,ac deſiderium mei vidit, vobis ſe cœpit ſubitò fallaciſſimè venditare. Tum leges Iulias [r] contra [u] auſpicia latas,&hîc, & in concionibus dicere: in quibus legibus inerat curiata illa lex, [x] quæ torum eius tribunatum continebat: quam cæcus amentet non videbat: producebat fortiſſimum virum,

a *fort.* obuertant.*

b L.locupletium lib.

c *al.*cum germanis ſororibus ſtupris volutatus.*al.* germaniſque ſtupris volutatus.*

d *Caper.* id eſt libidines flagitioſas & contumelioſas.*

e L.quæſtum illum maximè fœcundum,vb.

f Diuiſores tribuũ fuiſſe hic locus aperto indicio eſt.*

g L.hic primus fuit:hic primus aditus ad p. P. CCLIIII. k 3 Flor.14* l adde O ac. pro Sextio.* k hoc eſt Oſtienſi.vide orat.pro Sextio.*

l Crocota croceci coloris veſtis.vn de Crocotari Plauto. Nonius c.16.* m ſoleis vtebant mulieres & viri molles. Alij tamen hic legunt Stolis.* n Pſaltrium, inſtrumẽtum muſicũ,quod in ſacris bonæ deæ adhibebatur.* o L.ita exornatũ deprehendiſſent:

p *L.* ciue tali reſp.careret.* q Trib.plebis fieri non poterat, qui ex patricio genere eſſet* r *al.* ſenatus, ſenatus principi. Alij principi ſententiam dicere hic interpretantur primò dicere.*

b *fort.* excluſerat, hic ex cutere voces dixit Philippic.2.* P. E.

c *al.* excluſerat.

d L.neminẽ pœnitere *poſſet.* Inicta eſt, &c.

e *v.c.* coniciebatur.

f L.Non me dò non ſedabantur diſc.

g *al.* flagitanteis vos, populum Rom. deſiderantem, non auct.

h L.vt ſe modò his, modo vendat illis: *al.* vt modò ſe vendiret illis. *Paneg.* vt modo ſe vendat his, modò illis.*

i *al.* volaticos, *id eſt,* inſtabiles *aut.* violentos.*

k L. Atque ex hac à me nonnullor.

l L. & quibuſdam occultis odiis hærẽt etiam tela in rep.

m *al.* vendidiſſet.*

n *al.* arbitramur.

o *al.* fallebat ſed.*

p L. niſi ſe Cn.Pompeio adiut.

q L. è ſuã ſib.

r *al.* illius.*

ſ *vn.* reuiuiſcere *al.* reuiuiſcere.*

t leges Iuliæ appellat à C. Iulio Cæſare inuito ſenatu latas.*

u de cœlo ſeruare impediendi gratia Bibulo collega. *v. Plutarch. in Cæſare.**

x de adoptione P. Clodij. vide 2. ad Attic. Nam ſi curiata lex vitio lata, Plebeius eſſe P. Clodius nõ potuit: ideoque nec trib. Pleb.*

M.Bibulũ:quærebat ex eo,C.Cæsare leges ferente,*de*[a] *cælo sempérne seruasset?* semper se ille seruasse dicebat. Augures interrogabat, quæ ita lata essent,recténe lata essent:illi vitio lata esse dicebant. Ferebant[b] in oculis hominem quidam bonũ[c] viri,& de me optimè meriti: sed illius,vt ego arbitror, furoris ignari. Longiùs proc ssit: in ipsum Cn. Pompeium, auctorem, vt prædicare est solitus: consiliorum suorum inuehi cœpit. Inibat gratiam à nonnullis. Tum verò est ratus se posse, quoniam togatum d dom stici belli exstinctorem nefario scelere fœdasset,illum etiam,illum externorum bellorum, hostiúmque victorem,affligere.tum est illa in templo[e] Castoris sceleratæ,& pœnè deletrix huius imperij sica deprehensa.tũ ille,cui nulla hostium diutius vrbs vmquam fuit[f] clausa,qui omneis angustias,omneis[h] altitudines, omnium obiecta tela,semper vi & virtute perfregit: obsessus est[i] ipse domi,méque nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis meæ,consilio,& facto suo liberauit. Nam, si Cn.Pompeio, viro vni omnium fortissimo , quicumque nati sunt,miserrimum[k] magis fuit: quàm turpe,quamdiu ille tribunus pleb.fuit,lucem[l] non adspicere,carere publico,minas eius perferre:cùm in concionibus diceret,velle se in Carinis[m] ædificare alteram porticum , quæ palatio respónderet : certè mihi exire domo mea , ad priuatum dolorem fuit luctuosum, ad rationem reipub.gloriosum.Videtis igitur hominem per seipsum iampridem afflictum, ac iacentem, pernicioſis optimatium discordiis excitari.cuius initia furoris, dissensionibus eorum,qui tum à vobis seiuncti videbantur,sustentata sunt. Reliqua iam præcipitantis tribunatus , etiam post tribunatum obtrectatores eorum,atque aduersarij defenderũt: ne à rep.reip.pestis remoueretur,restiterunt: etiam.ne causam dicere[n]: etiam,ne priuatus esset[o]. Etiámne in sinu[p],atque in deliciis quidam[q] optimi viri viperam illam venenatam, ac pestiferam habere potuerunt[r] quo tandem decepti munere? Volo, inquiunt,esse, qui in concione detrahat de Pompeio. Detrahat ille vituperando? Velim sic hoc vir summus, atque optimè de mea salute meritus accipiat, vt à me dicitur : dicam quidem e rtè, quod s nsio.Mihi,medius fidius, tum de illius amplissima dignitate detrahere, cùm[s] maximis laudibus efferebat,videbatur. *Vtrum tandem C.Marius fulgentior, cùm eum C.Glaucia laudabat,an cum eundem iratus postea vituperabat?* an ille demens,& iampridem ad pœnam,exitiúmque præceps, fœdior, atque inquinatior in Cn.Pompeio accusando, quàm in vniuerso senatu vituperando fuit? quod quidem minor,cùm alterum gratum sit iratis,alterum esse tam bonis ciuibus non acerbum.Sed,ne id viros optimos diutius delectet , l gant hanc eius concion m.de qua loquor: in qua Pompeium ornat,an potius deformat? Certè laudat,& vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperij gloria dicit:& significat,se illi amicissimum[t] esse,& reconciliationẽ esse gratiæ factam. Quod ego quamquam, quid sit, nescio:tamen hoc statuo, hunc, si amicus esset Pompeio , laudaturum illum non fuisse. Quid enim,si illi inimicissimus esset,ampliùs ad eius laudem minuẽdam facere potuisset? Videant ij,qui illum Cn.Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eámq.causam in tot,tantísque scelcribus conniuebant , & nonnumquam eius indomitos, atque effrenatos furores plausu etiam prosequebantur,quàm se citò inuerterit.nunc enim iam laudat illum:in eos inuehitur , quibus se antea venditabat. Quid exisſimatis, eum , si[a] reditus ei gratiæ patuerit , esse factorum , qui tam liberiter in opinionem gratiæ irrepat? Quas ego alias optimatium discordias à diis immortalibus definiri putem? nam hoc quidem verbo neque Publ.Clodius , neque quisquam de gregalibus eius aut de consiliariis designatur. Habent Etrusci libri certa[b] nomina , quæ in id genus ciuium cadere possunt. *Deteriores*[c], *repulsos* (quos iam audietis) hos appellant, quorum & mentes , & res sunt perditæ, longéque à communi salute disiunctæ. Quare , cùm dij immortales monent de optimatium discordiis : de clarissimorum,& optimè meritorum ciuium dissensione prædicunt. cùm principibus periculum, cædemque portendunt:in tuto collocant Clodium,qui tantum abest à principibus , quantum à puris, quantum à religiosis. Vobis , ô clarissimi, atque optimi ciues , & vestræ saluti consulendum, & prospiciendum videnr.cædes principum osteditur : id,quod interitum optimatium sequi necesse est,adiungitur[d].etiam,ne in vnius imperium res decidat[e] , admonemur.ad quem metum si deorum monitis non duceremur , tamen ipsi nostro sensu , coniecturáq.raperemur. *Neque enim vllus alius discordiarum solet esse exitus inter claros , & potentes viros,nisi aut vniuersus interitus,aut victoris dominatus,aut regnum.* Dissensit cumMario,clarissimo ciue , consul nobilissimus, & fortissimus, L.Sylla. Horum vterque ita cecidit victus,vt victor idem regnauerit.Cum Octauio collega Cinna dissensit[f] vtrisque horum secunda fortuna regnum est largita , aduersa fuit mortem.Idem iterum Sylla superauit:tum fine dubio habuit regalem potestatem, quamquam remp.recuperauit. Inest hoc tempore haud obscurum odium, atque ad insitum penitus, & inustum animis hominum amplissimorum,dissident principes:capiatur occasio. qui non tantum opibus valent , nescio quam fortunam tamen , ac tempus expectant. qui sine controuersia plus possunt , hi[g] fortasse nonnumquam consilia , ac sententias inimicorum suorum extimescunt. Tollatur hæc ciuitate discordia.iam omnes isti,qui portenduntur metus,exstinguentur:iam ista serpens, quæ tum hìc delitescit, tum se emergit , & h fertur illuc,compressa,atque illisa morietur. Monent enim iidem , ne occultis consiliis resp.lædatur.Quę sunt occultiora,quàm eius, qui ausus in concione est dicere,*iustitium odii oportere, iurisdictionem intermitti, claudi aerarium,iudicia tolli* ? nisi forte existimatis, hanc tantam colluuionem[k] illi,tantámq.euersionem ciuitatis , in mentem subitò in[l] nostris nec cogitanti venire potuisse. Est[m] quidem ille plenus vini,stupri,somni,plenúq.inconsiderantissimæ , ac dementissimæ temeritatis. verumtamen nocturnis vigiliis,etiam cottidiana hominum , iustitium illud , conceptum, ac meditatum est.Memento,patres conscripti , verbo illo nefario tentatas[n] aureis vestras,& pernicioſam viam, audiendi consuetudine,esse munitã.Sequitur illud, *ne deteriori-*

a De cælo seruare quid, aliàs dixi.*

b Ferre in oculis est ob seruare, & imitari exemplum,probare.*

c Cæsaris inimici Bibulus, Cato, & alij.*

d Ciceronẽ* P. B.

e Intemplo Castoris senatus habebatur.*

f hoc est Pompeij deprehensus enim in templo Castoris fuit.vt Clodij cum fica, interficiendo Pompeio à P.Clodio de finatus. Cicero pro Milone.*

g L. clausa fuit,

h L.omneis altitudines.

i L. ipse est domi.

k L.miserum magis f.

l Iacm pro Milone.*

m vbi domus Pompeij.*

n Idem pro Sextio,Noua edicta propo nũt, Ne reus adhibeatur, ne citetur, ne quæratur.*

o Creatus enim fuit Aedilis curulis.*

p in ample xibus epistolis P. CCLVI. la ad Lentulum.*

q *Al.*optimi quidam viri.

r *Al.*cùm eũ max.

s primum amicus Marij: deinde inimicus: inter fectus enim Saturnio vt hostispublicus*

t L. esse amicissimum, &c.

a L.6 reditus ei in gratiam pat.

b quæ ea sint mox exponit.*

c Deteriores & repulsi qui in libris Etruscis.* P. B.

d *Al.*adiungitur ne in vnius imperium res decidat: Ad quę &c.*

e L.recidat.

f *L.*dissedit. vtrìq; horum

g L.si fortasse non.& ita v.c.

h L.ferrtur huc,& illuc, comper.

P. CCLVII.

i L. qui in concione aufus est dicere,

k *L.*illi colluuionem tant.

l *Al.*in nostris cõcionanti.*

m L.Est ille quidem

n *L.*vestras aureis tentatas.

a Repulſi qui dicatur in libris Etruſcis* b Vatinium. Cicero in Vatinii & pro Sextio.* c cum ædilitatē petēret, tribum ſuam Sergiam non retulit.* d L. monitu. e Deteriores qui dicatur in libris Etruſcorum.* f L. & in lucem ſuſcipimur, & hoc g Hæc à parentib conſequimur, nomen, ſacra, memoriam gentem.* h adoptatus enim P. Clodius à Fōteio Plebeio.* i ſacra Bonæ deæ.* k hoc eſt Nympharum quæ ſubuenire incendiis putaban tur. Idē pro Milone.* l L. comite: vt ille dicebat, duce, m lex Aelia Fufia, de intercęſione, dabat obnuntiationem, ſi quis per eos dies, quibus agi cum populo licebat, de cælo ſeruaſſet. Hanc legem P. Clodius ſuſtulerat lege lata, vt ne quis perprædictos dies de cælo ſeruaret. Aſcon. de proulaciis, Dio 39.* n L. & Fufiā, o Tulit. n. P. Clodius ne quem cenſores in ſenatu legendo præterirent, niſi qui apud eos accuſatus, & vtriuſq. cenſoris ſententia damnatus eſſet: in Piſonem.* p vt Brogitarum s.* q Q. Catuli porticum.* r hoc eſt ipſius Ciceronis. ſ i. meæ domus, quæ eſt veſtrum monumentum, à Clodio enim diruta, ſumpru publico reſtituta.* t L. Lucullum.* u Lucilli.*

ribus, Repulſiſque Honos augeatur. Repulſos [a] videamus: nam deteriores qui ſint, poſt docebo. ſed tamen in eum cadere hoc verbum maximè, qui ſit vnus omnium mortalium ſine vlla dubitatione deterrimus, concedendum eſt. Qui ſunt igitur repulſi? non, vt opinor ij, qui aliquando honorem, vitio ciuitatis, non ſuo, non ſunt aſſecuti. nam id quidem multis ſæpe optimis ciuibus, atque honeſtiſsimis viris accidit. *Repulſi ſunt ij, quos ad omnia progredientes quos & munera contra leges gladiatoria parentes, quos apertiſſimè largientes, non ſolum alieni, ſed etiam ſui, vicini tribules* [c], *vrbani, ruſtici repulerunt.* Hi ne honore angeantur, monemur. Debet eſſe gratum, quod prædicunt: ſed tamen huic malo populus Romanus ipſe haruſpicum admonitu [d], ſua ſponte proſpexit. *Deteriores* [e] caueto: quorum quidem magna eſt natio: ſed tamen eorum omnium hic dux eſt, atque princeps. Etenim, ſi vnum hominem deterrimum poeta præſtanti aliquis ingenio, fictis, conquiſitiſque vitiis deformatum, vellet inducere: nullum profectò dedecus reperire poſſet, quod in hoc non ineſſet: multáque in eo penitus defixa, atque hærentia præteriret, *Parentibus, & diis immortalibus, & patriæ nos primum natura conciliat, eodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu augemur, & certam in ſedem, ciuitatu, ac libertatis adſcribimur.* Iſte parentum nomen, ſacra, memoriam, gentem, Fonteiano [h] nomine obruit deorum igneis [i], ſollemneis menſas, abditos, ac penetraleis focos, occulta, & maribus non inuiſa ſolùm, ſed etiam inaudita ſacra, inexpiabili ſcelere peruertit. idémque eorum [k] templum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis ſubuenitur. Quid de patria loquar? qui primùm eum ciuem vi, ferro, periculis, vrbe omnibus patriæ præſidiis depulit, quem vos patriæ conſeruatorem eſſe ſæpiſſimè iudicaueratis: deinde cuerſo ſenatus, vt ego ſemper dixi, comite [l]. duce, vt ille dicebat ſenatum ipſum principem ſalutis, mentiſque publicæ, vi, cæde, incendiſque peruertit: ſuſtulit duas leges [m], Æliam, & [n] Fufiam, maximè reipub. ſalutareis: cenſuram [o] exſtinxit: interceſſionem remouit: auſpicia deleuit: conſules ſceleris ſui ſocios, ærario, prouinciis, exercitu armauit: reges, qui erant, vendidit: qui non erant, appellauit [p]: Cn. Pompeium vi, ferro, domum compulit: imperatorum [q] monumenta euertit: inimicorum [r] domos diſturbauit: veſtris [ſ] monumentis nomen ſuum inſcripſit. Infinita ſunt ſcelera, quæ ab illo in patriam ſunt edita. Quid, quæ in ſingulos ciueis, quos necauit? ſocios, quos diripuit? imperatores [t], quos prodidit? exercitus [u], quos tentauit? Quid verò? ea, quanta ſunt, quæ in ſeipſum ſceleră, quæ in ſuos edidit? quis minus vmquam pepercit hoſtium caſtris, quàm ille omnibus corporis ſui partibus? quæ nauis vmquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quàm iſtius ætas fuit? quis vmquam nepos tam liberè eſt cum ſcortis, quàm hic cum ſororibus volutatus? quam denique tam immanem Charybdim poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites poſſet, quam as iſte Byzantiorum [a], Brogitarorúmque prædas exſorbuit? aut tam eminentibus canibus Scyllam, támque in iunis, quàm, quibus iſtum videtis, Gelliis [b], Clodiis, Titiis roſtra ipſa mandentem? Quare, id quod extremum eſt in haruſpicum reſponſis, prouidete, ne reipub. ſtatus commutetur. etenim vix hæc, ſi vndique ſuſciamus, iam labefacta. vix, inquam, innixa in omnium noſtrùm humeris cohærebunt. Fuit quondam ita firma hæc ciuitas, & valens, vt negligentiam ſenatus, vel etiam iniurias ciuium ferre poſſet. Iam non poteſt. ærarium nullum eſt: vectigalibus non fruuntur, qui redemerunt: auctoritas principum cecidit: conſenſus ordinum eſt diuulſus: iudicia perierunt: ſuffragia diſtricta [c] tenentur à paucis: bonorum animus, ad nutum noſtri ordinis expeditus iam non erit: ciuem, qui ſe pro partiæ ſalute opponat inuidiæ, fruſtra poſthac requiretis. Quare *hunc ſtatum, qui nunc eſt, qualiſcumque eſt, nulla alia re, niſi concordia, retinere poſſumus.* nam, vt meliore ſimus loco, ne optandum quidem eſt, illo impunite: deteriore autem ſtatu vt ſimus, vnus eſt interior gradus, aut interitus, aut ſeruitutis. quò ne trudamur, dij immortales nos admonent, quoniam iamptidem humana conſilia ceciderunt. ¶ Atque d ego hanc orationem [e], P. C. tam triſtem, tam grauem non [f] ſuſcepiſſem, non [g], inquam, niſi hanc perſonam, & has partes, honoribus populi Romani veſtris plurimis ornamentis mihi tributis, deberem & poſſem ſuſtinere: ſed [h] tamen facilè tacentibus ceteris, reticuiſſem: ſed oratio omnis fuit non auctoritatis meæ, ſed publicæ religionis. mea fuerunt verba fortaſſe plura. ſententiæ quidem omnes haruſpicum. ad quos aut referri nuntiata oſtenta non conuenit, aut eorum reſponſis commoueri neceſſe eſt. Quòd ſi cetera magis peruulgata nos ſæpe, & leuiora mouerunt. vox ipſa deorum immortalium non mentеis omnium permouebit? nolite enim id putare accidere poſſe, quod [i] in fabulis ſæpe videtis fieri, *vt* [k] *deus aliquis elapſus* l. *de cælo, cœtus hominum adeat, verſetur in terris, cum hominibus colloquatur.* cogitate genus ſonitus eius, quem Latinienſes [m] nuntiarunt. recordamini illud etiam, quod nondum eſt relatum, quod eodem fere tempore factus in agro Piceno Potentiæ nuntiatur terræmotus horribilis, cum quibuſdam multis, metuendiſque rebus. hæc eádem profectò, quæ futura proſpicimus, impendentia pertimeſcetis. Etenim hic deorum immortalium vox, hæc pæne oratio iudicanda eſt, cùm ipſe mundus, cùm agri [n] terræmotu quodam nouo contremiſcunt, & inuſitato aliquid ſono, incredibilique prædicunt, in quo conſtituendæ nobis quidem ſunt procurationes [o], & obſecratio P, quemadmodum monemur, ſed faciles ſunt preces apud eos, qui vltrò nobis viam ſaluti oſtendunt. noſtræ nobis ſunt inter nos iræ, diſcordiæque placandæ.

a exulum, quos lege ſua reſtituit Cicero pro domo & Sextio.* b egentiſſimis hominibus.*

c al. diſcerpta.*

d PERORATIO.* e al. actionē. f L. non ſuſcepiſſem. nou quin hanc perſ. g al. nō quin hanc perſonam.* h L. ſed quia facile tacentib. P. B.

i Vſitatum in fabulis, ſiue illis à Deo imponi.* k Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. vide Lucianum.* l L. delapſus de cælo cœtus hom. m qui eam agri ſubadā partem incolunt, vnde ſonitus inſolitus eſt auditus.* n al. aer, atque terræmotu, &c.* o al. precationes.* P L. obſecrationes-que.

P. CCLIX.

PRO CN. PLANCIO

ORATIO TRICESIMAPRIMA.

SYNOPSIS.

¶ Quæstio, *An Cn. Plancius reus fuerit ambitus in ædilitatis petitione.* Accusator, *M. Iuuentius Laterensis, & L. Cassius.* Reus, *Cn. Plancius.* Patronus Cn. Plancij, *Cicero.* Quæsitor, *C. Flauius, vel, vt alij putant, C. Alfius.* Acta *anno vrbis 699.*

a EXORDIVM.*

CVM a PROPTER egregiam & singularem Cn. Plancij, iudices, in mea salute custodienda fidem, tam multos, & bonos viros eius honori videremesse fautores, capiebam animo non mediocrem voluptatem, quòd, cuius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. Cùm autem auditem, meos partim inimicos, partim inuidos, huic accusationi esse fauturos b, eandémque rem aduersariam esse in iudicio, Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset adiutrix: dolebam, iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quòd is meam salutem, atque vitam sua benevolentia c præsidio, custodiáq. texisset. Nunc autem vester, iudices, conspectus, & concessus iste reficit, & recreat mentem meam, cùm intueor, & contemplor vnumquemque vestrùm. video enim hoc in numero neminem, cui mea salus cara non fuerit: cuius non exstet in me suum d meritum: cui non sim obstrictus memoria beneficij sempiterna. Itaque non extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui meipsum maximè saluum videre voluerunt. Sæpiúsque, iudices, mihi venit in mentem, admirandum esse, M. Laterensem hominem studiosissimum, & diligentissimum salutis meæ, reum e hûc potissimùm sibi delegisse, quàm metuendum, ne vobis id ille magna ratione fecisse videatur. Quamquam mihi non sumo tantum, iudices, neque arrogo, vt Cn. Plancium suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem. Nisi eius integerrimam vitam, modestissimos mores, summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero: nihil de pœna recusabo. sin omnia præstitero, quæ sunt à bonis viris expetenda: petam f, iudices, à vobis vt, cuius misericordia salus mea custodita sit, ei vos vestram misericordiam, me deprecante, tribuatis. ¶ Equidem g ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio, quàm in ceteris, etiam hanc molestiam assumo, quòd mihi non solùm pro C. Plancio dicendum est, cuius ego salutem non secus, ac meam tueri debeo: sed etiam pro me ipso, de quo accusatores plura pæne, quàm de re, reóque dixerunt. Quamquam, iudices si quid est in me ipso ita reprehensum, vt id ab hoc alienum sit, non me id magnopere conturbat. non enim timeo, ne, quia perrarò grati homines reperiantur, idcirco, cùm me nimium gratum illi esse dican., id mihi criminosum esse possit. quæ verò ita sunt agitata ab illis, vt aut merita Cn. Plancij erga [a] me minora esse dicerent, quàm à me ipso prædicarentur: aut, si essent summa, negarent ea tamen ita magni, vt ego putarem, ponderis apud vos esse debere: hæc mihi sunt tractanda, iudices, & modicè, ne quid ipse offendà: & tum denique, cùm respondero criminibus, ne non tam innocentia reus sua, quàm recordatione meorum temporum, defensus esse videatur. ¶ Sed b mihi in causa facili, atque explicata, perdifficilis, iudices, & lubrica defensionis ratio proponitur. nam, si tantummodo mihi necesse esset contra Laterensem dicere: tamen id ipsum esset in tanto vsu nostro tantáque amicitia molestum. vetus enim est lex illa iustæ, veræque amicitiæ, quę mihi cum illo iam diu est, *Vt idem amici semper velint. neque est vllum certius amicitiæ vinculum, quàm consensus, & societas consiliorum, & voluntatum.* Mihi c autem non est in hac re solùm molestum, contra illum dicere, sed multò id magis, quòd in ea causa contrà dicendum est, in qua quædam d hominum ipsorum videtur facienda esse cõtentio. Quærit enim Laterensis, atque hoc vno maximè virget, qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit. Ita, si cedo illius e ornamentis, quæ multa & maxima f sunt: non solùm huius dignitatis iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspicio g est. sin hunc illi antepono: contumeliosa habenda est oratio, & dicendum est id, quod ille me flagitat, Laterensem à Plancio dignitate esse superatum. Ita aut amicissimi hominis existimatio offendenda est, si illam accusationis conditionem sequar: aut optimè de me meriti salus deserenda h est. Sed ego, Laterensis, cæcum me, & præcipitem ferri confitear in causa, si te aut à Plancio, aut ab vllo, dignitate potuisse superari dixero. Itaque discedam ab ea contentione, ad quam tu me vocas, & veniam ad illam, ad quam me causa ipsa deducit. ¶ Quid? tũne k inanem dignitatis iudicem putas esse populum? Fortasse nonnumquam est. Vtinam verò l semper non esset: sed est perraro, & si quando est, in iis magistra-

a al. minora erga me.

b CONTENTIONIS pars prima de Plancio.*

c v. c. benevolentia.

d L. summa meritum.

P. CCLX.

c L. Mihi autem nõ id est in hac re molestissimum.

d L. quædam hominum ipsorum facienda videtur esse.

e Laterensis*

f L. magna sunt.

g L. suspicio, sin h.

h L. deserenda, &c.

i CONFVTATIO.*

k L. tume æquum dignitatis iudicem. al. alium non inanem dig. al. tu grauem dignitatis.*

l L. vtinam verò semper esset: al. verum, id est æquum & cui mox opponit iniquum.*

f L. petam à vobis, iudices, vt, &c.

g PARTITIO.*

magistratibus est mandandis, quibus salutem suam committi putat: his leuioribus comitiis, diligentia, & gratia petitorum honos patitur, non iis ornamentis, quæ esse in te videmus. Nam, quod ad populum pertinet, *semper dignitatis iniquus iudex est, qui aut inuidet, aut fauet.* Quamquam nihil potes in te, Laterensis, constituere, quod sit proprium laudis tuæ quin id tibi sit commune cum Plancio. Sed hoc totum agetur alio loco: nunc tantum disputo de iure populi: qui & potest, & solet nonnumquam dignos præterire: nec, si à populo præteritus est, quem non oportuit, à iudicibus condemnandus est, qui præteritus non est. Nam si ita esset: quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, vt reprehensores essent comitiorum, id haberent iudices: quod [a] multo etiam minus est ferendum. tum enim magistratum non gerebat is, qui ceperat, si patres, auctores non erant facti: nunc postulatur à vobis, vt eius exsilio [b], qui creatus sit, iudicium populi Romani reprehendatis [c]. Itaque quamquam, qua [d] volui, ianua sim ingressus in causam, sperare videor tantum abfuturam [e] esse orationem meam à minima suspicione offensionis tuæ, te vt potius obiurgem, quòd iniquum in diserimè adducas dignitatem tuam, quàm vt ego eam vila contumelia coner attingere. Tu continentiam, tu industriam, tu animum in remp. tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, quod ædilis non sis factus, fractos esse, & abiectos, & [f] repudiatos putas? Vide tandem, Laterensis, quantum à te dissentiam. Si medius fidius decem soli essent in ciuitate viri boni, sapientes, iusti, graues, qui te indignum ædilitate iudicauissent [g]: grauius de te iudicatum putarem, quàm est hoc, quod tu metuis, ne à populo iudicatum esse videatur. *non enim comitiis iudicat semper populus, sed mouetur plerumque gratia: cedit precibus: facit eos, à quibus est maxime ambitus. denique, si iudicat, non* [h] *delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnumquam, & quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: sæpè quæ sapientes ea quæ populus fecisse, ferenda, non semper laudanda duxerunt.* Quare cùm te ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris, accusas. At [i] fueris dignior, quàm Planciu: de quo ita tecum contendam paullo pòst, vt conseruem dignitatem tuam: sed, vt fueris dignior: non competitor, à quo es victus, sed populus, à quo es præteritus, in culpa est. In quo primùm illud debes putare, comitiis [k], præsertim ædilitiis, studium esse populi, non iudicium, eblandita illa, non enucleata esse suffragia: eos qui suffragium ferant, quid denique ipsi debeant, considerare [l] sæpius, quàm, quid cuique à repulsa videatur [m] deberi. Sinautem mauis esse iudicium: non tibi id reprehendendum est, sed ferendum. Malè iudicauit populus. At iudicauit. Non debuit. At potuit. Non fero. At multi clarissimi, & sapientissimi ciues tulerunt. est [n] enim conditio liberorum populorum, præcipuèque huius principis populi, & omnium gentium domini, ac victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrahere, quod velit, cuique, nostrum autem est, qui in hac tempestate populi iactemur, ac fluctibus, ferre modicè populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores si magni non putemus, non seruire populo: sin eos expetamus, non defatigari supplicando. Venio [a] nunc ad ipsius populi partes, vt illius contra te oratione potiùs, quàm mea, disputem. qui si tecum congrediatur, & si vna voce loqui possit, hæc dicat: Ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui: sed, cùm esseris æquè boni viri, meum beneficium potiùs ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum, qui mihi non nimis submisse supplicarat. Respondebis, credo, te splendore, & vetustate familiæ freturn, non valde ambiendum putasse. At verò te ille ad sua instituta, suorúmque maiorum exempla reuocabit: semper se dicet rogari voluisse, semper placuisse: M. Seium, qui ne equestrem quidem splendorem incolumem à calamitate iudicij retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni, prætulisse: præposuisse se Qu. Catulo in summa familia nato, sapientissimo, & sanctissimo viro, non dico C. [c] Serenum subtilissimum hominem (fuit enim & animi satis magni, & consilij) sed Cn. Manlium, non solùm ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contemta, ac sordidæ. Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cùm tu esses Cyrenis. me enim, quàm socios, tua frui virtute malebam: & quo plus intererat, eo plus aberat à me: certè [d] non videbam, deinde sitientem me virtutis tuę deseruisti, ac dereliquisti. cœperas enim petere tribunatum pleb. temporibus iis, quæ istam eloquentiam, & virtutem requirebant: quam petitionem cùm reliquisses, si hoc iudicasti [e], tanta in tempestate te gubernare non posse: de virtute tua dubitaui: si nolle, de voluntate. sin, quod magis intelligo, temporibus te aliis reseruasti: ego [f] quoque, inquam, & respub. ad ea te tempora reuocaui, ad quæ tu te ipse seruaras. Pete igitur eum magistratum, in quo mihi magnæ vtilitati esse possis. ædiles quicumque erunt, idem [g] mihi, quod ostenderas [h]: aut, si, quod mea minus interest, id te magis forte delectat: reddam tibi istam ædilitatem. etiam negligenter petenti. Sed amplissimos honores vt pro dignitate tua consequare, condicas censeo mihi paullo diligentius supplicare. Hæc populi oratio est: mea verò, Laterensis, hæc: Quare victus sis, non debere iudicem quærere, modò ne largitione sis victus. nam, si, quotiescumque præteritus erit is, qui non debuerit præteriti, toties oportebit, eum, qui factus erit, condemnari: nihil iam est, quòd populo supplicetur: nihil, quod diribitio [i], nihil quòd supplicatio magistratuum, renuntiatio [k] suffragiorum expectetur: simul vt qui sint professi, video quid dicam. hic familia consulari est, ille prætoria. reliquos video esse ex equestri loco. sunt omnes sine macula, sunt æquè boni viri, atque integri. sed seruari necesse est gradum. cedat [l] consulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equester locus. sublata sunt studia, exstinctæ suffragationes, nullæ contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla expectatio suffragiorum. nihil, vt plerumque euenit, præter opinionem accidet. nulla erit posthac varietas comitiorum. Sin hoc per-

a Veni ad ipsius.

b *L.* rogari, semper sibi supplicari voluisse M. Scium, P. S.

c L. C. Serenum, non subtilissimum hom. *al.* subtilissimum, *al.* tenuissimum.*

d L. te certè nõ videbam.

e L. iudicasti.

f L. ego quoque, ego, inquam,

g *Panegyr.* rudes. *al.* id da mihi, &c.*

h subaudi præstabuit.*

i Diribebatur tabellæ postquã supplicatu erat populo: sed alij legunt, direptio, *Festus*, ditemptio, nihil quod supplicatio suffragiorum, renũciatio magistratuum expectetur.*

k *L.* nihil quòd renuntiatio suffr.

l ordinum gradus.*

P. S.

a L. vel quod multo.

b *L.* exsulio.

c *fori.* reprehendatur.

d L. qua noui; ianua fuingr. *al.* quoniam, qua voluí, fauua sum ing.

e L. afuturegma.

f L. & repudiatos putas. V.

g L. iudicassent.

h L. non dilectu.

i L. vt fueris P. CCXLI.

k L. quid cui quæ ipsi d.

l *al.* considerari, *al.* deliberare.* m. *for.* deberi videatur.

n *fort.* est enim hæc conditio lib.

sæpe accidit, vt & factos aliquos, & non factos esse miremur: *si campus atque illæ undæ comitiorum, vt mare profundum, & immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu vt ad aures accedant. ab aliis autem recedant*: in tanto nos impetu studiorum: & motu temeritatis, modum aliquem, & consilium, & rationem requiramus? Quare noli me ad contentionem vestram [a] reuocare, Laterensis. Etenim, *si populo grata est tabella, quæ frontis aperit hominum, mentis regit: datque eam libertatem, vt, quod velint faciant: promuttant autem quod rogentur*: cur tu in iudicio exprimis, quod non fit in campo? Hic, quàm ille, dignior: per quàm graue est dictu. Quomodo igitur est æquum? sic credo: quod agitur: quod satis est iudicis: hic factus est. Cur ille potius, quàm ego? Vel nescio, vel non dico, vel denique, quod [c] mihi grauissimum est sic dicere, sed impunè tamen deberem dicere: Non rectè nam quid assequerer, si illa extrema defensione vterer, populum, quod voluisset, fecisse, non quod debuisset? Quid, si populi quoque factum defendo, Laterensis, & doceo, Cn. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo veniisse cursu, qui semper patuerit [e] omnibus hoc nostro equestri loco? possumne eripere orationi tuæ contentionem vestrûm quæ tractari sine contumelia non potest, & te ad causam, crimenque deducere? Si, quòd equitis Rom. filius est, inferior esse debuit: omnes tecum equitum Romanorum filij petierunt. nihil dico amplius hoc tamen [f] miror, cur tu huic potissimùm iratus fuerre, qui longissimè à [g] te abfuit. Equidem, si quando, vt, fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cùm ego ad Fabium [h] fornicem impellor: sed eum, qui in me ipsum incurrit, atque incidit. Tu neque Q. Pædio, forti viro, successes, neque huic A. Plotio, ornatissimo homini, familiari meo: & ab eo, qui hos dimouit, potiùs, quàm ab iis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. Sed tamen hæc tibi est prima cum Plancio generis vestri, familiæque contentio, qua abs te vincitur. Cur enim non confitear, quod necesse est? sed non hic magis, quàm ego à meis competitoribus & aliàs, & in consulatus petione vincebar. Sed vide, ne hæc ipsa quæ despicis, huic suffragata sint. Sic. n. conferamus. Est tuum nomen vtraque familia consulare. Non [k] dubitas igitur, quin omnes, qui fuerunt nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, qui nominibus vestris ducuntur [l], te ædilem fecerint [l]. Equidem non dubito. Sed, si parum multi sunt, qui nobilitatem amentur: num ista est nostra culpa? ete nim ad caput, & ad fontem vtriusque generis veniamus. ¶ Tu es ex [m] *municipio* antiquissimo Tusculano, ex quo plurimæ [n] familiæ sunt consulares: in quibus est etiam tuentia [o], quot è reliquis municipiis omnibus non sunt. Hic est è præfectura? Atinati, non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana. Quantum interesse vis ad rationem petendi? primùm virum magis fauere putas Atinatibus, an Tusculanis, tuis? alteri (scire enim hoc propter vicinitatem facilè possum) cùm huius ornatissimi, atque optimi viri, Cn. Saturnini patrem ædilem, cùm prætorem viderunt, quòd primus ille non modò in eam, familiam, sed etiam in præfecturam illam sellam curulem attulisset: mirandum in modum lætati sunt alteros (credo, quia refertum est municipium consulatibus: nam maleuolos non esse certò scio) numquam intellexi vehementiùs hospitum [a] suorum honore lætari. Habemus hoc nos: habent nostra municipia. Quid [b] ego de me, de fratre meo loquar? quorum honoribus agri propè dicam ipsi, montesque fauerunt. num [c] aliquando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. [d] Coruncano, municipe suo, num de tot Fabiis [e] gloriari? verbum nemo facit. At, in quemcumque Arpinatem incideris, etiam si nolis, erit tamen tibi fortasse de nobis aliquid [f], & de C. Mario audiendum. Primùm igitur hic studia suorum ardentia: tu tanta, quanta in hominibus iam saturatis honoribus esse potuerunt. Deinde tui municipes, sunt illi quidem splendidissimi homines: sed tamen pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur. huius præfectura, plena virorum fortissimorum, sic vt nulla tota Italia frequentior dici possit. Quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore [g], & luctu supplicem vobis. Hic tot equites [h] Romani, tot tribuni ærarij (nam plebem à iudicio dimisimus, quæ cuncta comitiis adfuit) quid roboris, quid dignitatis huius petitioni attulerunt? non enim tribum [k] Terentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum, sed solidam, & robustam & assiduam frequentiam præbuerunt. Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer mouentur.

¶ Omnia, quæ dico de Plancio, dico expertus in nobis. fumus enim finitimi Atinatibus. *laudanda est, vel etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum officij morem, non infuscata* [l] *maleuolentia* [m], *non assueta mendacia, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis, vel suburbana, vel etiam vrbana.* Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Casinas [n], nemo Aquinas. Totus ille tractus celeberrimus, Venafranus, Alifanus [o]: tota denique nostra illa aspera, & montuosa, & fidelis, & simplex, & nutrix suorum regio, se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur: iisdémque nunc à municipiis adsunt equites Rom. publicè, cum legationis testimonio: nec minore nunc sunt sollicitudine, quàm [q] tum erant studio. etenim est *grauius spoliari fortunis, quàm non augeri dignitate.* Ergo vt alia in te erat illustriora, Laterensis, quæ tibi maiores tui reliquerant: sic te Plancius hoc non solum municipij verùm etiam vicinitatis genere vincebat. nisi forte te Lauicana [r], aut Bouillana, aut Gabina vicinitas adiuuabat. quibus è municipiis vix iam, qui carnem [s] Latinis petant, inueniuntur. Adiungam. si vis, id, quod tu etiam huic obesse putas, *patrem* publicanum, qui ordo [t] quanto adiumento sit in honore, quis nescit? flos enim equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum reipub. publicanorum [u] ordine continetur. Quis [x] est ergo, qui neget, ordinis eius studium fuisse in honore Plancij singulare? neque iniuria: vel quòd erat pater is, qui est princeps iamdiu publicanorum: vel quòd is ab sociis vnicè diligebatur: vel quòd diligentissimè rogabat: vel quia pro filio

a *L.* vestrûm legis Tabellariæ commendatio.*
c *L.* quod mihi grauissimum esset, si dicerem, sed *imp. al.* quod mihi grauissimum esset dicere.
d *al.* Nunc.*
e L. patuerit hominib. hoc n.
f *al.* tantum*
g L. à te abfuit *fort.* Fabianus. est autè hic Fabius fornix arcus iuxta regiam in sacra via à Fabio Censore constructus. P. B.
h Sic, qui Allobrogicus nominatus est. Ascon. 2. Verrina.*
i L. demouit.
k *L.* Num dubitas ig.
l L. fecerint?
m Studia erga Plancij municipum eius, vicinorum, patris Ciceronis.*
n *al.* plures.*
o ex hac familia Marcus hic Iuuentius Laterensis te sic Vesleio.*
p Præfecturæ dicebatur in quibus ius dicebatur, & nundinæ agebantur: erátq. quædam earum Respublica, cui tamen magistratus suos non haberet, sed vel in eas suffragio populi, aut a prætore vrbano quotannis mittebantur, qui ius dicerent. vide Festum in Præfectura. Forum verò locus nundinationis, negotiationis. Limo vbi ius dicebatur cõsiliabulum foro minus. *Festus de lib. & auctore, de limo bus.* Coloniis & municipiis dixi *Philippica* 2. à præfecturis autem diuersæ fuit.*

a *al.* homines.*
b *al.* quid ego de me, aut de fratre m.
c L. num quando
d T. Coruncanius, municipe.
e *al.* aliis.*
f *al.* aliquid de C. Mar.
g mos lugentium.*
h Equites, tribuni ærarij, sed & senatores: Hi tres ordines soli iudicabant lege Aurelia, cum lege Cornelij Sullæ, antea per annos decem equites turpiter iudicassent. dixi 8. epist. famil. 2. plebs verò à Iudicio dimissa, vt hic iudicat Cicero.*
P. B.
i De Tribunis ærariis, aliàs dixi.*
k Tribus Terentina infrà meminit.*
l *fort.* non insueta maleuolentiæ, vt insuetum sit valde assuetum.*
m v. e. maliuolentia.
n L. Casinas
o *al.* Allifanus;
p L. & monto fa: at fidelis
q L. quam tunc
r *al.* Labicana,
f Feriis Latinis sacrificium (quod Latiar) stipe collata à 47. populis Latinis fiebant in monte Albano tauro immolato singulis populis, qui ad fuissent, carnis portio dabatur. Liuius 32. 7. 41. & ita Latini sacrorum causa in monte Albano conueniebant: vt publicarij, ad lucum Ferentinæ.*
t Equestris ordinis commendatio.*
u vide 13. famil. 10. & 65.*
x *L.* Quis ergo est,

supplicabat, vel quia huius [a] in illum ordinē summa officia quæsturæ, tribunatúsque constabant: vel quòd illi in hoc ornando ordinem se ornare, & consulere liberis suis arbitrabantur. ¶ Aliquid præterea, timidè dico, sed tamen dicendum est: non enim, opibus, non inuidiosa gratia, non potentia vix ferenda, sed commemoratione beneficij, sed miserecordia, sed precibus *aliquid attulimus etiam nos*, appellaui populum, tribubus submissi me & supplicaui: vltro mihi hercules se mihi etiā offerenteis, vltro pollicenteis rogaui. valuit causa rogandi, non gratia: nec, si vir amplissimus, cui nihil est, quod roganti concedi non iure possit, de aliquo, vt dicis, non impetrauit, ego sumarrogans, quòd me valuisse dico. Nam, vt omittam illud, quòd ego pro eo laborabam, qui valebat ipse per se: *rogatio ipsa semper est gratiosissima, quæ est officio necessitudinis coniuncta maximè*. neque ego sic rogabam vt petere videretur, quia familiaris esset meus, quia vicinus, quia huius parēte semper plurimùm essem vsus, sed [d] vt quasi parenti, & custodi meo. nō potentia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. nemo mea restitutione lætatus est, nemo iniuria doluit, cui non huius in me misericordia, grata fuerit. Etenim si ante reditū meum Cn. Plancio se vulgò viri boni, cùm hic tribunatum peteret, vltro offerebant: cui nomē meum honori fuisset, ei meas præsenteis preces non putas profuisse? An Minturnenses [e] coloni, quòd C. Marium ex ciuili errore [f], atque ex impijs manibus eripuerunt, quòd tecto receperunt: quòd fessum inedia, fluctibúsque recreārunt: quòd viaticum congesserūt: quòd nauigium dederunt: quòd eum linquentem terram eam, quam seruauerat, lacrymis [g], votíssque omnibus prosecuti sunt, æterna in laude versantur. Plancio, quòd me vel vi pulsum, vel ratione cedētem [h] tempori, receperit, iuuerit, custodierit, his, & senatui, populóque Rom. vt haberent quod reducerent, conseruarit: honori hanc fidem, misericordiam, virtutem fuisse miraris? Vitia mehercule res hę Cn. Plancij, de quibus dixi, tegere potuerunt: ne tu in ea vita, de qua iamdicam, tot, & tanta aduiumēta, huic honori fuisse mirere. ¶ Hic est i enim, qui adolescentulus cum A. Torquato profectus in Africam, sic ab illo grauissimo, & sanctissimo, atque omni laude, & honore dignissimo viro dilectus est, vt & conturbernij necessitudo, & adolescētuli modestissimi pudor postulabat. Quòd [k] si adesset: non minus ille declararet, quàm hic illius frater patruelis, & socer T. Torquatus, illi omni virtute, & laude par: qui [l] est quidem cū illo maximis vinculis & propinquitatis, & affinitatis coniunctus: sed ita magnis [m] amoris, vt illę necessitudinis causę, leues esse videantur. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini, propinqui sui: miles huius Q. Metelli. quibus cum fueris probatissimus, hodiéque sis: omnibus esse se probatum debet sperare. In ea prouincia legatus fuit C. Sacerdos: qua virtute, qua constantia vir? L. Flaccus: qui homo? qui ciuis? qualem hunc putent? assiduitate, testimonióque declarant. In Macedonia tribunus militum fuit: in eādem prouincia postea quæstor [n]. Primùm Macedonia sic eum diligit, vt indicant hi principes ciuitatum suarum: qui cùm missi sint ob aliam causam, tamen huius repentino periculo commoti, huic assident, pro hoc laborant: huic si præsto fuerint, gratius se ciuitatibus suis facturos putant, quàm si legationē, & mandata sua confecerint. L. verò Apuleius hunc tanti facit, vt morem illum maiorum, qui præscribit, in parentum loco quæstoribus suis prætores esse oportere, officiis, beneuolentiáque [a] superarit. Tribunus plebis fuit non fortasse tam vehemens, quàm isti, quos [b] tu iure laudas: sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset tribunus. Omitto illa, quæ [c] si minus necessaria sunt, at certè, cùm sint prolata, laudantur: vt viuat cum suis: primùm cum parente (nam meo iudicio pietas fundamentum est omnium virtutum) quem veretur, vt deum, (neque enim multo secus parens liberis) amat verò, vt sodalem, vt fratrem, vt æqualem. Quid dicam cum patruo? cum affinibus? cum propinquis? cum hoc Cn. Saturnino, ornatissimo viro? cuius quantam honoris huius cupiditatem fuisse creditis, cùm videatis luctus societatem? Quid de me dicam? qui mihi in huius periculo reus esse videor? Quid de his tot viris talibus, quos vides veste mutata? Atqui hæc sunt iudicia [e] solida, iudices, & [f] expressa hæc signa probitatis, nō fucata forensi specie, sed domesticis [g] inusta notis veritatis. facilis est illa occurratio, & blanditia popularis: adspicitur, non attrectatur: procul appārent, non excutiuntur: non in manus sumuntur. Omnibus igitur rebus ornatum hominem, quem [h] externis, quem domesticis: nonnullis rebus inferiorem, quàm, te generis & nominis, dico, superiorem animis, municipum, vicinorum, societatum studio, temporum meorum memoria, patris virtute, integritate, modestia, ædilem factū esse miraris? ¶ Hic tu vitæ splendorem maculis adspergis [k] istis? lacis adulteria, quę nemo non modò nomine, sed ne suspicione quidē possit agnoscere. *Maritū* [m] appellas, vt [n] verba singas, non solùm crimina. Ductum esse ab eo innocuę, prouinciam aliquem dicis, libidinis causa. [o] non crimen est, sed impunitum in maleficio Pmendacium. Raptam esse mimulam. quod dicitur Atinę factum à iuuene, vetere quodam in scenicos iure, maximèque oppidano. O adolescentiam traductam elegantem! cui quidem cùm quod licuerit, obiiciatur, tamen id ipsum, falsum reperiatur. Eminus aliquis è carcere, & quidem emissus (vt cognostis) necessarij hominis, optimique adolescentis rogatu: idem postea mandatis [q] requisitus. Atque [r] hæc, nec vlla alia sunt cōiecta maledicta in eius vitam, de cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis. *Pater* verò [s], inquit, *etiam obesse filio debet*. O vocem duram, atque indignam tua probitate, Laterensis! Pater vt in iudicio capitis, pater vt in dimicatione fortunarum, pater vt apud tales viros obesse filio debeat? qui si esset turpissimus, sordidissimus: tamen [t] ipso nomine patrio valeret apud clementeis iudices, & misericordeis: valeret, inquam communi sensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. Sed [u] cùm sit Cn. Plancius is eques Ro. ea primùm vetustate equestris ordinis, vt pater, vt auus, vt maiores eius omnes, equites Ro. fuerint, summum in præsentia [x] florentissima gradum tenuerint & dignitatis, & gra-

a L. huius ipsius in ill.

P. CCLXIIII

b *al.* summi si *al.* mehercule.

d L. sed quasi pro parente, & custode meo.

e Velleius* *al* terrore *al.* errore.*

g L. lacrymis vestris, omnibus búsque prof.

h L. cedentē receperit.

P. B.

i Plancij vita.*

k *Amen. Aug.* Qui

l L. qui est cum illo qui dem m. m *Pantagat.* magnis.*

n de quæstoria coniunctione, adde Ciceronem Diuinatione in Verrem & 13. famil. 10. & 26.*

A

B

C

D

E

F

G

H

P. CCLXV. a v.c. beniuolentia que *al.* quàm tu diligendo ast

c L. quæ si minus in ea sunt, ac certè in secunda autē esse, idem quod in promptu esse.*

d L. tot viris talib.

e L. iudicia f L. & expressa virtutis. *al.* hæc expressa signa.*

g L. quæ externis, quæ domesticis: nonnul. *al.* int. gritate, sua & modestia, &c.

i CONFVTATIO, in qua Lateren sem deinde Cassium refutat.*

k CONFVTATIONIS pars prima aduersus Laterensem.* *Isoc.* crimigas.

m De vita anteacta Plancij Porcia lex Marmarcetū. *Ant. Augustin.* Marilianū.*

n L. vt verba etiam sing.

o L. quod nō crimen est in re, sed impunitum in maledico mendacium.

p *al.* maledicto.*

q L. prætoris mandatu requisitus. *al.* a tergo. præmandato vel præmādatu*

r *Amæn.* Ac cùm hæc quæ vita alia sint, cōiecta in huius vitæ, de huius vospudore, &c.

s De patre Planci,* tamen in ipso.

t *al.* Nunc est hi Cn. Planc.

x De præturis supra dixi.*

tiæ: deinde, vt ipse in legionibus P. Crassi, imperatoris, inter ornatissimos homines, equites R. summo splendore fuerit: vt postea, princeps inter suos: plurimarum rerum sanctissimus, & iustissimus iudex: maximarum societatum auctor: plurimarum magister: si non modò in eo nihil vmquam reprehensum, sed laudata sunt omnia: tamen [a] is oberit honestissimo filio pater, qui vel minùs honestum, & alienũ tueri vel auctoritate sua vel gratia possit? Asperius, inquit locutus est aliquid aliquando. Immò fortasse liberius. At id ipsum, inquit, non est ferendum. Ergo hi ferendi sunt qui queruntur, libertatem equitis R. se ferre non posse? vbinam ille mos? vbi illa æquitas iuris? vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput & aliquando recreata, se erigere debebat? equitum ego Rom. etiam in homines nobilissimos maledicta, publicanorum in Qu. Scæuolam, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate præstantem, asperè, & ferociter, & liberè dicta commemorem? Consuli P. Nasicæ præco [b] Granius, medio in foro, cùm ille, edicto [c] iustitio [d], domum descendens rogasset Granium, *quid tristis esset? an quod actiones essent [e]?* Immò vero, inquit, *quod legationes [f].* Idem tribuno pleb. potentissimo nomini, M. Druso, sed [g] multa in rempubli. molienti, cùm ille eum salutasset, vt hi, dixissetque *quid agis Grani?* Respondit, *immo vero, tu Druse quid agis?* ille L. Crassi, ille M. Antonij volũtatem asperioribus facetiis sæpe perstrinxit impunè. nunc vique eò oppressa vestra arrogantia ciuitas est, vt, quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Rom. in plorando, non sit concessa libertas. Quæ enim vmquam fuit Plancio vox contumeliæ potiùs, quàm doloris? quid est autem vmquam questu, nisi cùm à fortis [i], & à se iniuriam [k] propulsare? Cùm senatus impediretur, quominus, id quod hostibus semper erat tributum, responsum equitibus Rom. redderetur: omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit: sed eum ipsum dolorem hic tulit paullo apertiùs. cõmunis ille sensus, in aliis fortasse latuit: hic [l], quod cum ceteris animo sentiebat, id magis, quàm ceteri, & vultu promtum habuit; & lingua. Quamquam, iudices (agnosco enim ex me) permulta in Plancium, quę ab eo numquam dicta sunt, conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando, non studio adductus, sed contentione dicendi, aut lacessitus, & quia, vt fit in multis, *exit aliquando aliquid si non perfacetum [m], attamen sortasse non rusticum:* quod quisque dixit, me id dixisse dicũt. Ego autem, si quid est, quod mihi scitum esse videatur, & homine ingenuo dignum, atque docto: non aspernor, stomachor verò cùm aliorum non me digna in me conferũtur. Nam quòd primus sciuit [n] *legem [o] de publicanis*, tum cùm vir amplissimus, consul id illi ordini per populum dedit, quod per senatũ, si licuisset [p], dedisset: si in eo crimen est, quia suffragium tulit: quis non tulit publicanus: si, quia primus [q] sciuit: vtrùm id sortis esse vis, an eius [r], qui illam legem ferebat? si sortis: nullum crimen est in casu: si consulis: splendor etiam Plancij, hunc à summo viro principem ordinis iudicatum. ¶ sed aliquando veniamus ad causam [s]. In qua tu nomine legis [t] Liciniæ, quæ est *de sodalitiis*, omneis [b] ambitus leges [c] complexus es, neque enim quidquam aliud in hac lege, nisi editios [d] iudices, es [e] secutus. quod [f] genus iudicium si est æquum nulla in re, nisi hac tribuaria [g]: non intelligo, quamobrem senatus hoc vno in genere [h] tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas. dek ipso denique ambitu, de [k] reiectione, fieri voluerit iudicium alternorum [m]: cúmque [n] nullum genus acerbitatis prætermitteret, hoc tamen vnum prætereundum putarit. Quid [o] huius rei obscura causa est? an & agitata, cùm ista in senatu res agebatur, & disputata hesterno die copiosiùs à Q. Hortensio? cui tum est senatus assensus. ¶ Hoc igitur sensimus: cuiuscunque tribus largitor esset, & per consensionem magistratuum, quæ honestè sodalitas nominaretur, quàm quisque tribum turpi largitione corrũperet, eum maximè iis hominibus, qui eius tribus essent, *esse notum.* Ita putauit senatus, cùm reo tribus ederentur, eæ, quas is largitione deuinctas haberet, eosdem fore testeis, & iudices. Acerbum omnino genus iudicij: sed tamen si vel sua, vel ea, quæ maxime esset cuique coniuncta, tribus ederetur, vix recusandum. Tu autem, Laterensis, quas tribus edidisti? *Terentinam* [p], credo. Fuit [q] id æquum, & certè exspectatum est, & fuit dignum constantia tua. cuius tu tribus [r] venditorem, & corruptorem, & sequestrem Plancium fuisse cis. mitas: eam tribum profectò, seueriss imorum præsertim hominum, & grauissimorum, edere debuisti. aut [s] *Voltiniam.* libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari. hanc igitur ipsam cur non edidisti? quid Plancio cum *Lemonia* [t]? quid cum *Veientina?* quid cum *Crustumina?* nam tertiam [u] etiam, non [v] quæ iudicaret, sed quæ reiiceretur, esse voluisti. Dubitatis igitur, iudices, quin vos M. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suam spem aliquam de ciuitate delegerit? dubitatis, quin eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cùm ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc obseruatas, non largitione? Quid enim potest dicere, cur ista editio non summam habeat acerbitatem, remota ratione illa, quam in decernendo secuti sumus? Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos, quos inexorabileis, quos inhumanos, quos crudeleis existimes? Tu, me ignaro, nec opinante, inscio [x], notes & tuos, & tuorum necessarios, vel [y] iniquos meos, vel etiam defensorum meorũ? eodémq. adiungas, ad quos natura putes asperos, atque omnib. iniquos? deinde effundas repentè, vt antè consilium eorum iudicum videam, quàm potuerim, qui essent futuri, suspicari? apud cósque me, ne quinque quidem reiectis, quod in proximo reo *de consilij sententia constitutum* est, cogas,

a Lege Licinia de sodalitiis, sodalitia prohibita: vt pacatior ciuitas esset. *
b Lex Licinia ambitus etiã prehendit ad quam refer 8. epistol. familiar. 2. *
c *al.* legis. *
d ædilitij iudices, qui ab accusatore debẽbatur reo *
e L. secutus es.
f L. quod genus iudicum si nulla in re est æquum, nisi *al.* si non est æquum vlla in re, nisi
g Tributaria res, quæ ad tribum pertinet: *Asii* tributaria legit malè. Nãmox, sequitur tribus. *
h id est lege Licinia de sodalitiis. *
i subaudi tribuarias. *
k L. in ipso denique iudicio de ambitu, reiectio nẽ fieri voluerit iudicum altern.
l Iudicum reiectio fiebat ab accusatore & reo in omnibus sodalitiorum criminibus. *
m *al.* iudicum. *
n alternos iudices appellare videtur non qui olim ex ordine senatorio, post ex senatorio, equestri, & tribunis, ara riis assumpti, sed subsortitos. Prima, secunda reiectio, tertia, subsortitio. *
o Plancij tribum. Tribus hic variæ notandæ. Terentina, Voltinia, Lemonia, Veientina, Crustumina, & Metia, & quidẽ hu-

p *lib. vulg.* Fuit certè id æquũ, & certè, &c. q *fort.* emtorem, r *l.* At Voltiniam. l. s quam Laterensium edidit. * t L. Mæciam, non *al.* Meciam u. *vet.* Metia vt sit nomen tribus, cuius meminit Festus. *vet.* tres, non quæ iudicarent, sed quæ reiicerent, esse voluisti. Alij Tertiæ vocabulo *tribum Crustuminã* intelligunt. * u Indicat hic locus, vbi tres tribus accusator ederet, terrã reo reiici potuisse. * x *al.* in secreto. y *fort.* vel inimicos meos vel etiam. Sed iniquis hic & Verrin. 5. & Terentio in prologo Adelph. inimici. *

causam

cauſam de fortunis omnibus dicere? Non enim, ſi aut Plancius ita vixit, vt offenderet ſciens neminem, aut tu ita erraſti, vt eos ederes imprudens, vt nos, inuito te, tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus, idcirco iſta editio per ſe non acerba eſt. An verò nuper clariſſimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt, cùm ex CXXV. iudicibus, principibus equeſtris ordinis, quinque & LXX. reus reiiceret, L. referret, omniáque potiùs permiſcuerunt, quàm ei legi, conditioníque parerent: nos neque ex [a] delectis iudicibus, ſed ex omni populo, neque editos ad reiiciendum, ſed ab accuſatore conſtitutos iudices ita feremus, vt neminem reiiciamus? Neque ego nunc legis iniquitatem queror, ſed factum tuum à ſententia legis doceo diſcrepare: & illud acerbum iudicium, ſi, quemadmodum ſenatus cenſuit, populúſque iuſſit, ita feciſſes, vt in hunc, & ſuam, & ab hoc obſeruatas ederes[b]: non modò non quereremur, ſed hunc, iudicibus editis, qui teſtes iidem eſſe poſſent, abſolutum putarem: neque nunc multo ſecus exiſtimo. cùm enim has tribus edidiſti: ignotis te iudicibus vti malle, quàm notis indicauiſti[c]. fugiſti ſententiam legis: æquitatem omnem reieciſti: in tenebris, quàm in luce, cauſam verſari maluiſti. Voltinia tribus ab hoc corrupta: Terentinam habuerat vena em. Quid diceret apud Voltinienſeis, aut tribuleis ſuos iudices? immò verò tu quid diceres? quem iudicem ex illis aut tacitum teſtem haberes, aut verò etiam excitares? Etenim, ſi reus tribus ederet, Voltiniam fortaſſe Plancius, propter vicinitatem, ac neceſſitudinem ſuam, non edidiſſet. &, ſi quæſitor edendus fuiſſet, quem tandem potiùs, quàm hunc C. Alfium [d], quem habet, cui notiſſimus eſſe debet, vicinum, tribulem, grauiſſimum hominem, iuſtiſſimúmque edidiſſet? cuius quidem æquitas, & meæ ſimilis voluntas erga Cn. Plancij ſalutem, quam ille ſine vlla cupiditatis ſuſpicione præ ſe fert, facilè declarat, non fuiſſe fugiendum tribulem huic iudicem, cui quæſitorem tribulem exoptandum fuiſſe videatis. Neque ego nunc conſilium [e] reprehendo tuum, quòd non eas tribus, quibus hic maximè notus erat, edideris: ſed à te doceo conſilium non ſeruatum. ſenatus. etenim quis te tum audiret illorum? aut quid diceres? ſequeſtrémne Plancium reſpuerent aures, nemo agnoſceret, repudiaretur. an gratioſum? illi libenter audirent: nos non timidè confiteremur. noli enim putare, Laterenſis, legibus iſtis, quas ſenatus de ambitu ſancire voluerit, id eſſe actum, vt ſuffragatio, vt obſeruantia, vt gratia tolleretur. Semper fuerunt boni viri, qui apud tribuleis ſuos gratioſi eſſe vellent. Neque verò tam durus in plebem noſter ordo fuit, vt eam coli noſtra modica liberalitate noluerit: neque hoc liberis noſtris interdictum eſt, ne obſeruent tribuleis ſuos, ne diligãt, ne reficere[f] neceſſariis ſuis ſuam tribum poſſint, ne par ab iis munus in ſua petitione reſpectent[g]: hæc enim plena ſunt officij, plena obſeruantiæ, plena etiam antiquitatis. Iſto ingenere & fuimus ipſi, cùm ambitionis noſtra h tempora poſtulabant, & clariſſimos viros eſſe vidimus, & hodie eſſe videmus quamplurimos gratioſos. ¶ *Decuriatio* tribulium, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta, ſeueritatem ſenatus, & bonorum omnium vim, ac dolorem excitarunt, hæc doce, hæc profer, huc incumbe, Laterenſis, decuriaſſe [b] Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe [c], diuiſiſſe: tum mirabor, te iis armis vti, quæ tibi lex dabat, noluiſſe. tribulibus enim iudicibus, non modò ſeueritatem illorum, ſi iſta vera ſunt, ſed ne vultus quidem ferre poſſemus. Hanc tu rationem cùm tugeris, cúmque eos iudices habere nolueris, quorum in huius delicto cùm ſcientia certiſſima, tum dolor grauiſſimus eſſe debuerit: quid apud hos dices, qui abs te taciti requirunt, cur hoc tibi oneris impoſueris, cur ſe potiſſimùm delegeris, cur denique ſe diuinare malueris, quàm eos, qui ſcitent iudicare? Ego Plancium, Laterenſis, & ipſum gratioſum eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui, gratioſos: quot tu ſi ſodalis vocas: *officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo*: ſin, quia gratioſi ſunt, accuſandos putas: noli mirari, te id, quod tua dignitas poſtularit, repudiandis gratioſorum amicitiis non eſſe aſſecutum. Iam, vt ego doceo, gratioſum eſſe tribulibus [d] Plancium, quòd multis benignè fecerit, pro multis ſponderit, in operas plurimos patris auctoritate, & gratia miſerit: quod denique omnibus officiis per ſe, per patrem, per maiores ſuos totam Attinatem præfecturam comprehenderit: ſic tu doce, ſequeſtrem fuiſſe, largitum eſſe, conſcripſiſſe [e], tribuleis decuriauiſſe [f], quod ſi non potes: noli tollere ex ordine noſtro liberalitatem, noli maleficium putare eſſe gratiam, noli obſeruantiam ſancire pœna. Itaque hæſitantem te in hoc ſodalitiorum tribuario [g] crimine eſt, ad communem ambitus cauſam contuliſti, in qua deſinamus aliquando (ſi videtur) *vulgari, & peruagata declamatio contendere*. ſic enim tecum ago. Quam tibi commodum [h] eſt, vnam tribum delige tu: doce id, quod debes, per quem ſequeſtrem, quo diuiſore, corrupta ſit ego, ſi id facere non potueris, quod, vt opinio mea fert, ne incipies quidem, per quem tulerit, docebo. Eſtne hæc vera contentio? placétne ſic agi? non poſſum magis *pedem conferre* (vt aiunt) aut propiùs accedere. Quid taces? quid diſſimulas? quid tergiuerſaris? etiãatq. etiã inſto, atque vrgeo, inſector, poſco, atq. adeò flagito crimen: quamcumq. tribum, inquam, delegeris, quam tulerit Plancius, tu oſtendito, ſi poteris, vitium. Ego, qua ratione tulerit, docebo: nec erit hæc alia ratio Plancio, ac Laterenſi. nam [k] vt, quas tribus tu tuliſti, ſi iam ex te requiram, poſſis, quorum ſtudio tuleris, explicare: ſic ego hoc contendo, me tibi ipſi aduerſario, cuiuſcumque tribus rationem poposceris, redditurum. Sed cur ego ſic ago? quaſi non comitiis iam ſuperioribus [l] ſit Plancius deſignatus ædilis. quæ [m] comitia primum habere cœpit conſultum [n] omnibus in rebus ſumma auctoritate, tum [o] harum ipſarum legum ambitus auctor: deinde habere cœpit ſubitò, præter opinionem omnium: vt ne ſi cogitaſſet quidem quiſpiam largiri, daretur ſpatium comparandi. Vocare tribus: latũ ſuffragium: deſcripta [p], renũtiatę longè plurimum valuit Plancius. nulla largitionis nec fuit, nec eſſe potuit ſuſpi-

a *al.* ex dilectis iud.

b *al.* ederẽt.*

c *al.* iudicaſti

d F. CCLXVIII & ita Victorius Flauium verò legit, *Ann. Aug.*

e *al.* conſiliũ tuum reprehendo.

f *al.* ſufficere ſed reficere. quida interpretantur, cõcedere ſuis amicis ſuam tribum. *ver.* ſuppeditare, *ver.* ſuſtinere.*

g *al.* expectẽt. Porro reſpectare, eſt retro ſpectare.* h L. noſtra

a *al.* deſcriptio poſ.

b P. B. decuriare eſt in curias referre & deſcribere. vnde ſupra decuriatio.*

c pronuntiare, eſt promittere pecuniam.*

d L. apud tribuleis Pl.

e deſcripſiſſe populum

f *al.* decuriaſſe.

g Tribuarii crimen, eſt de tribubus corruptis.*

h id eſt vt placet.*

i Tribus. Romanæ per ſequeſtres corrupi ſolitæ.*

k I nam, vt tu, quas tribus tuliſti.

l ſuffragia bis ferebantur de magiſtratibus: atq. ita Plancius, bis ædilis deſignatus.*

m comitia ædilitia prima à conſule habita: ſecunda ab ædilibus.*

n L. cum omnibus.

o L. cũ earũ ipſ.

p *al.* deſcriptæ.

cio. An tandem vna centuria[a] prærogatiua, cantùm habet auctoritatis, vt nemo vmquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit: aut his ipsis comitiis consulibus, aut certè in illum annum ædilem Plancium factum miraris, in quo non exigua pars populi, sed vniuersus populus voluntatem suam declarauit? cuius in honore non vnius tribus pars, sed comitia tota comitiis fuerint prærogatiua? Quo quidem tempore, si id, Laterensis, facere voluisses, aut si grauitatis esse putasses tuæ, quòd multi nobiles sæpe fecerunt, vt, cùm minùs valuissent suffragiis, quàm putassent, postea, prolatis[c] comitiis, prosternerent se, & populo Rom. fracto animo, atque humili supplicarent: non dubito, quin omnis ad te conuersura se fuerit multitudo. numquam enim nobilitas, integra præsertim, atque innocens, à populo Rom. supplex repudiata fuit. Sed, si tibi grauitas tua, & magnitudo animi, pluris fuit, sicut esse debuit, quàm ædilitas: noli, cùm habeas id, quod malueris desiderare id, quod minoris putaris. Equidem *primùm* [d] *vt honore dignus* [e] *essem, maximè semper laboraui: secundò vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod pleriſque primum est, ipse honos: qui is denique debet esse iucundus, quorũ dignitati populus Rom. testimonium, non beneficium ambitioni dedit.* Quæris etiam, Laterensis, quid imaginibus tuis, quid ornatissimo, atque optimo viro, patri tuo, respondeas mortuo. Noli ista meditari: atque illud caue potiùs, ne tua ista querela, dolórque nimius, ab illis sapientissimis viris reprehendatur. vidit[f] enim pater tuus, Appium Claudiũ nobilissimũ hominẽ, viuo patre suo, potẽtissimo, & clarissimo ciue[g], C. Claudio, ædilem non esse factum, & eũdem sine repulsa factum esse consulem: vidit, hominem sibi maximè coniunctum, egregium virum, L. Volcatium: vidit, M. Pisonem in ista ædilitate, offensiuncula accepta, summos à populo Rom. esse honores adeptos. Auus verò tuus, & P. Nasicæ tibi ædilitiam prædicaret repulsam, quo ciue neminem ego statuo in hac repub. fortiorem: & C. Marij, qui, duabus ædilitatis acceptis repulsis, septies consul est factus: & L. Cæsaris, Cn. Octauij, M. Tullij, quos omneis scimus ædilitate præteritos, consules esse factos. Sed quid ego ædilitias repulsas colligo? quæ sæpe eiusmodi habitæ sunt, vt iis, qui præteriti essent, benignè à populo factum videretur, Tribunus[h] militum, L. Philippus, summa nobilitate, & eloquentia, quæstor. Q. Cælius, clarissimus, ac fortissimus adolescens: tribuni pleb. P. Rutilius Rufus, C. Fimbria, C. Cassius, Cn. Orestes[k], facti non sunt: quos tamen omneis consules factos scimus esse. Quæ tibi vltrò pater, & maiores tui, non consolandi tui gratia dicerent, neque verò quo tel liberent aliqua culpa[m], quam tu vereris, ne à te suscepta videatur: sed vt te ad cursum istum tenendum, quem à prima ætate suscepisti, cohortentur[n]: nihil est enim, mihi crede, Laterensis, de te detractum: detractum dico? si mehercules verè, quod accidit, interpretari velis, est aliquid etiã de virtute significatum tua. Noli enim existimare, non magnum quendam motum fuisse illius petitionis tuæ, de qua ne aliquid iurares, desticti. Denuntiasti, homo adolescens, quid[o] de summa reip. sentires, fortiùs tu quidẽ, quàm nonnulli defuncti honoribus, sed apertiùs, quàm vel ambitionis, vel ætatis tuæ ratio postulabat. Quamobrem in dissentiente populo noli putare, nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet: qui te incautum fortassè[a] nunc tuo loco demouere potuerunt, prouidentem[b] ante, & præcauentem numquam certè mouebunt. An te illa argumenta duxerunt? ¶ Dubitabitis[c], inquit, quin *coitio* facta sit, cùm tribus pleraſque cum Plotio tulerit Plancius? An vnã fieri potuerunt, sid vnã tribus non tuliſſent[d]? At nonnullas punctis[e] pænè totidem. Quippe cùm iam facti propè superioribus comitiis, declaratíque veniſſent, quamquã ne id quidem suspicionem coitionis habuerit. neque enim vmquam maiores nostri sortitionem[f] cõstituiſſent ædilitiam, nisi viderent accidere posse, vt competitores pares suffragiis essent. Et ais, prioribus comitiis Anienſem[f] à Plocio, Terentinam à Plancio tibi esse concessam: nunc ab vtroque eas auulsas, ne in angustum venirent. Quàm cõueniat, nondum cognita populi voluntate, hos, quos iam tum coniunctos fuisse dicis, iacturam suarum tribuum, quo vos adiunxeremini, feciſſe: eosdem, cùm iam essent experti, quid valerent, restrictos & tenaceis fuisse? Etenim verebantur, credo, angustias. quasi res in contentionem, aut in discrimen aliquod posset venire. Sed tamen tu an Plotium, virum ornatissimum, in idem crimen vocandum iudicas? an dicis eum[h] te arripuisse, à quo non sis rogatus? Nam quòd quæstus es, plureis te testeis habere de Voltinia i, quàm quot in ea tribu puncta tuleris: indicas, aut eos testeis te adducere, qui, quia nummos acceperint, te præterierint: aut te, ne gratuita quidem eorum suffragia tuliſſe. ¶ Illud verò *crimen de nummis*, quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, *caluit mi recenti: nunc in causa refrixi.* neque enim, qui illi nummi fuerint, nec, quæ tribus, nec, qui diuisor ostenderis. Atque is quidem adductus[l] ad consules, qui tum in crimen vocabatur, se iniquè à tuis iactatum grauiter querebatur. qui si erat diuisor, præsertim eius, quem tu habebas reum, cur abs te reus non est factus? cur non eius damnatione alitquid ad hoc iudicium præiudicij comparasti? Sed neque tu habes hæc, neque eis confidis. alia te ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitauit. magnæ sunt in te opes: latè patet gratia: multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuæ: multi huic inuident. multis etiam pater, optimus vir, nimiùm retinens equestris iuris, & libertatis videtur: multi etiam communes inimici reorum omnium: qui ita semper testimonium de ambitu dicunt, quasi aut moueant animos suis testimoniis: aut gratum populo Romano sit, aut ab eo facilius ob eam causam, dignitatem, quam volunt, consequantur. Quibuscum me, iudices, pugnantem meo more pristino non videbitis: non[m] quòd fas sit quidquam effugere[n], quod salus Plancij postulet: sed quia neque necesse id, me id persequi voce, quod vos mente videatis, & quòd ita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego testeis video, paratos, vt eorum reprehensionem vos vestræ prudẽtiæ assumere, meæ modestię remittere debeatis. Illud vnum vos magnopere oro, atque obsecro, iudices, cùm huius,

a Centuriæ cũ prærogatiua præ cæteris legũ adde Festum in prærogatiua Centuriæ.

b al. prærogatiua.*

c prorogatis.*

P. E.

d al. primò.

e Honoris ambiendi, leges exquisitæ.*

f Repulsam ædilitatis qui viri clarissimi apud Romanos passi?

g L. eius.

h Repulsam qui passi in tribunatu militum, quæstura, & tribu plebis.*

P. CCLXX.

i L. quæstor C. Cælius.

L. al. C. orestes,

k L. quos liberarent aliqua culpa, &c.

l al. C. orestes,

m hoc est sustinere culpæ.*

n L. cohortaretur.

o L. quid de summa rep.

a *fortasse* tuo loco.

b L. prouidẽ tem autem, & præcauentẽ, &c.

c *fort.* Dubitatis,

d *al.* si vnã tribus nõ tuliſſent, cùm non nullas punct. pænè totidẽ. Q.

e Puncta pro suffragiis hic vsurpat, vt in frã.* P. E.

f Ædilitatẽ à Plocio, Terentinam à Plancio tibi esse plures duos? petere: duo tantum gerere poterant. Plures igitur electi (vt si suffragia patria esset) inter se sortirẽ cogebantur, quinã ex iis ædilitatem gererent.* g Tribum.*

h L. eum tibi eripuisse, à quo sis donatus? N.

i tribu.*

k statim post comitia ædilitia.*

l *al.* educatus.*

m L. nõ quod mihi fas sit quidquã defugere,

n *al.* defugere.*

o L. meæque mod.

huius, quem defendo, tum communis periculi causa, ne *fictis auditionibus*, ne dissemina-
a Translatio ex agro & opere rusticorum sumpta. Eadem vtitur in pro Archia qua & vsus Plat. to. de legibus. Isocrates ad Philippum.
to [a], dispersoque sermoni, fortunas innocentium subiiciendas putetis. Multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri biniqui, multi communes obtrectatores, atque omnium inuidi multa finxerunt. *nihil est autem tam volucre, quâ maledictio: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dispergitur.* Neq. egosi
b L. nostri inimici.
fortè maledicti reperietis: vt aut negligatis aut dissimuletis, vmquâ postulabo, sed si quis sine capite manabit, aut liquid erit eiusmodi vt nō exstet auctor, qui audierit: aut ita negligens vobis esse videbitur, vt, vnde audierit, obiitus sit: aut ita leuem habebit auctorem, vt memoria dignum non putarit: huius illa vox
c vox vulgaris, AVDIVI, ne quid d CONIVNCTIONIS pars secunda aduersus Cassium.
c vulgaris auditu, ne quid reo innocenti noceat, oramus. ¶ Sed d venio iam ad L. Cassium e familiarem meum, cuius ex oratione ne illum quidem vidistis, *Iuuentium* tecum f expostulauisse. Ille omni & virtute, & humanitate ornatus, adolescens, primum de plebe ædilem curulem factum esse dixit. In quo, Cassi, si ita tibi respondeam, nescisse id populum Romanum, neq. fuisse qui id nobis narraret, præsertim mortuo Longino g: non, vt opinor, admirere, cùm ego ipse non abhorrens à studio antiquitatis, me hic id ex te primum audisse confitear. Et, quoniam tua fuit perelegans, ac persubtilis oratio, digna equitis Romani vel studio, vel pudore: quo niámque sic ab his ex auditus, vt magnus hos &ingenio, & humanitati tuę tribueretur: respondeo ad ea, quæ dixisti, quæ pleraque de h ipso fine fuerunt: in quibus ipsi aculei, si quos habuisti, in me reprehendendo, tamè mihi non ingrati acciderunt. *Quæsisti, vtrum* mihi putarem, equitis Romani *filio* faciliorem fuisse ad adipiscēdos honores viam, an futuram esse filio meo, qui esset familia consulari. Ego verò, quamquam illi omnia malo, quàm mihi, tamē illi honorum aditus numquam faciliores optaui, quàm mihi fuerunt, quinetiam, ne forte ille sibi me potius pepercisse iam honores, quàm iter demonstrasse adipiscendorum putet. hæc illi soleo præcipere (quamquam ad præcepta ætas non est ignati) k quæ ille à Ioue ortus, suis præcipit filiis: *Vigilandum l est semper, multa insidiosa sunt m bonis.* nostis cætera. quæ n nónne id, quod multi videant, quę scripsit grauis ille, & ingeniosus poeta: scripsit, non vt illos regios pueros, qui iam nusquam erant, sed vt nos, & nostros liberos ad laborem, & laudem excitaret? Quæris, quid potuerit amplius assequi Plancius, si Cn. Scipionis fuisset filius. Magis ædilis fieri non potuisset: sed hoc præstare, quòd ei minùs inuideretur. Etenim *honorum gradus summis hominibus, & infimis sunt pares: gloriæ, dispares.* Quis nostrū se dicit M. Curio, quis C. Fabricio, quis P. o Duellio parem? quis Atilio Calatino? quis C. & P. Scipionibus? quis Africano, Marcello, Maximo? eosdem sumus honorum gradus, quos illi, assecuti. *Etenim in virtute multis adjectis ut ea gloria maximè excellat qui virtute plurimis præstet, honorum populi finus q est, consulatus: quem magistratum tam octingenti r fere consecuti sunt. horum, si diligenter quæras, vix decimum partem reperias gloria dignam.* sed nemo vmquam sic egit, vt tu. Cur iste fit consul? quid potuit amplius, si L. Brutus esset, qui ciuitatem dominatu regio liberauit? Honore nihil ampli? laude multum. Sic igitur Plancius nihilominùs quæstor est factus, & tribunus plebis, & ædilis, quàm si esset summo loco natus, sed hæc, pari loco orti, sunt innumerabiles alij consecuti. *Profers triumphos* Ti. Gracchi, & C. Marij: & *quæris, quid simile in Plancio.* Quasi verò isti quos commemoras, propterea magis [a] laude fuerint digni, quòd triumpharunt, & non, quia commissi sunt iis magistratus, in quibus [b] re bene gesta triumpharent. *Regas, quæ castra viderit:* qui & miles in Creta, Metello hoc imperatore, & tribunus in Macedonia militum fuerit, & quæstor tantùm ex re militari detraxerit temporis, quantum in me custodiēdum transferre maluerit. *Quæris, num disertus.* Immò id quod secundum est, ne sibi quidem videtur. *Num iurisconsultus.* Quasi quisquam sit, qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. Omnes enim istiusmodi artes in iis reprehenduntur, qui cùm professi fuerint, satisfacere non possunt: non in iis, qui [c] ad fuisse ab his studiis confitentur. *Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Vt nos in mancipiis parandis quamuis frugi hominem si pro fabro, aut pro textore emimus, ferre molestè solemus, si eas artes, quas in emendo secuti sumus, si forte nesciuerit: sinautem emimus, quem delicium imponeremus, quem pueri præficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam, esse curamus: si populus Romanus deligit magistratus, quasi reipublicæ vilicos: in quibus siqua præterea est ars, facilè patitur. sin minus, virtute eorum, & innocentia contentus est.* Quotus enim quisque disertus: quotus quisque, iuris peritus est, vt eos numeres, qui volunt esse? quòd si præterea honore dignus [e] nemo, quidnam tot optimis, & ornatissimis ciuibus est futurum? *Iubes Plancium de vitiis Laterensis dicere.* Nihil potest, nisi [f] eum nimis in se iracundum putabis fuisse. Idem *effers Laterensem laudibus.* Facilè patior, id te agere multis verbis, quod ad iudicium non pertineat: & id te accusantem tandiu dicere, quod ego defensor sine periculo possim confiteri. Atqui non modò confiteor summa in Laterense ornamenta esse: sed te etiam reprehendo, quòd ea non enumeres: alia quædam inania, & leuia cōquiras. *Præstesse fecisse ludos.* Quid? alij quæstores nónne fecerunt? *Cyrenis liberalem in publicanos, iustum in socios fuisse.* Quis negat? sed ita multa Romæ geruntur, vt vix ea, quæ fiunt in prouinciis, audiantur. Non vereor, ne mihi aliquid, iudices, videar arrogasse, si de quæstura mea dixero. Quamuis enim illa floruerit, tamen eum me posteà fuisse in maximis rebus [g] arbitror, vt non ita mihi multum sit ex quæsturæ laude repetendum: sed tamen nō vereor, ne quis audeat dicere, vllius in Sicilia quæsturam, aut grauiorem, aut clariorem fuisse. Verè mehercules hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines vmquam aliud Romæ, nisi de quæstura mea, loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram. negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, municipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus, excogita-

a vel. magistratibus fuerint digni & post in iis pro in quibus.* b al. in iis vt supra dixi.*
c L. qui adfuit ei scab.
d fort. quem villicum præponeremus, al. quem villæ præponeremus.
e L. dignus est nemo q.
f L. nisi in eū nimis anquirendum putas.
g al. maximi arbitror. al. maximis horibus.*

ti quidam erant à Siculis honores inauditi. Itaque hac [a] ſpe diſcedebã, vt mihi populum Romanum vltrò omnia delaturum putarem. At ego, cùm caſu diebus iis, itineris faciendi cauſa decedens è prouincia, Puteolos fortè veni. Item, cùm plurimi, & lautiſſimi ſolent eſſe in iis locis: cóncidi pænè, iudices, cùm ex me quidam quæſiſſet, quo die Roma exiſſem, & numquid in ea eſſet noui. cui cùm reſpondi. Item, me è prouincia decedere: etiam me hercules, inquit, vt opinor, ex Africa. Huic ego iam ſtomachans faſtidioſe, immò ex Sicilia, imquam. Tum quidam, quaſi qui omnia ſciret, quid? tu neſcis, inquit, hunc Syracuſis quæſtorem fuiſſe? Quid multa? deſtiti ſtomachari, & me vnum ex iis feci, qui ad aquas veniſſent. Sed ea res, iudices, haud ſcio an plus mihi profuerit, quàm ſi mihi tum eſſent omnes congratulati. *nam poſteaquam ſenſi, populũ Romanum aureis hebetiores, oculos acreis, atque acutos habere: deſtiti, quid de me audituri eſſent homines, cogitare: feci, vt poſtea quotidie me præſentem viderent: habitaui in oculis preſſi forum: neminem à congreſſu meo, neque inuitor meus, neque ſomnus abterruit.* Ecquid [b] ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne *otium* quidem vnquam *otioſum*? nam, quas tu commemoras, Caſſi, legere te ſolere orationes, cùm otioſus ſis: has ego ſcripſi ludis, & feriis, ne omnino vnquam eſſem otioſus. Etenim M. Catonis illud, quod in principio ſcripſit Originum ſuarum, ſemper magnificum, & præclarum putaui. *Clarorum virorum, atque magnorum, non minus otij, quam, negotij rationem exſtare oportere.* Ita, ſi quam habeo laudem, quæ, quanta ſit, neſcio, parta Romæ eſt, quæſita in foro: meáque priuata conſilia publici quoque caſus comprobauerunt, vt etiam ſumma, reſpublica mihi domi fuerit gerenda, & vrbs in vrbe ſeruanda. Eadem igitur, Caſſi, via munita Laterenſi eſt, idem virtutis curſus ad gloriam: hoc facilior fortaſſe, quòd ego huc à me ortus, & per me nixus, adſcẽdi: iſtius egregia virtus adiuuabitur commendatione maiorum. Sed, vt redeam ad Plancium, numquam ex [c] vrbe abfuit, niſi fortè [d] lege, neceſſitate. nõ valuit rebus iiſdem, quibus fortaſſe nonnulli. at valuit aſſiduitate, at valuit ob ſeruãdis amicis, valuit liberalitate: fuit in oculis: petiuit: eſt [e] vſus ratione, qua, minima inuidia, noui homines plurimi eoſdem honores conſecuti ſunt. ¶ Nam, quod ais, Caſſi, non plus me Plancio debere, quàm bonis omnibus, quòd iis æquè mea ſalus cara fuerit: ego me debere bonis omnibus fateor. ſed etiam iis, quibus ego debeo, boni viri, & ciues, ad ſtitiis comitiis aliquid ſe meo nomine debere Plãcio dicebant. Verũm fac me multis debere, & in iis Plancio: vtrũm igitur me conturbare [g] oportet: an ceteris, cùm cuiuſque dies venerit, hoc nomen, quod vrget, nunc cùm petitur diſſoluere? Quamquam *diſſimilis eſt hpecuniæ debitio, & gratia. nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet, id quod reddidit: qui autem debeti, ukretinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipſo, quod habet, refert.* neque [l] ego nunc Plancio deſinam debere, ſi hoc ſoluero: nec minus ei redderem voluntate ipſa, ſi hoc moleſtiæ non accidiſſet. *Quæris à me Caſſi, quid pro fratre meo, qui mihi eſt cariſſimus, quid pro meis liberis, quibus nihil poteſt eſſe iucũdius, amplius, quam pro [a] Plancio facio, facere poſſim:* nec vides, iſtorum ipſorum caritate ad huius ſalutem defendendam maxime ſtimulari me, atque excitari. Nam neque illis huius ſalute, à quo meam ſciunt eſſe defenſam, quidquam eſt optatius: & ego ipſe numquam illos adſpicio, quin per hunc me [b] his conſeruatũ eſſe meminerim, huiuſque meriti in me recordor. *Opimium damnatum eſſe commemoras: ſeruatorem ipſum reipublicæ Calidium adungis, cuius lege Q. Metellus in ciuitatem ſit reſtitutus: reprehẽdu meas pro Plancio preces, quòd nec Opimius ſuo nomine liberatus ſit, nec Qu. Metelli Calidius.* De Calidio tibi tantum reſpondeo, quod ipſe vidi: Qu. Metellum Pium, conſulem, prætoriis comitiis petente [c] Qu. Calidio d, populo Rom. ſupplicaſſe, cùm quidem non dubitaret & conſul, & homo nobiliſſimus, patronum illum eſſe ſuum, & familiæ [e] ſuæ nobiliſſimæ dicere. Quo loco quæro ex te, num id in iudicio Calidij putes, quod ego in Plãcij facio, aut Metellum Pium, ſi Romæ eſſe potuiſſet, aut patrem eius, ſi vixiſſet, non fuiſſe factum? Nam Opimij quidem calamitas vtinam ex hominum memoria poſſet euelli. vulnus illud reipub. dedecus huius imperij, turpitudo populi Rom. non iudicium putandum eſt. Quam enim illi iudices, ſi iudices, & [f] non parricidæ patriæ nominandi ſunt: grauiorem potuerunt reipubl. infligere ſecurim, quàm cùm illum è ciuitate eiecerunt, qui prætor finitimo conſuli domeſtico bello remp. liberarat? At enim nimis ego magnum beneficium Plancij [g] facio, &, vt ais, id verbis exaggero. Quaſi verò me tuo arbitratu, & non meo gratum eſſe oporteat. Quod iſtius tantum meritum, inquit, an quia te non iugulauit? immò verò, quia iugulari paſſus non eſt. Quo quidẽ tu loco, Caſſi, etiam purgaſti inimicos meos, meáque vitæ nullas ab illis inſidias fuiſſe dixiſti. Poſſit hoc idem Laterenſis. Quamobrẽ de iſto paullo pòſt plura dicam, de te tantùm requiro, vtrùm putes odium in me mediocre inimicorum fuiſſe. Quod [i] fuit vllorum tantum? requiro, vtrùm putes odium vnquam barbarorum tam immane, ac tam crudele in hoſtem: an fuiſſe in iis aliquem aut famę metum, aut pœnę: quorum vidiſti toto illo anno ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota vrbe verſari, niſi exiſtimas, eos idcirco vitæ meæ pepercifſe, quòd de reditu meo nõ timerent. Ecquem [k] putas fuiſſe tam excordem, qui, viuis his, ſtante vrbe & curia, reditu rum me, ſi viuerem, non putaret? Quamobrẽ non debet is homo, & is ciuis, prædicare, vitam meam, quæ fidelitate amicorum, conſeruata ſit, inimicorum moleſtia non eſſe appetitam. ¶ Reſpondebo [l] tibi nunc, Laterenſis, minùs fortaſſe veheméter, quàm abs te ſum prouocatus: ſed profectò nec conſideratè minus, nec minùs amicè. nam primùm illud fuit aſperius, me, quę de Plancio dicerem, *mentiri, & temporis cauſa fingere.* ſcilicet homo ſapiẽs excogitaui, quamobrem viderer. maximis beneficijs [m] vinculis obſtrictus, cùm liber eſſem, & ſolutus. Quid enim? mihi ad defendendum Plancium parum multæ, parũ iuſtæ neceſſitudines erant, familiaritatis, vicinitatis, patris amicitiæ? quæ ſi non eſſent, vereor, credo [n], ne turpiter facerem, ſi hoc ſplendore, & hac dignitate hominem defenderem. fingenda fuit

a L. hac ſpe decedebam. P. celaxiti.

b L. Sed quid ego dicam.

P. B. c L. ex vrbe abfuit, d L. niſi forte, legem. [vt hæc tria coniungat, fortẽ, legem, neceſſitatem.* e L. ea eſt vſus rat.

f CONTENTIONIS pars ſecunda, qua reſpõdet Ciceroprimum Caſſio, deinde Laterẽſi.* g Conturbat rationes qui præpoſtere ſoluit.* h vide in hoc locũ Gellũ 1. c. 4. ſimilis eſt alius apud Ciceronẽ in 1. orationis poſt reditum ſupra.* i L. habet. ¶ Gellius illo loco.* k al. ex & ita Gell. 1. c. 4. l fort. neque ego tamẽ Plancio debitã de hereſ. ſi hoc quoc ſoluero

a al. quam quod pro Plancio.*

b L. me illis conſ. & ita y. c. P. cclxxiii

c ſubaudi prætorium.*

d ita apud Valerium 5. c. 2.

e quod tribunus plebis legẽ, qua pater Metelli in ciuitatem reſtitueretur, tulerat 5. Valer. 2. adde Plin. de viris illuſtrib. 65. Appianum 1. ciuil.*

f L. & non parricidæ

g al. Plancio. Pantag. fauctio.*

h L. inſidias factas eſſe dicit. al. inſidias fuiſſe dixiſti comparatas

i L. quod fuerit vllorum tantùm: vtrũ putes odium P. B.

k L. Et quẽquam putat fuiſſe t.

l RESPONDET Laterẽſis de mendacio de Cicerone De tribunatu Plancij, de eloquentia Ciceronis, de diſceſſu Ciceronis de mortiſtimore, de libertate, de cioaca.*

m al. beneficiis.*

n L. vereror, credo ne

a *al.* cur.
b Gregarij, vi
l issimi inter
milites.*
c Corona ci-
uica appella-
tur, quam
ciuis, ciui à
quo seruatus
est in prælio,
testem vitæ,
salutisq; per-
ceptæ dat.
(orat autē à
fronde querna
vel ilice.)
Massurius ta-
men Sabinus
P. CCLXXV.
11. memorabi
lium ciuicam
coronam tum
dari solitam
dicit, quum
is qui ciuem
seruauerat,
eodē tempo-
re etiā hostē
occiderat.
5. Gell. 6.
Zonar. 2. 16.
Plin. 4. & 22.
c. 4.*
d L. deat cui-
quā ciuicam,
e *al.* nō quòd
f *ort.* par gra-
tia posse
gl. in Cn. Plā
cij honore cō
sum.
h subaudi
posse reditū.*
i *al.* Recite-
tūrque or.
k De scripto
oratio esse di
citur, quæ le-
ctā, nō memo
riter pronun
ciata. vt hinc
etiam obser-
uemus, moris
interdū fuisse
orationes de
scripto recita-
re.*
l L. ei me de-
bebam, cui ni
hil magn. de-
beré, & n. t. ſ
al. ei me debe
re dicam.
o L. adstringe-
bā test. temp.
m L. ne aut
proferre vi-
dear die, aut
eo genere.
n L. mihine
ita videl.
P. B.
o *al.* & idi-
psum.

da fuit mihi, iudices, causa peracuta, vt [a] ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dicerem. At *id etiam gregarij* [b] *milites faciunt iuniti, vt coronam* [c] *dent ciuicam* [d], *& se ab aliquo seruatos esse fateantur: non* [e] *quo turpe sit, protectum in acie, hostium manibus eripi* (nam id accidere, nisi forti viro, & pugnanti commodum, non potest) *sed onus beneficij reformidant, quòd l permagnum est, alieno debere idem, quod parenti.* Ego, cùm ceteri vera beneficia, etiam minora dissimulent, ne obligati esse videantur: eo me beneficio obstrictum esse ementiar, cui ne referri quidem gratia [f] posse videatur? An hoc tu, Laterensis, ignoras? qui, cùm mihi esses amicissimus, cùm vel periculum vitæ tuæ mecum sociare voluisses: cùm me in illo tristi, & acerbo luctu, atque discessu, non lacrymis solùm tuis, sed animo, corpore, copiis prosecutus esses: cùm meos liberos, & vxorem, me absente, tuis opibus, auxilióque defendisses: sic mecum semper egisti, te mihi remittere, atque concedere, vt omne studium meum in [g] Cn. Plancij honorem consumerem, quòd eius in me meritum tibi etiam gratum esse dicebas. nihil autem me noui, nihil temporis causa dicere, nónne etiam illa testis est oratio, quæ est à me primùm habita in senatu: in qua cùm pauci nominatim egissem gratias, quòd omnes enumerari nullo modo possent, scelus autem esset quemquam præteriri: statuissémque eos solùm nominare, qui causæ nostræ duces, & quasi signiferi fuissent: in his Plácio gratias egi. Recitetur [i] oratio, quæ propter eius magnitudinem, dicta de [k] scripto est: in qua ego homo astutus ei [l] me dedam, cui nihil magnopere debeam, & huius tanti officij seruitutem adstringam testimonio sempiterno. Nolo cetera, quæ à me mandata sunt litteris, recitare: prætermitto illa, ne [m] aut proferre videar ad tempus, aut eo genere vti litterarum, quod meis studiis aptius, quàm constitudini iudiciorum esse videatur. ¶ Atque etiam clamitas, Laterensis: *Quousque* ista dicis? nihil in *Cispio* profecisti. absolutæ iam sunt preces tuæ. De Cispio mihi [n] videlicet obiicies, quem ego de me bene meritum quia te teste cognouerim, te eodem auctore defendi, & ei dices QVOVSQVE, quem negas, quod pro Cispio contenderit, impetrare potuisse? Nam istius verbi, QVOVSQVE, hæc poterat esse iniuidia. datus est tibi ille: condonatus ille: non facis finem: ferre non possumus. Ei quidem, qui pro vno laborarit, & [o] ipsum id non obtinuerit, dici, QVOVSQVE, irridentis magis est, quàm reprehendentis. Nisi fortè ego vnus ita me gessi in iudiciis: ita & cum his, & inter hos vixi, is in causis patronus, is in republica ciuis & sum, & semper fui, solus vt à te constituar, qui nihil à iudicibus deberam vmquam imprecare. Et mihi lacrymulam Cispiani iudicij obiectas. sic enim dixisti: Vidi ego tuam lacrymulā. Vide, quàm me verbi tui pœniteat. non modò lacrymulam, sed multas lacrymas & fletum cum singultu videre potuisti. An ego, qui meorum lacrymis, me absente, commotus, simultates, quas mecum habebat, depositas fuisset, meæq. salutis nō modò non oppugnator (vt inimici mei putarāt) sed etiā defensor fuisset, huius in periculo nō dolorem meum significarem? ¶ Tu autem, Laterensis, qui

A

tum lacrymas meas gratas esse dicebas, nunc eadem vis inuidiosas videri. Negas, *tribunatum* Plancij quidquam attulisse adiumenti dignitati meæ. atque hoc loco (quod verissimè facere potes) L. Racilij, fortissimi, & constantissimi viri, diuina in me merita commemoras: eui quidem ego sicut [a] Plancio, numquam dissimulaui me plurimùm debere, sempérque præ me feram. nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque

B

vitæ dimicationes, nec pro republica, nec pro me defugiēdas putauit. Atque vtinam, quam ego sum in illū gratus, tam [b] licuisset per [c] hominum vim, & iniuriam pop. Ro. ei gratiam referrē. Sed, si non eādem contendit in tribunatu Plancius: existimare debes, non huic voluntatem defuisse, sed me, cùm iam Plancio deberem, Racilij [d] beneficijs fuisse contentum. An verò putas, iudices, idcirco minus mea causa facturos, quòd me esse gratum crimineris? an, cùm populus Romanus illo senatusconsulto, quod in monumento Marij factum est, quo mea salus omnibus est gentib. commendata, vni Cn. Plancio gratias egerit (vnus enim fuit de magistratib. defensor salutis meæ: cui senatus pro me gratias agendas putauit) ei ego à me referendam gratiam [f] non putem? Atqui, cum cùm vides, quo me tandem animo in te putas esse, Laterensis? vllum esse tātum periculum, tantum laborem, tantam contentionem, quam ego non modò pro salute tua, sed etiā pro dignitate defugerem? Quo quidem etiam magis fum, non dicam mist. (natura [g] quidem abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus [h]: non quia multis debeo (*leue enim onus beneficij gr. tia*) sed quia sæpe concurrit propter aliquorum de me meritorum inter ipsos contentiones, vt eodem tēpore in omneis verear ne vix possim gratus videri. Sed ego hoc meis [i] ponderibus examinabo, non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid cuiusq. interfit, & quid à me cuiusque tempus poscat. Agitur studiū tuum, vel etiam, si vis, existimatio, laus, ædilitas: at Cn. Plancij salus, patria, fortunæ. Saluū tu me esse cupisti: hic fecit etiam, vt esse possem. distineor tamen, & diuellor dolore, & in causa dispari offendi te à me, doleo: sed medius fidius multo citius meam salutem pro te obiecero [k], quàm Cn. Plancij salutem tradidero contentioni tuæ. Etenim, iudices, cum [l] omnibus virtutibus me affectum esse cupiam, tamen [m] nihil est, quod malim, quàm me & gratum esse, & videri. Hæc est enim vna virtus nō solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas grata, in parentes? qui sunt boni ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt? qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam diu immortalibus gratiam iustis honoribus, & memori mente persoluunt? quæ potest esse iucunditas vitæ, sublatis amicitiis? quæ porrò amicitia potest esse inter ingratos? Quis est nostrūm liberaliter educatus [n], cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui nō locus ille maximus, vbi ipse alter, aut doctus est, cum grata recordatione in mente versatur? cuius opes tātæ esse possint, aut vmquā fuerūt, quæ sine multorū amicorū officijs stare possint? quæ certe, sublata memoria, & gratia nulla exstare possūt. Equidē nil tā proprium hominis existimo, quā non modo beneficio, sed etiā benignitatis significatione alligari: nihil porrò tā inhuma-

a L. scripti.

b L. tam mihi licuisset per
c *fortasse* per hominum vim, & iniuriam,
d L. referre.
P. CCLXXVI.
e Racilij be neficia.*

f *al.* putarat.

g *fortasse* natura enim abh. Vrs. Nam id quidem abhorret à virtute verbum*
h Ex reitus, id est exercitatum.*
i pronocabu lo. *hoc*, abest à nonnullis lib. vet.

k *al.* obiecero,
l Locus communis de gratia.*
m L. tū nihil est,
P. B.

n *al.* eductus
o adde Fortū in Attellius. Nonium cap. 4. in Altrum & *Lilegerit* alterum.

num, tam immanè, tam ferum, quàm committere, ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare. Quæ cùm ita sint, iam succumbam, Laterensis, illi [a] tuæ orationi: in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium, quoniam ita tu vis, nimium me gratum esse concedam: petámque à vobis, iudices, vt eum beneficio complectamini, quem [b] qui reprehenderit, in eo reprehendit, quòd gratum præter modum dicat esse. Neque enim ad negligendam meam gratiam debet valere, quòd dixit idem, vos nec nocenteis, nec litigiosos esse, quo minùs me apud vos valere oporteret. Quasi verò in amicitia mea non hæc præsidia (quæ fortè sunt in me) parata semper amicis esse maluerim, quàm necessaria. Etenim ego de me tantùm audeo dicere, amicitiam meam voluptati pluribus, quàm præsidio fuisse: *méque vehementer vitæ meæ pœnitere, si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut nocenti.* ¶ Sed hoc nescio quomodo frequenter in me congessisti [c], sanéque in eo creber fuisti, te idcircò in locos [d] causam coniicere [e] voluisse, ne *ego meæ [g] consuetudini aliquid de tensis [h] misericordiæ caulis dicerem:* quòd in aliis ædilibus antè fecissem. Nonnihil egisti hoc loco. nam mihi eripuisti ornamentum orationis meæ. deridebor, si mentionem tensarum fecero, cùm tu id prædixeris, sine tensis autem quid potero dicere: Hîc etiam [i] addidisti. me idcirco mea [k] lege [l] ex isto ambitu traxisse [m], vt *miserabiliores epilogos* [n] possem dicere. Non vobis videor cum [o] aliquo declamatore, non causa laboris, & fori disputare? Rhodi Penim, inquit, non fui. Me vult fuisse: sed fui, inquit, (putabam in Nicæis dicturum) bis in Bithynia. Si locus habet reprehensionis ansam [q] aliquam, nescio cur seueriorem Nicæam putes, quàm Rhodum. si spectanda causa est: & tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti, & ego Rhodi non minore. Nam, quòd in eo me reprehendisti, quòd nimium multos defenderim: vtinam & tu, qui potes, & ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc leuare. sed fit vestra diligentia, qui in causis ponderandis omneis ferè repudiatis, vt ad nos pleréque confluant, qui miseris, & laborantibus nihil negare possumus. Admonuisti etiam, quòd in Creta fuisses [r] dictum [s] aliquod in [t] petitione [u] tua dici potuisse: me id prædidisse. Vter igitur nostrûm est cupidior dicti? egóne, qui, quod dici potuit, non dixerim: an tu, qui etiam ipse in te dixeris? Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quòd mihi meæ, quas ad aliquem misissem, obfuissent. Quas ego mihi obfuisse non intelligo: reipu. video prodesse potuisse. ¶ Sed sunt hæc leuiora: illa verò grauiora, atque magna, quòd *meum discessum*, quem sæpe defleras: nunc quasi reprehendere, & subaccusare voluisti. dixisti enim non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. Ego verò fateor [x] mehercule, quòd viderim mihi auxilium non deesse, idcirco [y] me illi auxilio pepercisse. Quis enim status, quòd dis crimen, quæ fuerit in republica tempestas illa, quis nescit? Tribunitius me terror, an consularis furor mouit? decertare mihi ferro mecum fuit cum reliquis eorum, quos ego florentes, atque integros sine ferro viceram? Consules post hominum memoriam reterrimi, atque turpissimi, sicut & illa principia, & hi recentes rerum exitus declaratunt: quorum alter [a] exercitum perdidit, alter [b] vendidit, emtis prouinciis [c], à senatu, à republica, à bonis omnibus defecerant: qui [d] exercitibus, qui armis, qui opibus [e] plurimùm poterant, cùm, quid sentirent, nesciretur, furialis illa vox nefariis stupris, religiosis altaribus effœminata, secum & illos, & consules facere acerbissimè [f] personabat. egenteis in locupleteis, perditi in bonos, serui in dominos armabantur. Aderat mecum senatus, & quidem veste mutata: quod pro me vno post hominũ memoriam publico consilio susceptũ est. Sed recordare, qui tum fuerint consulum nomine hostes, qui soli in hac vrbe senatum senatui parêre non fuerint: edictóque suo non luctũ patribus conscriptis, sed luctus indicia [g] ademerint. Aderat mecum cunctus equester ordo: quem quidem in concionib. saltator ille Catilinæ consul, proscriptionis denuntiatione terrebat i, ac [k] tota Italia conuenerat: cui quidé belli intestini, & vastitatis metus inferebatur. Hisce ego auxiliis studentibus, atque incitatis vti me, Laterensis, potuisse cõfiteor, sed erat nõ iure, nõ legibus, non disceptando decertandum (nam profectò, præsertim tam bona in causa, numquam, quo ceteri abundarunt, id mihi ipsi auxilium meum defuisset) armis fuit, armis, inquam, fuit dimicandum: quibus à seruis, atque à seruorum ducibus cẽdem fieri senatus, & bonorum, reipublicæ exitiosum fuisset. *Vinci autem improbos à bonis fateor fuisse præclarum*, si finem eum vincendi viderem, quem profectò non videbam. Vbi enim prælio fuisset mihi aut tam fortis consul, quàm L. Opimius? quàm C. Marius? quàm L. Flaccus? quibus ducibus improbos ciueis [m] respublica vicit armatis: aut, si minus fortes, attamen tam iusti, quàm P. Mucius, qui arma, quæ priuatus P. Scipio, sumpserat ea, Ti. Gracho interemto, iure optimo sumta esse defendit? Esset igitur pugnandum cum consulibus. nihil amplius dico, nisi illud, Victoriæ nostræ grauem aduersarios paratos: interitus nullos vltores [n] esse videbam. Hisce ego auxiliis salutis meæ si idcirco defui, quia nolui dimicare: fatebor, id quod vis, non [o] mihi auxilium, sed me auxilio defuisse. sin autem, quo maiora studia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis consulendum, & parcendum putaui: tu id in me reprehendis, quod Q. Metello [p] laudi datum est, hodieque est, & semper erit maximæ gloriæ? quem, vt potes ex multis audire, qui tum affuerunt, inuictissimis [q] viris, constat bonis [r] cessisse: nec fuisse dubium, quin contentione, & armis superior posset esse. Ergo ille cùm suum non cùm senatus factum defenderet: cùm perseuerantiam sententiæ suæ, non salutem reipublicæ retinuisset: tamen ob [s] illam constantiam, qua [t] illud voluntarium vulnus accepit, iustissimos omnium Metellorum, & clarissimos triumphos gloriæ laude superauit, quod & illos improbissimos ciueis interfici noluit, & ne quis bonus interiret in eâdem cæde, prouidit: ego tantis periculis propositis, cùm, si victus essem, interitus reipublicæ: si vicissem, infinita dimicatio pararetur: committerem, vt idem perditor reipublicæ nominarer, qui seruator fuissem? Mortem me timuisse dicis. ¶ Ego verò *ne immortali-*

a *al.* Isti tuo verbo.
b L. quem qui reprehendit. P. cclxxvij.
c *al.* coniecisti.
d *vet.* Pãeag. locos communes. *al. vet.* ludos.*
e *vet.* coniecere.
f L. noluisse.
g Aediles ambitus accusatos cùm Cicero defendisset, misericordiæ commouerat.*
h Tensæ vehicula sacra*
i L. Etiam dixisti, addidisse me idcirco legi, Ni si extestamẽto prætituta die, vt miserab. epil. posset elicere. No v. k Legem Tull. intelligit, quam ipse Cicero tulit Cõsul de ambitu, irrogato decem annorum exsilio* l *al.* lege modo, ex isto &c.*
m Id est sumpsisse.*
n In Epilogis commouere solent oratores.*
o L. cũ aliquo declamatore, non cum oratore disputare? Rh.
p Rhodi vero fuit Cicero vbi Milonẽ, audiuit: Cicero de Claris Oratoribus. Plutarch. in Cicerone.*
q *al.* causam.*
r Subaudi legatus.*
s Dictũ pro fale & ioco.
t qui sanè in Laterensem coniici potuit, quasi cretatum incedere non tam quòd incredibilis quàm quòd ambitus reus. Cretati, h. e. albis vestibus candidatorum ambiebant.
u P. B. vnde à colore creta candidati dicti.*
x *fort.* in petitionem tuam
y Subaudi eũ ædilitatis.*
x L. fateor, me, quòd vtd.
y L. idcirco illi aux. pep.

mortali-

a Piso.*
b Gabinius.*
c Clodio: qui lege lata, Pisoni Macedoniam, Gabinio Syriã tradidit.*
d Cæsarẽ intelligit.*
e Pompeius & Crassus.*
f *al.* acerrimè
g Luctus in dicta appellatur atram vestẽ*
h Gabinius.
i vt in orat. post reditum: pro domo in Pisonem.*
k L. terrebat: tota Ital.
l P. cclxxvij. *al.* At.*
m Philip. 2. 2. de orat. c.
n Fuluium Flaccum consulem, Gracchum tribunicium: Saturninum trib. pleb. Planciũ, Prætorem,*
o L. esse vltores videbam.
p L. non auxilium mihi, sed
q Numidicos
r L. innitissimis viris bonis constat
s Passerat. tribunis.*
t L. ob illam, qua illud voluntarium vulnus accepit constantiam, iustissim. omn.
u *al.* quo.*

mortalitatem quidem contra rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reipub. vellem. nam, *qui pro republica vitam reddiderunt* (licet me desipere dicatis) *numquam mehercule eos mortem potius quàm immortalitatem assecutos putaui*. Ego verò, si tam illorum impiorum ferro, ac manu concidissem, in perpetuum respublica ciuile præsidiũ salutis suæ perdidisset. Quin etiã, si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumsisset: tamen auxilia posteritatis essent imminuta. quòd peremptum esset mea morte id exemplum, quale futurus in me retinendo fuisset senatus, populúsque Romanus. An, si vmquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus, omnium parricidarum [a] tela commollem? quæ si viginti quiessem dies, in aliorum iugulum [b] consulum recidissent. Quamobrem, si vitæ cupiditas contra rempublicam est turpis, certè multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cum præsertim ciuitatis. ¶ Nam *quod te in republica liberum esse gloriatus es*, id ego & fateor, & lætor, & [c] tibi etiam in hoc gratulor. quòd me autem negastis in eo neq. te, neque quemquam diutius patiar errare. Nam si quis idcirco aliquid de libertate mea diminutum [d] putat, quòd non ab omnibus eisdem, à quibus antea solitus sum dissentire, dissentiam: primùm, si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino [e] incurrere in crimen hominis nimiùm memoris, nimiúmque grati. sin autem sine vllo reipublicæ detrimento respicio etiam aliquando salutem tum meam, tum meorum: certè non modò non sum reprehendendus, sed etiam, si ruere vellem, boni viri me, vt id ne facerem, rogarent. res verò ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum, vt, quoniam sibi seruissem semper, nunquam mihi: fructus autem ex se non vt oportuisset, lætos, & vberes, sed magna acerbitate permixtos tulissem: vt iam mihi seruirem, consulerem meis: se non modò satis habere à me sed etiam vereri, ne parum mihi pro eo, quod tum à me haberet, reddidisset. Quid, si horum ego nihil cogito? & idem sum in republica, qui fui semper? taménne [f] in libertatem requires meam? quam tu ponis in eo, si semper cum iis, quibuscum aliquando contendimus, depugnemus. quod est longè secus. *Stare enim omnes debemus, tanquam in orbe aliquo reipublicæ, qui quoniam versetur* [g], *eam deligere partem debemus, ad quam nos illius vtilitas, salúsque conuerterit*. Ego autem Cn. Pompeium, non dico auctorem, ducem, defensorem salutis meæ (nam hæc priuatim fortasse officiorum memoriam, & gratiam quærunt) sed dico hoc, quod ad salutem reip. pertinet: ego cum non tuear, quem omnes in republica principem esse concedant? ego C. Cæsaris laudibus desim, quas primùm populi R. nunc etiam senatus, cui me semper addixi, plurimis, atque amplissimis iudiciis videam esse celebratas? Tum mehercule me confitear non iudicium aliquod habuisse de reip. vtilitate, sed hominibus amicum, aut inimicum fuisse. An, cùm videam nauem secundis ventis cursum tenere suum, si non ea eum perat portum, quem ego aliquando probaui, sed alium non minus tutum, atque tranquillum: cum tempestate pugnem periculosè potius, quàm illi, salute præsertim propósita, obtemperem, & paream? *Neque enim inconstantis* [a] *puto, sententiam, tamquam aliquod nauigium, atque cursum, ex reipublicæ tempestate moderari*. Ego verò hæc didici, hæc vidi, hæc scripta legi: hæc de sapientissimis, & clarissimis viris, & in hac rep. & in aliis ciuitatibus monumenta nobis litteræ [b] prodiderunt: *non semper easdem sententias ab iisdem, sed, quascumque reipub. status inclinatio temporum, ratio concordiæ postularet, esse defendendas*. quod ego & facio, Laterensis, & semper faciam: libertátemque, quam in me requiris, quam ego neque dimisi vmquam, neque dimittam, non impertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo. ¶ Nunc venio ad illud extremum: quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem facere *ex cloaca*, lapidémque è sepulchro venerari pro deo. neque enim mihi insidiarum periculum vllum, neque mortis fuisse. Cuius ego temporis rationem explicabo breui [c], neque inuitus. nihil enim ex meis est temporibus, quod minùs peruagatum [d], quódque minùs aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum, atque notum. Ego enim Laterensis, ex illo incendio legum, iurisque senatus, bonorum omnium, cadens, cùm mea domus ardore suo deflagrationem vrbi, atque Italiæ toti minaretur, nisi quicuissem: Siciliam petiui animo [e], quæ & ipsa erat mihi, sicut domus vna, coniuncta: & obtinebatur à C. Virgilio: [f] quo cum me vno vel maximè cum vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tum resp. sociarat. Vide nunc caliginem temporum illorum. Cum ipsa pænè insula mihi sese obuiam ferre vellet: prætor ille eiusdem tribuni pleb. concionibus propter eandem reip. causam sæpe vexatus, nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire noluit. Quid dicam? C. Virgilio [g] tali ciui, & viro, benéuolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem, humanitatem, fidem defuisse? nihil videlicet est eorum: sed, quam tempestatem nos vobiscum non tuli̇ssemus, metuit [h] vt eam ipse posset opibus suis sustinere. Tum consilio repente mutato, iter [i] à Vibone Brundisium terra petere contendi. nam maritimos cursus præcludebat hiemis magnitudo. Cùm omnia illa municipia quæ sunt à Vibone Brundisium, in fide mea, iudices, essent, iter mihi tutum, multis minantibus, magno cum suo metu præstiterunt. Brundisium véni, vel potius ad mœnia accessi. vrbem vnam mihi amicissimam declinaui, quæ se vel potiùs excindi, quàm è suo complexu vt eriperer, facilè pateretur. In hortos m [k] M. Lenij Flacci contuli, cui cùm omnis metus, publicatio bonorum, exsilium [l], mors proponeretur, hæc perpeti, si acciderent, maluit, quàm custodiã mei capitis dimittere. Huius ego, & parentis eius prudentissimi, atque optimi senis, & vtriusque filiorum manibus, in naui tuta, ac fideli collocatus, eorúmque preces, & vota de meo redita exaudiens, Dyrrhachium. quod erat [m] in fide mea, petere contendi. Quò cùm venissem, cognoui, id quod audieram, refertam esse Græciam sceleratissimorum hominum, ac nefariorum: quorum impium ferrum, igneisque pestiferos meus ille consulatus è manibus extorserat: qui antequàm de meo aduentu audire potuissent, cùm tum abessent [n] aliquorum dierum viam,

a L. præcidarum.
b al. vigiliam.*
c al. & tibi etiam hoc gratul.
d L. deminutum qu.
e al. debeo*
f al. tamén libert. requir, m.
g al. versatur,
a L. incostantis esse puto.
P. 8.
b Pantag. litterarum.*
c al. breuiter.*
d al. peruulgatum.
e Pantag. & Vibone. Idipetij eo animo quod & ipsa.*
f L. Virginio
g L. Virginio
h al. metuisse, ne eam ipse non posset opib.
i P. ccl xxx. Literarum à Vibone. Pantag. terra Vibone Brundusium petere contendi.*
k* L. M. Lænii
l L. exsilium,
m vide Ep. familiar. 1. & 5. ad Attic. 22.*
n fort. abessent aliquot dierum

in Macedoniam, ad Planciúmque pertexi. Hic verò simul atque me mare transisse cognouit (audi, atque attende, Laterensis, vt scias, quid ego Plancio debeam: confitearéq. aliquando quod faciam, me & gratè, & piè facere: huic, quæ pro salute mea fecerit, si minùs profutura sint, obesse certè non oportere. Nam, simulac me Dyrrachium attigisse audiuit: statim ad me lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata, profectus est. O acerbam mihi iudices, memoriam temporis illius, & loci, cùm in me incidit, complexus est, conspersitque lacrymis, nec loqui præ mœrore potuit! ô rem cùm auditu crudelem, tum visu nefariam! ô reliquos omneis dies, noctésque eas, quibus iste à me non recedens, Thessalonicam me, in quæstorium perduxit! Hic ego nunc de prætore Macedoniæ nihil dicam amplius, nisi, eum & ciuem optimum semper, & mihi amicum fuisse: sed eádem timuisse, quæ ceteros. Cn Plancium fuisse vnum, non, qui minus timeret, sed [a], si accederent ea, quæ timerentur, mecum ea subire, & perpeti vellet. Qui, cùm ad me L. Tubero, meus necessarius, qui fratri meo legatus fuisset, decedens ex Asia venisset, eásque insidias, quas mihi paratas ab exsulibus coniuratis audierat, animo amicissimo detulisset: in Asiam me ire, propter eius prouinciæ metum, & cum meo fratre necessitudinem [b] comparatam, non est passus. Vi me, inquam, Plancius, & complexu suo retinuit, multósque menses à capite meo non discessit, abiecta quæstoria persona comitiisque sumta.

¶ O [c] excubias tuas, Cn Planci, miseras! ô flebileis vigilias! ô noctes acerbas! ô custodiam etiam mei capitis infelicem! si quidem ego tibi viuus non prosum, qui fortasse mortuus profuissem. memini, enim, memini, neq. vmquam obliuiscar noctis illius, cùm tibi vigilanti, assidenti, mœrenti, vana quædam miser, atque inania falsa spe inductus, pollicebar: me, si essem in patriam restitutus, præsentem, tibi gratiam relaturum: sinautem vitam mihi fors [d] ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset: hos, hos (quos enim ego tum alios animo intuebar?) omnia tibi illorum laborum præmia pro me persoluturos. Quid me adspectas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me beneuolentiam [a] promittebam: hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, vel vitæ periculo velle videbam: de [b] eorum desiderio, luctu, querelis quotidie aliquid tecum simul audiebam nunc timeo, ne nihil tibi: præter lacrymas, queam reddere: quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Quid enim possum aliud, nisi mœrere? nisi flere? nisi [c] te cum mea salute complecti? salutem tibi iidem [d] dare possunt, qui mihi reddiderunt. Huc exsurge tamen, quæso, retinebo, & complectar: nec me solùm deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem, sociúmque profitebor: atque (vt spero) nemo erit tam crudeli animo, támque inhumano, nec tam immemor meorum non [e] dicam in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui à me mei seruatorem capitis diuellat, & distrahat. Non ego meis ornatum beneficiis à vobis deprecor, iudices, sed custodem salutis meæ: non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrymis, sed misericordia: mecúmque vos simul miserrimus, & optimus obtestatur parens, & pro vno filio duo patres deprecamur. Nolite, iudices, per vos, per fortunas vestras, per liberos, inimicis meis, his præsertim, quos ego pro vestra salute susceperi, dare lætitiam, gloriantibus vos iam oblitos mei, salutísque eius, à quo mea salus conseruata est, hosteis extitisse. nolite animum meum debilitare tum luctu, tum etiam metu commutatæ vestræ voluntatis erga me: sinite me, quod vobis fretus hucusque promisi, id à vobis ei persoluere. Téque, C. Flaui, oro, & obtestor, qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum, quas gessi adiutor fuisti, méque non modò saluum semper, sed etiam ornatum, florentémque esse voluisti: vt mihi per hos conserues eum, per quem me tibi, & his conseruatum vides. Plura ne dicam, tuæ me etiam lacrymæ impediunt, vestræque, iudices, non solùm meæ: quibus ego, magno in metu meo, subitò inducor, in spem, vos eosdem in hoc conseruando futuros, qui fueritis in me: quoniam istis vestris lacrymis de illis recordor, quas pro me sæpe, & multùm profudistis.

PRO

P. B.

a L. sed qui, si acc.

b lib. vulg. necis insidias comparatas.

c PERORATIO.*

d L. fors adem.

A

B

C

D

E

a v.c. beneuolentiam. P. c l x x x i.

b L. de horũ.

c al. nisi te, meam salutẽ comp.

d al. idem.*

e L. non dicam meorum in bon.

P. B.

PRO P. SEXTIO[a]

[a] meminit Cicero 5. Epist. 5.*

ORATIO TRICESIMASECVNDA.

SYNOPSIS.

Quæstio, *An P. Sextius vim commiserit.* Accusator, *M. Tullius Albinouanus.* Testis, *P. Vatinius.* Patroni P. Sextij, *Q. Hortensius & Cicero.* Acta *Ciceronis anno 51. vrbis 697.* Euētus, *P. Sextius absolutus.*

§ EXORDIVM* P. 1.

SI QVIS antea, iudices, mirabatur, quid esset, quòd pro tantis opibus reipub. tantáque dignitate imperij, nequaquam satis multi ciues forti, & magno animo inuenirentur, qui auderent se, & salutem suam in discrimen offerre pro statu ciuitatis, & pro communi libertate: ex [c] hoc tempore miretur potiùs, si quem bonum & fortem ciuem viderit, quàm si quem aut timidum, aut sibi potiùs, quàm repub. consulentem. Nam, vt omittatis de vniuscuiusque casu cogitando recordari, vno adspectu inueri potestis, eos [d] qui cũ senatu, cum bonis omnib. remp. afflictá excitarint, & latrocinio domestico liberarẽt, mœstos, sordidatos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicanteis: eos autem, qui omnia diuina, & humana violarint, vexarint, perturbarint, euerterint, non solùm alacreis, lætósque volitare, sed etiam voluntarios [e] fortissimis, atque optimis ciuibus periculum moliri, sed se nihil timere. In quo cùm [f] multa sunt indigna, tum nihil minùs est ferendum, quàm quòd iam non per latrones suos, non per homines egestate, & scelere perditos, sed per vos nobis, per optimos viros optimis ciuibus periculum inferre conantur: &, quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copiis delere non potuerunt, hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sententiis se oppressuros arbitrantur. Ego autem, iudices, qua voce mihi in agendis gratiis, commemorandóque eorum, qui de me optimè sunt meriti, beneficio, esse vrendum putabam, ea nunc vti cogor in eorum periculis depellendis. iis potissimum vox hæc [g] seruiat, quorum opera & mihi, & vobis, & populo Romano restituta est. Et, quamquam à Q. Hortensio, clarissimo viro, atque eloquentissimo, causa est P. Sextij perorata: nihilque ab eo prætermissum est, quod aut pro repub. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum: tamen aggrediar ad dicendum ne mea propugnatio ei potissimùm defuisse videatur, per quem est perfectum, ne ceteris ciuibus deesset. Atque ego sic statuo, iudices, à me in hac causa, atque hoc extremo dicendi loco pietatis potiùs, quàm defensionis: querelæ quàm eloquentiæ: doloris, quàm ingenij partes [h] esse susceptas. Itaque, si aut acriùs egero, aut liberiùs, quàm qui antè me dixerunt: peto à vobis, vt tantum orationi meæ concedatis, quantum & pio dolori, & iustæ iracundiæ concedendum putetis. neque enim officio coniunctior dolor vllius [a] est, potest, quàm hic meus, susceptus ex hominis, de me optimè meriti, periculo: neque iracundia magis vlla laudanda, quàm ea, quæ me inflammat [b] eorum scelere, qui cum omnibus salutis meæ defensoribus bellum esse sibi gerendum iudicauerunt. ¶ Sed, quoniam [c] singulis criminibus ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sextij, de genere vitæ, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio conseruandæ salutis communis, atque otij: contendámque, si modò id consequi potero, vt in hac confusa, atq. vniuersa defensione, nihil à me, quod ad vestram quæstionem, nihil, quod ad reum, nihil, quod ad remp. pertineat, prætermissum esse videatur. Et, quoniam in grauissimis temporibus ciuitatis, atque in ruinis euersæ, atq. afflictæ reip. P. Sextij tribunatus est à fortuna ipsa collocatus: non aggrediar ad illa maxima, atque amplissima priùs, quàm docuero, quibus initiis, ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes excitatæ sint. ¶ Parentes [d] P. Sextius natus est, iudices, homine, vt plerique meministis, & sapiente, & sancto, & seuero: qui cùm trib. pleb. primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset, reliquis honoribus non tam vti voluit, quàm dignus videri. Eo auctore [e] duxit honestissimi, & spectatissimi viri, C. Albini [f] filiam, ex qua hic est puer, & nupta iam filia. Duobus [g] his grauissimis antiquitatis viris sic probatus fuit, vt vtriq. eorum, & carus maximè, & iucundus esset. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed caritatem illius necessitudinis & [h] beneuolentiam non ademit. hodie sic hunc diligit, vt vos facillimè potestis ex hac vel assiduitate eius, vel sollicitudine, & molestia iudicare. Duxit vxorem, patre viuo, optimi, & calamitosissimi viri filiam, L. Scipionis. Clara in hoc P. Sextij pietas exstitit, & omnibus grata, quòd & Massiliam statim profectus est, vt socerum videre, consolarique posset, fluctibus reip. expulsum, in alienis terris iacentem, quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat: & eum filiam eius adduxit, vt illo insperato adspectu, complexúq. si non omnem, at aliquam partem mœroris sui deponeret: & maximis officiis & illius ærumnam, quoad vixit, & filiæ solitudinẽ sustentauit. Possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militari, de quinquennali in eo magistratu abstinẽtia: sed mihi antè oculos obuersatur reip. dignitas, quæ me ad se rapit, hæc minora

a *vt. vllius.*

b *v.c. inflammat.*

c PARTITIO.

d CONFIRMATIONIS pars prima de rebus Sextij ingenere.

e *id est patris consensu.**

f *Idem 13. Samil. 8.**

g *L. Duobus his grauissimis antiquitatis viris.*

h *al. & beneuolentiæ.*

i *al. vt ille hoc ibsp.*

k *al. ante oculos versetur.*

relinquere hortatur. Quæstor hic C. Antonij, collegæ mei, iudices, fuit sorte, sed societate consiliorum, meus. Impedior nonnullius officij, vt ego interpretor, religione, quo minùs exponam, quàm multa ad me detulerit, quanto antè prouiderit. Atque ego de Antonio nihil dico, præter vnum: numquam illum in illo summo timore, ac periculo ciuitatis, neque communem metum omnium, ne que propriam nonnullorum de ipso suspicionem aut infitiando tollere, aut, dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo atque moderando, si meam in illum indulgentiam, coniunctam cũ [a] summa custodia reip. laudare verè solebatis: par propè laus P. Sextij esse debet, qui suum consulem ita obseruauit, vt & illi quæstor bonus, & vobis omnibus optimus ciuis videretur. Idem, cùm illa coniuratio ex latebris, atque ex tenebris erupisset, palámque armata volitaret: venit cum exercitu Capuam: quam vrbem, propter plutimas belli opportunitates, ab illa impia, & sceleratа manu attentari [b] sustinebamur: & inde M.[c] Aulanum tribunum militum [d] Antonij [e], Capua præcipitem [f] eiecit, hominem perditum, & non obscurè Pisauri, & in aliis agri Gallici partibus, in illa coniuratione versatum. Idémque C. Marcellum, cùm is non solùm Capuam venisset, verùm etiam se, qua si armorum studio, in maximam familiam coniecisset, exterminandum ex illa vrbe curauit. Qua de causa & tum conuentus illæ Capuæ, qui propter salutem illius vrbis consulatus conseruatà [g] meo meh vnum patronum adoptauit, huic apud me P. Sextio maximas gratias egit, & hoc tempore iidem homines, nomine commutato, coloni, decurionésque fortissimi, atque optimi viri, beneficium P. Sextij, testimonio declarant, periculúmque decreto suo deprecantur. Recita, quæso, P. Sexti, quid decreuerint Capuæ decuriones, vt iam virilis [i] tua vox possit aliquid significare inimicis nostris, quídnam, cùm se corroborarit, effectura esse videatur. DECRETVM DECVRIONVM. Non recitò decretum officio aliquo expressum vicinitatis, aut clientelæ aut hospitij publici, aut ambitionis, aut cõmendationis gratia: sed recito memoriam perfuncti periculi, prædicationem amplissimi beneficij; vicem [k] officij præsentis, testimonium præteriti temporis. Atq. illis temporibus iisdem, cùm iam Capuam metu Sextius liberasset, vrbem senatus, atque omnes boni, deprehensis, atque oppressis domesticis hostibus, me duce, ex periculis maximis extraxissent: ego litteris eum Capua arcessiui cum illo exercitu, quem tum secum habebat. quibus his litteris lectis ad vrbem confestim incredibili celeritate aduolauit. Atque, vt illius temporis atrocitatem recordare possitis, audite litteras, & vestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate. LITTERAE CICERONIS, CONSVLIS. Hoc aduentu P. Sextij, tribunorum pleb. nouorum, qui tum extremis diebus consulatus mei, res eas, quas gesseram, vexare cupiebant, reliquíque coniurationis impetus, & conatus, sunt retardati. Ac, postea quam est intellectum, Catone tribuno plebis fortissimo, atque optimo ciue [l], remp. defendente, per seipsum S. P. Q. R. sine militum præsidio tueri facilè maiestatem suam, & dignitatem eorum, qui salutem communem periculo suo defendissent: Sextius, cum illo suo exercitu summa celeritate est Antonium consecutus. Hic ego quid prædicem, quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit? quot [a] stimulos admouerit homini studioso fortassis victoriæ, sed tamen *nimium communem Martem*, belliq. casum metuenti? longum est ea [b] dicere: sed [c] hoc breue dicam. Si M. Petreij non [d] excellens animus, & amore reip. præstans in rep. virtus, non summa auctoritas apud milites, non mirificus vnus in re militari extitisset, neque adiutor ei P. Sextius ad excitandum Antonium, cohortandum [e], impellendum fuisset datus: illo in bello esset hiemi locus, neque vnquam Catilina, cùm è pruina Apennini, atque è niuibus illis emersisset, atque æstatem integram nactus, Italiæ calleis, [f] & pastorum stabula præclarás cepisset, sine multo sanguine, ac sine totius Italiæ vastitate miserrima concidisset. Hunc igitur animum ad tribunatum attulit P. Sextius, vt quæsturam Macedoniæ reliquam & aliquando ad hæc propiora veniam. quamquam non est omittenda singularis illa integritas prouincialis, cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leuiter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. Verùm hæc ita prætereamus, vt tamen intuentes & respectantes relinquamus. Ad tribunatum, quia ipse ad se se iam dudum vocat, & quodammodo absorbet orationem meam, contento studio, cursúque veniamus.

¶ Deh quo quidem tribunatu ita dictum [i] à Q. Hortensio, vt eius oratio non defensionem modò criminũ videretur cõtinere, sed etiam memoria [k] digna vti, & reip. capessendæ auctoritatem, disciplinámq. præscribere. Sed tamen, quoniam tribunatus quidem totus P. Sextij nihil aliud, nisi meum nomen, causámque sustinuit, necessariò mihi de iisdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandum, at certè iudices, dolentiùs deplorandum. Qua in oratione si asperiùs in quosdam homines inuehi vellem, quis non concederet, vt eos, quorum sceleris furore violatus essem, vocis libertate persti ngerem? Sed [l] vt agam moderatè, & huic [m] potiùs tempori seruiam, quàm dolori meo. si qui occultè à salute nostra dissentiunt, lateant. si qui fecerũt aliquid aliquà do, atque iidem nunc tacent, & quiescunt: nos quoq. simus obliti. si qui se offerunt [n] insolenter, & infectantur: quoad ferri poterunt, perferemus: neq. quemquã offendet oratio mea, ni si qui se ita obtulerit, vt in eum [o] non inuasisse, sed incurrisse videamur. ¶ Sed P. necesse est, antequàm de tribunatu P. Sextij dicere incipiam, me totum superioris anni reipub. naufragiũ exponere: in quo colligendo, ac reficienda salute communi, omnia reperiuntur P. Sextij dicta, facta, consilia, versata [q]. Fuerat ille annus in reipub. magno metu [r], & multorum timore tanquam intentus arcus in me vnum, sicut vulgò ignari rerum loquebantur, re quidẽ vera in vniuersam remp. traductione ad plebem *furibundi hominis*, ac perditi, mihi irati, sed multo acriùs orti, & communis salutis inimici. Hunc vir clarissimus, mihiq. multis repugnantibus, amicissimus, Cn. Pompeius, omni cautione, fœdere, exsecratione deuinxerat: nihil in tribunatu contra me esse facturum. At ille nefarius, ex omnium scele-

a L. cũ summo studio r.

b *al.* tentari conspicieba mus.*

c *al.* M. Aulanium, L. C. Menelaum, *Pet.* M. Menulanum. *al.* Cn. Menulanum.*

d *al.* Antronij.*

e *Panag.* Antonij castra præcipitem egit.

f *al* præcipitẽ egit hom.

g L. conseruatæ.

h *al.* me inaurata statua donarat me vnum patronum, &c.

i *al.* puerilis. Nam suprà dixit. Ex qua hic est puer* P. V.

k L. vocem officij præs.

l L. cini.

A

B

C

D

E

F

G

H

a *al.* quæ.

b *al.* omnia.

P. B.

c L. Sed hoc breue dictu. Si M.

d L. non excellens animus amore reip. non præstans in rep.

e L. cohortandum, accurandũ; imp.

f *al.* caulas & pastorum stabula prædari cœpisset, g *al.* prædari.

h Confirmationis pars secunda de tribunatu Sextij.*

i *al.* dictum à Q. Hortensio est, vt.

k L. memoria dignam rei capessendæ auct. ¶ *al.* memoriam *Panag.* memoriæ digni tatem*

P. VI.

l L. Sed agã moderatè, & huius potiùs temp. ser. q. d. meo. Siqui oc.

m *al.* huius*

n L. offerent insol. & infectabuntur

o *Panag* me

P. Partitio & de Naufragiis quæ Res. publica passa est à Clodio, Gabinio, Pisone.*

q L. esse ver sata.

r L. motu, f Clodij.*

ſcelerum colluuione natus, parum ſe fœdus violaturum eſt arbitratus, niſi ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet. Hanc tætram, immanémque[a] beluam, vinctam auſpiciis, alligatam more maiorum, conſtrictam legum ſacratarum catenis, ſoluit ſubitò legum [b] cura conſul, vel, vt ego arbitror, exoratus, vel, vt nemo putaret, mihi iratus: ignarus quidem certè, &[c] imprudens pendentium tantorum ſcelerum, ac malorum, qui tribunus pleb. felix in euertenda rep. fuit nullis ſuis neruis. qui enim in eiuſmodi vita nerui eſſe potuerunt, hominis, fraternis flagitiis, ſororis [d] ſtupris, omni inauditæ libidine infamis? Sed fuit profectò quædam illa reip. fortuna fatalis, vt ille cæcus, atque amens tribunus pleb. nanciſceretur, quid dicam conſules? hocéne[e] vt ego appellem nomine euerſores huius imperij? proditores veſtræ dignitatis? hoſteis bonorum omnium? quid ad delendum ſenatum, affligendum equeſtrem ordinem, exſtinguenda omnia iura atque inſtituta maiorum, ſe illis faſcibus, ceteriſque inſignibus ſummi honoris, atque imperij ornatos eſſe arbitrabantur? Quorum, per deos immortales, ſi nondum [f] ſcelera, vulnéráque inuſta reipu. vultis recordari, vultum, atque inceſſum animis intueamini[g] faciliùs facta eorum occurrent mentibus veſtris, ſi ora ipſa oculis propoſueritis. Alter[h] vnguentis affluens, calamiſtrata [i] coma, deſpiciens conſcios ſtuprorum, ac veteres vexatores ærarulæ ſuæ, puteali [k], & fœneratorum gregibus [l] inflatus [m], atque [n] perculſus, olim[o] *ne P Scyllæo illo æris alieni in freto* ad columnam adhæreſceret, in tribunatus portum perfugerat. Scontemnebat [q] quites Romanos, nitebatur ſenatui, venditabat ſe operis, atque ab iis ſe ereptum, ne de ambitu cauſam diceret. prædicabat, ab iiſdémque ſe, etiam inuito ſenatu, prouinciam ſperare dicebat: cámque niſi adeptus eſſet, ſe incolumem nullo modo fore arbitrabatur. Alter [q], ô dij boni! quàm tæter incedebat! quàm truculentus, quàm terribili adſpectu! vnum aliquem ex [r] barbatis illis, exemplum imperij veteris, imaginem antiquitatis, columem reipub. diceres intueri. veſtitus aſper noſtra hæc purpura plebeia, ac pænè fuſca: capillo ita horrido, vt Capua in qua ipſe tum imaginis formandæ [s] cauſa duumuiratum [t] gerebat, Seplaſiam [u] ſublaturus videretur. Nam quid ego de ſupercilio dicam? quod tum hominibus non ſupercilium, ſed pignus reipub. videbatur. tanta erat grauitas in oculo, tanta [x] frontis contractio, vt illo ſupercilio [y] reſpub. *tanquam Atlante cælum* [z], *niti videretur*. Erat denique hic omnium ſermo. Eſt tamen reipub. magnum, firmúmque ſubſidium: habeo quem opponam labi illi, atque cœno: vultu medius fidius collegæ ſui libidinem, leuitatémque franget, habebit ſenatus, in hunc annum quem ſequatur non deerit auctor, & dux bonis. mihi denique homines præcipuè gratulabantur, quòd habiturus eſſem contra tribunum plebem furioſum, & audacem, cùm amicum, & affinem [a] tum etiam fortem, & grauem conſulem. Atque eorum alter [b] fefellit neminem. Quis [c] enim *clauum tanti imperij tenere, & gubernacula reipub. tractare* in maximo curſu, ac fluctibus poſſe arbitraretur hominem emerſum ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum, ac ſtupeorum? vino, ganeis, lenociniis, adulteriſque coniectum? cùm is præter ſpem in altiſſimo gradu alienis opibus poſitus eſſet? qui non modò tempeſtatem intuëri [d] impendentem tumultus, ſed ne lucem quidem inſolitam adſpicere poſſet? Alter [e] multos planè in omneis parteis fefellit. erat enim hominum opinioni nobilitate ſ ipſa, blanda [g] conciliatricula, commendatus. *Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt reip. nobileis homines eſſe dignos maioribus ſuis, & quia valet apud nos, clarorum hominum, & bene de repub. meritorum memoria etiam mortuorum.* Quia triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum, atque incultum videbant, & quòd erat eo nomine, vt ingenerata [h] familiæ frugalitas videretur: fauebant, gaudebant, & ad integritatem maiorum, ſpe ſua hominem vocabant, materni generis obliti. Ego autem (verè [i] hoc dicam, iudices,) tantum eſſe in homine ſceleris, audaciæ, crudelitatis, quantum ipſe cum reipub. [k] ſenſi, numquam putaui. nequam eſſe hominem, & leuem, & falſa opinione, errore hominum, ab adoleſcentia commendatum, ſciebam. etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur: ſed hæc obſtructio [l], nec diuturna eſt, nec [m] obducta ita, vt curioſis oculis perſpici non poſſit. Videbamus genus, deſidiam, inertiam: incluſas eius libidines, qui paullo propiùs acceſſerant, intuebantur. denique etiam ſermonis anſas dabat [n], quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. Laudabat homo doctus philoſophos neſcio quos: neque eorum tamen nomina poterat dicere: ſed eos tandem laudabat maximè, qui dicuntur præter ceteros eſſe auctores, & laudatores voluptatis [o]: cuius, & quo tempore, & quo modo, non quærebat. verbum ipſum omnibus modis animi, & corporis deuorabat: eoſdémque præclarè dicere aiebat, *Sapientem omnia ſua cauſa facere: Temp. capeſſere hominem bene ſanum non oportere: nihil eſſe præſtabilius otioſa vita, & plena, & conferta voluptatibus: eos autem, qui dicerent, dignitati eſſe ſeruiendum, reip. conſulendum, officij rationem in omni vita, non commodi, eſſe ducendam, ſubeundam pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam: vaticinari, atque inſanire dicebat.* Ex his aſſiduis eius, quotidianiſque ſermonibus, & quòd videbam, quibuſcum hominibus in interiore ædium parte viueret, & quòd ita domus ipſa fumabat, vt multa eius ſermonis indicia redoleret [q]: ſtatuebam ſic, boni nihil ab illis nugis [r] exſpectandum. mali quidem certè nihil pertimeſcendum. Sed ita eſt, iudices, Vt, ſi gladium paruo puero, aut ſi imbecillo ſeni, aut [s] debili dederis, ipſe imperu ſuo neminem noceat: ſin ad nudum vel fortiſſimi viri corpus acceſſerit, poſſit acie ipſa, & ferri viribus vulnerari [t]: ita cùm hominibus eneruatis, atque exſanguibus, conſulatus tantam gladius, eſſet datus: qui per ſe pungere neminem vmquam potuiſſent, hi ſummi imperij nomine armati rempubl. contrucidauerunt. fœdus fecerunt cum tribuno [u] pleb.

a v.c. inmanémque.
b L. lege curiata. *& ita Turnebi.*
c v.c. & imprudens impendentium.
d ſororiis.
e L. hócine.
f *al.* vmquã.
g L. intueminí.
P. B.
h Gabinius*
i Vide quæ ſupra dixi in orat. poſt reditum.*
k Puteal prætoris ſeu baſilica in qua prætor ius dicebat. Horat. 1. epiſt. Forũ putealque Libonis mandato ſiccis.*
l *fort.* inflictus. *al.* affictus.
m *al.* infractus. *al.* inflictus, *al.* affictus. *Pamag.* infenſus æquè, atque compulſus. *& piſo.* perfugere, *pro* perfugerat.
n v.c. atque compulſus. *& ita l.*
o *Aelianus 4. parerg. 27.* Olim Herculeo illo æris alieni in freto adhæreſcere retro in tribunatus portum confugeret.*
p Videretur eſſe carmen ex vetere aliquo poeta.*
q Piſo.*
r Barbatos pro philoſophis accipit, vnde eũdem Cic. Piſoniana vocat barbatum Epicurum. adde Lucianum de barbatis philoſophis & Gell.*
f *al.* ornandæ.
P. VIII.
t Duumuiri in colonijs & municipiis, ſidem qui Romæ conſules. vide Ciceronem A-graria.*
u Seplaſia vicus Capuæ, in quo vnguentarij & myropolæ. Cic. 2. Agraria. 9. Valer. 1.*
x L. tanta contractio frontis.
y L. ſupercilio annus ille tanquam Atlante cælum niti vid. *ex veteri*, ſupercilio annus ille tanquam Atlante cælum niti videretur. *al.* ſupercilio tanquam Rhadamanthus ille niti videretur.*
z de Atlante adde Ciceronem 4. Tuſcul. Ariſtotel. 2. de cœlo. 1. Ouid. 4. Metam. 7. Prin. 56 & 2. c. 8. Auguſt. de ciuit.*

a C. Piſone filium L. Piſonis frugi, cui anno ante cõſulatum Cicero deſponderat filiam Tulliam. 1. ad Attic. 2.*
b Gabinius.*
c Gabinij & Piſonis comparatio.*
d L. impendentem ſuetiorem.
e Piſo.*
f *fort.* à nobilitate ipſa.*
g Nobilitas blanda conciliatricula.*
h Piſonum.*
i L. (verè dicam,
k P. Romano.*
l Obſtruere eſt contra, & è regione ſtruere.*
m *al.* nec ita obducta, vt curioſis, &c.
n hoc eſt ſermone quotidiano prodebat ſe.*
o Epicureos*
p *al.* adeunda.
q *al* redoleret.*
r *fort.* legendum rugis: & rugarum nomine intelligit Epicureos philoſophos ſeueritatem quandam præ ſe ferentes.*
ſ L. ac debili ded.
t *L.* Vulnerare: P. VIII.
u Clodio.*

palàm, vt ab eo prouincias acciperent, quas ipsi vellent [a]: exercitum, & pecuniam, quantam vellent, ea lege, si ipsi priùs tribuno plebis afflictam [b] rempublicam tradidissent. id autem fœdus meo sanguine [c] ictum sanciri posse dicebant. Quare patefacta (neque enim dissimulari tantum scelus poterat, nec latére) promulgantur vno, eodémque tempore rogationes ab eodem tribuno de [d] mea pernicie, & de prouinciis consulum nominatim. Hic [e] tum senatus sollicitus, vos equites excitati, Italia cuncta permota, omnes denique omnium generum atque ordinum ciues summæ reipublicæ à consulibus, atque à summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur, cùm illi soli essent, præter furiosum illum tribunum, duo reipubl. turbines, qui non modò præcipitanti patriæ non subuenirent, sed etiam nimium tardè concidere mœrerent. Flagitabatur ab his quotidie cùm querelis bonorum omnium, tum etiam precibus senatus, vt meam causam susciperent, agerent aliquid, denique ad senatum referrent. hi non modò negando, sed etiam irridendo, amplissimum quemque illius ordinis insequebantur. Hic subitò cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota vrbe, cunctáque Italia conuenisset: vestem mutandam omnes, méque etiam omni ratione, priuato consilio (quoniam publicis ducibus respub. careret) defendendum putarunt. Erat eodem tempore senatus in æde Concordiæ, quod ipsum templum repræsentabat memoriam consulatus mei, cum flens vniuersus ordo eincinnatum [f] consulem orabat. nam alter [g] ille horridus, & seuerus consulto se domi continebat. Qua tum superbia cœnum [h] illud, ac labes, amplissimi ordini preces, & clarissimorum ciuium lacrymas repudiauit? me ipsum vt contemsit heluo patriæ? nam quid ego patrimonij dicam, quòd [i] ille cùm quasi quæstum faceret, amisit? Cùm venissem ad [k] senatum, vos inquam, equites R. & omnes boni veste mutata, vos [l] inquam, pro meo capite, ad pedes lenonis impurissimi proiecistis. cùm, vestris precibus à latrone illo repudiatis, vir incredibile fide, magnitudine animi, constantiæ, L. [m] Mummius, ad senatum de rep. detulit, senatúsque frequens, *Vestem pro mea salute mutandam censuit.* O diem illum, iudices, fuíneſtum senatui, bonísque omnibus reipub. luctuosum: mihi ad domesticum mœrorem, grauem ad posteritatis memoriam, gloriosum! Quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm, pro vno ciue & bono omneis priuato consensu, & vniuersum senatum publico consilio mutasse vestem? Quæ quidem tum [n] mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus, quem enim deprecarentur [o], cùm omnes essent sospitati? cúmque hoc satis esset signi, esset Pimprobum, qui mutata veste non esset? Hac mutatione vestis facta, tanto in luctu ciuitatis, omitto quid ille tribunus [q], omnium rerum diuinarum, humanarúmque prædo, fecerit: qui adesse nobilissimos adolescentes honestissimos equites Rom. deprecatores salutis meæ iusserit, cósque operarum suarum gladiis, & lapidibus obiecerit: de consulibus loquor, quorum fide resp. niti debuit. Exanimatus euolat ex senatu, non minùs perturbato animo, atque vultu, quàm [r] si antè annis paucis in creditorum conuentum incidisset: aduocat concionem: habet orationem talem consul, qualem numquam Catilina victor habuisset: *Errare homines, si etiam tum senatum aliquid in republica posse arbitrarentur: equites verò Romani daturos illius [b] diei pœnas, quo, me consule, cum gladius, in clino Capitolino fuissent: venisse tempus iis, qui in timore fuissent,* (coniuratos videlicet dicebat) *vlciscendi se.* Si dixisset hoc solùm, omni supplicio esset [c] dignus. nam *oratio ipsa consulis perniciosa, potest rempublicam labefactare.* quid fecerit, L. Lamiamd, qui cùm me ipsum pro summa familiaritate, quæ mihi cum fratre, cum patre eius erat, vnice diligebat, tum pro repub. vel mortem oppetere cupiebat, in concione [e] relegauit: edixítque, *Vt ab vrbe abesset M[f]. passus, quod esset ausus proèciue pro bene merito ciue, pro amico, pro republica deprecari.* Quid hoc homine facias? aut quò ciuem importunum, aut quò potiùs hostem tam sceleratum reserues? qui, vt omittam cetera, quæ sunt ei cum collega immani, impuróque coniuncta, atque communia, hoc vnum habet proprium, vt expulerit ex vrbe, relegarit, non dico equitem Romanum, non ornatissimum atque optimum virum, non amicissimum reipub. ciuem, non illo ipso tempore vnà cum senatu, & cum bonis omnibus casum amici, reíque publicæ lugentem: sed ciuem [h] Romanum sine [i] vllo iudicio, aut edicto ex patria consul eiecerit. Nihil acerbius socij Latini ferre soliti sunt, quàm, id quod perraro áccidit, *ex vrbe exire a consulibus iuberi.* Atque illis tum [k] erat reditus in suas ciuitates, ad suos lares familiareis: & in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat. Hoc verò quid est? exterminabit ciueis Rom. edicto consul à suis diis penatibus? expellet à [m] patria? deliget [n] quem volet? damnabit, atque eiiciet nominatim? hic, si vmquam vos eos, qui nunc estis in rep. fore putasset, si denique imaginem iudiciorum, aut simulacrum aliquod futurum in ciuitate reliquum credidisset, vmquam ausus esset senatum de rep. tollere? equitum Romanorum preces aspernari? ciuium denique omnium, nouis, & inauditis edictis, ius, libertatémque euertere [o]? Etsi me attentissimis animis, summa cum benignitate auditis, iudices: tamen vereor, nequis forte vestrûm miretur, quid hæc mea oratio tam [p] longa, ac tam altè repetita velit, aut quid ad P. Sextij causam, eorum, qui ante huius tribunatû rempublicam vexarunt, delicta pertineant. mihi autem hoc propositum est ostendere, omnia consilia P. Sextij, mentémque totius tribunatus hanc fuisse, vt afflictæ & perditæ reipublicæ quantum posset, mederetur. Ac, si in exponendis vulneribus illis, de me ipso plura dicere videbor, ignoscite. nam & illam meam cladem vos, & omnes boni maximum esse reipublicæ vulnus iudicastis: & P. Sextius est reus non suo, sed meo nomine: qui cùm omnem vim sui tribunatus in mea salute consumserit: necesse est meam causam præteriti temporis cum huius præsenti defensione esse coniunctã. Erat igitur in [q] luctu senatus: squalebat ciuitas, publico cõsilio mutata veste: nullum erat Italiæ municipium [r], nulla colonia, nulla præfectura [s], nulla Romę societas vectigalium, nullum collegium, aut concilium,

P. IX.

a Gabinius Syriam, Babylonẽ, Persas: Piso, Achaiã, Thessaliam, Græciam, Macedoniam, Boeotiam. Cicero de prouinciis Conf.

b L. affrictam & cõtritam remp.

c Sanguine icta & sancita fœdera hic locus indicio est. similis est locus in orat. post reditum ad Quirites, & in Pisonẽ. Exemplũ verò apud Sallustium Catilinar.*

d Vt qui ciuem Romanum indemnatum interemisset ei aqua & igni interdiceretur: quibus verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen petebatur Velleius: 2. Dio 37. Tale rogationem illam Cicero vocat, priuilegium orat. pro domo.

e Clodij rogationes.*

f Gabinium.

g Gabinij insolentia.*

h Pisonẽ.*

P. B.

i L. quod ille tum, quasi q.

k L. in senatũ. vos, vos, inq.

l L. vos pro meo c.

m L. L. Ninnius ad senatũ.

n Subiudi Quadratus. Hic author fuit populo, vt tanquam in aliqua publica calamitate vestem pro salute Ciceronis mutaret.*

n *fort.* vestis mutatio.

o *al.* cũ esset deprecati.

p *al.* cum esse.

q Clodius.*

r L. quàm si paucis antè annis in *al.* qu m si annis antè paucis.

a v.e illius diei pœnas. ita hic legendum esse ex Cæsellio refert Gellius 9. cap. 14. vt sit dies, pro diei. Sic apud Virgil. Geor. Libra dies, somniq. pares vbi fecerit horas.*

c L. dignus esset.

d equestris ordinis princípe Dio, 38.*

e *al.* in concione sine le ge relegauit.

f L. millia passuum ducenta.

g L. pro ciui, pro bene merito ciui,

h de cuius capite nisi centuriatis comitiis agi non poterat. Cicero pro domo.*

i L. sine vllo iudicio. expatriata cons.

k *Panegyr.* suo.*

l L. erat tum c.

m L. de patriq.

n *al.* videlicet.*

P. B.

o L. peruertere?

p L. non tam longe,

q Lucius P. Romani.*

r Corporum varia hæc generanomina: municipia, coloniæ, præfecturæ, societates vectigalium, collegia, concilia, consilia communia.*

s De præfecturis & quid Præfecturæ alias dixe-

cilium, aut omnino aliquod commune consilium. quod tum non honorificentissimè decreuisset de [a] mea salute: cùm subitò edicunt duo consules, *Vt ad suum vestitum senatores redirent.* Quis vmquam consul senatum ipsius decretis parere prohibuit? *quis tyrannus miseros lugere vetuit?* Parúmne est, Piso vt omittam Gabinium, quòd rátum homines fefellisti, vt negligeres auctoritatem senatus? optimi cuiusque consilia contemneres? rempub. proderes? consulare nomen affligeres? etiámne [b] edicere audeas, *Ne mœrerent homines meam, suam, reip. calamitatem, néve hunc suum dolorem vestis mutata significarent?* siue illa [c] vestis mutatio ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum valebat, *quis vmquam tam crudelis fuit, qui prohiberet vmquam aut sibi mœrere, aut ceteris supplicare?* Quid? sua sponte homines in [f] amicorum periculis vestitum mutare non solét? pro te ipso, Piso, nemóne mutauit? ne isti quidem, quos legatos non modò nullo senatusconsulto, sed etiam repugnante senatu, tute tibi legastis? Ergo hominis desperati, & proditoris reip. casum lugebunt fortasse qui volent ciuis florentissimi beneuolentia bonorum, & optimè de salute patriæ meriti, periculum, cõiunctum cum periculo ciuitatis, lugere senatui non licebit? Iidem consules [h], quos nemo est, qui non modò ex memoria, sed etiam est fastis euellendos non putet, pacto iam fœdere prouinciarum, producti in circo Flaminio in concionem ab illa furia, ac peste patriæ, maximo cum gemitu vestro, illa omnia, quæ tum contra me, contráque remp. dixerat, voce, ac sententia sua comprobauerunt [i]. Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus lata lex est, [m] *Ne auspicia valerent, nequis obnuntiaret, ne quis legi intercederet: Vt* [n] *omnibus fastis diebus legem ferri liceret: Vt lex* [o] *Ælia, lex* [p] *Fusia ne valeret.* qua vna rogatione, quis est, qui non intelligat, vniuersam remp. esse deletam? iisdem consulibus inspectantibus, seruorum delectus [q] habebatur pro tribuli Aurelio, nomine collegiorum, cùm vicatim homines conscriberentur, decuriarentur: ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur. Iisdem cossi. arma in templum Castoris palàm comportabantur, gradus eiusdem templi tollebantur: armati homines forum, & conciones tenebant: cædes, lapidationésq. fiebát nullus erat senatus, nihil reliqui [r] magistratus: vnus omnem omnium potestatem armis, & latrociniis possidebat, non aliqua vi sua, sed cùm duos [s] consules à rep. prouinciarum, fœdere [t] retraxisset, insultabat, dominabatur: aliis pollicebatur, terrore, ac metu multos plureis etiá spe, & promissis tenebat. Quæ [u] cùm essent eiusmodi, iudices, cùm senatus duces nullos, ac pro ducibus proditores, aut potiùs apertos hosteis haberet: quæstor [x] ordo reus à consulibus citaretur. Italiæ totius auctoritas repudiaretur: alij nominatim relegarentur, alij metu, ac periculo terrerentur: arma essent in templis, armati in foro: eáque non silentio consulum dissimularentur, sed & voce, & sententia comprobarentur: cùm omnes vrbem nondum [y] excisam: & euersam, sed iam captam, atque oppressam videremus: tamen his tantis malis tanta bonorum studia, iudices, restituimus. Sed me alij metus, atque aliæ curæ, suspicionésque mouerunt. Exponam enim hodierno

a Z. de mea salute decreuisset

b *forr.* etiam ne edicere audebas.

c L. ne hunc. d L. veste significarent?

e Vestis mutatio ad luctũ & deprecandum fiebat.*

f vestem mutare in amicorum periculis veteres soliti.

g *v.c.* legisti?

h Gabinius & Piso.*

i *al.* tam contrà me quàm contra remp. dixerat.*

k L. contrà q. remp. agebat

l L. comprobarunt.

m Clodij leges.*

n L. vt omnibus fastis diebus leg. ferri & ita legitur oratione in Pisonẽ de prouinciis consularibus. ex veteri autẽ scriptura id natum vbi legitur, fastis: & alio qui leuior est violatio fastorũ quàm festorum. fasti enim excludebant comitia, festi vtroque.

o lex Ælia Fusia cauebat: vt per eos dies quibus cum populo agi licebat de cœlo seruaretur.*

p L. Fusia, q L. dilectus habebatur.

P. B.

r *al.* reliqui poterant magistratus.*

s *L.* duo consules. Ita locuti veteres, vt & Terentius Adelphis *v.c.* fœdera retraxisset, *& ita L.*

u Digressio de suo ex vrbe discessu & Catilinæ etiá apud Romanos non modò priuati, sed integri ordines.*

y *L.* nondum excisam.

a magna multitudine præsente hanc orationẽ habitã ex hoc loco pẽtestor.*

b Numidice*

c L. grandæ magis ille p. XI.

d Legem Apuleiam intelligit.*

e & inexilium Smyrnam proficisceretur. Flor. 16. 3. Valer. 28. Plut. Mario. Plin. c. 62. de viris illustrib. Epitome Liuij 69. Appian. r.

f *al.* res ei

g *al.* Cesic tamen nihil tergiuersatus ne aut vt &c.

h *v.c.* fortuna pr.

i Meminit Cic. supra orat. de Harusp. respon.*

k frumentariam procurationem vocat orat. de Haruſp. reſpons.

l Locupletem scr.

m Testamentarius qui testamenta subiicit eadem vocerſus est lib. Offic.*

n *al.* qui cum

Tom. 2. xx. iij.

dicebatur. His se tribus auctoribus in consiliis capiendis, adiutoribus in re gerenda esse vsurum dicebat. ex quibus vnum, habere exercitum maximum [a] in Italia: duos [b], qui priuati tum essent,& præesse,& parare,si vellent,exercitum posse: idque facturos esse dicebat. nec mihi ille iudicium [c] populi, nec legitimam aliquam contentionem, nec disceptationem, aut causæ dictionem, sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denuntiabat. Quid [d] ergo? inimici oratio, vana præsertim, tam improbè in clarissimos viros coniecta, me mouit? Me verò non [e] mouit illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur: qui tum, quamquam ob aliam [f] causam tacebant, tamen *hominibus, omnia timentibus, tacendo loqui, non infitiando confiteri videbantur.* illi autem aliquo tum timore perterriti, quòd acta illa, atque omneis res superioris [g] anni labefactari à prætoribus, infirmari à senatu atque [h] principibus ciuitatis putabant, tribunum popularem à se alienare [i] nolebant, suáque sibi priora pericula esse, quàm mea, loquebantur. Sed tamen & Crassus à consulibus meam causam suscipiendam esse dicebat, & eorum fidem Pompeius implorabat, neque se priuatum causæ [k] publicè susceptæ defuturum esse dicebat, quem virum studiosum mei, cupidissimum reipublicæ conseruandæ. domi [l] meæ certi homines ad eam rem compositi monuerunt, vt esset cautior: eiúsque vitæ à me insidias apud [m] domi positas esse dixerunt: atque hanc ei suspicionem alij litteris mittendis, alij nuntiis, alij coràm ipsi excitauerunt vt ille, cùm à me certè nihil timeret, ab illis, ne quid meo nomine molirentur, sibi cauendum putaret. Ipse autem Cæsar, quem [n] maximè ignari homines veritatis, mihi esse iratum putabant, *erat ad portas*, erat cum imperio: erat in Italia eius exercitus, inque [o] eo exercitu ipsius tribuni plebis inimici mei fratrem præfecerat. Hæc ego [p] cum viderem (neque enim erant occulta) senatum sine quo ciuitas stare non posset, omnino de ciuitate esse sublatum: consules, [q] qui [r] publici consilij duces esse deberent, perfeciss̃e, vt per ipsos publicum [s] consilium funditus tolleretur: cos, qui plurimùm possent, opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolosè tamen auctores ad perniciem meam: conciones haberi quotidie contra me, ac pro rep. neminem mittere: intenta signa legionum existimari ceruicibus, ac bonis vestris, falsò, sed putari nomen: coniuratorum veteres [t] copias, & effusam illam, ac superatam Catilinę manum importunam, nouo duce, & insperata commutatione rerum esse renouatam: hæc cùm viderem, quid agerem, iudices? scio enim, tum non mihi vestrum studium sed meum propè vestro defuisse. contenderem contra tribunum pleb. priuatus [u] armis? vicissent improbos boni, fortes inertes: interfectus esset is, qui hac vna medicina sola potuit à reipublicæ peste depelli. Quid deinde? quid reliquiarum [x] restaret? quid denique? erat dubium, quin ille sanguis tribunitius, nullo præsertim publico consilio profusus, consules vltores, & defensores esset habiturus? cùm quidem in concione dixisset, *aut mihi semel percundum, aut hi esse vin-*

[a] L. in Italia maximum: *& ita v.c.*
[b] L. duo, q. *& ita v.c.*
[c] Iudiciariæ hæ voces non tam dæ cõtentio, disceptatio causæ, dictio legitima.*
[d] *al.* Quid? ergo inim.
[e] L. nõ illius oratio, sed eorum taciturnitas mouit. in q.
[f] L. alias cau sas, *& ita v.c.*
[g] *v.c.* anni superioris lab. *& ita L.*
[h] L. atque à princip. *& ita v.c.*
[i] *al.* alienari P. XII.
[k] *v.c.* publicè susceptæ causæ def. *& ita L.*
[l] *fort.* domi suæ.
[m] *al.* apud me posita.*
[n] L. quem maximè ignari veritatis,
[o] L. eique exercitui ipsius trip. *& ita v.c.*
[p] Sic Demosthenes orat. περὶ στεφάνου· τὰ δὲ πράγματα δὲ ἐφοβεῖτο μὴ, ἢ γὰρ ἂν ἀγωνιεῖ.*
[q] Consulum officium.*
[r] *v.c.* qui duces publici consilij esse d.
[s] *al.* consiliũ publicum.
[t] L. copias veteres. *& ita v.c.*
[u] *al.* priuatus.*
[x] *al.* reliqua ita staret. *al.* qui reliquiæ starent.*

cendum. Quid erat bis vincere? Id profectò, vt, cum amentissimo tribuno pleb. cùm decertassem, cum consulibus, cæteríque eius vltoribus dimicarem. Ego verò, si mihi vni pereundum fuisset, ac non accipienda plaga mihi [a] insanabilis, illi mortifera, quàm [b] reipub. imposuissem: semel petire tamen [c], iudices, maluissem, quàm bis vincere. Erat enim illa altera eiusmodi contentio, vt neque victi, neque victores remp. tenere possemus. Quid, si in prima contentione, vi tribunitia, victus, in foro, cùm multis bonis viris concidissem? Senatum consules, credo, vocassent, quem totum de ciuitate deferant: *ad arma* vocarent, qui ne vestitu [d] quidem defendi rempublicam iussissent: à tribuno pleb. post interitum meum discessissent, qui eandem horam meæ pestis, & suorum præmiorum esse voluissent. Vnum enim mihi restabat illud, quod forsitan non nemo vir fortis, & acris animi, magnique dixerit: restitisses, repugnasses, mortem pugnans oppetisses. De quo te, te, inquam, patria, obtestor [e], & vos penates, patríque dij, me vestrarum sedium [f], templorúmque causa, me propter salutem meorum ciuium, quæ mihi semper fuit mea carior vita, dimicationem, cædémque fugisse. Etenim si mihi in aliqua naue cum meis amicis nauiganti, hoc, iudices, accidisset, vt multi ex multis locis prædones classibus eam nauem se oppressuros minitarentur, nisi me vnum sibi dedidissent: si id vectores negarent, ac mecum simul interire, quàm me tradere hostibus mallent: iecissem me ipse [g] potiùs in profundum: vt ceteros conseruarem, quàm illos mei tam cupidos non modò ad certam mortem, sed in magnum vitæ discrimen adducerem. Cùm verò in hanc reipublicæ nauem, ereptis senatui gubernaculis, fluitantem in alto tempestatibus seditionum ac discordiarum, armatæ tot classes, nisi ego vnus deditus essem, incursuræ viderentur: cùm proscriptio, cædes, direptio denuntiarentur [h]: cùm alij me suspicione periculi sui non defenderent, alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuiderent, alij obstare sibi me arbitrarentur, alij vlcisci dolorem [i] suum aliquem vellent, alij rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum, otiúmque odissent, & ob hasce causas, tot, támque varias, me vnum deposceret: depugnarem potiùs cum summo, non dicam exitio, sed periculo certè vestro, liberorúmque vestrorum, quàm non id, quod omnibus impendebat, vnus pro omnibus susciperem, ac subirem? Victi essent improbi. At ciues: at [k] eo priuato, qui sine [l] armis remp. etiam consul conseruarat. sin victi essent boni: quid [m] superesset? non ad seruos videtis rem [n] venturam fuisse? An mihi ipsi, vt quidam putant: fuit mors æquo animo oppetenda? quid? tum mortémne fugiebam? an erat res vlla, quam mihi magis optandam putarem? aut [o] ego illas res tantas, in tanta improborum multitudine cùm gerebam, non mihi mors, non exsilium ob oculos versabantur? non hæc denique à me tum, *tanquam fata*, in ipsa re gerenda *concinebantur?* an erat mihi in tanto lúctu meorum, tanta diffunctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum quas mihi aut natura, aut fortuna dederat, vita retinenda? tam eram rudis? tam ignarus rerum?

[a] L. mihi fanabilis, illis mortifera.
[b] L. qui eam imposuissem:
[c] vox *tamen*, abest à libris veteribus.
[d] id est vestis mutatione.*
[e] L. testor. *& ita v.c.*
[f] L. sedum, & ita legendum monent Grammatici veteres.*
[g] P. XIII. L. iecissem ipse me pot.
[h] *al.* denuntiaretur.
[i] L. dolorem aliquem suum.
[k] L. at ab eo armato priuato q.
[l] L. sine armis etiam remp. consul cons.
[m] L. qui superessent?
[n] L. remp. [o] L. aut cum illa res tantas in tanta improb. mul. gerebam, *& ita* P. L. canebantur. *& ita v.c.*

rerum? tam expers consilij, aut ingenij? nihil audieram? nihil videram? nihil ipse legendo, quærendóque cognoueram? *nesciebam vita breuem esse cursum, gloriæ* [a] *sempiternum? cum esset omnibus definita mors, optandum esse, vt vita, quæ necessitati deberetur, patriæ potius donata quam reseruata naturæ videretur?* nesciebam, inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse, *vt alij dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alij* [b] *autem tum maximè mentem sapientum* [c], *ac fortium virorum, cùm è corpore excessissent, sentire, ac vigere?* quorum alterum, fugiendum non esse, carere sensu: alterum etiam optandum, meliore esse sensu. denique, *cùm omnia semper ad dignitatem retulissem, nec sine ea quidquam expetendum esse homini in vita putassem*, mortem, quam etiam virgines Athenis, regis, opinor, Erechthei [d] filiæ, pro patria contemsisse dicuntur, egò vir consularis, tantis rebus gestis, timerem? præsertim cùm eius essem ciuitatis, ex qua Q. Mucius [e] solus in castra Porsenæ veniſſet, cúmque interficere, proposita sibi morte, conatus esset? ex qua P. Decius primùm pater [f], post aliquot annos patria virtute præditus filius [g], se, ac vitam suam instructa acie, pro salute populi Ro. victoriáque deuouisset? ex qua innumerabiles alij partim adipiscendæ laudis, partim vitandæ turpitudinis causa, mortem in variis bellis, æquissimis animis, oppetissent? in qua ciuitate ipse meminissem, patrem huius M. Crassi, fortissimum virum, ne videret victorem viuus inimicum, eâdem sibi manu vitam exhausisse, qua [h] mortem sæpe hostibus obtulisset? Hæc ego, & multa alia cogitans, hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset: neminem vmquam fore, qui auderet suscipere contra improbos ciueis i reipub. salutem. Itaque non solùm si vi interissem, sed etiam si morbo exstinctus essem, fore putabam, vt exemplum reipub. conseruandæ mecum simul interiret. Quis enim vmquam, me à senatu, populóque Rom. tanto bonorum [k] omnium studio [l], non restituto, (quod certè, si essem interfectus, numquam [m] accidere potuisset) vllam [n] reipub. partè eum sua minima inuidia auderet aut ingere? Seruaui igitur remp. discessu meo iudices: cædem à vobis, libertáque vestris: vastitatem, incendia, rapinas, meo dolore, luctúque depuli: & vnus rép. bis seruaui, semel gloria. iterum cruenta mea. neque enim in hoc me hominem esse infitiabor vmquam, vt me optimo fratre carissimis liberis, fidelissima coniuge, vestro conspectu, patria, hoc honoris gradu, sine dolore caruisse glorier. quod si fecissem: quod à me beneficium haberetis, cùm pro vobis ea, quæ mihi essent vilia, reliquissem? hoc, meo quidem animo, summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quòd cùm abesse ab [o] ea non possem sine summo dolore, hunc me perpeti, quàm illam labefactari ab improbis, malui. Memineram, iudices, diuinum illum virum, atque ex iisdem, quibus nos, radicibus [p] natum, ad salutem imperij [q] huius, C. Marium. summa senectute, cùm propè vim iustorum armorum profugisset, primò senile cor-

pus paludibus [a] occultasse demersum: deinde ad infimorum, ac tenuissimorum hominum Minturnis [b] misericordiam confugisse: inde nauigio perparuo, cùm omneis portus, terráque fugeret, in oras Africæ desertissimas peruenisse. Atq. ille vitâ suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem, [c] & ad reip. statum [d] reseruauit: ego, qui (quemadmodum multi in senatu, me absente, dixerunt) periculo reip. viuebam, quíque ob eam causam consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar, nónne, si meâ vitam deseruissem, remp. prodidissem? in quo quidem nunc, me restituto, viuit mecum simul exemplum [e] fidei publicæ exemplum reip. defendendę. quod si immortale retinetur, quis nō intelligit, immortalem hanc ciuitatem futuram? Nam externa bella regū, gentium, nationum iampridem, ita exstincta sunt, vt præclarè cum iis agamus, quos pacatos esse patiamur? deniq. ex bellica victoria non ferè quemquam est inuidia ciuium consecuta domesticis malis, & audacium ciuium consiliis sæpe est refistendum: eorúmque spe [f] riculorum [g] est in rep. retinenda medicina: quam omnem iudices, perdidissetis, si mortuo interitu senatui, populóque Rom. doloris sui de me declarandi potestas esset erepta. Quare *moneo vos, adolescentes, atque hoc meo iure præcipio, qui dignitatem, qui remp. qui gloriam spectatis: ne si qua vos aliquando necessitas ad remp. contra improbos ciueis defendendam vocabit, segniores sitis, & recordatione mei casus à consiliis fortibus refugiatis.* Primùm, non est periculum, ne [h] qui vmquam sint in ciuitate eiusmodi consules, præsertim si erit his id, quod debetur, persolutum. deinde numquam iam, vt spero, quisquam improbus, consilio, & auxilio bonorum se oppugnare remp. dicet, illis tacentibus: nec armati exercitus terrorem opponet, rogatis: neque erit iusta causa *adportas* sedenti imperatori, quare terrorem [i] suum falsò iactari, opponíque patiatur. numquam enim erit tam oppressus senatus, vt ei ne supplicandi quidem, ac lugendi sit potestas: tam captus equester ordo, vt equites Romani à consule relegentur. Quæ cùm omnia, atque etiam multo alia maiora, quæ consultò prætereo, accidissent, vidissetis me tamen in [k] pristinam meam dignitatem, breui [l] temporis dolore interiecto, reip. voce esse reuocatum. Sed [m], vt reuertar ad illud, quod mihi in hac omni est oratione propositum, omnibus malis illo anno, scelere consulum, remp. esse confectâ: primùm illo ipso die, qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus, cùm ego me è complexu patriæ, conspectúque vestro eripuissem, & metu periculi [n] vestri, non meo furori hominis, sceleri, perfidiæ, telis, minisque cessissem, patriámq. quæ mihi erat carissima, propter ipsius patriæ caritatem reliquissem: cùm [o] meum illum casum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum, non solùm homines, sed Fœcta vrbis, ac templa lugerent: nemo vestrûm forum, nemo curiam, nemo lucem adspicere vellet: illo, inquam, ipso die, die dico? immò hora, atque etiam puncto temporis eodem, mihi, reique publ. pernicies: Gabinio, & Pisoni prouincia rogata est. Prò dij immortales, custodes, & conseruatores huius vrbis, atque imperij! quænam illa in rep. monstra, quæ scelera vidistis? ci-

1. Locus de gloria & fama.*
b De immortalitate animorum*
c v.c. sapientium.
d Erechtheus fextus à Cecrope, filiam pro salute patriæ deuouit, reliquæ sibi morte consciuerunt. vide Pausaniam Attic. Suidā* e Scæuola, Liuius 2.3. Valer. 3.1. Flor. 10. Dionys. 5. Plutarch. 4. Parallel. Eutrop. 1. Martialis 1. Silius Italicus 8. Plin. c. 2. de viris illustr. Auguſt. 4. de ciuit.
f De Publio Decio patre qui se diis manibus pro salute patriæ deuouit vide Liuium 8. 1. Flor. 14. Plin. 5. Plutarc 37. parall. 1. Valer. 7. & c. 6. Plin. de viris illustrib. c. 26. Auguſt. 3. de ciuitate.*
g De P. Decio filio. ad. de Liuiū 10. 2. Eutrop. 3. Plin. c. 27. de viris illustr. 3. Oros. 21. Præter hunc Decium & patrem & filiū quorum ille Gallico alter Hetrusio bello se deuouit fuit & nepos qui in bello Pyrrhi pariter se deuouit. Cicero 1. Tuscul.*
h al. quæ manu mort. iv. v. ciuis
P. XIIII.
k L. omnium bonorum ſt. & ita v.i.
l al. studio reſtituto omnia pro Republica periculo adire dubitabit.*
m al. reſtituto omnia adire periculo pro Repub. dubitabit? quod certè ſi eſſem interfectus numquā accidere potuiſſet vt vllam.
n v.c. accidere nō potuiſſet.
o al. vt quiſquam vllā.*
Arpinatem cùm propè
p L. ab ea ſine ſummo dol. nō poſſ. h. & ita v. c. q hoc eſt
r v.c. huius imperij, & ita L. L. cùm propter vim iuſt. al. iuſt.

a Bpiconne Liuij 77. & Valer. 3. Plin. de viris illuſtrib. c. 69. Appian. 1. ciuil. Luc. lib. 1. Pharſal. Iuuenal. ſat. 10.
b L. Minturnenſium miſ.
c L. ſpē reip. recuperandæ reſeru. [exveteri rep. tata al. ratum. al. raudum.*
d Panag. ſatum.*
d al. exemplū fidei publicæ exemplum reip. defendē dæ al. exemplum publicæ defendendæ*
f al. periculo g Panag. bonorúmque*
h L. ne ciuitas vmquam incidat in eiuſmodi cōſ. ſue ver. quis vmquam incidit in*
i v.c. ſuū terorem*
P. XV.
k à digreſſione reuertitur ad exilii ſui narrationem.*
l L. in meam priſtinam dign. & ita v.c. m L. breui dolore interiecto, v.c. breui tempore doloris interpoſito, breuis tempore dolore int. n L. veſtri periculi, non o L. cùm illū meum caſ. & ita v.c.
p L. ſed etiā tecta vrb. & ita v.c.

uis erat expulsus, is, qui remp. ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat, & expulsus, non alio aliquo, sed eo ipso crimine. erat autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, seruitio denique concitato: lex erat lata, vastato, ac relicto foro, & ficariis seruisq. tradito, & ea lex[a], quæ vt ne ferretur senatus fuerat veste mutata. Hac tanta perturbatione ciuitatis, ne noctem quidem consules inter meum discrimen, & [b] eorum prædam interesse passi sunt: statim, me perculso, ad meum sanguinem hauriendum, &, spirante etiam rep. ad eius spolia detrahenda aduolauerunt [c]. omitto gratulationes, epulas, partitionem ærarij, beneficia, spem, promissa, prædam, lætitiam paucorum, in luctu omnium, vexabatur vxor mea: liberi ad necē quærebantur: gener[d], & Piso gener, à Pisonis consulis pedibus supplex reiiciebatur: bona diripiebantur, eáque ad consules deferebantur: domus ardebat in Palatio: consules ejulabantur. Quòd si meis incommodis lætabantur, vrbis tamen periculo commouerentur. ¶ Sed, vt à meâ causa iam recedam, reliquas illius anni pestes [e] recordamini, sic enim facillimè perspicietis, quantam vim omniū remediorum à magistratibus proximis respu. desideraret. legum multitudinem cùm earum, quæ latæ [f] sunt, tum verò, quæ promulgatæ fuerunt, licam? nam latæ quidem sunt consulibus illis tacentibus, immò verò approbantibus etiam. *Vt censoria notatio, & grauissimum iudicium sanctissimi magistratus de republica tolleretur: Vt collegia nonnodo illa vetera contra S. C. restituerentur, sed ab vno gladiatore immane abilia alia noua conseriberentur. Vt remissis semissibus i, & trientibus, quincta prope pars vectigalium tolleretur: Vt Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi, si remp. prodidisset, pactus erat, Syria daretur: Vt vni heluoni bis de eadem re deliberandi, & rogata lege potestas fieret pronincia commutandæ. Mitto eam legem, quæ omnia iura religionum, auspiciorum potestatum, omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandarum, vna rogatione deleuit:* mitto omnem domesticam labem: etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus. lege tribunitia Matris [l] Magnæ Pessinuntius ille sacerdos, expulsus, & spoliatus sacerdotio est, fanúmque sanctissimarum, atque antiquissimarum religionū venditum pecunia grandi, Brogitaro [m], impuro homini, atque indigno illa religione: præsertim cùm [n] ea sibi ille non colendi, sed violandi causa aperisset: appellati reges à populo, qui id numquam ne à senatu quidem postulassent: reduci [o] exsules Byzantium [p] condemnati [q] tum, cùm indemnati ciues è ciuitate eiiciebātur. *Rex & Ptolemæus*, qui si nondū erat ipse à senatu socius appellatus, erat tamē frater eius regis, qui cùm esset in eádem causa, iam erat à senatu honorem istum consecutus: erat eodem genere, iisdémque maioribus, eádem vetustate societatis: denique erat rex, si nondum socius, at non hostis: pacatus, quietus, fretus imperio populi Romani, regno paterno, atque auito: regali otio perfruebatur, de hoc nihil cogitante, nihil suspicante, eisdem operis suffragium ferentibus, est ro-

a Lex Clodia de aqua & igni Ciceroni interdicēdis Plutarchus. Dio. 38 Asconius Pisoniana.*

b L. & suam præd. & ita v.c.

c sect. aduolauerunt.

d L. Piso gener à P. B. e Consulum duorum, scelera, & de eorum legibus scelera ipsius & iniuria in regem Ptolemæum in Catonem.*

f L. Legū multitudinē cum earū, q. l. sit. leges ferebatur cùm in comitiis populo proponebātur, vellēt iuberentne legem eā ratam esse suis suffragiis: Promulgari verò dicebantur cū publicè proponebatur vt legi possent* i hoc est vt quod frumētum populo semis æris & tricatibus in singulos modios dabatur gratis daretur.* k vt rogata lege fieret.* l vide orat. de Haruspic. respons.* m de Brogitaro dixi orat. de Haruspic. respons.* n L. cùm ea o L. reducti exsules Byzantii condemnati, tū cùm &c.* p vide orat. pro domo* P. XVI. q al. condemnati exsules Byzantij reductum r Iniuria in regem Ptolemæum regem Cypri Cleopatræ patruum* s Iliuius rogationis Clodiæ meminit Plutarchus Catone: & Appianus 2. Dio. 38 Epit. Liuij 104. Flor. 9. Strabo 14. in fine.*

gxtum. *Vt sedens, cùm purpura, & sceptro, & illis insignibus regius præconi publico subjiceretur: & imperante populo Romano, qui* [a] *etiam bello victis regibus regna reddere consueuit, rex amicus, nulla iniuria commemorata, nullis reperitis* [b] *rebus, cum bonis omnibus publicaretur.* Multa acerba, multa turpia, multa turbuléta habuit ille annus: tamē illi sceleri, quod in me illorū immanitas [c] edidit, haud scio, an rectè hoc proximū esse dicā. Antiochū illum magnū [d], maiores nostri magna belli contentione terra, marique superatum, intra [e] montem Taurum regnare iusserunt: Asiam [f], qua illum multarunt, Attalo, vt is regnaret in ea, condonauerunt [g]. Cum Armeniorum rege, Tigrane, graue [h] bellum, perdiuturnúmque gessimus, cùm ille, iniuriis in socios nostros inferendis, bello propè nos lacessisset, hic & ipse per se vehemens fuit, & acerrimum hostem huius imperij Mithridatem pulsum Ponto, opibus suis, regnóque defendit: & à Lucullo, summo viro, atque imperatore pulsus, animo tamen hostili cum reliquis copiis suis in pristina mente mansit. hunc Cn. Pompeius, cùm in suis castris supplicem, abiectúmque vidisset, erexit, atque in signe [k] regium, quod ille de suo capite abieerat, reposuit, &, imperatis [l] certis rebus, tegnare iussit: nec minùs & sibi, & huic imperio gloriosum putauit, constitutum & se regem, quàm constructum videri. Tulit [m], gessit, qui & ipse hostis fuit populi Romani, & acerrimum hostem in regnum recepit: qui confixit, qui signa contulit, qui de imperio pænè certauit, regnat hodie, & amicitiæ nomen, ac societatis, quod armis violarat, id precibus est consecutus. Ille [n] Cyprius miser, qui [o] semper socius, semper amicus fuit: de quo nulla vmquam suspicio durior aut ad senatum, aut ad imperatores nostros allata est: *vinus* (vt aiunt) *est, & videns*, cùm victu, ac vestitu suo publicatus. En, cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur, cùm hoc illius funesti anni perdito exemplo videant, per tribunum aliquem & sexcentas operas, se fortunis spoliari, & regno omni posse nudari. At etiam eo negotio *M. Catonis* [p] splendorem maculare voluerunt, ignari, quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret: quæ in tempestate fœda, quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamen, atque hæret in patria, splendétque per se semper, neque alienis vmquam sordibus obsolescit. Non illi ornandum M. Catonem, sed relegandum: nec illi committendum illud negotium, sed imponendum putauerunt: qui in concione palàm dixerint, linguam se euellisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset. Sentient, vt spero, breui tempore, manere libertatem illam: atque hoc etiam, si fieri poterit, esse maiorem, quòd cum consulibus illis M. Cato, etiam cùm iam desperasset aliquid auctoritate sua proficere [q] posse, tamen voce ipsa, ac dolore pugnauit, & post meum discessum, iis Pisonem verbis, flēns meum, & reipub. casum, vexauit, vt illum hominem perditissimum, atque impudentissimum pænè iam prouinciæ pœniteret. Cur igitur rogationi paruit? Quasi verò ille non in alias quoque leges, quas iniustè rogatas putaret, iam antè iurarit, nō offert

a Mos Romanis, bello etiā victis regibus regna reddere.*

b Repetebantur re per calumniam.*

c v. immanitas

d L. Magnum e Tatra Taurum, non est in monte Taurosed vsque ad montem Taurum: sic enim hunc locum explicat Gellius 12. c. 13.*

f al. Asiam Attalo, qua illum multarunt, vt iis r.

g condonarūt Gell. ibide*

h L. graue bellum, diuturnúmque gest. & ita v.c.

i Idē Cicero orat. pro lege Manilia.*

k Regiū hoc insigne Plutarchus vocat.

l L. certis rebus imperatis &c. & ita v.c.

m L. Tigranes igitur, qui & ipse & ita quoque Antonius Augustinus. *Plutarchus verò ita*, Albanus rex Nam constat Albanum regem bis cum Pompeio confligisse, idémque etiā violasse *Id.* quo que ita legit *Comagenni.**

n Ptolemæus*

o v. qui semper amicus, semper socius fuit:

p missus enim ad Ptolemæum spe liandum Catovir integerrimus. Plutarchus Catone.*

q L. præfici posse & ita v.c.

fert se ille istis temeritatibus, vt cùm remp. nihil profit, se ciue remp. priuet Consule me, cùm[a] esset, designatus tribunus plebis, obtulit in discrimen vitam suam: dixit eam sententiam, cuius inuidiam capitis periculo sibi præstandam videbat: dixit vehementer: egit acriter: ea, quæ sensit, præ se tulit: dux, auctor, actor rerum illarum fuit[b] non quo periculum suum non videret: sed in tanta reip. tempestate nihil sibi, nisi de patriæ periculis cogitandum putabat. Consecutus est ipsius tribunatus. Quid ego de singulari magnitudine animi eius, ac de incredibili virtute dicam? ministris illum[c] diem, cùm, templo à coll. ga occupato, nobis omnibus de vita eius viri, & ciuis timentibus, ipse animo fortissimo venit in templum, & clamorem hominum, autoritate: impetum improborum, virtute sedauit. Adiit tum periculum, sed adiit ob causam: quæ quanta fuerit, iam mihi dicere non est necesse. At si isti Cyriæ rogationi scelera tissimæ non patuissent: hęret illa nihilominus in rep. turpitudo. Regno enim iam publicato, de ipso Catone erat nominatim rogatum. quod ille si repudiasset, dubitatis, quin ei vis esset allata, cùm omnia acta illius anni per d illum vnum labefactari videremur? Atque etiam hoc videbat: quoniam illa in rep. macula regni publicati maneret, quam nemo iā posset eluere, quod ex malis boni possit in[e] rep. prouenire, id vtilius esse per si conseruari, quàm per alios. Atque ille etiam si alia quapiam vi expelleretur illis temporibus ex hac vrbe facilè pateretur. etenim, qui superiore anno senatu caruisset, quò si tum veniret, me tamen socium suorum in repub. consiliorum videre posset: is æquo animo tum me expulso, & meo nomine cùm vniuerso senatu, tum sententia sua condemnata, in hac vrbe esse posset? Ille verò eidem tempori, cui nos, eidem[f] furori, eisdem consulibus, eisdem minis, insidiis, periculis cessit. luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem. His de rebus, tantisque iniuriis in socios, in reges, in[g] liberas ciuitates, consulum querela esse debuit, in eius[h] magistratus tutela, reges, atque exteræ nationes semper fuerunt. ecquæ vox vnquam est audita consulum? quamquam quis auderet[i], si maximè queri vellet[k]? de Cyprio rege quererentur, qui me ciuem nullo meo crimine, patriæ nomine laborantem, non modò stantem non defenderunt, sed ne iacentem quidem protexerunt? Cessecram, si alienam à me plebem fuisse vultis, quæ non fuit inuidiæ[l]: si commoueri omnia videbantur, tempori: si vis suberat, armis: si societas, magistratuum pactioni: si periculum ciuium rep. Cui, cùm de capite ciuis (non disputo, cuiusmodi ciuis) & de bonis, proscriptio ferretur, cùm & sacratis[m] legibus, & [n] XII. tabulis sanctum esset, *Vt*[o] *neque priuilegium irrogari liceret, neque de capite, nisi comitiis centuriatis, rogari*, nulla vox est audita consulum? constitutúmque[p] illo anno est, quantum in illis duabus huius imperij pestibus fuit, iure posse per operas concitatas quemuis ciuem nominatim tribuni plebis consilio ex ciuitate exturbari? Quæ verò promulgata illo anno fuerunt[q], quæ promissa multis[r], quæ conscripta, quæ sperata, quæ cogitata, quid dicam? qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus? cuius negotij publici cogitari, optari, fingíque[b] procuratio potuit, quæ non esset attributa, atque descripta? quod genus imperij, quæ prouincia, quæ ratio aut auferendæ, aut[c] conflandæ pecuniæ non reperiebatur? quæ regio, o ciues terrarum erat latior, in qua non regnum aliquod statueretur? quis autem rex, qui illo anno non aut emendum sibi, quod non habebat, aut redimendum, quod habebat arbitraretur? quis prouinciam, quis pecuniam, quis legationem ab[d] senatu petebat? Damnatis de vi, restitutio: consulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur. Hæc gemebant boni, sperabant improbi, agebat tribunus pl. consules adiuuabant. ¶ Hic aliquando[e], serius[f] quàm ipse vellet, Cn. Pompeius, inuitissimis iis, qui mentem optimi, ac fortissimi viri, suis consiliis, acó fictis terroribus à defensione meæ salutis, auerterant, excitauit illam suam non[h] sopitam, sed suspicione aliqua retardatam consuetudinem r. ipubl. bene gerendæ. Non est passus ille vir, qui sceleratissimos ciueis, qui acerrimos hosteis, qui maximas nationes, qui reges, qui gentes, feras, atque inauditas, qui prædonum infinitam manum, qui etiam seruitia virtute, victo riáque domuisset: qui omnibus bellis terra, mariíque compressis, imperium populi Rom. orbis terrarum terminis definisset, remp. ouerti scelere paucorum: quam ipse nō solùm consiliis, sed etiam sanguine suo sæpe i defendisset: accessit ad causam publicam: restitit auctoritate sua, reliquis rebus de præteritis questus est. fieri quædam ad melioremspem inclinatio visa est. ¶ *Decreuit*[k] *senatus frequens de meo reditu* kalendis Iuniis dissentiente nullo, referente[l] L. Mummio, cuius in mea causa numquam fides, vtriusque contremuit. Interfessit Ligus[m] iste nescio quis, additamentum inimicorum meorum res erat, & causa nostra eo iam loci, vt erigere oculos, & viuere videretur. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocumque venerat, quod iudicium cúmque subierat, damnabatur. Inueniebatur nemo, qui se suffragium de me tulisse confiteretur. decesserat ex Asia rater meus magno squalore, sed multo etiā maiore mœrore. huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas cum lacrymis, gemitúque processerat: loquebatur libertus senatus: concurrebant equites Romani: [n] Piso ille, gener meus, cui fructum pietatis suæ neque ex me, neque[o] à populo Rom. ferre licuit, à propinquo suo socerum suum flagitabat: omnia senatus reiiciebat, nisi de me primum consules retulissent. Quæ cùm res iam manibus teneretur: & cùm consules prouinciarum pactione libertatem omnem perdidissent, qui, cùm in senatu priuati[p], vt de me sententias dicerent, flagitabantur[q], legem illi se Clodiā timere dicebant. cùm hæc non possent iam diutius sustinere: initur cōsilium de interitu, Cn. Pompeij: quo patefacto, ferróque deprehenso, ille in lusus domi tamdiu fuit quamdiu inimicus meus in tribunatu. De meo reditu octo tribuni promulgarunt. ex quo intellectum est, mihi[r] absenti crenisse inimicos, in ea præsertim fortuna, in qua non nulli etiam, quos esse putaueram, non erant, sed eos voluntatem semper eandem, liber-

a v. Plutarchum in Catone, Velleium 2.*

b al. nō quòd

c L. diem illi & ita v.c.

d L. per vnum illum lab. & ita v.c.

e L. in remp. peruenire,

f al. ciuisdē*

g v.c. in ciuitates liberas.

h Consulis officium.*

i Pontagabius k al. vellent* l Et breuiter cessit inuidiæ tēpori, armis, pacto magistratuum Rei publicæ.*

m leges sacratæ pro libertate ciuium latæ. Festus.* n al. hac lege XII. tabularum.*

o al. vt nēue priuil. irr. ii. ceret nēue de cap.

p L. constitutúmque est illo anno q.

q L. fuerunt? r multis? quæ conscripta? quæ sperata? quæ cogitata?

P. XVIII.

b L. fingi curatio potuit*

c al. laudx.*

d L. è senatu & ita v.c.

e al. aliquando.*

f Cn. Pompeij virtus in reuocando Ciceronē*

g L. fictisque terr.

h v.c. non in solitum

i L. seruasset & ita v.c.

k Decretum de reditu Ciceronis.*

l L. Nonio subaudi Quadrato*

m C. Stalenus qui Paceti cognomen ex Aetiorum imaginib. adsumerat vt infra & in Clucntiana.*

n al. Piso ille gener, cui fr.

o L. neque ex populo R. al. neque à me neque à populo Rom.

p L. priuatim

q al. flagitabant.*

r L. non mihi absenti crenisse.*

tatem non eandem semper habuisse. nam ex nouem tribunis, quos tunc habueram, vnus, me absente, defluxit. qui cognomen sibi ex Æliorum imaginibus arripuit, quo magis nationish eius esse, quàm generis, videretur. Hoc igitur anno, magistratibus nouis designatis, cùm omnes boni omnem spem meam in eorum fide conuertissent: princeps P. Lentulus auctoritate, ac sententia sua, Pisone & Gabinio repugnantibus, causam suscepit, tribunisque plebis octo referentibus, præstantissimam de me sententiam dixit qui cùm ad gloriam suam, atque ad amplissimi beneficij gratiam magis pertinere videret, causam illam integram ad suum consulatum reseruari, tamē rem talem per alios citius, quàm per se tardius confici malebat. [f] Hoc interim tempore *P. Sextius*, iudices, de signatus, iter ad C. Cæsarem pro mea salute suscepit. Quid egerit, quantum profecerit, nihil ad causam, equidem, existimo, si ille (vt arbitror) æquus nobis fuerit [d], nihil ab hoc profectum: sin iratior, non multum. sed tamē sedulitatem, atque integritatem hominis videtis, Ingrediar iam in Sextij tribunatum. nā hoc primùm iter designatus, reip. causa suscepit. pertinere & ad concordiam ciuium putauit, & ad perficiendi facultatem, animū Cæsaris à causa non abhorrere. Abiit ille annus respirasse homines videbantur, nondum re, sed spe reip. recuperandæ, exierunt malis omnibus [f], atque exsecrationibus duo [g] vulturijh paludati [i]: quibus vtinam ipsis euenissent ea, quæ tū homines precabantur, neque nos prominciam Macedoniā cum exercitu, neque equitatum in Syria, & cohortes optimas, per didissemus. ineunt magistratum tribuni [k] pl. qui omnes se de me promulgaturos confirmarant. ex his princeps [l] emitur ab inimicis meis, is quem homines in luctu irridentes, Gracchum vocabant: quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa *ex*[m] *vepretulis extracta mendula*[n] remp. conaretur arrodere. Alter[o] verò non ille *Serranus ab* P *aratro*, sed[q] ex deserto Gaui Oleli horreo, calathis [r], gruuis, in Calatinos, ac Lælios insitus [s] subitò nominib. in tabulas relatis, nomen suum de tabula sustulit. Veniunt Kalendæ Ianuarij, vos hæc me liùs scire potestis: equidem audita dico: quæ tum frequentia senatus, quæ exspectatio populi, qui concursus legatorum ex Italia cuncta, quæ virtus, actio, grauitas P. Lentuli consulis fuerit, quæ etiam collegæ eius moderatio de me: qui *cum inimicitias sibi mecum ex reipub. dissensione suscepta esse dixisset, eas se patribus conscriptis dixit, & temporibus & reip. permissurum.* [t] Tum princeps rogatus sententiā L. Cotta, dixit id, quod dignissimum rep. fuit. *Nihil de me actum esse iure, nihil more maiorum, nihil legibus: non posse quemquam de ciuitate tolli sine iudicio: de capite non modo ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitiis centuriatis: vim fuisse illam, flammam quassatæ reipub. perturbatorúmque temporum, iure, iudiciisque sublatis: magna rerum perturbatione impendente, declinasse me paullulum &, spe reliqua tranquillitatis præcneus fluctus, tempestatémque fugisse. Quare cum absens rempublicam non minus magnū periculi quàm quodam tempore præsens liberassem, non restitui me solum, sed etiam orare à senatu decere. Distinguit etiam multa prudenter,*

ita de me illum amentissimū & prosligatissimū hostē pudoris, & pudicitiæ, scripsisse quæ [a] *scripserat, iis verbis, rebus, sententiis, vt etiam si iure esset rogatū, tamē vim habere non posset, quare me, qui nulla lege abessem non restitui lege, sed reuocari senatus auctoritate oportere.* Hunc nemo erat, quin verissimè sentire diceret. Sed post eum rogatus Cn. Pompeius, approbata, laudatáque Cottæ sententia dixit, *sese otij mei causa, vt omni populari concitatione defungerer, censere, vt ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficiū erga me adiungeretur.* Cùm [b] omnes certatim, aliúsque alio grauius, atque ornatiùs de mea salute dixissent, fierétque sine vlla varietate discessio [c]: surrexit, vtd sciatis. Atilius hic Gauianus: nec ausus est, cùm esset emtus, intercedere: *noctem sibi ad deliberandum postulauit* [e]. Clamor senatus, quereiæ, preces, socer ad pedes abiectus. Ille se affirmare, postero die moram nullā esse facturum. Creditum est: discessum est. Illi interea deliberatori merces, longa interposita nocte, duplicata est. Consecuti dies pauci omnino Ianuario mense, per quos senatum haberi liceret: sed tamen actum nihil, nisi de me. Cum omni mora, ludificatione, calumnia [e], senatus auctoritas impeditretur: venit [f] tandem consilij de me agendi dies, v i i i. kalendas Febr. princeps rogationis, vir mihi amicissimus, Q. Fabricius, templum aliquanto ante lucem occupauit. Quietus eo die Sextius, is, qui est de vireus. actor hic, defensórque causæ meæ. nihil progreditur, consilia expectat inimicorum meorum. Quid illi, quorum consilio P. Sextius in iudicium vocatur? quo se pacto gerunt? cùm forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus, ac seruis plerisque occupauissent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, vulnerant multos: venientem in forum virum optimum, & constantissimum, M. Cispium, tribunum pl. vi depellunt: cædem in foro maximam faciunt: vniuersique, districtis [g] gladiis, & cruentis, in omnibus fori partibus, fratrem meum, virum optimum, fortissimum, meíque amantissimum, oculis querebant, voce poscebant. quorum ille telis libenter in tanto luctu, ac desiderio mei, non repugnandi, sed moriendi causa, corpus obtulisset suum, nisi suam vitam ad spem mei reditus reseruasset. subiit tamen vim illam nefariam consceleratorum latronum: &, cùm ad fratris salutem à h populo Rom. deprecandam veniisset, pulsus è rostris, in comitio iacuit, séque seruorum [i], & libertorum corporibus obtexit, vitámque tum suam noctis, & fugæ præsidio, non iuris, iudiciorúmque defendit. Meministis tum, iudices, corporibus ciuium Tiberim compleri, cloacas referciri, è foro spongiis [k] effundi sanguinem, vt omnes tantam illam copiam, & tam magnificum apparatum, non priuatum, aut plebeium, sed patricium, & prætorium esse arbitrarenturl: nihilque neque ante hoc tempus, neque hoc ipso turbulentissimo die criminaminim Sextium. Atqui vis in foro vere sata est. Certè. quando enim maior? lapidationes persæpe vidimus: non ita sæpe, sed nimiùm tamen sæpe gladios: cædem verò tantam, tātos aceruos corporū exstructos, nisi for tè illo Cinnano[n], atque Octauiano[o] die, quis vmquam in foro vidit? P qua ex concertatione ani-

a *L.* quæ scripsisset, *& infra.*

b L. Cùm omnes certatim, alius alio grauius, atq. o natiùs de mea salute dixissent, f.

c Discessione senatusconsulta fiebant, vide *Gell.* & *alios*, vt scitis.

e *v.c.* alumnia.

f L. venit tandem, in comitio de mea agendi dies.

g L. de strictis gladiis.

h L. à populo Ro. implorādam, deprecādámq. veniss. P. R.

i *vt.* seruorū, & liberorum corp.

k L. spongiis effingi sanguinem, Effingi verò est abstergi. vide Seruium 8. Aeneid. ibi, corpora fingere lingua.*

l *v.c.* arbitrarentur. Nihil neq.

m *al.* criminationis est in Sextium.

n vide Velleium 2.*

o Octauius hic collega Cinnæ, *Appian. 1.* ciuilium.*

p L. vidit sine aliqua concertatione animorum.?

a *al.* C. Stalenus, de quo paulo ante dixi.

b *al.* generis eius esse quàm rationis videretur quam lectionem confirmat similis locus in oratione pro A. Cluentio de hac ipso Ligure*

c De Sextio*

d *al.* fuerat.*

e L. sed spe, rep. recuperata.

f legendum omnibus.*

g Gabinius *al.* Piso.*

h Vulturios vocat rapacissimos.*

i Paludati Præfidis in prouinciam Roma exibant.*

k Milo, Sextius & alij.*

l Numerus Quintius.*

m *al.* ex vepreculis: & ita Priscianus libro 3.

n mendula, quæ & nucla Seruio mu nis genus. huic loco Guilelmius 1. verisimil. 13. vbi explicat prouerbiū, vi pera est in vepreculis: quidam ciuicidelam interpretantur.*

o Sex. Aelius Serran. trib. pleb. qui reditu Ciceronis sua intercessione impedierat.*

p Plinius 18. c. 3. serentem inuenerūt dati honores, Serrani, vnde cognomen.*

q L. fed ex de ferto Gauij Oleli horreo & calathis Gauij, in Calatinos Atilios insitus, *&c. vel sic*: sed ex deserto Gauij Atilij horreo, & calathis Gauianis, in Calatinos, Aril. &c.

r calatis gruis & ita Sigon. Calata verò grana interpretatur ita pauca vt facilè possint calari id est numerari.*

s *Alij* grauem ki. onustum interpretantur. Alij pro grauis, legunt Gauianis.*

ne animorum? nam *ex pertinacia, aut constantia intercessoris oritur sæpe seditio, culpa, atq; eius probitate laterit, cómodo aliquo imperitis, aut largitione proposita oritur ex concertatione magistratuum: oritur sensim ex clamore primum: deinde aliqua* [a] *discessione concionis: vix, serò, & rarò ad manus perueniunt, nullo verò verbo facto, nulla concione aduocata, nulla* [b] *lege concitatam nocturnam seditionem quis audiuit?* An verisimile est vt ciuis Romanus, aut homo liber quisquam cum gladio in forum descéderit antelucem ne de me ferri pateretur, præter eos, qui ab pestifero, ac perdito ciue iampridem reipublicæ sanguine saginantur[c]? Hic iam de ipso accusatore quæro, qui P. Sextium queritur cum multitudine in tribunatu, & cum præsidio magno fuisse: num illo die fuerit. certè non fuit. Victa igitur est causa reipublicæ, & victa, non auspiciis, non intercessione, non suffragiis: sed vi, manu, ferro. nam, si obnunciasset Fabricio is, d tribunus plebis, *qui seruato sse de cœlo dixerat*: accepissetne respublica plagam, sed eam, quam: acceptam gemere [e] postet. Si intercessisset collega Fabricio, læsissetne rempublicam, sed reippublicam iure lęsisset. Gladiatores tu nouitios, pro exspectata ædilitate suppositos cum sicariis è carcere emisis ante lucem in forum immittas? magistratus tempio deiicias? cædem maximam facias? forum [f] purges? & cùm omnia, & armis egeris, accuses eum, qui se præsidio munierit, non vt te oppugnaret, sed vt vitā suam posset defendere? Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sextius, vt à suis munitus, tu: ò inuoto tum magistratum gereret, rempublicam administraret. Itaque fretus sanctitate tribunatus, cùm se non modò contra vim, & ferrum sed etiam contra verba, atque [k] intercessionem legibus sacratis esse armatum putaret: venit in templum Castoris: obnuntiauit consuli: cùm subitò manus illa Clodiana, in cędem ciuiū sæpe iā victrix, exclamat, incitatur, inuadit inermē, atq; imparatū tribunū alij gladiis adoriūtur, alii fragmētis scptorū & fustib. à quib. hic, multis vulnerib. acceptis, ac debilitato corpore, & cōtrucidato, se abiecit exanimatus: neq. vlla alia re ab se, nisi opinione mortis depulit. quem cùm iacentem, & concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exsanguem, & confectum viderent: de fatigatione magis, & errore, quàm misericordia, & modò, aliquando cædere destiterunt: Et cautam dicit Sextius de vi? quid ita? quia viuit. At id non sua culpa, plaga vna illa extrema defuit: quæ si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. accusa Lētidium: nō percussi: locū [m]: maledicito Sabino [n], homini Reatino, cur tā temerē [o] exclamarit occisum. ipsū verò quid accusas? num defuit gladiis? num repudiauit? num vt gladiatoribus [q] imperari solet, ferrum non recepit? An hæc ipsa vis est, non posse emori? an illa, quòd tribunus plebis templum cruentauit? an quòd, cùm esset ablatus, primúmque respuisset [r], non se referri iussit? vbi est crimen, quod reprehenditis? Hic quæro, iudices, si illo die gens ista Clodia quod facere voluit, effecisse: si P. Sextius qui prooccisō relictus est, occisus esset: fuistisne ad arma ituri? fuistisne vos ad patrium illum animum, maiorumque virtutem excita-

Periſtephano, ferrum in papillas omne recepero.* respirasset. *vet.* respissset. *vet.* respissset. † *fort. Clodiana.*

A Aturi? fuistisne aliquando rempublicam à nefario latrone repetituri? an etiam tunc[a] quiescetis, cunctaremini, timeretis, cùm respublicā à facinorosissimis sicariis: & à seruis esse oppressam, atque occupatam videretis? Cuius igitur mortem vlciscemini, siquidē liberi esse, [b] & habere rempublicam cogitaretis: de eius virtute viri quid vos, loqui, quid sentire, quid cogitare, quid iudicare oporteat, dubitandum putatis? At [c] verò ipsi illi ipsi parricidæ, quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna, adeò vim facinoris sui perhorruerant, vt, si paullo longior opinio mortis Sextij fuisset, Gracchum illum suum, transferendi in nos criminis causa, occidere cogitarint. Sensit rusticulus non incautus, (neque enim homin's n. quam tacere potuerunt) suum sanguinem quæri ad restinguendam inuidiam facinoris Clodiani: mulioniam [d] penulam arripuit, cum qua primùm Romam ad comitia venerat: mestoria se corbe contexit. Cùm quærerent alij Numerium, alij Quinctium, geminā nomi nis errore seruatus est. Atque hoc scitis omnes, vsque [e] adeò hominem in periculo fuisse, quoad scitum sit Sextium viuere, quod: nisi esset patefactum paullo citiùs, quàm vellem: non illi quidem morte mercenarij [g] sui transferre potuissent inuidiam in quos putabant, sed acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent. Ac, si tunc P. Sextius, iudices, in templo Castoris animam, quàm vix retinuit, edidisset: non dubito, quin si modò esset in republica senatus si maiestas populi Romani reuixisset, aliquādo statua huic ob rempublicam interfecto, in foro statueretur. Nec verò illorum quisquam, quos à maioribus nostris morte obita, positos in illo loco, atq. in rostris collocatos videtis, esset P. Sextio aut acerbitate mortis, aut [h] in rempublicam animo præponendus: qui cùm causam ciuis calamitosi, causam amici, causam bene de republica meriti, causam senatus, causam Italiæ, causam reipublicæ susceptam tuitus esset: cúmque auspiciis, religionique parens obnuntiaret, [i] quod senserat: luce palàm à nefariis pestibus in deorum, hominúmque conspectu esse occisus, sanctissimo in templo, sanctissima in causa, sanctissimo [k] in magistratu [l]. Eius igitur vitam quisquam spoliandam ornamētis esse dicet, cuius mortem ornandam monumento sempiterno putaretis? Homines, inquit, emisti, coegisti, parasti. Quid vti faceret? senatum obsideret? ciueis [m] indēnatos expelleret? bona diriperet? ædes incenderet? tecta disturbaret? templa deorum immortalium inflammaret [n], tribunos plebis ferro è rostris expelleret? prouincias, quas vellet, quibus [o] vellet, venderet? reges appellaret? rerum capitalium condemna tos, in liberas [q] ciuitates per legatos nostros reduceret? principē [r] ciuitatis ferro obsessum teneret? hęc vt efficere posset, quæ fieri, nisi armis oppressa respublica, nullo modo potuerant, idcircò: credo, manum sibi P. Sextius, & copias comparauit. At nondum erat maturum: nondum res ipsa ad eiusmodi præsidia viros bonos compellebat: pulsi nos eramus, non omnino ista manu sola; sed tamen non sine ista: vos taciti mirabamini †. Captum erat forum anno superiore, ede Castoris, tamquam arce aliqua, à tugitiuis occupa-

a *v. c.* iam

b *fort.* & aliquam habere remp.

c L. At verò illi ipsi parricidæ

d L. mulionia campensem ita Prisc. 2.*

e *fort.* vsque eò hom.

f L. quod ni esset p. & *ita v. c.*

g P. XXII. *v. c.* mercenarij.

h L. aut animo in rem & *ita v. c.*

i *Pantag.* renuntiaret quod seruarat*

k sanctissimo tribuno, vt supra dixi.*

l hoc est tribunatu plebis* m *v. c.* ciuis indemnatos

n *v. c.* inflammaret & *ita L.*

o Gabinium & Pisonem*

p Brogitarū de quo 3.*

q Bizantium vt supra*

r Pompeii*

P. E. *fal.* mœrebamini *fal.* mœrebatis †. vos mussabatis.

a L. aliqua dissensione conc.

b L. nulla lege promulgata

c *al.* saginabantur*

P. XXI. d L. is prætor qui seruasse dicebatur. & *ita v. c.*

e *al.* gemere non quæri posset*

f *v. c.* ante lu cem inimicitias?

g Purgare forum Turnebus interpretatur forum infrequens reddere. Manut. legin. fo. rū spurces.*

h L. in foro magistr.

i sancti tribuni quod & apud Florum. 3. c. 15. sacrosancti caput trib. plebis dicitur.*

k L. atque interfationem *& ita v. c.*

‖ Interfatio verò est, interpellatio, obnuntiatio, quod aduersus tribunum plebis ioquē tē facere non licuit*

l Leges sacratæ qui pro libertate populi & ciuium*

m Subaudi corporis oportunū ad mortem. Manutius tamē legit, loco* n *al.* maledicto Titio Sabino *vet.* maledicto Titurio Sabino.* o *vet. Verso.* tempore*

p L. repugnauit. *& ita v. c.*

q Gladiatoribus imperari solebat vt ferrū reciperēt. Cicero 2. Tusc. ferrū recipere iussus gladiator, pro Roscio Amerino totum telum corpore recipere. Seneca 1. de Tranqu. qui ferrum non subducta cervice nec manibus oppositis, sed animosè recipis. Prudentius in *fort.* Periſtephano, ferrum in papillas omne recepero.* respirasset. *vet.* respissset. *vet.* respissset. † *fort. Clodiana.*

a al.filebatis

ta: ferebatis[a]: omnia, hominum, cùm egestate, tum audacia perditorum, clamore, concursu, vi, manu gerebantur: perferebatis. magistratus templis pellebantur. alij omnino aditu, ac foro prohibebantur: nemo resistebat. gladiatores ex prætoris comitatu comprehensi, in senatum introducti, confessi, in vincula conjecti à Milone, missi à Serrano. mentio nulla. forum corporibus ciuium Romanorum constratum cæde nocturna. non modò nulla noua quæstio, sed etiam vetera iudicia sublata. tribunum plebis b plus viginti vulneribus acceptis iacentem, moribundúmque vidistis: alterius c tribuni plebis, diuini hominis (dicam enim quod sentio, & quod mecum sentiunt omnes) diuini, insigni quadam, inaudita, noua magnitudine animi, grauitate, fide præditi, domus est oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano. Et tu hoc loco laudas Milonem, & iure laudas. Quem enim vmquam virum tam immortali virtute præditum dvidimus? qui nullo præmio proposito, præter hoc, quod iam contritum, & contemtum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, summos labores, grauissimas contentiones, inimicitiásque suscepit? qui mihi vnus ex omnibus ciuibus videtur re docuisse, non verbis, quid e oporteret à præstantissimis viris in republica fieri, & quid necesse esset. oportere hominum audacium, euersorum reipublicæ sceleri, legibus, & iudiciis resistere, si leges non valerent, iudicia f non essent, si respublica vi, consenúque audacium, armis oppressa teneretur: præsidio, & copiis defendi vitam & libertatem necesse esse. Hoc sentire, prudentiæ est: facere, fortitudinis: & sentire verò, & facere: perfectæ, cumulatæque virtutis. Addit ad rempublicam tribunus plebis, Milo: de cuius laude plura dicam, non quo aut ipse hæc dici, quàm existimari malit, aut ego hunc laudis fructum præsenti libenter impertiam, præsertim cum verbis consequi non possim: sed quòd existimo, si Milonis causam accusatoris voce collaudaram probaro, vos in hoc crimine parem Sextij causam existimaturos. Adiit igitur T. Annius ad causam reipublicæ, g ficsvt ciuem patriæ recuperare vellet reipublicæ tum simplex causa, constans ratio plena consensionis omnium, plena concordiæ. collegas adiutores habebat: consulis alterius summum studium, alterius animus penè placatus, de prætoribus vnus alienus senatus incredibilis voluntas: equitum R. animi ad causam excitati, erecta Italia, duo soli erant emti ad impediendum: qui si homines despecti h, & contenti, tantam rem sustinere non potuissent: se causam, quam susceperat, nullo labore peracturum videbat. agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinem, agebat exemplo bonorum, & fortium i ciuium: quid respublica, quid se dignum esset, quis ipse esset, quid sperare, quid maioribus suis reddere deberet, diligentissimè cogitabat. Hic grauitati hominis, videbat ille gladiator, se, si moribus ageret, parem esse nō posse: ad ferrum, ad faces, ad quotidianam cædem, incēdia, rapinas, se cū exercitu suo contulit:

b P.Sextius

c DEMILONE.

d vax præditum, abest à v.c.

e L. & quia op. & ita v.c.

f L. si iudicia non essent,

P. XXIII.

g L. sicut qui ciuem patriæ recuperare vellet ereptum. sim. al. sicut oportebat qui ciuē recuperare velles reipublicæ ereptum al. sicut si pariam recuperare vellet reipub. tum vet. & vsu. sicut ciuē par erat qui Rēpub. recuperare vellet. al. despicatis,

h L. ac fortiū ciuium & ita v.c.

A domū oppugnare, itineribus occurre re, vi lacessere, & terrere cœpit. Non mouit hominē summa grauitate, summáque constantia: sed quamquam dolor animi, innata libertas, prompta excellēnsque virtus, fortissimum virum hortabantur, vi vim oblatam, præsertim sæpius, vt frangeret, & refutaret, tanta[a] moderatio fuit hominis, tantum consilium, vt contineret dolorem, neque eádem se re vlciscereturB, qua esset lacessitus: sed illum tot iam funeribus reipublicæ exsultantem, ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis constringere. Descendit ad accusandum. quis vmquam tam propriè reipublicæ causa: nullis inimiciis, nullis præmiis, nulla hominum postulatione, aut etiam opinione, id [c] vmquam esse facturum. fracti erant animi hominis. hoc enim accusante pristini illius sui iudicij turpitudinem desperabat. Ecce tibi consul, prætor, tribunus plebis, noua noui generis edicta proponunt. *Ne reus adsit, ne citetur, ne quæratur, ne mentionem omnino cuiquam iudicium, aut iudiciorum facere liceat.* Quid ageret vir ad virtutem, dignitatem, gloriū natus, vi sceleratorum hominū corroborata, legibus, iudiciísque sublatis? ceruicesC tribunus plebis, priuato, præstantissimus vir profligatissimo homini daret? an causam susceptam affligeret? an se domi, contineret? *Etd vinci turpe putauit, & deterreri.* etiam [e] eripi reiecit: vt, quoniam sibi in illum legibus vti non liceret, illius vim, neque in suo, neq. in reip. periculo pertimescereteD. Quomodo igitur in hoc genere præsidij comparati accusas Sextium, cùm idem laudes Milonem? an qui sua tecta defendit: qui ab aris, focis, ferrum [f] flammámque depellit: qui sibi licere vult turò esse in foro, in templo, in curia: qui vitæ præsidium comparat: qui vulneribus, quæ cernit quotidie, toto corpore, mouetur [g], vt aliquo præsidio caput, & ceruicis, & iugulum, ac latera tutetur. hunc de vi accusandum putas? Quis enim vestrūm, iudices, ignorat. *Ita naturam rerum tulisse, vt quodam tempore homines nō dum neque naturali, neque ciuili iure descripto* h *fusi per agros, ac dispersi vagarentur, tantúmque haberent, quantum manu, ac viribus per cædem, ac vulnera aut eripere, aut retinere potuissent? Qui igitur primi virtute, & consilio præstanti exstiterunt, ij perspecto genere humanæ docilitatis, atque ingenij, dissipatos, vnum in locum congregarunt, eosque ex* i *feritate illa ad iustitiam, atque mansuetudinem traduxerunt. Tū res communem vtilitatem continenteus, quas publicas appellamus, tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt, tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, muento & l diuino, & humano iure, mœnibus sapserūt. Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate, & illam immanem, nihil tam interest, quàm ius, atque vis, horum vtro vti nolimus, altero est vtendum. Vim volumus extingui? ius valeat necesse est, id est, iudicia, quibus omne ius continetur. Iudicia displicent, aut nulla sunt? vis dominetur necesse est.* Hæc [m] vident omnes: Milo & vidit, & fecit, vt ius expediretur, vim depelleret: altero vti voluit, vt virtus audaciam vinceret: altero vsus necessariò est, ne virtus ab audacia vinceretur. Eadémque [n] ratio fuit P. Sextij, si minùs in accusando (neque enim per omneis fuit [o] idem necesse fieri) at certè in necessitate

a L. tanta moderatio fuit hominis tamen, tant. conf. P. B.

b L. quis vmquam tāp ro priè reip. causa? c fort. id est vmquam

d al. At & vinci turpe putauit, & deterreri etiā causam sibi erispi reiecit: vt

e L. esse iam rep. credidit quoniam sibi in illum legibus vti non licet. vim neque in suo, neq. in reip. periculo pertimescere Q. vt. & etiā rep. redeat Aliis italegitur etiā turpe itaque fecit vt quoniā Ant. August. vt turpe reiecit V. sf. etiam eripi reū fecit vt, &c. al. etiam turpe reiecit quod erat secutus, consilium fecit quod erat secundum quoniam &c. f v. c. flamā, ferrūm. q. depellit.

P. XXIII.

g L. moretur & ita v.c.

h v.c. discripto,

i L. feritate & ita v.c.

k L. tum res ad communē vtilitatē pertinentes,

l L. & diuino iure, & hum. & ita v.c.

m v.c. Hoc vident

a Pantag. eadem quoque ratio.

o L. fuit idē fieri necesse) & ita v.c.

tate defendendæ salutis suæ, præsidióque cõtra vim & manum comparando. O dij immortales! quémnam ostẽditis exitum nobis? quam spem reipubl. daris? quotus quisque inuenietur tanta virtute vir, qui optimam quãque causam reip. amplectatur? qui bonis viris deseruiat? qui solidam laudem, verámque quærat? cùm sciat, illa [a] duo reip. pæne fata, Gabinium & Pisonem, alterum haurire quotidie, ex pacatissimis, atque opulentissimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri? bellum inferre quiescentibus, vt eorum veteres, illibatáque diuitias, in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat? villam ædificare in oculis omnium tantam, tuguriũ vt iam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus plebis pictam olim in concionibus explicabat, quo fortissimum, ac summum ciuem in inuidiam homo castus, ac non cupidus vocaret? alterum Thracibus, ac Dardanis primùm pacem maxima pecunia vendidisse? deinde, vt illi pecuniam conficere possent, vexandam[b] his Macedoniam, & spoliandam tradidisse? eundémque bona creditorum, ciuium Romanorum, cum debitoribus Græcis diuisisse? cogere pecunias maximas à Dyrrhachinis, spoliare Thessalos, certam Achæis in annos singulos pecuniam imperauisse: neque tamen vllo in publico, aut religioso loco signum, aut tabulam, aut ornamentum reliquisse? Hos sic illudere, quibus omne supplicium, atque omnis iure optimo pœna debetur? reos esse hos duos, quos videtis? omitto iam Numerium, Serranum, Ælium quisquilias seditionis Clodianæ: sed tamen hi quoque etiam nunc volitant, vt videtis: nec, dum vos de vobis aliquid timebitis, illi vmquam de se pertimescent. Nam quid ego de ædile ipso loquar, qui etiam diem dixit, & accusauit de vi Milonẽ? neque hic tamẽ vlla vmquã iniuria adduceretur, vt eum tali virtute, tantáque firmitate animi se in rempublicam fuisse pœniteat: sed qui hæc vident, adolescentes, quónam suas mentes conferent? ille, qui monumenta publica, qui ædes sacras, qui domos inimicorum suorum oppugnauit, excidit[c], incendit, qui stipatus semper sicariis, sæptus armatis, munitus iudicibus[f] fuit, quorum hodie copia redundat, qui & peregrinam manum facinorosorum concitauit, & seruos ad cædem idoneos emit, & in tribunatu carcerem totum in forum effudit: volitat ædilis: accusat eum, qui aliqua ex parte eius furorem exsultantem repressit. hic, qui se est tutatus sic, vt in priuata re deos penates suos, in [g] republica iura tribunatus, auspiciáque [h] defenderet: accusare eum moderatè, à quo ipse nefariè accusatur, per senatus auctoritatem non est situs[i]. ¶ Nimirum hoc illud est, quod de me potissimùm tu in accusatione quæsisti, *quæ* [k] *esset nostra natio optimatium.* sic enim dixisti. Rem quæris præclaram iuuentuti ad discendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. de qua pauca, iudices, dicam: & [l] vt arbitror, nec ab vtilitate eorum, qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa P. Sextij abhorrebit oratio mea. *Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum, qui versari in republica, atque in ea se excellentius gerere studuerunt:* quibus ex generibus alteri se *populares*, alteri *optimates* & haberi & esse voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda esse volebant, populares: qui autem ita se gerebant, vt sua consilia optimo [a] cuique probarentur, optimates habebantur. Quis [b] ergo optimus iste? quis? de numero, si quæris, innumerabiles, neque enim aliter stare possemus. sunt principes consilij publici: sunt, qui eorum sectam sequuntur: sunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia: sunt municipales, rusticique Romani: sunt negotia[c] gerentes: sunt etiam libertini optimates, numerus, vt dixi, huius generis, late, & varie diffusus est: sed genus vniuersum (vt tollatur error) breui circumscribi, & definiri potest. Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec [e] natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Esto [f] igitur, vt [g] *hi sint* (in quam tu nationem appellasti) *quique integri sunt, & sanam, & bene de rebus domesticis constituti.* Horum qui voluntati, commodis opinioni in gubernanda republica seruiunt defensores optimatium, ipsíque optimates grauissimi, & clarissimi ciues nominantur, & principes ciuitatis. Quid est igitur proposítum his reipub. gubernatoribus, quod intueri, & quò cursum suum dirigere debeant? idquod est præstantissimum, maximéque optabile omnibus sanis, & bonis & beatis, *Cum dignitate otium.* Hoc qui volunt, omnes optimates, qui efficiunt, summi viri, & conseruatores ciuitatis putantur. *Neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita conuenit, vt otio non proficiant: neque vllum amplexari otium, quod abhorreat à dignitate.* Huius autem otiosæ dignitatis hæc fundamenta sunt, hæc membra, quæ tuenda principibus, & vel capitis periculo defendenda sunt: religiones [l] auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iurisdictio, fides, prouinciæ, socij, imperij laus, res militaris, ærarium. Harum rerum tor, atque tantarum esse defensorem, & patronum, magni animi est, magni ingenij, magnáque constantiæ. Etenim *in tanto* [m] *ciuium numero magna multitudo est eorum qui aut propter metum pœnæ, peccatorum suorum conscij, nouos motus, conuersionésque reipublicæ quærunt, aut qui, propter insitum quendam animi* [o] *furorem discordijs ciuium, ac seditione pascantur: aut qui, propter implicationem rei familiaris, communi incendio malint, quàm suo, deflagrare*, qui cùm auctores sunt, & duces suorum studiorum, vitiorúmque nacti, in republica fluctus excitantur, vt vigilandum sit iis, qui sibi gubernacula patriæ depoposcerunt: *enitendúmque omni scientia, ac diligentia, vt conseruatis his, quæ ego paullo antè fundamenta, ac* [p] *membra esse dixi, tenere cursum possint, & capere ortj illum portum, & dignitatis.* Hanc [q] viam, iudices, si aut asperam, aut arduam, aut plenam esse periculorum, aut insidiarum negem, mentiar, præsertim cùm id non modò intellexerim semper, sed etiam præter ceteros senserim. *Maioribus præsidijs, & copijs oppugnatur respublica, quàm defenditur, propterea quòd audaces homines, & perditi, nutu impelluntur: & ipsi etiam sponte sua contra rempublicam incitantur: boni nescio quomodo tardiores sunt, & principijs rerum negletis, ad extremum ipsa denique necessitate excitantur: ita vt nonnumquam cunctatione, ac tarditate, dum etiam, volunt*

a L. duo illa reip. & *ita v. c.*

b L. vexandã his Mac.

c *v. c.* timetis & *v. c.* pertimescunt.

d L. exscidit, f L. audacibus fu. *al.* iudices accusationum ministri.*

P. XXV.

g *al.* in publico metu h L. atque auspicia def. & *ita v. c.*

i Situs à situra est promissus.*

k Digressio de optimatũ natione, partibus, forma* l L. *sepulæ*, & *abest à quib. li. v.*

a L. optimo cui probaret & *ita v. c.*

b L. Qui ergo isti optimates* quis

c L. negotij gerentes: *id est* negotiatores.

d *al.* breuiter.*

e L. neq. natura.

f *al.* Est, *al.* Ei.*

g L. Esto igitur, vt ij sint optimates: (quãtũ n. ap. qui & integri sunt, & sani, &c.

P. B.

h Subaudi optimates.*

i quæ sequuntur ad verbũ Horũ, quibus dam desunt.*

P. B.

k *v. c.* numerantur, & *ita L.*

l Officium optimatũ & popularium.

m seditionũ quæ causæ sedit iosis.*

n L. aut qui propt.

o L. animis.

p L. ac membra otiosæ dignitatis esse.

P. XXVI.

q L. Hanc ego viam.

etiam sine dignitate vetinere, ipsi utrumque amittant. Propugnatores autem reipublicæ qui esse voluerunt, si leuiores sunt, desciscunt: si timidiores, desunt: permanent illi soli, atque omnia reipubl. causa perferunt, qui sunt tales qualis pater tuus, M.[2] *Scaure.* Fuit, qui à Graccho vsque ad C. Marium seditiosis[c] omnibus restitit: quem d nulla vmquam vis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit: aut qualis Qu. Metellus [e], patruus matris tuæ qui cùm[f] florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum censor notasset. cúmque insitiuum[g] Gracchum contra vim multitudinis incitatæ censu h prohibuisset: cúmque in eam legem, quam non iure rogatam iudicaret i, iurare vnus noluisset: de ciuitate maluit, quàm de sententia dimoueri[k], aut, vt vetera exempla, quorum est copia digna huius imperij gloria, relinquam: neve eorum aliquem, qui viuunt, nomine: qualis nuper Qu. Catulus[l] fuit, quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit vmquam de suo cursu, aut spe, aut metu dimouere[m]. Hæc imitamini, per deos immortales, qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quæritis. hæc ampla sunt, hæc diuina, hæc immortalia: hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandantur: posteritati propagantur. Est labor: non nego, pericula magna: fateor. *Multæ insidiæ sunt bonis*: verissimè dictum est. *Sed, te id quod multi insideant, multique experant, Insectia*[n] *sit*, inquit, *postulare, si tu laborem summa cum cura efferas nullum.* Idem alio loco dixit, quod exciperent improbi ciues. *Oderint, dum metuant.* Præclara enim illa præcepta iuuentuti: sed tamen hæc via, hæc ratio reipublicæ capessendæ, olim erat magis pertimescenda cùm multis in rebus multitudinis [o] studium ad populi commodum ab vtilitate reipublicæ discrepabat. *Tabellaria lex* P. ab L. Cassio ferebatur. Populus libertatem agi putabat suam. dissentiebant principes, & in salute optimatium, temeritatem multitudinis, & tabellæ licentiam pertimescebant[q]. *Agrariam*[r] Ti. Gracchus *legem* ferebat. grata erat populo. fortunæ constitui tenuiorum videbantur. nitebantur contra optimates. quòd ea dissidiam excitari videbant: &, cum locupletes possessionibus diuturnis mouerentur, spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur. *Frumentariam*[s] *legem* C.[t] Gracchus ferebat iucunda res plebi Romanæ. vicit enim. suppeditabatur largè sine labore. repugnabant boni, quòd[u] & ab industria plebem ad desidiam auocari putabant, & rarium exhauriri videbatur. Multa etiam, nostra memoria, quæ consul ò prætereo, fuerunt in ea contentione, vt popularis cupiditas à consilio principum dissideret. Nunc[x] iam nihil est, quòd populus à delectis[y], principibúsque dissentiat: nec flagitat rem vllam, neque, nouarum rerum est cupidus, & otio suo, & dignitate optimi cuiusque, & vniuersæ reipublicæ gloria delectatur. Itaque homines seditiosi, ac turbulenti, quia nulla iam largitione populum Romanum concitare possunt, quòd plebs perfuncta grauissimis seditionibus, ac discordiis, otium malle videatur, conductas habet conciones: neque id agunt, vt ea dicant, aut ferant, quæ illi velint audire, qui in cõcione sunt: sed prætio, ac mercede perficiunt, vt quidquid dicãt, id illi velle audire videãtur. Num vos existimatis, Gracchos, aut Saturninum, aut quemquam illorũ veterum, qui populares habebantur, vllum vmquã in concione habuisse conductum? nemo habuit. ipsa enim largitio, & spes commodi proposiri, sine mercede vlla multitudinem concitabat. Itaque temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graues, & honestos homines, sed populi iudiciis, atq. omni significatione florebant. his in theatro plaudebatur: hi suffragiis, quod contenderant, õsequebantur. horũ homines, nomẽ, orationẽ, vultum, incessum amabãt. Qui autem aduersabãtur ei generi: graues[a], & magni homines habebantur: sed valebant in senatu multùm, apud bonos viros plurimùm: multitudini iucundi non erant suffragiis offendebatur sæpe eorum voluntas: plausum verò etiã si quis eorum aliquando acceperat, ne quid peccasset, pertimescebat. Attamen, si qua res erat maior, idem ille populus, horum auctoritate maximè commouebatur. Nunc, nisi me fallit in eo statu ciuitas est, vt, [b] si operas conductorum remoueris, omneis idem de republica sensuri esse videantur. ¶ Etenim[c] *tribus locis significari maximè populi Romani iudicium, ac voluntas potest, concione, comitiis, ludorum gladiatorumque consessu.* ¶ Quæ concio fuit per hos annos, quæ quidem esset non conducta, sed vera, in qua populi [d] Romani consensus perspici posset? Habitæ sunt multæ de me à gladiatore sceleratissimo, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer: nemo illum fœdum vultum adspicere, nemo furialem vocẽ bonus audire poterat. Erant, erant illæ conciones perditorum hominum necessariò tutæ. Habuit de eodem me P. Lentulus consul concionem. concursus est populi Romani factus: omnes ordines, tota in illa concione Italia constitit. egit causam summa cũ grauitate, copiáque dicendi, tanto silentio, tãta approbatione omnium, nihil vt vmquam videretur tam populare ad populi Romani aureis accidisse. Productus est ab eo Cn. Pompeius, qui se non solùm auctorem meæ salutis, sed etiam supplicem populo R. exhibuit. huius oratio & [e] pergrauis, & grata concioni fuit. sic contendo, nũquam neque sententiam eius, auctoritate, neque eloquentiam iucunditate fuisse maiorem. [f] Quo silentio sunt audiri de me ceteri principes ciuitatis? quos ideirco nõ appello hoc loco, ne mea oratio, si minùs de aliquo dixero, ingrata: si satis de omnibus, infinita esse videatur. Cedò nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo Martio concionem. Quis nonẽ modò approbauit, sed non in [g] dignissimum facinus putauit, illum non dicam loqui, sed viuere, ac spirare [h]? quis fuit, qui non eius voce maculari rempublicam: séque, si eum audiret, scelere adstringi arbitraretur? ¶ Venio ad *comitia* [i] siue *magistratuum* placet, *siue legum. Leges* videmus sæpe ferri multas omitto eas, quæ feruntur ita, vix vt quini, & hi ex aliaꝰ tribu, qui suffragiũ ferãt, reperiantur. De me, quem tyrannum, atque ereptorem libertatis esse dicebat, in illa ruina reipub.

a Cicero pro Rabirio Appianus ciuil. 1.3. Valerius 2.7. Plinius c. 72. de viris il lustribus.*

b *al.* Qui vt hic fuerit Q. Varius Hispanus, qui patrẽ Scaurũ accusauit.*

c Opimium contra Gracchũ: Marium contra Cimbros & Saturninum priuato consilio armauit. *Plin. illo loco.**

d L. quẽ num quam vllavis vllæ m. vlla inuid.

P. B.

e Numidicus, de quo sup.*

f Idem Plin. c. 47. de viris illustribus.*

g Insitiuum Gracchum vocat Quinctil. qui se liberij Graccki filiũ mẽtiebatur, Plinius *ideo lo metuant.*

h Censoris officium fuit in ter cætera cẽ su prohibere.*

i L. iudicarat.

k L. demouerit de ciuil. more te v. 9. Valer. 12.

m L. demouere.

n *al.* In c ta sunt. *al.* Insectum sit. *al.* Insitia sit *al.* Stultitia sit*

o L. multitudinis studiũ, & populi cõ. p Legis Tabellariæ, Cassiæ mentio fit in Bruto & 3. de legibus.*

q L. Agrariã legẽ Ti. Gracchus ferebat.

r Lex Agraria. quæ & Sẽpronia, Orat. agraria in Rullum: frumentaria in Bruto. adde Horum 8. Appianum 1. ciuil. Plutarc.*

s Lex Frumẽtaria C. Gracchi vt semissem & triente frumentũ populo daretur, Liuius 50. Plutarchus in Gracchis Plinius 65. de viris illustribus.* t de quo vide Plutarchum in Gracchis. 3. Flor. 15. Appianum 1. ciuilium Liu. 60. 61. Vell. 2 & alios.* u Legis Frumentariæ inutilitas.* x L. Nunc autem nihil est. y *al.* dilectis.*

reipublicæ dicit se legem tulisse. Quis est, qui se, cùm contra me ferebatur, iniisse suffragium confiteatur? cùm autem de me eodem ex senatusconsulto, comitiis centuriatis, ferebatur, quis est, qui non profiteatur se affuisse, & suffragium de salute mea tulisse? Vtra igitur causa popularis debet videri: in qua omnes honestates [a] ciuitatis, omnes ætates, omnes ordines vnà consentiunt? an [b] in qua furiæ concitatæ, tanquam ad funus reipublicæ conuolant? An, sicubi aderit Gellius [c], homo & fratre indignius, viro clarissimo, atque optime consule, & ordine equestri, cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit: id erit populare? est enim homo iste populo Romano deditus. Nihil vidi magis, qui cum eius adolescentia in amplissimis honoribus summi viri, L. Philippi, vitrici, florere potuisset, vsque eò non fuit popularis, vt bona solus comesset. deinde ex impuro adolescente, & petulante, posteàquam rem paternam ab idiotarum diuitiis ad philosophorum regulam perduxit: Græculum se atque otiosum putari voluit: studio litterarũ se [e] subitò dedidit. Nihil sanè arte iuuabatur. anagnostes [g], libelli etiam pro vino sæpe oppignerabãtur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Itaque semper versabatur in spe rerum nouarum: otio, & tranquillitate reipublicæ conseneſcebat. Ecquæ [h] seditio vmquam fuit, in qua non ille princeps? ecquis seditiosus, cui ille non familiaris? ecquæ [i] turbulenta concio, cuius ille non concitator? cui bene dixit vmquam bono? benedixit? immò, quem fortem, & bonum ciuem non petulantissimè est insectatus? qui, vt credo, non libidinis causa, sed vt plebicola [k] videretur, libertinam [l] duxit vxorem. Is de me suffragium tulit, is affuit, is interfuit epulis, & gratulationibus parricidatum [m]. in quo tamen est [n] ne vllus cum illo ore inimicus est meus suauiatus. qui, quasi mea culpa bona perdiderit, ita ob eam ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet. Verùm ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu comedisti? quid? tu meo periculo, gurges, ac vorago patrimonij, heluabare: vt, si ego consul rempublicam contra te, & gregales tuos defendissem, in ciuitate esse me nolles? te nemo tuorum videre vult: omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt: te sororis filius Postumus, adolescens grauis, senili iudicio, notauit, cùm [o] in magno numero tutorem liberis non instituit. Sed elatus odio, & meo, & reipublicæ nomine, quorum ille vtri sit inimicior, nescio, plura dixi, quàm dicendũ fuit, in furiosissimum, atque egentissimum ganeonem. Illuc reuertor: contra me cum sit actum, capta vrbe, atque oppressa, Gellium, Fitmidium, Titium, eiusdem modi furias, illis mercenariis [p] gregibus duces, & auctores fuisse, cùm ipse lator nihil ab horum turpitudine, audacia, sordibus abhorreret. At, cùm de dignitate mea ferebatur, nemo sibi nec valetudinis excusationem, nec senectutis, satis iustam putauit. nemo fuit, qui se non rempublicam mecum simul reuocare in suas sedes arbitraretur. Videamus nunc comitia magistratuum. Fuit *collegium* nuper *tribunitium*, in quo tres minimè, vehementer duo populares existimabantur. ex his, qui populares non habebantur, quibus in illo genere conductarum concionum consistendi potestas non erat, duos [a] à populo Romano prætores video esse factos: &, quantum [b] sermonibus vulgi, & suffragiis intelligere potui, præse populus Romanus ferebat, sibi illum in tribunatu Cn. Domitij animum constantem, & egregium, atque [c] Qu. Ancharij fidem, ac fortitudinem, etiam si nihil agere potuisset, tamen voluntate ipsa gratum [d] fuisse. Iam de C. Fannio quæ sit existimatio, videmus: quod iudicium populi Romani in honoribus eius futurum sit, nemini dubium esse debet. Quid? populares illi duo quid egerunt? alter, qui tamen se continuerat, tulerat nihil: senserat tantùm de republica aliud, atque homines exspectabant, vir & bonus, & innocens, & bonis viris semper probatus: quòd parùm videlicet intellexit in tribunatu, quid verò populo probaretur, & quòd illum esse populum Romanum, qui in concione erat, arbitrabatur, non tenuit eum locum, in quem, nisi popularis esse voluisset, facillimè peruenisset. alter, qui ita se in populari ratione iactarat, vt auspicia, legem [e] Æliam, senatus auctoritatem, consulem, collegas, bonorum iudicium, nihil [f] putaret, ædilitatem petiuit cum bonis viris, & hominibus primis, sed non præstantissimis opibus, & gratia tribum suam non tulit: Palatinam denique, per quam omnes illæ pestes vexare populum Romanum dicebantur: perdidit: nec quidquam illis comitiis, quod boni viri vellent, nisi repulsam, tulit. Videtis igitur, populum ipsum, vt ita dicam, iam non esse popularem, qui ita vehementer eos qui populares habentur, respuat: eos autem, qui ei generi aduersantur, honore dignissimos iudicet. ¶ Veniamus *ad ludos*. Facit enim, iudices, vester in me animorum, oculorúmq. contuitus [g], vt mihi iam licere putem remissiore vti genere dicendi. *Comitiorum, & concionum significationes, interdum veræ sunt, nonnumquàm vitiatæ, atque corruptæ: theatrales, gladiatoriique consessus, dicuntur omnino solere, leuitate nonnullorum, emtos plausus & exiles, & raros excitare.* attamen facilè est, cùm id fit, quemadmodum, & à quibus fiat, & quid integra multitudo faciat, videre. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi ciuium maximè applaudatur? neminem vestrum fallit. sit hoc sanè leue: quod non ita est, quoniam [h] optimo cuique impertitur: sed, si est leue, homini graui leue *esse: ei vero, qui pendet à* [k] *rebus leuissimis: qui rumore, & (vt ipsi loquuntur) fauore populi tenetur, & ducitur: plausum, immortalitatem: sibilum, mortem videri necesse est.* Ex te igitur, Scaure, potissimùm quæro, qui ludos apparatissimos [l], magnificentissimósque feceris, ecquis istorum popularium tuos ludos adspexerit: ecquis se theatro, populóque Romano commiserit. Ipse ille maximè ludius [m], non solùm spectator, sed actor, & acroama: qui omnia sororis embolia [n] nouit: qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur: ne tuos ludos adspexit in illo ardenti tribunatu suo, nec vllos alios, nisi eos, à quibus vix viuus effugit. Semel, isiquam, se ludis homo popularis commisit omnino, cùm in templo Virtutis honos habitus esset Virtuti, C. que Marij, conseruatoris huius imperij, monumentum, municipi eius, & reipublicæ defensori, sedem ad

[a] L. atque ciuitatis omnes ord.
[b] L. an in quam.
[c] de quo multa hic ad fer.
[d] Pantagath. delicias.*
[e] al. se subito dedit.*
[f] L. Attæ iuuabant, anagn. ‖ & ita quoque Vitruuius vt ad Attam refert eundémq. poetam. Alij legunt, arte iuuabatur, vel arte adiuuabatur, vel cuartæ adiuuabant. al. Nihil sanè te iuuabant anagnostæ. Panthag. à re.*
[g] Anagnostæ lectores.*
[h] L. Ecqua.
[i] L. Ecquæ.
[k] L. popicola.
[l] Nuptiæ cũ libertina.*
[m] L. parricidarum.
[n] L. est me vltus, cùm illo ore inimicos est meos suauiatus. ‖ Illo ore inquisubaudi impatissimo. Turneb. ita legit in quo tamè nullus tũ illũ ore, inimicus est meus suauiatus, Pantagathus. in quo tamè est me vltus, cum illo ore inimicum est mecum ore suauiatus. al. In quo tamè quid esset quamobrem inimicus illi esset meus qui quæst.*
[o] Notari videtur, qui à proximis tutor liberis non datur.*
[p] vel. mercenariis.

[a] L. duos à populo. & infra c.
[b] L. quantum ex sermonib.
[c] L. & Q. Ancharij fid.
[d] L. gratum f.
P. XXIX.
[e] Legem Æliam de obnuntiatione intelligit, cuius meminit oratione pro domo, de Haruspicum respons. & in Vatinium.*
[f] al. nihil putaret,
[g] L. confessus. Iuuenalis.
P. B.
[h] al. quidquido.*
[i] al. ei qui pendet.
[k] al. qui rebus.*
[l] M. Scaurus Ædilis, ad Scaurum theatri temporarij & vix vno mense futuri sumptu 360. colummas transportari curauit. 36. Plin. 2. Idem induxit scænæ exquisitum genus vestis. 2. Mahr. 2.*
[m] Ludius vir de dictus vide apud Valer. 2. c. 4.*
[n] Embolia, versus intercalares, & instrumentum. Isidorus hic verò obscenè vsus.

salutem præbuisset. Quo quidem tempore, quid populus Romanus sentire se ostenderit, utroque in genere declaratum est: primò, cùm, audito S.C.ore[a] ipsi, atque absenti senatui plausus est ab vniuersis datus: deinde, cùm senatoribus singulis spectatum è senatu redeuntibus. Cùm verò ipse, qui ludos faciebat, consul assedit: stantes, &, *manibus* [b] *passis*, gratias agentes, & lacrymantes gaudio, suam erga me beneuolentiam[c], ac misericordiam declararunt. At, cùm ille furibundus, in cuiata illa sua vecordi mente, veniisset: vix se populus Romanus tenuit: vix homines odium suum à corpore eius impuro [d] atque infando repressérunt. voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt. Sed quid ego populi Romani animum, virtutémque commemoro, libertatem iam ex diuturna seruitute respicientis in eo homine, cui tum petenti iam ædilitatem ne histriones quidè coràm sedenti pepercerunt? Nam[e] cùm ageretur Togata [f], Simulans[g], vt opinor, caterua tota clarissima [h] contentione in ore imputi hominis imminens concionata est. *Huic vitæ tuæ------&* i. *Post principia, atque* [k] *exitus vitiosæ vitæ.* Sedebat exanimatus: & is, qui antea cantorum conuicio [l] conciones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus eiiciebatur. Et, quoniam facta mentio est ludorum, ne illud quidem prætermittam, *in magna varietate sententiarum, nunquam vllum fuisse locum, in quo aliquid à poeta dictũ, cadere in tempus nostrum videretur, quod aut populum vniuersum fugeret, aut non exprimeret ipse actor.* Et quæso, hoc loco, iudices, neque me leuitate ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis, si de poetis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar. Non sum tam ignarus, iudices, causarum, non tam insolens[m] in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omneis vndique flosculos carpam, atque delibem. Scio, quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio, quid illi [n] conuentus, quid dignitas P. Sextij, quid periculi magnitudo, quid ætas, quid honos meus postulet. Sed [o] mihi sumsi hoc loco doctrinam quandam iuuentuti P, qui essent optimates. in ea explicanda demonstrandum est, non esse populareis omneis eos, qui putétur. Id facillimè consequar, si vniuersi populi iudicium verum, & incorruptum, &, si intimos sensus ciuitatis expressero. Quid fuit illud, quòd, recenti nuntiò de illo S. C. quod factum est in templo Virtutis, ad ludos, scenámque perlato, consessu maximo, summus artifex, & mehercule semper partium in republica, tanquam in scena, optimatium[q], flens, & recenti lætitia & misto dolore, ac desiderio mei, egit apertè multo grauioribus verbis meam causam, quàm egomet de me agere potuissem? summi enim poetę ingenium non solùm arte sua, sed etiam dolore exprimebat.

Quam [r] *enim certo animo qui rempublicam adiuuerit, fleterit cum Achiuis.* Vobiscum me flesse dicebat, vestros ordines demonstrabat, reuocabatur ab vniuersis.

Re dubia, nec dubitarit vitam offerre, nec capiti pepercerit.

Hæc quantis ab illo clamoribus agebantur? cùm iam, omisso gestu, verbis poetæ, & studio actoris, & exspectationi nostræ plauderetur? (nam illud ipse actor adiungebat amico animo: & fortassis homines propter aliquod desiderium approbabant) *summo ingenio præditũ.* Tum illa quanto cum gemitu populi Ro. ab eodem paullo pòst in cadè fabula sunt acta?

O pater.

Me, me ille absentem, vt patrẽ deplorandum putarat[a], quem Qu. Catulus[b], quem multi alij sæpe in senatu patrem patriæ nominarant. Quanto cum fletu de illis nostris incendiis, ac ruinis, cùm patrem pulsum, patriam afflictam deploraret, domum incensam, euersámque? sic egit, vt demonstrata pristina fortuna, cùm se conuertisset,

Hæc omnia vidi inflammari:

fletum etiam inimicis, atque inuidis excitaret. Prò, dij immortales! quid? illa quemadmodum dixit idem? quæ mihi quidem ita & acta, & scripta videntur esse, vt vel à Catulo, si reuixisset, præclarè posse dici viderentur. is enim liberè reprehendere & accusare populi nonnumquam temeritatem solebat, aut errorem senatus:

O ingratifi. i Argiui, inanes Graij, immemores beneficij.

Non erat illud quidem verum. non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem à quo acceperã[a], nõ liceret: nec vnus in quemquam vmquam gratior, quàm in me vniuersi. sed tamen illud scripsit disertissimus poeta pro [c] me: egit fortissimus actor, non solùm optimus, de me, cùm omnes ordines demonstraret, senatum, equites R. vniuersum populum Romanum accusaret.

Exsulare finitis. finisti.u [d] *pelli, pulsum patrimini.* Quæ tum significatio fuerit omnium, quæ declaratio voluntatis ab vniuerso populo R. in causa hominis nõ popularis[e] audiebamus: existimare [f] facilius possunt, qui adfuerunt. Et, quoniam me hinc prouexit oratio, histrio casum meum toties collacrymauit, cùm ita dolenter ageret causam meam, vt vox eius illa præclara, lacrymis impediretur. neq. poetæ, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt: eáque populus Ro. non solùm plausu, sed etiam gemitu suo compro bauit. Vtrùm igitur hæc Æsopum potiùs pro me, aut Accium dicere oportuit, si populus R. liber esset, an principes ciuitatis? Nominatim sum appellatus in Bruto.

Tullius, qui libertatem ciuibus stabilierat.

millies reuocatum[g] est. Parúmne hi videbatur populus R. iudicare, id à me, & à senatu esse constitutum, quod perditi ciues sublatum per nos criminabantur? Maximum verò populi R. iudicium vniuerso *consessu* [i] *gladiatorio* declaratum est. erat enim munus Scipionis, dignum & eo ipso, & illo Qu. Metello, cui dabatur. Id autem spectaculi genus erat quod omni frequentia, atque omni genere hominum celebratur: quo multitudo maximè delectatur. In hunc consessum P. Sextius trib. pl. cùm ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit, & se populo dedit, non plausus cupiditate, sed vt ipsi inimici nostri voluntatem vniuersi populi viderent. venit (vt sciti s) ad columnam [k] Mæniam. tantus est ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, vt numquam maior consensio, aut apertior populi R. vniuersi fuisse vlla in causa diceretur. Vbi erant tum illi concionum moderatores,

[a] L. auctori ipsi, atque absenti. *al.* præconi ipsi. *al.* consuli ipsi.*
[b] Manibus passis gratias interdum agebant.
[c] v.c. beniuol.
[d] v.c. impuro,
[e] Fabula in Clodium. Imò non Fabula, sed ex fabula acta locus ipsi gnis aduersus Albinouanum.*
[f] Togata *nomen Comediæ. Lambinus reuocat* Telamon.*
[g] Simulans nomen comœdiæ ab Afranio scripta. quæ citatur à Nonio.*
[h] clarissima concentione.
[i] L. post, Princip.*
[k] *al.* ecqui exitus otiosæ vitæ.*
[l] *Panagath.* comitio.*
[m] *al.* insolés dicendo.
[n] *al.* ille.*
[o] *forr.* sed quia mihi *forsit* inuenien di pro iuuenuti.*
[p] *forr.* inuenciendi *vt s.*
P. B.
[q] L. optimasum,
[r] L. Quid enim? Qui réperto animo adiuuarit. fleterit cum Archiuis v.
[a] L. putabat.
[b] *vel vt Plutarchus & Appianus* M. Cato *vbi vires que in eo laſſus eſt.**
[c] L. pro Telamone,
[d] L. fisti s p.
[e] L. equidem audiebam: exist.
[f] *al.* æstimare.
[g] *forr.* recitantem *vel* repetitum.*
[h] *al.* Parúmne videbatur populus R.
[i] Confessus gladiatorius.*
P. B.
[k] De columna Mænia dictum in Verrinis.*

Summum amicum, summo in bello--

deratores, legum domini, ciuium expulsores? aliúsne est aliquis improbis ciuib. peculiaris populus, cui nos offensi [a], inuisique fuerimus? Equidem existimo, nullum [b] tempus esse frequentioris populi, quàm illud gladiatorium: neque concionis [c] vllius, neque verò vllorum comitiorũ. Hęc igitur innumerabilis hominum multitudo, hæc populi R. tanta significatio, sine vlla varietate vniuersi, cùm illis ipsis diebus de me actum iri putaretur, quid declarauit, nisi optimorum ciuium salutem, & dignitatem, populo R. caram esse vniuersò? Atverò & ille tribunus pl. qui de me, non patris, aui, proaui, maiorum denique suorum omnium, sed Græculorum instituto, concionem interrogare solebat, *Vellétne me redire?* &, cùm erat reclamatum semiuiuis mercenariorum [e] vocibus, populum R. negare dicebat: is, cùm quotidie gladiatores spectaret, numquam est conspectus, cùm veniret, emergebat [f] subitò, cùm sub tabulas subrepserat, vt

Mater te appello--

dicturus videretur. Itaque illa via latebrosa, qua spectatum ille veniebat, Appiam [g] vocabatur. qui tamen, quoquo tempore conspectus erat, non modò gladiatores, sed equi ipsi gladiatorum repętinis sibilis extimescebant. Videríne igitur, quantũ inter populum R. & concionem interfit? dominos concionum omni odio populi notari? quibus autem consistere in operarum concionibus non liceat, eos omni populi R. significatione decorari? Tu mihi etiam M. Atilium Regulum commoras, qui [h] redire ipse Karthaginem sua voluntate ad supplicium, quàm sine iis captiuis, à iquibus ad senatum missus erat, Romæ manere maluerit? & mihi negas optandũ reditum fuisse per familias comparatas, & homines armatos? Vim scilicet ego desideraui, qui, dum vis fuit, nihil egi, & quem, si vis non fuisset, nulla res labefactare potuisset? ¶ Hunc ego reditum repudiarem, qui ita florens fuit, vt verear, nequis me studio gloriæ putet id circo exisse, vt ita redirem? Quem enim vmquam senatus, ciuem, nisi me, nationibus exteris commendauit? cuius vmquam propter salutem, nisi meam, senatus publicè sociis populi R. gratias egit? de me vno P. C. decreuerunt, *Vt, qui prouincias cum imperio obtinerent, qui quæstores, legatique essent, salutem, & vitam meam custodirent.* In [l] mea vna causa post Romam conditam factum est, vt litteris consularibus ex senatusconsulto, cuncta ex Italia, *omnes* [m], *qui rempublicam vellent, conuocarentur.* Quod numquam senatus in vniuersę reip. periculo decreuit, id in vnius mea salute conseruanda decernendum putauit. Quem curia magis requisiuit? quem forum luxit? quem æque ipsa tribunalia defenderunt? Omnia discessu meo deserta, horrida, muta, plena luctus, & mœroris fuerunt. Quis est Italię locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ, testimonium dignitatis? Nam [n] quid ego illa de me diuina senatusconsulta commemorem? vel quod in templo Iouis optimi maximi factum est, cùm vir [o] is, qui tripartitas [p] orbis terrarum oras, atque regionis tribus triumphis adiunctas huic imperio notauit, de scripto sententia dicta, mihi vni testimonium *patriæ conseruatæ* dedit: cuius sententiam ita frequentissimus senatus secutus est, vt vnus dissentiret hostis: ídque ipsum tabulis publicis mandaretur, ad memoriam posteri temporis sempiternam: vel quod est postridie decretum in curia, populi ipsius R. & eorum, qui ex municipiis conuenerant, admonitu, *ne quis de cælo seruaret?* ne quis moram vllam afferret? si quis aliter fecisset, eum planè euersorem reip. fore, ídque senatum grauissimè latorum: & vt statim de eius facto referretur? Qua grauitate sua, cùm frequens senatus nonnullorum scelus, audaciámque tardesset: tum illud addidit, nisi diebus quinq. quibus agi de me potuisset, non esse actum, redirem in patriam, dignitate omni recuperata. Decreuit eodem tempore senatus, Vt iis, qui ex tota Italia salutis meę causa conuenerant, agerentur gratiæ: atque [a] vt iidem ad [b] res redeuntes, vt venirent, rogarentur. Hæc erat studiorum in mea salute contentio: vt ij, qui à senatu de me rogabantur, iidem senatui pro me supplicarent. Atque ita in his rebus vnus est solus inuentus, qui ab hac tam impensa voluntate bonorum palàm dissideret, vt etiam Q. Metellus consul, qui mihi vel maximè ex magnis contentionibus reip. fuisset inimicus, de mea salute retulerit. Qui [c] excitatus summa cum auctoritate, P. Seruilij quadã grauitate dicendi, cùm ille omneis propè ab inferis euocasset Metellos, & ad illius generis, quod sibi cum eo commune esset, dignitatem, propinqui sui mentem à Clodianis latrociniis reflexisset: cúmque eum ad domestici exempli memoriam, & [d] ad vnum dicto citius Metelli casum vel gloriosum, vel grauem conuertisset: collacrymauit [f], vt vir egregius, ac verè Metellus, totúmque se P. S. Seruilio dicenti etiam tum tradidit: nec illam diuinam grauitatem, plenam antiquitatis, diutius homo eiusdem sanguinis potuit sustinere, & mecum absens beneficio [h] rediit in gratiam. Quod certè, *si [i] est aliquis* [k] *sensus in morte* præclarorum virorum, cùm omnibus Metellis, tum verò vni viro fortissimo, & præstantissimo ciui, gratissimum, fratri suo fecit, socio laborum, periculorum, consilior m meorum. Reditus verò meus qui fuerit, quis ignorat? quemadmodum mihi aduenienti tanquam totius Italię, atque ipsius patriæ dex teram porrexerint Brundisini? cùm ipsis nonis [l] Sext. idẽ dies aduentus mei fuisset, qui [m] reditus [n] natalis: idem charissimæ filiæ? quàm ex grauissimo tum primùm desiderio, luctúque conspexi: idem etiã ipsius coloniæ Brundisinæ [o]: idem P. vt scitis? cúmque me domus eadem optimorum, & doctissimorum virorum, Lentuli Flacci & patris, & fratris eius lætissima accepisset, quæ proximo anno mœrens receperat, & suo præsidio, periculóque defenderat? cúmque itinere toto vrbes Italię festos dies agere aduentus mei videbantur? viæ multitudine legatorum, vndique missorum celebrantur? ad vrbem accessus incredibili hominum multitudine, & gratulatione florebat? iter à porta, in Capitolium adiectus, domum reditus erat eiusmodi, vt summa in lætitia illud dolerem, ciuitatem tam gratam, tam miseram, atque oppressam fuisse? Habes igitur, quod ex me quæsisti, qui essent optimates. non est natio, vt dixisti, quod ego verbum agnoui: est enim illius, a quo vno

a *al.* infensi*
b Gladiatorum ludis summa fuit frequentia.*
c Concio à comitiis distinguitur, vt de Gellium*
d *L.* At verò ille trib.
e v. c. mercenariorum voc.
f *al.* sed emergebat subito.
g *fort.* Atilia ram voc.
P. XXXII.
h De Attilio Regulo alias dixi.*
i *al.* de *
k REDITVS Ciceronis causæ & adiuncta.*
l L. In vna mea causa.
m De hac formula dixi oration. post reditum
P. B.
n *al.* Nam quid ego diuina illa de me sen.
o Pompeius
p L. tripertitas] videtur hoc sumptum ex vetere poeta.*
a *L.* atque vt iidem, ad illam diem res cum re dissent vt venirent, rogarentur.
b Redire ad res vel ad res redire, quid esset dixi in orat. post reditum.
c L. Qui excitatus cum summa auctoritate P. Seruil. tum incredibili quad. gr.
d *vel* auctoritate vestra, tunc P. Seruilio.*
P. XXXIII.
e *L.* & ad Numidici illius Metelli c. *al.* & ad vnius Numidici Metelli casum.*
f L. collacrymauit vir
g L. P. Seruilio etiam tum dicenti tradidit.
h *al.* beneficio suor.
i veteres in mentione defunctorum iisdem fere vtebantur loquebantur *adde Philippica vbi dixi 9. & 4 famil.*
k *al.* aliqui sens.
l confer locum 4. epist. ad Attic.*
m L. qui, reditus natalis idem carissimæ fil.
n *Petr. Fab. Thol.* reditus? natalis idem carissimæ filiæ? *&* post B. undisimæ dies. *Pantagathus*, qui natalis idem carissimæ filiæ (quam ego grauissimo, tum primum, de fide rio luctúque conspexi) idẽ etiam ipsius coloniæ Brundusinæ idem & salutis: vt salutis Augurium in Quirinali, vicinũ Atticæ vocetur. *adde 4. ad Attic.**
o *l.* Brundusinæ dier. dixi. *Cuias.* Brundisinæ
p L. idem salutis, vt rebus

maximè P.Sextius se oppugnari videt, hominis eius, qui hanc nationem deleri, & è conciui cupiuit: qui C.Cæsarem, mitem hominem, & à cæde abhorrentem, sæpe increpuit, sæpe accusauit, cùm affirmaret, *illum numquam, nisi hæc natio viueret, sine cura futurum.* nihil profecit de vniuersis: de me agere non destitit: me oppugnauit primùm per indicem [a] Vettium, quem in concione de me, & de clarissimis viris interrogauit. in quo tamen eos ciueis coniunxit eodem periculo, & crimine, vt à me inierit gratiam, quòd me cum amplissimis, & fortissimis viris congregauit. Sed postea mihi, nullo meo merito, nisi quod bonis placere cupiebam, omneis est insidias sceleratissimè machinatus. Ille ad eos, à quibus audiebatur, quotidie aliud [b] defecti afferebat: ille hominem mihi amicissimum, Cn.Pompeium, monebat, vt meam domum metueret, atque [c] à me ipso caueret: ille se sic cum inimico meo copularat, *vt illum meæ proscriptionis*, quam adiuuabat Sex. Clodius, homo its dignissimus, quibuscum viuit, *tabulam esse, se scriptorem diceret*: ille vnus ordinis nostri discessu meo, luctu vestro palàm exsultauit. de quo ego, cùm quotidie rueret, verbum feci, iudices, numquam: neque putaui, cùm omnibus machinis, ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnater, de vno sagittario me queri conuenire. Acta [d] mea illi displicere, quis nescit? qui legem [e] contemnat, quæ dilucidè *vetat, Gladiatores biennio*, [f] *quo quis petierit* g, *aut petiturus sit* h, *dare*? In quo eius temeritatem satis mirari, iudices, non queo. facit apertissimè contra legem: facit is, qui neque elabi ex iudicio iucunditate sua, neque emitti gratia potest: neque opibus, & potentia leges, ac iudicia pertringere. Quæ res hominem impellit, vt sit tam intemperans? ista nimia gloriæ cupiditate familiam gladiatoriam, credo, nactus est, speciosam, nobilem, gloriosam. notat studia populi: videbat clamores, & concursus futuros. Hac exspectatione elatus homo, flagrans cupiditate gloriæ, tenere se non potuit, quin hos gladiatores induceret, quorum eniet ipse pulcherrimus. Si ob eam causam peccaret, & pro recenti populi Romani in se beneficio, populari studio elatus: tamen ignosceret nemo. cùm verò ne de venalibus [i] quidem homines electos, sed ex ergastulis [k] emtos, nominibus gladiatoriis ornarit, & sortitò alios Samnites, alios Prouocatores fecerit: tanta licentia, tanta legum contemtio ne non habitura sit exitum, non pertimescit? Sed habet defensiones duas: primum, *Do*, inquit, *bestiarios*: lex est scripta *de gladiatoribus*. Festiue. Accipite aliquid [m] etiam acutius. dicit se non gladiatores, sed vnum [n] gladiatorem dare, & totam ædilitatem in munus hoc transtulisse. Præclara ædilitas. vnus leo. ducenti bestiarij. Verùm vtatur hac defensione: cupio eum suæ causæ confidere. Solet enim tribunos pleb. appellare, & vi iudicium disturbare, cùm diffidit. quem non tam admitror [o], quod meam legem contemnat, hominis inimici, quàm [p] quòd se statuit omnino consularem legem nullam putare. Aciliam [q] Didiam [r], Liciniam, Iuniam [s] contemsit. Etiámne eius, quem sua lege, & suo beneficio ornatum, munitum, armatum solet gloriari, C.Cæsaris legem de pecuniis repetundis non putat esse legem? Et aiunt, alios esse, qui acta Cæsaris rescindant, cùm hæc optima lex, & ab illo socero eius, & ab hoc affecta negligatur? Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos iudices, vt aliquando essetis seueri, aliquando medicinam adhiberetis reip. Non est ea medicina, cùm sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina est ista, & crudelitas. hi medentur reipub. qui exsecant pestem aliquam, tanquam strumam ciuitatis. ¶ Sed, vt [a] extremum habeat aliquid [b] oratio mea, & vt ego antè dicendi finem faciam, quam vos me tam attentè audiendi, concludam illud de optimatibus, eorúmque principibus, ac reip. defensoribus: vósque, adolescentes, &, qui nobiles estis, ad maiorum vestrorum imitationem *excitabo* [c], & qui ingenio, & virtute nobilitatem potestis consequi, ad eam rationem, in qua multi homines noui & honore, & gloria flornerunt, cohortabor. *Hæc est vna via, mihi credite, & laudis, & dignitatis, & honorum: à bonis viris, sapientibus, & bene natura constitutis, laudari, & diligi: nosse descriptionem* [c] *ciuitatis, à maioribus nostris sapientissimè constitutam: qui* [d] *cùm regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creauerunt, vt consilium senatus reipublicæ proponerent* [e] *sempiternum: deligerentur autem in id consilium ab vniuerso populo, aditúsque in illum summum ordinem omnium ciuium industria, ac virtuti pateret. senatum* [f] *reipublicæ custodem, præsidem, propugnatorem collo cauerunt: huius ordinis auctoritate vti magistratus, & quasi ministros grauissimi consilij esse voluerunt: senatum autem ipsum, proximorum ordinem splendore confirmari: plebis libertatem, & commoda tueri, atque augere voluerunt. Hæc qui* g *pro viribi parte defendunt, optimates sunt, cuiuscumque* h *sint ordinis: qui autem præcipuè suis ceruicibus tanta munia, atque rempublicam sustinent, ij semper habiti sunt optimatium principes, auctores, & conseruatores ciuitatis. Huic hominum generi faueor, vt anteà dixi, multos aduersarios, inimicos, insidis esse, multa proponi pericula, multas inferri iniurias* k, *magnos esse experiendos & subeundos labores. sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum delicijs: cum dignitate, non cum voluptate: cum iis qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno, & conuiuijs, & delectationi natos arbitrantur. Nam, siqui voluptatibus ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt: missos faciant honores, nec* l *attingant rempublicam: patiantur* m *viros fortes laborare, se otio suo perfrui. Qui autem bonam famam bonorum, quæ sola vere gloria nominari potest, expetunt, alienum otium quærere debent, & voluptates, non sibi. sudandum est his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro republica tempestates: cum multis audacibus, improbis, nonnumquam etiam potentibus, dimicandum.* Hæc audiuimus de clarissimorum virorum consiliis, & factis hæc accepimus, hæc legimus. neque [n] eos in laude positos videmus, qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem, aut qui largitione cæsarum mentes imperitorum, aut qui fortes, & claros viros, & bene de republica meritos in inuidiam aliquam vocauerunt. Leues hos semper nostri homines, & audaces, & malos, & perniciosos ciueis putauerunt. At verò qui horum impetus, & conatus repressérunt: qui auctori-

---

a *al.* Iudicē: cognomen enim Vettio fuit Iudex.*

b L. aliquid de me. hīc afferebat: *al.* aliquid defe rebat: c *fert.* atque à me ipso hīc caueret: d L. Agamea: ait sibi displicere. Quis nescit e Legē suam hoc est Tullianam iudicat. quam de ambitu tulit in suo consulatu, cuius meminit infra oratione in Vatinium. Hanc Senatusconsultum consecutum videtur vt dixi oratione pro Murænā* f magistratus biennio nonumquam integro petisi.* g *al.* petat.* h *subaudi* magistratū.* i Venales seruos ad gladiatorium munus fuisse hinc colligimus.* k Ergastula loca quibus gladiatores continebantur & instituebantur.* l Gladiatorum alij fame mitos, alij Prouocatores.* m L. aliud etiam] acutius, & dicit* n *Pantagathum* vna legione dare,* o L. demitor. p L. quàm quòd statuat esse. q L. Cæcilia, Didia? Porro siue Cæciliam siue Aciliam, erit vtraque recitandarum.* r Lex Didia & Licinia suspectæ f meminit 2. ad Atticum & lib. 4.*

P. R. PERORATIO cuius partes duæ Cohortatio & Affectus.*

a *al.* aliquod.

c Cohortatio.*

c Ciuitatis Romanæ descriptio & ordinum connunctio.*

d vide Hilarnassum. 4. & 5 Liuii* & L. Iproponerent f.

f Senatus Reipublicæ cultor, præstor propugnator.*

g Optimates & optimatum principes qui.*

h Optimates Romæ ex quo ordine.* i patriciis equestris plebeij.* k *alij* insidias.

l L. ne attingant r. m *v.* patiantur viros fortes laborum patienteis frui Q. patiantur viros forteis, laborum patienteis, honoribus frui Q.

n De seditiosis locus aduersus seditiosos ciues.*

tate, qui fide, qui constantia, qui magnitudine animi, consiliis audacium restiterunt: ij graues, ij principes, ij duces, ij auctores huius dignitatis, atque imperij semper habiti sunt. Ac, ne quis ex nostro, aut aliquorum præterea casu hanc vitæ viam pertimescat: vnus in hac ciuitate, quem quidem ego possim dicere, præclarè vir de republica meritus, L. Opimius [a], indignissimè concidit: cuius monumentum [b] celeberrimum in foro, sepulcrum desertissimum in littore Dyrrachino relictũ est. Atque hunc tamen flagrantem inuidia propter interitum C. Gracchi, semper ipse populus R. periculo liberauit. alia quædam ciuem egregium iniqui iudicij procella peruertit. ceteri verò aut repentina vi perculsi, ac tempestate populari, per populum tamen ipsum recreati sunt, atque reuocati: aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. At verò *ij qui senatus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta maiorum neglexerunt, & imperitæ, aut concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt: omnes ferè reipublicæ pœnas aut præsenti morte, aut turpi exsilio* [c] *dependerunt.* Quòd si apud Athenienses, homines Græcos, longè à nostrorum hominum grauitate disiunctos, non deerant [d] qui rempublicam contra populi temeritatem defenderẽt, cùm omnes, qui ita fecerant, è ciuitate eiicerẽtur: *si Themistoclem illum, conseruatorem patriæ, non deterruit à rep. defendenda nec Miltiadis calamitas, qui illam ciuitatem paullo antè seruarat, nec Aristidis fuga* [e]*, qui vnus omnium iustissimus* [f] *fuisse traditur: si postea summi ciusdem ciuitatis viri, quos nominatim appellari non est necesse, propositis tot exemplis iracundiæ, leuitatisque popularis, tamen suam rempublicam defenderunt: quid nos tandem facere debemus, primùm in ea ciuitate nati, vnde orta mihi grauitas, & magnitudo animi videtur: tum in tanta gloria insistentes, vt omnia humana leuiora videri debeant: deinde, ad eam rempublicam tuendam aggressi, quæ tanta dignitate est, vt eam defendentem occidere non aliud sit, quàm* [g] *oppugnantem rerum potiri?* Homines Græci, quos antea nominaui, iniquè à suis ciuibus damnati, atque expulsi, tamen, quia benè sunt de suis ciuitatibus meriti, tanta hodie gloria sunt, non in Græcia solùm, sed etiam apud nos, atque in ceteris terris, vt eos, à quibus illi oppressi sunt, nemo nominet horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant. Quis Karthaginiensium plùris fuit Annibaleh, consilio, virtute, rebus gestis: qui vnus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio, & de gloria decertauit? hunc sui i ciues è ciuitate eiecerunt: nos etiam hostem litteris nostris, & memoria videmus esse celebratum. Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Halas [k], Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Æmilios [l], innumerabileis alios, qui hanc rempublicam stabiliuerunt: quos equidem in deorum immortalium cœtu, ac numero repono. *amemus patriam, pareamus senatui, consulamus bonis: præsentem* [m] *fructus negligamus: posteritati* [n] *& gloriæ seruiamus: id esse optimum putemus, quod erit rectissimum: speremus quæ volumus, sed quod acciderit, feramus: cogitemus denique, eo pius virorum fortium, magnorumque hominum esse mortale, animi verò motus, & virtutis gloriam sempiternam:* neque hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule consecratam *videmus, cuius* corpore ambusto, vitam eius, & virtutem immortalitas excepisse dicitur, minùs existimemus, eos, qui hanc tantam rempublicam suis consiliis, aut laboribus, aut [a] auxerint, aut defenderint, aut seruarint, aut seruari, aut defendi videmus, quo [b] consecutos? ¶ Sed [c] me repentè, iudices, de fortissimorum, & clarissimorum ciuium dignitate, & gloria dicentem, & plura etiam dicere parantem, horum adspectus in ipso cursu orationis repressit. Vide P. Sextium mearum salutis, vestræ auctoritatis publicæ causæ defensorem, propugnatorem, auctorem [d] reum: video hunc prætextatum eius filium oculis lacrymantibus me intuentem: video Milonem, vindicem vestræ [e] libertatis, custodem salutis meæ, subsidium afflictæ reipublicæ, exstinctorem domestici latrocinij, repressorem cædis quotidianæ, defensorem templorum, atque tectorum, præsidium curiæ, fordidatum & reum: video P. Lentulum cuius ego patrem, deum, ac parentem statuo fortunæ, ac nominis mei, & [f] fratris, rerumque nostrarum, in hoc misero squalore. & fordibus: cui superior annus idem & virilem patris, & prætextam, populi iudicio, tógam dederit [g], hunc hoc anno in hac toga, rogationis iniustissimæ subitam acerbitatem pro patre fortissimo, & clarissimo ciue deprecantem. Atque hic tot, & talium ciuium squalor, hic luctus, hæ fordes, susceptę sunt propter vnum me, quia me defenderunt, quia meum casum, luctúmque doluerunt, quia me lugenti patriæ flagitanti senatui, poscenti Italiæ, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me scelus? quid tantopere deliqui illo [h], illo die, cum ad vos indicia, litteras, confessiones communis exitij detuli? cùm parui vobis? Ac, si scelestum est amare patriam, pertuli pœnarum satis: euersa domus est, fortunæ vexatæ, dissipati liberi, raptata [i] coniunx [k], frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito, maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum: ego pulsus aris, focis, diis penatibus, distractus à meis, carui patria quam (vt leuissimè dicam) certè texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium [l] fraudem inuidiorum. Si hoc non est satis, quòd hęc omnia deleta videntur reditu meo: multo mihi, multo, inquam, iudices, præstat, in eandem illam recidere fortunam, quàm tantam importare meis defensoribus, & conseruatoribus calamitatem. An ego in hac vrbe esse possum [m], his pulsis, qui me huius vrbis compotem fecerunt? non ero. non potero esse, iudices: neque hic vnquam puer, qui his lacrymis, qua fit pietate, declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumen videbit: nec, quotiescumque me viderit, ingemiscet, ac pestem suam, & patris sui, sese dicet videre. Ego verò vos in omni fortuna, quæcumque erit oblata, complectar: nec me abiis, quos meo nomine sordidatos videtis, vnquam [n] vlla fortuna diuellet: neque eæ nationes, quibus me senatus commendauit, quibus de me gratias egit, hunc exsulem propter me sine me videbunt. Sed hæc dij immortales, qui me suis templis aduenientem receperunt, stipatum ab his viris, & P. Lentulus consul, atque ipsa respublica, qua nihil est sanctius, vestræ potestati, iudices, commiserunt. vos hoc iudicio omnium bonorum

a Idem vide Velleium 2.*
b Monumentum hic distinguitur à sepulchro.*
c L. exsulio
d hos postea recensec.*
e πρῶτ.
f Aristides Iustus: vide Plutarchum in Aristide.
g L. quàm pugnantem.
h L. Hannibale.
i Ann bal eiectus à suis.
k L. Ahala.
l v.c. Æmilios.
m v.c. præsentis.
n v.c. posteritati gloriæ.

a v.c. aut auxerit, aut defenderunt, aut seruarit, &c.
b v.c. consecutos.
c Affectus.*
d v.c. auctore.
e al. noctem.
f copulat. & abest à v.c.
g v.c. dedit
h v.c. Illo die,
i al. iactata.
k L. coniux,
l al. Aut. Aug. infidorum.*
m al. possim
n al. vlle vnquam.

menteis confirmare, improborum reprimere potestis: vos his ciuibus vti optimis, vos me reficere, & renouare rempub. potestis. Quare vos obtestor, atque obsecro, vt, si me saluum esse voluistis, eos conseruetis, per quos me recuperauistis.

IN[a] VATINIVM.

ORATIO TRICESIMATERTIA.

SYNOPSIS.

Quæstio *an Vatinio teste aduersus P. Sextium fides adhibenda sit?* Cicero *fidem adhibendam vt impurissimo & multis modis corrupto, negat.* Acta *eodem anno quo superior.*

a Interrogatio est in Vatinium testem: quo in genere interrogandi testis, ingeniũ oratoris eluceat *Cic. 1. Famil. 4. 9. Quintil. 7.**

b EXORDIVM.*

SI TVA[b] tantummodò, Vatini, quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod his vehementer placebat, vt te cuius testimonium propter turpitudinem vitæ, sordesque domesticas, nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem. nemo enim horũ aut ira te refutãdum, vt grauem aduersarium, aut ita rogandum, vt reliquum testẽ, arbitrabatur. sed tui paullo in[c] te intemperantior fortasse, quàm debui. odio enim tui, in quo, etsi omneis propter tuum in me scelus, superare debeo, tamẽ ab omnib. pænè vincor, sic sum incitatus, vt, cùm te non minus contemnerem, quàm odissem, tamen vexatum potiùs, quàm despectũ, vellem dimittere. Quare, ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirere, quòd interrogem, quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignum putet: nulla me ad id causa impulisset, nisi vt ferocitatem tuam istam cõprimerem, & audaciam frangerem, & loquacitatem pauciss mis[d] interrogationib irretitam retardarem. Etenim debuisti, Vatini, etiã si falsò venisses in suspicionẽ P. Sextio, tamẽ mihi ignoscere, si in tanto hominis de me optimè meriti periculo, & tempori eius, & voluntati parẽre voluissem. Sed[e] hesterno pro testimonio esse mentitum, cùm affirmares nullũ tibi omnino cum Albinouano sermonem non modò de Sextio accusando, sed nulla vnquam de re, fuisse paullò antè imprudens indicasti: qui & T. Claudium tecum communicasse, & à te consilium P. Sextij accusandi petisse, & Albinouanum, quem antea vix tibi notum esse dixisses, domum tuam venisse, multa tecum locutum dixeris: denique conciones P. Sextij scriptas, quas neq. nosset neque reperire posset, te Albinouano dedisse, eásque in hoc iudicio esse recitatas. In quorum altero es confessus, à te accusatores esse instructos, & subornatos: in altero inconstantiam tuam cùm leuitate, tũ etiam periurio implicatã retellistis: cum, quem[g] alienissimum à te esse dixisses, cum domi tuæ fuisse: quem præuaricatorem hab initio iudicasses, ei te, quos rogasset, ad accusandũ libros dixeris dedisse. Nimiùm es vehemens, fer óque natura, non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum & honorificũ ad aures tuas accedat[i]. venisti iratus omnibus: quod ego, simulac te adspexi, priùs quàm loqui cœpisti, cùm antè Gellius, nutricula seditiosorum omnium, testimonium diceret, sensi, atque prouidi[a]. repentè enim te, tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti: vt mihi renouatus ille tuus[c] in te tribunatus videretur.

¶ Ac d mihi primùm obiecisti, quòd Cornelium veterem meum amicũ, sed tamen tuum familiarem defendetim, cùm in hac ciuitate oppugnatio soleat, qua tu nunc vteris, non numquam, defensio numquam vituperari. Sed quæro à te, *cur C. Cornelium nõ defenderem:* num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit: num Æliam d, num Fusiam legem neglexerit: num consuli vim attulerit: num armatis hominibus, templum tenuerit: num intercessorem vi deiecerit: num religiones polluerit: ærarium exhauserit: rempublicam compilarit. Tua sunt, tua sunt hæc omnia. Cornelio eiusmodi nihil obiectum est. Cor. dicem legisse dicebatur. defendebatur, testibus collegis suis, non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Constabat tamen, Cornelium consilium illo die dimisisse, intercessioni paruisse. Tu verò, cui Cornelij defensio displicet, quam causam ad patronos tuos, aut quod os afferes? quibus iam præscribis, quanto illis probro futurum sit, si te defenderint, cùm tu mihi Cornelij defensionem in maledictis obiiciendam putaris. Attamen hoc, Vatini, memento, paullo post istam defensionem meam, quam tu bonis viris displicuisse dicis, me cum vniuersi populi Romani summa voluntate, tum optimi cuiusque singulari studio, magnificentissimè post hominum memoriam consulem factum, omniáque ea me pudenter viuendo consecutum esse, quæ tu impudenter vaticinando sperare te sæpe dixisti. Nam *quod mihi discessum obiecisti meum:* & quòd horum, quibus ille dies acerbissimus fuit, qui idem tibi lætissimus, luctum & gemitum renouare voluisti: tantùm tibi respondeo, me, cùm tu, ceteræque reipublicæ pestes, armorum causam quærereris, & cùm per meum nomen fortunas locupletum ĝ diripere, sanguinem h principum ciuitatis exsorbere, crudelitatem vestram, od úmque diuturnum, quod in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cupueretis: scelus, & furorem vestrum cedendo maluisse frangere, quàm resistendo. Quare pero à te, vt i mihi ignoscas, Vatini, cùm patriæ pepercerim, quam seruaram: &, si ego te perditorem, & vexatorem reipublicæ feto, tu me conseruatorem, & custodem feras. deinde k eius viri discessum increpas, quem vides, omnium ciuium desiderio, ipsius l denique

a *al.* præuidi.

b Vatinij strumam, alibi ita pertrinxit 2. ad Attic. 10. vbi dixi.

c *antea legebatur* tuus in te * * veterem meum amicum, *&c. Paulag.* Tum nihil remoratus incusasti me. quod meum *vel ita* vt in me enumeres illud virus. me veteré meum.*

d OBIECTIONIBVS Vatinij respondet. & quod Cornelium defendat, quod iniuria exsul.

e Lex Aelia de obnuntiatione.*

f *L.* concilium.

g L. locupletium dir.

h *al.* sanguinem ciuitatis.*

i L. vt & mihi ignoscas, Var. quod patriæ pep.

k *forte.* de nde cius viri discessum ne increpes. q. vid. om. ciu. desipsi. deniq. reip. lucá esse reuocatum. At l *forte* ipsius deniq. reip. voce eft ;ED.

a Interrogatio est in Vatinium testem: quo in genere interrogandi testis, ingeniũ oratoris eluceat *Cic. 1. Famil. 4. 9. Quintil. 7.**

b EXORDIVM.*

c *ante* in te.*

d *v. c.* pauculis meis, iuxta.

e *al.* sed te hesterno, *vel* sed te te hesterno dic.

f *al.* multa tecum locutum esse d.

g *L.* quem à te alienissimum dix. *& ita v. c.*

h L. præuaricatorem esse ab

i L. accidat, *& ita v. c.*

k *forte.* de nde cius viri discessum ne increpes. q. vid. om. ciu. desipsi. deniq. reip. lucá esse reuocatum. At l *forte* ipsius deniq. reip. voce eft ;ED.

nique reipublicæ luctu esse reuocatum? At enim dixisti, non mea, sed reipublicæ causa homines de meo reditu laborasse. *Quasi vero quisquam vir excellenti animo in rempublicam ingressus, optabilius quidquam arbitretur, quam se à suis ciuibus reip. causa diligi.* Scilicet aspera mea natura: difficilis aditus: grauis vultus: superba responsa: insolens vita: nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem, nemo consilium, nemo auxilium requirebat: cuius desiderio (vt hæc minima dicam) forum mæstum, muta curia, omnia denique bonarum artium studia siluerunt. Sed nihil sit factum mea causa: omnia illa senatusconsulta, populi iussa, Italiæ totius, conjuratum societatum, collegiorum omnium decreta de me reipub. liceę causa esse facta fateamur. Quid ergo, homo imperitissime [a] solidæ laudis, ac veræ dignitatis, præstantius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatem gloriæ atque ad memoriam mei nominis sempiternam, quàm omneis hoc ciueis meos iudicare, ciuitatis salutem cum m a vnius salute esse coniunctam? Quod quidem ego tibi reddo tutum. nam, vt tu me carum esse dixisti senatui, populo que Rom. non tam mea causa, quàm reipub. sic ego te, quamquam sis omni diuitate, atque immanitate terrerimus, tamen dico esse odio ciuitati nō tam tuo quàm reipub. nomine. Atque, vt aliquando ad te veniam, de me hoc sit extremum. *quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sanè requirendum: boni [b] viri iudicent, id est maximi momenti, & ponderis.* Duo sunt tempora, quibus nostrorum ciuium spectentur iudicia de nobis, vnum honoris, alterum [c] salutis. Honos de talis populi R. voluntate paucis est delatus, ac mihi: salus tanto studio ciuitatis nemini reddita. de te autem homines quid sentiant, in honore experti sumus, in salute, ex spectamus [c]. Et, vt ne me cum homine vno non solùm impudentissimo, atque [e] infimo conferam: de te ipso, homine & arrogantissimo, & mihi inimicissimo, quæro, Vatini, vtrum tandem putes, huic ciuitati, huic reip. huic vrbi, his templis, ærario, curiæ, viris his, quos vide, horum bonis, fortunis, liberis, ciuibus [g], ceteris denique deorum immortalium delubris, auspiciis, religionibus, melius fuisse, & præstabilius, me ciuem in hac ciuitate nasci, an te? cùm mihi hæc [h] respōderis, aut ita impudenter, vt manus à te homines vix abstinere possint: aut ita dolenter, vt aliquando *ista ilia* [i], *quæ sunt inflata, rumpantur*: tum memoriter respondeto ad ea, que de te ipso rogaro. ¶ At [k] illud tenebricosissimum tempus ineuntis ętatis tuę pariat latere. licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. habeat hoc præmiū tua indignitas, vt adolescentiæ turpitudo, obscuritate, & sordibus tuis obtegatur. *Quæsturam* petisti cum P. Sextio, cùm hic nihil loqueretur, nisi quod agebat: tu de altero consulatu gerendo te [l] diceres cogitare, Quæro abs te, teneásne memoria, cùm P. Sextius, quæstor sit cunctis suffragiis factus, tunc te vix, inuitis omnibus, non populi beneficio, sed consulis, extremum adhæsisse? in eo magistratu, cùm tibi magno clamore aquaria [m] prouincia sorte obtigisset, missúsne sis à me consule Puteolos, vt inde aurum exportari, argentúmque prohiberes?

a *al.* impurissimè.
b *Pantagath.* Quod boni P. B. iudicent.*
c *hoc est vita.*
d L. Honos tali populi R. vol.
e L. exspectamus. Sed tamen, ne me cum his principibus, qui adsunt P. Sextio, sed recēs, homine vno n. *&c.*
f *al.* verum etiā infimo.*
g *al.* coniugibus.*
h *v. c.* hoc respond.
i *al.* ista ilia inflata rumpantur. *& ita quoque Horatius.* Rumpantur vt illa Codro.*
P. XXXI.
k L. Atque illud ten.‖ DE VITA Vatini testis eiúsque quæstura, legatione, tribunatu, & quod nefaria sacrificia fecerit & tristius auspiciorū contemptrix: cōtra leges fecerit, consulem in vinculis coniecerit, principes tollere conatus sit, diuitiis suis alios terruerit, toga pulla in comitio accubuerit, iudicium vi disturbarit, quòd fine Senatusconsulto legatus quod in legē Tulliam commiserit. pro corrupto à Cæsare habitus sit, quod vanus & leuis Milonē laudet, in quem ante a falsum testimonium dixerit.
l *v. c.* diceres te cogitare.
m Aquaria prouincia, quæ, in pro Murena, Officiosis *erat pro Murena.* Porro ad hunc loci interpretationem adi Lipsium 4. Antiquar. 13.*

A
B
C
D
E
F
G
H

in eo negotio, cùm te non custodem ad continendas, sed portitorem [a] ad partiendas merceis missum putares, cúmque omnium domos, apotheeas, naueis, furacissimè scrutarere, hominésque negotia [b] gerenteis, iudiciis iniquissimis irretires, mercatores è naui egredienteis terreres, conscendenteis morarere: teneásne memoria, tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas? ad me consulem, Puteolanorum [c] querelas esse delatas? ¶ Post quæsturam exieríne *legatus* in vlteriorem Hispaniam, C. Cosconio proconsule? cùm illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat, aut d, si quis nauigare velit, certa sit ratio nauigandi: veneríne in Sardiniam, atque inde in Africam? fuerísne, quod fine [e] senatusconsulto tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis? fuerísne in regno Mastanesoli? veneríne ad fretum per Mauritaniam? quem scias vmquam legatum Hispaniensem in [g] illam prouinciam istis itineribus peruenisse? ¶ Factus es *tribunus plebi* (quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidissimisque furtis interrogem?) quæro abs te, primùm [h] quod genus improbitatis, & sceleris in eo magistratu prætermiseris? Ac tibi iam inde præscribo, ne tuas sordeis cum clarissimorum virorum splendore permiscas. Ego te, quæcumque rogabo, de te ipso rogabo, neque te exemplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris extraham: omniáque mea tela sic in te conicientur [i], vt nemo *per tuum latus* (quod soles dicere) *saucietur*, in tuis pulmonibus, ac visceribus hæreant. ¶ Et, quoniam *omnium rerum magnarum, & [k] dis immortalib. principia ducuntur*, volo [l] vt mihi respondeas tu, qui te Pythagoricum [m] soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus, & barbaris moribus prætendere, quæ te tanta prauitas mentis tenuerit, qui tantus furor, vt, cùm [n] inaudita, ac nefaria sacra [o] susceperis, cùm inferorum animas elicere, cùm puerorum extis deos manes mactare [p] soleas: auspicia [q], quibus hæc vrbs condita est, quibus omnis respublica atque imperium tenetur, contemseris? in tribunatuque tribunatus tui senatui denuntiaris, tuis actionibus augurum responsa, atque eius collegij arrogantium impedimento non futura? Secundum ea quæro, seruaritne in eo fidem: num quando tibi moram attulerit, quò minùs consilium aduocares, legémque ferres, quòd eo die scires de cælo esse seruatum? Et, quoniam hic locus vnus [r] est, quem tibi cum Cæsare communem esse dicas: seiungam te ab illo non solùm reipub. causa, verùm etiam Cæsaris, nequa ex tua summa indignitate labes illius dignitati adspersa videatur. Primùm quæro, num tu senatu causam tuam permittas, quod facit Cæsar? deinde, quæ sit auctoritas eius, qui se alterius facto, non suo defendat? deinde (erumpet enim aliquando ex me vera vox, & dicam sine cunctatione quod sentio) si iam violentior aliqua in re C. Cæsar fuisset, si cum magnitudo contentionis, studium gloriæ, præstans animus, excellens nobilitas aliquò impulisset, quod in illo viro & tum ferendum esset, & maximis rebus, quas postea gessit, obliterandum: id tu tibi, furcifer, sumes, & Vatinij latronis, ac sacrilegi vox audietur, hoc postulātis, vt idē sibi cōcedatur, quòd Cæsari? Sic enim

a *fort.* partitorem, *vel* portitorem ad portandas merces.*
b *v. c.* negotiis gerēteis.
c *v. c.* querelas Puteolanum.
d *v. c.* aut qui nauig.
e Certis itineribus proconsules in prouinciam profectos hinc colligimus: ac sine senatusconsulto, statam illam & solēnem itineris rationem mutare non licuisse.*
f *fort.* Masinissæ, *aut potius* Mandrestalis *regis Numidarum, cui mentio apud Appianum 1. ciuil.**
g *v. c. & l.* istis itineribus in illam prouinciam p. P. B.
h L. primùm vniuersè, quod g. *& ita v. c.*
i *v. c.* conlocientur.
k *vel* ab illis
l *al.* volò mihi respond.*
m Pythagoræus Vatinius.*
n Auspicia sacris nefariis & impuris polluuntur.*
o Sacrorum nefariorum exempla.*
p *Pantagath.* placare.*
q Auspicia sublata à Vatinio.
r L. quò minus conciliū aduocē.
s L. est vnus *& ita v. c.*

ex te quæro. Tribunus pl. fuisti. seiunge te à consule. collegas habuisti viros forteis nouem. ex his tres erant, quos tu quotidie scie-
a l. 1. seruare de cælo. & l. ita v. s.
bas de [a] cælo seruare: quos irridebas, quos priuatos esse dicebas: de quibus duos prætextatos sedenteis vides, te bædilitiam prætextam togam, quam frustrà confeceras, vendidisse: tertium scis ex illo obsessò, atque afflicto tribunatu, consularem auctoritatem hominem esse adolescentem consecutum: reliqui sex fuerunt: ex [c] quibus partim planè tecum sentiebant, partim medium quendam cursum tenebant, omnes habuerũt leges promulgatas: in his multas meus necessarius, etiam de mea sententia, C. Cosconius, iudex noster, quem, tu d disrumperis, cùm ædilitium vides. Volo vti mihi respondeas, num qui ex toto collegio legem sit ausus ferre, præter vnum te? quę tanta in te fuit [e] audacia: quæ tãta vis: vt, cùm tui nouem collegę sibi timendum esse duxerint, id vnus tu, emersus è cœno, omnium facilè omnibus rebus infimus, contemnendum, despiciendum, irridendũ putares? *num & quem post vrbem conditam scias tribunum pl. egisse cum plebe, cùm constaret seruatum esse de cælo?*

b v.c. è quib. planè partim
d L. tu disrumperis.
e L. fuerit aud.
f L. cùm tui collegæ nouem sibi tim. al. cùm nouę tui collegæ
g hoc lex Ælia vetabat, de qua dixi oratione de prouinciis consularibus in f.
h Agi cum plebe non sołet, cum de cœlo seruatum esse constat.*

¶ Simul etiam illud volo vti respondeas, cùm, te tribuno plebis, esset etiam tum in rep. *lex* i *Ælia*, *&* k *Fusia: quæ* l leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt, & represserunt, quas contra, præter te, nemo vm quam est facere conatus, quæ quidem leges anno pòst, sedentibus [m] in templa duob. [n] non consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis, ac pestibus, vnà cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagrauerunt: ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere, & [o] consilium conuocare? numquem ex omnibus tribunis pl. quicumq; seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, vt vmquam contra legem Æliam, aut [p] Fusiam consulsum conuocaret [q]? Quæro [r] illud etiam ex te, conatúne sis, voluerisne, denique cogitaris, (est enim res eiusmodi, vt, si tibi modò in mentem venit, nemo sit, qui te vllo cruciatu esse indignũ putet) cogitarisne, in illo tuo intolerabili, non regno (nam cupis id audire) sed latrocinio, augur fieri in Q. Metelli locum? vt, quicumque te adspexisset, dupliceni dolorem, gemitúmque susciperet, & ex desiderio clarissimi, & [s] fortissimi ciuis, & ex honore turpissimi, atque improbissimi? Adeone non [t] labefactatam remp. te tribuno, neque conquassatam ciuitatem, sed captam hanc vrbem, atque euersam putares [u], vt augurem Vatiniũ ferre possemus? Hoc loco quæro, si, id quod concupieras, augur factus esses in qua tua cogitatione nos, qui te oderamus vix dolorem ferebamus: illi autem, quibus eras in deliciis, vix risum tenebant: sed quæro, si ad cetera vulnera, quibus putasti [x] remp. delcri, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui, vtrùm decreturus fueris id, quod augures omnes vsque à Romulo decreuerunt, *Ioue* [y] *fulgente, cum populo agi nefas esse*, an, quia tu semper sic egisses, auspicii fueris augur dissoluturus? ¶ Ac, ne diutiùs loquar de auguratu tuo, quod inuitus facio, vt recorder ruinas reip. (neque enim tu vmquam, stante non modò maiestate horum, sed etiam vrbe, te augurem fore putasti) verùm tamen vt somnia tua relinquam, ad cetera veniam, volo vti mihi respondeas:

A cùm M. Bibulum consulem, non diram bene de rep. sentientem, ne tu mihi homo potens iracscare, qui ab eo discensisti: sed hominem certè nusquam progredientem, nihil in rep. molientem, tantum animo ab actionibus tuis dissentientem: cùm eum tu [a] consulem in [b] *vincla duceres, & à tabula* [c] *Valeria collegæ tui mitti iuberent*: fecerisne ante Rostra pontem [e] continuatis tribunalibus per quem consul populi Romani moderatissimus, & B constantissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum hominum incitata, turpissimè [e], miserrimóque spectaculo non in carcerem, sed ad supplicium, & ad necem duceretur? quæro, num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? vt sciamus, vtrùm veterum facinorum sis imitator, an inuentor nouorum. Idémque tu cùm his, atque huiusmodi consiliis, ac facinoribus, nomine C. Cæsaris, clementissimi, atque optimi viri, scelere verò, atque audacia tua, M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulisses, inclusum [f] domi contineres, cúmque non maiestate imperij, non iure legum, sed iniuriæ præsidio, & parietum custodiis, consulis vita tegeretur: miserisne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret, vt, quod in priuatis semper est seruatum, id, te tribuno pleb. consuli domus exsilium [g] esse non possetꝰ Simúlque mihi respondeto tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non tribunus pleb. sed intolerandus ex cœno nescio quo, atque ex tenebris tyrannus? qui primùm eam rempublicam, quæ [h] auspiciis inuentis constituta est, iisdem auspiciis sublatis conarere peruertere: deinde sanctissimas leges, Æliam, & i Fusiam dico, quæ in k Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in contentione Sulpicij, & in cruore Cinnano, & [l] inter Syllana arma vixerunt, solus conculcaris, ac pro nihilo putatis: qui consulem [m] morti obieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis: qui in eo magistratu non modò emerseris ex mendicitate, sed etiam diuitiis nos *iam tuis* terreas: fuerisne tanta crudelitate, vt delectos [n] viros, & principes ciuitatis tollere, & delere tua rogatione coneris [o]? ¶ Cùm P. L. Vettium, qui in senatu confessus esset se cum telo fuisse, Cn. [q] Pompeio, summo, & clarissimo ciui, suis manibus necem [r] afferre voluisse, in concionem produxeris, indicem in Rostris, in illo, inquam, augurato templo, ac loco collocaris, quò auctoritatis ex quirendæ causa ceteri tribuni pleb. principes ciuitatis producere consueuerunt, ibi [s] tu indicem Vettium, linguam, & vocem suam se lere, & menti tuæ præbere voluisti [u], vt diceret L. Vettius in concione tua, rogatus à te, se auctores, & impulsores, & socios habuisse sceleris illius eos viros, quibus è ciuitate sublatis, quod tu eo tempore moliebare, ciuitas stare non posset? M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras interficere volueras, spoliaueras [x] consulatu, patria priuare cupiebas: L. Lucullum, cuius tu rebus gestis, quòd ipse ad imperatorias laudes à puero videlicet spectaras, vehementiùs inuidebas: C. Curionem perpetuum hostem improborum omnium, auctorum publici consilij, liberrate communi tuenda maximè liberum, cum filio princi-

P. XXXIII.
a Vatinium consulem in vincula conieciſſe.*
b al. in vincula.
c Tabula Valeria locus in foro, vbi tribunus pleb. conuenire solitus sed & iudiciorum ij. *famil.* 8. vt & Tabula Sextia *erat. pro Sextio.**
d Pontem suffragiorũ intelligit.*
e L. turpissimo, & ita v.c.
f v.c. domi inclusum cõsti. & ita L.
g L. exsilium.
P. B.
h vide Liuium 1.*
i L. & Fusiæ
k seditiosos ciuitatis Romanæ enumerat T. & C. Gracchos Saturninum, Drusũ, Ser. Sulpicium Cinnam, Syllam.
l v.c. etiam inter arma Syllana. & ita L.
m Bibulum vr 8. & j.*
n l. dilectos.
o L. conareris, & ita v.c.
P. Vatinium principes tollere conatũ esse.*
q al. mortem Cn. Pompeio esse sublatam
r necem, quæ post sequuta est.*
r L. necem offerre vol.
f al. inaugurato templo.
t al. ibi tu Vettium indicem. ling.
u L. voluisti dixerisne L. Vettius.
x L. spoliaras conſ. & ita v.c.

pe

pe iuuentutis, cùm rep. coniunctiore etiam, quàm ab illa ætate postulandum fuit, delere voluisti: L. Domitium, cuius dignitas, & splendor perstringebat [a], credo, oculos Vatinij, quē btu propter commune odiū in bonos, oderas: in posterum autē propter omniū spem quę de illo est, atq; erat, ante aliquanto timebas: L. Lentulum, hunc iudicem nostrum, flaminem Martialem, quòd erat eo tempore Gabinij tui competitor, eiusdem Vetij indicio opprimere voluisti. Qui si tum illam labem, pestémque vicisset, quod ei tuo scelere non licuit, resp. victa non esset. Huius etiam filiū eodem indicio, & crimine, ad patris interitum aggregare voluisti. L. Paullum, qui tum quæstor Macedoniam obtinebat, quē ciuem? quē virū? qui duos nefarios patrię prodidores domesticos hosteis legibus exterminarat, hominem ad conseruandam remp. natum, in idem Vetij indicium, atque in eundem hunc numerum congregasti [c]. Quid ego de me querar? qui etiam gratias tibi agere debeo, quòd me ex sortissimorum ciuium numero seiungēdum non putaris Sed equi fuit ille tantus furor tuus, vt, cùm iam Vettius ad arbitrium tuum peroraſſet, & ciuitatis lumina notasset, decendisſētque de Rostris, eum repente reuocares, colloquerere, populo Ro. vidente? deinde interrogares, ecquónam alios posses nominare? inculcarísne, vt C. Pisonem, generum meum, nominaret: qui in summa copia optimorum adolescentium pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem: itémque M. Laterensem, hominem dies, ac [e] noctes de laude, & de rep. cogitantem? promulgarísne, impurissime, & [f] perditissime hostis, quęstionem de [g] tot amplissimis & talibus viris, iudici Vettio præmia amplissima? quibus rebus, omnium mortalium non voluntate, sed conuicio repudiatis, fregerísne in carcere ceruices ipsi illi Vettio, ne quod iudicium corrupti iudicij extaret, eiusque scelcris ip te ipsum quęstio fieret? Et, quoniam erat rò vsurpas, *legem te de alternis consulys reijciendis tulisse*, vt omnes inte lligant, te ne rectè quidem facere sine scelere potuisse, quæro, cùm lex esset æqua promulgata initio magistratus, multasq; ciuitates aliasq; alias res, expectarísne, dū C. Antonius reus fieret apud [k] Cn. Lentulū, & Q. Claudiū? & posteaquàm ille est reus factus, statim tuleris in eū qui tuam post legem reus factus esset: vt homo consularis exclusus, miser, puncto temporis spoliaretur beneficio, æquitate legis tuæ? Dices, familiaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo. Prælara defensio facinoris tui. na Maximi quidem summa laus est, sumris iniciriis, suscepta causa, quæsitore, consilióque delecto, commodiorem inimico suo contentionem [l] rei citionis [m] date noluisse: nihilque Maximus fecit ali: num aut sua virtute, aut illis viris clarissimis, Paulis, Maximis, Africanis: quorum gloriam huius virtute renouatam nō modò speramus, verùm etiam iam videmus. tua fraus, tuum maleficium, tuum scelus illud est, te id, quod promulgasses misericordiæ nomine, id crudelitatis tempus distulisse. Ac nunc quidem C. Antonius hac vna re miseriam suā consolatur, quòd imagines patris [n], & fratris sui, fratrisque filiā, nō in familia, sed in carcere collocatas audire maluit, quàm videre. ¶ L. Quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis diuitiis intolerantissimè gloriaris, volo vti mihi respondeas, fecerísne fœdera tribunus pleb. cum ciuitatibus, cum regibus, cum tetrarchis [a] erogarísne pecuni s ex ætatio tuis legibus? eripuerísne parteis illo tempore ornatissimas partim à Cęsare, partim à publicanis? Quæ cùm ità sint, quæro ex te, sine ex pauperrimo diues factus illo ipso anno, quo *lex lata est de pecuniis repetundis* acerrima? vt omnes intelligere possent, à te non modò nostra acta, quos tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui legem esse contentam, apud quē tu etiam nos criminari soles, qui illi fumus amicissimi, cùm tu ei contumeliosissimè rogatus maledicas, quoties illi affinē te esse dicis. ¶ Atque illud etiā scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Qu. [b] Arij familiaris mei, cum toga pulla accumberes? quem vmquam videris? quem audieris? quo exemplo, quo more feceris? Dices, supplicationes te illas nō probasse. Optimē, nullæ fuerint supplicationes. videsne, me nihil de anni illius causā, nihil de eo, quod tibi cū summis viris commune esse videatur sed de tuis propriis sceleribus ex te quærere? Nulla supplicatio fuerit. cedò, quis vmquā cenauit datratus? Ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris: epulę quidē ipsę, dignitatis. Sed omitto epulum [c] populi R. festum dię, argēto, veste omnia apparatu, ornatū q. visendo [d], quis vmquam in luctu domestico, quis in funere familiari cenauit cū toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla vmquā data est? cū tot hominū millia accumberent, cùm ipse epuli [e] dominus, Qu. Arius, albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidulo katraro, ceteriſq. tuis furiis funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reip. casum? quis seimo alius [f] in illo epulo fuit, nisi hanc tantā, & tam gradem ciuitatem, subiectā esse non modò furori, verùm etiam irrisioni tuæ? Hūc tu morem ignorabas? numquam epulū videras? numquā puer aut adolescēs inter coquos [g] fueras? Fausti adolescentis nobilissimi, paullo antè ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras? quem accumbere atratum videras, dominū cum toga pulla, & eius amicos ante conuiuium? quę te tanta tenuit amentia, vt tu nisi id feciſſes, quod fas non fuit, nisi violasses tēplum Castoris, nomē epuli, oculos ciuiū, morem veterem, eius, qui te imitarat, auctoritatē, parum [m] putares testificatū esse, supplicationes te illas nō [n] putare? ¶ Quæro [o] illud etiam ex te, quod [p] primatus adnisisti: in quo certè iam tibi dicere nō licebit, cùm clarissimis viris causam tuam esse coniunctam: postulatúsne sis lege Licinia & Iulia? edixeríne C. Mēnius prætor ex ea lege, vt adesies die trieesimo? cū is dies veniſſet, feceríne, quod in hac rep. non modò factum ante [q] numquā est, sed in omni memoria sit? inauditum? appellarísne tribunos plebis, ne causam diceres? leuius dixi: quamquā idipsum esset & nouum, & nō ferendum: ed appellarísne nominatim pestem illius anni, furiam patriæ, tempestatē reip. Clodium? qui tamen cùm iure, cùm more, cum potestate iudicium impedire non posset, rediit ad illam vim & [r] furorem suum ducémque se militibus tuis præbuit. In quo, nequid à me rorem.

a L. præstinguebat. er. b L. quem tam pr.

P. XXXIIII.

c L. aggregasti

d L. Sed qui fuit tuus ille tantus f. & sed v.t.

e ac t atque noctis. f deest hæc vox veteribus* g L. de tot, & talibus viris, sed. Vett.

h L. cum lex esset à te tua promulg. i v. c. multas iam alias tu. lisses, &c. & ita L.

k L. apud Cn. Lentuli Clodianum? & postea q. & P. Bi ita v.c. Mutius Cn. Clodiani memin. Gell. 12. c. 4.*

l L. conditio nem rei ct. in Manuscr. re fectione.*

m al. & patris n Vatinium pecuniis suis alios terruisse.*

a Tetrarcha quibus quar ta pars regni alicuius veteris adiuncta. aut à P. Romano aut iudicio familiæ erecta. vide 7. 17. & 13. Dionysii Halicarn. 4. Strabonis 12.*

b L. Q. Arrij Vatinium fuisse & infra multis reprehendit, quod P. XXXV. toga pulla ad esset fusca, vt retur. pulla inquam, quæ temporū & viliorū erat: vnde pullati dicti. Suetonio in Augusto 44. & Plinio 7. epistolarum* pullatus circulus, pullata turba. Quintilianus 11. & 6. vilescere & e vulgo qui & colorati Sen. c. 2. de vita beata c. 2. d v. c. conarit atratus.

c Epulum, p. Romano vti fieret.

f fors. vicesdum.*

g qui & magister conuiuij.

h Q. Arrius, l. albati ab alba veste, cuius color natiuus: vt candidæ Vestis color ab arte.*

k al. Fibulo, al Figulo.* al. coxuos ita v. c. & vt & c. cos.* m L. parum putares testificatū esse, suppl. te ill. n L. non probare?

o L. Quæro etiam illud ex te

p Vatinium vi iudicium disturbasse.* q L. & Iunia & ita Ferrarius hanc lo. P. B. cum restituit* r L. ultra n. ita v.c. f L. sit omnino inauditū? al. sit omnino inaud. t al. & ad in

dictum in te potiùs putes, quàm abs te esse quæsitum, nullum onus imponâ mihi testimonij: quæ mihi breui tempore ex eodem isto loco video esse dicenda, seruabo, teque non arguam, sed vt in ceteris rebus feci, rogabo. Quæro ex te, Vatini, nũ quis in hac ciuitate post vrbem conditam tribunos pl. appellarit, nec causam dixerit? num quis reus in tribunal sui quæstoris ad considerit, eúmq. vi deturbarit? subsellia dissipârit? vnas dele uerit? eas denique omneis res in iudicio disturbando cõmiserit, quarum rerũ causa iudicia sunt cõstituta? sciásne tum fugisse Memmium? accusatores esse tuos de tuis, tuorũ nque manib. ereptos? iudices quæstionum de proximis tribunalibus esse depulsos? in ro, in luce, iuspectãte populo R. quæstionem, magistratus morem maiorum, leges, iudices, scelerum pœnã esse sublatam? hæc omnia sciáne diligẽtia C. Memmij publicis tabulis esse notata, atq. testata? Atq. illud etiã quæro, quòd posteà quàm es postulatus, ex legatione redieris, ne quis te iudicia defugere arbitraretur, téq. cùm tibi, vtrũ velles, liceret, dictitaris causam dicere maluisse: quî cõsentanem fuerit, cùm legationis perfugio vti noluisses, appellatione improbissima te ad auxilium nefarium cõfugisse? ¶ Et quoniam legationis tuæ facta mentio est, volo etiam audire de te, *quo tandem S.C. legatus sis?* De gestu intelligo, quid respondeas: tua lege dicis. Esne igitur patriæ certissimus patricida? sperátásne hoc, vt patres cõscripti ex rep. funditus tollerẽtur? ne hoc quidẽ senatui relinquebas, qd nemo vmquã ademit, vt legati ex eius ordinis auctoritate legarẽtur? adeóne tibi sordidum consiliũ publicũ visum est? adò afflictus senatus, adeò misera & prostrata respu. vt nõ nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, nõ bellici consilij auctores, nõ ministros muneris prouincialis senatus more maiorum deligere posset? Eripue as senatui prouinciæ decernendæ potestatẽ, imperatoris deligendi iudiciũ, ærarij dispensationem: quæ numquam sibi populus Rom. appetiuit, qui numquam hæc à summi cõsilij gubernatione auferre conatus est. Age: factum est horum aliquid in aliis: rarò: sed tamen factum est, vt populus diligeret imperatorem. Quis legatos vmquam audiuit sine senatusconsulto? ante te nemo. Pòst continuò fecit idem id duobus prodigiis reip. Clodius: quo etiam *maiore es malo mandus*, *quod non solum facto tuo, sed etiam exemplo rempub. vulnerasti*: neque tantùm es improbus ipse, sed etiam alios docere voluisti. ¶ Atque illud etiam audire à te cupio: quare, cùm ego legem de ambitu ex S.C. tulerim, sine vi tulerim, salua auspicia tulerim, salua *lege Aelia, & Fusia*, tu eam esse legem non putes: præsertim cùm ego legibus tuis, quoquo modo latæ sint, paream. Cùm mea lex dilucidè vetet, BIENNIO QVO QVIS PETAT, PETITVRVSVE SIT, GLADIATORES DARE, NISI EX TESTAMENTO PRAESTITVTA DIE: quæ tanta in te sit amentia, vt in ipsa petitione gladiatores audeas dare? nũ quem putes illius tui certissimi gladiatoris similem tribunum pl. posse reperiri, qui se interponat, quo minùs reus mea lege fias? Ob hasce omneis res scias, te seuerissimorum hominum, Sabinorum, fortissimorum virorum, Marsorum & Pelignorum, tribulium tuorum iudicio notatum, nec post Romam conditam, præter te, tribulem quẽquam, tribũ Sergiam perdidisse. ¶ Ac si hæc omnia contemnis, ac despicis, quòd ita tibi persuaseris, vt palàm dictitas, te diis hominibúsq. inuitis, amore in te incredibili quodã C. Cæsaris, omnia, quæ velis, consecuturũ: ecquid audieris, ecquísnam tibi dixerit, C. Cæsarem nuper Aquileiæ, cùm de quibusdam esset mentio facta, dixisse, C. Alfium prætoritum permoleste tulisse, quòd in homine summã fidem probitatémque cognouisset: grauitérque etiam se ferre, prætorem aliquem esse factũ, qui à suis rationibus dissensisset? tum quæsisse quédam, de Vatinio quemadmodum ferret, ipsum respondisse, Vatiniũ in tribu atu gratis nihil fecisse: qui omnia in pecunia posuisset, honore animo æquo carere deberet? Quòd si ipse, qui te suæ dignitatis augendæ causa, periculo tuo, nullo tuo delicto, ferri præcipitem est facilè passus, tamẽ te omni honore indignissimũ iudicat: si te vicini, si tribules tui oderunt, vt repulsam tuam, triumphum suum duxerint: si nemo adspicit, quin ingemiscat: nemo mentionem facit, quin exsecretur: si vitant, fugiunt, audire de te nolunt: cùm viderunt, tanquam auspicium malum detestantur: si cognati respuunt, tribules exsecrantur, vicini metuunt, affines erubescunt, strumæ denique ab ore improbo demigrarunt, & aliis iam se locis collocarũt: si ea odium publicum populi, senatus, vniuersorum hominum: quid est, quam ob rem præturam potius exoptes, quàm mortẽ? præsertim cùm popularem te velis esse, neq. vila in re populo gratius facere possis? ¶ Sed vt aliquando audiamus, quàm copiose ad interrogata respondeas, cõcludam iam interrogationem meam, téque in extremo pauca de ipsa causa rogabo. Quæro, quæ tãta in te vanitas, tanta leuitas fuerit, vt in hoc iudicio T. Annium iisdem verbis laudares, quibus eũ laudare & boni viri, & boni ciues consueuerunt, cùm in eundem nuper ab eádem illa terrima furia productus ad populum, cupidissimè falsum testimonium dixeris? An erit hæc optio, & potestas tua, vt, cùm Clodianas operas, & facinorosorũ hominum, & perditorum manum videris, Milonem dicas, id quod in cõcione dixisti, gladiatoribus, & bestiariis obsedisse remp. cùm autem ad tabeis viros veneris, nõ audeas ciuem singulari virtute, fide, constantia vituperare? Sed, cùm T. Annium tãtopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudationem tua labeculam adspergas (in illorum enim numero mauult T. Annius esse, qui à te vituperantur) verùm etiam quæro, cùm in rep. administranda T. Annio cum P. Sextio consiliorum omnium societas fuerit (id quod nõ solùm honorum, verùm etiam improborum iudicio declaratum est: est enim reus vterque ob eandem causam, & eodem crimine: alter die dicta ab eo, quem tu vnum improbiorem esse, quàm te, numquam soles confiteri: alter tuis consiliis, illo tamen adiuuante) quæro, quî possis eos, quos crimine coniungis, testimonio disiungere? Extremum illud est, quod mihi abs te responderi velim: cùm multa

a *fort.* deiecerit? *al.* delegerit. *al.* dissecerit.*

b L. in foro, luce, inspectante populo R.

c L. reũ pœnam esse

d *v.c.* Atque etiã illud q. *v.c.* volo audire de te.

e *v.c.* Vatinium interrogat, quo senatusconsulto legatus sit.*

f L. patricida?

g *al.* spectare? esne id, vt p. *v.c.* spectarit? esne id, *& c. fort.* sperarisse id *fort.* agerẽtur?

h *al.* dilegere.*

i *v.c.* dilegedi.

k L. qui nũquam antea summo consilio gubernationem attigerat.

l *v.c.* dilegeret.

m Legati nũquam fiebãt sine senatusconsulto.*

n Vatinio & Pisoni.*

o *al.* mutandus, *sed nihil mutandum.* P. XXXVI. *maiores necessitudines. Nam & ea tum nihil* infortunio mutare.

p L. neque tũ tum ipse es improbus.

q *v.c.* voluisti. Ob hasce omneis res sciasse senatui, & populo diffidisse, atq. etiam audire *v.c.* mea fias? At, hæc omnia contẽnis, *&c.*

r Lex Tullia Ciceronis de ambitu.*

s Vatinium in legẽ Tullianam cõmitti se ostendit.*

t L. Fufio, legem Tullianam de ambitu, hoc est suam, latamque se consulem minuit: cuius etiam meminit *v.c.* pro Sexto. Hanc senatusconsultũ secutum videtur vti dixi *in orat. pro Sextio.**

u *v.c.* fit inter eam, & hæc L. a L. fias? At si hæc omnia ex.

a Tribules qui ex eadẽ tribu.* P. S.

b Tribus Sergia.*

c L. At si hæc omn. ‖ Vatinium nullo in prætio esse apud Cæsarem.*

d *v.c.* contẽpuis.

e L. si te vicini, si affines, si tribules

f L. audire te nolunt?

g de struma Vatinij §. dixi.*

h L. hominũ rusticanorũ. quid est *&c.* *& ita v.c.*

i Vatinium leuem esse,

k L. quàm copiosè mihi adrog. *& ita v.c.*

l L. quibus euo. verbis laud. boni viri, &

P. XXXVII.

m Bestiarij qui ludis publicis cum bestiis pugnabant.*

n L. verùm tamen quæro

multa in Albinouanum de præuaricatione, diceres, dixeríſſe, nec tibi placuiſſe, nec oportuiſſe Sextium de vi reum fieri? quauis lege, quouis crimine accuſandum potiùs fuiſſe? etiam [a] illud dixeris, cauſam Miloni, fortiſſimi viri coniunctam cum hoc exiſtimari? quæ pro me à Sextio facta ſint, bonis eſſe grata? Non coarguo inconſtantiam orationis, ac teſtimonij tui. Quas enim huius actiones probatas bonis eſſe dicis, in eas plu-

a L. etiamne ill. al. etiam id dixeris,

A ribus verbis teſtimonium dixiſti: quicum autem eius cauſam, periculúmque coniungis, eum ſummis laudibus extuliſti. Sed hoc quæro, num P. Sextium, qua lege accuſandum omnino fuiſſe negas, ea lege condemnati putes oportere? aut ſi te in teſtimonio conſuli nolis [b], ne quid tibi auctoritatis à me tributum eſſe videatur, dixerímne in eum teſtimonium de vi, quem negaris reum omnino de vi fieri debuiſſe?

b L. noles, & ita v.t.

P. E.

PRO M. COELIO
ORATIO TRICESIMAQVARTA.

SYNOPSIS.

Quæſtio. *An Cœlius à Clodia aurum mutuo ſumpſerit, & ne id reddere cogeretur eidem venenum parauerit.* Accuſatores, *Atratinus, Herennius, Balbus:* Reus *Cœlius;* Patroni *Cicero & M. Craſſus:* Prætor *Cn. Domitius:* Acta *anno vrbis* 697.

a EXORDIVM.* b v.c aſſit, c ſic v. c. al. conſuetudinique noſtræ d v.c. forenſibus negotiis

SI [a] quis iudices, fortè nũc adſit [b], ignarus legum, iudiciorum, conſuetudinis [c] noſtræ: miretur profectò, quæ ſit tanta atrocitas huiuſce cauſæ, quòd diebus feſtis, fuiſque publicis, omnibus negotiis [d] forenſibus intermiſſis, vnum hoc iudicium exerceatur: nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, vt, eo neglecto, ciuitas ſtare non poſſit. Idem, cùm audiat *eſſe legem, quæ de ſeditioſis, conſceleratiſque* [e] *ciuibus, qui armati ſenatum obſederint, magiſtratibus tum attulerint, rempubl. oppugnarint, quotidie* f *quæri inbeat:* legem non improbet: crimen, quod verſetur in iudicio, requirat. cùm audiat, nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari: ſed adoleſcentem [g] illuſtri ingenio, induſtria, gratia, accuſari ab eius filio: quem ipſe in iudicium & vocet, & vocarit: oppugnari [h] autem hunc opibus meretricijs: Atratini [i] illius pietatem non reprehendat, mulierem libidinem comprimendam putet, vos laboriosos exiſtimet, quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe. Etenim, ſi attendere diligenter, exiſtimare vetè de omni hac cauſa volueritis, ſic conſtituetis, iudices, nec de ſcenſurum quemquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui, vtrum vellet, liceret, nec cùm deſcendiſſet, quidquam habiturum ſpei fuiſſe, niſi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur. ſed ego Atratino, humaniſſimo, atque optimo adoleſcenti, meo neceſſario, ignoſco qui habet excuſationem vel pietatis, vel neceſſitatis, vel ætatis, ſiveluit accuſare, pietati tribuo: ſi iuſſus eſt, neceſſitati: ſi ſperauit aliquid, puritiæ. ceteris non modò nihil ignoſcendum, ſed etiam acriter eſt reſiſtendum. Ac mihi quidẽ videtur, iudices hic introitus defenſionis, adoleſcentiæ M. Cœlij maximè

B

C

D

E

B. XXVIII.

B conuenire, vt ad ea, quæ accuſatores, de formandi huius cauſa, detrahendæ, ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt, primùm reſpondeam. ¶ Obiectus [a] eſt *pater* variè, quòd aut parum ſplendidus ipſe, aut parum piè tractatus à filio diceretur. De dignitate, Cælius [b] notis [c], ac maioribus natu, etiam ſine mea oratione, tacitus facile ipſe reſpondet. quibus autem, propter ſenectutem, quòd iam diu minùs in foro nobiſcum verſatur, non [d] æquè eſt cognitus: hi ſic habeant: quæcumque in equite Romano dignitas eſſe poſſit, quæ certè poteſt eſſe maxima, eam ſemper in M. Cœlio habitam [e] eſſe ſummam, hodiéque haberi non ſolùm à ſuis, ſed etiam ab omnibus, quibus potuerit aliqua de cauſa eſſe notus. Equitis [f] autem Rom. eſſe filium, criminis loco poni ab accuſatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. Nam, quod de pietate dixiſtis, eſt quidem iſta noſtra exiſtimatio. ſed iudicium certè parentis. quid nos opinemur, audietis ex iuratis. quid parentes ſentiant, lacrymæ matris incredibiliſque mœror, ſqualor patris, & hæc præſens mœſtitia, quam cernitis, luctúſque declarat. ¶ Nam, quod eſt obiectum, municipibus eſſe adoleſcentem non probatum ſuis: nemini vnquam præſenti Puteolani [g] maiores honores habuerunt, quàm abſenti M. Cœlio: quem & abſentem in ampliſſimum ordinem cooptarunt, & ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denegarunt: indémque nunc lectiſſimos viros, & noſtri ordinis, & equites Rom. cum legatione ad hoc iudicium, & cum grauiſſima, atque ornatiſſima laudatione miſerunt. Videor mihi ieciſſe fundamenta defenſionis meæ: quæ firmiſſima ſunt, ſi [h] nitantur iudicio ſuorum. neque enim vobis ſatis commendata huius ætas eſſe poſſet, ſi non modò parenti, talí viro, verùm etiam municipio tam illuſtri,

a VITAM Cœlij à calumnijs & criminationibus defendit. Hæc enim Cælio obiiciebant accuſatores quòd in patrẽ impius, municipibus ingratus, impudicus, Catilinariæ coniurationis particeps, ære alieno obrutus quod à patre ſemigraſſet, ſenatorẽ pulſaſſet, vxorem alienas attrectaſſet, quòd ſeditionem certis locis fecerit, quod luxurioſus *

b al. M. Cœlius

c No is reſpondere dixit. vt Plautus notis prædicare.* d al. non eſt cognitus *

e L. habitam eſſe ſummã, ſummámque hodie hab.

f v.c. Equitis R. autem eſſe & ita L.

g al. Prætoria i al. rectori vel præfuiſſe.

h v.c. ſi nitantur.

ac tam graui, displiceret. Equidem, vt ad me
a al. perfluxi ceuertar, ab his fontibus profluxi a ad homi-
num famam: & meus hic forensis labor, vitæ-
b v.c. donauit que ratio dimanauit b ad existimationé ho-
minum paulló latiús commendatione ac iu-
dicio meorum. ¶ Nam quod obiectum est *de pudicitia*, quódque omnium accusatorum nó
criminibus, sed vocibus, maledicísque cele-
bratum est, id numquam tam acerbè ferebam.
c vide ad hunc locum Gellii 17.c.1.* M. Cœlius, vt c eum pœniteat non deformé esse
natum, sunt detenim ista maledicta perulga-
ta in omneis, quorum in adolescentia forma,
d L. sunt enim c Accusatores officium & partes.* & species fuit liberalis. Sed *aliud est maledicere, aliud accusare.* *Accusatio* d crimen delide-
rat, rem vt definiat, hominem vt notet, argu-
mento probet, teste confirmet. *Maledictio* au-
tem nihil habet propositi, præter contume-
liam: quæ si petulantiùs iactatur, conuicium
f *fort. r.c. fort.* iaciatur, f & si facetiùs, vt banitas nominatur. quam qui-
ita *Manutius.** dem partem accusationis admiratus g sum, & mo-
g *fort.* demiratus sum, lestè tuli potissimùm esse Atratino datã. neque enim decebat, neque ætas illa postulabat, neque, id quod animaduertere poteratis,
h *vox.* aptiant, *ab fi & v.c.* pudor patiebatur optimi h adolescẽtis, in ta-
li illum oratione versari. Vellem aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locũ
i *v.c.* cepisset *& ita L.* suscepisset: aliquanto libertius, & fortiùs, & magis more nostro refutaremus istam male-
k L. agam le- dicendi licentiam. Tecum, Atratine, agam k leuiùs, quòd & pudor tuus moderatur ora-
tioni meæ: & meum erga te, parentémq. tuũ
l *al.* Illud tãtùm te esse monitum P. CXXXIX. m L. primùm (vt, qualis es talẽ hi te esse existiment) vt quantum à ter. beneficium tueri debeo. Illud tamen te esse admonitum volo: primùm m *qualis es, talem te esse existimes, vt quantum à rerum turpitudine abes, tantùm te à verborum libertate seiun-
g *u: deinde, vt ea in alterum ne dicas, quæ cum ti-*
bi falsò n *responsa sint, erubescat.* Quis est enim,
n *fort.* falsò, *vel* etiam fal- cui vita ista non pateat? qui isti ætati o non
sò.* posſit quamvelit petulanter, etiam si sine vl-
o L. ætati. ac dignitati non poss. ¶ & ita legit Agretius vetus Gram-maticus & di-gnitatem in-terpretatur, pulchritudi-nem virilẽ.* ra suspicione, annõ sine argumẽto maledice-
re? Sed istarum partium culpa est eorum, qui
p L. dare potuit suspicio-ni toc. te agere voluerunt: laus pudoris tui, quòd ea
q *al.* vt virilẽ huic tog. te inuitum dicere videbamus ingenij, quod
ornatè, politéq. dixisti. Verùm ad istam omnẽ
orationem breuis est defensio. nã quoad ætas
M. Cœlij dare p potuit isti suspicioni locum,
fuit primùm ipsius pudore, deinde etiam pa-
tris diligentia, disciplináque munita: qui vt q
huic virilem togã dedit, nihil dicã hoc loco
de me: tantum sit, quantum vos existimatis:
hoc dicam, hunc à patre continuò ad me esse
deductum. nemo hunc M. Cœlium in illo ætatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecũ,
r v.c. aut à me disc. aut in M. Crassi castissima domo, cùm artibus
honestissimis eruditetur. ¶ Nam quòd *Catili-*
næ familiaritas obiecta Cœlio est, longè ab ista
suspicione abhorrere debet. Hoc enim ado-
lescente scitis cõsulatum mecum petisse Ca-
tilinam, ad quem si accessit, aut r si à me discef-
sit vmquam, (quamquam multi boni adole-
scentes illi homini nequam, atque improbo
studuerunt:) tum existimetur Cœlius Catili-
næ nimiũ familiaris fuisse. At enim postea
sensimus, & vidimus esse hunc in illius amicis.
Quis negat? sed ego illud tempus ætatis, quod
ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine
infestum est, id hoc loco defendo. fuit assi-
duus mecum, prætore me: non nouerat Ca-
tilinam. Africam tum prætor ille obtinebat.
secutus est annus. causam de pecuniis repe-
tundis Catilina dixit. mecum erat hic: illi ne
aduocatus quidem venit vmquam. deinceps
fuit annus, quo ego consulatum petebã. pete-
bat Catilina mecum. numquam ad illum ac-
cessit: à s me numquam recessit. Tot igitur
annos versatus in foro sine suspicione, sine
infamia, studuit Catilinæ iterum peteri. Quẽ
ergo ad finem putas custodiendam illã ætã-
tem fuisse? Nobis quidem olim annus erat
vnus ad cohibendum brachium toga, consti-
tutus t & vt exercitatione, ludóque cãpestri
unicati vteremur, eadémque erat, si statim
mereri u stipendia cœperamus. castrensis ra-
tio, ac militaris. qua in ætate nisi qui se ipse
fra grauitate, & castimonia, & cùm disciplina
domestica, tum etiam naturali quodam bo
no defenderet x: quoquo modo à suis custo-
ditus esset, tamen infamiam veram y fugere
non poterat. Sed qui prima illa f initia ætatis,
integra, atq. inuiolata præstitisset: de eius fa-
ma, ac pudicitia, cùm is iam se corroborauis-
set, ac vir inter viros esset, nemo loquebatur.
Studuit Catilinæ, cùm iam aliquot annos es-
set in foro, Cœlius. & multi hoc idem ex o-
mni ordine, atque ex omni ætate fecerunt.
Habuit s enim ille, sicuti meminisse vos arbi-
tror, permulta maximarũ non expressa signa,
sed adumbrata virtutum, vtebatur hominũ
improbis multis: & quidé optimis se viris de-
ditum esse simulabat. erant apud illũ illece-
bræ libidinum multæ: erant etiam industriæ
quidã stimuli, ac laboris. flagrabant vitia libi
dinis apud illum: vigebant etiam studia rei
militaris. neq. ego vmquam fuisse tale mo-
strum in terris vllum puto, tã h ex contrariis,
diuersissq. inter se pugnãtibus naturæ studiis,
cupiditatibúsque conflarũ. Quis clarioribus
viris quodam tempore iucũdior? quis turpio-
ribus coniunctior? quis ciuis meliorũ partium
aliquando? quis tætrior hostis huic ciuitati?
quis in voluptatib. inquinatior? quis in labo-
rib. patiẽtior? quis in rapacitate auarior? quis
in largitione effusior? Illa verò, iudices, in illo
homine mirabilia fuerunt, comprehendere
multos amicitia, tueri obsequio, cum omnib.
communicare quod habebat, seruire tempo-
ribus suorum omnium pecunia, gratia, labo-
re corporis, scelere etiã, si opus esset, & auda-
cia versarei suam naturam, & regere ad tem-
pus, atque huc, & illuc torquere, & k flectere:
cum l *tristibus* m *severè, cum remissis iucundè,*
cum senibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum
facinorosis audaciter n *cum libidinosis luxuriosè*
vivere. Hæc illa tam varia, multiplicíque na-
tura cùm omneis omnibus ex terris homi-
nes improbos, audaceísque collegerat: tum
etiam multos forteis viros, & bonos specie
quãdam virtutis assimulatæ o tenebat. neque
vmquam ex illo delendi huius imperij tam
sceleratus p impetus exstitisset, nisi tot vitio-
rum tanta immanitas quibusdã facilitatis, &
patientiæ radicibus niteretur. Quare ista cõ-
ditio, iudices, respuatur, nec Catilinæ fami-
liaritatis crimen hæreat. est enim commune
cum multis, & cũ quibusdam etiã bonis. Me
ipsum, me, inquã, quondã pænè ille decepit,
cùm & ciuis mihi bonus, & optimi cuiusq. cu-
pidus, & firmus amicũs, & q fidelis videretur.
cuius ego facinora oculis priùs, quàm opinio
ne, manib. antè, quàm suspicione, deprehẽdi.
cuius in magnis caterũs amicorũ, si fuit etiã
Cœlius, magis r est, vt ipse molestè ferat erras-
se se, sicuti & nõnunquã in eodẽ homine me
quoque errorẽ mei pœnitet, quàm s vt istius
amici-

P. II.
a *al.* nunquam à me r.

b Prætexta pueri vtebantur ad annũ vsque XVI. tum verò togam sumebant virilem, paramve in Capitolio. Hæc autem ita totũ corpus amicitiæ & ita quodãmodo impedi uit, vt etiam brachium vtrumque coliberet.*

c *fic v. c. al.* constitutus: vt exercit.

d *al.* merere

e L. defende rat *& ita v.c.*

f *al.* prima illa.*

g Catilinæ descriptio.*

h L. ex tam contrariis, di P. xl. uersissq. inter se pug.

i Id Græcè τὸ ἀπλοῦν & vide Victo-rium 8. & 11.

k L. ac flecte re: *& ita v.c.*

l Naturæ ho minis varię.*

m hoc est se ueris, grauibus, austeris.*

n L. audaci ter, *& ita v.c.*

o L. assimila-te

p *v.c.* cõsce-leratus

q *fort.* ac fi-dus vid.

r L. magis est cur ipse mol.

s L. quàm cur is.

amicitiæ crimen reformidet. Itaq. à maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiã oratio est vestra delapsa. posuistis enim, atq. id tamen titubanter, & strictim, coniurationis hunc, propter amicitiam Catilinæ, participẽ fuisse: in[a] quo non modò crimen non hæreret, sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio. Qui enim tantus furor in Cælio? quod tantũ aut in moribus, naturáque vulnus, aut in re, atque fortuna? vbi b denique in ista suspicione est Cœlij nomen auditum? Nimiùm multa de re minime dubia loquor. Hoc [c] tamen dico, nõ modò si socius cõiurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, num quam coniurationis accusatione adolescẽtiã suã potissimùm commẽdare voluisset. quod, haud scio, an de ambitu, & de [d] criminibus istius sodalium, ac sequestrium, quoniã huc incidi, similiter respõdendum putẽ: nam quã enim tam Cœlius amẽs fuisset, vt, si se isto in finito ambitu cõmaculasset, ambitus alterũ accusaret. neq. enim [e] eius factí in altero suspicionem quæreret, cuius ipse sibi perpetuã licentiã optaret: nec, si sibi semel periculum ambitus subeundũ putaret, ipse alterũ iterũ ambitus crimine arcesseret. quod quamquã nõ sapienter, & me inuito facit, tamen est eiusmodi cupidus, vt magis insectari alterius innocentiam quàm de se timide cogitare videatur. ¶ Nam quòd *as alienum obiectum est*, fumus reprehensi, tabulæ flagitatæ: videte, quàm pauca respõdeam. Tabulas[g], qui in patris potestate est, nullas conficit h. verũ numquã omnino fecit vllam. Sumtus vnius generis obiectus est, habitationis triginta mil libus dixistis eum habitare. Nũc demum intelligo, P. Clodij insulam esse venalem, cuius hic in ædiculis habiteti, decẽ vt opinor, millibus. vos autẽ, dum illi placere vultis, ad tẽpus ei mendacium vestrum accommodauistis k. ¶ Reprehendistis, *à patre quòd semigrarit* l. Quod quidem iam in hac ætate minimè reprehendẽdum est. qui [m] cùm ex reip. causa esset mihi quidem molestam, sibi tamẽ gloriosam, victoriam consecutus, & per ætatem [n] magistratus petere posset, non modò permittente patre, sed etiam suadente, ab eo semigrauit: & cùm domus patris à foro longè abesset, quò facilius & [o] nostras obire domos, & ipse à suis coli posset, conduxit in Palatio, non magno, domum. Quo loco possum dicere id, quod vir clarissimus, M. Crassus, cùm de aduentu regis Ptolemæi quereretur, paullo antè dixit,

Vtinam me in nemore Pelio

ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. *nam numquam ibera errans hanc molestiam nobis exhiberet,*

Medea animo ægra, amore sæuo saucia.

Sic enim, iudices reperietis, quòd, cùm ad id loci venero, ostendam, hanc Palatinam Medeam, migrationémq. huic adolescẽti causam fuisse malorum omnium, siue potius sermonũ fuisse. ¶ Quamobrem illa, quæ ex accusatorũ oratione præmuniri iã, & fingi intelligebã, fretus vestra prudentia, iudices, non pertimesco. Aiebant enim fore testem senatorem, *qui se pontificis P. Comitijs pulsatum à Cælio diceret.* A quo quæram, si prodierit: primùm cur statim nihil egerit: deinde q, si id [r] quæri, quàm agere maluerit, cur productus à vobis potiùs, quàm ipse per se: cur tãto pòst potiùs, quàm continuò, quæri [a] maluerit. Si mihi ad hæc acutè, argutéque respondent: tum quæram denique ex quo iste fonte senator emãnet, nã, si ipse orietur, & nascetur ex se: fortasse, vt soleo, commouebor. sin [b] autem, vt riuulus, arcessitus, & ductus ab ipso capite accusationis vestræ: lætabor, cùm tanta gratia, tantísq. opibus accusatio vestra nitatur, vnũ senatorẽ solum esse, qui vobis gratificarivellet, inuentum. ¶ Nec tamẽ illud genus alterũ nocturnorum testium pertimesco. est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, *vxores suas à cena redeuntes, attrectatas esse à Cælio.* Graues erũt homines, qui hoc iurati dicere audeãt[c]: cùm sit hic confitendum, numquam se non congressũ quidem, & constituto cœpisse ne tantis iniuriis experiri. Sed totum genus oppugnationis huius, iudices, & iam prospicite animis, & cùm inferetur, propulsare debebitis. nõ enim ab iisdem accusatur M. Cœlius, à quibus oppugnatur. palàm in eũ tela iaciuntur, clàm subministrantur. Neq. id ego dico, vt inuidiosum sit in eos, quibus glorioſum hoc etiam esse debet. funguntur officio: defendunt suos: faciunt [e] quod viri fortissimi solent. læsi dolent, irati efferũtur, pugnãt lacessiti. sed vestræ sapientiæ tamẽ est, iudices, nõ, si causa iusta est viris fortib. oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam putate esse iustã alieno dolori potiùs, quàm vestræ fidei consulẽdi. Quæ sit multitudo in foro, quę genera, quę studia, quę varietas hominum videtis. ex hac copia quàm multos esse arbitramini, qui hominib. potentib. gratiosis, disertis, cùm aliquid eos velle arbitrẽtur, vltrò se offerre soleant, operã nauare, testimoniũ polliceri? Hoc ex genere si qui se in hoc iudicium fortè proiecerint: excluditote eorũ cupiditatem, iudices sapiẽtia vestra: vt eodẽ tempore huius [f] saluti, & religioni vestræ, & contra periculosissimas [g] hominum potẽtias conditioni omnium ciuium prouidisse videamini. Equidem vos abducam à testibus: neque huius iudicij veritatẽ, quę mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari finam: quæ facillimè effingi [h] nullo negotio flecti, ac detorqueri potest. argumentis agemus: signis omni [i] luce clarioribus crimina refellemus. res eum re, causa cũ causa, ratio cũ ratione pugnabit. ¶ Itaque illam partem causæ facilè patior grauiter, & ornatè à M. Crasso esse peroratam, *de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, & de libonis Tullia.* Vellem dictum esset ab eodẽ etiam *de Dione.* de quo ipso tamen quid est, quod exspectetis: quod is, qui fecit, aut nõ timet, aut etiam fatetur? etenim [l] reus qui dictus est & adiutor fuisse, & conscius, P. Ascitius, is iudicio est liberatus. Quod igitur est huiusmodi crimen, vt qui commisit, non neget: qui [m] non negauit, absolutus sit: id hic pertimescat, qui non modò à facto, verùm etiam à conscientiæ suspicione abfuit[n]? & si Ascitio causa plus profuit, quàm nocuit inuidia, huic oberit tuum maledictũ, quid istius facti non [o] modò non suspicione, sed ne infamiæ quidem est adspersus? At prævaricatione est Ascitius liberatus. Perfacile est isti loco respondere, mihi præsertim, à quo illa causa defensa est. Sed Cœlius optimam causam Ascitij esse arbitratur: cuiusmodi [p] autẽ sit, à sua putat esse seiunctam: neque solùm

---

§. V.

a L. in quo non modò crimine non inhærebat, sed vix d.

b L. vbi denique ista suspicio Cœlij

c L. hoc tantum dico,

d L. & de criminibus istius sod. & ita v.c

e particula, enim, abest ab vno tod. antiq.

f L. Iusmodi cupiditatis, vt ¶ Turneb. eiusmodi gloriæ cupidus. L. eiusmodi dixit. &c. eiusmodi id est talis.*

g Tabulas cõscere, est mutuo accipere.*

h sic v.c. fort. confecit

i L. habitat, al habet.

k v.c accommodatis.

P. XLI. l fort. emigrarit. fort semigrare est fortium & aliquo migrare.*

m L. qui cũ & ex reip. & ita v.c.

n magistratus certa tantum ætate petiti.*

o v.c. & nostras domus obire.

P. Comitia Pontificia, quibus Pontifices eligebantur.*

q v.c. dein,

r L. ũ id quæ.

a L. queri maluerit.

b fort. sin autem vt riuulus, erit arcessitus, &d. v.c. sin autem est

P. E. riuulus arcessitus, &

c L. audebitne & ita v.c.

d L. etiã hoc

e verbum, faciunt, abest à q. v.c.

f L. & huius

g L. periculosas h. & ita v.c.

h L. fingi

P. XLII. i v.c. luce omni

k copulatis & abest à v.c.

l h. est enim rex, quid.

m L. qui negauit, abs.

n L. afuit?

o L. non modò suspicione

p L. cuiusmodi autem sit. al. cuiusmodi autem s.

Cœlius,sed etiam adoleſcentes humaniſſimi & doctiſſimi, rectiſſimis ſtudiis, atque optimis artibus præditi,Titus,Caiúſque Coponij: qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluerunt: qui cùm doctrinæ ſtudio,atque humanitatis,tum etiam hoſpitio Dionis tenebãtur.Habitabat is apud L.Lucceiũ,vt audiſtis. fuerat ei cognitus Alexandriç.Quid aut hic, aut ſummo ſplendore præditus, frater eius, de M.Cœlio exiſtimet,ex ipſis, ſi producti e- runt,audietis. ¶ Ergo hæc [a] remoueantur,vt aliquando,in quibus cauſa nititur, ad ea veniamus.Animaduerti enim,iudices, auditi à vobis meum familiarem [b],L.Herenniũ,'per attenté. in quo etſi magna ex parte ingenio eius,&dicendi genere quodam tenebamini: tamen nonnunquam verebar, ne illa ſubtiliter ad criminãdum inducta oratio,animos veſtros ſenſim, ac [c]leniter accenderet. dixit enim multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis iuuẽtutis,multa de moribus: &, qui in reliqua vita mitis eſſet, & in hac ſuauitate humanitatis, qua prope iam delectãtur homines, verſari periucundè ſoleret, fuit in hac cauſa pertriſtis quidã patruus,ſeuior, magiſter. obiurgauit M. Cœlium, ſicut neminem vmquam parens. multa de incontinentia, intemperantiáque diſſeruit. Quid quæritis, iudices? ignoſcebam vobis attentè audiẽtibus,propterea quòd egomet tam triſte illud,&tam aſperum genus orationis horrebam. Ac prima pars fuit illa, quæ me minùs mouebat, fuiſſe meo neceſſario Beſtiæ Cœlium familiarem:cœnaſſe apud eum, ventitaſſe domum, ſtuduiſſe præturæ. Non me hęc mouent,quę perſpicuè falſa ſunt.etenim co vnà cœnaſſe dicit,quidaut abſunt,aut quibus neceſſe [e]eſt idem dicere.Neq.verò illud me commouet, quòd ſibi in Lupercis ſodalem eſſe Cœlium dixit.*Fera* [f] quædam ſodalitas,&planè paſtoritia,atque agreſtis germanorum [g]Lupercorum:quorum coitio illa ſillueſtris,ante eſt inſtituta,quàm humanitas,atque leges.ſi quidem non modò nomina deferunt inter ſe ſodales,ſed etiam commemorant ſodalitatem in accuſando,vt [h]ne,ſi quis id fortè neſciat,timere videatur. Sed hæc omittam : ad illa, quæ me magis mouerunt, reſpondebo. Deliciarum obiurgatio fuit lõga,&ea lenior:plúſque diſputationis habuit, quàm atrocitatis:quo etiam audita eſt attentiús.nam P.Clodius, amicus meus, cùm i ſe grauiſſimè, vehementiſſiméque iactaret, & omnia inflammatus [k] ageret triſtiſſimis verbis,voce maxima: tametſi probabã eius eloquentiam, tamen non pertimeſcebam, aliquot enim in cauſis eum videram fruſtra litigantem.tibi autem,Balbe, reſpondebo primùm precariò,ſi licet,ſi fas eſt defendi à me eum, qui nullum conuiuium renuerit [l], qui vnguenta ſumſerit, qui Baias viderit. Equidem [m] multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui *primoribus labris gustasſent* ſeu genus hoc vitæ & extremis,vt dicitur, *digitis attigiſſent*,ſed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dedidiſſent [o],emerſiſſe aliquando,& ſe ad frugem bonam,vt dicitur,recepiſſe,grauiſſque homines, atq. illuſtreis fuiſſe. Datur enim cõceſſu omnium huic aliquis ludus ætati,& ipſa natura profundit adoleſcentiæ copiditates:quę ſi ita erumpũt,vt nullius vitam labefactent, nullius domum euertant: faciles,& tolerabiles haberi ſolẽt.Sed tu mihi videbare ex cõmuni infamia iuuẽtutis aliquam inuidiam Cœlio velle conflare.Itaque omne illud ſilentiũ, quod eſt orationi tributũ tuæ,fuit ob eam cauſam, q. vno reo propoſito de multorũ vitiis cogitabamus.Facilè eſt accuſare luxuriem. dies iam me deficiet, ſi, quæ dici in eam ſententiam poſſunt, coner expromere, de corruptelis, de adulteriis, de proteruitate,de ſumtibus, immẽſa oratio eſt. vt tibi reũ neminem,ſed [a] vitia proponas,res tamẽ ipſa & copiosè, & grauiter accuſari poteſt.ſed veſtræ ſapiẽtiæ eſt,iudices,nõ abduci ab reo:nec,quos aculeos habeat ſeueritas,grauitáſque veſtra, cùm eos accuſator erexérit in rẽ,in vitia,in mores, in tempora,emittere in hominẽ,& in reũ: cùm is nõ ſuo crimine, ſed multorũ vitio ſit in quoddam odium inuſtũ vocatus.Itaq.ſeueritati tuæ,vt [b] oporteret, ita reſpondere non audeo : erat enim meũ deprecari vacationem adoleſcentię,veniámq. petere: nõ,inquam,audeo : perfugiis non vtor ætatis:cõceſſa omnibus iura dimitto:tantùm peto,vt, ſiqua eſt inuidia communis hoc tempore æris alieni, petulantiæ,libidinum iuuentutis, quã video eſſe magnã, ne huic aliena peccata,ne ætatis,ac tẽporum vitia noceant. ¶Atque ego idẽ, qui hæc poſtulo,quin criminibus,quæ in hunc proprie cõferuntur, diligentiſſimè reſpondeam [c], non recuſo. Sunt autẽ *duo crimina,auri,& veneni:* in quibus vnad,atq. eádem perſona verſatur. Aurum ſumtum à Clodia: venenũ quæſitum, quodClodię daretur,dicitur.omnia ſunt alia non crimina,ſed maledicta iurgij petulantis magis,quàm publicę quæſtionis.Adulter impudicus, ſequeſter, conuicium eſt,non accuſatio.nullum eſt enim fundamentum horum criminũ,nulla ſedes,voces ſunt contumelioſę,temerè ab irato accuſatore,nullo auctore, emiſſæ. Horum duorum criminum video [e] fontem, video auctorem , video certum nomen,& caput. Auro opus fuit: ſumſit à Clodia,ſumſit ſine teſte,habuit quamdiu voluit. maximum video ſignum cuiuſdam egregiæ familiaritatis. necare eandem voluit,quæſiuit venenũ, ſollicitauit quos potuit,parauit [f] locũ,conſtituit, attulit. magnum rurſus odiũ video cũ crudeliſſimo diſſidioſ exſtitiſſe.Res eſt omnis in hac cauſa nobis,iudices,cũ Clodia,muliere non ſolùm nobili,ſed etiam nota : de qua ego nihil dicam, niſi depellendi criminis cauſa.Sed intelligis pro tua præſtanti prudentia, Cn. Domiti , cum hac ſola rem eſſe nobis:quæ ſi ſe autũ Cœlio commodaſſe non dicit, ſi venenum ab hoc ſibi paratum eſſe non arguit: petulanter facimus,ſi matrem familiãs, ſecus, quàm matronarum ſanctitas poſtulat,nominamus. ſin,iſta muliere remota,nec crimen vllum,nec opes ad oppugnandumCœlium illis relinquẽtur,quid eſt aliud, quod nos patroni facere debeamus , niſi vt eos,qui infectantur, repellamus? quod quidẽ facerem vehementiùs,niſi intercederent mi [i] hi inimicitiæ cum iſtius mulieris viro [l] : fratrem volui dicere:ſemper hîc erro.nunc agã modicè , nec longiùs progrediar , quàm me mea fides,& cauſa ipſa coget. *neque enim mulieberes vmquã inimicitias mihi gerendas putaui,* præſertim cum ea,quam omnes ſemper amicam [k] omnium potiùs, quàm cuiuſquam inimicã putauerunt. Sed tamen ex ipſa quærẽ priùs,

a De luxuria Cœlio obiecta.*

b *v.c* familiarem ,Herennium, P. B.

c *al.*ac leniter acc.

d L. aut qui abſ.

e *al.* neceſſe ibidem liceret.*

f Lupercorũ fratrum ſodalitas quæ,adde de Lupercis, Feſto in Crepos, & Februarius & Fabiani.*

g fratrum.*

h *fort.*vt ne quis, ſi id f. *al.* vt nequis id fortè neſciat,temerè facere videatur.

P. XLIII.

i *v.c.* cum ſe vehemẽtiſſimè, grauiſſimèque iact.

k *al.* inflammatius.*

l *v.c.*remune rit.*

m Adoleſcentes, & ſemel inanimas omnes.*

n ſic, ſummo digito tetigiſſe dixit Iuſtinianus fine Inſtitut. Vbi Theophilus ἅψασθαι ἀκροδακτυλίῳ plura vide apud Vlcerium v. Variar.10 *

o *v.c.* dediſſe.

p. Clodio qui cum ſororibus ſtuprum feciſſe arguebatur.*

q *Horatium* 1. *epiſtol.*

r Clodiam obiurgat.*

priùs,vtrùm me secũ seuerè,& grauiter,& pti sce agere malit, an remisse,ac[a] leniter,& vrbané. si illo austero more,ac modo: aliquis mihi ab inferis excitãdus est, ex barbaris illis,non hac barbula,qua ista[b] delectatur: sed illa horrida,quam in statuis antiquis,& imaginibus videmus:qui obiurget me pro me loquatur, ne ista mihi forte succenseat. Exsistat igitur ex hac ipsa familia aliquis:ac potissimũ cæcus d ille. minimũ enim dolorem capiet, qui istam non videbit, qui profectò si exstiterit, sic aget,& sic loquetur. Mulier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescẽtulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti,vt aurum commodares:aut tam inimica, vt venenum timeres? non patrem tuum videras? non patruum,non auum,proauum [e], atauum audieras consules fuisse? non deniq. modò te Q. Metelli [f] matrimonium tenuisse sciebas,clarissimi,& fortissimi viri,patriæque amantissimi? qui simulac pedem limine extulerat,omneis prope ciueis virtute, gloria, dignitate superabat? cui cùm ex amplissimo genere in familiã clarissimam nupsisses,cur tibi Cœlius tam cõiunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil horum [h]. quid igitur fuit,nisi quædam temeritas,ac libido? nõne i te, si nostræ imagines virtiles non commouebãt,ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia,æmulam domesticæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa[k] Vestalis Claudia,quæ patrem cõplexa triumphantem ab inimico tribuno pleb. [l] de curru detrahi passa non est? cur te fraterna vitia potiùs,quàm bona paterna,& auita,& vsque à nobis cùm in viris, tũ etiam in fœminis repetita,moueruntideóne ego [m] pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? ideò aquam [n] adduxi [o], vt ea tu incestè vterere? ideò viam muniui,vt eam tu alienis viris comitata celebrares? Sed quid ego,iudices,ita grauem personã induxi, vt verear,ne se idẽ Appius repentè conuertat, & Cœlium incipiat accusare illa sua grauitate censoria? Sed videro hoc posteriùs,atque ita,iudices,vt vel seueriss imis discẽptatoribus M. Cœlij vitam me probaturum esse confidam. Tu [p] modò mulier (iam enim ipse tecum nulla persona introducta loquor) si ea,quæ facis,quæ dicis, quæ insimulas, quæ moliris,quæ arguis,probare cogitas: rationem tantæ familiaritatis, tantæ consuetudinis,tãtæ coniunctionis reddas, atque exponas necesse est. Accusatores quidé libidines,amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comessationes [q], cantus, symphonias,nauigia iactantidémq. significant,nihil se,te inuita, dicere. quæ tu, quoniam mente nescio qua effrenata, atque præcipiti in forũ deferri, iudiciúmque, voluisti: aut diluas oportet,& falsa esse doceas, aut nihil neq. crimini tuo,neque testimonio credendum esse fateare. Sin autem vrbaniùs me agere mauis: sic agam tecum. remouebo illum [r] nem durum,ac pẽnè agrestem: ex bisque tuis sumam aliquem, ac potissimum minimum fratrem tuum,qui est in isto genere vrbanissimus,qui te amat plurimùm: qui, propter neicio,quam credo, timiduatem, & nocturnos quosdam inaneis metus,te cũ semper pusio [s] eum maiore sorore cubitanit. eum putato tecum loqui: Quid tumultuaris soror? quid insanis? quid [a] clamore exorsa, verbis, paruam rem, magnam facis? vicinum adolescentulum adspexisti: candor huius te,& proceritas,vultus, oculíque perpulerunt [b]: sæpius videre voluisti: nonnumquam [c] in iisdem hortis visa nobilis mulier: illum filiumfamiliãs patre parco, ac tenaci, habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat,respuit,non putat tua dona esse tanti. confer te alió. habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparasti [e], quò omnis iuuentus natandi [f] causa venit. hinc licet conditiones quotidie legas. cur huic,qui te spernit,molesta es? Redeo nũc ad te,Cœli,vicissim,ac mihi auctoritatẽ patriam, seuerita:émque suscipio: sed dubito,quẽ patrem potissimùm sumam. Cæcilian.úmne aliquem,vehementem,atque durũ? *Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira*: Aut illum.-

O infelix,ô scelestè.--

Ferrei sunt isti patres.-*Egóne quid dicam? egóne quid velim? quæ h tu omnia tuis fœdis factis, facis,vt nequidquam velim.* Vix i ferenda dicebat talis pater,*Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti? cur alienam vllam mulierem nosti? dede k te,ac dissice,per me licebit. Si egebis,tibi dolebit: mihi sat est, qui, ætatis quod reliquum est, oblectem meæ.* Huic tristi, ac [l] decrepito seni responderet Cœlius, se nulla cupiditate inductum de via decessisse. Quid signi? nulli sumtus,nulla iactura,nulla versura. At fuit fama. Quotusquisque istam effugere potest in tam maledica ciuitate? Vicinum eius mulieris miraris malè audisse, cujus frater germanus sermones iniquorũ effugere non potuit? Leni verò,& clementi patri,cuiusmodi ille [n] est:--

Fores effregit? restituentur: discidit vestem? resarcietur.

Cœlij causa est expeditissima. Quid enim esset, in quo se non facilè defenderet? nihil iam in istam mulierem dico: sed si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus peruulgaret, quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos,domum, Baias [o], iure suo libidines omnium commearent: quæ etiam alceret adolescenteis, & parsimoniam patrum suis sumptibus sustentaret: si vidua liberè,proterua petulanter, diues effusè,libidinosa meretricio more viueret: adulterum ego putarem, si quis hanc paullò libertiùs saluratsset? Dicet aliquis. Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescenteis? ob hanc causam tibi [p] hunc puerum parens commendauit, & tradidit, vt in Pamore,& voluptatibus adolescentiam suam collocaret: & [q] hanc tu viam, atque hæc studia defenderes? Ego, si quis, iudices, hoc robore animi,atque hac indole virtutis,ac continẽtiæ fuit,vt respueret & omneis voluptates, omnémque vitæ suæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret: quem non quies,non remissio, non æqualium studia,non ludi,non conuiuia delectarent: nihil in vita expetendum putaret, nisi quod honestum esset cum laude, & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instructum, atque ornatũ [r] puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror

a L. & leniter & ita v.c.

b al. isti delectantur.

c al. & qui pro me loq.

d L. Cæcus Appius.*

e al. non proauum,nõ atauum

f Q. Metelli scelerisi.*

g L. ac fortissimi & ita v.c.

P. B.

h v.c. eorum l al. non te*

k Idem Suetonius in Tiberio.*

l v.c. plebei.

m de Appio Claudio Cœco eadem refert Cicero Offic. Plinius c.14. de viris illustrib. Florus 13. epitomes & Iurisconsultus l. 2. §. 5. ff. de postulando.*

n Anienem* o forte. deduxi.

p L. tu verò mulier, & ita v.c.

q L. comissationes,

P. XLV.

r Pusiones obscœnarum libidinum vocabant.

a L. quid à clamore exorsa,

b L. percelerunt:

c L. fuisti nõ nunquam in iisdem hort.

d al. hortis.

e v.c. parasti & ita L.

f Natandi causa iuuentus Romæ in quem locum conuenerit.*

g L. An illũ,

h fort. quintu omnia t.

i L. vix ferẽ

d. Diceret talis p.

k L. dide,ac dissices, ‖ Dissicere autẽ est diffecare eãque forma

P. B.

effertur,vt Præcisos, apud Plautum Panulo proficiscis,proficiscitur, proficium apud Terentium in Heautontimorumeno. Solinum. & Festum, proficisci apud Varronem 4. de lingua. Est apud Priscianum l. dissicio,vt & disico apud Lactantium 2. ap. 8. & 3. ca. 19. & de Ira cap. 10. & Virgilium Aeneidos 9. & 12. apud Valerium lib. 3. & 8. ca. 25. Plautum Curculione act. 3. Isidorum 18. vbi de terminis. Ouidium 11. Metamorphos. Senecã Agamemn. act 3. Valeriũ Flaccum 3. Argonautic. Prudentium hymno Cathemerinon, & apud Naulum Gymnasiarchum in Dipsalmatis. Quibus locis partim corrupte diligit vel dificit legitur.*

l L. ac decto.

m Terentianus adelphis act. 3. scena 2.* n al. balneas* o fere. c. al. parens puerum com. p al. in amorib. q al. & haus in viam r L. ornatum fuisse puto.

Camillos, Fabricios, Curios, omneisque eos, qui hæc ex minimis tanta fecerunt. Verùm hæc genera virtutum non solùm in moribus noſtris,sed vix iam in libris reperiũtur.chartæ quoque,quæ illam priſtinam ſeueritatem continebãt,obſoleuerũt [a],neque solùm apud nos , qui hanc ſectam , rationémque vitæ, remagis, quàm verbis, ſecuti ſumus, ſed etiam apud Græcos , doctiſſimos homines : quibus, cùm facere non poſſent,loqui tamen,& ſcribere honeſtè,& magnificè licebat. Alia quædam , mutatis Græciæ temporibus, præcepta exſtiterunt.Itaque alij [b] *voluptatu causa omnia ſapientis facere dixerunt:* neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt. alij *cum voluptate dignitatem coniungendam putauerunt* , vt res maximè inter ſe repugnãtes dicendi facultate coniungerent. *Illud* [c] *vnum ad laudem cum labore dirẽctum iter qui probauerunt, propè iam ſoli in ſcholis ſunt relicti.* multa enim nobis blandimenta natura ipſa genuit, quibus ſopita virtus conniueret:& interdum multas vias adoleſcẽtiæ lubricas oſtẽdit, quibus illa inſiſtere,aut ingredi ſine caſu aliquo autd prolapſione vix poſſet, & multarum rerum iucundiſſimarum varietatem dedit, qua non modò hæc ætas, ſed etiam iam corroborata caperetur.Quamobrem ſiquem forte inueneritis, qui aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, non ſapore capiatur, excludat auribus omnẽ ſuauitatem : huic homini ego fortaſſe,& pauci, deos propitios , plerique autem iratos putamus. Ergo *hæc deſerta via, & inculta,atque interciſa iam frondibus, & virgultu,relinquatur: detur aliquid ætati : ſit adoleſcentia* [e] *liberior: non omnia voluptatibus denegentur : non ſemper ſuperet vera illa , & directa* [f] *ratio : vincat aliquando cupiditas,voluptáſque rationem,dummodo illa in hoc genere præſcriptio,moderatióque teneatur:parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ , ne ſpoliet alienam:ne effundat patrimonium , ne fœnore trucidetur., ne incurrat in alterius domum , atque famam* [g] *: ne probrum caſtis , labem integrũ , infamiam bonũ inferat : ne quem interimat* [h] *: ne interſit inſidiis: ſcelere careat:poſtremò,cùm paruerit voluptatibus,dederit aliquid temporis ad ludũ ætatis,atque ad inane,haſce adoleſcentiæ cupiditates:reuocet ſe aliquando ad curam rei domeſticæ, rei forenſis,reipub.:vt ea, quæ ratione antea non perſpexerat* [l]*,ſatietate abiecisſe,experiendo contemſiſſe videatur.* A [m] multi & noſtra,& patrum, maiorúmque memoria, iudices , ſummi homines, & clariſſimi ciues fuerunt , quorum cùm adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent [n] eximiæ virtutes,firmata iam ætate,exſtiterũt. ex quibus neminem mihi neceſſe [o] eſt nominare:voſmet vobiſcum recordamini.nolo enim cuiuſquam fortis, atque illuſtris viri ne minimum quidẽ erratum cum maxima laude cõiungere. quod ſi facere vellem,multi à me ſummi, atque ornatiſſimi viri prædicarentur : quorũ partim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo ætis alieni, ſumtus [p], libidines, nominarentur,quæ multis poſtea virtutibus obtecta, adoleſcentiæ, qui vellet,excuſatione defenderet.At verò in M.Cœlio (dicam enim iam confidẽtiùs de ſtudiis eius koneſtis,quoniam audeo quædam,fretus veſtra ſapientia,liberè cõfiteri)nulla luxuries reperietur,nulli ſumtus,nullum æs alienum, nulla conuiuiorum, ac luſtrorum [a] libido. quod quidem vitium ventris & gutturis [b], non modò non minuit ætas hominibus,ſed etiam auget. Amores autem,& hæ deliciæ quæ vocantur, quę firmiore animo præditis diutiùs modeſtę nõ ſolent eſſe (maturè enim, & celeriter deflorẽ cunt) nunquam hunc occupatum, impedirúmque tenuerunt. Audiſtis,cùm pro ſe diceret : audiſtis anteà,cùm accuſaret (defendendi hæc cauſa,non gloriandi loquor:)genus orationis: facultatem,copiam ſententiarum,atque verborum,quæ veſtra prudentia eſt,perſpexiſtis. Atque in eo non ſolùm ingenium [c] elucere eius videbatis : quod ſæpe etiam ſi induſtria non aliter,valet tamẽ ipſum ſuis viribus:ſedd inerat, niſi me propter beneuolentiam fortè fallebat,oratio [e] & bonis artibus inſtituta:& cura [f],& vigiliis elaborata. Atque [g] ſci ote, iudices,eas cupiditates,quæ obiiciũtur [h] Cælio,atque hæc ſtudia, de quibus diſputo, non facile in eodem homine eſſe poſſe.*fieri enim non poteſt, vt animus libidi,ni deditus : amore,deſiderio, cupiditate , ſæpe nimia copia,inopia etiam nonnumquam impeditus , hoc, quidquid eſt, quod nos facimus in dicendo , non modò agendo , verũm etiam cogitando poſſit ſuſtinere.* An vos aliam [i] cauſam eſſe vllam putatis , cur in tantis præmiis eloquentiæ,tanta voluptate dicendi,tãta laude, tanta [k] gloria , tanto honore , tam ſint pauci [l],ſempérque fuerint,qui in hoc labore verſentur? *Omittenda* [m] *ſunt omnes voluptates : relinquenda ſtudia delectationũ : ludus, iocus* [n]*, conuiuium , ſermo etiam* [o] *pænè omnium familiariũ deſerendus.* quæ res in hoc genere homines à labore , ſtudióque dicendi deterret, non [p] quo aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis. An hic,ſi ſeſe iſti vitæ dediſſet, conſularem hominem admodum adoleſcens in iudicium vocauiſſet? hic,ſi laborem fugeret , ſi obſtrictus voluptatibus teneretur, in hac acie quotidie verſaretur?appeteret ini micitias?in iudicium vocaret?ſubiret periculum capitis ? ipſo inſpectante populo R.tot [q] menſes aut de ſalute,aut de gloria dimicaret. Nihil igitur illa vicinitas redolet ? nihil hominum fama? nihil Baię denique ipſę loquũtur ? illæ verò non loquuntur ſolùm , verùm etiam perſonant, huc vnius mulieris libidinẽ eſſe prolapſam,vt ea non modò ſolitudinem, ac tenebras,atque hæc flagitiorũ integumenta nõ quęrat, ſed in turpiſſimis rebus frequẽtiſſima celebritate,& clariſſima luce lætetur. Verùm ſi quis eſt,qui etiam meretricis amotibus interdictum iuuentuti putet: eſt ille quidem valde ſeuerus : negare non poſſum: ſed abhorret nõ modò ab huius ſæculi licẽtia , verùm etiam à maiorum conſuetudine, atque conceſſis: quando enim hoc non [r] factum eſt?quando reprehenſum? quando non permiſſum? *quando denique fuit , vt, quod licet, non liceret ?* Hic ego iam [ſ] rem definiam: mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam. Siqua [t] non nupta mulier domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, palámque ſeſe in meretricia vita collocarit, virorum alieniſſimorũ conuiuiis vti inſtituerit,ſi hoc in vrbe,ſi in hortis, ſi in Baiarũ illa celebritate faciet:ſi deniq. ita ſeſe geret, nõ inceſſu ſolùm,ſed ornatu,atque comitatu:nõ flagrantia [u] oculorum [x],non libertate ſermonis, ſed etiam complexu, oſculatione,aquis, nauigatione,cõuiuiis, vt nõ ſolùm meretrix, ſed

a ſeu Priſcianus 3. *Alij legunt* obſoleuerunt.*

b Variæ philoſophorum ſententiæ de ſũmo bono.*

c v.c.illud vnum, directũ iter ad laudẽ cum labore qui probauerunt.

d ſic v.c.al. ac prol.

e Adoleſcentiæ partes.*

f ſic v.c.al. & directa via ad rat. P. B.

g q.v. c. famam: h v.c.vt interreat:

i ſic v.c. al. atque inanes

k v.c. reque publ.

l al.proſpexerat.

m L.ac multi quidem & noſtra,

n L.deferuiſſent. §Sed vtrumque eſt à feruco ferui & deferbuio v.c. liquet

o L.nomen.

p L ſumtus libidinis nomine.

a al.Inprouentrum.*

b v.c.& gutturis, P. XLVII.

c v.c. ingenium eius elucere vid.

d ſed. ſed in eo erat,

e v.c. ratio & bon.artes pl.

f L.& cura, ac vigiliis elaborata.

g L. Atqui ſcitote,

h v.c.obiicẽtur

i Oratores cur pauciſſimi.*

k L. tanta gratia & ita v.c.

l Vide Cicer onem.de oratore * m ver.obſerẽdæ.*

n Citatur à Nonio in dictione locus* o particula etiam. abeſt à v.c.

p al.nõ quod P. B.

q q ſic v.c.al. tot iam menſes

r L. non ſatis ſtatum eſt

ſ al.rem iã.

t Meretricis mores.

u al.fragrantia,*

x al.odorũ.

a *al.* proterua meretrix videatur.*

b L. iniuriat uas, Clodia:

¶. XLVIII.

c L. violandis. *Vet.* insidiolandis. *al.* insidiose vio landis, *vel* per insidias violandis. *al.* si ꝛc insidian drs pasiuè accipias. *al.* ininiidiis.*

d L. domini necandum f.

e *v.c.* ad necem legari, ad

f *al.* sempiterni.*

P. B.

g *al.* facinus tantum cel. [*al.* facinoris tanti vel faci nori tanto.*

h *v.c.* se ad ornamentum fuid.

i *v.c.* immanitate.

k *al.* fin.*

sed etiam procax[a] videatur: cum hæc si quis adolescens fortè fuerit, vtrùm hic tibi, L. Herenni, adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere hominem voluisse videatur? Obliuiscor iam iniurias[b], Clodia: depono meam doloris mei: quæ abs te crudeliter in meos, me absente, facta sunt, negligo. ne sint hæc in te dicta, quæ dixi. sed ex te ipsa requiro, quoniã & crimen accusatores abs te, & testem eius criminis te ipsam dicũt se habere: si qua mulier sit huiusmodi, qualem ego paullo antè descripsi, tui dissimilis, vita, institútoque meretricio, cum hac aliquid adolescentem hominẽ habuisse rationis, num tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego mãlo: quid est, quod obiiciant Cœlio? sin eam te volunt esse: quid est, aur nos erimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam, rationémq. defensionis. nam aut pudor tuus defendet, nihil à M. Cœlio petulantiùs est factum: aut impudentia, & huic, & ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit. Sed quoniam emerfisse iam à vadis, & scopulos præterueha videtur oratio mea, pertacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina vna in muliere summorum facinorum: auri: quod sumtum à Clodia dicitur: & veneni, quod eiusdem Clodiæ necandæ causa paratum Cœlium criminantur. ¶ *Aurum sumtum*, vt dicitis, quod L. Lucceij seruis daret, per quos Alexandrinus Dio, qui tum apud Lucceium habitabat necaretur. magnum crimen vel in legatis insidiãdis[c], vel in seruis ad hospitem domi d necandũ sollicitandis: plenum sceleris consilium, plenum audacię. Quo quidem in crimine primùm illud requiram, dixeritne Clodiæ, quam ad rem aurum tum sumeret, an non dixerit. si non dixit, cur dedit? si dixit, eodem se conscientiæ scelere deuinxit. túne aurum ex armario tuo promere iussa es? túne Venerem illam tuam spoliatricem spoliare ornamentis? Cetertim cùm scires, quantum ad facinus aurum hoc quæreretur, ad[e] necem scilicet legati, ad L. Lucceij, sanctissimi hominis, atque integerrimi, labem sceleris sempiternã[f], huic facinori tanto tua mens liberalis, conscia: tua domus popularis, ministra, tua denique hospitalis illa Venus, adiutrix esse non debuit. Vidit hoc Balbus, facinoris[g] tantum celatam esse Clodiam dixit, atque ita Cœlium ad illam attulisse, sed ornatum. Isdorum aurum quærere. Si tam familiaris erat Clodię, quàm tu esse vis, cùm de libidine eius tam multa dicis: dixit profectò quò vellet aurum. si tam familiaris non erat: non dedit. Ita si verum tibi Cœlius dixit, ô immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti? si non est ausus dicere: non dedisti. Quid ego nunc argumentis huic crimini, quę sunt innumerabilia, resistam? possum dicere, mores M. Cœlij longissimè à tanti sceleris atrocitate i esse disiunctos: minimè esse credendum, homini tam ingenioso, támque prudenti non venisse in mẽtem, rẽ tanti sceleris, ignotis alienisq. seruis non esse credendam. possum etiam illa & ceterorũ patronorum, & mea consuetudine, ab accusatore perquirere, vbi sit congressus cum seruis Lucceij Cœlius: qui ei fuerit aditus. si per se, qua temeritate? sik per alium, per quem? Possum omneis latebras suspicionum peragrare dicendo. nõ cau-

A sa, non locus, non facultas, non consicius, non perficiendi, non occultãdi maleficij spes, non ratio vlla, nõ vestigiũ maximi facinoris reperietur. Sed hæc, quę sunt oratoris propria: quę mihi non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem, vsumque dicendi fructũ aliquẽ ferre potuissent, cùm à me ipso laborata[a] proferri viderentur, breuitatis causa relinquo omnia, habeo enim, iudices, quem vos socium vestræ religionis, iurisq. iurandi facilè esse patiemini[b], L. Lucceium, sanctissimum hominem, & grauissimum testem: qui tantum facinus, in famã, atque fortunas suas neq. non audisset illatum à Cœlio: neq. negle
B xisset, neq. tulisset. An ille vir, illa humanitate præditus, illis studijs, artibus[c], atq. doctrina, illius ipsius periculũ, quẽ propter hęc ipsa studia diligebat, negligere potuisset? &, quod facinus in alienum hominem illatũ seuerè acciperet, id omisisset curare in hospite? quod
C per ignotos actũ cùm[e] comperisset, doleret, id à suis tentatum esse negligeret? quod in agris, locisve publicis factum reprehenderet, id in vrbe, ac[f] suę domi cœptum esse leuiter[g] ferret? quod in alieuius agrestis periculo non prætermitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Sed cur diutiùs vos, iudices, teneo? ipsius iurati religionem auctoritatẽq. percipite, atque omnia diligenter testimonij verba cognoscite. Recita testimonium Lucceij. TESTIMONIVM LVCCEII. Quid exspectatis amplius? an aliquam vocem putatis ipsam
D pro se causam, & veritatem posse mittere? Hæc est innocentiæ defensio, hæc ipsius causæ oratio: hæc vna vox veritatis. In crimine ipso nulla suspicio est, & in re nihil est argumenti: in negotio, quod actum esse dicitur, nullum vestigium sermonis, loci, temporis: nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimen profertur ex inimica, ex infami,
E ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo: domus autem illa, quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officij, religionis: ex qua domo recitatur vobis iureiurando deuincta auctoritas: vt res minimè h dubitanda, in contentione ponatur, vtrùm temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen, an grauis, sapiens, moderatúsque
F vir religiosè testimonium dixisse videatur. ¶ Reliquum est igitur *crimen* i *de veneno*: cuius ego neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum. ¶ Quæ fuit enim *causa*, quamobrem isti mulieri venenum vellet dare Cœlius? ne aurum redderet? nũ petiuit? ne crimen hæreret? num quis obiecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic
G nemini k nomen detulisset? Quin etiam Herennium l dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse Cœlio, nisi iterũ eãdem de re suo[m] familiari absoluto nomen hic detulisset. Credibile est igitur, tantum facinus nullã[n] ob causam esse cõmissum? & vos non videtis fingi sceleris maximi crimen, vt[o] alterius causa sceleris suscipiẽdi fuisse videatur? ¶ *Cui denique commisit?* quo adiutore vsus est? quo socio? quo conscio? cui tantum facinus, cui se, cui salutẽ suam credidit? seruisne mulieris? fic enim obiectum est. Et erat tam demens hic, cui? vos ingenium certe tribuitis,
H etiam si cetera, inimica ratione detrahitis, vt omneis suas fortunas alienis seruis commit-

a *L.* elaborata prof. ſet &c.

b *v.c.* patiemini, L. Lucceium,

P. XLIX.

c *al.* illis artibus:

d L. in alieno homine seuerè acc.

e *al.* si comperisset,

f *sic v.c. al.* ac domi suæ

g *al.* leuiter.*

h *al.* minimè dubitanda in cont.

P. B.

i VENEFICIVM. Cœlio nõ esse admissum probat Cicero. negat eam famam fuisse cur venenũ daret, circumstantiis vllas aduersus Cœlium negat testibus legitimis factum probari.*

k *al.* nemi nis.*

l *al. L.* Herenium

m *al.* sui familiaris absoluti.*

n *v.c.* ob nullam causam.

o *al.* vt alterius sceleris suspiciendi causa fuisse vid.

p *v.c.* cui vos certè fingen *ꝛc. al.*

teret? At quibus seruis? refert enim magnopere idipsum: hísne quos intelligebat non communi conditione seruitutis uti, sed licentiùs, liberiùs, familiariùs cum domina viuere? quis enim hoc non videt, iudices? aut quis hoc ignorat, in eiusmodi domo, in qua materfamilias meretricio more viuat: in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit: in qua lustra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia, atque flagitia versentur: hîc seruos, non esse seruos? quibus omnia committantur? per quos gerantur? qui versentur iisdē in voluptatibus? quibus occulta credantur? ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumtib⁹, ac[a] luxuria redundet? id igitur Cœlius nō videbat? si enim tam familiaris erat mulieris, quàm vos vultis: istos quoque seruos familiareis esse dominæ sciebat. sin ei tanta consuetudo, quanta à vobis inducitur, non erat: quæ cum seruis potuit familiaritas esse tanta? Ipsius autē veneni quę ratio fingitur? vbi quæsi tum est? quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco traditum? Habuisse aiunt domi, vímque eius esse expertum in seruo quodam, ad rem ipsam parato: cuius perceleri interitu esse [b] ab hoc comprobatum venenum. Prò dij immortales! cur interdum in hominum scelerib⁹ maximis, aut conniuetis, aut præsentis fraudis pœnas in diem reseruatis? Vidi enim, vidi: & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cùm Q. Metellus abstraheretur è sinu, gremióq. patrię, cumque ille vir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die pòst, quàm in curia, in Rostris, in rep. floruisset, integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, eriperetur indignissimè bonis omnibus, atque vniuersæ ciuitati. quo quidem tempore ille moriens, cùm iam ceteris ex partibus oppressa mens esset extremum sensum ad memoriam reip. reseruabat: cùm me intuens flentem significabat interruptis [c], atque morientibus vocibus, quanta impendēret procella vrbi, quanta tempestas ciuitati: & cùm patietē ſæpe feriens, eum, qui cum Qu. Catulo fuerat ei communis, crebrò Catulum, ſæpe me, ſæpiſſimè remp. nominabat: vt non tam se emori, quàm spoliari suo præsidio cùm patriam; tum etiam me doleret. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset: quónam modo ille furenti fratri suo patrueli consulari de ſtitisset, qui consulem incipientem furere, atq. conantem, sua se manu interfecturum, audiente senatu, dixerit? Ex hac igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? nónne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat [d]? non parietes conscios, non [f] noctem illam funestam, ac luctuosam perhorrescet? Sed reuertar ad crimen. Sed enim hæc facta illius clarissimi, ac fortissimi viri mentio, & vocem meam debilitauit, & mentem dolore impediuit. Sed tamen venenum vnde fuerit, quemadmodum paratum sit, non dicitur. Datum esse hoc aiunt P. Licinio, pudenti adolescenti & bono, Cœlij familiari, constitutum [g] factum esse cum seruis, vt venirent ab balneas xenias: eódem Licinium esse venturum atque iis veneni pyxidem traditurum. Hîc primùm illum requiro: quid attinuerit illud ferri in eum locum constitutum: cur illi serui non ad Cœlium domum venerint. si manebat tanta illa consuetudo Cœlij Clodia, tantáque familiaritas: quid suspicionis esset, si apud Cœlium mulieris seruus visus esset? sin autem iam fuberat simultas, extincta erat consuetudo, diſſidium [e] exstiterat: *hinc illæ lacrymæ nimirum*, & hæc causa est horum omnium scelerum, atque criminum. Immò, inquit, cùm serui ad dominam rem istam & maleficium Cœlij detulissent, mulier ingeniosa præcipit suis, vt omnia Cœlio polliceretur: sed [b], vt venenum, cùm à Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset, consilium locum iussit, balneas xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent: deinde reprentè, cùm veniſſet Licinius, venenum [c] traderet: prosilirent, hominémque comprehenderent. Quæ quidem omnia, iudices, perfacilem rationem habent reprehendendi. Cur enim balneas d publicas potissimùm constituerat: in quibus non inuenio quæ latebra togatis hominibus esse possit. Nam si essent in vestibulo balneatum: non laterent, sin se in intimum coniicere vellent: nec satis commodè calceati, & vestiti id facere possent, & fortasse non reciperentur: nisi fortè mulier potens quadrantaria [e] illa permutatione [f] familiaris facta erat balneatori. ¶ Atque equidem vehementer expectabam, *quinam isti viri boni testes* huius manifestò deprehensi, veneni diceretur. nulli enim sunt adhuc nominati. sed non dubito, quin sint pergraues, qui primùm sint talis fœminæ familiares: deinde [g] eam prouinciam susceperint, vt in balneas contruderentur [h]: quòd illa, nisi à viris honestissimis, ac plenissimis dignitatis, quàm i velit, fir potens, numquam impetrauisset. Sed quid ego de dignitate istorū testium loquor? virtutem eorum, diligentiámque cognoscite. In balneis delituerunt. Testeis egregios deinde [k] temerè prosiluerunt. Homines [l] grauitati deditos. sic enim fingunt, cùm Licinius veniſſet, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum repentè eruolasse istos præclaros testeis sine nomine: Licinium autem, cùm iam manum ad [m] tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse, atque illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse. *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam, contráque ficta omnium infidias, facile per seipsam defendat!* Verùm hæc tota *fabella* veteris plurimarum fabularum poetriæ, *quam est sine argumento? quam nullum inuenire exitum? potest?* Quid enim isti tot viri? nam necesse est fuisse non paucos, vt & comprehendi Licinius facilè posset, & res multorum oculis esset testatior) cur Licinium de manibus amiserunt? qui minùs enim Licinius comprehendi potuit, cùm se retraxit, ne pyxidem traderet, quàm si non retraxisset? erant enim illi positi, vt eò prehenderent Licinium: vt manifestò Licinius teneretur, aut cùm retineret venenum, aut cùm tradidisset. Hoc fuit totum cōsilium mulieris, hæc istorum prouincia, qui rogati sunt: quos quidem tu quamobrem temerè prosiluisse dicas, atque ante tempus, non reperiò. fuerant [r] hoc rogati: fuerant ad hanc rem collocati, vt venenum, vt insidiæ, facinus denique ipsum vt manifestò comprehenderetur. potuerúntne meliori tempore prosilire, quàm cùm Licinius veniſſet? cùm in manu teneret veneni pyxidē? quæ [s] si cùm iam erat data seruis, si euasissent subitò ex b.

a L. ac luxuriæ red.

P. B.

b *fort.* ab hoc esse venenū cōprobatum

c non continuatis: sic in iure, fœminei & balbutientis lingua.*

d L. consula, ris restitisset, qui cōsul incipienté. *l. al.* cōsularis restitisset, qui consule me* e *al.* eiiciat? P. B.

f sumptum videtur ex Euripidis Hippolyto.*

g L. constitutum esse cum seruis. *al.* constitutum locum esse cum ſ.

a L. discidiū exstit.

c L. &, vt venenum,

i L. venenum quę traderet: d L. potissimùm balneas publicas conſ.

e Claudia à fratre P. Clodio stuprata Quadrātaria dicta, quòd cùm amatore suum grandem pecuniā illa popoſciſſet, callidi ingenij adolescens, quadrantes ex P. LI. ære pro argenteis in loculos ei immiſit: v. Plutarchum in Ciceronē. f a de quadrantaria Clytemneſtra dicitur à Cœlio apud Quintil. l. 11. c. 6. de tropis vbi de Allegoria: quadrātaria, ob eā quàm paulo antè diximus, rationem: Clytemneſtra, quòd Metellum maritū ſuſtulit, vt Clytemneſtra Agamemnonem.*

f *Panagiæ*, peruſtationes vel permulſationes.*

g *v. c.* de ſua camp.

h *al.* condocerentur.*

i *al.* quàm velis, ſi potēs,

k L. dejo temerè proſiluerunt.

l *al.* Homines temperantes. *al.* homines ſinte perantes.*

m *al.* ad tradendum.

n ſumptum ex Æſchine Orat. contra Timarchū.*

p L. facilè ſe per ſe ipſa defendat.

P Fabulā ſine argumento & exitu prouerbialiter, vt opinor dixit. Fabulæ P. B. enim poetarum initio argumentum habent.*

q Cataſtrophen.*

r L. fuerant ad hoc rogati:

ſ *l.* quæ cùm iam erat data

tradita seruis, euasissent subitò ex balneis mulieris amici, Licinium̃q. cõprehendissent: imploraret hominum fidem, atque à se illam pyxidem traditã pernegaret: quẽ quomodo illi reprehenderent? vidisse se dicerent? primùm ad se reuocarent maximi facinoris crimen: deinde id se vidisse dicerent, quod, quo loco collocati fuissent, nõ potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt, cùm Licinius venisset, pyxidẽ expediret, manũ porrigeret, venenum traderet. *Mihi*[a] ergo *est iam exitus, non fabulæ*: in quo cùm clausulabũ̃ inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæum [c] tollitur. Quæro enim, cur Licinium titubantem, hæsitantem, cedentem, fugere conantem mulieria[d] manus [e] ista de manib. emiserit? cur [f] non comprehenderint: cur non ipsius confessionem multorum oculis, facinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserint, an timebant, ne tot vnũ, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis reperietur. Itaque hæc causa, ab argumentis, à coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testeis tota transducta est. Quos quidem ego testeis, iudices, non modò sine vllo timore, sed etiam cum aliqua spe delectationis exspecto. Prægestit animus iam videre, primùm lautos iuuenes, mulieris beatæ, ac nobilis familiareis: deinde forteis viros, ab imperatrice in insidiis, atque in præsidio balnearum locatos. ex quibus requiram, quónam modo latuerint, aut vbi, alueúsne h ille, an *equus Troianus* fuerit, qui tot inuictos viros, muliebre bellũ gerenteis tulerit, ac texerit. Illud verò respondere cogã, cur tot viri, ac tales, hunc & vnum, & tã imbecillum, quàm videtis, non aut stantẽ comprehenderint, aut fugientem consecuti sint. qui se numquam profectò, si [i] istũ in locum processerint, explicabũ: quàm volent in consiuulis faceti, dicaces, nonnumquàm etiam ad vinum diserti sint. alia fori vis est, alia tricliniĩ, alia subselliorum ratio, alia lectorũ: non idem iudicũ, comessatorúmq. [k] conspectus l: lux deniq. longè alia est solis, &[m] lychnorũ. Quamobrem excutiemus omneis istorũ delicias, omneis ineptias, si prodierint. sed, si me audiant, nauent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent: vigeant apud istam mulierem venustate: dominẽtur sumptibus: hæreant, iaceant[n], deseruiant: capiti verò innocentis, & fortunis parcant. At sunt serui illi de cognatorum sententia nobilissimorum, & clarissimorum hominũ, manumissi. Tandem aliquid inueniemus, quod ista mulier de suorum propinquorum, fortissimorum virorum, sententia, atque auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio: in qua aut crimen est Cœlio quæsitum, aut[o] quæstio subleuata, aut multarum rerum conscíis seruis cùm causa præmium persolutum. At propinquis placuit. Cur non placeret, cùm rem tute ad eos non ab aliis tibi allatam, sed à te ipsa compertam, deferre diceres? Hic etiam miramur, si illam commentitiam pyxidem obscœnissima sit fabula consecuta. Nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadere vidcatur. Audita [p], & peruulgata, & percelebrata sermonibus res est, percipitis animis, iudices, iamdudum quid velim, vel potiùs, quid nolim dicere. quod etiam si est factum, certè à Cœlio non est factum. Quid enim attinebat? Est enim ab aliquo fortasse adolescente, non tam inusto, quàm non verecundo. sin autem est fictum: non illud quidem modestum, sed tamen est non infacetum b mendacium. quod profectò nunquam hominum sermo, atque opinio comprobasset, nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare[c] aptè viderentur. ¶ Dictad est à me causa, iudices, & perorata. Iam intelligitis, quantum iudicium sustineatis, quanta res sit commissa vobis. De vi quæritis, quæ [e] lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: quam legem Qu. Catulus armata dissentione ciuium, reipublicæ pænè extremis temporibus tulit: quæque lex, fedata illa flamma[f] consulatus mei, fumantis reliquias coniurationis exstinxit [g]. Hac enim lege Cœlia adolescentra non ad reipublicæ pœnas, sed ad mulieris libidines[h], & delicias depo citur. Atque hoc etiam loco M. Camurti, & Ceserni damnatio prædicatur. O k stultitiam, stultitiámne dicam, an impudentiam singularem? audetísne cùm ab ea muliere veniatis, fac re istorũ hominũ mentionẽ? audetísne excitare tanti flagitij memoriã, non exstinctã illam quidem, sed repressam vetustate? Quo enim illi crimine, peccatóque perierunt? nempe quod eiusdem mulieris dolorem, & iniuriam Vettiano nefario sunt stupro persecuti. Ego, vt audiretur Vettij nomen in causa, vt illa vetus Afrania [l] fabula refricaretur, idcirco Camurti, & Ceserni causa [m] est renouata? qui quamquam lege de vi certè nõ tenebantur, eo maleficio tamen erant implicati, vt ex nullius legis laqueis emittendi viderentur. M. verò Cælius cur in hoc iudicium vocatur? cui neque proprium quæstionis crimen obiicitur, nec[n] verò aliquid eiusmodi, quod sit à lege seiunctum, & cum vestra seueritate coniunctum, cuius prima ætas dedita disciplinis fuit, iisque artibus, quibus instituimur ad hunc vsum forensem, ad capessendam rempublicam, ad honorem, gloriam, dignitatem, iis autem fuit amicitiis: maiorum natu, quorum imitari industriam, continentiámque maximè velit: iis æqualium studiis, vt eundem, quem optimi, ac nobilissimi, petere cursum laudis videretur. Cùm autem paullùm iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q. Pompeio proconsuli [o] contubernalis, castissimo viro, atque omnis officij diligentissimo: in qua prouincia cùm res erant, & possessiones paternæ, tum etiam vsus quidam prouincialis, non sine causa à maioribus huic ætati tributus. discessit illinc Pompeij iudicio probatissimus, vt [p] ipsius testimonio cognoscetis, voluit vetere instituto, eorum adolescentium exemplo, qui post in ciuitate summi viri, & clarissimi ciues exstiterunt, industriam suam à populo Romano ex aliqua illustri accusatione cognosci. Vellem aliò potius cum cupiditas gloriæ deciuisset. sed [q] abiit huius tempus querelæ. Accusauit C. Antonium, collegám meum: cui misero præclari in rempublicam beneficij[r] memoria

a Mimi exitus non fabulæ, prouerbialiter vsurpatur. Quis autem exitus fuerit mimis (Mimi autẽ dramatis pocmatis genus est) hic indicat Cicero nimirum repræsentari fugientem aliquem ex manibus, scabella concrepare, aulæum tolli.*

b Clausulam vocat, quam paulò antè, exitum appellauit.*

c Aulæis minus vtebatur pro scena.*

d Mulieraria manus. mollisturba. Hoc sensu, Mulierarius legitur apud Capitolinum.*

e L. ista manus.

f al. miserit, al. amisserit.*

g L. cur non comprehenderit: cur nõ ipsius confessionem, multorum oculis, facin. deniq. voce tanti scel. crim. expresserit.

P. LII.

h Alueus locus in balneis aquis recipiendis idoneus.*

i L. si in istũ locum.

k L. comissationúmque

l al. confessus.*

m al. alia lychnorum

n L. adiaceat

o L. aut quæstio sublata, aut soluta.

p Panæg. famigerata.*

p al. Audita & percelebrata.*

q al. fili. vale.

r Iuuerat enim Ciceronem aduersus Catilinã. Cicero pro Sextio, in quẽ, Plutarchus scribit. Diuin.

nihil profuit, nocuit opinio malefiej cogitati. postea nemini concessit æqualium plus, vt in foro, plus vt in negotiis versaretur, causisque amicorum, plus vt valeret inter suos
a οἱ ὑφαντες διακελευ. gratia. quæ nisi vigilanteis [a] homines, nisi sobrij, nisi industrij, consequi non possunt omnia labore, & diligentia est consecutus. Habet à M. Cœlio respub. iudices duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora voluntatis. Quare oro, obtestorque vos, iudices, vt qua in ciuitate paucis his diebus Sext. Clodius absolutus sit, quem vos per biennium aut ministrum seditionis, aut ducem vidistis: qui ædeis [c] sacras, qui censum d pop. Rom. qui memoriam publicam suis manibus incendit, *hominem e sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis: ore, lingua, manu, vita omni inquinatum:* qui catuli monumentum [f] afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit: qui in Palatio, atque in vrbis oculis seruitia ad cædem, & inflammandam vrbem incitauit: in ea ciuitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Cœlium, libidini muliebri condonatum, ne eádem mulier cum suo coniuge [g] & fratre turpissimum latronem eripuisse & honestissimum adolescentem oppressisse videatur. Quæ cùm huius vobis adolescentiâ proposueritis, constituitote vobis ante oculos huius ætatem miseri senectutem, qui hoc vnico filio nititur, in huius spe requieuit [i], huius vnius casum pertimescit: quem vos supplicem vestræ misericordiæ, seruum potestatis, abiectum non tam ad pedes, quàm ad mores, sensusque vestros, vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum iucunditate sustentate: vt in alterius dolore, vel pietati, vel indulgentiæ vestræ seruiatis. Nolite, iudices, aut hunc iam natura ipsa occidentem, velle maturiùs exstingui vulnere vestro, quàm suo fato: aut hunc nunc primùm florescentem, firmata iam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate peruertere. Conseruate parenti filium, parentem filio: ne aut senectutem iam propè desperatam contemsisse, aut adolescentiam plenam spei maximè, non modò non aluisse vos, sed etiam perculisse, atque afflixisse videamini. Quem si vobis, si suis, si reipublicæ conseruatis, addictum, deditum, obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis: omniúmque huius neruorum, ac laborum vos potissimùm, iudices, fructus vberes, diuturnósque capietis.

a L. obligauit.
b L. esse deceret.
c Templum Nympharum Cicer. de Haruſp. reſpō.*
d Census tabulæ in æde Nympharum asseruabantur. Cic. pro Milone.*
e al homo & post inquinatus.*
f porticum Cicero pro domo.*
g alludit ad coniugium Iouis, & Iunonis. Virgil. & soror, & coniux.*
h L. etiam huius.
i al. acquieſcit.

legibus iam obligarit [a]. Neque enim potest, qui hominem consularem, quòd ab eo respublicam violatam diceret [b], in iudicium vocarit, ipse esse in republica ciuis turbulentus: non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impunè vmquam esse largitor. Habet à M. Cœlio respub. iudices duas accusationes vel obsides periculi, vel pignora voluntatis. Quare oro, obtestorque vos, iudices, vt qua in ciuitate paucis his diebus Sext. Clodius absolutus sit, quem vos per biennium aut ministrum seditionis, aut ducem vidistis: qui ædeis [c] sacras, qui censum d pop. Rom. qui memoriam publicam suis manibus incendit, *hominem e sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis: ore, lingua, manu, vita omni inquinatum:* qui catuli monumentum [f] afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit: qui in Palatio, atque in vrbis oculis seruitia ad cædem, & inflammandam vrbem incitauit: in ea ciuitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Cœlium, libidini muliebri condonatum, ne eádem mulier cum suo coniuge [g] & fratre turpissimum latronem eripuisse & honestissimum adolescentem oppressisse videatur. Quæ cùm huius vobis adolescentiâ proposueritis, constituitote vobis ante oculos huius ætatem miseri senectutem, qui hoc vnico filio nititur, in huius spe requieuit [i], huius vnius casum pertimescit: quem vos supplicem vestræ misericordiæ, seruum potestatis, abiectum non tam ad pedes, quàm ad mores, sensusque vestros, vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum iucunditate sustentate: vt in alterius dolore, vel pietati, vel indulgentiæ vestræ seruiatis. Nolite, iudices, aut hunc iam natura ipsa occidentem, velle maturiùs exstingui vulnere vestro, quàm suo fato: aut hunc nunc primùm florescentem, firmata iam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate peruertere. Conseruate parenti filium, parentem filio: ne aut senectutem iam propè desperatam contemsisse, aut adolescentiam plenam spei maximè, non modò non aluisse vos, sed etiam perculisse, atque afflixisse videamini. Quem si vobis, si suis, si reipublicæ conseruatis, addictum, deditum, obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis: omniúmque huius neruorum, ac laborum vos potissimùm, iudices, fructus vberes, diuturnósque capietis.

a L. obligauit.
b L. esse deceret.
c Templum Nympharum Cicer. de Haruſp. reſpō.*
d Census tabulæ in æde Nympharum asseruabantur. Cic. pro Milone.*
e al homo & post inquinatus.*
f porticum Cicero pro domo.*
g alludit ad coniugium Iouis, & Iunonis. Virgil. & soror, & coniux.*
h L. etiam huius.
i al. acquieſcit.

b L. efferuisse

c al. deferueo alij legunt deferuerint. al. deferbuerint vel. deferuerit. al. defecerint* d L. iam ætas iam dies ista omn. mitig. P. IIII. e al. multa dies mitigabit.*

P. 3.

DE

PRO[a] L. CORNELIO BALBO[b].

ORATIO TRICESIMAQVINTA.

SYNOPSIS.

¶ Quæstio. *An Balbus iure ciuitatis donatus sit.* Accusator, *non nominatur.* Reus, *Balbus.* Patronus Balbi post M. Crassum & Cn. Pompeium, *Cicero.* Acta, *anno vrbis 697.* Euentus, *absolutus.*

a Balbus hic quòd per L. Cornelium beneficium ciuitatis Romanæ adeptus esset, L. Cornelius dictus.*

b Hic Gadibus in Hispania natus, bello Sertoriano Imppp. Romanis probatus primus externorū fastus Cōsul 7. Plin. 43. de Gaditanorum triumphauit 5. Plin. 5. de eius theatro vide eundem Plinium 36. c. 7. de oppido Gaditanorū ab eodē Balbo ampliato. vide Strabonem 3.*

c EXORDIVM.*

d vox *virtus* abest à codicib. manusc.

e L. hoc pono,

f L. saluti, & dignitati meæ,

g L. nihil de more maiorum, de exempl. ‖ *vet. vrsin.* Nihil maiori memoria: De exemplis acutius.*

h *al.* maiore* ‖ L. *vrsi.* litteris, ac studiis doctrinæ ded.

k *al.* quæ vel let.*

P. B. l Crassi eloquentia commendatur libris de oratore.*

SI[c] auctoritates patronorum in iudiciis valerent ab amplissimis viris d L. Cornelij causa defensa est: si vsus, à peritissimis: si ingenia, ab eloquentissimis: si studia, ab amicissimis, & cùm beneficijs eum L. Cornelio, tum maxima familiaritate coniunctis. Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ quantam vos in me esse voluistis, vsus mediocris ingenij minimè voluntati paris. nam ceteris, à quibus est defensus, hunc debere plurimùm video: ego, quamtum tum ei debeam, alio loco ostendam. Principio orationis hoc[e] oppono, me omnibus, qui amici fuerint f saluti meæ, & dignitati, si minùs referenda gratia satisfacere potuerim, at prædicanda & habenda certè satis esse facturum. Quæ fuerit hesterno die Cn Pompeij grauitas in dicendo, iudices, quæ facultas, quæ copia, non opinione tacita vestrorum amicorum sed perspicua admiratione declarari videbatur, nihil enim vnquam audiui, quod mihi de iure subtiliùs dici videretur, nihil g de memoria, de more h, de exemplis acutius, nihil peritius, de fœderibus, nihil illustriore auctoritate de bellis, nihil de republica grauius, nihil de ipso modestius, nihil de causa, & crimine ornatius: vt mihi iam verò videatur illud esse, quod nonnulli litterati i, ac studiis doctrinisq. dediti quasi quiddam incredibile dicere putabantur, eum, qui omneis animo virtutes penitus cōprehendisset, omnia, quæ k facere vellet, facillime tractare. Quæ enim in L. Crassō potuit, homine l nato ad dicendi singularem quandam facultatem, si hanc causam ageret, maior esse vberras, varietas, copia, quàm fuit in eo, tantam potuit impertire huic studio temporis, quantum ipse à pueritia vsque ad hanc ætatem à continuis bellis, & victoriis conquicuit? Quo mihi difficilior est hic extremus perorandi locus. etenim ei succedo orationi, quæ non præteriectis sit aureis vestras, sed in animis omnium penitus insederit: vt plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quàm non modò ex me i, sed ex cuiusquam oratione capere possitis. Sed mos est gerendus non modò Cornelio, cuius ego voluntati in eius periculis nullo modo deesse possum: sed etiam Cn. Pompeio, qui sui facti, sui iudicij, sui beneficij, voluit me esse, vt apud eosdem vos, iudices, nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem, & m auctorem. ¶ Ac n mihi quidem hoc dignum reo videtur, hoc deberi huius excellentis viri præstantissimæ gloriæ, hoc proprium esse vestri officij, hoc satis esse causæ, vt, quod feciisse Cn. Pompeium constet, id o omnes & licuisse concedant. Nam verius nihil est, quàm quod hesterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, vt nullius in delicti crimen vocaretur. Non enim furatus esse ciuitatem, non genus suum mentitus, quo in aliquo impudenti mendacio deliquisse, non irrepsisse d in censum dicitur: vnum obiicitur, *natum esse Gadibus*: quod negat nemo, ceterùm accusator fateur, hunc in Hispania, durissimo bello, cum Qu. Metello, cum[e] C. Memmio, & in classe, & in exercitu fuisse, &, vt Pompeius in Hispaniam venerit, Memmiumque habere quæstorem cœperit, numquam à Memmio discessisse: Karthaginem esse profectum: acerrimis illis prœliis, & maximis, Sucronensi[f], & Durienſi interfuisse: cum Pompeio ad extremum belli tempus fuisse. Hæc sunt prœlia Cornelij: talis in rempub. nostram labor, assiduitas, dimicatio, virtus digna summo imperatore, spes pro periculis præmiorum. præmia quidem ipsa p non in eius facto, qui adeptus est, sed in eius, qui dedit. *Donatus igitur est ob eas causas à Cn. Pompeio ciuitate.* id accusator non negat, sed reprehendit: vt in Cornelio causa ipsius probetur, pœna quæratur: in Pompeio causa lædatur, pœna sit nulla. Sic famam, si innocentissimi hominis fortunas, præstantissimi imperatoris factum condemnari volunt. Ergo in iudicium, caput Cornelij factum Pompeij vocatur. hunc enim in ea ciuitate, in qua sit natus, honestissimo loco natum esse concedis, & ab ineunte ætate, relictis rebus suis omnibus, in nostris bellis, nostris cum imperatoribus esse versatum: nullius laboris, nullius obsessionis, nullius prœlij k expertem fuisse. hæc sunt omnia cum plena laudis, tum propria Cornelij: nec in his rebus crimen est vllum. ¶ Vbi l igitur est crimen? quòd eum Pompeius ciuitate donauit. Huiusce crimen? minimè: *nisi honos, ignominia putanda*[m] *est.* Cuius igitur? Reuera nullius: actione accusatoris, eius vnius qui donauit. Qui si ad luctus gratia, minùs idoneum hominem præmio affecisset: qui etiam si virum bonum, sed[n] non ita meritum: si denique aliquid, quòd non contrà, ac liceret, factum diceretur, sed contrà, atque oporteret: tamen esse omnis eiusmodi mali [o] reprehensio à vobis, iudices, re-

a L. & auctore, *Gruter.*

b PROPOSITIO & NARRATIO.*

c *sic v.c.* L. id omnes ei licuisse consentiunt.

d Censebatur soli Ciues Romani. Inrepere igitur in censum is dicebatur, qui cum ciuis non esset, sed pro ciue gerebat, se vt ciuem in tabulas censoris referebat.*

e *al.* cum M. Memmio,

f ad eum fluuium Pompeius à Sertorio victus est. *Plutar.*

g ad hunc quoque fluuium Sertorius cū Pompeio & Metello pugnauit. Plutarchus Sertorio.*

h v. *illa.*

i v. Donatus est ergo ob eas c.

k *al.* periculi.*

l CONFIRMATIO qua probat Balbum iure à Pompeio Imperatore ciuitate donari potuisse.* m *al.* vocanda.*

n *sors.* sed nō ita bene meritum:

o vox, *malis*, abest à cod. vet.

pudianda. Nunc verò quid dicitur? quid [a] ait accusator fecisse Pompeium? quod ei facere non licuerit? quod grauius [b] est, quàm si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. *Est enim aliquid, quod non oporteat etiam si licet. quidquid verò non licet, certè non oportet.* Hic ego nunc cunctor [c] sic agere, iudices, non esse fas dubitari, quin, quod Cn. Pompeium fecisse constet, id & non solùm decuisse, sed etiam debuisse fateamur? Quid enim abest huic homini, quod si adesset, iure [c] hoc tribuni, & concedi putaremus? vsúsne rerum? qui pueritiæ tempus extremum [d] principium habuit bellorum, atque imperiorum maximorum? cuius plerique æquales minùs sæpe castra viderunt, quàm hic triumphauit? qui tot [e] habet triumphos, quot oræ sunt, partésque terrarum? tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera [h] bellorum [i]? an ingenium? cùm etiam ipsi casus, euentúsq. rerum, non duces, sed comites eius consiliorum fuerint, in quo vno ita summa fortuna cum summa virtute certauit, vt omnium iudicio, plus [l] homini, quàm decet, tribueretur? an pudor, an integritas, an religio in eo, an diligentia vmquam requisita est? quem prouinciæ nostræ quem liberi [m] populi, quem reges, quem exteræ gentes, castiorem, moderatiorem, sanctiorem, non modò viderunt, sed aut sperando vmquam, aut optando cogitauerunt [n]? Quid dicam de auctoritate? quæ tanta est, quanta in his tantis virtutibus, ac laudibus esse debet. Cui S.P.Q.R. amplissimæ dignitatis præmia [o] dedit, non postulanti imperia, verùm etiam recusanti: huius de facto, iudices, ita quæri, vt id agatur, licuerine ei facere, quod fecit, an verò, non dicam, non licuerit, sed nefas fuerit contra fœdus enim, id est, contra populi Romani religionem, & fidem fecisse dicitur) non [p] turpe populo Romano, nónne vobis? Audiui hoc de parente meo puer: cùm Qu. Metellus [q] L. F. causam de peculiis repetundis diceret, illi [r], *ille vir, cui patria salus, dulcior, quàm conspectus, fuit: qui [s] de ciuitate decedere, quàm de sententia maluit:* hoc igitur causam [t] dicente, cùm ipsius tabulæ circumferuntur inspiciendi nominis causa fuisse iudicem ex illis equitibus Romanis, grauissimis viris, neminem, quin [u] remoueret oculos, & se totum auerteret, ne fortè quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitasse quisquam, verúmne, an falsum esset, videretur. nos Cn. Pompeij decretum, iudicium *de consilij sententia pronuntiatum* recognoscemus? cum legibus conferemus? cum fœderibus, quorum [x] acerbissima diligentia est, pertendemus [y]? Athenis aiunt, cùm quidam [z] apud eos, qui sanctè grauitérque vixisset, & testimonium publicè dixisset, & (*vt mos [aa] Græcorum est*) *iurandi causa ad aras accederet*, vna voce omneis iudices, ne is iuraret, reclamasse. Cùm Græci homines, spectati viri, noluerint, religione videri potius, quàm veritate, fidem esse constrictam: nos etiam in ipsa religione & legum, & fœderum conseruanda, qualis fuerit Cn. Pompeius, dubitabimus? Vtrum enim inscientem vultis contra fœdera fecisse, an scientem? si scientem? ô nomen nostri imperij! ô populi R. excellens dignitas! ô Cn. Pompeij sic latè longéque diffusa laus, vt eius gloriæ domicilium communis imperij finibus terminetur! ô nationes, vrbes, populi, reges, tetrarchæ, tyranni, testes Cn. Pompeij non solùm virtutis in bello, sed etiam religionis in pace! vos denique mutæ regiones imploro, & sola terrarum vltimarum: vos maria, portus, insulæ, litoráque [a]. Quæ est enim ora, quæ sedes, qui locus, in quo non exstent huius cùm fortitudinis, tum verò humanitatis, tum animi, tum consilij impressa vestigia? Hunc quisquam incredibili quadam, atque inaudita grauitate, virtute, constantia præditum, fœdera scientem neglexisse, violasse, rupisse, dicere audebit? Gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Cn. Pompeium fecisse significat. Quasi [b] verò leuius sit, cùm in tanta rep. versere, & maximis negotiis præsis, facere aliquid, quod scias non licere: an [c] omnino nescire quid liceat. Etenim [d] cùm in Hispania bellum acerrimum, & maximum [g] fieret, quo iure Gaditana ciuitas esset, nesciebat an, cuius linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat? Id igitur quisquam Cn. Pompeium ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo vsu, nullo studio militari præditi, quod [e] librarioli [f] denique scire profiteantur? Equidem [g] contrà existimo, iudices, cùm in omni genere, ac varietate artium, etiam illarum, quæ sine summo otio non facile discuntur, Cn. Pompeius excellat, singularem [h] quandam laudem eius, & præstabilem esse scientiam in [i] fœderibus, pactionibus, conditionibus, populorum, regum, exterarum nationum: in vniuerso denique belli iure, ac pacis. nisi fortè, quæ nos libri [k] docent in vmbra, & otio, ea Cn. Pompeium, neque cùm requiesceret, litteræ: neque, cùm rem gereret, res ipsæ docere potuerunt. Atquelvt ego sentio, iudices, causa dicta est [m] temporis magis ego, non huius, inquam, genere iudicij plura dicam. Est [n] enim huius sæculi labes quædam, & macula, virtuti inuidere? velle ipsum florem dignitatis infringere. Etenim, si Cn. Pompeius ab hinc annos quingentos fuisset, is vir, à quo senatus adolescentulo, atque equite Romano sæpe communis salutis auxilium expetisset: cuius res gestæ omneis gentes, cum clarissima victoria, terra, marique peragrassent: cuius [o] res triumphi testes essent, totum orbem terrarum nostro imperio teneri: quem populus Ro. singularibus honoribus decorasset, si nunc apud vos, id, quod is fecisset, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profectò. *mors enim cum extinxisset inuidiã, res eius gestæ sempiterni nominis gloria miscerentur.* Cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret: huius præsens [p], experta, atque perspecta, obtrectatorum voce lædetur? Omittam igitur Pompeium iam oratione mea reliquas: sed vos, iudices, animis, ac memoria tenetote de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua consuetudine, ciuitatis nostræ, renouabo ea, quæ dicta sunt. nihil enim mihi noui, nihil integri neque M. Crassus, qui totam causam & pro facultate, & pro fide sua diligentissimè vobis explicauit, neq. Cn. Pompeius, cuius oratio omnibus ornamentis abundauit, ad dicendũ reliquit. Sed, quoniam

[a] L. quid ait accusator? fecisse Pompeiũ, quod ei facere non licuerit. quod gr.

[b] fecisse quod non licuerit, & quod non oportuerit. differunt.*

P. B.

[c] *sic v.c.* L. coner.

[d] L. id non solùm licuisse, sed etiam debuisse fateamur?

[e] L. iure ei hoc trib.

[f] *al.* exteræ.*

[g] hoc est tres. Ter. n. triumphauit Pompeius ex Africa Hiarba rege Numidiæ victo: ex Europa Sertorio occiso: ex Asia Mithridate & Tigrane superatis Plutarch. in Pompeio.*

[h] v.c. bellorum genera? an.

[i] Ciuile, Africanũ, Transalpinum, Hispaniense, Seruile, Nauale*

[k] v.c. ipse casus.

[l] Plus homini, quàm decet, trib.

[m] Liberi populi qui dicuntur. v. l. 7. 5. ff de captiuis & postliminio reuersis.*

[n] *sic* v.c. *fort.* cogitarunt?

P. LVII.

[o] L. præmia dedit non postulanti. imperia verò etiam recusanti:

[p] *sic* v.c. *al.* nonne turpe.

[q] Numidicus.*

[r] *sic* v.c.

[s] vide oratio eam pro Sextio & in Pis. Plutarchum Mario.*

[t] Reptundarum L. Valer. 20.*

[u] Non in tabulis sed in vita Q. Metelli arguméta sincerè administra re prouinciæ legenda. Vbi iudices crediderunt indignum esse grauitatem, cuius vir esset, lingua cera, & paucis nota perpendi. Valerius illo loco.*

[x] v.l. quorum acerrima diligẽtia, perpendemus?

[y] Pertendere dixit vt Varro 4. de lingua in pr.

[z] Xenocratem 2. Valer. 10.

[aa] Iuraturi apud Athenienses, ad aras accedebant.*

[a] *fort.* litora. Quæ

[b] *al.* Quasi verò non leuius sit, cùm in tanta rep. versẽ. & max. negot. pr. facere aliq. quod scias non licere, quàm omn. nesc. q. lic. *L. sic.* Quasi verò leuius sit, cùm in tanta rep. versẽ. & max. negot. pr. omnino nescire quid liceat quàm facere aliq. quod scias non licere. Etenim verum, &c.

[c] *al.* quàm omnino.

[d] L. Etenim vtrum, qui in

[e] L. quod librarioli denique se scire prof.

[f] Librarioli, librorum exscriptores.*

[g] v.c. Siquidem.

[h] L. rum singularem q.

[i] Imperatori summo quidem scientia necessaria sit.*

[k] v. Polyb. 4.*

[l] L. Atque vt ego sentio, iudices, causa dicta est temporis magis ego, non huius, inquam, generis iudicij plura dicam.

[m] *al.* est temporis tale malis, quàm vllius delicti crimine. *al.* Pompei magis quàm huius, quo in genere iudicij plura non dicã.*

[n] v.c. Est enim hæc huius sæculi quædam macula, atq. labes, vir. *fort.* Est enim hæc huius sæculi quædam macula, atque labes.*

[o] Atricorũ, Europæorũ, Asiaticorũ, vt 5. diximus.*

me recusante, placuit ambobus adhiberi hunc à me quasi perpoliendi quendam operis extremum [a] laborem: peto à vobis, vt me officio [b] potiùs, quàm dicendi studio hanc susceptisse operam, ac munus putetis. Ac priùs, quàm aggrediar ad ius, causámque Cornelij, quiddam de communi conditione omnium nostrûm, de precandæ [c] causa, breuiter commemorandum videtur. *Si, quo quisque loco nostrûm est, iudices, natus, aut si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, huc vitæ statum vsque ad senectutem obtinere debet, & si omnes, quos aut fortuna extulit, aut ipsorum illustrauit labor, & industria, pœna sunt efficiendi:* non grauior L. Cornelio, quàm multis viris bonis, atque fortibus, constitui lex vitæ, & conditio videtur. *Sinautem multorum virtus, ingenium, humanitas, ex infimo genere, & fortunæ gradu non modò amicitias, & rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem:* non intelligo, cur potiùs inuidia violatura [d] virtutem L. Cornelij, quàm æquitas vestra pudorem eius adiutura videatur. Itaque, quod maximè petendum est, à vobis ideireo non peto, iudices, ne de vestra sapientia, atque de vestra humanitate dubitare videar. Est autem petendum, ne oderitis ingenium, ne inimici sitis industriæ, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem puniendam putetis, illud peto, vt, si causam ipsam per se firmam esse, & stabilem videritis, hominis ipsius ornamenta adiumento causæ potiùs, quàm impedimento esse malitis. ¶ Nascitur, iudices, causa Cornelij ex ea [e] lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt, qua lege videmus [f], satis esse sanctum [g], *vti ciues Rom. sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia* [h] *sigillatim ciuitate donauerit.* Donatum [i] esse L. Cornelium præsens Pompeius dicit: indicant publicæ [k] tabulæ: accusator fatetur. sed *negat* [l] *ex fœderato populo quemquam potuisse, nisi is populus* [m] *fundus factus esset, in hanc ciuitatem venire.* O præclarum interpretem iuris auctorem antiquitatis: correctorem, atque emendatorem nostræ ciuitatis, qui hanc pœnam fœderibus adscribat, vt omnium præmiorum beneficiorúmque nostrorum experteis faciat fœderatos. Quid enim potuit dici imperitiùs, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium fœderatorum, quàm omnium liberorum. Sed totum hoc, iudices, in ea fuit posita semper ratione, atque sententia, *vt cum iussisset P. R. alicui quid: si id adsciuissent socij populi, ac Latini,* [n] *si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo, ranquam in fundo, resedisset: vt tum lege* [o] *eadem is populus teneretur:* non vt de nostro iure aliquid minueretur: [p] sed vt illi populi aut iure, eo, quod à nobis esset constitutum, aut aliquo commodo, aut [q] beneficio vterentur. Tulit apud maiores nostros legem [r] C. Furius de testamentis: tulit Qu. [s] Voconius de mulierum hereditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ. quas Latini voluerunt, adsciuerunt, ipsa denique Iulia [u], qua lege ciuitas est sociis, & Latinis data, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent. In quo magna contentio Heraclienium, & Neapolitanorum fuit, cùm magna pars in iis ciuitatibus iuris [x] sui libertatem [y] ciuitati anteferret. Postremò hæc vis est istius & iuris, & verbi, vt fundi [z] populi, beneficio nostro, non suo iure fiant. Cùm aliquid pop. R. iussit, id si est eiusmodi, vt quibusdam populis siue fœderatis, siue liberis, permittendum esse videatur, vt statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus, quo iure vti velint: tum, vtrùm fundi facti sint, an non quærendum esse videatur. de nostra verò rep. de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt. Atqui, si imperatoribus nostris, si senatui, si populo Rom. non licebit propositis præmiis elicere ex ciuitatibus sociorum, atque amicorum, fortissimum, atque optimum quemq. ad subeunda pro salute nostra pericula: summa vtilitate, ac maximo sæpe præsidio in periculis, atque asperis temporibus carendum [a] erit. Sed, per deos immortales, quæ est ita societas, quæ amicitia, quod fœdus, vt aut nostra ciuitas careat in suis periculis Massiliensi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino: aut, si quis ex illis populis sit exortus, qui nostros duces auxilio [b] laboris, commeatus periculo suo iuuerit, qui cum nostro nostro comminus in acie sæpe pugnarit, qui sæpe telis hostium, qui dimicationi capitis, qui morti obiecerit: nulla conditione huius ciuitatis præmiis affici possit? Etenim in populum Romanum graue est, non posse vti sociis, excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare: in socios verò ipsos, & in eos, de quibus agimus, fœderatos, iniurium, & contumeliosum est, his præmiis, & his honoribus excludi esse fidissimos, & coniunctissimos socios, quæ pateant stipendiatiis [c], pateant hostibus, pateant sæpe seruis. Namd & stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris prouinciis multos ciuitate donatos videmus: &, quòd hostes, ad nostros imperatores perfugissent, & magno vsui reip. nostræ fuissent, scimus ciuitate esse donatos: seruos [e] deniq. *quorum sius, & fortunæ conditio infima est,* bene de republica meritos, persæpe libertate, id est, ciuitate publicè donari videbamus [g]. Hanc tu igitur, patrone fœderum, ac fœderatorum, conditionem statuis Gaditanis, tuis ciuibus, vt, quod iis, quos Gaditanis adiutoribus, armis subegimus, atq. in ditionem nostram redegimus, liceat, si populus R. permiserit, vt ab senatu, ab imperatoribus nostris ciuitate donentur: id ne liceat ipsis [h] qui si suis decretis, legibúsve sanxissent, ne quis suorum ciuium, castra imperatorum populi Rom. iniret: ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis, atque in vitæ discrimen inferret: Gaditanorum auxiliis, cum vellemus, vti nobis non liceret priuatim [i]? verò, ne quis vir & animo, & virtute præcellens, pro nostro imperio, periculo suo dimicare; grauiter id iure ferremus, nihil [k] enim magis vteremur his adiutoribus, sublatis præmiis virtutis, quàm, si omnino his versari in nostris bellis non liceret. Etenim, cùm *pro sua parte pauci post genus hominum natum reperti sint, qui, nullo* [o] *præmio proposito, vitam suam nostrum*

a sic extremũ laborem dixit Virgil. in Gallo.*
b L. & v.c. officij pot.
c v.c. malinolentiæ c.
d v.c. violatur à virtute L. Corn. &c. *mendose.*
e CIVIS Cornel. Balbus lege.*
f v.c. videamus, *al.* videamus sanxisse senatum.*
P. B.
g v.c. sancti,
h L. singillatim
i *sic v.c.*
k *al.* tabulæ publicæ:
l Ciuitate donari an potuerint fœderati populi, qui populi fundi facti nõ fuissent.*
m De populis fundis aliàs dixi.*
n Fundi populi dicebantur, si ea lex quas habebãt Romanis eadem in illo populo tã quam in fundore fedissent.*
o *al.* vt lege eadem,*
p L. deminueretur:
q *sic v.c. al.* ac beneficio.
r de lege Furia, vid. Theophilum Inst. de lege Furia.*
s *al.* C. Voconius vt & Verr. Lex Iulia.*
t vnde lex Voconia de qua dixi t. Verrina.*
P. LIX.
u adde 13. Philip. 30.*
x *al.* fœderis
y hoc est antiquum ciuitatis fuæ ius & statum.*
z Fundi populi, beneficio p. Rom. non suo iure fiebant.*
a L. careãdũ nobis erit & *sic v.c.*
b L. auxilio labore, commeatu, periculo suo iuu.
c Stipendiarii populi qui.*
d Ciuitatis ius datum stipendiariis, hostibus qui ad Romanos perfugissent, & magno vsui reip. fuissent, seruis, bene de rep. meritis.*
e Seruorum ius & fortunæ conditio infima.*
f *v.c.* quorum ius, fortuna, conditio inf.
g *al.* indicamus.*
h L. Gaditanis tuis, adiut.
i *Panæthath.* ipsis.*
k L. offerret
l L. priuatim verò, si ne quis vir, &c.
m *Panæthath* priuari.*
n L. nihilo enim ma.
P. LX.
o L. multis

telis obiecerint: pro aliena repub. quemquam fore putatis, qui se opponat periculis, sed modò nullo proposito præmio, sed etiam interdicto? Sed, cùm illud est imperitissimè dictum de populis [a] fundis, quod [b] commune est liberorum populorum, non proprium fœneratorum: ex quo intelligi necesse est, aut neminem ex sociis ciuem fieri posse, aut etiam posse ex fœderatis: tum verò ius omne ofter iste magister mutandæ ciuitatis ignorat: quod est, iudices, non solùm in legibus publicis positum, sed etiam in priuatorum voluntate. Iure *enim nostro neque mutare ciuitatem quisquam inuitus [c] potest, neque, si velit, mutare [d] non potest, modò assistatur ab ea ciuitate, cuius [e] esse se ciuitatis velit:* vt, si Gaditani scieuerint nominatim de aliquo ciue Rom. vt sit is ciuis Gaditanus, magna[f] potestas sit nostro cuiusquam mutandæ ciuitatis, nec fœdere impediatur, quo minùs ex ciue Rom. ciuis Gaditanus possit esse. *Duarum [g] ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest:* nõ esse huius ciuitatis ciuis, qui se alij ciuitate dicarit, potest. Neque solùm dicatione [h], quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo, C. Lænati, Qu. Philippo, Nuceriæ, C. Catoni Tarracone [i], Qu. Cæpioni, Rutilio [k], Smyrnæ, vidimus accidisse, vt earum ciuitatum fierent ciues, hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solum ciuitatis mutatione vertissent: sed etiam post liminio potest ciuitatis fieri mutatio. neque enim sine causa de [m] Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem apud maiores legati nostri in Græciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum, *vt is Publicius, si domum reuenisset [n], & inde Romam redisset, ne minus ciuis esset.* Multi etiam superiore memoria ciues Romani sua voluntate indemnati, & incolumes, his rebus relictis, alias se in ciuitates contulerunt.

¶ Quòd si ciui R. licet esse Gaditanum siue [o] exilio, siue postliminio, siue reiectione huius ciuitatis: vt iam ad *fœdus* [p] veniam, quod ad causam nihil pertinet, de ciuitatis enim iure, non de fœderibus disseptamus) quid est, quamobrem ciui Gaditano in hanc ciuitatem venire non liceat? Equidem longè secus sentio. nam cùm ex omnibus ciuitatibus via sit in nostram, cùm que nostris ciuibus pateat iter ad ceteras ciuitates: tum verò, vt quæque ibi cũ maximè societate, amicitia, sponsione, pactione, fœdere coniuncta [q] est, ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis, continere [r] videtur. Atqui ceteræ ciuitates non dubitarent nostros omneis [s] recipere in suas ciuitates, si idem nos iuris haberemus, quod ceteri sed *nos non possumus & huius esse ciuitatis, & eius quæ tum erat: ceteris conceditur.* Itaque in [t] Græcis ciuitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, ceteros undique adscribi, multarúmque esse eosdem homines ciuitatum. Quo errore ductos vidi gomer nonnullos imperitos homines, nostros ciues, Athenis in numero iudicum, atque Areopagitarum, certa tribus certo numero, cùm ignorarent, si illam ciuitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent [a]. Petitus verò nostri iuris, ac moris nemo vmquã, qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ciuitatem se dicauit. Sed hic totus locus disputationis, atque orationis meæ, iudices, pertinet ad commune [b] ius mutandarum ciuitatum: nihil habet, quod sit propriũ religionis, ac fœderum. Defendo enim rem vniuersam, *nullam esse gentem ex omni regione terrarum, neque tam diffidentem à populo Rodio quodam, atque [c] dissidio, neque tam fide benevolentiáque conuinctam, ex qua nobis interdictum sit, vt neq. ascisci ere ciuem, aut ciuitate donare possimus.* O iura præclara, atque diuinitùs iam inde à principio Romani nominis à maioribus nostris comparata, *ne quis nostrum plus quàm vnius ciuitatis esse possit.* (dissimilitudo enim ciuitatũ, varietaté iuris habeat necesse est) nequis inuitus ciuitate mutetur: néve in ciuitate maneat inuitus. Hęc sunt .n. fundamẽta firmissima nostræ libertatis. *sui quęq. iuris & retinẽdi & dimittẽdi esse dominum.* Illud verò sine vlla dubitatione maximè nostrum fundauit imperium, & populi R. nomẽ auxit, quod princeps ille creator huius vrbis, Romulus fœdere Sabino docuit, *etiam hostibus recipiendis augeri hãc ciuitatem oportere.* Cuius, auctoritate, & exemplo numquam est intermissa à maioribus nostris largitio, & communicatio ciuitatis. Itaque & ex Latio multi, & Tusculani [d], & Lanuuini [e], & ex ceteris generibus gẽtes vniuersæ in ciuitatem sunt receptæ, vt Sabinorum, Volscorum, Hernicorum: quibus in ciuitatibus nec coacti essent ciuitatem mutare, si qui noluissent: nec, si qui essent ciuitatẽ nostram beneficio populi R. consecuti, violatum fœdus eorum videretur. At enim, quædam fœdera exstant vt Germanorum, Insubrium, Heluetiorum, Lapidum [f] nonnullorũ item ex Gallia Barbarorum, quorum in [g] fœderibus exceptum est, *Ne quis eorum à nobis ciuis recipiatur.* Quòd si *exceptio facit, ne liceat: ibi necesse est licere, vbi non est exceptum.* Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Ro. Gaditanum recipiat in ciuitate? nusquam. ac ficubi esset: lex [k] Iid Gellia [l], & Cornelia, quæ *definitè potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat,* fuit ea lisset. Exceptum est, inquit: fœdus siquidem [m] sacrosanctum est. Ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles: (reliqueras enim ciuitatẽ tuam:) neque nostras potuisti leges inspicere: ipsæ enim te à cognitione tua [n] iudicio publico repulerunt. Quid fuit in rogatione ea, quæ de Pompeio à Gellio, & à Lentulo, cos. lata est, in qua [o] aliquid sacrosanctum videretur? Primùm enim, *sacrosanctum [p] esse nihil potest, nisi quod populus, plebsue sanxisset: deinde sanctiones [q] sarandæ [r] sunt, aut genere ipso, aut obtestatione, & cõsecratione legu, aut pœnæ, cum caput eius, qui contrà facit, consecratur.* Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere ciusmodi? Vtrũ [u] capitis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmas? nihil [x] omnino vmquã de isto fœdere ad populũ, nihil [y] ad plebem latum esse dico: de quibus etiam si latum esset, neq. legem, neq. pœnã latã esse, ne vmquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem, neque legem neque pœnam latum esse dico: neque quicquam illis verbis, quod sacrosanctum esset, exceptum esse videtur, de quibus etiam si latum esset, ne quem ciuem reciperemus, tamen id esset, quod populus potuisset, ratum, de his &c. [y] *Z.* nihil ad plebem, neque legem, neque pœna latum esse dico. De quibus etiam si latum esset, ne quem ciuem recip. tamen.

ne quem

a Populi fundi quid commune habeant cum liberis populis.*

b Populorũ igitur alij liberi, alij fundi: alij fœderati.*

c Idem pro domo.*

d *Ant. Aug.* non mutare, non potest: vel ita legi potest, neque, si velit mutare; non potest.*

e L. cuius esse se ciuem ciuitatis velit.

f Ciuis Romanus, potest fieri ciuis alterius populi, non quidem inuitus, sed volens, nisi dicatione fecerit. P. B.

bat ciuis alterius populi, quod quibusdam accidisse testatur hîc Cicero.*

g vide quæ scripsi ad l. 23. ff. ad Municipalem.*

h Ciues Romani, alterius populi dicatione fiebant ciues & quidem inuiti: dicatione inquam, hoc est destinatione & exilij reiectione.*

i Rutilius vir optimus, Q. Mucij pro consulis legatus, absequitum seu publicanorũ iniuriis Asiã defenderat, eo nomine per summam iniuriam repetundarum damnatus & accusatus apud equites Rom. (qui tum soli lege Sempronia iudicabant) damnatus, in exilium abiit. *Vellei.* 2. *Liuius* 70.*

k L. Terrasone, &c. *Val. Max.*

l Ciuitatis mutatio postliminio fieri potest.*

m Huius Menandri mentio fit in l. 5. ff. de captiuis.

n *al.* reuertisset, o *L.* sue exsilio, p Ciuis Cornelius Balbus fœderis.*

q *V. c.* est coniuncta, r *vet.* videtur continere. s *al.* homines.*

t Ciuis duarum ciuitatum quis Græcus esse poterat: Romanus non poterat: Alienæ tamen ciuitatis ciuis factus qui Romanus esset, Romanam postliminio recuperare poterat.

a *al.* recuperassent,

b De iure cõmutandarum ciuitatum.*

c *V. c.* atque discidio, *& inf. L.*

P. LXII.

d vt T. Coruncanius & Cato.*

e vt Milo.*

f *al.* lazygũ, *al.* Iapydum, Nam Græci, *Ἰάπυγες* dicunt.*

g L. quorum fœderibus.

h Exceptio facit, ne liceat quod cõmuni iure conceditur.*

i L. recipiat in ciuitate?

k Lex videlicet Gellia, & Corn.

l Lex Gellia & Cornelia de imperio Pompeij.*

m Fœdera sacrosancta.*

n *al.* sui.*

o *al.* in quo aliquid sacrosanctum, exceptum lege diceretur.*

p sacrosancta quæ à populo sancita.*

q Sanctiones consecrabantur aut genere ipso, aut capitis cõsecratione, aut obtestatione legis, aut pœna, cum caput eius, qui contra faceret consecrabatur. Nã in plerisq. legibus ita sanciebatur, Qui secus fecit, sacer esto, quinimo, & ipsa pecunia, sed & ipsi boues sacri pronuncientur, vide Festum in Adiutabo: Rare: In Termino, in Sacer, adde l. 9, §. 3. ff. de rer. diuis.*

r *al.* sacrosancti.*

s *L.* aut obtestatione legis, & consecrauit p.

t *Ant. Aug.* pœna.*

u *Vet.* Vplebem latum esse dico: de quibus etiam si latum esset, neq. legem, neq. pœnã latã esse,

x *Pantagath.* Nihil omnino vmquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem, neque legem neque pœnam latum esse dico: neque quicquam illis verbis, quod sacrosanctum esset, exceptum esse videtur, de quibus etiam si latum esset, ne quem ciuem reciperemus, tamen id esset, quod populus potuisset, ratum, de his &c. y *L.* nihil ad plebem, neque legem, neque pœna latum esse dico. De quibus etiam si latum esset, ne quem ciuem recip. tamen.

ne quem ciuem reciperemus: tamen id esset *quod populus postea iussisset, ratum:* neque quidquam illis verbis, si quid sacrosanctum esset, esse excepti videretur: de his, cùm populus R. nihil vnquam iusserit, quidquid audes dicere sacrosanctũ fuisse? Nec verò hęc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorũ, iudices, pertinet, neque enim est meum, cõtra opinionem vetustatis, contra ius optimè meritæ ciuitati, cõtra auctoritatem senatus dicere. Duris enim quõdam temporibus reip. nostræ, cùm prætores terra, marique Karthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret, & cùm duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania, Cn. & P. Scipiones, extincti occidissent: L. Marcius, primipili centurio, cum Gaditanis fœdus iciisse dicitur. quod cùm magis fide illius populi, iustitia vestra, vetustate denique ipsa, quàm aliquo publico vinculo religionis teneretur: sapientes homines, & publici iuris periti, Gaditani, M. Lepido, Q. Catulo coss. à senatu de fœdere postulauerunt. Tum est cum Gaditanis fœdus vel renouatum, vel ictum, de quo fœdere populus Rom. sententiam non tulit: qui iniussu suo, nullo pacto potest religione obligari. Ita Gaditana ciuitas, quod beneficiis suis erga rempubl. nostram consequi potuit, quod imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli, summi viri, auctoritate, quod iudicio senatus, quod fœdere, consecuta est: quod publica religione sancici potuit, id abest. populus enim se nusquam obligauit. neque ideò est Gaditanorum causa deterior. grauissimis enim, & plurimis rebus est fulta. sed isti disputationi certè nihil est loci *sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod per populum, plebemve sanitum est.* Quòd si hoc fœdus, quod populus Roma. auctore senatu, commendatione, & iudicio vetustatis, voluntate, & sententiis suis comprobat, idem suffragiis cõprobasset: quid erat, cur ex ipso fœdere Gaditanum in ciuitatem nostrã recipi non liceret? nihil est enim aliud in fœdere, nisi, *Vt pia, & æterna pax sit.* Quid id ad ciuitatem? Adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus fœderibus: *Maiestatem populi Rom. comiter conseruent.* Id habet hanc vim, vt si ille fœdere inferior. Primùm verbi genus hoc conseruandi quo magis in legibus, quàm in fœderibus, vti solemus, imperantis est, non precantis. Deinde, cùm alterius populi maiestas conseruari iubetur, de altero sileatur: certè ille populus, in superiori cõditione, causáque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione qui ita dicebat, *Comiter*, esse communiter: quasi verò priscum aliquod, aut insolitum verbum inciperetur. Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrant viam: benignè non grauatè: comiter quidem certè, non communiter conuenit. Et simul absurda res est, caueri fœdere, vt maiestatẽ populi R. communiter conseruent: id est, vt populus R. suam maiestatem esse saluam velit. Quod si iam ita esset, vt cõtra non posset tamen de nostra maiestate, nihil de illorum cauere tur. Potestne igitur nostra maiestas à Gaditanis benignè conseruari, si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus? potest esse vlla denique maiestas, si impedimur, quo minùs per populum Ro. beneficiorum, virtutis causa, tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus? sed quid ego disputo, quæ mihi tum, si Gaditani contra me dicerent, verè posse dici videretur? illis enim repetentibus L. Cornelium, responderem, legem populum R. iussisse de ciuitate tribuenda hoc genere legum *fundos populos fieri non solere.* Cn. Pompeium de cõsilij sententia ciuitatem huic dedisse, nullum populi nostri iussum Gaditanos habere: itaq; nihil esse sacrosanctum, quod à lege excep tum videretur. si esset, tamen id fœdere nihil esse cautum, præter pacem. additum etiam esse illud, vt *maiestatem illi nostram conseruare deberent:* quę certè minueretur, si aut adiutoribus illorũ ciuibus vti in bellis nobis nõ liceret, aut præmij tribuendi potestatem nullam haberemus. Nunc verò quid ego contra Gaditanos loquar, cùm id, quod defendo, volũtate eorum, auctoritate, legatione ipsa comprobetur? qui à principio sui generis, ac reip. ab omni studio, sensúque Pœnorum mentis suas ad nostrum imperium, nomenque flexerunt? quos, cùm maxima bella nobis interrentur, mœnibus excluserunt? lassibus insecuti sunt? corporibus, copiis, opibus depulerunt? qui & veterem illam speciem fœderis Marciani semper *omni sanctiorem Martem* duxerunt, & hoc fœdere, Caruli senatúsque auctoritate, se nobiscum coniunctissimos esse arbitrati sunt: quorum mœnia, delubra, agros vt ipse Hercules, hinc rum, ac labo um suorum, sic maiores nostri, imperij, ac nominis populi Ro. terminos esse voluerunt? Testatur & mortuos nostros imperatores, quorum vuit immortalis memoria, & gloria, Scipiones Brutos, Horatios, Cassios, Metellos, & hunc præsentem Cn. Pompeium, quẽ procul ab eorum mœnibus, acre, & magnum bellum gerentem, commeatu, pecuniáque iuuerunt: & hoc tempore ipso populum Ro. quem in cari tate annonę, vt sępe antè fecerant, frumento suppeditato, leuauerunt, hęc ius esse velle, vt sibi, & liberis, si qui eximia virtute fuerint, sit in nostris castris, sit in imperatorum prętoriis: sit denique inter signa, atq. in acie locus, sit his gradibus adscensus etiam ad ciuitatem. Quòd si Afris, si Sardis, si Hispanis agris, stipendiò que multatis, virtute adipisci licet ciuitatem: Gaditanis autem officiis, vetustate, fide, periculis, fœdere, coniunctis, hoc idem non licebit: non fœdus sibi nobiscum, sed iniquissimas leges impositas à nobis esse arbitrabũtur. Atque hanc, iudices, non à me fingi orationem, sed me dicere, quæ Gaditani iudicarint, res ipsa declarat. Hospitium multis annis ante hoc tempus, cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publicè dico, proferam testeis, proferam legatos: excitabo laudatores, quos ad hoc iudicium, summos homines ac nobilissimos, deprecatores huius periculi missos videtis. re denique multo antè Gadibus iam audita, fore, huic vt ab illo periculum crearetur, grauissima tum in ista ciuẽ suum Gaditani senatusconsulta fecerunt. Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri (quoniam hoc magnopere delectare verbo) si tum fit fundus, cùm sita, ac iussa nostra sua sententia comprobat, quàm cùm hospitium fecit, vt & ciuitate illum muta-

a L. nec si fœdus sacrosanctum esset, *al.* esset quid. *al.* & si fœdus sacrosanctum esset.*

b *al.* exceptũ esse vid.

c *al.* lumina. vnde mox se quitur exitium,* & alio quin male fulmina imperij romani dicuntur Scipionis. Nam quòd à poeta fulmina belli dicuntur, graviter dictu.* d *al.* fecisse. P. LAEL.

e *v.c.* nostra, *& ita L.*

f *sors.* id consecuta esse

g *al.* & plurib.

h *v.c.* sanctũ est.

i *al.* vt maiestatem.* k hic Proculus in l. non dubito 7. ff. de captivis qui maiestatem nostram P. B. comiter conseruare debẽt liberi intelligendi.* l CONSERVANTO. m L. CONSERVANTO.

n *v.c.* & non precantis

o *al.* In verbo comiter accusatoris &c.*

p L. communiter quidem certè non cõuenit.

q *al.* comiter vt supra

r *v.c.* esse fortasse, ac salua velit.

s *v.c.* ergo

a L. respõderit *al* & conduxit.*

b L. huic generi legum fundos populos fieri *n.* vel de hoc genere legũ, tundos populos, &c.*

c *al.* per quod lege exc.

d *v.c.* additum esse etiam illud.

e dixi suprà.

f L. Martio principali cẽturione acto de quo suprà h. Alij arazarij arce. Nam arces in verbis sacris, vt & muri. Cicero pro Rullo, & pro domo atque ita ludit Cicero in Marciano nomine.*

g *v.c.* vt Hercules ipse. k *vet.* Horatios *sors.* Porcios *Am. Agust.* Gracchos.*

h L. & *v.c.* laturam.

i *v.c.* sint in nouis, caßr. sint in imperatoribus, pręt. n *v.c.* intra

k L. inaudita id est audita.*

l L. vt huic ab *al.* senatus consultio fecerunt.*

m De fundis populis, superiusdictũ* i populis, tum di fiebant, cũ fecita ac iussa po. Romani, sua sententia cõprobabãt.* *sors.* quam cum hospitiũ cũ L. Cornelio fecit.

tum esse fateretur, & [a] ius ciuitatis honorem dignissimum iudicaret? potuit certius interponere iudicium voluntatis suæ, quàm cùm etiam accusatorem huius, multa, & pœna multauit[b]: potuit magis de re iudicare, quàm cùm ad vestrum iudicium ciueis amplissimos legauit, testeis huius iuris, vitæ laudatores, periculi deprecatores? Etenim quis est tam demens, quin sentiat, ius hoc Gaditanis esse retinendum, ne interseptu sit iis iter perpetuò ad hoc amplissimum præmium ciuitatis: & magnopere iis esse lætandum, huius L. Cornelij beniuolentiam erga suos remanere Gadibus: gratiam, & facultatem commendandi. in hac ciuitate versari? Quis [c] enim nostrûm est, cui nõ illa ciuitas sit huius studia, cura, diligentia, commendatior? Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Cæsar, cùm esset in Hispania prætor, affecerit, controuersias sedarit, iura ipsorum permissu statuerit, inueteratam quondam [d] barbariam ex Gaditanorum moribus, disciplináque delerit, summa in [e] eam ciuitatem, huius rogatu, studia, & beneficia contulerit, multa pretereo, quę quotidie labore huius, & studio, aut omnino, aut certè facilius consequuntur. Itaque & adsunt principes ciuitatis, & defendunt, amore, vt suum ciuem: testimonio, vt nostrum: officio, vt [f] nobilissimum, & sanctissimum hospitem: studio, vt diligentissimum defensorem commodorum suorum. ¶ Ac ne ipsi Gaditani arbitrentur, quamquam nullo incommodo afficiantur, si liceat eorum ciueis virtutis causa in nostrã ciuitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum fœdus, quàm ceterorum: consolabor & hos præsenteis viros optimos, & illam fidelissimam, atque amicissimam nobis ciuitatem, simul & vos non ignoranteis, iudices ad moneho, quo de iure hoc iudicium constitutum sit, de [g] eo numquam omnino esse dubitatum. Quos igitur prudentissimos hiaterpretes fœderum, quos peritissimos bellici iuris, quos diligentissimos in exquirendis conditionibus ciuitatum, atq. eausis, esse arbitrabamur? eos profectò, qui iam imperia, ac bella gesserũt. Etenim, si Qu. [h] Scæuula ille augur, cùm de iure prædiatorio cõsuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos nonnumquam ad [i] ririum, & [m] Casellium, prædiatores, reiiciebat: si nos de aqua [n] nostra Tusculana M. Tugionem potius, quàm C. Aquillium consulebamus, quòd *assiduus usus vni rei deditus, & ingenium, & artem sæpe vincit*: quis dubitet de fœderibus, & de toto iure pacis, & belli, omnib. [o] iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? Possumúsne igitur tibi probare auctorem exempli, atq. facti illius, quod à te reprehẽditur, C. Marium? quæris aliquem grauiorem? constantiorem, præstantiorem virtute, prudentia, religione, æquitate? Is igitur M. Annium Appium, fortissimum virum, summa virtute prædituin, ciuitate donauit, cùm Camertinum fœdus, sanctissimum, atq. æquissimum sciret esse. Potest igitur, iudices, L. Cornelius condemnari, vt non C. Marij factum condemnetur? Exsistat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest: vt conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis. dicat, se non imperitum fœderis? P. non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse: se P. Africani discipulum, ac militem: se stipendiis, se legationibus bellicis eruditum: se, si tanta bella legisset, quanta gessit, & confecit: si tot consulibus meruisset, quoties ipse consul fuisset, omnia iura belli perdiscere, ac nosse [a] potuisse: sibi non fuisse dubium, quin nullo fœdere à rep. bene gerenda impediretur: à se ex conũctissima, atque amicissima ciuitate fortissimum quemque esse delectum [b]: neque [c] Fulginatium, neque Camertium fœdere esse exceptum: quò minùs eorũ ciuib. à populo Rom. præmia virtutis tribuerentur. Itaq. cùm paucis annis post hanc ciuitatis donationem acerrima de ciuitate quæstio, Licinia [d], & Mucia lege venisset: num quis eorum, qui de fœderatis ciuitatibus esset, ciuitate donatus, in iudicium est vocatus? nam Spoletinus T. Matrinius [e], vnus ex iis, quos C. Marius ciuitate donasset, dixit causam ex colonia Latina. in primis firma, & illustri. Quem cùm diserte homo L. Antistius accusaret [f], Spoletinus [g] dixit *fundum populum* Spoletinum non esse factum. videbat enim populos de suo iure, non de nostro: fundos fieri solere, sed, cùm lege [h] Apulesa coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus C. Mario tulerat. *Vt in singulas coloni as ternos ciueis R. facere posset*. negabat hoc beneficium, re ipsa sublata, valere debere. Nihil habet similitudinis ista accusatio: sed tamen tanta auctoritas in C. Mario fuit, vt non per L. Crassum, affinem suum, hominem incredibili eloquentia, sed paucis ipse verbis causam illam grauitate sua defenderit, & probarit. Quis enim esset, iudices, qui imperatoribus nostris, in bello, in acie, in exercitu, delectum [k] virtutis: qui sociis, qui fœderatis, in defendenda republ. nostra spem præmiorum eripi vellet? Quòd si vultus C. Marij, si vox, si ille imperatorius ardor [l] oculorum, si recentes triumphi, si præsens valuit adspectus: valeat auctoritas, valeant res gestæ, valeat memoria, valeat fortissimi, & clarissimi viri nomen æternum. sit hoc discrimen inter gratiosos ciueis, atq. forteis, vt illi viui fruantur opib. suis: horum etiam mortuorum, si quisquam huius imperij defensor mori potest) viuat auctoritas immortalis. Quid? Cn. Põpeius, pater, rebus Italico bello maximis gestis, P. Cæsium, equitem R. virum bonum, qui viuit Rauennæ, fœderato ex populo, nõnne ciuitate donauit? quid? cohortes duas, vniuersas Camertium? quid? Heraclien sium [m] legione, P. Crassus, vir amplissimus, ex ea ciuitate, quacum propè singulare fœdus Pyrrhi temporibus C. Fabricio consule, ictum putatur? quid? Massiliẽsem Aristonem Syllæ? quid? quoniã de Gaditanis agimus, idem [n] heros L. Gaditanos? quid? vir sanctissimus, & summa religione, ac modestia, Qu. Metellus Pius, Q. Fabiũ Saguntinum? quid? hic, qui adest, à quo hæc, quę ego nunc percurro, subtilissimè sunt omnia perpolita, M. Crassus, non Alettinensem [o] fœderatum ciuitate donauit, homo tum [p] grauitate, & prudentia præstans, tum vel nimiùm parcus in largienda ciuitate? Hic tu, Cn. Pompeij beneficium, vel potius iudicium, & factum infirmare conaris, qui fecit, quod C. Marium fecisse audierat: fecit quod P. Crassum, quod L. Syllam, quod Qu. Metellũ quod denig. domesticum auctorem, patrem suum facere viderat? neque [q] verò in vno Cornelio id fecit. nam & Gaditanum Haidrubalem

[a] L. & huius ciuitatis honore dignissimum iudicaret? *b fort. mactauit?*

c v.c. Quis est enim nostrûm.

d al. quandã

e sic v.c.

P. LXIIII. *f L. vt ex nobilissimo ciui sanctissimum hosp. & ita v.c.*

g al. de eo iure numq.

h Ciuis Cornelius Balbus, interpretatione prudentissimorum.

i in lib. vulg. Q. Scæuola k nunc recitat Valerius l.c. 12. optimis artiũ magistris concedendũ esse. *l Ius prædiatorium, rerũ prædialiũ vn de prædiatores huius iuris periti* *in L. & Casellium. al. Cæsellium. Val d loco,* *n vide Ciceronem Agraria 3.* *o L. hominibus.*

B. n.

p sic v.c. al. fœderum.

[a] *fortè* posse pot.

[b] L. dilectũ *c v.c.* neque Ignatiorum: d Lex Licinia & Muria à L. Licinio Crasso & Qu. Mutio Scævola, vt ne pro ciue fe gereret, qui ciuis non esset. Cicero in Bruto & 3. Officior.*

[c] L. Matrinius.

[f] L. accusaret, item Spoletinus: non dixit, fundũ populũ Spoletinum non esse factum.* *g Paulagathus* istud ei non dixit, fundũ Spoletinum populum non esse factum.* *h* Lege Apuleia à L. Apuleio Saturnino trib. pleb. lata.*

P. LXV. *i* Colonias, iure ciuitatis Romanæ donatas non fuisse, ex hoc loco quidam colligunt.* *k v.c.* dilectũ Vide Plutarchũ in Mario & Appian. 1. ciuilium, Tales oculi Cæsari. Sex. Aurel. Victor.*

m vet. Heraclees malexũ, *al.* Heracleẽsem Alexam?

n sic v.c. al. idem prætor LX.

o vet. Anetiensem.* *p v.c.* cùm grauitate.

P. B. *q v.c. & L.* nec quę verò id in vno Corn. fecit.

balem ex bello illo Africano, & [a] Mamertinos obuios, & quosdam Vticenseis, & Saguntinos fabros, ciuitate donauit. Etenim, cùm cæteris præmiis digni sunt, qui suo labore, & periculo nostram remp. defendunt: tum certè dignissimi sunt, qui ciuitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt. Atque vtinam qui vbiq. sunt propugnatores huius imperij, possent in hanc ciuitatem venire, & cõtrà, oppugnatores reip. de ciuitate exterminari. Neque enim ille summus poeta [b] noster, Annibalis il am magis cohortationẽ, quàm communem imperatorũ [c], voluit esse, "*Hostem qui feriet, mihi erit Karthaginiensis. Quisquis erit, ciuis atus*: cui id habent hoc leue, & semper habuerunt. Itaque & ciueis vndiq. forteis viros adsciuerunt, & hominum ignobilium virtutem persæpe nobilitatis inertiæ prætulerũt. ¶ Habetis imperatorum summorum, & sapientissimorũ hominum, clarissimorum virorũ, interpretationem iuris, ac fœderũ: dabo etiam *iudicum*, qui huic quæstioni præfuerũt, dabo vniuersi populi R. dabo [f] sanctissimum etiam iudiciũ senatus. Iudices cùm præ se ferrent, palámque loquerẽtur, quid essent leges Papia de M. [h] Craſſo, Mamertinis repetentibus, iudicaturi: Mamertini, publicè suscepta causa, destiterunt. Multi in ciuitatem recepti ex libe is, fœderatisq. populis, nemo vmquá est de ciuitate accusatus, quòd aut populus, fundus factus non esset. aut quod fœdere ciuitatis mutandæ ius impediretur. Audebo etiá hoc contendere, numquam esse condemnatũ, quem constaret, ab imperatore nostro ciuitate donatum. Cognoscite nunc *populi R. iudicium*, multis rebus interpositũ, atque in maximis causis, re ipsa, atq. vsu comprobatum. Cũ Latinis omnibus fœdus ictum, Sp. Cassio, Postumio Cominio, cos ss. quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post Rostra inciſum, & perscriptum fuisse. Quomodo igitur L. Cassinius Tiburs, pater eius equitis R. optimi, atque ornatissimi viri, damnato Cœlio [k], quomodo ex eádem ciuitate T. Coponius, ciuis item summa virtute, & dignitate (nepotes T. & C. Coponios nostis) damnato C. Massone ciuis Roman. est factus? *an lingua, & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit: manu, & virtute non potuit?* ánne de nobis trahere [l] spolia fœderatis licebit? de hostibus non licebit? an, quod adipisci poterũt dicendo, id eis assequi [m] pugnando non licebit? an accusatori maiores nostri maiora præmia, quàm bellatori esse voluerunt? Quod si acerbissima lege [n] Seruilia principes [o] viri, ac grauissimi, & sapientissimi ciues, hanc Latinis, id est, fœderatis, viam ad ciuitatem, populi iussu patere passi sunt: neque in his est hoc reprehensum Licinia P. & Mucia lege, cùm præsertim genus ipsum accusationis, & nomen eiusmodi præmium, quod nemo assequi possit, nisi ex senatoris calamitate, neque senatori, neque bono cuiquam nimis iucundũ esse posset: dubitandum fuit, quin, quo in genere, iudicũ præmia rata essent, in eodem iudicia imperatorũ valerent? nũ fundos igitur factos populos Latinos arbitramur aut Seruilia lege, aut ceteris, quibus [q], Latinis hominibus erat propositũ aliqua ex re præmiũ ciuitatis? Cognoscite nunc *iudicia senatus*, quod semper est [r] iudicio populi comprobatum. Sacra Ceteris, iudices, luxuria maiores nostri religione confici. cæremoniáq. voluerunt: quæ cùm essent assumta de Græcia, & per [a] Græcas semper curata sunt sacerdotes, & Græca [b] omnia nominata: sed cùm illam, quæ Græcum illud sacrum monstraret, & faceret, ex Græcia deligerent [c], tamen *sacra pro ciuibus ciuem facere voluerunt, vt deos immortales scientia peregrina, & externa mente domestica & ciuili precarẽtur*. Has sacerdotes video fere Neapolitanas, aut Velienseis fuisse, fœderatarum sine dubio ciuitatum. Mitto cetera: proxima dico, ante ciuitatem Velienſibus datam, de senatus sententia C. Valerium Flaccum prætorem Vrbanũ, nominatim ad populum de Calliphana Velienſe, vt ea ciuis Romana esset, tulisse. Num [e] igitur aut fundos factos Velienseis, aut sacerdotẽ illã, ciuem R. factam nõ esse, aut fœdus & à senatu, & à populo Ro. violatũ arbitrabimur? ¶ Intelligo, iudices, in causa aperta, minimèq. dubia, multo & plura, & à pluribus peritissimis esse dicta, quàm res postularet. sed id factum est, non vt vobis rem tam perspicuam, dicendo probaremus, verùm vt omniũ maleuolorũ, iniquorũ, inuidorũ [h] animos frãgeremus: quos vt accusator incẽderet, vt aliqui sermones hominum alienis bonis mœrentium, etiam ad vestras aureis permanarent, & in iudicio ipso redũdarent, idcirco illa in omni parte orationis [k] sum ma arte adspergi videbatis: tum pecuniam L. Cornelij, quæ neque inuidiosa est, & quantacũque est, [l] eiusmodi est, vt conseruata magis, quàm corrupta esse videatur: ritũ luxuriam, quæ non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur: tum Tusculanum, quod Qu. Metelli fuisse meminerat: & L. Crassi, Crassum emisse de libertino homine, Soterico Marcio: ad Metellũ peruenisse de Venonij Vindicij bonis non tenebat: simul illud nesciebat, prædiorũ nullã esse gentẽ: emtionibus ea solere sæpe ad alienos homines, sæpe ad infimos, nõ legibus, tãquã tutelas, peruenire. Obiectũ est etiã, quòd in tribũ Crustuminã peruenerit: quod hic assecutus est legis de ambitu præmio, minùs inuidioso, quàm qui legũ præmiis, prætoriã sententiam, & prætextã togã consequuntur. Et adoptio Theophanis agitata est: per quam Cornelius, nihil est, præterquàm propinquorũ suorũ hereditates, assecutus. Quamquã istorũ animos, qui ipsi Cornelio inuident, non est difficillimũ mitigare. more hominũ inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant: non [m] illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt. Qui amicis L. Cornelij aut inimici sunt, aut inuidẽt, hi sunt huic multo vehementius pertimescendi. nã huic quidẽ ipsi quis est vmquam inuentus inimicus? aut quis iure esse potuit? quem bonũ non coluit? cuius fortunæ, dignitatique non concessit? Versatus in intima familiaritate hominis potentissimi, in maximis nostris malis, atque discordiis neminem vmquam altercatus, ac partis non te, non verbo, non vultu denique offendit. fuit hoc siue meum, siue reipubl. fatum, vt in me [n] omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. non modò non exsultauit in ruinis vestris [o], nostrísque discordiis Cornelius: sed omni officio, lacrymis, opera, consolatione, omneis, me absente, meos subleuauit. quorũ ego testimonio, ac præcibus munus hoc meritũ? huic, &, vt à principio dixi, iustã, &

a L. & Mamertinos Quios, & q. ita Buccanarius. Omnium enim familia clara apud Campanos. Liuius 9. vi Mamertini coloni Campanorum.*

b Ennius.*

c L. imperatorum omniũ vox.

d L. Cuiatius fuit. Id habẽt omnes leue, & semper habuerunt. Itaque & sibi vndique fort. || *al.* cuiuscuius. *Panagathus* cuius: At illi & id habere hodie & semper habuerunt.*

e CIVIS Cornelius Balbus, perpetua consuetudine ciuitatis Romanæ, hoc est sententijs in dicendo populi, senatus probatur.*

f L. dabo etiã sanctissimũ. & sapientissimũ iud. c. P. LXVI.

g Lex Papia. C. Aurelio Cotta lata à C. Papio trib. pleb. vt ne quis peregrinus in vrbe esset. Dio 37. Cicero 1. de fficior. pro Aratia, Agraria 2.*

h v.c. M. Cassio,

i L. sunt recepti.

k L. T. Cœlio: || *Panag.* C. Aelio.*

l C. detrahere ip.

m L. pugnando aliquẽ nõ licere. *Sic* v.c. ex lege Seruilia id fane debatur, vt si quis Latinus senatorẽ Romanum accusando condẽnasset, is ciuis Romanus esset.*

o L. principes viri, grauissimi, & sapientissimi ci.

p De lege Licinia & Mucia suprà dictum est.*

q *al.* quibus legibus, Lat.

r v.c. iudicio est pop.

a Sacra Græca per Græcos sacerdotes delectas è Græcia cum ea, quæ sacra pro ciuibus faciebat; eam enim ciuem esse oportebat.*

b Festus in Græca.

c *Sylt.* dilectis.

d v.c. precaretur, vt se ferat ad ciuem.*

e v.c. Num ergo

f *Sic* v.c. *al.* ar bitramur?

g PERORATIO.*

h v.c. inuidiosorum animum.

i v.c. accenderet,

k L. & v.c. orationis suæ arte adsp.

l L. quam correpta esse vid. & ita v.c. || *Pe tagat.* conflata.

m L. non ille mimico, sed h.

n *al.* in me vnum.*

o L. nostris, nostr.

p *Sic* v.c. *al.* meritũ fuit,

debitam gratiam refero: sperόque iudices, vt eos, qui principes fuerunt conseruandæ salutis, aut dignitatis meæ, diligitis, & caros habetis: sic quæ ab hoc pro facultate huius [a], pro loco facta sunt, & grata esse vobis, & probata. Non igitur à suis, quos nullos habet, sed à suorum, qui & multi, & potentes sunt, vrgetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompeius copiosa oratione, & graui, secum, si vellem, contendere iubebat ab [b] hoc improbo certamine, atque iniusta contentione auocabat. Et *erat æqua lex, & nobis, iudices, atque omnibus, qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer vtilis, vt nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicos [c] nostrorum inimicorum temperemus.* Ac, si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cùm me præsertim rerum varietate, atque vsu ipso iam perdoctum viderent: etiam ab illis eos maioribus discordiis auocarem. id [d] enim contendere metum de republ. *cùm id defendas, quod esse optimum sentias, & [e] sortium virorum, & magnorum hominum semper putauit* neque huic vnquam labori, officio, muneri defui. sed contentio, tam diu sapiens est, quamdiu aut proficit aliquid, aut, si non proficit, non obest ciuitati. Voluimus quædam, contendimus, experti sumus: obtenta non sunt. dolorem alij: nos luctum, mœrorémque suscepimus. *Cur ea, quæ mutare non possumus, conuellere malumus, quàm tueri?* C. Cæsarem senatus & genere supplicationum amplissimo ornauit, & [f] numero dierum XV. Idem in angustiis ærarij victorem exercitum stipendio affecit: imperatori decem legatos decreuit, leges Sempronia succedendum non censuit. Harum ego sententiarum & principes, & auctor fui: neque me dissensioni meæ pristinæ putaui potius assentiri, quàm præsentibus reipublicæ temporibus, & concordiæ conuenire. Non idem aliis videtur. sunt fortasse in sententia firmiores. reprehendo neminem: sed assentior non omnibus: *neque esse inconstantis puto, sententiam aliquam, tanquam aliquod nauigium, atque cursum, ex reipublicæ tempestate moderari.* Sed, si qui sunt, quibus infinitum sit odium, in quos semel susceptum sit, quos video esse nonnullos: cum ducibus ipsis, non cum comitatu, assectatoribúsque confligant. Illam enim fortasse pertinaciam nonnulli, virtutem alij putabunt: hanc verò iniquitatem omnes cum aliqua crudelitate coniunctam. Sed, si certorum hominum mentis nulla ratione placare possumus, iudices: vestros quidem animos certè confidimus, non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos. Quid enim est, cur non potius ad summam laudem huic, quàm ad minimam fraudem, Cæsaris familiaritas valere debeat? cognouit adolescens: placuit homini prudentissimo: in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæquatus in prætura, in consulatu præfectum [a] fabrûm detulit: consilium hominis probauit, fidem est complexus: officia, obseruantiámque dilexit. fuit hic multorum illi laborum socius aliquando: est fortasse nunc nonnullorum particeps commodorum. quæ quidem si huic obfuerint apud vos, non intelligo, quod bonum cuiquam sit apud tales viros profuturum. Sed, quoniam C. Cæsar abest longissimè, atque in iis est nunc locis, quæ regione, orbem terrarum: rebus illius gestis, imperium populi Romani dilatantibus: nolite, per deos immortales, iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri, vt suum præfectum fabrûm, vt hominem sibi carissimum, & familiarissimum, non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Miseremini eius, qui non de suo peccato, sed de huius summi, & clarissimi viri facto: non de aliquo crimine, sed de [b] periculo suo de publico iure discesserit: quod ius si Cn. Pompeius ignorauit [c], si M. Crassus, si Qu. Metellus, si Cn. Pompeius pater, si L. Sylla, si L. Crassus, si C. Marius, si senatus, si populus Romanus, si, qui de re simili iudicarunt, si fœderati populi, si socij, si illi antiqui Latini: videte, ne vtilius vobis, & honestius sit [d], illis ducibus errare, quàm hoc magistro eruditi. Sed: si de certo, de perspicuo, de vtili, de probato, de iudicato vobis iure esse constituendum videtis: nolite committere, vt in re tam inueterata quidquam noui sentiatis. Simul & illa, iudices, omnia ante oculos vestros proponite: primùm esse omneis etiam post mortem reos, clarissimos illos viros, qui fœderatos ciuitate donarunt: deinde senatum, qui persæpe hoc iudicauit: populum, qui iussit: iudices, qui approbarunt. tum etiam illud cogitatote: sic vixisse Cornelium, vt, cùm omnium peccatorum quæstiones sint, non de vitiorum suorum pœna, sed de virtutis præmio in iudicium vocetur. Accedat etiam illud, vt statuatis hoc iudicio, vtrùm post hac amicitias [g] clarorum virorum calamitati hominibus, an ornamento esse malitis. Postremò illud, iudices, fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelij, sed de beneficio Cn. Pompeij iudicaturos.

a L. eius.

b L. ab hoc impariceit. ſ ex retri, im Per to.*

c hoc eſt, vt amicos inimici, inimicos noſtros putemus.* d L. ita enim contendere, mihi videtur ẽrep. cùm al. Ita enim cõtendere de Rep. vt id defendas, quod eſſe optimum ſentias, & e L. & id fortium virorũ ſemper putauit.*

e L. & id fortium virorum ſemper putauit.*

f L. & numero dierum nouo. Idem g de leue Sempronia vide quæ ſcripſi in oratione pro domo. ſupra. Sed Pannabus legis, Trebonia. de quâ vide Dion. 49.*

P. LXVIII. h al. ex quo ſcim. v. c. in quo.

i ſ. c. nulla ratione. iudices, placare poſſ. & in L.

a al. præfecturam.*

b al. ſed periculo ſuo, de publico iure.*

c fort. non ignorauit.*

d Honeſtius eſt duce magno errare, quàm ſub impuro magiſtro eruditi.*

f fort. ponite,

g Amicitiæ clarorum virorum, ornamento, non calamitati aliorum eſſe debent.*

DE PRO-

P. LXIX.

DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS. ORATIO TRICESIMASEXTA.

SYNOPSIS.

Suadet Cicero ex Senatusconsulto quod factum esset anno vrbis 667. prouincias Consulares, Syriam & Macedoniam futuris Consulibus decerni: Galliam Cæsari non adimi. atque ita Pisoni, Macedonia detracta, quam Clodius trib. plebi ei detrexerat.

a EXORDIVM.*

SI QVIS [a] vestrûm, P.C. exspectat, quas sim prouincias decreturus, cõsideret ipse secum, qui mihi homines ex prouinciis potissimum detrahendi [b] sint: non dubitabit quid me sentire cõueniat, cũ, quid mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac, si [c] princeps eam sententiam dicerem: laudaretis profectò. si solus: certè ignosceretis. etiam si paullo minùs vtilis [d] vobis sententia videretur: veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. Nunc verò, P. C. non parua afficiot voluptate, vel quod hoc maximè reip. conducit, Syriam, Macedoniámque decerni, vt dolor meus nihil à communi vtilitate dissentiat: vel quòd habeo auctorem P. Seruilium, qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum, & cùm in vniuersam rempublicam, tum etiam erga meam salutè fide, ac beneuolentia [e] singulari. Quòd si, ille & paullo antè, &, quotiescumque ei locus dicendi, ac potestas fuit, Gabinium, & Pisonem, duo reipub. portenta, ac [f] pænè funera, cùm propter alias causas, tum maximè propter illud insigne scelus eorum, & importunam in me crudelitatem, non solùm sententia sua, sed etiam verborũ grauitate esse notandos putauit: quónam me animo in eos esse oportet, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec [g] iracundiæ seruiam, quo animo vnusquisque vestrûm debet esse in illos hoc ero: præcipuum illum, & proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, à sententia dicenda hamouebo: ad vlciscẽdi tempora reseruabo. ¶ Quattuor [i] sunt prouinciæ, P.C. de quib. adhuc intelligo sententias esse dictas: Galliæ duæ, quas hoc tempore vno imperio videmus esse coniunctas: & Syria, & Macedonia: quas vobis inuitis, & oppressis, pestiferi illi consules pro euersæ reipublicæ præmiis [l] occupauerunt. Decernendæ [m] nobis sunt lege [o] Sempronia duæ. quid est, quod [p] possimus de Syria, Macedoniáque dubitare? Mitto, quòd eas ita partas habent ij, qui nũc obtinent, vt non antè attigerint, quàm hunc ordinem condemnarint? quàm auctoritatem vestram è ciuitate exterminarint: quàm fidem publicam, quãm perpetuam populi Romani salutem, quàm me, ac meos omneis fœdissimè, crudelissimèque vexarint, Omnia [a] illa domestica, atq. vrbana mitto: quę tanta sunt, vt *numquam Annibal huic vrbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint.* Adipsas venio prouincias, quarum Macedonia, quę erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed [c] tropheis, quæ multis victoriis erat ãdiu, triumphísq. pacata, sic *à Barbarisd*, quibus est, propter auaritiá, pax erepta, vexatur, vt Thessalonicenses, positi in gremio imperij nostri, relinquere oppidum, & arcẽ munire cogantur: vt via illa nostra, quæ per Macedoniã est vsque ad Hellespontũ militaris, nõ solùm excursionibus Barbarorũ sit infesta, sed etiam castris. Thraciis [e] distincta, ac notata. Ita gentes eæ, quæ vt pace vterentur, vim argenti dederant præclaro [f] imperatori nostro: vt exhaustas domos replere possent, pro emta pace bellum nobis prope iustum intulerunt. Iam verò *exercitus* ille [g] noster superbissimo delectu [h], & durissima conquisitione collectus, omnis interiit. Magno hoc dico cum dolore, miserandum in modum milites populi Ro. capti, necati, deserti, dissipati sunt incuria, fame, morbo, vastitate consumti: vt, quod [i] est indignissimũ scelus [k], is imperator in pœnam exercitus expetitus esse videatur. Atque hanc Macedoniam, domitis iam gentibus finitimis, Barbariáque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam, tenui præsidio, atq. exigua manu, etiam sine imperio, per legatos nomine ipso populi Rom. tuebamur, quæ nunc consulari imperio, atque exercitu ita vexata est, vix vt se possit diuturna pace reciperare: cùm interea, quis vestrûm hoc non audiuit, quis ignorat, Achæos *ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis?* vectigal, ac portorium Dyrrachinorum totum in huius vnius quæstum esse conuersum? vrbem Byzantiorum, vobis, atque huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quò ille, postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla via miseris extorquere potuit, cohorteis in hiberna misit. his præposuit quos putauit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. Omitto iurisdictionem [m] in libera ciuitate contra leges, senatúsq. consulta: cędeis relinquo, libidines prætereo: quarum exstat acerbissimũ iudicium, & ad insignẽ memoriã turpitudinis, & pœnè ad iustũ imperij nostri odiũ, quòd constat, nobilissimas virgines se in puteos abiecisse, & morte voluntaria [n] nefariam turp-

b L. retrahendi sint,

c Odiũ declinati, quòd nõ solus nec primus sic sentiat, & à Gabinio & Pisone læsus sit.*

d al. vtilis sententia vobis videretur.

e v.c. beniuolentia

f v.c. ac funera.

g v.c. non iracund.

h v.c. remouebo.

i PARTITIO.*

k Gabinius & Piso.*

l fuit. occuparunt.

m CONFIRMATIONIS pars prior qua suadet Pisonem ex Macedonia detrahẽdum itque propter barbaros exercitus & expilationes.*

n v.c. sunt nobis

o De Lege Sempronia vide quæ scripsi in oratione pro domo suprà.*

p v.c. quod possumus.

a v.c. Omnia domestica, atque vrbana

b v.c. Hannibal

c L. sed tropæis, & v.c.

d Thracibus.*

e L. al. Trociis d.

f v.c. præclaro nostro imperatori.

g v.c. noster ille

P. LXX.

h L. dilectu, & v.c.

i al. quod est indignissimũ is imp.

k al. scelus imperatoris, in pœnã exercitus expeditus esse videatur. al. scelus, imperatoris in pœnam exercitus expetiſ se videatur. vt expetere sit, euenire. quo sensu frequens ver bũ apud Plautum.*

l v.c. postea quàm.

m Iurisdictio nem in libera ciuitate Romani non exercebant.*

n al volũtaria turpitudine spulisse.*

pitudinem depulisse. Nec hæc idcirco omitto, quòd non grauissima sint: sed quia nunc sine teste dico. Ipsam verò vrbem Byzantiorum, fuisse refertissimam atque ornatissimâ signis, quis ignorat? quę illi exhausti sumtibus bellisque [a] maximis, cùm Mithridaticos impetus, totámque Pontum armatum, efferuescentem in Asiam, atque erumpentem, ægrè repulsum, & ceruicibus intercluſum suis, sustinerent, tum, inquam, Byzantij, & postea signa illa, & reliqua vrbis ornamenta, sanctissimè custodita, tenuerunt. te imperatore infelicissimo, & tæterrimo, Cæsonine Caluenti, ciuitas libera, & proximis suis beneficiis à senatu, & à populo Romano liberata, sic spoliata, atque nudata est, vt, nisi C. Virginius, legatus, vir fortis, & innocens, interuenisset, vnum signum Byzantij ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaia qui locus, aut lucus in Græcia tota, tam sanctus fuit, in quo vllum simulachrum, vllum ornamentum reliquum sit? Emisti à fœdissimo tribuno [b] plebis, tum in illo naufragio huius vrbis, quam [c] tu idem, qui gubernare debueras, euerteras: tum, inquam, emisti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis crediti ius in libros populos contra senatusconsultum & contra legem teneri tui dicere liceret. id emtũ ita vendidisti, vt aut ius non dicetes, aut bonis ciucis [e] Romanos euerteres. Quorum ego nihil [f] dico nunc, patres conscripti: hominem ipsum relinquo: de prouincia disputo. Itaque omnia illa, quæ & sæpe audistis, & tenetis animis, etiã si non audiatis, prætermitto: nihil de hac eius vrbana, quam ille præsens in oculis vestris, mẽtibúsque defixit audacia loquor: nihil de superbia, nihil de contumacia [g] nihil de crudelitate disputo. lateãt libidines eius illæ tenebricosæ, quas fronte, & supercilio, non pudore, & temperantia contegebat: de prouincia, quod agitur, id disputo. Huic vos nõ summittetis [h] huûc diutiùs manere patiemini? cuius, vt prouinciam teti git, sic fortuna cum improbitate certauit, vt nemo posset, vtrũm deterior [i], an infelicior esset, iudicare. ¶ Ank verò in Syria diutius est Semiramis illa remanda? cuius iter in prouinciam fuit eiusmodi, vt rex Ariobarzanes consulem vestrum ad cædem faciendam, tãquam aliquem Thracem [m] conduceret. Dein de aduentus in Syriam primus, equitatus habuit interitum post concisæ sunt optimę cohortes. Igitur in Syria imperatore illo, nihil [n] aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis, decisiones, direptiones, latrocinia, cædes, cùm palàm [o] populi Romani imperator, instructo exercitu, dexteram tẽdens, nõ ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi & emta, & emenda esse clamaret. Iam verò publicanos miseros (me etiam miserum illorum ita de me meritorum miseriis, ac dolore) tradidit in seruitutem. Iudæis, & Syris [p], nationibus natis seruituti. Statuit ab initio, & in eo perseuerauit, ius publicano [q] non dicere: repetitiones sine vlla iniuria factas esse scidit: custodias sustulit, vectigales [r] multos, ac stipẽdiarios liberauit: quo in oppido ipse esset, aut quò veniret, ibi publicanum, aut publicani seruum esse vetuit. Quid multa? crudelis haberetur, si [s] in hostem animo fuisset eo, quo fuit in ciueis R. eius ordinis præfertim, qui est semper dignitate sua, beneficentia ma-

P. R. ad sumtibus bellorum maximis.

a *v.c.* ciuis.

b *v.c.* nihil dicebat, P. C. nunc in hominem ipsum de prouincia disp.

c *v.c.* Itaque

d videtis, patres conscripti, non temeritate redemptionis, aut negotij gerendi insciti[a]b, sed auaritia, superbia, crudelitate Gabinij, pænè afflictos iam, atque euersos publicanos: quibus quidem vos, in his angustiis ærarij, tamen subueniatis necesse est: etsi iam multis non potestis: qui propter illum hostẽ, senatus, inimicissimum, ordinis equestris bonorúmque omnium, non solùm bona, sed etiam honestatem miseri deperdiderunt: quos nõ parsimonia, nõ continentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius helluonis [c], & prædonis audaciam. Quid? qui se etiam nunc sub fidiis patrimonij, aut amicorum liberalitate sustentant, hos perire patiemini [d]? An, si qui frui publico non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria: quem is frui non sinit, qui est, etiam si nõ appellatur, hostis, huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in prouincia diutiùs eum, qui de sociis cum hostibus, de ciuibus cum sociis faciat pactiones: qui hoc etiam se pluris esse, quàm collegam, putet, quòd ille vos tristitia, vultúque deceperit, ipse numquam se minùs, quàm erat, nequam esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriatur, se breui tempore perfecisse, ne [e] C. Gabinius, vnus omnium nequissimus existimaretur. Hos vos de prouinciis, si non aliquando deducendi essent, diripiendos [f] non putaretis? & has publicas [g] pesteis sociorum, militum cladeis, publicanorum ruinas, prouinciarum vastitates, imperij maculas, teneretis? At iidem vos anno superiore hos eosdem reuocabatis, cùm in prouincias iam peruẽnissent. Quo tempore si liberum vestrum iudicium fuisset, nec toties dilata res, nec ad extremũ è manibus erepta esset: restituisseris, id quod cupiebatis, vestrã auctoritatem, iis, per quos erat amissa, reuocatis, & his ipsis præmiis extortis, quæ erant pro scelere, atque euersione patrię consecuti. Quam [h] pœnam si tum aliorum opibus, non suis, inuitissimis vobis, euolarunt: at aliam multo maiorem, grauioremque subierunt. quæ enim homini, in quo aliquis si non famæ pudor, at supplicij timor est grauior pœna accidere potuit, quàm non credi litteris iis, quæ rem bene gestam in bello nuntiarẽt? Hoc statuit senatus, cùm frequens supplicationem Gabinio denegauit: primùm, homini sceleribus, flagitiis [i] contaminatissimo, nihil esse credendum: deinde, à proditore, atque eo, quem præsentem hostem reipublicæ cognosset, benè rem geri non potuisse: postremò, ne deos quidem immortales velle aperiri sua templa, & sibi supplicari hominis impurissimi, & sceleratissimi nomine. Itaque ille alter, aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtiliùs eruditus, quibuscum iam in [k] orchestra eluatur, antea post siparium [m] solebat: aut amicos habent prudentiores, quàm Gabinius, cuius nullę litteræ perferũtur. Hosce igitur imperatores habebimus? quorũ alter nõ audet nos certiores facere, ne [n] imperator appelletur: alterũ, si tabellarij non cessarint, necesse est paucis dieb. pœnitear audere. cuius amici si qui sunt, aut si belluę, tã immani, támque tetræ possunt vlli esse amici, hac cõsolatione vtũtur, etiã Albucio supplicationẽ hũc ordinẽ denegasse. Quod est primùm dissimile. res in Sardinia cũ mastrucatis [o] latrũculis à

b L. infcientia,

c L. helluonis, P. R.

d *v.c.* patiemur?

e *sit v. c. & L. lib. vulg.* non Gab.

f L. deripiendos.

g L. duplicetis pest.

h *al.* Quia ex pœna sit *v.c.* Qua pœn.

i *Vort.* flagitiis q. contam.

k *v.c.* bene remp geri.

l L. in exostra. Est verò exostra, pars scenæ tenui ciclade, qua quæ intus gerantur rotis circũactis spectatoribus patefiunt. Vide Pollucem. & *Vitruv.* 30. Variar. vlt.

m Siparij est Festo, quo in scenis Mimi vtuntur. Verius putat dici à velamento, quod vocetur aliàs aulæum. Isidoro 19. c. 3. siparij genus P. LXXII. velit vnũ pẽdem habens, quo iuuari nauigia fulci à separatione dicum.*

n *al.* vt imper. *al.* cur.

o Mastrucatus à mastruca Sardorum veste. Cicero pro Scauro, apud Isidorũ 19. c. 23. vbi tamẽ mastruga legitur non mastruca, & genus vestis Germanicæ initio facit, tametsi paulo post Sardorũ mastrugam dicat.*

P. LXXI. Torem mittetis.

i L. proterior.

k CONFIRMATIONIS pars altera, qua suadet, Gabinium ex Syria detrahendum.*

l Gabinius* m *al.* Threcem vt Threx sit gladiator qui & Thrax Festo 1. Horatio 1. Epistol. 3. Ciceroni Philip. 6.* n L. nihil aliud vsq. actum est & ita fere *v.c.* o vox, palam abest a *v.c.* p inde aliàs, Syrus, pro seruo in Pisonem.

q *v.c. al.* publicanis.

r De vectigalium & stipendiariorum populorum differentia aliàs dixi.*

s L. si in hostem animo, *v.c.* si in hostis.

proprætore vna cohorte auxiliaria gesta, & bellum cum maximis Syriæ gentibus[a], tyrannis, consulari exercitu, imperióque confectum, deinde Albucius,quòd à senatu petebat, ipse sibi in Sardinia antè decreuerat[b]. constabat enim, Græcum hominem, ac lenem, in ipsa prouincia quasi triumphasse. Itaque hanc eius temeritatem senatus supplicatione denegata notauit. Sed fruatur sanè hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam vni, præter se, inusta est, puter esse leuiorem: dummodo,cuius exemplo se consolatur,eius exitum exspectet:præsertim cum in Albucio nec Pisonis libidines, nec audacia Gabinij fuerit: hac tamen vna plaga conciderit, ignominia senatus.

[a] L. gentibus ac tyrannis.

[b] Al. decerat.

¶ At[c] qui d duas Gallias decernit consulibus duobus,hos[e] retinet ambos: qui autem alteram Galliam, & aut Syriam,aut Macedoniam:tamen alterum retinet,& in vtriusque pari scelere disparem[f] conditionem facit. Faciam, inquit, illas prætorias, vt Pisoni, & Gabinio succedatur statim. Si hic sinat. Tum enim tribunus intercedere poterit,nunc non potest. Itaque ego idem, qui nunc consulibus iis,qui designati erunt, Syriam, Macedoniámque decerno, decernam eisdem prætorias, vt & prætores annuas prouincias habeant, & eos quàm primùm videamus,quos animo æquo videre non possumus. Sed mihi credite: numquam succedetur illis, nisi cùm ea lege referetur, qua intercedi de prouinciis non licebit. Itaque, hoc tempore amisso, annus est integer vobis expectandus: quo interiecto, ciuium calamitas, sociorum ærumna, sceleratissimorum hominum impunitas propagatur. Quòd si essent illi optimi viri,tamen ego mea sententia C.Cæsari succedendum nondum putarem. Qua de re dicam, patres conscripti, quod sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi, qua paullo antè interrupta est oratio mea, non pertimescam. Negat me vir optimus inimiciorem Gabinio debere esse,quàm Cæsari. omnem enim illam tempestatem, cui cesserim, Cæsare impulsore, atque adiutore esse excitatam. Cui si primùm sic respondeam,me communis vtilitatis habere rationem, non doloris mei: possimne probare, cùm id me facere dicam, quod exemplo fortissimorum, & clarissimorum ciuium facere possim? Quis plenior[g] inimicorum fuit C.Mario?L.Crassus,M. Scaurus. aliíne inimici? omnes Metelli. At hi non modò illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant[h], sed & propter rationem Gallici i belli,prouinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum gestum est: domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes,sed nondum legibus,nondum iure certo, nondum satis firma pace deuinctæ. Bellum affectum videmus, &,verè vt dicam,pænè confectum:sed ita,vt,si idem extrema persequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta videamus,si succeditur:periculũ fit,ne instauratas maximi belli reliquias,ac renouatas audiamus. Ergo ego senator,inimicus,si ita vultis,homini,amicus esse, sicut semper fui,reipublicę debeo. Quid,si ipsas *inimicitias depono reipublicæ causa*? quis me iandè iure reprehendat?præsertim cum ego omniũ meorũ cõsiliorũ,atq. factorũ exẽpla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petẽda. An non[a] M.ille Lepidus[b],qui bis consul, & põtifex maximus fuit,nõ solùm memoria[c] & testimonio, sed etiã annaliũ litteris, & summi poetę voce laudatus est,quòd cum M. Fuluio collega,quo die censor est factus,homine inimicissimo,in cãpo statim rediit in gratiam,vt commune officiũ censurę cõmuni animo,ac volũtate defenderẽt? An nõ Ti.d Gracchus,(patrẽ dico,cuius vtinã filij[e] ne degenerassent à grauitate patria) tantã[f] laudem est adeptus, quòd tribunus plebis solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus & ipsius, & fratris eius, Africani, iurauitque in cõcione,*se in gratiã non rediisse,sed alienũ sibi videri dignitate imperij,quò duces essent hostiũ, Scipione triũphante,ducti,eõdem ipsum duci,qui triũphasset*? Atque, vt vetera,quæ sunt innumerabilia,mittã, tuus pater, Philippe, nónne vno tẽpore cũ suis inimicissimis in gratiã rediit? quibus[g] cũ omnibus eádem respublica recõciliauit,quæ alienarat. Multa prætereo,quod intueor coràm hęc lumina,atque ornamenta reipublicæ P.Seruiliũ,& M.Lucullum,(vtinã etiã L.Lucullus ille viueret.) Quę fuerũt inimicitiæ grauiores in ciuitate,quàm Lucullorũ atque Seruiliorũ? quas in vitis fortissimis nõ solùm exstinxit reipublicæ dignitas, & ipsorũ,sed etiam ad amicitiã, cõsuetudinémque traduxit. Quid? Qu. Metellus Nepos,nónne consul in tẽplo Iouis optimi,maximi,permotus cùm auctoritate vestra, tum illius P. Seruilij incredibili grauitate dicendi,absens mecum, summo suo beneficio, rediit in gratiã? An ego possim huic esse inimicus, vius litteris,fama,nuntiis, celebrantur aures quotidie meæ cum nouis nominibus[g] ntiũ nationum,locorum? Ardeo,mihi credite,patres conscripti(id quod vosmet de[i] me existimatis,& facitis ipsi) incredibili quodam amore patriæ: qui me amor & subuenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis,& rursum, cùm omnia tela vndique esse intẽta in patriam viderem, subire coegit, atque excipere vnum pro vniuersis. Hic[k] meus in rempublicam animus pristinus, ac peremnis, cum C.Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Quod volent denique,homines existiment, *nemini[l] ego esse possum bene de republica merenti non amicus*. Etenim si iis, qui hæc omnia flamma, ac ferro delere voluerunt,non inimicitias solùm,sed etiam bellum indixi, atque intuli, cùm partim mihi illorum, familiares, partim etiam, me defendente,capitis iudiciis essent liberati:cur eadem respublica, quæ me in amicos inflammare potuit,inimicis placare non possit?Quod mihi odium cum P.Clodio fuit,nisi quòd *permiosum patriæ ciuem fore putabam,qui turpissima libidine incensus, duas res sanctissimas, religionem*[m]*,& pudicitiam vno scelere violasset*? Num est igitur dubium ex iis rebus,quas is egit, agítque quotidie, quin ego,in illo oppugnando, reipublicæ plus, quàm otio meo: nonnulli,in eodem defendendo, suo plus otio,quàm communi,profuerint? Ego me à Cn.Cæsare in republica dissensisse fateor, & sensisse vobiscum: sed nunc iisdem vobis assentior,cùm quibus ãntea sentiebam. Vos enim,ad quos litteras L. Piso de suis rebus nõ audet mittere: qui Gabinij litteras insignem quandam notã,atq. ignominia nouã condẽnauit?

[a] De reconciliatione seu ab odio ad gratiam deflexu.*

[b] Liuius 40. Gell 8.13.Valer.2.*

[c] L. memoriæ, testimonio.

[d] Valerius & Gell. illo loco. Liuius 38.*

[e] Tiberius & Caius.*

[f] Al. candem.

[g] Al. quibus cum omn. P. B.

[h] v.e. desideret. fort. hic fe deret.

[i] L. & de me existi.

[k] Al. Hic meus

[l] v.e. nemini ego possim esse, &c. ita L.

[m] Religio & pudicitia duæ res in ciuitate sanctissimæ.* P. LXXIIII.

P. LXXIII.

[g] plenior inimicum hic vsurpat, pro manifesto & apparente inimico.* [h] fort. retrahebant.

[i] L. belli Gallici pr. & ita vsus.

stis, C. Cæsari supplicationes decreuistis, numero, vt nemini vllo [a] ex bello : honore, vt omnino nemini. Cur [b] igitur exspectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? Reduxit ordo amplissimus, & ordo is, qui est & publici consilij, & meorum omnium consiliorum auctor & princeps. Vos sequor, patres conscripti : vobis obtempero, vobis assentior: qui, quamdiu C. Cæsaris consilia in republica non maximè deligebatis, me quoque cum illo minùs coniunctum videbatis. posteáquam rebus gestis menteis vestras, voluntatémque [c] mutastis: me non solùm comitem esse sententiæ vestræ, sed etiá laudatorem vidistis. Sed quid est, quod in hac causa maximè homines admirentur [d], & reprehendant meum consilium, cùm ego idem anteà multa decreuerim [e], quæ magis ad hominis dignitatem, quàm ad reipublicæ necessitatem pertinerent? *Supplicationem* [f] quindecim[g] dierum decreui sententia mea. Reip. satis erat tot dierum, quot C. Mario, Diis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio, quæ ex maximis bellis. Ergo ille cumulus dierum, hominis est dignitati tributus. In quo ego, quo consule referente, primùm decẽ dierum supplicatio decreta Cn. Pompeio, Mithridate interfecto, confectóque Mithridatico bello, & cuius sententia primùm duplicata est supplicatio [i] consularis (mihi enim estis assensi, cùm eiusdem Pompeij litteris recitatis, confectis omnibus maritimis, terrestribúsque bellis, supplicationem dierũ duodecim decreuistis) sum Cn. Pompeij virtutem, & animi magnitudinem admiratus, quòd, cùm ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat, quàm ipse erat consecutus. Ergo in illa supplicatione, quam ego decreui, res ipsa tributa est diis immortalibus, & maiorũ institutis, & vtilitati reipublicæ: sed dignitas verborum, honos, & nouitas, & numerus dierum. Cæsaris ipsius laudi, & [k] gloriæ concessus est. Relatum est ad nos nuper de *stipendio* exercitus. non decreui solùm, sed etiam, vt vos decerneretis, laboraui: multa dissentientibus respondi: *scribendo affui*. tum quoq. homini plus tribui, quàm nescio cui necessitati. illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitum præda ante pãta, & bellum conficere posse: sed decus illud, & ornamentum triumphi, minuendum nostra parsimonia non putaui. Actum est de decem legatis, quos alij omnino non dabant, alij exempla quærebant, alij tempus differebant, alij sine vllis verborum ornamentis dabant, in ea quoque re sic sum locutus, vt omnes intelligerent, me id, quod rei publicæ causa sentirem, facere vberiùs propter ipsius Cæsaris dignitatem. At ego idem nunc in prouinciis decernendis, qui illas omneis res egi silentio, interpellor: cùm [m] superiorib. causis hominis ornamenta fuerint, in hac me nihil aliud, nisi ratio belli, nisi summa vtilitas reipublicæ mouerat. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in prouincia commorari velit, nisi vt ea, quæ per eum affecta [n] sunt, perfecta reipublicæ tradantur [o]? Amœnitas eum, credo, locorum, vibium pulchritudo, hominum, nationúmque illarum humanitas, & lepos, victoriæ cupiditas finium imperij nostri propagatio retinet. Quid illis tertis asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? quid porrò tot victoriis præstabilius? *quid Oceano longius inueniri potest?* An reditus in patriam habet aliquam offensionẽ? verùm apud populum, à [a] quo missus est: an apud senatum, à quo ornatus est? an dies auget eius desiderium? an [b] magis obliuionem? an laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuallo viriditatem? Quare, si qui hominem non diligunt, nihil est, quòd eum de prouincia deuocent. ad gloriam deuocant: ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem senatus, equestris ordinis gratiam, populi caritatem. Sed, si ille hac tam eximia fortuna propter vtilitatem reipublicæ frui non properat, vt omnia illa conficiat: quid ego senator facere debeo, quem, etiam si ille aliud vellet, reipublicæ consule re oporteret? Ego verò *sic intelligo, patres conscripti, nos hoc tempore in prouinciis decernendis, perpetuæ pacis habere*[c] *oportere rationem*. namq; quis hoc tempore non sentit, omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo, atque etiam ab omni suspicione belli? Iamdiu mare videmus illud immensum, cuius feruore non solùm maritimi cursus, sed vibes etiam, & viæ militares [e] iam tenebantur, virtute Cn. Pompeij sic à populo Rom. ab Oceano vsque ad vltimum Pontum, tanquam vnum aliquem portum, tutum, & clausum teneri: nationes eas, quæ numero hominum, ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare, ita ab eodem esse partim reciśas, partim repressas, vt Asia, quæ imperium antea nostrum terminabat, nunc tribus[g] nouis prouinciis ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni hostium genere dicere. *nulla gens est, quæ non aut ita subacta sit, vt vix exsistere: aut ita domita, vt quiescat: aut ita pacata, vt victoria nostra, imperioque lætetur.* Bellum Gallicum, patres conscripti, C. Cæsare imperatore, gestum est: anteà tantummodò repulsum, semper illas nationes nostri imperatores refutandas potiùs bello, quàm lacessendas putauerunt. Ipse ille C. Marius[h], cuius diuina, atque eximia virtus magnis populi R. luctibus, funeribúsque subuenit, influẽteis in Italiã Gallorum maximas copias repressit, nõ ipse ad eorũ vrbeis, sed eísque penetrauit. Modò ille meorũ laborũ, periculorum, consiliorum socius, C. [k] Pontinius: fortissimus vir, ortum repentè bellum Allobrogum[l], atque hac scelerata coniuratione excitatum, prœliis fregit, eósque domuit, qui lacessierãt: & ea victoria contentus, republica meta liberata, quieuit. C. Cæsaris lõgè aliam video fuisse rationẽ. nõ enim si [i] solùm cum iis, quos iam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram ditionem esse redigendam. Itaque cum acerrimis nationibus, & maximis Germanorum, & Heluetiorum, prœliis felicissimè decertauit, ceteras cõtriuit [m], compulit[n], domuit, imperio populi Romani parêre assuefecit, & [o] quas regiones, quásque gentes nullæ nobis antea litteræ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator, nostérque exercitus, & populi Romani arma peragrarunt. Semitam tantùm Galliæ tenebamus anteà, patres conscripti, ceteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè immanibus, & barbaris

a I. vno ex bello: b v.c. Cur er 89

c v.c. voluntatesq. & ita l.

d sic v.c. fort. admirentur.

e v.c. decrerim, & ita l.

f De supplicatione, stipendio, & decem legati Cæsari decretis.*

g Supplicationes multorum dierũ decornebant ob res ab aliquo bene gestas: vt hic Cæsari & Mario quindecim: Pompeio decem & duo decim dierũ* h v.c. & confecto Mithridatico b.

P. B.

i al. supplicatio: mihi enim, &c.

k L. gloriæq. c6c, & ita v.c.

l Re bene gesta, dispar laus & cohonestatio q. victoriæ, imperatoribus decem legati decernebant. adde Liuium & Dion.

m L. cùm in superiorib.

n Affecta dicuntur quæ plusquã incepta, nõdum tamen perfecta.*

o L. tradat? & ita v.c.

P. B.

a v.c. à quo missus: an apud l.

b L. an magis obliuionem, ac laurea illa m. & ita v.c.

c sic v.c. fort. habere ratio nem oportere. nam qu.

d L. nam quis hoc non sentit &c. & ita v.c.

e fort. & naues militares.* al. piratis.*

P. B.

g Ponto, Armenia, & Syria.*

h vide 3. Flor. 3. Eutrop. 5. Appian. in Celticis.*

i Thentonum & Tigurinorum.*

k L. C. Pomtinus. l adde 3. Florum 9.*

m al. contexuit. n L. contudit? al. confecit, vel. contulit.*

barbaris,& bellicosis tenebantur:quas natio-
nes nemo vmquam fuit,qui [a] non frangi,do-
marique cuperet:nemo sapienter de republi
ca nostra cogitauit iam inde à principio hu-
ius imperij, quin Galliam maximè timèdam
huic imperio putaret [b]: sed propter vim, ac
multitudinem gentium illarum , numquam
est anteà cùm omnibus dimicatum. restitiri-
mus semper lacessiti. nunc denique est per-
fectum, vt imperij nostri, terrarúmque illa-
rum idem esset extremum. *Alpibus Italiam
munierat antè natura , non sine aliquo diuino nu-
mine. nam , si ille aditus Gallorum immanitati,
multitudinique patuisset:numquam hæc vrbs sum-
mo imperio domicilium,ac sedem præbuisset:* quæ
iam licet considant. nihil est enim vltra il-
lam altitudinem montium vsque ad Oceā-
num , quod sit Italiæ pertimescendum. Sed
tamen vna [c], aut altera ætas vel metu , vel
spe,vel pœna,vel præmiis, vel armis, vel le-
gibus potest totam Galliam sempiternis vin-
culis adstringere. *impolita verò res, & acerba
si erunt relicta : quamquam sunt abscissæ , tamen
efferent se aliquando , & ad renouandum bellum
reuirescent* [d]. Quare *sit in eius tutela Gallia,cu-
ius* [e] *virtuti,fidei,felicitati commendata est.* Ete-
nim si fortunæ muneribus amplissimis orna-
tus , sæpius eius deæ [f] periculum facere nol-
let : si in patriam , si ad deos penates, si ad
eam dignitatem , quam in ciuitate sibi pro-
positam videt , si ad iucundissimos liberos, si
ad [g] clarissimum generum [h] redire properā-
ret : si in Capitolium inuehi victor cum illa
insigni laurea gestiret:si denique timeret ca-
sum aliquem,qui illi tantum addere iam non
potest , quantum auferre:vos tamen opor-
ret ab eodem illa omnia , à quo profligata
sunt, confici velle. Cùm verò ille suæ gloriæ
iampridem, reipubli.nondum satisfecerit, &
malit tamen tardiùs ad suorum laborum fru-
ctus peruenire,quàm non explere susceptum
reipubl.munus : nec imperatorem ineensum
ad rempub.bene gerendam reuocare,nec to-
tam Gallici belli rationem, propè iam expli-
catam , perturbare atque impedire debemus.

¶Nam [i] illæ sententiæ virorum clarissimo-
rum minimè probandæ sunt:quorum alter vl-
teriorem Galliam decernit cum Syria , alter
citeriorem.qui vlteriorem : omnia illa, de
quibus disserui paullò antè,perturbat : simul
ostendit eam se scire legem,quam esse legem
neget:& [k] quæ pars prouinciæ sit,cui non pos-
sit intercedi, hanc se auellere :quæ defenso-
rem habeat,non tangere:simul & illud facit,
vt , quòd illi à populo datum sit, id non vio-
let:quod senatus dederit,id senator properet
auferre. Alter belli Gallici rationem habet:
fungitur officio boni senatoris : legem,quam
non putat eam quoque seruat.præfinit enim
successori diem qui [l] mihi nihil videtur minùs
à dignitate,disciplináque maiorum dissidere,
quàm vt, qui consul Kalendis Ia.habere pro-
uinciam debet,is vt eam desponsam,non de-
cretam habere videatur. Fuerit toto in con-
sulatu sine prouincia,cui fuerit,antequàm de
signatus esset , prouincia decreta [m].sortietur,
an nō?nam,& non sortiri absurdū est,&quod
sortitus sis,non habere.Proficiscetur [n]paluda-
tus?quō?quò peruenire ante certā diem non
licebit.Ianuario, Februario, prouinciam non
habebit. Kalendis ei denique Martiis nasce-
tur repentè prouincia.At [o]tamen his senten-

tiis Piso in prouincia permanebit. Quæ cùm
grauia sunt,tum *nihil grauius illo,quod multari
imperatorem diminutione* [a] *prouinciæ, contumelio-
sum est :* neq.solùm summo in viro,sed etiam
inò mediocri homine accidat,prouidendum.
Ego vos intelligo, P.C.multos decreuisse ho-
nores [c] eximios C.Cæsari , & propè singula-
reis,quod [d] ita meritus erat : graris etiam, vt
quàm coniunctissimus huic ordini esset. Sa-
pientes , ac diuini fustis.neminem vmquam
est hic ordo complexus honoribus,& benefi-
ciis suis , qui vllam dignitatem præstabiliō-
rem ea , quam per vos esset adeptus, putarit.
nemo vmquam hîc potuit esse princeps , qui
maluerit esse popularis.Sed homines aut pto-
pter dignitatem suam diffisi ipsi sibi,aut pro-
pter reliquorum obtrectationem , ab huius
ordinis coniunctione depulsi , sæpe ex hoc
portu se in illos fluctus propè necessariò con-
tulerunt.qui si ex illa iactatione , curúque
populari , bene gesta republica referunt ad-
spectum in curiam,atque huic amplissimę di-
gnitati commendati [e] esse volunt:non modò
non repellendi sunt , verùm etiam expetēn-
di.Monemur à fortissimo viro, atque optimo
post hominum memoriam consule,vt proui-
deamus , ne citerior Gallia nobis inuitis ali-
cui decernatur,post eos consules,qui nunc e-
runt designati : perpetuóq.posthac ab iis, qui
hunc ordinem oppugnent , populari, ac tur-
bulenta ratione teneatur.Quam ego plagam
esse non contemno , P.C.præsertim monitus
à sapientissimo consule, & diligentissimo cu-
stode pacis,& otij, tamen vehementius arbi-
tror pertimescendum,si hominum præclariss-
simorum ac [f] potentissimorum aut honorem
minuero,aut studium erga hunc ordinem re-
pudiaro , nam vt C.Iulius omnibus à senatu
eximiis, ac nouis rebus [g] ornatus, per manus
hanc prouinciam tradat ei , cui minimè vos
velitis: per quem ordinem ipse amplissimam
sit gloriam consecutus, ei ne libertatem qui-
dem relinquat , adduci ad suspicandum nul-
lo modo possum. Postremò, quo quisque a-
nimo futurus sit,nescio : quid sperem, video
*præstare hoc senator debeo , quantum possum , ne-
quis vir clarus , aut potens huic ordini iure irasci
posse videatur.* Atque hoc,si inimicissimus
essem C.Cæsari , sentirem tamen reip.causa.
Sed non alienum esse arbitror,quo mihùs sę-
pe aut interpeller à nonnullis,aut [h] tacita æ-
stimatione reprehendar , explicare breuiter,
quæ mihi sit ratio , & causa cum Cæsare. Ac
primùm illud tempus familiaritatis , & con-
suetudinis,quę mihi cum illo,quę fratri meo,
quæ C.Vartoni , consobrino nostro , ab om-
nium nostrùm adolescentia fuit , prætermit-
to. Posteaquàm sum in rempub.ingressus, ita
dissensi ab illo, vt in disiunctione sententiæ,
coniuncti tamen amicitiâ maneremus.Con-
sul ille egit eas [k] res, quarum participem me
esse voluit : quibus ego si minùs assentiebar,
tamen illius mihi iudicium , gratum esse de-
bebat, me ille , vt quinqueuiratum [l] accipe-
rem,rogauit:me in tribus sibi coniunctissimis
consularibus esse voluit : mihi legationem,
quam vellem , quanto cum honore vellem,
detulit. quæ ego omnia non ingrato animo,
sed obstinatione quadam sententiæ repudia-
ui,quàm sapienter,non disputo: multis enim
non probabo : constanter quidem , & fortī-
ter certè. qui cum firmissimis opibus contra

a L. quin frangi, & ita v.c.
P. LXXVI.
b v.c.deputaret.
c L. vna,atq; altera ætas. & ita v.c.
d id vet. reuiresceret. forte legendum reuiciscerent.*
e v.c.cuius fidei,virtuti, felicitati.
f id est fortunæ.*
g al ad carissimum.
h Pompeium.*
i CONFVTATIO.*
k al. & cui possit intercedi : quæ pars prouinciæ sit,& cui nō possit intercedi,hanc se auellere.*
l L. Atqui mihi nihil videtur magis, &c.ita v.c.
m L. decretā?
n Paludatus in prouincia proficiscebatur magistratus.
o L. Ac tamē al. Et tamen.

a L. deminutione pr.
b v.c. mediocri in homine.
c v.c. eximios honores.
P. LXXVII.
d al. quòd erat meritus gratis : sin etiā, ve quam coniunctissimus huic ordini esset, Sapientes ac diuini fustis.*
e v.c. esse commendat voluat.
f L. clarissimorum, & ita v.c.
g L. honoris. ornā.
P. E.
h L. aut tacita existimatione repr.
i fort. in amicitia man. ſ. al. amicitiam amaremus.*
k v. illa res, quarum me particip. & ita l.
l agro æstimato diuidēdo. Sed Am. Augusti. virginitiarum: vt subaudias ad agrum Campanum æstimandum. vide Dionē ſt. Suetonium Augusto. Cicer. 9. ad Attic. 2.*

scelus inimicorum munire,&populares eis impetus populari præsidio possem [a] propulsare quamuis excipere fortunam,subire [b] vim, atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere,aut de meo statu declinare. Sed *non is solùm gratus debet esse, qui accepit beneficium, verùm etiam is, cui potestas accipiendi fuit.* Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, & conuenire iis rebus,quas gesseram, non putabam. Illum quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem ciuem [c],suum generum, sentiebam. Traduxit ad [d] plebem inimicum meum [e]: siue iratus mihi,quòd me secum ne beneficiis quidem videbat posse coniungi:siue exoratus.N fhoc quidem fuit iniuria:nam postea me, vt sibi essem legatus, non solùm suasit,verùm etiam rogauit.Ne id quidem accepi: non [g] quo alienum mea dignitate arbitrarer,sed quòd tantum reip.sceleris impendere à consulibus proximis non suspicabar. Ergo adhuc magis est mihi verendum,ne mea superbia in illius liberalitate,quàm ne illius iniuria in nostra amicitia reprehendatur.Ecce illa tempestas,caligoh bonorum,& subita, atque improuisa formido, tenebræ,reipublicæ, ruina, atque incendium ciuitatis.terror iniectus Cæsari de eius actis,metus.cædis bonis omnibus:consulum scelus,cupiditas,egestas,audacia.Si non sum adiutus:nonidebuit. si defertus: sibi fortasse prouidit.si etiam oppugnatus, vt quidam aut putant, aut volunt: violata amicitia est: accepi iniuriam, inimicus esse debui,non nego.sed,si idem ille tum me saluum esse voluit,cùm vos me,vt carissimum filium desiderabatis: &, si vos iidem pertinere ad causam illam putabatis, voluntatem C. Cæsaris à salute mea non abhorrere:&,si illius voluntatis generum eius habeo testem,qui idem Italiam,in municipiis.populum Rom.in concione,vos,mei semper cupidissimos, in Capitolio, ad meam salutem excitauit: si denique Cn.Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, & sponsor est illi de mea:nónne vobis videor& vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, me dium illud tristissimum tempus debere, si ex rerũ natura nonk possem euellere,ex animo quidem certè excidere?Ego verò,si mihi non licet per aliquos ira gloriari,me dolorem,atque inimicitias meas reip.concessisse, quod magni cuiusdam hominis, & persapientis videtur : vtar hoc,quod non tam ad laudem adipiscendam, quàm ad vitandam vituperationem valet, hominem me esse gratum, & non modò tantis beneficiis,sed etiam medio cri hominum beniuolentia commoueri. A viris fortissimis,&de me optimè meritis quibusdam peto, vt, si ego illos meorum laborum,&incommodorum participes esse nolui, ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse,præsertim cùm mihi iidem illi concesserint,vt etiam acta illaCæsaris,quę neque oppugnaui antea, neq,defendi, meo iam iure possim defendere.nam summi ciuitatis viri, quorum ego consilio rempub.conseruaui, & quorum auctoritate illam [a] coniurationem Catilinæ defugi,Iuliasb leges,& ceteras, illo consule,rogatas,iure latas negant.iidem illam proscriptionem capitis mei, contra salutem reipubli. sed saluis auspiciis rogatam esse dicebant. Itaque vir summa auctoritate, summa eloquentia, dixit grauiter, *casum illum meum funus esse reipubl.sed funus iustum, & indictum.* Et [c] mihi ipsi omnino perhonorificum, discessum [d] meum funus reipubl. Reliqua non reprehendo: sed mihi ad id, quod sentio,assumo.nam, si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cælo seruarat:oblitine erant,tum,cùm ille,quid id egerat, plebeius est lege curiata factus, dici de cælo esse seruatum? qui si plebeius omnino esse non potuit,qui tribunus pl.potuit esse ? & cuius tribunatus si ratus est, nihil est, quod [e] irritum ex actis Cæsaris possit esse: eius non solùm tribunatus, sed etiam pernicioſissimæ res [f], auspiciorum religione conseruata,iure latæ videbuntur? Quare aut vobis statuendum est, legem Æliam [g] manere, legemh Fusiam non esse abrogatam,*non omnibus factis legem ferri licere : cum lex feratur,de cælo seruari, obnuntiari, intercedi licere.*censorium iudicium,ac notionem[k],& [l] illum morem seueriſſimum magistratuum, non esse nefariis legibus de ciuitate sublatum: si patricius, tribunus pleb.fuerit, contra leges sacratas:si plebeius,contra auspicia fuisse : aut mihi concedant homines [m] oportet, aut in rebus bonis non exquirere iure ea, quæ ipsi in perditis non exquirunt,præsertim cùm ab illis aliquoties conditio C.Cæsari lata sit, vt eadem res alio modo ferret: qua conditione auspicia requirebant: leges comprobabant:in Clodio auspiciorum ratio sit eadem, leges omnes sint euersæ, ac perditę ciuitatis. ¶Extremum [n] illud est.ego,si essent inimicitiæ mihi cum C.Cæsare, tamen hoc tempore reipub.consulere, inimicitias in aliud tempus reseruare deberem.possem etiam *summorum virorum exemplo inimicitias reip.causa deponere:*sed cùm inimicitię fuerint numquam: opinio iniuriç,beneficio sit exstincta:sententia mea,P.C.si dignitas agitur C.Cæsaris, homini tribuam:si honos quidam, senatus concordiæ consulam : si auctoritas decretorum vestrorum, constantiam ordinis in eodem ornando imperatore seruabo: si perpetua ratio Gallici belli,reipub.prouidebo:si aliquod meum priuatum officium, me non ingratum præstabo. Atque hoc velim probare omnibus, patres conscripti : sed leuissime feram,si forte aut iis minùs probaro, qui meum inimicum repugnante vestra auctoritate, texerunt:aut iis,si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, cum ipsi, & cum meo,&cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

a *v.c.*propulsare possem, *& ita L.*
b *sic v.c.fort.* quamuis subire v.
c *al.*ciuium*
d per adoptionem Inimicum.*
e P.Clodiũ*
L. Ne hæc quidem f. *& ita v.c.*
g L.nõ quòd alien.
h *al.*illa caligo bonor.
i *v.c.*non debui. *& ita L.*
k *al.*non possum L.*& v.c.*
l P. L.
a L.illãconiunctionem Cæsaris def.
b Legos Iulias.*
c L.Est mihi ipsi.
d Exsiliumꝰ
e L.quod nõ irritũ ex act. *& ita v.c.*
f *fort.*leges.
g Lege Aelia cauebatur,vt ne omnibus fastis legem ferri liceret: vt cùm lex ferretur, de cælo seruari, obnũtiari,intercedi liceret. *infra.*Cicero in Pisonem,post reditum:in Vatinium 2. ad Atticum 10. Asconius Pisoniana Hac lege neglecta Cæsar, de P. Clodio adoptando in plebem, legem tulit,& Bibulum collegã Consulẽ obnunciantem armis expulit foro *Sua**
h L. legem Fusiam.
i sic Orat.in Vatinium 2. ad Atticum 16.*
k *al.*ac notationem.*
P. LXXXIX.
l L.& illud morum seueriſſimũ,non esse.
m L. homines oportet, in rebus bonis,*&c.*
n PERORATIO.*

IN-

IN L. CALPVRNIVM PISONEM.

ORATIO TRICESIMASEPTIMA.

Deest principium.

Iámne vides,bellua,iámne sentis,quæ sit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur, Syrum, nescio quem, de grege nouitiorum, factum esse consulem.non enim nos color iste seruilis,non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt:oculi, supercilia,frons,vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est,hic[a]in errorem homines impulit: hic eos,quibus erat ignotus,decepit[b],fefellit, in fraudem induxit. pauci ista tua lutulenta vitia noueramus: pauci tarditatem ingenij, stuporem, debilitatémque linguæ.numquam erat auditavox in foro:numquam periculum factum consilij: nullum non modò illustre, sed ne notum quidem factum aut militiæ: aut domi. obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum:quarum simile habes nihil,præter colorem.Is mihi etiam gloriabitur,se omneis magistratus sine repulsa assecutum? nihil ita licet de me vera cum gloria prædicare.omneis enim honores populus Rom.mihi ipsi,homini nouo,detulit. Nam, tu cùm quæstor es factus,etiam qui te numquam viderant,tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Ædilis es factus Piso est à populo Rom.factus, non iste Piso.Prætura item maioribus delata est tuis.noti erant illi mortui:te viuum nondum nouerat quisquam.Me cùm quæstorem inprimis,ædilem priorem,prætorem primùm cunctis suffragiis populus Rom.faciebat: homini ille honorem,non generi: moribus,nō maioribus meis:virtuti perspectæ, non auditæ nobilitati deferebat. Nam quid ego de consulatu loquar? parto vis,ánne gesto? Minserum me:cum[c]hac me peste,atque labe cōfero? sed nihil comparandi causa loquar:ad tamen ea,quæ sunt longissimè disiuncta,comprehendam. Tu consul es renuntiatus (nihil dicam grauius, quàm quod omnes fatentur) impeditis reipublicæ temporibus,diffidentibus coss. Cæsare & Bibulo, cùm hoc non [e] recusares, quin ij, à quibus dicebare consul, te luce dignum non putarent, nisi nequior, quàm Gabinius,exstitisses. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me vniuersa ciuitas non prius tabella, quàm voce priorem consulem declarauit. Sed omitto, vt sit factus, vterque nostrûm. *Sit* sanè *Fors domina campi*.magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum, quàm, quemadmodum ceperimus. ¶ Ego [f] Kalendis Ianuar.senatum, & bonos omneis, legis Agratiæ,maximarúmque largitionum metu liberaui. ego agrum Campanum, si diuidi non oportuit,conseruaui: si oportuit, melioribus auctoribus referuaui.ego in C.Rabirio,perduellionis reo,XL. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra inuidiam, atque defendi. ego adolescenteis bonos, & fortes,sed vsos ea conditione fortunæ, vt, si essent magistratus adepti,reip.statum cōuulsuri viderentur,meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia,comitiorum ratione priuaui. ego Antonium collegam, cupidum prouinciæ, multa [a] in repub.molientem, patientia, atque obsequio meo mitigaui. ego prouinciam Galliam, senatus auctoritate, exercitu & pecunia instructam, & ornatā, quam cum Antonio communicaui [b], quod ita existimabam tempora reipub. ferre, in concione deposui, reclamante populo Rom. ego L.Catilinam, cædem senatus, interitum vrbis, non obscurè, sed palàm molientem, egredi ex vrbe iussi: vt, à quo legibus non poteramus, mœnibus tuti esse possemus. ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis ciuitatis, de coniuratorum nefariis manibus extorsi. ego faceis iam accensas ad huius vrbis incendium, comprehendi, prouli, exstinxi. Me Qu.Catulus, princeps huius ordinis, & auctor publici [c] consilij, frequentissimo senatu, *parentem patriæ* nominauit. mihi hic vir clarissimus,qui propter te sedet, L. Gellius [d], his audientibus, ciuicam [e] coronam deberi à [f] republica dixit. mihi togato senatus, non vt multis bene gestæ, sed vt [g] nemini,conseruatæ [h] reipub.singulari genere supplicationis,deorum immortalium templa patefecit. Ego cùm in concione [i], abiens magistratu, dicere à tribuno pleb. i prohiberer,quæ constitueram : cúmque is mihi tantummodò vt iurarem[k],permitteret:sine vlla dubitatione iurauí, *rempub. atque hanc vrbem mea vnius opera esse saluam*. Mihi populus Rom. vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem,sed æternitatem,immortalitatémque donauit, cùm meum iusiurandum tale, atque tantum, iuratus ipse, vna voce, & consensu approbauit. Quo quidem tempore is meus domum fuit è foro reditus,vt nemo,nisi qui mecum esset, ciuium esse in numero videretur. Atque ita est à me consulatus peractus,vt nihil sine consilio

a *L.* hic in fraudem homines imp.
b L.decepit, fefellit,induxit p.
c *v.c.* non recusares,iis à quibus dicebare consul, quin te luce d.
d L.cum hac me nunc peste,atque l.aitamen ea,q.
e DE CONSVLATV Pisonis gesto.*
f L.i populo R.
g dixi Philip 2.& 14.*
h L conseruatæ reip.testimonia dedit,& sing.*
i *v.c.* Metellum intelligit tribunum pleb. de quo vide 5. epistol. famil.2.*
k Iurisiurādi huius meminit 5. epistol. fam 2. cuius formulāmoz adiicit. adde orationē pro domo.*

a L.mut: in rep. P. B.
b commutaui.
c *al.* consilij publici.
d vir consularis 5. Gell. 6.*
e Ciuica corona appellabatur quæ ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem vitæ salutisq. perceptæ dat:ea fiebat è fronde querna, quoniam cibus victūsq. antiquissimo quercis capi solitus est. Hac corona ciuica *L.* Gellius vir censorius in senatu Ciceronem cōsulem donari à Rebus.censuit, quòd eius opera esset atrocissima illa Catilinæ cōiuratio detecta, vt hoc loco & 5. Gel. 6. vbi memini varsarum coronarum.*

P. LXXXI.

senatus, nihil non approbante populo Rom. egerim: vt semper in [a] Rostris curiam, in se, senatu populum defenderim: vt multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum senatu coniunxerim. Exposui breuiter consulatum meum. Aude nunc, ô furia, de tuo dicere: cuius fuit initium ludi Compitalitij, tum primùm facti post L.[b] Aurelium, & C. Marium cos. contra auctoritatem huius ordinis: quos Qu. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius[c] paucos pares hæc ciuitas tulit, cum[d] hac[e] importuna bellua conferam) sed ille designatus consul, cùm [f] quidem tribunus pleb. suo auxilio magnos [g] ludos contra senatusconsultum facere iussisset, priuatus fieri vetuit: atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cùm in Kalendas Ian. Compitalitiorum [h] dies incidissent, Sex. Clodium, qui numquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, & prætextatum volitare passus es, hominem impurum, atque non modò facie, sed etiam oculo tuo dignissimum. Ergo his fundamentis positis consulatus tui, duo post, inspectante, & tacente, à P. Clodio fatali portento, prodigióque reip. lex Ælia[k], & Fusia, euersa est, propugnacula, muríque tranquillitatis, atque otij: collegia, non ea solùm, quæ senatus sustulerat, restituta sunt[m], sed innumerabilia quædam noua ex omni fæce vrbis, ac seruitio constituta. ab eodem homine, in stupris inauditis, nefarijsque versato vetus illa *magistra pudoris, & modestiæ seueritas censoria*, subiata est: cum tu interim, bustum reip. qui te consulem tum Romæ dicis fuisse, verbo numquam significaris sententiâ tuâ tantis in naufragijs ciuitatis. Nondum, quæ feceris: sed quę fieri passus sis, dico. neq. verò multum interest, præsertim in consule, vtrùm ipse pernicioſis legibus, improbis concionibus cæmpub. vexet, an alios vexare patiatur. *An potest vlla esse accusatio non dicam malè sentienti[n] sed edenti cunctanti, dormienti[o] in maximo reip. motu consuli?* centum propè annos legem Æliam, & P. Fusiam tenueramus: quadringẽtos iudicium, notionémque[q] censoriã. quas leges ausus[r] est non nemo improbus, potuit quidem nemo vnquam conuellere: quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quanto quoque [s] anno iudicaretur, nemo [t] tam effusè petulans conatus est. Hæc sunt, ô carnifex, in gremio sepulta consulatus tui. Persequere connexos his funeribus[u] dies. Pro Aurelio tribunali, ne[x] conniuente quidẽ te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quàm solitus eras, intuente, delectus[y] seruorum habebatur ab eo, qui nihil sibi vnquam nec facere, nec pati turpe[z] duxit: arma in templo Castoris (ô proditor templorum omnium,) vidente te, constituebatur ab eo latrone, cui templum illud fuit, te cõsule, arx ciuium perditorum receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij, bustum legum omnium, ac religionum. Erat non solùm domus mea, sed[aa] totum Palatium senatu, equitibus Ro. ciuitate omni, Italia cuncta, refertum: cùm tu non modò ad eum Ciceronem (mitto enim domestica, quæ negari possunt: hæc commemoro, quæ sunt palàm) non modò, inquam, ad eum, cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogatiuæ, quem in senatu sententiam rogabas tertium, numquam adspirasti: sed omnibus consiliis, quæ ad me opprimendũ parabãtur, nõ interfuisti solùm, verùm etiã crudelissimè præfuisti. Mihi verò ipsi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es? egere foris [a] esse Gabinium: sine prouincia stare non posse: spem [b] habere à tribuno plebis, si tua consilia cum illo coniunxisses[c], à senatu quidem desperasse. huius te cupiditati obsequi, sicuti ego feci[s]sem in collega meo: nihil esse, quòd præsidium consulum imploratem: sibi quemq. consulere oportere. Atq. hæc dicere vix audeo. vereor, ne qui sis, qui istius insignẽ nequitiam, frontis inuoluram integumentis, nondum cernat: dicã tamen ipse certè agnoscet, & cum aliquo dolore, flagitiorum suorum recordabitur. Meminisse, cœnum, cum ad te quinta ferè hora, cum C. Pisone venissem, nescio quo è gurgustio d te prodire, inuoluto capite, foleatum? &, cum isto ore fœcido tæterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te vti valetudinis, q. diceres, vi nolẽtis te quibusdam medicaminibus solere curari? quam nos causam cùm accepissemus, (quid enim facere poteramus?) paulliſper stetimus in illo ganearum tuarum nidore, atq. fumo: vnde tu nos cùm improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando [e] eiecisti. Idem illo ferè biduo productus in concionẽ ab eo, cui sic æquatum [f] præbebas consulatum tuum, cùm esses interrogatus, quid sentires de consulatu meo: grauis auctor, Catilinus credo aliquis, aut Africanus, aut Maximus, & non Cæsoninus, semiplacentin[g]s Caluentius, respondes, altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, Crudelitatem tibi non placere. Hic te ille homo dignissimus tuis laudib. collaudauit. Crudelitatis, tu furcifer, senatum consul in cõcione condẽnas? non enim me, qui senatui parui. nam delatio illa salutaris, & diligens, fuerat consulis, animaduersio quidẽ, & iudicium, senatus, quæ cùm reprehẽdis, ostendis, qualis tu, si ita fortè accidisset, fueris illo tẽpore consul futurus. stipendio mehercule, & frumento Catilinam esse putasses iuuandum. Quid enim interfuit inter Catilinam, & eum, cui tu senatus auctoritatem, salutẽ ciuitatis, totam remp. prouinciæ præmio vendidisti? Quæ enim L. Catilinã conantẽ consul prohibui, ea P. Clodium facientẽ consules adiuuerunt. voluit ille senatũ interficere, vos sustulistis: leges incẽdere, vos abrogastis: interire patriam, vos adiuuistis. Quid est, vobis cos. gestũ sine armis? incendere illa coniuratorũ manus voluit vrbem: vos eius domum, quem propter[k] vrbis incensa non est. Ac ne illi quidem, si habuissent vestri similem consulem, de vrbis incendio cogitassent. non enim se tectis priuare voluerunt: sed his stantib. nullum domicilium sceleri suo fore putauerũt. cædem illi ciuium, vos seruitutem expetistis. Hic [l] vos etiam crudeliores. huic enim populo ita fuerat ante vos cos. libertas insita, vt emori potiùs, quàm seruire præstaret. Illud verò geminũ consiliis Catilinæ, & Lentuli, q. me domo mea expulsistis. Cn. Pompeium domum suam compulsistis. neq. enim, me stante, & manente in vrbis vigilia, neq. resistente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, vmquã se illi rempublicam delere posse duxerunt. à me quidẽ etiam pœnas expetistis, quibus cõiuratorum

a *Fors.* In Rostris senatũ, in sen.

P. LXXXI.

b L. post L. Metellum, & Q. Marcium, cos.

c L. cui pauci pares.

d v. c. cum importuna bellua conf.

e Imitatus videtur Æschinis locum orat. contra Ctesiphontẽ.*

f L. cùm quidam trib.

g *al.* magistros Turneb. 2. aduers. 15.*

h L. Cõpitalitiorum dies incidisset.

i L. & tacente te, à P.

k De lege Ælia & Fusia dixi Orat. de prouinciis Consularib. inf.

l L. & Fusia,

m verbũ *fuit* abest à v. c.

n *fors.* sentiẽdi, sed sedendi, cunctandi, dormiendi, &c.

o Imitatur Homerum Iliad. 1.

P. B.

p L. & Fusiã

q *al.* notationem. *al.* rationem.*

r L. ausus est nõ nemo improbus (potuit quidem nemo) cõuellere.

s Censores quinto quoq. anno de moribus, iudicabant.*

t L. nemo, quantumuis effusè petulans.

u id est malis coniunctos & continentes.*

x *fors* nõ modò ne conniuente quidẽ te.

y L. dilectus serv. & ita v. c.

z L. turpe esse duxit.

aa L. sed palatium totum fuit. & ita v. c.

a Fore esse debitor dicitur, qui latitat, neque facit sui conueniendi copiam.*

b L. te spem habuit.

P. Ixxxii.

c *al.* consurasses.

d Gurgustiũ genus habitationis angustum, *Festus.**

e L. ructando.

f *al.* adæquatum. *al.* Æquatum autem præbere cõsulatum est magistratus auctoritate nõ uti, & se superiore alijs non gerere.*

g *al.* Sempliacentinus.*

h L. relatio illa, &c. & ita v. c.

P. B.

i *al.* iuuerit mere.*

k v. c. propter quem, &c. & ita L.

l *al.* His vos.

torum manes mortuorum expiaretis: omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum, in me profudistis. quorum ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto, vobis ducibus, mactatus essem. Quod autē maius indicium exspectatis, nihil inter vos, & Catilinam interfuisse, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis conciastis? quòd omneis vndique perditos collegistis? quod in me carcerem effudistis? quòd coniuratos armastis? quòd eorum ferro meum corpus, atque omnium bonorum vitam obiicere voluistis? Sed iam redeo ad præclaram illam concionem tuam. Tu es ille, cui crudelitas displicet? cui [a], cùm senatus [b] luctum, ac dolorē suum vestis mutatione declarandum censuisset, cùm videres mærere rempubl. amplissimi ordinis luctu, ô noster misericors, *quid fiet? quod nulla in barbaria quisquam tyrannus.* omitto enim illud, consulem edicere, *Vt senatus senatusconsulto ne obtemperet:* quo fœdius nec fieri, nec cogitari quidquam potest. ad misericordiam redeo eius, cui nimis videtur senatus in conseruanda patria fuisse crudelis. Edicere est ausus cum illo suo pari, quem tamen omnibus vitiis superare cupiebat. *Vt senatus*, contrà, quàm ipse censuisset, *ad vestitum rediret* [c]. *Quis hoc fecit* [d] *vlla in Scythia tyrannus, vt eos, quos luctu afficeret, lugere non iuberet?* mærorem relinquis: mœroris auctores insignia. eripis lacrymas non consolando, sed minando. Quòd si vestem non publico consilio, patres conscripti, sed priuato officio, aut misericordia mutanissent, tamē id iis nō licere per interdicta crudelitatis tuæ potestatis erat non ferendæ, cùm verò id senatus frequens cēsuisset: ordines reliqui iā antè feciissent: tu ex tenebricosa popina conSul extractus, cum illa saltatrice [e] tonsa, senatore, atque vino. Quod[m] quidem istius, in illis reipub. luctibus, *quasi aliquod Lapitharum*[n], *aut Centaurorum conuiuium ferebatur.* in quo nemo potest dicere, vtrùm iste plus biberit, aut vomuerit, an effuderit. Tu etiam mentionem facies consulatus tui? aut te fuisse Romæ consulem dicere audebis? quid? tu in lictoribus, in toga [o], & prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule, esse voluisti. Huius[p] tu, Clodiani canis[q], insignibus consulatum declarari putas? *animo consulem esse oportet, consilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus.* ego consulem esse putem, qui senatum esse in republi. non putauit? & sine eo consilio consulē numerē, sine quo Romę ne reges quidem esse potuerunt? Etenim illa iam omitto: cùm seruorum delectus [r] haberetur in foro: arma in templum [s] Castoris luce, & palàm comportarentur: id autem templum, sublato aditu, reuulsis gradibus à coniuratorum reliquiis, atque à Catilinæ præuaricatore quondam, tum vltore, armis teneretur: cùm equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur, senatui non solùm iuuare remp. sed ne lugere quidē liceret: & eius inuictis legionibus, ne armis consligeret, cedendum esse duxit. Quod mihi igitur certamen esset huiusmodi? cum C. Mario scilicet. aut cum aliquo pari, an cum altero, barbato [a] Epicurco [b], cùm altero, Catilinæ [c] lanario [d]? quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala [e], ac crótala fugi: neque tam fui timidus, vt, qui in maximis turbinibus, ac fluctibus reipubl. nauem gubernassem, saluámque *in portu* [f] *collocassem*, frontis [g] tuæ nubeculam, tum collegę tui contaminatum spiritum pertimescerem. Alios ego vidi ventos: alias prospexi animo procellas: aliis impendentibus tempestatibus non cessi. sed his vnum me pro omnium salute obtuli. Itaque discessu tum meo omnes illi nefarij gladij de manibus crudelissimis exciderunt: cùm quidem tu, ô vecors, & amens, cùm omnes boni abditi, inclusique mærerent, templa gemerent, tecta ipsa vrbis lugerent, complexus es illud funestū animal ex nefariis stupris, ex ciuili cruore, ex omnium scelerum importunitate, & flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo, eodem & loci vestigio, & temporis, arbitria[h] non mei solùm, sed patriæ funeris absstulisti. Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam, & gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimus gregibus intemperātissimas perpotationes prædicem? quis te illis diebus sobrium, quis agentem aliquid, quod esset libero dignum, quis denique in publico vidit? cùm collegæ tui domus cantu, & cymbalis personaret, cúmque ipse nudus in conuiuio saltaret: in quo ne tum quidem, cùm illum suum saltatorium iuuersaret orbem, *fortuna* [k] *rotam* pertimescebat. Hic autem non tam concinnus heluo, nec tam musicus, iacebat in suo [l] Græcorum fœtore, atque vino. Quod[m] quidem istius, in illis reipub. luctibus, *quasi aliquod Lapitharum*[n], *aut Centaurorum conuiuium ferebatur.* in quo nemo potest dicere, vtrùm iste plus biberit, aut vomuerit, an effuderit. Tu etiam mentionem facies consulatus tui? aut te fuisse Romæ consulem dicere audebis? quid? tu in lictoribus, in toga [o], & prætexta esse consulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio, te consule, esse voluisti. Huius[p] tu, Clodiani canis[q], insignibus consulatum declarari putas? *animo consulem esse oportet, consilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus.* ego consulem esse putem, qui senatum esse in republi. non putauit? & sine eo consilio consulē numerē, sine quo Romę ne reges quidem esse potuerunt? Etenim illa iam omitto: cùm seruorum delectus [r] haberetur in foro: arma in templum [s] Castoris luce, & palàm comportarentur: id autem templum, sublato aditu, reuulsis gradibus à coniuratorum reliquiis, atque à Catilinæ præuaricatore quondam, tum vltore, armis teneretur: cùm equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur, senatui non solùm iuuare remp. sed ne lugere quidē liceret:

P. LXXXIII. a L. qui, cùm sen. b Vestis mutatione senatus luctum declarabat.*

caride exemplū apud Herodot. lib 2. d *al.* facit.* e Gabinio.* f L. senatum populi R. occasum, atque interitū reip. lug. g L. canis, rectè. nam paulò post, Clodianum canē vocat.* h Iecta cadauera vt vltimæ apud veteres ignominiæ fuit: qualia vilium, quæ sumtu deficiente iecta á fanda palariis ad Exquilinum & commune ciuitatis busti, puticulósque in arenis deferebātur.*

P. 8. i L. malis inuen. § *& ita* Isidorus in maialis. Est autem maialis, porcus castratus.* l L. Ac tamē, si cons. l Bustuarium vocat, busto & incendiis gaudentē alienſu bustuarij qui circa busta versantur. hinc bustuariæ mechæ apud Martialem 3. epigram. 51. Græcis τυμβάρεις (quæ & venefícæ.) Hesychio.*

Reip. luctibus conuiuium quasi aliquod Lapitharum aut conuiuium ferebatur.* n vide Ouidium 12. Metamor. Encomio Heleneș.* o *al.* toga prætexta. p L. Histrionis, insignib. q quod more canis Clodio adulatus sit, quam veller, obtineret.* r *al.* consulatus, omni officio ximéque id quod vis ipsa præscribit Reipub. cōsulendo. s *al.* templo.

cùm ciuis is, quem hic ordo, assentiente Italia, cunctisque gentibus, conseruatorem patriæ iudicarat, nullo iudicio, nulla lege, nullo more, seruitio, atque armis pelleretur, nõ dicam auxilio vestro, quod verè licet dicere, sed certè silentio: tum Romæ fuisse consules quisquam existimabit? Qui latrones igitur, si quidem vos consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis: non [a] capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit leuitas ista, non egestas animi: non infirmitas ingenij sustinet, non insolentia rerũ secũdarum tantam personam, tam graue̅m, tam seueram. Seplasia [b] mehercle, vt dici audiebam, te, vt primùm adspexit, Campanum [c] consulem repudiauit. Audierat Decios [d] Magios, & de Taurea [e] illo Iubellio aliquid acceperat: in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse consulibus, non fuit: at fuit pompa, fuit species, fuit incessus, saltem Seplasia dignus, & Capua. Gabinium denique si vidissent duumuirum vestri illi vnguentarij: citiùs agnouissent. erant illi comti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, ceruſſataque [f] buccæ, dignæ Capua: sed illa vetere. nam hæc quidem, quæ nunc est, splendidissimorum hominum, fortissimorum virorum, optimorum ciuium, mihique amicissimorum multitudine redundat. quorum Capuæ te prætextatum nemo adspexit, qui non gemeret desiderio mei: cuius consilio cùm vniuersam rempubl. tum illam ipsam vrbem meminerant esse seruatam. me inaurata statua donarane: me patronum vnum adsciuerant: à me se habere vitam, fortunas, liberos arbitrabantur: me & præsentem contra latrocinium tuum suis decretis, legatisque defenderunt [g], & absentem, principe Cn. Pompeio referente, & de corpore reipubl. tuorum scelerum tela reuellente, reuocarunt [h]. An tu eras consul, cum in Palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis, instigante te? Ecquod in hac vrbe maius vnquã incendium fuit, cui non consul subuenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam propè à meis ædibus, cuius domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas non extinctor, sed auctor incendij, & ardenteis faceis furiis Clodianis pænè ipse consul ministrabas. An verò reliquo tempore consulem te quisquam duxit? quisquã tibi paruit? quisquam in curiam venienti assurrexit? quisquã consulenti respondendum putauit? numerãdus est ille annus denique in repub. cùm obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, mæreret boni, vis latrocinij vestri tota vrbe volitaret, neque ciuis vnus ex ciuitate, sed ipsa ciuitas tuo, & Gabinij sceleri, furorique cessisset? At [i] ne tum quidem emersisti, lutulente Cæsonine [k], ex miserrimis naturæ tuæ sordibus, cùm experrecta tandem virtus clarissimi viri, celeriter & verum amicum, & optimè meritum ciuem, & suum pristinum morem requisiuit: neque est ille vir passus, in ea rep. quam ille decorarat, neque auxerat, diutiùs vestrorum scelerum pestem morari: cùm tamen ille, qualiscumque est, qui est ab vno te improbitate victus, Gabinius. collegit ipse se vix: sed collegit tamen, & contra suum Clodiũ: primùm simulatè: deinde nõ libenter: ad extremum tamen pro Cn. Põpeio verè, vehementérque pugnauit. quo quidem in spectaculo mira [a] reip. æquitas erat. vter eorum perisset, tanquã lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat: immortalem verò quęstum, si vterque cecidisset. Sed ille tamen agebat aliquid, tuebatur auctoritatem summi viri. erat ipse sceleratus, erat gladiator: cum sceleratо tamen, & cum pari gladiatore pugnabat. Tu scilicet homo religiosus, & sanctus, fœdus, quod meo̅b sanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere noluisti. cauerat enim si ille sororius adulter, vt, si tibi pecuniam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reip. visceribus dedisset, omnium suorum scelerum socium te, adiutorémque præberes. Itaque in illo tumultu fracti fasces: ictus ipse: quotidie tela, lapides, fugæ: deprehensus denique cum ferro ad [c] senatum is, quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. Et [d] quis audiuit non modo actionem aliquam, aut relationem, sed vocem omnino, aut querelam tuam? Consulem [e] tu te fuisse putas, cuius in imperio, qui remp. senatus auctoritatem seruarat, idémque [f] in Italia qui omneis omnium gentium parteis tribus triũphis deuinxerat, is se in publico tutò statuit esse non posse? An tum eratis consules, cùm, quacunque de re verbum facere cœperatis, aut referre ad senatum: cũctus ordo reclamabat, ostendebátque, nihil esse vos acturos, nisi priùs de me retulissetis? cùm vos, quanquam fœdere obstricti tenebamini, tamen cupere vos [g] diceretis, sed lege impediri? *Quæ lex priuatis hominibus esse lex non videbatur, inuſta per seruos, incisa per vim, imposita per latrocinium, sublato senatu, pulsis è foro bonis omnibus, capta repub. contra omneis leges, nullo scripta more:* hanc qui se metuere dicerent, consules, non dicam animi hominum: sed facti, vlli ferre possunt? Nam, si illam legem non putabitis, quæ erat contra omneis leges, *indemnati ciuis, atque integri capitis, bonorúmq. tribunitia proscriptio:* hac [h] tamen obstricti pactione tenebamini: *qui vos non modo consules, sed liberos fuisse putet, quorum mens fuerit oppressa præmio, lingua adstricta mercede?* Sin illam vos soli legem putabitis: quisquam vos consules tunc fuisse, aut nunc esse consulareis putet, qui eius ciuitatis, in qua in principum numero vultis esse, non leges, non instituta, non mores, non iura noritis? ¶ An [i], cùm proficiscebamini [k] paludati [l] in prouincias vel emtas, vel erepras, consules vos quisquam putauit? Itaque, credo, si minùs frequentia sua vestrum egressum ornando? atque celebrando: at ominibus [m] saltem bonis, vt consules: non tristissimis, vt hosteis, aut proditores prosequebantur. Túne etiam, immanissimum, ac fœdissimum monstrum, ausus [n] es meum discessum illum, testem sceleris, & crudelitatis tuæ, maledicti & contumeliæ loco ponere? Quo quidem tempore cepi, P. C. fructum immortalem vestri in me, & amoris, & iudicij, qui non admurmuratione, sed voce, & clamore, abiecti hominis, & semiuiui furorem, petulantiámque fregistis. Tu luctum senatus, tu desideriũ equestris ordinis, tu squalorem Italię, tu curię taciturnitatem annuam, tu silentium perpetuum iudiciorum, ac fori, tu [o] cetera illa in maledicti loco pones, quę meus discessus reip. vulnera instixit? Qui si calamitosissimus fuisse tu a-

a ἀναβολὴ.

b Seplasia vicus Capuæ vnguentariorum.

c Campanus cõsul, Capuæ duumvir: at non ipse Piso tum Capuæ, vt Asconius putat. adde pro Sextio.*

d Hi (æquè floruerunt.*

e vide Liuiũ*

f Seruſſa vti fuit docet Isidorus 19. cap. 27. adde Vitruuiũ 6. c. 12. 24. Plin. vlt. 5. Dioscorid. 94. Serapionem c 368 P. LXXXV.

g L. defenderant.

h L. reuocatura.

i L. Ac ne tũ quidem. Iz v. c. Cæso, al. Cæsoni.

P. B.

a v c. mira P. R. æq. L. mira populi &.

b sanguine fœdera icebãtur ad quę morem hic alludit, vt & oratione post reditum ad Quirites.

c fort. in scena tu.

d L. Ecquis aud.

e al. Cõsulem tum te f.

f al. itémque.

P. LXXXVI. g al. non.

h fort. & hãs tamen.

i DE PERSONIS absentia & reditu eiúsq. cũ absentia & reditu Ciceronis cõparatione.*

k Pro cõsules & Prætores qui in Prouincias Romã proficiscebãt, paludati exibant, eosdem amicorum & honoratior fugétia prosequebãtur boni omnibus.*

l Paludatos in prouincią profectos Prætores aliàs ostendi.*

m al. ominibus optimis, antea, hominibus.*

n fort. ausus mihi meum.

o fort. tu cetera illa mihi in maledi-

fet: tamen miſericordia dignior, quàm contumelia: & cum gloria potius eſſe coniunctus: quàm cum probro putaretur: atque ille dolor meus duntaxat, veſtrum quidem ſcelus, ac dedecus haberetur. Tum[a] verò forſitan hoc, quod dicturus ſum, mirabile auditu eſſe videatur, ſed certè id dicam, quod ſentio. Cùm tantis à vobis, P.C. beneficiis affectus ſim, tantis honoribus: non modò illam calamitatem eſſe non duco: ſed, ſi quid mihi poteſt à repub. eſſe ſeiunctum, quod vix poteſt: priuatim ad meum nomen augendum, optandam duco mihi fuiſſe illam, expetendámque fortunam. Atque, vt tuum lætiſſimum diem cum triſtiſſimo meo conferam, vtrùm tandem bono viro, & ſapienti optabilius putas, ſic exire à[b] patria, vt omnes ſui ciues ſ. Lutetiam, incolumitatem, reditum precentur, quod mihi áccidit: an, quod[c] tibi proficiſcenti euênit, vt omnes exſecrarentur, malè precarentur, vnam[d] tibi illam viam, & perpetuam eſſe vellent? Mihi medius fidius in tàto omnium mortalium odio, iuſto præſertim, & debito, quæuis[e] fuga potiùs, quàm vlla prouincia eſſet optatior. Sed perge porrò. nam ſi illud meum turbulentiſſimum tempus profectionis, tuo tranquilliſſimo præſtat, quid conferam reliqua, quæ in te dedecoris plena fuerunt, in me dignitatis? Me Kalendis Ianu. qui dies poſt obitum, occaſúmque noſtrum reip. primus illuxit, frequentiſſimus ſenatus, concurſu Italiæ, referente clariſſimo, atque fortiſſimo viro, P. Lentulo, conſentiente[f] populo Rom. atque vna voce reuocauit. me idem ſenatus exteris nationibus, me legatis, magiſtratibúſque noſtris auctoritate ſua, cõſularibus litteris, non vt tu[g] nuper dicere auſus es, orbatum patria, ſed vt ſenatus illo ipſo tempore appellauit, *ciuem*[h] *conſeruatorem reipublicæ* commendauit. ad meam vnius[i] ſalutem ſenatus auxilium omnium ciuium cuncta ex Italia, qui rempub. ſaluam eſſe vellent, conſulis voce, & litteris implorandum putauit. mei capitis ſeruandi cauſa Romam vno tempore, quaſi ſigno dato, Italia tota conuênit. de mea ſalute, P. Lentuli, præſtantiſſimi viri, atque optimi conſulis, Cn. Pompeij, clariſſimi, atque inuictiſſimi ciuis, ceterorúmque principum[k], celeberrimæ, & gratiſſimæ[l] conciones fuerunt. de me ſenatus ita decreuit, Cn. Pompeio auctore, & eius ſententiæ principe, vt, ſi quis impediſſet reditum meum, in hoſtium numero putaretur[m]: iiſque[n] verbis ea de me ſenatus auctoritas declarata eſt, vt nemini ſit triumphus honorificentiùs, quàm mihi ſalus, reſtitutióque perſcripta. de me, cùm omnes magiſtratus promulgaſſent, præter vnum prætorem, à quo non fuit poſtulandum, fratrem inimici mei, præterque duos[o] *de*[p] *lapide emtos* tribunos plebis, legem comitiis centuriatis tulit P. Lẽtulus cõſul de collegæ Q. Metelli ſententia: quem mecum eádem reſpublica, quæ in tribunatu eius diſiunxerat, in cõſulatu, virtute optimi, ac iuſtiſſimi viri, ſapientiáque, coniunxit. Quæ lex quemadmodũ accepta ſit, quid me attinet dicere? ex vobis audio, neminí ciui vllam, quo minus adeſſet, iuſtam[q] excuſationem eſſe viſam: nullis comitiis vnquam[r] multitudinem hominum tantam, neque[s] ſplendidiorem fuiſſe: hoc certè video, quod indicant tabulæ publicæ, vos *rogatores*[t], vos *diſtributores*[a], vos *cuſtodes*[b] fuiſſe *tabularum*: &, quod in honoribus veſtrorum propinquorum non facitis vel ætatis excuſatione, vel honoris, id in ſalute mea, nullo rogãte, vos veſtra ſponte feciſtis. Confer nunc, Epicure noſter, ex hara[c] producte, non ex ſchola, confer, ſi audes, abſentiam tuam, cum mea. Obtinuiſti prouinciam conſularem finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. nam lege Cæſaris iuſtiſſima, atque optima, populi liberi, planè[d], & verè erant liberi? lege autem ea, quam nemo legem, præter te, & collegam tuum, putauit, omnis erat tibi Achaia, Theſſalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta. habebas exercitum tantum, quantum tibi non ſenatus, aut populus R. dederat, ſed quantum tua libido conſcripſerat, ærarium exhauſeras. Quas[e] res geſſiſti in imperio, exercitu, prouincia cõſulari? quas res geſſerit, quæro? qui vt venit ſtatim (nondum commemoro rapinas, nondum[f] exactas pecunias, non captas, non imperatas, non neces ſociorum, non cædem hoſpitum, non perfidiam, non immanitatem: nõ ſcelera prædico: mox, ſi videbitur, vt cum fure, vt cum ſacrilego, vt cum ſicario, diſputabo: nunc meam ſpoliatam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris.) Quis vnquam prouinciam cum exercitu obtinuit, qui nullas ad ſenatum litteras miſerit? tãtam verò prouinciam cum tanto exercitu, Macedoniam præſertim, quæ[g] tantis barbarorum gentibus attingitur, vt ſemper Macedonibus himperatoribus iidem fines prouinciæ fuerint, qui gladiorum, atque pilorum: ex qua aliquot prætorio imperio, conſulari i quidem nemo rediit, qui incolumis fuerit, quik non triumpharit. eſt hoc nouum: multo illud magis appellatus eſt hic l vulturius[m], illius prouinciæ (ſi diis placet) imperator. Ne tum quidem, Paulle noſter, tabulas[n] Romam cum laurea mittere audebas? Miſi, inquit. Quis vnquam recitauit? quis, vt recitarentur, poſtulauit? nihil[o] enim mea refert, vtrùm tu, conſcientia oppreſſus ſcelerum tuorum, nihil vnquam auſus ſis ſcribere ad eum ordinem, quem deſpexeras, quem afflixeras, quem deleueras: an amici tui tabulas[p] abdiderint, iidémque ſilentio ſuo temeritatẽ, atque audaciam tuam condemnarint. Atque haud ſcio, an malim te videri nullo pudore fuiſſe in litteris mittendis[q], an[r] amicos tuos plus habuiſſe & pudoris, & conſilij, quàm aut te videri pudentiorem[s] fuiſſe, quàm ſoles, aut tuum factum non eſſe condemnatum iudicio amicorum. Quòd ſi non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis in perpetuum tibi curiam præcluſiſſes: quid tandẽ erat actum, aut geſtum in[t] illa prouincia, de quo ad ſenatum cum gratulatione aliqua ſcribi abs te oporteret? vexatio Macedoniæ? an oppidorum turpis amiſſio? an ſociorum direptio? an agrorum depopulatio? an munitio Theſſalonicæ? an obſeſſio militaris viæ? an exercitus noſtri interitus, ferro, fame, frigore, peſtilentia? Tu verò, qui ad ſenatũ nihil ſcripſeris: vt in vrbe nequior inuẽtus es, quàm Gabinius, ſic in prouincia paullo tamẽ, quàm ille, demiſſior. nam ille guges, atque heluo, natus abdomini ſuo nõ laudi, atque[u] gloriæ, cùm equites R. in prouincia, cùm publicanos, nobiſcum & voluntate, & dignitate coniunctos, omneis fortunis, multos fama,

P. B. a al. Tibi vero

b L. è patria vt omnes ei ſui ciues ſ.

c L. quod tibi in prouinciã proficiſc.

d Inimicis aliquò profecturi. vnam perpetuam viam precabãtur. Turpilius Thraſileone apud Nonium c. 8. in Itiner. 2. Age, age egredere. atq. iſtius vtinam perpetuum iter ſit tibi.

e L. quæuis fuga, quàm vlla prouincia.

f L. conſentiente, atque vna voce.

g L. vt, tu Inſuber, dicere recte. eúdem enim Mediolanenſem, & Semiplacentinum vocat: quippe ex Inſubribus Piſo. Et hæc lectio nata ex veteri, *inſuper.*

h v.c. ciuem, ſeruatorémq. reip.

P. LXXXVII.

i v.c. vnius hominis ſal. & *ita L.*

k L. princip. ciuitatis, ecl. al. & grauiſſimæ conc.

l L. reputaretur:

m v.c. eíſque verbis eadem ſenatus auct.

n Sex. Attilium Serranum & numerũ Quintiũ corruptos à Clodio.*

o Mos fuit venditiones publicas per Prætorem fieri ex lapide.*

p L. ſatis iuſtam excuſ.

q L. vnquam neque mult.

r L. neque ſplendoré f.

s Rogatores in comitiis rogabãt quũ quis tabellã vellet.*

a L. Diſtributores. Diſtributores in comitiis tabellas, imò & plerũque pecunias diſtribebant.

b Cuſtodes tabularũ dũ tribus vel cẽturiæ ſuffragia ferebant, ã dum ea dirimebãtur, & dum ſortitio fiebat, ne quid fraudi fieret, obſeruabant, fed & numerũ & pũcta ſuffragiorũ adnotabant

c Citatur à Nonio hic locus cap. 2. in Hara.*

P. B.

d L. planè, & veri liberi: lege

e L. Quas res geſſiſti imperio, exerc.

f L. non exactas pec.

g v.c. quam tantæ barbarorum gẽtes attinguut, vt

h Macedonicis imp.

i *vet.* conſularis.*

k v.c quin triumpharit.

l L. hic vulturius illius prouinc.

m vulturius, eſt direptor. Ita Cariſius interpretatur hunc locum lib. 1.*

n L. Tabellas Romam mit.

o L. nihil enim mea iã ref.

P. LXXXVIII

p L. tabellas abd.

q L. mittẽdis, & amicos tuos pl.

r *al.* &

ſ Turneb. prudentiorem.*

t v.c. in tua prouincia, & *ita L.*

u v.c. & gloriæ, & *ita L.*

vitaque priuassет, cùm egissет aliud[a] nihil, in illo exercitu, nisi vt vrbeis depopularetur, agros vastaret, exhauriret domos: ausus est (quid enim ille non[b] auderet?) à senatu supplicationem per litteras postulare. O dij immortales! túne etiam, atque adeo vos, gemi næ voragines, scopulíque reip. vos meam fortunam deprimitis? vestram extollitis? cùm de me ea senatus consulta absente facta sint, ex contentiones habitæ, is motus fuerit municipiorum, & coloniarum omnium, ea decreta publicanorum, ea collegiorum, ea denique generum, ordinúmque omnium, quæ[c] ego non modò optare nunquam auderem, sed cogitare non possem? vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis? ¶ An ego, si te, & Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex[d] infamia[e]? nullum est supplicium putandum, quo affici casu aliquo etiam boni viri, fortéque possunt. Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarij, Græci: quos vtinam ita audires, vt erant audiendi. nunquam te in tot flagitia ingurgitasses. verùm audis in præsepibus: audis in stupris: audis in cibo, & vino. Sed[f] dicunt ipsi, qui mala dolore, bona voluptate definiunt, *Sapientem, etiamsi in*[g] *Phalaridis tauro inclusus, succensis ignibus torreatur, dicturum tamen, suaue illud esse, siseque*[h] *ne tantulum quidem commoueri. Tantam virtutis esse vim voluerunt, vt non posset vnquam esse vir bonus non beatus.* Quæ est igitur pœna? quod supplicium? Id mea sententia, quod accidere nemini potest, nisi nocenti, suscepta fraus, impedita, & i oppressa mens conscientia, bonorum omnium odium, nota iusti[k] senatus, amissio dignitatis. Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginienses, refectis[l] palpebris, illigatum in machina, vigilando necauerunt, supplicio videtur affectus: nec C. Marius[m], quem Italia seruata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus. Africa deuicta, ab eodem expulsum, & naufragum vidit. *fortunæ enim ista tela sunt non culpæ: supplicium autem, est pœna peccati.* neque verò ego, si vnquam vobis mala precarer, quod sæpe feci, in quo dij immortales meas preces audiuerunt, morbum, aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyestea[n] ista exsecratio est, poetæ, vulgi animos, non sapientum, mouentis:

Vt tu naufragio expulsus, vtpiam[o] *saxis fixus asperis,*
Euisceratus latere pendéres (vt ait ille) saxa spargens tabe,

Sanie[p], *sanguine atro.*— Non ferrem omnino molestè, si ita accidisset: sed id tamen esset humanum. M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloria[q], & laude viuit. in fortuna quadam est illa mors, non in pœna, putanda. Quæ est igitur pœna? quod supplicium? quæ saxa? quæ cruces? Ecce[r], duos duces in prouinciis populi Rom. habere exercitus, appellari imperatores: horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum, & fraudum suarum, vt ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis, nullas[s] sit ad senatum litteras mittere ausus. Ex qua prouincia modò vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis reb. gestis, me referēte, absens imperator sit[a] appellatus: vnde his paucis annis Cn. Dolabellæ, C. Curionis, M. Luculli iustissimos triumphos vidimus, ex ea, te imperatore, nuntius ad senatum allatus est nullus. ab altero allatæ litteræ, recitatæ, relatum ad senatum. Dij immortales! ídne ego optarem, vt inimicus meus, ea, qua nemo vnquā, ignominia notaretur? vt senatus is, qui[b] in eam iam benignitatis consuetudinē venit, vt eos, qui bene rēp. gesserint, nouis honoribus afficiat. & numero dierum, & genere verborū: huius vnius litteris nuntiantibus non crederet? postulantibus denegaret? His ego rebus pascor, his delector, his perfruor: quòd de vobis hic ordo opinatur nō secus, ac de tæterrimis hostibus[c]: quòd vos equites Ro. quòd ceteri ordines, quòd cuncta ciuitas odit: quòd nemo bonus, nemo denique ciuis est, qui modò se ciuē esse meminerit, qui vos nō oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione deniq, ipsa consulatus vestri perhorrescat. Hæc ego semper de vobis expetiui, hæc optaui, hæc precatus sum. plura etiam acciderunt, quàm vellē. nam, vt amitteretis exercitū, num quam[d] mehercule optaui. illud etiam áccidit præter optatum meum: sed valde ex voluntate, mihi enim non[e] venerat in mentē, furorem, & insaniā optare vobis, in quam incidistis. Atqui fuit optandum. me tamen fugerat, deorū immortaliū has esse in impios & conscelerator pœnas certissimas cōstitutas. *f Nolite enim putare*, P. C. vt *in*[g] *scena videtis, homines conscelerates impulsu deorum terreri furiarum tædis ardentibus. sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate, ac mente deturbat. hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces.* Ego[h] te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico *illo Oreste, aut Athamante*[i] *dementiorem* putem, qui sis ausus primùm facere (nam id est caput) deinde paullo antè Torquato, grauissimo, & sanctissimo viro, premente, confiteri, te prouinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses, sine vllo milite reliquisse? Mitto de amissa maxima parte exercitus. fit hoc infelicitatis tuæ. dimittendi verò exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quam legem? quod senatus consultū? quod ius? quod exemplum? Quid[k] est aliud furere[l], nisi non cognoscere homines, non cognoscere leges, non senatum, non ciuitatem? cruentare[m] corpus suum[n]? maior hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio. Si familiam tuam dimisisses, quod[o] ad neminem, nisi ad ipsum te, pertineret, amicitiæ tui constringendum putarent. præsidium[q] tu populi R. custodiam prouinciæ, iniussu populi[r] senatúsque dimisisses, si tuæ mētis cōpos fuisses? Ecce[s] tibi alter, effusa iam maxima præda, quam ex fortunis publicanorum, ex agris, vribibúsq. sociorum exhauserat, cum partim[t] eius prædæ profundæ libidines deuorassent, partim noua quædam, & inaudita luxuries, partim etiā in illis locis, vbi omnia diripuit, emtiones, partim[u] permutationes[x] ad hunc Tusculanum[y] montem exstruendum, cùm illa eius immensa, & intolerabilis ædificatio constitissет: se ipsum, fasceis suos, exercitum populi R. numen, interdictúmque deorum immortalium, respōsa sacerdotū, auctoritatē senatus, iussa populi, nomē ac dignitatē imperij: regi[z] Ægyptio vēdidit. Cùm fineis prouinciæ tan-

a L. aliud nihil illo exercitu, c L. non auderet?)

b *v.c.* qui in eam benign.

c *v.c.* quæ nō modò ego opt. *& ita L.* P. R.

d L. ex fame? *& ita v.c.*

e Locus communis de infamia & virtute.

f L. Sed dicūt ipsi ipsi.

g L. in Phalaridis tauro. ita citatur à Carisio.*

h L. *& v.c.* séque ne

i L. & oppressa mens, bonorum odiū.

k *al.* iusta.* l adde 6. Gell. 4.*

m vide Appianum 1. ciuil.*

n apud Ennium. o *al.* ipse: vt Tusculana 1. vbi hi versus citantur.

p L. Sanie, & sanguine. P. LXXXIX.

q L. in gloria, & laude viu.

r L. Esse duos duc.

s L. nullā sit ad senatum litteram mit.

t *v.c.* partem eius pr. prof. lib. deu. partem n.

u *v.c.* partem perm.

x permutationes, hîc innumeras nummi prouinciales in Roman.*

y L. Tusculanī montem exstruēdum: cùm iam ageret, cùm illa eius intermissa intolerab.

z Ptolemæo. vide Plutarchum in M. Antonio.*

a L. est appl.

b *v.c.* qui in eam benign.

c *v.c.* terrimis h. *& ita vet. Farn.**

d *v.c.* nunquā hercule

e L. nunquam veniret in

f vox, conātutas, *abest* à

g *v.c.* in scæna.

h Pisonis furor.*

i Quid. 4. Metamor. Homer. Odyss. 5.

k L. Quid est aliud furere, non cogn. h. furoris figura.*

m L. cruciare corpus suum, leue est maior h.

n signum hoc furoris, quale Phrygiis numeris in sacris Cybeles stimulati & in furorē acti se sauciabant & cruentabant.*

o id est, etsi vel quāuis.*

p L. amici te constr.

q L. præsidiū tu reip. cust. P. X C.

r L. populi R. sen.

s Gabinij furor.*

t *v.c.* partem eius pr. prof. lib. deu. partem n.

u *v.c.* partem perm.

x permutationes, hîc innumeras nummi prouincialis in Roman.*

y L. Tusculanī montem exstruēdum: cùm iam ageret, cùm illa eius intermissa intolerab.

z Ptolemæo. vide Plutarchum in M. Antonio.*

ciæ tantos haberet, quantos voluerat, quantos optauerat, quantos[a] mei capitis pretio, periculóq. emerat: his[b] se tenere non potuit. exercitum eduxit ex Syria. Quí licuit extra prouinciam? Tribuit te mercenarium[c] comitem regi Alexandrino. Quid hoc turpius? in Ægyptum vênit: signa contulit cum Alexandrinis. Quando hoc bellum, aut hic ordo, aut populus suscepérat? Cepit Alexandriam. Quid aliud exspectamus à furore eius, nisi vt ad tantum facinus tantis de rebus gestis litteras mittat? Hic si mentis esset suæ, nisi pœnas patrię, diuque immortalibus eas, quæ grauissimæ sunt, furore, atq. insania penderet: ausus esset (mitto exire de prouincia) educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi, aut[d] senatus accedere? quæ cùm plurimæ leges veteres, tum lex[e] Cornelia maiestatis, Iulia[f] de pecuniis repetundis, planissimè vetant[g]: sed hæc omitto. Ille, si non acerrimè fureret, auderet, quam prouinciam P. Lentulus amicissimus huic ordini, cùm & auctoritate senatus, & forte haberet interposita religione sine vlla dubitatione depoluisset, eam sibi tum ascíscere, cùm, etiam si religio non impediret, mos maiorum tamen, & exempla, & grauissimæ legum pœnæ vetarẽt? ¶ Sed[h] quoniam[i] fortunarum contentionem facere cœpimus: de reditu Gabinij omittamus: quem etsi sibi ipse præcîdit, ego tamen os vt videam hominis, exspecto. Tuum, si placet, reditum cum meo conferamus. At[k] meus quidem is fuit, vt à Brundusio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiæ videret[m]. neque enim regio fuit vlla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua nõ[n] publicè ad me venerint gratulatum. Quid dicam aduentus meos? quid effusiones hominum ex oppidis? quid concursum ex agris patrumfamiliàs cũ coniugibus, ac liberis? quid eos dies, qui, quasi deorũ immortalium festi, ac[o] sollemnes, sunt aduẽtu meo, reditúque celebrati? Vnus ille dies mihi quidẽ immortalitatis instar fuit, quo[p] in patriam redij, cùm senatum egressum vidi populúmq. Ro. vniuersum, cùm mihi ipsa Roma propè conulsa sedibus suis, ad cõplectendum conseruatorẽ suum procederet[q] visa est. quæ me ita accepit, vt non modò omnium generum, ætatum, ordinum omnes viri, ac mulieres, omnis fortunæ, ac loci: sed etiam mœnia ipsa viderentur, & tecta vrbis, ac templa lætari. Me cõsequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incẽderas, pontifices, consules, prætores[r] collocauerunt, mihíque, quod ante me nemini, pecunia publica ædificandã domum censuerunt. Habes reditum meum. Confer nunc vicissim tuum, quandoquidem, amisso exercitu, nihil incolume domum, præter os illud pristinũ tuum, retulisti: qui primùm, quà veneris cum laureatis tuis lictoribus, quis scit? *quos tum Meandros*[s], dum omneis solitudines perséque ris, quæ diuerticula, flexiónesque[u] quæsisti? quod te municipiũ vidit? quis amicus inuitauit? quis hospes adspexit? nónne tibi nox erat pro die? non[x] solitudo pro frequentia? cauponapro oppido? non vt redire ex Macedonia nobilis imperator, sed vt mortuus infamis[y] referri videretur? Romã verò ipsam fœdauit aduentus tuus. O familiæ non dicam Calpurnia, sed Caluentia: neque huius vrbis, sed Placentini municipij? neque paterni generis, sed brachatæ[a] cognationis dedecus, quemadmodum venisti? quis tibi non dicam horum, aut ciuium ceterorum, sed tuorum legatorũ obuiam vẽni? mecum enim L. Flaccus, vir tua legatione indignissimus, atque iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit ad conseruandam remp. dignior, mecum fuit tum, cùm te quidam non longè à porta cum lictoribus errantem visum esse narrabat[b]: scio item virum fortem in primis, belli ac rei militaris peritum, familiarem meum, Q. Marcium, quorum tu legatorum[c] præsio imperator appellatus eras, cùm dlongè abfuisses, aduentu isto tuo domi fuisse otiosum. Sed quid ego enumero[e], qui tibi obuiam non venerint? quis dico venisse pænè neminem, ne de officiosissima quidem natione candidatorum, cùm vulgò essent & illo ipso & multis antè diebus admoniti, & rogati. Togulæ[g] lictoribus ad portam præstò fuerunt: quibus illi acceptis, fagula reiecerunt[h] & cæteruam imperatori suo nouam præbuerunt. Sic iste tãto[i] exercitu, tanta prouincia, triennio pòst, Macedonicus imperator, in vrbem se intulit, vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vnquam fuerit desertior. in quo me tamen, qui esset paratus ad se defendendum, reprehendit. cùm ego Cœlimontana porta[k] introisse dixissem, responsione[l] me mimica, *Esquilina introisse* homo promptissimus lacessiuit: quasi verò id aut ego sciredebuerim, aut[m] vestrũm quispiam audierit, aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modò ne triumphali: quæ[n] porta Macedonicis semper proconsulibus ante te patuit. tu inuentus es, qui consulari imperio præditus, ex Macedonia non triumphares. ¶ At audistis, P. Cl. philosophi[o] vocem. negauit, se triumphi cupidum vnquã fuisse. O scelus, ô pestis, ô labes! cùm exstinguebas senatum, vendebas auctoritatẽ huius ordinis, addicebas tribuno pleb. cõsulatũ tuũ, remp. euertebas, prodebas caput, & salutẽ meam vna[p] mercede prouinciæ: si triumphũ nõ cupiebas, cuius tandẽ rei te cupiditate arsisse defendes? sæpe.n. vidi, qui & mihi, & ceteris cupidiores prouinciæ viderentur, triũphi nomine tegere, atque velare[q] cupiditatem suam. Hoc modò D. Silanus cõsul in hoc ordine, hoc meus etiam collega dicebat. neque enim quisquam potest exercitum cupere, apertéq. petere, vt non prætexat cupiditatem triumphi. Quòd si te senatus populúsque Rom. aut non appententẽ, aut etiam recusantem, bellum suscipere, exercitum ducere coegisset, tamen erat angusti animi, atque demissi triumphi[s] honorem, atq. dignitatẽ contemnere. nã, *vt leuitatis est, inanẽ aucupari rumorem, vt*[t] *omneis vmbras etiam falsa gloriæ consectari: sic*[u] *lauis est animi, lucem splendorémque fugientis, iustam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare.* Cùm verò non modò non postulante, atque cogente, sed inuito, atque oppresso senatu, non modò nullo populi Ro. studio, sed nullo ferente suffragium libero, prouincia tibi ista manupretium[x] fuerit non euertæ pertę, sed perditæ[y] ciuitatis: cúmque omnium tuorum scelerum hæc pactio exstiterit, vt, si tu totam remp. nefariis latronibus tradidisses, Macedonia tibi ob eam rem[z], quinupretium verò est operæ merces. * *al.* proditæ. z *vel* es hoibus traderetur.

a L. quantos prætio mei capitis emerat: b v. c. se tenere non p. c *v. c.* mercenarium

d L. ac sena. e L. ex Cornelia maiestatis ne specie imperij legitimi quidquã contra Rempublicam nouaretur. huius legis meminit quoque Cicero epist. ad Lentulum & Appium.* f Lex Iulia de repetũdis, cuius meminit quoque Cicero in Orat. pro Sextio & Iurisconsultus titulo Digestorum ad l. Iul. de repetũd.* g *v. c.* vetat.

p. B.

h L. Et, quoniam fort. i DE REDITV Pisonis* k L. ac meus l L. à Brundisio vsq. *v. c.* è Brundisio m L. viderit. n L. non ad me publicè ven. *& ita v. c.* o L. atque solemnes, apud omneis sunt adu. p L. cùm in patr. q L. progredi visa est. r L. patres cõscripti coll. s L. tuum pristinum, ret. *& ita v. c.* t Meander fluuius flexuosus. Strabo 12 μαίανδρος ὀχλώδης ὢν εἰς ὑγρὰν ἔλλην ἔδοτε ἐξέκλινε τὰς σχολιότητας ἐπὶ θάτερα μικρὰς καὶ εὐθείας. adde Liuiũ 48. 5. Plin. 29.* u fort. quas flexiones quæ fiſti? x abesſt hinc negationis particula in cod. v. P. XCI. y *al.* in funus ſturri.*

a Bracceſti Galli, Sueton. Cæſare.* b L. narrarent: c *al.* legatorum opera in prœlio.* d L. cum longè abſuiſſes, e L. numero, f L. cur dico g Togulæ minores togæ, Togis verò vtebantur in pace vt fagis in bello.* h L. reiecerunt: cæterũ imp. i L. à tãto exercitu, k vox *porta*, abeſt à *v. c.* l L. ſponſione me, ni Eſquilina introiſſet, homo prõptus laceſſ. ¶ Quidã cenſent ita legẽdum quòd ſponſiones ſita conciperentur veteribus, dixi ſ. Verrina. Alij exquilinam interpretantur hic Ciceronẽ vrbe eiectum.* m L. aut veſtrum quiſquam audierit, aut quidquam ad rem pert. n porta triũphalis, Macedonicis proconſulibus ſemper patuiſſe hic dicitur, quòd ea porta procõſules multi Macedonici triumphãtes ingreſſi.* o Locus cõmunis de Gloria & eius contemptu.* p vox *vna*, abeſt à *v. c.* nec eam agnoſcit L. q *v. c.* celare cup. *& ita* L. r L. ſi te ſenatus, ſi pop. R. ſ L. iuſti triũphi hon. t L. & omneis vmbr. u fort, ſic eſt læui animi, lu. ẽ, ſplend. fort ſic eſt animi, lucem, ſplendorémque fug. *al.* ſic ieiuni eſt animi.* P. XCII. x L. manupretium fuerit euertæ pertę, & perditæ c. ¶ Mal. quibus in

bus tu finibus velles, redderetur: cùm exhauriebas ærarium: cùm orbabas Italiam iuuentute: cùm mare vastissimum hieme transibas[a]: si triumphum contemnebas, quæ te, prædo amentissime, nisi prædæ, ac rapinarum cupiditas tam cæca rapiebat? Non est integrum Cn. Pompeio, consilio iam vti tuo, errauit enim. non gustarat istam tuam philosophiam. ter iam homo stultus triumphauit. Crassè pudet me tui. quid est, quòd [b] confecto formidolosissimo [c] bello, coronam illam lauream [d] tibi tantopere deceri voleris à senatu? P. Seruili, Q. Metelle, C. Curio, P. [e] Africane, cur non hunc audistis tam doctum hominé, tam eruditum, prius quàm in istum errorem inducerémini? C. ipsi Pontino [f], necessario meo, iam nõ est integrum. religionibus enim susceptis impeditur. O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! [g] ô amentem Paullum, rusticum Marium, nullius consilij patres [h] istorum amborum consulum, qui triumpharunt! Sed, quoniam *præterita mutare non possumus*, quid cessat hic *homullus, ex argilla & luce fictus* Epicuréus [k], dare hæc præclara præcepta sapientiæ, clarissimo, & summo imperatori, genero suo: fertur ille vir, mihi crede, gloriæ flagrat, ardet cupiditate iusti & magni triumphi, non didicit éadem ista, quæ tu. mitte ad eum libellum, sed iam, si ipse coràm congredi poteris, meditare, quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas, atque restinguas. valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate, vir moderatus, & constans, apud indoctum eruditus, apud generum socer. dices enim, vt es homo facetus [m], ad persuadendum concinnus, perfectus, politus [n] è schola: Quid est Cæsar, quòd te supplicationes toties decretæ, tot dierum, tantoperè delectent? in quibus homines errore ducuntur: quas dij negligunt: qui (vt noster ille diuinus dixit Epicuréus) ne quę [o] propitij cuiquam esse solent, neque irati. Non facies fidem scilicet, cùm hęc disputabis. tibi enim & esse, & [p] fuisse *deos* videbit *irato*. Vertes te ad alteram schola: differes de triũpho. Quid tãdem habet iste currus? quid vinci ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati in equis, & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pænè puerorum, captare plausus, vehi per vrbem, conspici velle. quibus ex rebus nihil est, quod solidum tenere: nihil quod referre ad voluptatem corporis possis. Quin tu me vides, qui, ex qua prouincia T. [q] Flaminius, L. Paullus, Q. Metellus, T. Didius, innumerabiles alij, leui [r] cupiditate commoti, triumpharunt. ex ea sic redij, vt ad portam Esquilinam, Macedonicam lauream conculcarim, ipse cum hominibus quindecim malè [s] vestitis ad portam Cœlimontanam sitiens peruenerim? quo in loco mihi libertus, præclaro imperatori, domum ex hac die biduo antè conduxerat: quæ vacua si non fuisset in campo Martio mihi tabernaculum collocassem. nummus interea mihi, Cęsar, neglectis vehiculis [t] triumphalibus domi mãnet, & manebit. rationes [u] ad ærarium retuli continuò, sicut tua lex [a] iubebat: neque alia vlla in re legi tuæ parui. quas rationes si cognoris: intelliges, nemini plus, quàm mihi, litteras profuisse. ita enim sunt perscriptæ scitè, & litteratè, vt scriba, ad ærarium qui eas retulit, præscriptis rationibus, secum ipse, caput sinistra manu perfricans, cõmurmuratus sit. Ratio quidem hercle appãret, argentum [b] οὐσία. Hac tu oratione non dubito, quin illum iam adscendentem in currum possis [c] reuocare. O tenebræ, ô lutum, ô sordes, ô paterni generis oblitę, materni vix memor! ita ne scio quid istuc tractũ, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quàm vt Mediolanensi prędone, auo tuo dignum esse videatur. L. Crassus, homo sapientissimus nostræ ciuitatis, speculis [d] propè scrutatus est Alpeis: vt, vbi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quæreret. Eádem cupiditate vir summo ingenio prædítus, C. Cotta, nullo certo hoste, flagrauit, eorum neuter triumphauit, quòd alteri illum honorẽ collega, alteri mors ademit. Irrisa abs te Paullo antè M. Pisonis cupiditas triumphandi, à qua te longè dixisti abhorrere. qui etiam si minùs magnum bellum gesserat, vt abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum non putauit. Tu eruditior, quàm Piso, prudentior, quàm Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia, quàm Crassus, ea contemnis, quæ illi idiotæ, vt tu appellas, præclara duxerunt. Quòd si reprehendis, quòd cupidi laureæ fuerint, cùm bella aut parua, aut nulla gessissent: tu, tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minimè fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti. neque verò contemisisti [e], licet [f] Themista sapientior, si os tuum ferreum senatus cõuicio verberari noluisti. Iã vides, quandoquidem [g] ita mihimet fui inimicus, vt me tecum compararem, & digressum meum, & absentiam, & reditum ita longè tuo præstitisse, vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint. Nunc ęteriam in hac quotidiana, assidua, vrbanáque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis, aut, vt veriùs dicam, cuiquam [l] es infirmissimo, ac desperatissimo ante laturus? Agè, senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictoré, & proditorem [m] non modò dignitatis, & auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui: videre equites Romani non possunt, quo ex ordine vir præstantissimus, L. [n] Ælius, est, te consule, relegatus: plebs Romana perditũ cupit, in cuius tu infamiam ea, quæ per [o] latrones, & per seruos de me egeras, contulisti: Italia cuncta exsecratur, cuius idem [p] tu super bissimè decreta, & preces repudiasti. Fac huius odij tanti, ac [q] vniuersi periculum, si audes. Instant [r] post hominum memoriam apparatissimi, magnificentissimíque ludi, quales non modò numquam fuerunt, sed ne quomodo fieri quidem posthac possint, possum vllo pacto suspicari. Da te populo, committe ludis. sibilum metuis? vbi sunt vestræ scholæ? ne [s] acclametur? ne id quidem est curare philosophi. manus tibi ne afferantur, times. dolor enim est malum, vt disputas: existimatio,

a Legem Tullium intelligit de rationibus reddẽdis, cuius meminit idem Cicero 5. Epist. 20.*
b L. argentũ excheta, P. XCIII
c Li reuocare possis. & ita v. c.
d vet. Faem. peculia. alij pilis.*
e L. licet sis Themista sapientior, sed os t.
f alij licet sis Themista sapientior. Tum nebu. M. aduers. 13. licet tu in isto sapientior. al. Themi sis sapientior. atq. ita legisse video Lipsium 1. Variarum 18. Alij Themistam interpretãtur mulierem Epicuri eiúsque sectæ deditã, cuius meminit Laertius in Epicuro, & Lactantius lib. 3.*
g L. quoniam quidem
b al. & degressum m.
i L. Nam etiã DE PRIVATIS Flagitiis Pisoni*
l L. cuiquam es infimo, ac despicatissimo antec.
m L. perditorem
P. B.
n fort. L. Ælius Lamia, est, te consule. ‖ hic à Clodio relegatus Ælię portogentis cognomen mobile Lamiorum. Horat. 3. Odar. 7. Æli vetuste mobilis ab Lamo*
o L. per latrones, per seruos. p L. item tu
q L. ac tam vniuersi p. r Ludorum à Pompeio exhibitorum meminit idẽ Cicero 7. epistol. 1. Dion. 39. 7. Plin. 48.*
s v. c. ne acclametur, times, ne id q. est curare ph. manus ti bi ne afferantur, dolor enim

a v. c. transiebas. fort. transmeabas. ‖ Transibas autem dixit, vt Terentius Heaut. rediebat.*
b al. quòd per te confecto
c Seruili. Appian. 1. ciuil. Plutarch.*
d al. auream. malè. Nam M. Crasso de fugitiuis & Spartaco ouanti, Lancea, vt Plinius ait, concessa fuit, quũ alij ouantes myrtea coronari soliti essent. Gellius 5. Claudianus in Eutrop.*
e al. L. Afrani
f L. Pontino. & L. Maximos amẽte Paull.
h L. patres horũ amb. cõs. qui triũpharint.
i L. hic homillus.
k L. Epicurus
l L. Etsi iam ipse coràm cong. potem L. facetus ad persuadẽdum. P. B.
m L. facetus. fic apud Tacitum 4. facetus pro factus legitur.*
n v. c. politus ex schola: o Sententia Epicuri de prouidentia diuina.*
p L. & fuisse videbit irat.
q L. T. Flamininus. ‖ fuit autẽ hic qui Macedoniam subegit, frater L. Quintij Flaminini, quem M. Cato in Censura senatu mouit, quòd in comitio à foro exoratus esset, vt quendam rei capitalis damnatum, in vincula conjectum secum malè vestitis, L. rationes ad
r v. c. leuitate, & cupiditate comm.
s vet. à vt forte nomen sit loci.*
t L. ferculis triumphalib.
u ærarium continuò sic vt tua lex iubebat, deculi: neque

matio, dedecus, infamia, turpitudo, verba[a] sunt, atque ineptiæ. Sed de hoc non dubito, non[b] audebit accedere ad ludos. conuiuium publicum non dignitatis gratia inibit (nisi fortè, vt cum P. Clodio, hoc est, cum amoribus suis cenet) sed planè animi sui causa. ludos nobis idiotis relinquet. solet enim in disputationibus suis, oculorum, & aurium delectationi abdominis voluptates anteferre. nam, quòd vobis iste tàtummodò improbus, crudelis olim furunculus, nũc verò etiam rapax, quòd sordidus, quòd contumax, quòd superbus, quòd fallax, quòd perfidiosus, quòd impudens, quòd audax esse videatur: nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. [d] luxuriã[e] autem in isto nolite hanc cogitare. est enim quædam, quanquam omnis est vitiosa, atque turpis, tamen ingenuo, ac libero dignior. nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quidquam, præter libidines, sumptuosum, toreuma nullum: maximi *calices*[f], & hi, ne contemnere suos videatur, *Placentini*. exstructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida. serui sordidati ministrant: nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriẽsis: pistor domi nullus, nulla cœlla: panis & vinum à [g] propola, atque de [h] cupa: Græci stipati, [i] quini [k] in lectulis, sæpe plures: ipse solus, bibiturus [l] quæ eodem de solio ministrentur. vbi galli cantum audiuit, auum [m] suum reuixisse putat, mensam tolli iubet. Dicet aliquis, Vnde tibi hæc nota sunt? non mehercule [n] contumeliæ causa describam quenquam, præsertim ingeniosum hominem, atque eruditum, cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, possum. Est quidem Græcus [o], qui cum isto viuit, homo, verè? vt dicam (sic enim cognoui) humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum, is cùm istum adolescentem iam tum cum hac diis [q] irata fronte vidisset, nõ [r] fugit eius amicitiam, cùm esset præsertim aperitus: dedit se in cõsuetudinem, sic, vt prorsus vnà viueret, nec [s] ferè ab isto vnquam discederet. Non apud indoctos, sed, vt ego arbitror, in hominum eruditissimorum, & humanissimorum cœtu loquor. Audistis profectò dici, philosophos Epicureos [t], omneis res, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri, rectè an secus, nihil ad nos, aut si ad nos, nihil ad hos tempus. sed tamen lubricum genus orationis adolescenti non acriter intelligenti, sæpe[u] præceps. Itaque admissarius iste simulatque audiuit, à philosopho voluptatem tantoperè laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omneis incitauit, sic ad [x] illius hanc orationem adhinniit, vt non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur. Græcus primò distinguere, atque [y] diuidere illa, quemadmodum dicerentur: iste claudus (quomodo [b] aiũt) pilam retinere: quod acceperat, testificari, tabulas obsignare velle, Epicurum [c] de istum decernere: & [d] tamen dictum opinor, se nullum bonum intelligere posse, demtis corporis voluptatibus. Quid multa? Græcus facilis, & valde venustus, nimis pugnax contra senatorem populi Romani esse noluit. Est autem hic, de quo loquor, non philosophia solùm, sed [e] etiam litteris, quod ferè ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. Poema potrò facit ita festiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil vt fieri possit argutius. in quo reprehendat eum licet, si [f] qui volet, modò leuiter, non [g] vt impurum, non vt improbum, non vt audacem, sed vt Græculum, vt assentatorẽm, vt poetam, deũnit [h], aut potiùs incidit in istum eodem deceptus supercilio Græcus, atque aduena, quo tam sapiens, & tanta ciuitas i reuocare se non poterat, familiaritate implicatus: & simul inconstantiæ famam verebatur: rogatus, inuitatus, coactus, ita [k] multa ad istum de isto scripsit, vt omneis hominis libidines, omnia cœnarum genera, conuiuiorúmque [l], adulteria eius delicatissimis versibus expresserit. in quibus, si quis velit, possit istius tanquam in speculo vitam intueri: ex quibus multa à multis lecta, & audita recitarem, nisi vererer, ne hoc ipsum genus orationis, quo nunc vtor, ab huius loci more abhorreret. & simul de ipso, qui scripsit, detrahi [m] nolo. qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior, & grauior esse potuisset: sed eum casus in hanc consuetudinem scribendi induxit, philosopho valde indignam: siquidem *philosophia*, vt fertur, *virtutis continet, & officij, & bene viuendi disciplinam: quam qui profitetur, grauissimam mihi* [n] *sustinere personam videtur*. sed idem casus illum [o] ignarum quid profiteretur, cùm se philosophũ esse diceret, istius impurissimę, atque intemperantissimæ [p] pecudis cœno, & sordibus inquinauit: qui [q] modò res gestas consulatus mei cùm laudasset (quæ quidem *laudatio hominis turpissimi, mihi ipsi erat pænè turpis.*) Non vlla tibi, inquit, inuidia nocuit, sed versus tui. Nimis magna pœna, te consule, constituta est siue malo poetę, siue libero. Scripsisti [r] versus. *Cedãt arma togæ.* Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitauit. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio [u], quod te cõsule, in sepulcro reipublicæ incisum est, *Velitis, iubeatis, vt quod M. Cicero* versum fecerit: sed quòd *vindicarit*. Verùm tamen quoniam *te non Aristarchum* [x], *sed Phalarim grammaticum habemus*, qui non notam opponas ad malum versum, sed poetam armis persequare: scire cupio, quid tandem isto in versu reprehendas, *Cedant arma togæ*. Tuæ dicis, inquit, togæ summum imperatorem esse cessurum. Quid nunc te, asine, litteras doceam? non opus est verbis, sed fustibus. non dixi hanc togam, qua sum amictus: nec arma, scutum & [y] gladium vnius imperatoris: sed [z], quòd *pacu est insigne, & otij, toga contrà autem arma tumultus, atque* [aa] *belli*: more poetarum locutus [bb], hoc intelligi volui, *bellum, ac tumultum paci, atque otio concessurum*. Quære ex familiari tuo, Græco illo poeta: probabit genus ipsũ, & agnoscet, neq. te nihil sa-

[a] L. verba, atque ineptiæ.
[b] L. nam non audebit
[c] v.c. cum amatorib. suis &c. al. compotoribus suis &c.
[d] al. luxuriã autem nolite hãc cogitare in isto. est enim &c. P. XCIIII. nim &c. L. luxuriam autẽ hanc cogitare nolite in isto. est enim &c.
[e] DE LVXV RIA Pisonis*
[f] Calices Placentini, fictiles, minoris pretij quàm Surcentini & Saguntini.*
[g] L. à propala, atque de cupa: ‖ Propala qui mercès propalam velut ante palum aut de palo vendentes habet & vendit, vt apud Varronẽ 3. de re rustic. 14. Nonium in primitiæ.*
[h] Vinum de cupa, quod & de dolio, de musto, & Lacum dixi plenios in Bruto.*
[i] L. quini in lectis.
[k] Discumbẽdi hic mos veteribus nõ vt singuli singulares lectos haberent, sed aut terni aut plerunque quaterni vnũ lectum occuparent: si plures (puta quini, quod hic obiicit Pisoni Cicero) sordidum id & minimè lautum
P. B. v Lips. [l] antiquit 2.*
[l] L. bibitur vsq; eò dum de solio ministretur. ‖ vide Turneb. 27. aduersar. 15. Anton. vero Augustinus, Bibitur vsque eo dum de dolio ministretur. *Pantagathus*, Bibitur autem vsque eo dum bellaria ministrentur.* [m] præconem Mediolanensem, è Gallia togata, qua in re duplex allusio: vna Galli hominis & auis: altera præconis Galli, & galli animalis cantantis.*
[n] L. mehercules. * Philodemus. Horat. 1. sermon. 2.* [p] L. vt verè dicam, q an ea distincta fronte, al. distracta fronte.* [r] v.c. non fatidiuit eius amicitiam, ‖ ita vet. Faern.* [s] L. nec ferè vnquam ab isto d. [t] Epicureorum dogma.* [u] L. est sæpe præc. [x] L. ad hanc illius orationem adhinnivit, [y] v.c. & diuidere illa, Cuias E.

perę mirabitur. At in illo altero, inquit, hæres, *Concedat*[a] *laurea laudi*[b]. Immò mehercule, habeo tibi gratiam, hærerem enim, nisi[c] tu me expedisses. nam cùm tu timidus, ac tremens, tuis ipse furacissimis manibus detractam è cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecisti: indicasti[d], non modò amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse. Atque ista ratione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, Pompeium inimicum mihi isto versu esse factum: vt, si versus mihi nocuerit, ab eo, quem is versus offenderit, videatur mihi pernicies esse quæsita. Omitto, nihil istum versum pertinuisse ad illum: non fuisse meum, quem, quantum potuissem, multis sæpe orationibus scriptisque decorassem, hunc vno violare versu. Sed sit offensus, primò nón ne compensabit cum vno versiculo tot mea volumina laudum suarum? Quòd si est commotus ad [e] perniciémne non dicam amicissimi, non ita de sua laude meriti, non ita de republica, non consularis, non senatoris, non ciuis, non liberi: in homimis caput ille tam crudelis propter versum fuisset? Tu [f] quidem, tu, apud quos, de quo dicas, intelligis? complecteris amicissimos viros ad tuum & Gabinij scelus: neque id occultè. nam paullò antè dixisti, me cum iis confligere, quos despicerem: non attingere eos, qui plus possent, quibus iratus esse deberem. quorum quidem (quis enim non intelligit, quos dicas?) quanquam non est vna causa omnium, tamen est omnium mihi probata. Me Cn. Pompeius, multis obsistentibus eius erga me studio, atque amori, semper dilexit, semper sua coniunctione dignissimum iudicauit, semper non modò incolumem, sed etiam amplissimum, atque ornatissimum voluit[g] esse. vestræ fraudes, vestrum scelus, vestræ criminationes insidiarum mearum, illius periculorum, nefariè fictæ, simul eorum, qui familiaritatis licentia, suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius, impulsu vestro, collocauerunt[h], vestræ cupiditates prouinciarum, effecerunt, vt ego excluderer, omnésque, qui me, qui illius gloriam, qui remp. saluam esse cupiebãt, sermone, atque aditu prohiberentur. Quibus rebus est perfectum, vt illi planè suo stare iudicio non liceret, cùm certi homines non stu dium eius à me alienassent, sed auxilium retardassent. Nónne à te L. Lentulus, qui tum erat prætor, non Qu. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? qui omnes ad eum, multíque mortales oratum in Albanum obsecratúmque venerant, ne meas fortunas desereret, cum reipublicæ salute coniunctas. quos ille ad te, & ad tuum collegam remisit, vt causam publicam susciperetis, vt ad senatum referretis: se contra armatum tribunum pleb. sine consilio publico decertare nolle: consulibus ex S. C. remp. defendentibus, se arma susceperturum. Ecquid infelix recordaris, quid responderis? in quo illi omnes quidem, sed Torquatus, prætèr ceteros, furebat contumacia responsi tui, te non esse tam fortem quàm ipse Torquatus in consulatu fuisset, aut ego: nihil opus esse armis, nihil contentione: me posse itẽrũ rempublicam seruare, si cessissem: infin[illegible] eadem fore, si restitissem: deinde ad extremum, neque se, neque generum, neque collegam suum, tribuno pl. defuturum. Hic tu hostis, ac proditor, aliis me inimicitiorem, quàm tibi debere esse dicis? Ego C. Cæsarem non eadem de rep. sensisse, quæ me, scio: sed tamen, quod iam de eo, his audientibus, sæpe dixi, me ille fui totius consulatus, eorúmque honorum, quos cum proximis communicauit, socium esse voluit, detulit, inuitauit, rogauit. non fum ego, propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem, adductus ad causam: non postulabam, vt ei carissimus esset, cuius ego ne beneficiis quidẽ[a] sententiam meam tradidissem. Adducta res in certamen, te cõsule, putabatur, vtrùm quæ superiore annno ille gessisset, manerét, án rescinderentur. Quid loquar plura? si tantum ille in me esse vno roboris, & virtutis putauit, vt ea, quæ ipse gesserat concideremt, si ego restitissem: cur ei non ignoscam, si antepofuit suam salutem meæ? Sed prætérita omitto: me vt Cn. Pompeius omnibus suis studiis, laboribus, vitæ periculis complexus est, cùm municipia pro me adiret, Italiæ fidem implo raret, P. Lentulo consuli, auctori salutis meæ, frequens assideret, senatui sententiam præstaret, in concionibus nõ modò se defensorem salutis meæ, sed etiam suppliccm pro me pro fiteretur: huius voluntatis eum, quem multùm posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi, & adiutorem C. Cæsarem adiunxit. Iam [c] vides me tibi nõ inimicum, sed hostem: illis, quos desceribis, non modò non ita tum, sed etiam amicum esse debere? quorũ alter, id quod meminero semper, æquè mihi fuit amicus, ac sibi: alter, id quod obliuiscar aliquãdo, sibi amicior, quàm mihi. Deinde hoc ita fit, vt viri fortes, etiam si ferro inter se comminus decertarint, tamé illud contentionis odium simul cum ipsa pugna, armísque ponant. Atqui [d] me ille odisse, nunquá potuit, ne tum quidé cùm dissidebamus. *habet hoc virtus, quam tu ne* [e] *de facie quidẽ nosti, vt viros fortes species eius, & pulchritudo etiam in hoste posita delectet.* Equidé dicã ex animo, P. C. quod sentio, & quod vobis audientibus, sæpe iam dixi. Si mihi nunquam amicus C. Cæsar fuisset, sed semper iratus: si aspernaretur amicitiam meã, seséq. mihi implacabilem, inexplicabilémq. præberet: tamẽ ei, cùm tantas res gessisset, gererétq. quotidie, non amicus esse nõ possem. cuius ego imperio [f] non Alpium vallum contra adscensum, transgressionémque Gallorũ, non Rheni fossam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus obiicio, & oppono. Perfecit ille, vt, si montes resedissent, amnes exaruissent, non naturæ præsidio, sed victoria sua, rebúsq. gestis Italiam munitam haberemus. Sed cùm me expetat, diligat, omni laude dignum putet: tu me à tuis inimicitiis absimultatem reuocabis? sic tuis [k] sceleribus reip. prætérita facta refricabis? quod quidem tu, qui bene nosses coniunctionem meam, & Cæsaris, eludebas, cùm à me trementibus omnino labris, sed tamen, cur tibi nomen non deferrem, requirebas. Quanquam, quod ad me attinet, *Nunquam* [k] *istam imminuam curam infitiando tibi*: tamen est mihi considerandum, quantum illi, tantis reip. negotiis, tantóque bello impedito, ego homo amicissimus, solli citudinis, atque oneris imponam. nec desperò tamen, quanquam languet [l] iuuentus. nec [m] perinde, atque debeat, in laudis & gloriæ cupiditate versatur [n], futuros aliquos, qui abiectum

a τὸ ὕπλα ἐλλὰ τῇ τέχνῃ γε τὰ γνώσαν τὴν ἔριν ἐκείνῃ ὑπείκειν δ' ἀρετ. Has voces tribuit Ciceroni Plutarchus.*
b L. linguæ.
c L. nisi tu expedisses.
d fort. iudicasti,
e L. ad perniciem, non dicam &c. & ita vic.
f L. Tu quid tu apud quos, tu de quo
P. XCVI.
g al. esse voluit.
h fort. collocarant,
P. B.
a al. pridem.*
b fort. me Cn. Pompeius, vt omnib.
c L. iámne vides,
d v. c. Atque me ille P. XCVII.
e Ne de facie quidem nosse, species prouerbij.*
f L. imperium non Alp. valli. contra adscensum, &c. al. cuius ego imperium, non Alpium vallum, adscensuri, transgressionique. G.
g fort. ad simultatem C. Cæsaris reuoc.
h L. tuis sceleribus. præsentib. præterita facta r.
i al. facta.*
k Versus est senarius è poeta aliquo vetere.*
l al. vt languet.*
m L. nec protinde, atq.
n al. versetur.*

a Abiectũ ca dauer quæ antea dixi.*

abiectum [a] hoc cadauer consularibus spoliis A nudare non nolint, præsertim tam afflicto, tam infirmo, tam eneruato reo: qui te ita gesseris, vt timeres, ne indignus beneficio videreris, nisi eius, à quo missus eras, simillimus exstitisses. An verò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperij tui, sta gésq. prouinciæ? quas quid in nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis voluationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus.

P. B.

b DE CRVDELITATE Pisonis.*

¶ Notata à nobis sunt, & prima illa scelera in B haduentu, cùm, accepta pecunia à Dyrrhachinis ob necẽ hospitis tui Platoris, eius ipsius domum euertisti, cuius sanguinem addixeras, cúmque, seruis symphoniacis, & aliis muneribus acceptis, timentem, & [c] multùm dubitantem confirmasti, & Thessalonicam fide tua venire iussisti. quẽ ne maiorum quidem more supplicio affecisti, cùm miser illud securibus hospitis sui ceruices subiicere gestiret: sed ei medico, qué tecũ eduxeras, imperasti, vt venas hominis incideret. Tum [d] quidẽ tibi etiã accessio fuit ad necẽ Platoris, Pleuratus eius comes. quem necasti verberibus, summa senectute cõfectum. Idémque tu Raboeentum, Bessicæ gentis principem, cùm [e] tu trecentis talentis regi Cotto fvendidisses, securi percussisti: cùm ille ad te legatus in castra veniret, & tibi magna præsidia, & auxilia à Bessis, peditum, equitúmq. pollicereture neq. cum solùm, sed etiã ceteros legatos, qui simul venerãt: quorũ omniũ regi capita Cotto vendidisti. Denselet sh, quæ natio semper obediens huic imperio, etiam in illa omniũ barbarorum defectione Macedonia, C. Sextium prætorem tutata est, nefarium bellum, & crudele intuisti: ísque cùm fidelissimis sociis vti posses, hostibus acerrime malsuisti. Ita perpetuos defensores Macedoniæ, vexatores ac perditores effecisti, vectigalia nostra perturbaruut, vrbeis ceperunt, vastarunt agros, socios nostros in seruitutem abduxerunt, familias i [a] rripuerunt, pecus abegerunt, Thessalonicenses, cùm oppido desperassent, munire arcem coegerunt. A te Iouis [k] Velsuri fanum, antiquissimum barbarorum sanctissimúmque direptũ est. tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerũt: qui cùm vno genere morbi affligerentur, neque se recreare quisquam posset, qui semel incidisset: dubitabat nemo, quin violati hospites, legati necati: pacati, atque socij, nefario bello lacessiti, fana vexata, hanc tantã efficerent vastitatem. Cognoscis ex particula parua, lscelerum & crudelitatis tuæ genus vniuersum.

c L. multúmque dubitantem

d L. cùm qui demit.

e al. cùm trecentis tal. al. cùm te trecẽtis

f qui Carus 3. Florus 4. & Cotys, alio & Tanito. 2 Annalium.*

g Bessi Thraciæ populi, Straboni 7. Appiano in Illyr cis. Eutrop. 1.*

h Denseleti hi etiã dicũtur Plinio 4. c. 11. in pr. & Straboni 7. ἀφανισθέντα.*

i L. familias abripuerunt. al. matresfamilias.*

k forte. Iouis Vrij fan. || quod tantum in ore & facibus Euxini Ponti. Cicero. XCVIII. ro act. 6. in Verremmittit Iouis Vrij vt & Arranus.*

l al. perparua m DE AVARITIA Pisonis.*

¶ Quid [m] auaritiæ, quę criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? Generatim ea, quę maximè nota sunt, dicam. Nónne sestertiũm centies, & octogies, quod, quasi vasarij [n] nomine, in venditione mei capitis adscripseras, ex ærario tibi attributum, Romæ in quæstu reliquisti? nónne cùm cc. talenta tibi Apolloniatæ Romæ dedissent, ne pecunias creditas soluerent, vltro Fusidium [o], equitem R. hominem ornatissimum, creditorem, debitoribus suis addixisti? nónne, hibernacùm legato, præfectóq. tradidisses, euertisti miseras funditus ciuitates: quæ non solùm bonis sunt exhaustæ, sed etiã nefarias libidinum contumelias, turpitudinésq. subierunt. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honoratij? *si quidem potestvi, & vietu extortum honorarium nominari*, quod cum [a] pleræque omnes, tum acerbissime Bœotij, & Byzantij, Cherronenses [b] Thessalonica fensit, vnus tu dominus, vnus æstimator, vnus venditor, tota in prouincia, per triennium, frumenti omnis fuisti. Quid ego rerum capitalium quæstiones, reorum pactiones, redemtiones, acerbissimas damnationes libidinosissimas liberationes proferam? tantum locum aliquem cùm mihi notum [c] senseris, tecũ ipse licebit, quot & in eo genere, & quanta sint crimina, recordere. Quid? illam armorum officinam ecquid recordaris, cùm omnis totius, prouinciæ pene corpe compulso, pellium [d] nomine omnem quæstum illum domesticum, paternúmque renouasti? videras enim grãdis iam puer, bello Italico [e], repleri quæstu vestram domum, cùm pater armis faciendis tuus præfuisset. quid? vectigalem prouinciam, singulis rebus, quęcumq. venirent, certo portorio impositio, seruis tuis publicanis à te factam esse meministi? quid? centuriatus palàm venditos? quid? per tuum seruulum ordines assignatos? quid? stipendium militibus per omnes annos àciuitatibus, mensis palàm propositis, esse numeratum? quid illa in Põtum profectio, & onatus tuus? quid debilitatio, atq. abiectio animi tui, Macedonia prætoria nuntiata, cùm tu non solùm quòd tibi succederetur, sed quod Gabinio nõ succederetur, exsanguis, & mortuus concidisti? quid quæstor ædilitius reiectus? prætor positus? legatorum tuorum turpissimus, optimus abs te quisque violatus? tribuni militum non recepti? M. Bæbius, vir fortis, interfectus iussu tuo? quid, quòd tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis, in fordidissimis, lamentis, luctúque iacuisti? quòd populari illi sacerdoti h sexcentos ad bestias amicos sociósque misisti? quid, quòd, cùm fustitetare vix posses mærorem tuum, dolorémque decessionis, Samothraciam te primùm, inde Thasum cum tuis teneris saltatoribus, & cum Antobulo k Arhamante, & Timocle, formosis fratribus, contulisti? quid, quòd, cùm inde te recipiens, in villa Leucadiæ, quæ l fuit vxor exegisti, iacuisti mærens aliquot dies, atque inde ortus soleres Thessalonicam, omnibus inscientibus, noctúque venisti? qui cùm concursum plorantium, ac tempestatem querelarũ ferre nõ posses, in oppidum deuium Beroã [m] perfugisti: quo in oppido cùm tibi spe falsa, quòd Qu. Anchatium non esse successurum putares, animos rumor inflasset: quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innouasti? Mitto aurum [n] coronarium, quod te diutisimè torsit cùm modo velles, modò nolles. lex. n. generi tui & decerni, & [o] te accipere vetabat, nisi decreto triumpho. In quo tu, accepta tamen, & deuorata pecunia Vtinachorum P. centum talenta euomere non poteras: vocabula tantùm pecuniarum, & genera mutabas. Mitto diplomata tota in prouincia passim data: mitto numerum nauium, summámque prædæ: mitto rationem exacti, imperatíq. frumẽti: mitto ereptam libertatem populis, ac singulis, qui erant affecti præmiis nominarum, quorum nihil est quod nõ sit lege Iulia 9, ne [r] fieri liceat, sanctum diligenter. Æ-toliam, quæ procul à barbaris disiuncta gentibus in sinu pacis posita, medio fere Græciæ

a L. cùm plerãq. omnes, b L. Cherronenses, al. Cherronesepses.

c L. notum si se senseris.

d Pelles hic pro papilionibus: quo significatu vsurpatur 2 Ciceron in Lucullo, Liuio 5.*

e quod & sociale*

f hi fabricẽses & fabrorum præfecti.*

g al. prępositus homotur pissimus legatorum tuo rum optimus abs te quisquiol.

h Sacerdos hic pro ludo ruminofitro videtur accipi.*

i al. inde Thasum, mẽ dond.*

k L. Autobulo, || L. quæ fuit vxor Execisti, al. quæ fuit vxoris Aegisti.*

m al. Beroea*

P. XCIX.

n Aurum coronarũ quid vide Gellii* o L. & accipere vet.

p al. vt in Achæorum cẽ tum talentis euomere nõ poteras.*

q Diplomata, litteræ publicæ.*

r L. ne fieri possit sanctũ diligenter.

gremio continetur, (ô pœna, ô furia sociorum!) decedens, miseram perdidisti. Arsinoen [a], Thracum [b], Neopactum, vt modò tute iudicasti, nobileis vrbeis, atque plenas fateris ab hostibus esse captas. Quibus autem hostibus? nempe iis, quos tu Ambracię sedens, primo tuo aduentu ex oppidis Agrinatum [c], atque Dolopum demigrare, & aras, & focos relinquere coegisti. Hoc tu in exitu, præclare imperator, cùm tibi ad pristinas cladeis accessio fuisset Ætolię repentinus interitus, exercitum dimisisti: neque vllam pœnam: quæ tanto facinori deberetur, non maluisti subire, quàm numerum tuorum militum, reliquiásque cognoscere. Atque, vt deorum Epicureorum similitudinem in re militari, imperióque videatis: Aloucius, cùm in Sardinia triumphasset, Romæ damnatus est: hic cùm similem exitum spectaret [d], in Macedonia tropæa [e] posuit: eáque, quæ bellicæ laudis, victoriáque omnes gentes insignia, & monumenta esse voluerunt, noster hic pręposterus imperator, amissorum oppidorum, cæsarum legionum, prouinciæ prędio, & reliquis militibus orbatæ, ad sempiternum dedecus sui generis, & nominis indicia constituit, idémque, vt esset, quod in basi tropæorum inscribi, inscribíq. posset, Dyrrhachium vt venit, decedens, obsessus est ab iis ipsis militibus, quos paullo ante, Torquato respõdit beneficij causa ab se esse dimissos. quibus cùm iuratus affirmasset, se, quæ deberentur, postero die per soluturum, domũ se abdidit: inde nocte intempesta, crepidatus, veste seruili, nauem cõscendit, Brundisiúmque vitauit, & vltimas Adriani [g] maris oras petiuit: cùm interim Dyrrhachij milites domum, in qua istum esse arbitrabantur, obsidére cœperunt, &, cùm latere hominem putarent, igneis circundederũt. quo m tu commoti Dyrrhachini, profugisse noctu crepidatũ imperatorem indicauerunt. Illi autem statuam, istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbãt, affligunt, comminuunt, dissipant. Sic odium, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem, ac simulacrum profunderunt. ¶ Quæ [h] cùm ita sint, non dubito, quin, cùm hæc, quæ excellunt, me nosse videas, nõ existimes. me diam illam partem, & turbã flagitiorum tuorũ mihi esse inauditam. nihil est, q me horte re: nihil est, q inuites. admoneri me satis est. admonebit autẽ nemo alius nisi reip. tẽpus qđ mihi quidem magis videtur, quàm tu vm quã arbitratus es, appropinquare. Ecquid vides, ecquid sentis, lege i iudiciaria lata quos posthac iudices simus habituri? nonk quẽ legetur quisquis voluerit: nec, q quis noluerit nõ legetur, nulli coniicientur l in illũ ordinẽ, nulli eximẽtur: nõ ambitio ad gratiam, non iniquitas ad m simulationẽ coniicietur n. iudices iudicabunt ij, quos lex ipsa, non quos hominum libido delegerit. Quod cùm ita sit, mihi crede, neminem inuitus o inuitabis: res ipsa, & reip. tempus aut mẽ ipsum, quod nolim, aut alium quempiam, aut inuitabit, aut dehortabitur. Equidem, vt paullo ante dixi, nõ eádem supplicia esse in hominibus existimo, quæ fortasse plerique, damnationes, expulsiones, neces: denique *nullam mihi pœnam videtur habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod sapienti, quod bono viro, & ciui potest,*

a L. Arsinoẽ, Stratũ, Naupactum.
b al. Thrachinium.*
c L. Agræorũ, al. Agrianum. ¶ vt fit Agrei populi cuius meminit Stephanus.*
d L. expectaret. e al. trophæa* P. B.
f & inscribi, Lacidq. poss.
g al. Hadriani ſic apud Horatium. Odar. 16. siue mari liber Adriano. Alii rame legunt Adriatici.*
h PERORATIO.*
i L. Legẽ iudiciariam videturne intelligere quæ à L. Aurelio Cotta lata, vt Senatores non æqualibus & tribunis ærariis iudicaret C. CLX. Cuius apud Ciceronẽ frequens mentio.*
k L. nõ enim legetur quisquis
l L. coniicẽtur
m L. inuitabit inuitum.*

Damnatio ista, quæ in te flagitatur, obtigit [a] P. Rutilio quod speciem habuit hæc ciuitas innocentiæ. maior mihi iudicum, & reip. pœna illa visa est, quàm Rutilij. L. Opimius eiectus [b] est à patria, is, qui prætor, & consul, maximis remp. periculis liberarat. non in eo, cui facta est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, scelleris, ac conscientiæ pœna remansit. At contra bis Catilina absolutus [c]: emissus etiam ille auctor tuus prouinciæ, cùm stuprum Bonæ deæ puluinaribus intulisset. Quis fuit tanta ciuita te, qui illum incestod liberatum, non eos, qui ita iudicarunt, pari scelere adstrictos arbitraretur? An ego exspectem, dum de te quinque, & septuaginta tabellæ diribeantur [e], de quo iampridem omnes mortales omnium gentium, ætatum, ordinum iudicauerunt? quis enim te aditu, quis vllo honore, quis denique communis salutatione dignum putet? omnes memoriam cõsulatus tui, facta, mores, faciem deniq; ac nomen à rep. derestantur. legati, qui vnà fuere, alienati: tribuni militum inimici? centuriones, & si qui ex tãto exercitu reliqui milites exsistunt [f], non dimissi abs te, sed dissipati, te oderunt, tibi pestem exoptant, te exsecrantur. Achaia, exhausta: Thessalia, vexata: laceratæ Athenę: Dyrrhachiũ, & Apollonia, exinanita: Ambracia, direpta: Parthini, & Bullienses [g], illusi: Epirus, excisa [h]: Locri, Phocij, Bœotij, exusti: Acarnania, Amphilochia, Perrhæbia, Arthamanúmque gens, vendita: Macedonia, condonata barbaris: Æolia, amissa, Dolopes, finitimíq. montani, oppidis, atque agris exterminati: ciues Romani, qui in i iis locis negotiantur, te vnum, solum, suum depeculatorem, vexatorem, prædonem, hostem, venisse senserunt. Ad horum omnium iudicia tot, atq; tanta domestici iudiciũ accessit sententiæ damnationis tuæ: occultus aduẽtus, furtiuum iter per Italiam, introitus in vrbem desertus ab amicis, nullæ ad senatum è prouincia litterę, nulla trinis [k] ęstiuis gratulatio, nulla triumphi mentio: non modò quid gesseris, sed ne quib. in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte, & seminario l triumphorum cùm arida folia laureę retulisses: cùm ea abiecta ad portam reliquisti: tum [m] tu ipse de te sententiam tulisse videris tum iudicium pronuntiauisti. qui si nihil gesseras dignum honore, vbi exercitus? vbi sumtus? vbi imperium? vbi illa vberrima supplicationib. trium phisq. prouincia? sin autẽ aliquid sperare volueras, si cogitaras id, quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa triumphea, plena dedecoris, & risus, te commentarum esse declarant: quis te miserior, quis te damnatior, qui neq. scribere ad senatum, *à te bene remp. esse gestam*, neq. præsens dicere ausus es? an tu mihi cui semper ita persuasum fuerit, *non euentu, sed factis: cuiusque fortunam ponderari* [n], dicere audes, neque in tabellis paucorum iudicum, sed in sententiis omnium ciuium, famam nostrã, fortunámq. pendere? te indemnatum videri putas, quẽ socij, quem fœderati, quem liberi populi, quẽ stipendiarij, quem negotiatores, quem publicani, quem vniuersa ciuitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui mortem effugerũt, omni cruciatu dignissimum putant? cui nõ apud senatum, apud illum [o] ordinẽ, non apud equites R. non in vrbe, non in Italia, maximorum scelerum venia

a al. contigit.
b L. eiectus est è patria,
c fort. remansit pœna.
d al. incestu,
e lib. vulg. diripiantur. mss. dosc. ¶ Diribere porro est distribuere, al. dirimantur.*
f L. exstant,
g Stephano & Cæsari ex Cõment. Bullidenses: Strabone, & Plinio, Bullones Illyrici populi.*
h L. in his.
i L. ex trinis æstiuis. al. ex ternis æst.
l subaudi Macedonia.*
m L. tum tu ipse de te FE CISSE VIDERI, pron.
n L. ponderari neq. è tabellis paucorum iudicum, sed è sent. omn. c. f. nostr. fort. q. pẽ dere: te indemn.
o L. vllum.

a L. qui te ipsum oderis? qui metuas omneis? qui tuam caus. n. comm. audeas? q. te ipsi condemnes?

vilo ad ignoscēdum dari possit? qui a se ipsum oderit, qui metuat omneis, qui suam causam nemini cómittere audeat, qui se ipsum cōdemnet? Numquā ego sanguinem expetiui tuum: numquam illud extremum, quod posset esse improbis, & probis commune supplicium, legis, ac iudicij, sed abiectum, contemtum, despectum à ceteris, à te ipso desperatum, & relictum: circumspectantem omnia: *quia quid morepuisset, pertimescentem*: diffidentem tuis re-

A bus: sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine vlla specie consulari: horrentem, tremētem, adulantem omnibus, videre te volui: vidi. Quare, si tibi euenerit, quod metuis, ne accidat. equidem non molestè feram. sin id tardiùs forte fiet, fruar tamen tua indignitate: nec minùs libenter metuentem videbo, ne reus fias, quàm reum. nec minùs lętabor, cùm te semper sordidum[b], quàm si paullisper sordidatum [c] viderem.

b Sordidus, illuuie sqna lidus: sordida tus qui sordi da reorum veste amictus.*

c antea sordidatum.*

P. B.

PRO T. ANNIO MILONE.

ORATIO[a] TRICESIMAOCTAVA.

a Hanc orationem scripsit Cic. cùm Milo esset in ipso exilio Asco. Dio. 40 Quæ acta est & excepta nō extat. Asconius 4. Quinctil. j.*

SYNOPSIS.

¶ Quæstio, *An Clodius iure à Milone cæsus sit.* Accusatores, *Appius, M. Antonius, P. Valerius Nepos.* Reus, *T. Annius Milo.* Patronus Milonis, *Cicero*, Acta *in foro, (vbi Pompeius disposuerat armates milites cum ipse præsidio ad ærarium præsideret Anno vrbi 701.* Euentus, *Milo in exilium actus commotis iudicibus vel ipso facto Milonis quòd huic iudicio magno animo fuisset, neque cervicem, neque vestem, reorum more mutasset.* Plutarchus in Cicerone.

b BXORDIVM.*

TSI [b] vereor, iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipiētem, timere, mini mēq. deceat, cùm T. Annius Milo ipse magis de reipublicæ salute, quàm de sua perturbetur, ne ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse, tamen hęc noui iudicij noua forma terret oculos: qui, quocumque incide-

B rint [c], veterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum minimè vident. non enim corona cōcessus vester cinctus est, vt solebat: non vsitata frequentia stipati sumus. nam illa præsidia, quæ prod templis omnibus cernitis, etsi cōtra vim collocata [c] sunt, non afferunt tamen oratori [f] aliquid, vt in foro, & in iudicio, quamquam præsidiis salutaribus, & necessariis sæpti sumus, tamen ne nō timeri quidem sine aliquo timore possimus. Quæ si oppositа Miloni putarem: *cederem temporiē*, iudices, nec inter tantam vim armorū existimarem oratori i locum esse. Sed me recreat, & reficit Cn. Pompeij, sapientissimi, & iustissimi viri, consilium: qui profectò nec iustitiæ suæ putaret esse quem reum sententiis

C iudicum tradidisset, eundē telis militum dedere, nec sapientiæ [k], temeritatem concitatæ multitudinis auctoritate publica armare. Quamobrē illa arma, centuriones, cohortes, non periculū nobis, sed præsidiū denuntiant. neq. solùm, vt [l] quieto, sed etiam vt magno animo simus hortantur. neque auxiliū modò defensioni meæ, verùm etiā silentium pollicentur. Reliqua verò multitudo, quę quidem est ciuium, tota nostra est. neque eorum quisquā, quos vndiq. intuēteis [m] ex [n] hoc ipso loco

D cernitis, vnde aliqua pars fori adspici potest, & huius exitum iudicij expectanteis, nō cùm virtuti Milonis fauet, tū de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat. Vnū genus est aduersum, infestūq. nobis, corū, quos P. Clodij furor rapinis, & incēdiis, & omnib. exitiis publicis pauit [a]: qui hesterna etiā cōcione incitati sunt, vt vobis *voce præirent*, quid iudicaretis. quorū clamor siquis [b] forte fuerit, admonere vos debebit, vt eum ciuē remeatis, qui semper genus illud hominum clamorésq. maximos pro vestra salute neglexit. Quamobrem *adeste animis*, iudices, & timorē, si quem habetis, deponite. Nā, si vnquā de bonis & fortibus viris: si vnquā de benemeritis ciuibus potestas vobis iudicādi fuit: si demiq. vnquā locus amplissimorū ordinum delectis [c] viris datus est, vbi sua studia erga forteis, & bonos ciueis, quę vultu, & verbis sæpe significassent, re, & sententijs declararent. hoc profectò tempore eā potestatem omnē vos habetis, vt statuatis, vtrum nos, qui semper vestræ auctoritati dediti fuimus, sem per miseri lugeamus. an diu vexati à perditissimis ciuib[9], aliquando per vos, aed vestrā fidē, virtutē: sapiētiámg. recreemur. Quid enim nobis duobus, iudices, laboriosius, quid magis sollicitum, magis exercitū, dici, aut fingi potest: qui spe amplissimorū præmiorū ad remp. adducti, metu crudelissimorū exitiorum [e] carere non possumus? Equidem cereras tempestates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper putaui Miloni esse subeundas, quòd semper pro bonis contra improbos senserat. in iudicio verò, & in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus amplissimi viri iudicarent, numquam existimaui spem vllā esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modò exstinguendā, sed etiam gloriā per taleis viros infringendam. ¶ Quam quam [f] in hac causa, iudices, T. Annij tri-

c I. incidērunt, & ita v.c.

d pro templis, est ante templa.*

e L. collocata sunt: afferunt tamen oratori horroris aliq.

f al. horreris al. terroris.* gal. temporibus iud.

g al. nec eniminer.*

h sapientum nō est temeritatē concitatæ multitu dinis auctoritate publica armare.*

i al. vt a quo sed

k L. & v.c. intuenteis, vnde aliqua pars fori adspici potest, & huius exitum iud. exspectanteis, videtis, non cùm al. confluentes. al. contuentes.* in quibusdā absunt hæc verba hoc ipso loco cernitis, & pest legitur, exspectanteis videtis.*

l P. CII.

a al. parauit.*

b L. si qui f.

c I. dilectis.

d L. aperve fili, & ita v.c.

e L. supplicio rum car.

P. B.

f PROPOSITIO.*

natu, rebus omnibus pro salute reipublicæ gestis ad [a] huius criminis defensionem non abutemur, nisi *oculis videritis* insidias Miloni à Clodio factas: nec deprecatori sumus, vt crimen hoc nobis multa propter præclara in rempublicam merita condonetis: nec postulari, vt [b], si mors P. Clodij salus vestra fuerit, idcirco eam virtuti Miloni potius, quàm populi Romani felicitati assignetis. sed [c] si illius insidiæ *clariores* hac luce fuerint, tum deniq. obsecrabo, obtestabórque vos, iudices, si cetera amissimus, hoc saltem nobis vt relinquatur, ab inimicorum audacia, telisque vitâ vt impunè liceat defendere. ¶ Sed, antequàm [d] ad eam orationem venio, quę est propria nostræ [e] quæstionis, videntur ea esse tetuanda, quæ [f] in senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sępe iactata sunt, & in cõcione etiã paullò antè ab accusatoribus: vt, omni errore sublato, tũ planè, quę venit in iudiciũ, videre possitis. ¶ *Negant intueri lucem esse fas ei, qui à se hominẽ occisum esse fateatur.* In qua tandem vrbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primùm [h] iudicium de capite vidit M. Horatij, fortissimi viri: qui, nondum libera ciuitate, [k] populi Rom. comitiis liberatus est, cum sua manu sororem interfectam esse fateretur. An est quisquã, qui hæc ignoret, *cum de homine occiso quæratur, aut negari solere omnino esse factũ: aut rectè aut iure factũ esse defendi?* Nisi verò existimatis, dementẽ P. Africanũ fuisse qui cũm [l] à C. Carbone, tribuno plebis, in [m] concione seditiosè interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit, *iure cæsum videri.* Neque enim posset aut [n] Hala ille Seruilius, aut P. Nasica [o], aut L. Opimius P. aut C. Marius, [q] aut, me consule, senatus non nefarius haberi, si sceleratos [r] ciueis interfici nefas esset. Itaque hos, iudices, non sine causa fictis [s] tabulis [t] doctissimi homines memoriæ prodiderunt, *eum, [u] qui patris vleiscendi causa, matrem necauisset, ariatis [x] hominum sententijs, non solum humana [y], sed etiam deæ sapientissimæ sententia liberatum.* [z] Quòd si duodecim [a] tabulæ *noctvrnum furem, quoquo modo diurnum autem, si se telo defenderit, [b] interfici impunè voluerunt:* quis est, [c] qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendũ putet, cùm videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus? Atquì *& tempus est vllum iure hominis necandi, quæ multa sunt, certè illud est non modò iustum, verùm etiam necessarium, cùm vi vis illata defenditur.* Pudicitiam cùm eriperet militi tribunus militaris [e] in exercitu C. Marij, propinquus eius imperatoris: interfectus ab eo est, cui vim afferebat. facere enim probus adolescens periculosè, quàm perpeti turpiter maluit. atque hũc ille vir summus, scelere solutum, periculo liberauit. Insidiatori verò, & latroni, quæ potest afferri [f] iniusta nex? Quid comitatus nostri? quid gladij volunt? quos habere certè non licebit, si vti illis nullo pacto liceret. *Est [g] enim hæc, iudices, non scripta, sed innata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Silent enim leges inter arma, nec se exspectari id iubent, cùm ei, qui exspectare [e] velit, ante iniusta pœna [f] luenda sit, quàm iusta repetenda.* Et si persapienter, & quodammodo tacitè, *dat ipsa lex potestatem defendendi: quæ non modò hominem occidit, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat: vt [h], cùm causa, non telum quærere etur. qui sui defendendi causa telo esset [i] vsus non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur.* Quapropter hoc maneat in causa, iudices. non enim dubitò, quin probaturus sim vobis defensionem meã, si id memineritis, quod obtiuisci non potestis insidiatorem iure interfici posse. ¶ Sequitur illud, quod à Milonis inimicis sæpissimè dicitur, *Eadem qua P. Clodius occisus est, senatum iudicasse contra rempublicam esse factam.* Illam verò senatus non sententiis suis solùm: sed etiam studiis comprobauit. Quoties enim est illa causa à nobis acta senatu? quibus assensionibus vniuersi ordinis [k] quàm nec tacitis, nec occultis? Quando enim frequentissimo senatu quattuor, ad summum quinque sunt inuenti, qui Milonis causam non probarent? declarant huius ambusti [l] trib. pleb. illæ intermortuæ conciones, quibus quotidie meam potentiam inuidiosè criminabatur, cùm diceret, *senatum non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere.* Quę quidem si potentia est appellanda potiùs, quàm [k] propter magna in rempubl. merita mediocris in bonis causis auctoritas, aut propter officiosos labores meos nonnulla apud bonos gratia: appellatur ita sanè, dummodò ea nos vtamur pro salute bonorum contra amentiam perditorum. Hãc verò quæstionem, etsi non est iniqua, numquam tamen senatus constituendam putauit. erant enim leges, erant quæstiones, vel de cæde, vel de vi, nec tantum mœrorem, ac luctum senatui mors P. Clodij afferebat, vt noua quæstio constitueretur. Cuius enim, senatui, de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta, de eius interitu quis potest credere senatum iudicium nouum constituendum putasse? Cur igitur incendium curiæ, oppugnationem ædium M. Lepidi, cædem hanc ipsam, contra rempublicam senatus factam esse decreuit? *Quæ nulla vis vmquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues, non contra rempublicam. Non enim est vlla defensio contra vim vmquam optanda: sed non numquam est necessaria.* Nisi verò aut [l] ille dies in quo Ti. Gracchus est: cæsus aut ille, quo Caius aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiam si è republica, rempublicam tamen non vulnerarunt. Itaque ego ipse decreui, cùm cædem in [m] Appia factam esse constaret, *non eum, qui se defendisset, contra remp. fecisse: sed, cùm ineſſet in re vis, & insidiæ crimen iudicio reseruaui, re notaui.* Quòd si per furiosũ illũ tribunũ, senatui, quod sentiebat: perficere licuisset, nouâ quæstionẽ nũc nullã haberemus decernebat enim. *Vt veteribus legib. tantùmodò extra*

a *sic v. c. al.* ad eius cer.

b L. Vt, quia mors P.

c L. sin illius insid.

d CONFVTATIO.*

e L. vestræ quæst.

f L. quæ & in senatu ab inimicis sæpè iactata sunt, & in cõcione sæpe ab improbis, & paullò antè ab acc. *& ita v. c.*

g Homicidæ lucem ipsutcri nefas.*

h Primum iudicium capitis Romæ M. Horatij.* i vide Liuiũ 1. Halicarnas. 3. & Valer. 1.* k exẽpla eorum qui Romæ parricidij seu homicidij absoluti* l vide Liuiũ 36. 6. Valer. 2.*

m L. seditiosè in concione int.

P. CIII. n L. aut Ahala ille Liuius 45. Valer. 3.* o qui priuatus T. Gracchum occidit Liuius 58. Plutarch. in Gracchis 5. Val. 3. & 5. c. 2.* p qui consul C. Gracchum occidit. Appianus 1. ciuil. Plutarch in Gracch.* q quo consule L. Apulei Saturninus occisus. Appianus 1. ciuil. Plutarc. 3. Valer. 2.* r Catilinarios.*

s L. etiam fabulam vide apud Demosthenẽ orat. aduers. Aristocrat.* t Orestem.* x id est Areopagitarum. Alij legunt deorum. Nã Oresten V. II. diis in Areopago sedentibus & Eumenidibus accusantibus, dicitur à sex condemnatus, ab aliis sex absolutus. *Alij* legunt, variatis sententijs.* y *L.* diuina, sed etiam. z Varro Eumenidibus apud Nonium, Dico vicisse Orestẽ vos facessite.* a dixi ad leges XII. tabularum.* b *L.* defenderet. c *al.* eum à quoquomodo.* d *L.* pœnitendum putet, *& ita v. c.* e C. Clodius scilicet. f à Trebonio cui vim inferebat interfectus. meminit Cicero 2. de Inuentione Plutarchus in Mario.* f Ibidem Dinarchus & Aristides Smyrneus in Panathenaicis. adde Aeschylum.* g *L.* inferri iniusta nex? *& ita v. c.*

a citatur hic locus in oratore.*

b vim vi repellere natura licet.*

c *legendum* est, nec exspectari.*

P. B. *dal.* spectari* e *al.* spectare.*

f *al.* pœna sit luenda. q.

g Lambinus putat hunc locum corruptum esse. Ego sincerum esse existimo hoc sensu cum causa non teli gestatio quæritur, id est dãnatur, sanè qui sui defendendi causa telo est vius non hominis occidẽdi causa habuisse telum iudicatur.*

h *L.* effet vsus: so defendisse, non hominis occidendi, sed sui defendendi causa telum habuisse. Italiæ lectiones ad hunc locus vide apud Lambinum.*

i T. Munatij Planci Bursæ trib. pleb. qui curiã incẽderat. Philipp. 6.*

P. CIIII. k *L.* quam aut pr. *& ita v. c.*

l *L.* aut ille dies, quo

m *L.* Invia Appia. f. *& ita v. c.*

extra ordinem quæreretur. Diuisa sententia est, postulante nescio quo, nihil enim necesse est omnium [a] flagitia proferre. sic reliqua auctoritas senatus, emta intercessione sublata est. At enim Cn. Pompeius rogatione sua & de re, & de causa iudicauit. tulit enim de cæde, quæ in Appia via facta esset: in qua P. Clodius occisus [b] fuit. Quid ergo tulit? *nempe vt quæreretur.* Quid porrò quærendum est? factúmne sit? At constat. à quo? At [c] patet. Vidit [d], etiam *in [e] confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse.* Quod nisi vidisset, posse ablolui eum, qui fatetur: cùm videret nos fateri: neque quæri vmquam iussisset, nec [f] vobis tam salutarem [g] hanc in iudicando litteram, quàm illam tristem dedisset. Mihi verò Cn. Pompeius non modò nihil grauius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur, quid [h] vos in iudicando spectare oporteret. Nam *qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendam, non interitum putauit.* Iam illud dicet ipse profectò, quod sua sponte fecit, P. ne Clodio tribuendum putet [i], an tempori. Domi suæ [k] nobilissimus vir, senatus propugnator, atque, illis quidem temporibus, pænè patronus, aunnculus huius nostri [m] iudicis, fortissimi viri, M. Catonis, tribunus pl. M. [n] Drusus, occisus est. Nihil de eius morte populus consultus, nulla quæstio decreta à senatu est. Quantum luctum in hac vrbe fuisse à nostris patribus accepimus, cùm P. [o] Africano domi suæ quiescenti illa nocturna vis esset illata? quis tum non [p] gemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem; si fieri posset, omnes esse cuperent, eius ne necessariam quidem exspectatam esse mortem? Num igitur vlla quæstio de Africani morte lata est? Certè nulla. Quid ita? Quia *non alio facinore clari homines, alio obscuri necantur. Interfit inter vitæ dignitatem summorum, atque infimorum. mors quidem illata per scelus ijsdem pœnis teneatur, & legibus.* Nisi fortè magis erit parricida [q], si quis consularem patrem, quàm si quis humilem necauerit: aut eo mors atrocior erit P. Clodij, quòd is in monumentis maiorum suorum sit interfectus. Hoc enim sæpe [r] ab istis dicitur. perinde [s] quasi Appius ille Cæcus viam [t] munierit, non qua populus vteretur, sed vbi impunè sui posteri latrocinarentur. Itaque in eádem ista Appia via, cùm ornatissimum equitē Romanum M. Papirium [u] occidisset, non fuit illud facinus puniendum [x], homo enim nobilis in suis monumentis equitem Romanum occiderat. Nunc eiusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? quæ cruentata anteà cæde honesti, atque innocentis viri, silebatur, eádem nunc crebrò vsurpatur, posteaquàm latronis, & [y] parricidæ sanguine imbuta est. Sed quid ego illa [z] commemoro? comprehensus [a] est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pompeiū interficiendū collocarat. extorta est cōfitenti sica [b] de manibus. caruit foro posteà Pōpeius: caruit senatu, caruit publico. ianua se, ac parietibus, nō iure legum iudiciorúmque texit. Num [c] quæ rogatio lata? num [d] quæ noua quæstio decreta est? Atqui, si res, si vir, si tempus vllum dignum fuit, certè hæc in illa causa summa omnia fuerunt. Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso senatus: ei viro autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis: eo porrò reipublicæ tempore, quo si vnus ille occidisset, non hæc solùm ciuitas, sed gentes omnes concidissent. nisi [a] fortè quia perfecta res non est, non fuit puniendа [b]: *perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur,* minùs dolendum fuit re non perfecta, sed [c] puniendum certè nihilo minùs. Quoties ipse, iudices, ex P. Clodij telis. & [d] ex cruentis eius manibus effugi? ex quibus si me non mea, vel reipublicæ fortuna seruasset, quis tandem de interitu meo quæstionem tulisset? Sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompeium, nosmetipsos, cum P. Clodio conferre audeamus. tolerabilia fuerunt illa: P. Clodij mortem æquo animo nemo ferre potest. luget senatus: mæret equester ordo: tota ciuitas confecta senio est: squalent municipia: afflictantur coloniæ: agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum ciuem desiderant. Non [e] fuit ea causa, iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam: sed homo sapiens, & [f] alta quadam mente præditus, multa vidit: fuisse sibi illum inimicum, familiarem Milonem. in communi omnium lætitia si etiam ipse gauderet, timuit, ne videretur infirmior fides recōciliatę gratię. multa etiam alia vidit, sed illud maximè: quamuis atrociter ipse tulisset, vos tamē fortiter iudicaturos. Itaque delegit è florentissimis ordinibus ipsa lumina: neque verò, quod nonnulli dictitant, secreuit in iudicibus legendis amicos meos. neque enim hoc cogitauit vir iustissimus, neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiamsi cupiisset. [g] nō enim mea gratia familiaritatibus contineretur, quę latè patēre non possunt, propterea quòd *consuetudines victus non possunt esse cum multis.* sed, si quid possumus, ex eo possumus, quod respublica nos coniunxit cum multis. ex quibus ille cùm optimos viros legeret, idque maximè ad fidem suam pertinere arbitraretur, non potuit legere non studiosos mei. Quòd verò, te, Cn[h]. Domiti, huic quæstiōni præesse maximè voluit, nihil quęsiuit aliud, nisi iustitiam, grauitatem, humanitatem, fidem. tulit, vt consularem necesse esset: credo, quòd *principum munus esse ducebat, resistere & leuitati multitudinis, & perditorum temeritati.* ex consularibus te creauit potissimùm. dederas enim, quàm contemneres populares ineptias, iam ab adolescentia documenta maxima. ¶ Quamobrem i, iudices, vt aliquando ad causam, crimenque veniamus: si *neque omnis confessio est inusitata:* neque de causa quidem nostra aliter, ac nos vellemus, à senatu iudicatum est: & lator ipse legis, cùm esset controuersia nulla facti, iuris tamen disceptationem esse voluit: & electi iudices, & [k] isti præpositus quæstioni, qui hæc iustè, sapientérque disceptet: reliquum est, iudices, vt nihil iam aliud quærere debeatis, nisi, vter vtri insidias fecerit: quod quò facilius argumentis perspicere possitis, rem gestam vobis dum breuiter expono, quæso, diligenter attendite.

a L. omnium me flag. B. B.

b L. occisus est *al.* occisus esset.*

c L. At paret, *al.* Apparet.

d L. Vidit igitur, etiam

e Potuit enim factum fateri, & tamen iure factum defendere.*

f L. neque vobis

g altera salutaris, absolutionis: tristis, condemnationis,*

h v. c. quid nos iudicando sp.

i L. tribuendum putarit, an t.

k v. c. Domui suæ nob.

l apud quem etiam Cato educatus 3. Valer. 1.* *al.* fortissimi &c. rectè. Nam Cato dixit pro Milone, teste Asconio & Quintiliano 5.*

m vide Ciceronem 3. de natura i eius qui quod se Vticę interfecit Vticensis dictus. vide Plutarchum in eius vita: Liuium 70. Velleium 2. Appianum 1. ciuilium: Plinium 66. de viris illustribus: Florum 3. c. 17. o c. 8. Valer. 16.*

p L. non ingemuit? *& ita v. c.*

q L. patricida, *id est* parricida, qui patrem, seu hq. P. C V. minem occiderit.*

r L. ab istis sæpe

s L. proinde quasi

t viam vsque Brundisium lapidibus strauit, vnde Appia dicta: ade Ciceronē pro M. Cœlio, Plin. c. 34. de viris illustrib. Frontinum lib. de aquæ ductibus.* u & paricidæ *sonē* 4. *Parad.* nacis Persicum qua n. vide Asconium.* x L. pœniendum *& ita v. c.* y L. z L. illam a *meminit Cicero pro Sextio: pro domo in Pi-Plutarchum in Pompeio.** b sica gladius breuis instar acinaces. Iosephus 20. antiquit 7. c L. Num quæ r. d *al.*

a L. nisi verò quia

b L. pœniendа. proinde quasi

c L. pœniendum

d *al.* & cruēti P. B.

e L. Non fuit ea causa profectò iudices *& ita v. c.*

f L. alta, & diuina qua d.

g L. cupisset.

h L. L. Domiti. *& ita v. c.*

i TRANSITIO.*

k L. is q. præp.

P CVI.

NARRATIO, qua continentur consilia Clodij, occasio occidendi, Apparatus Clodij, pugna inter Clodium & Milonem, Cædes Clodij, & L. non, vt sit relig.

P.[a] Clodius cùm statuisset omni scelere in prætura vexare rempublicam, viderétque ita tracta esse comitia anno superiore, vt nō multos menses præturam gerere posset: qui non honoris gradum spectaret, vt ceteri, sed & L. Paullum collegam effugere vellet, singulari virtute ciuem, & annum integrum ad dilacerandam rempublicam quæreret: subitò reliquit annum suum, séque in annū proximum transtulit, non[b] religione aliqua, sed vt haberet, quod ipse dicebat, ad præturam gerendam, hoc est, ad euertendam rempublicam, plenum annum, atque integrum. Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram, consule Milone: eum porrò summo consensu populi R. consulem fieri videbat: contulit se ad eius competitores: sed ita, totam vt petitionem ipse solus, etiam inuitis illis, gubernaret: tota vt comitia suis, vt dictitabat, *humeris sustineret*, conuocabat tribus: se interponebat: coloniam[c] nouam, delectum perditissimorum scribebat ciuium. Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies conualescebat. Vbi vidit homo ad omne facinus paratissimus, fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem, idque intellexit non solùm sermonibus, sed etiam suffragiis populi Romani sæpe esse declaratum: palàm agere cœpit, & apertè dicere, occidendum Milonem. Seruos agresteis, & barbaros, quibus siluas publicas depopulatus erat, Etruriámque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. res erat minimè obscura. etenim palàm dictitabat, consulatum Miloni eripi non posse: vitam posse. significauit hoc sæpe in senatu: dixit in concione. quin etiam Fauonio, fortissimo viro, quærenti ex eo, qua spe fureret, Milone viuo: respondit, triduo illum, ad summum quatriduo periturum. quam vocem eius ad hunc M. Catonem statim Fauonius[d] detulit. Interim cùm sciret Clodius (neque[e] enim erat difficile scire) f iter sollemne, legitimum, necessarium, ante diem XIII. Kalendas Feb. Miloni esse Lanuuium ad flaminem prodēdū, quod[g] erat dictator Lanuuij Milo: Roma subitò ipse profectus pridie est, vt ante suum fundum (quod re intellectum est) Miloni insidias collocaret. atque ita profectus est, vt concionem turbulentam, in qua eius furor desideratus est, quæ illo ipso die habita est, relinqueret: quam, nisi obire facinoris locum, tempúsque voluisset, numquam reliquisset. Milo autem cùm in senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est, domum venit: calceos, & vestimenta mutauit: paullisper, dum se vxor, (vt fit) comparat, commoratus est: deinde profectus est id temporis, cùm iam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset, obuiā fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla rheda h, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, vt solebat: sine vxore, quod nunquam ferè: cùm hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum vxore vehetur in rheda, pænulatus i, vulgi magno impedimento, ac muliebri & delicato ancillarum, puerorúmque comitatu. Fit obuiam Clodio ante fundum eius hora ferè vndecima k, aut non multo secus. statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum. aduersi rhedarium occidunt. cùm autem hic de rheda reiecta l pænula, desiluisset, séque acri animo defenderet: illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad rhedam, vt à tergo Milonem adorirentur. partim, quod hunc iam interfectum putarent, cædere incipiunt eius seruos, qui pòst erant: ex quibus qui animo fideli[a] in dominum erant, & præsentes fuerunt, partim occisi sunt, partim cùm ad rhedam pugnari viderent, & domino succurrere prohiberentur, Milonémque[b] occisum etiam ex ipso Clodio audirent, & [c] ita esse putarent: fecerunt id serui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis causa, sed vt factum est) neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod[d] suos quisque seruos in tali re facere voluisset. ¶ Hæc, sicut expositi, ita gesta sunt, iudices: insidiator superatus, *vi victa vis*, vel potius oppressa virtute audacia est. Nihil[e] dico, quid resp. consecuta sit: nihil, quid vos: nihil, quid omnes boni: nihil sanè id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, vt ne se quidem seruare potuerit, quin vnà rempublicam, vósque seruaret. Si id iure non posset: nihil habeo, quod defendam. sin *hoc & ratio docuit, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, vt omnem semper vim, quacumque o-pe possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent*: non potestis hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudicetis, omnibus, qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut vestris sententiis esse pereundum. Quod si ita putasset: certè optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio, non semel ab illo, neque tum primùm petitum, quàm iugulari à vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset. sin hoc nemo vestrùm ita sentit: illud iam in iudicium venit, non occisúsne sit, quod fatemur: sed iure, an iniuria: quod[g] multis antea in causis iam quæsitum est. Insidias factas esse constat: & id est, quod senatus contra remp. factum iudicauit. ab vtro factæ sint, incertum est. de hoc igitur latum est vt quæreretur. Ita & senatus rem, non hominem, notauit: & Pompeius de iure, non de facto, quæstionem tulit. Nunquid igitur aliud in iudicium venit, nisi, vter vtri insidias fecerit? profectò nihil. si hic illi: vt ne sit impunè. si ille huic: tum[k] nos scelere soluamur. ¶ Quónam igitur pacto probari potest, insidias Miloni fecisse Clodium? satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua, docere, magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas *vtilitates* fuisse. Itaque illud Cassianum. *Cui k bono fuerit*, in his personis valeat. etsi boni nullo emolumento impellūtur in fraudem, improbi sæpe paruo. Atqui, Milone interfecto, Clodius hoc assequebatur, non modò vt prætor esset non eo consule, qno sceleris nihil facere posset: sed etiam vt his consulibus prætor esset, quibus si non adiuuantibus, at cōiuentibus certè, speraſſet se posse remp. eludere in illis suis cogitatis furoribus. cuius illi conatus, vt ille ratiocinabatur, nec l, si cuperent, reprimere possent, cùm tantum beneficium ei se debere arbitrarentur: &, si vellēt, fortasse vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate audaciam. An verò iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac vrbe versamini? vestræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur, quas ille leges (si leges nominandæ sunt,

P. CVIR.

a L. fideli in dominum, & præsenti fuer.

b L. & v. c. Milonem occisum & ex ipso Cl.

c L. & re vera putarent

d simile quidam apud Demosthenem oratione cōtra Midiam.*

e CONSTITVTIO cau sæ.*

f Ratio, necessitas, mos, natura persuadendi causæ, doctis, barbaris, gentibus feris.*

g L. quod multis in causis iam sæpe quæs.

h *fort.* tum vt nos scelere soluamur.

i CONFIRMATIONIS pars

P. B. prior & de insidiarum causis vtilitate, odio, spe impunitatis, dictis Clodij. te mpore,* lz similis formula Philip. 2. in oratione pro Sex. Roscio Amerino adde 2 ad Heren. vbi de collatione. sic Lysias λέγων αἰσθάνεσθε ὑμεῖς καὶ ἐκεῖνος οὕτω σκοπεῖτε, ἢ αἰτιᾶσθε τὸν τούτων τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι, ἀποφαίνοντας, ἢ τοῖς τοῦτον ὠφελεῖσθαι δίκαιόν ἐστιν

l Nec, si possent reprimere vellent cùm tantum b.

d Catonis amicus refertur à Plutarcho in Catone.*

e L. neq. enim id erat d. f v. e. scire à Lanuuinis)

g Flamines vel à Pontifice Maximo vel à Dictatore prodebantur.*

h Rheda currus Gallicus.*

i L. pænulatus, magno, & impedito, & muliebri, ac delicato ancill. fal. pænulatus vulgo magno. & impedito*

lz al. IX. l citatur hic locus à Diomede Grammatico libro 3. c. de verbo

sunt, ac non facies vrbis, & pestes reip.) fuerit impositurus nobis omnibus atque inusturus? Exhibe, quæso, Sexte Clodi, exhibe librarium[a] illud legum vestrarum, quod te aiūt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbáque nocturna, *tanquam Palladium*[b], sustuliſſe, vt[c] præclarum inde munus, ac instrumētum tribunatus ad aliquem, si nactus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre posses. Et adspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cùm[d] omnia omnibus minabatur. Mouet me quippe lumen curiæ. Quid? tu me iratum, Sexte, putas tibi, cuius tu inimicissimum multo crudeliùs etiam punitus[e] es, quàm erat humanitatis meæ postulare? Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo, tu in publicum eiecisti[f]: tu spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum[g], nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. quam[h] rem etsi necessariò fecisti, tamen, quoniam in meo inimico crudelitatem expromsisti tuam, laudare non possum, irasci certè non debeo. P. Clodij præturam non sine maximo rerum nouarum motu[i] proponi[k] solitam esse videbatis, nisi esset is consul, qui eam auderet, posséque confringere[l]. eum Milonem[m] esse cùm sentiret vniuersus populus R. quis dubitaret suffragio suo, se metu, periculo remp. liberare? At[n] non, P. Clodio mortuo, vsitatis iam rebus, obnitendum est Miloni, vt tueatur dignitatem suam. singularis illa huic vni concessa gloria, quæ quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, iam morte Clodij cecidit. Vos adepti estis ne quem ciuem metueretis: hic exercitationem virtutis, suffragationem consulatus, fontem peremnem gloriæ suæ perdidit. Itaque Milonis consulatus, qui, viuo Clodio, labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. Non modò igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodij mors Miloni. ¶ At valuit *odium*, fecit iratus, fecit inimicus, fecit[o] vltor iniuriæ, punitor[p] doloris sui. Quid, si[q] hæc, non dico maiora fuerunt in Clodio, quàm in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo, fegetem, ac materiam[r] suæ gloriæ, præter hoc ciuile odium, quo omnes improbos odimus? Ille[s] erat vt odisset primùm defensorem salutis meæ: deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum: postremò etiam accusatorem suum. reus enim Milonis, lege[t] Plotia, fuit Clodius, quoad vixit. Quo tandem animo hoc *tyrannum*[u] tulisse creditis? quantum odium illius, &, in homine iniusto, quàm etiam iustum[x] esse? Reliquum est, vt iam illum natura ipsius, consuetudóque defendat: hunc autem hæc éadem coarguant: nihil per vim vnquam Clodius, omnia per vim Milo. Quid ergo, iudices[y]? cùm, mærentibus vobis, vrbe[y] cessit, non seruos, non arma, non vim intentauit? Quæ fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi[z]? Diem mihi, credo, dixerat: multam irrogarat: actionem perduellionis intenderat: &[a] mihi, iudices, in causa aut vestra mala, aut mea nec præclarissima, etiam iudicium timendum fuit. Seruorum, & egentium ciuium, & facinorosorum, armis meos ciueis, meis consiliis, periculísque seruatos, pro me obiici[b] nolui. Vidi enim, vidi hunc ipsum Qu. Hortensium, lumen, & ornamentum reip. pœnè interfici seruorum manu, cùm mihi adesset: qua in turba C. Vibienus senator, vir optimus, cum hoc cùm esset vnà, ita est multatus[c], vt vitam amiserit. Itaque quando illius postea fica illa, quam à Catilina acceperat, conquieuit? Hæc intentata nobis[d] est: huic ego vos obiici pro me non fum passus: hæc insidiata Pompeio est: hæc istam Appiam viam, monumentum sui nominis, nece Papirij[e] cruentauit: hæc éadem longo interuallo conuersa rursus est in me: nuper quidem, vt scitis, me ad regiam pænè confecit. Quid simile Milonis? cuius vis omnis hęc fem per fuit, ne P. Clodius, cùm in iudicium detrahi[f] non posset, vi oppressam ciuitatem teneret. quem si interficere voluisset, quantæ, quoties[g] occasiones, quàm præclaræ fuerunt? Potuítne, cùm domum, ac deos penates suos, illo oppugnante, defenderet, iure se vlcisci? potuítne, ciue[h] egregio, & vito fortissimo, P. Sextio, collega suo, vulnerato? potuítne, Fabricio[i], viro optimo, cùm de reditu meo legem ferret, pulso, crudelissima in foro cæde facta? potuítne, L.[k] Cæcilij, iustissimi, fortissimíque prætoris, oppugnata domo? potuítne illo die, cùm est lata lex de me? cùm totius Italiæ concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens[l] agnouisset: vt, etiam si id Milo fecisset, cuncta ciuitas eam laudem pro sua vēdicaret? Atqui erat id temporis clarissimus & fortissimus consul, inimicus Clodio, P. Lentulus, vltor sceleris illius, propugnator senatus, defensor vestræ volūtatis, patronus illius publici cōsensus, restitutor salutis meæ: septē prætores, octo tribuni[m] plebis, illius aduersarij, defensores mei: Cn. Pompeius auctor, & dux mei reditus, illius hostis: cuius sententiam senatus omnis de salute mea grauissimam, & ornatissimam secutus est: qui populum R. cohortatus est: qui, cùm de me decretum Capuæ fecisset: ipse cunctæ Italiæ cupienti, & eius fidem imploranti, signum dedit, vt ad me restituendum Romam concurrerent. omnia tum denique in illum odia ciuium ardebant desiderio mei: quem qui tum interemisset, non de impunitate eius, sed de præmiis cogitaretur. Tamen se Milo continuit, & P. Clodium ad[n] iudicium bis, ad vim numquam vocauit. Quid? priuato Milone, & reo ad populum, accusante P. Clodio, cùm[o] in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est: quæ tum non modò occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit? Nuper verò cùm M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, grauissimámque adolescens nobilissimus reip. partem fortissimè susceperisset, atque illam bellum, iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, dij[p] immortales, fuit? cùm se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset, magnum Milonī fuit, iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, dij[p] immortales, fuit? cùm se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset, magnum Milonī fuit, iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret: qui locus, quod tempus illud, dij[p] immortales, fuit? cùm se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset, magnum Milonī fuit, conficere illam pestem nulla sua inuidia, Antonij[q] verò maxima gloria? Quid? commitiis in campo quoties potestas fuit? cùm[r] ille vi in sæpta irruisset gladios distringēdos,

P. CVIII. a *al.* libellarium ill. ‖ *Est autem* libellarium *cista, quæ custodiūtur libelli: Alij legunt* armarium. *Alij* librariū. *exponent multiplices legis singulis concessas condiciones.**

b *Vide Hermum, Plutarchum, Strabonem, Paulaniam. Dict. Cretens. lib. 5. Ouid. 6. Fastorum: & 13. Metamorph. Virgil. 2. Aeneidos.**

c L. & *v.c.* vt præclarum videlicet mun. atque iustr.

d *v.c.* cùm omnib. omnia minab.

e L. pœnitus es, *& ita v.c.*

f L. *abiecisti al.* proiecisti.

g *al.* semustulatum

h *L.* qua re etiā nefariè fecisti,

i L. metu pr.

k *al.* propositam fore.*

l L. confringere.

P. B.

m L. Milonē vnum esse

n L. At nunc, P. Clodio remoto vtit. is reb. enitendū est M.

o L. *& v.c.* fuit vlt.

p L. pœnitor dol.

q Citatur à Sosipatro Carisio *lib. 1. in particula si.**

r L. materiem

s L. Ille erat qui odisset pr. ‖ *al.* Ille hunc sic odierat: *vt, vel* Illi causa erat, cur odisset. *vel,* Ille erat quod odisset*

t Legem Plotiā seu Plautiam de vi intelligit, cuius meminit Cælius 8 *familiar.* 8. *Iustinian. Inst. de vsucap.* Inrisconsultus *in l. non solùm* 33. *§. fi. de vsucap.* Apud Theophilum *d. §. Institut.*

u L. *& v.c.* vim. Quæ sit iniusta legitur πλεονέτης.*

x L. iustum fuisse? vrbe cessi iudiciúmne timui, non seruos, non arma, non fuisset igitur vobis iusta causa restituendi mei, nisi fuisset eiiciendi, z *v.c.* eiiciendi.

a *v.c.* & mihi videlicet in causa aut mala, aut mea non & præclarissima, & vestra, iudicium timuit. *fort.* & mihi videlicet in causa aut mala aut mea, aut non præclarissima, & vestra iudicium *&c.*

b *v.c.* obiici

c L. multatus *& ita v.c.*

d *al.* vobis

e de quo *supra.**

f L. attrahi. *al.* retrahi

g L. quod occasi.

P. CIX.

h L. ciui egr. *& ita v.c.*

i *al.* Q. Fabricio,

k *al.* L. Cœcilij,

l *v.c.* lubens

m *v.c.* tribuni plebei,

n L. in iudicium

P. B.

o *q.v.c.* cum in Cnæum pro Mil.

p *v.c.* di immortal.

q L. Marcello Antonij max.

r *v.c.* cum ille in sæpta tuisset, *fors.* cùm ille in sæpta viruisset, *al.* cum ille irrupisset.*

lapides iaciẽdos curasset, deinde subitò, vultu Milonis perterritus, fugeret ad Tiberim, vos, & omnes boni vota faceretis, vt Miloni vti virtute sua libêret? Quem igitur cum omnium gratia noluit: hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quem loco, quem tempore, quem impunè non est ausus: hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitauit occidere? præsertim, iudices, cùm honoris amplissimi contentio, & dies comitiorum subesset: quo quidem tempore (scio enim, quàm timida sit ambitio, quantáque, & quàm sollicita cupiditas consulatus) omnia non modò, quæ reprehendi palàm, sed [a] etiam quę obscurè cogitari possunt, timemus: rumorem, fabulam [b] fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium, atque oculos intuemur. *Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga nos, sensúsque ciuium: qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed* [c] *etiam in rectè factis sæpe fastidiunt.* Hunc [d] diem igitur campi speratum, atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus, & facinus præ se ferens, & confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? quàm hoc non credibile in hoc? quàm idem in Clodio non dubitandum: qui se, interfecto Milone, regnaturum putaret? ¶ Quid? quod [e] caput audaciæ est, iudices: quis ignorat, *maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem?* In vtro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti, aut præclari aut certè necessarij? an in Clodio qui ita iudicia, pœnámque contemserat, vt eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret? ¶ Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te, Qu. Petilli appello, optimum, & fortissimum ciuem: te, M. Cato testor: quos mihi diuina quædam sors dedit iudices. Vos ex M. Fauonio audistis, Clodium sibi dixisse, & audistis, *viuo Clodio, periturum Milonem triduo.* post diem tertium gesta res est, quàm dixerat. Cùm ille non dubitaret aperire, quid cogitaret, vos potestis dubitare, quid fecerit? ¶ Quemadmodum igitur eum *dies* non fefellit, dixit equidem modò. Dictatoris [f] Lanuuini statas [g] sacrificia nosse, negotij nihil erat. vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuium illo ipso, quo [h] profectus est, die, itaque anteuertit. At quo die? quo, vti antè dixi, in sanissimâ concio ab ipsius mercenario [k] tribuno pl. [l] est concitata: quem diem ille, quam concionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, nunquam reliquisset. Ergo illi ne causa quidẽ itineris, etiã causa manendi: Miloni nulla facultas manẽdi, exeundi nõ causa solùm, sed etiam necessitas fuit. Quid, si, vt ille sciuit, Milonem fore eo die in via, sic Clodium Milo ne suspicari, quidem potuit? Primùm quæro, qui scire potuerit, quod vos idem in Clodio quærere non potestis, vt enim neminem alium, nisi T. Patinam familiarissimũ suũ, rogasset, scire potuit illo ipso die Lanuuij à dictatore Milone prodi flaminem necesse esse. sed erant permulti alij, ex quibus id facillimè scire posset: omnes [m] scilicet Lanuuini. Milo de Clodij reditu vnde quęsiuit? quęsierit sanè. videte, quid vobis largiar. feruum etiam, vt [n] Arrius, meus amicus, dixit, corruperit. Legite testimonia testium vestrorũ. dixit C. Cassinius, cognomento Schola [a], Interamnis [b], familiaris [c] meus, & idem comes P. Clodij: cuius iampridem testimonio Clodius eádem hora Interamnæ fuerat, & Romæ, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse: sed subitò ei esse nuntiatum, Cyrum architectum esse mortuum: itaque Romam repentè constituisse proficisci. dixit hoc comes item P. Clodij, C. Clodius. Videte, iudices quantæ res his testimoniis sint confectæ. primùm certè liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, vt insidiaretur in via Clodio: quippe [d] qui ei obuius futurus omnino non erat. deinde (non enim video, cur non meum quoque agã negotium) scitis, iudices, fuisse, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu cædem esse factã, consilio verò maioris alicuius. Videlicet [e] me latronem, ac sicarium abiecti homines, & perditi describebant. Iacent [f] suis testibus ij, qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro auditum esset, rediturum fuisse. Respiraui: liberatus sum: non vereor, ne, quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. Nunc persequar cetera: nam [g] occurrit illud: ne Clodius quidem de insidiis cogitauit, quoniam fuit in Albano mansurus, siquidem exiturus ad cædẽ è villa non fuisset. Video enim illum, qui [h] dicitur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare. nam quid de Cyro nũtiaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientẽ? Vnà fuit: testamentum [i] simul obsignauit cum Clodio: testamentum autem palàm fecerat, & illum heredem, & me scripserat. Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie [l] hora decima ei nuntiabatur? Agè, si ita factum: quæ [m] causa, cur Romam properaret? cur in noctem se coniceret? quid afferebat festinationẽ? quòd heres erat? primùm erat nihil, cur properato opus esset: deinde, si quid esset, quid tandem erat, quod ea nocte consequi posset, amitteret autem, si postridie manè Romam venisset? Atque [n], vt illi nocturnus ad vrbẽ aduentus vitandus potius, quàm expetendus [o] fuit: sic Miloni, cùm insidiator esset, si illum ad vrbem noctu P. accessurum sciebat, subsistẽdum [q], atque exspectandum fuit. noctu, inuidiosior [r], & pleno latronum in loco occidisset. nemo ei neganti nõ credidisset, quem esse omnes saluũ, etiam confitentem, voluit. Sustinuisset hoc crimen primùm ipse ille latronum occultator, & [s] receptator locus [t], dum neque muta solitudo indicasset, neque cæca nox ostendisset Milonẽ: deinde vbi multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timẽtes in suspicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria. Atque illo die certè Aricia rediẽs diuertit [u] Clodius ad [x] Albanum. Quòd [y] nisi sciret Milo, illum Ariciæ fuisse, suspicari tamẽ debuit, eum, etiam si Romam illo die reuerti vellet, ad villã suam, quæ viã tangeret, diuersurum [z]. cur neque antè occurrit, ne [a] in villa residẽret: nec eo in loco subsedit, quò ille noctu venturus esset? Video adhuc constare omnia, iudices: Miloni etiam vtile fuisse Clodium viuere: illi ad ea, quæ concupierat, optatissimum interitum Milonis fuisse: odium il-

lius

a v.c. sed etiam obscurè quæ cog. b L. fabulam falsam, fictã, leuem perhor. ‖ al. fabulam fictam perhorrescimus.* c al. sed etiã rectè facta sæpe fastid. d L. Hunc igitur diem &.

P. CX.

e al. quod caput est, iud.

f Dictatores Lanuuini.* g statuta. ‖ Sed stata Sacrificia *sunt Festo*, solita certis diebus fieri.* h L. quo est profectus, &. i L. vt antè dixi, fuit inf. k v.c. mercenario tr. l L. plebis sonsita.

m Lambinus hæc omnia omnes sc. Lanuuini, glossema esse putat. ‖

a al. Scolas, al. Sigola, b al. Interamnas, c L. familiarissimus, & idẽ comes P. Cl. ‖ rectèvix enim fieri potest vt homo familiaris Ciceronis, comes fuerit P. Clodij.* d tres v.c. quippe si ille obuius ei fut.

e sic v. et Lex Asconio. Mã videlicet latron. f L. Iacent hi suis testibus qui Clod.

g L. nam occurrit illud. Igitur ne Clod. & ita v.c. h q. v. c. quã dicatur

i al. testamẽtum Cyri simul P. CXI. Iz Heredibus igitur apud veteres licuit testimonium in testamento præstare. quod meritò mutatum est. ‖ sed neque to. & ibid. m Theophil. Inst. de testam. ordinã.* l v. c. post diei tertij horam decimã fuit. post diẽ tertium hora decima ei nunt. m L. quæ causa fuit, cur n al. Atqui. o al. exspectandus.* p v. c. nocte q L. & v. c. subsidendũ. ‖ retẽ. nam & eodem verbo paullo post etiam vtitur. subsidere autem, est in insidiis subsistere. vnde Vegetio subsessa loca 3. cap. 22.* r L. insidioso & pl. s v. c. & receptor l. t L. locus in. neque se, sit in villa v. c. Quod si

u L. deuertit v.c. deuortit. x al. ad se in Albanum, vt ad lam suam sic à nobis discessi 15 famil. 7. pro à dom.* y sciret Milo, &c. z L. deuerteretur.* a al. ne illa in

a v.c. nullum huius in illū conf. & ita L. P. B.

lius in hunc acerbissimum, in [a] illum huius nullum: consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda, huius tantū in repellenda: mortem [b] ab illo denuntiatam palàm Miloni, & prædicatam, nihil vnquam auditum ex Milone: profectionis huius diem illi notum, reditū illius huic ignotum fuisse. huius iter necessarium, illius etiam potiùs alienum: hunc præ se tulisse, se illo die Roma exiturū, illum eo die se dissimulasse rediturum: hūc nullius rei mutasse consilium, illum causam mutandi consilij finxisse: huic, si insidiaretur, nocte [c] prope vrbem exspectandum, illi, etiam si hūc non timeret, tamen accessum ad vrbem nocturnum fuisse metuendum. Videamus nunc id, quod caput est: locus ad insidias ille ipse, vbi congressi sunt, vtri tandem fuerit aptior. Id verò, iudices, etiam dubitandum, & diutius cogitandum est? Ante fundum Clodij: quo [d] in fundo, propter insanas illas substructiones, facilè mille hominum versabātur valentiū [e]. Atqui excelso loco superiorem se fore putabat [f] Milo, & ob eam causam eum locum ad pugnam potissimùm delegerat [g]. An [h] in eo loco potiùs exspectandum ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat? Resloquitur, iudices, ipsa, quæ semper valet plurimùm. Si hæc non gesta audiretis, sed picta videretis: tamen appareret, vter esset insidiator, vter nihil cogitaret mali, cùm alter vehereturin rheda pænulatus, vnà sederet vxor. quid horū non impeditissimū? vestitus, an vehiculum, an comes? quid minus promtum ad pugnam, cùm pænula irretitus, rheda impeditus, vxore pènè cōstrictus esset? Videte nunc illum, primùm egredientē è villa subitō. Cur vesperi? quid [i] necesse est? quī conuenit, præsertim id temporis? Diuertit [k] in villā Pompeij. Pompeiū vt videret? Sciebat in [l] Alsienſi esse. Villam vt perspiceret? millies in ea fuerat. Quid ergo erat moræ, & tergiuersationis? dum hic veniret, locū relinquere noluit. Agè: nūc iter expediti latronis, cum Milonis impedimenti s comparate. Semper ille antea cū vxore: tum sine ea. nunquam [m] non in rheda: tum in equo. comites Græculi, quocumque ibat, etiam cùm in castra Etrusca properabat: tum nugarum in comitatu nihil. Milo, qui numquam, tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat, & ancillarum greges. ille, qui semper secum scorta, semper exoletos, semper *lupas* [n] ducebat [o], tū neminē, nisi vt virum à viro lectum esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator à latrone, nonnumquam etiam latro à viatore occiditur: quia, quanquam paratus in imparatos Clodius tamen mulier incidĕrat in viros: Nec verò sic erat vnquam non paratus Milo contra illum, vt non satis ferè esset paratus. semper ille & quantum interesset P. Clodij se perire [q], & quanto illi odio esset, & quantum ille auderet, cogitabat. Quamobrē vitam suam, quam maximis præmiis propositam, & pænè addictam sciebat, numquam in periculum sine præsidio, & sine custodia prouehebat. ¶ Adde casus, adde *incertos exitus pugnarum, Martémque communem: qui sæpe spoliantem iam, & exsultantem euertit, & perculit ab abiecto.* Adde insciti am [r] pranſi [s], poti-, oscitantis ducis: qui cùm à tergo hostem intercluſum reliquisset: nihil de eius extremis comitibus cogitauit: in quos incensos ira, vitámque domini desperanteis cùm incidisset, hęsit in iis pœnis quas ab eo serui fideles pro domini vitæ experiuerunt. Cur igitur eos manumisit? metuebat scilicet, ne indicaretur [a]: ne dolorem, perferre non possent: ne tormentis cogerentur, occisum esse à seruis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? quid quæris? occiderítne? occīdit. Iure, an iniuria? nihil ad tortorem. *facti enim in* [b] *eculeo quæstio est, iuris in iudicio.* Quod igitur in causa quærendum est, id agamus: hoc, quod tormentis inuenire vis, id fatemur. Manu verò cur miserit, si id potiùs quæris, quàm cur parum amplis affecerit præmiis: nescis inimici factum reprehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter, & fortiter, M. Cato: dixítque in turbulenta concione, quæ tamen huius auctoritate placata est, non libertate solùm, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. *Quod enim præmium, satis magnum est tam beneuoli* [c], *tam boni, tam fidelibus seruis, propter* [d] *quos viuit?* etsi id quidem non tanti est, quàm quòd propter eosdem non sanguine, & vulneribus suis, crudelissimi inimici mentem, oculósque satiauit. quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuissent, conseruatores domini, vltores sceleris, defensores necis. Hic verò nihil habet in his malis, quòd minùs moleste ferat, quàm, etiam si quid ipsi accidat, esse tamen illis meritum præmium persolutum. Sed quæstiones vrgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio Libertatis. Quibúsnam de seruis? rogas? de P. Clodij. Quis eos postulauit? Appius. quis produxit? Appius. vnde? ab Appio. Dij boni, quid potest agi seuerius? De seruis nulla [e] quæ stio est in dominum, nisi de incestu, vt fuit in Clodium. Proximè ad deos accessit Clodius, propiùs quàm tum, cùm ad ipsos penetrarat: cuius de morte, tanquam de cæremoniis violatis, quæritur. Sed [h] tamen *maiores nostri in dominum de seruo quæri noluerunt, non quia non posset verum inueniri, sed quia videbatur indignum esse, & domini* [i] *morte ipsa triſtius.* In reum de seruis accusatoris cùm quæritur, verum inueniri potest? Agè verò, quæ erat, aut qualis quæstio? Heus [k] vbi Rusci o, vbi [l] Casca? Clodius insidias fecit Miloni? Fecit. Certa erux. Nullas fecit. sperata libertas. Quid hac quæstione certius? Subitò arrepti in quæstionem, tamen separantur à ceteris, & in arcas [m] coniiciuntur [n], ne quis cum iis colloqui possit. Hi centum dies, penes accusatorem cùm fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quæstione dici potest integrius? quid incorruptius? Quòd si nōdum satis cernitis, cùm res ipsa tot, tam claris argumentis, signísque luceat, pura mente, atque integra Milonem, nullo scelere imbutum, nullo metu perterritū, nulla conscientia exanimatū, Romam reuertisse: recordamini, per deos immortaleis, quæ fuerit celeritas reditus eius: qui ingressus in forū, ardēte curia: quę magnitudo animi, qui vultus, quę oratio. Neque verò se populo solùm, sed etiā senatui tradidit [o]: neque senatui modò, sed etiam publicis præsidiis, & armis: neque his tātùm, verùm etiam eius potestati, cui senatus totam rempublicam, omnem Italiæ pubem, cuncta populi R. arma commiserat. cui [p] se nunquam profectò tradidisset, nisi causæ suæ confidere

a v.c. beneficiis.
d id est quorum opera & beneficio.
e al. nulla lege quæstio est in d.
f serui in dominos torqueri possunt de incestu.*
g L. proximè deos acc. & ita v. c. § Ita legitur apud Priscianum.*
h Seruos in dominos torqueri veteres noluerunt.*
i al. dominis
P. CXLII.
k L. Heus tu Roscio, verbi causa cauesis mētiaris. Clodius inf.
l al. verbi causa.*
m Arcæ hīc, loca ab aliis separata, in quibus vincti seruabātur vt ne cum aliquo loqui possent, dictæ autem arcæ ab arcendo.*
n v.c. coniiciuntur
o L. permisit v.c. cōmisit
p L. cui nunc quam se hīc profectō tr.

P. CXII.

m L. nūquam nisi in rheda: & ita v.c.

o hīc lupari 9. cap. 2. scortari.*
o L. duceret

p al. interire,

q L. proiiciebat. al. coniiciebat.
r al. inscientiam.*
s Citatur à Diomede lib. 2. de participio.*

Tom. 2. Bb iij

a al.intuēti.* b Conscientiæ vis magna

præsertim omnia audienti, magna metuēti [a], multa suspicanti, nonnulla credenti. *Magna [b] vis est conscientiæ, iudices, & magna in vtramque partem: vt neque timeant, qui nihil commiserint: & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.* Neque verò sine ratione certa, causa Milonis semper à senatu probata est. videbant enim sapientissimi homines facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam. An verò obliti estis, iudices, recenti illo nuntio necis Clodianæ, non modò inimicorum Milonis sermones, & opiniones, sed nonnullorum etiam imperitorum, qui negabant eum Romam esse rediturum? Siue enim illud animo irato, ac pèreito fecisset, vt incensus odio trucidaret inimicum: arbitrabantur, eum tanti mortem P. Clodij putasse, vt æquo animo patria careret, cùm sanguine inimici expleisset odium suum: siue etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum, quin, cum suo periculo

P. B.

e v.c. salutem P.R. atr.

salutem [c] reip. attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriā sempiternam, nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipse seruasset. Multi etiam Catilinam, atque illa portenta [d] loquebantur: erumpet, occupabit aliquem locum, bellum patriæ faciet. *Miseros interdum ciueis, optimè de rep. meritos! in quibus homines non modò res præclarissimas obliuiscuntur, sed etiam nefarias suspicantur.* Ergo illa falsa fuerunt: quæ certè vera exstitissent, si Milo admisisset aliquid, quod non posset honestè, verèque defendere. Quid, quæ posteà sunt in eum congesta [e]? quæ [f] quamuis etiam mediocrium delictorum conscientiam perculissent, vt [g] sustinuit? dij immortales! sustinuit? immò verò vt contemsit, ac pro nihilo putauit? quę neque maximo animo nocens, neque innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset. scutorum, gladiorum, frenorum [h], sparorum [i], pilorúmque etiam multitudo deprehendi posse iudicabatur [k]. nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus: arma in villam Otriculanam [l] deuecta Tiberi: domus in cliuo Capitolino scutis referta: plena omnia malleolorum ad vrbis incendia comparatorum. Hæc non delata solùm, sed pænè credita: nec antè repudiata sunt, quàm quæsita. Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompeij: sed dicam, vt sentio, iudices *nimis multa audire oportet: neque aliter fas cere possunt ij, quibus tota cùmissa est resp.* Quin [m] etiam audiendus sit Popa Licinius, nescio [n] quis, de circo maximo: seruos Milonis apud se ebrios factos, sibi confessos [o] esse de interficiendo Cn. Pompeio coniuratos esse: deinde postea se gladio percussum esse ab vno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nuntiauit. Arcessor in primis, de amicorū sententia rem defert ad senatū. Non poteram in illius mei patriæque custodis tanta suspicione nō metu exanimari: sed mirabar tamen, credi [p] Popæ: ebriosorum [q] confessionem seruorum audiri: vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari. Verùm [r] tamē, vt intelligo, cauebat magis Pōpeius, quàm timebat, non ea solùm, quæ timenda erant, sed [s] omnino omnia, ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæsaris, clarissimi, & fortissimi viri, per multas noctis horas nūtiabatur. nemo audierat tā celebri loco, nemo

a L. præstantissima virtute virū, tim.

b v.c. vt eo tacente, r.

c al. Cùm tamen si met.

d L. vt me exaudire possis, tuas, inquam.

e dilectus,

f L. dilectarunt,

g L. si dilecta iuu.

P. B.

h fort. instructa.

i L. si locus Miloni d.

l z v.c. cum ipsa illa cæt. p. se sæp.

l v.c. inhæsisset] al. hæsisset.*

m L. à dilectu,

n al. ne.*

o al. in qua natus est.*

p L. antè testaretur: sed antestari vtl attestari est testem facere.*

q al. amicitiis.*

r al saluis.*

s Hæc enim formula vtebantur consules ad arma populum cientes difficilimis Reip. temporib.

t L. dilectu

u al. indicatum est

x L. absolui à vobis opor-

A

sensérat. tamen audiebatur. non poteram Cn. Pompeium, præstātissima [a] virtute ciuem, timidū suspicari. diligētiam, tota rep. suscepta, nimiā nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in Capitolio senator inuētus est, qui Milonem cum telo esse diceret. nudauit se in sanctissimo templo, quoniam vita talis & ciuis, & viri, fidem non faciebat, nisi [b], eo tacente, res ipsa loqueretur. Omnia falsa, atque insidiosè ficta comperta sunt. Quòd [c] si tamē metuitur etiam nunc Milo, non hoc iam Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei, (te enim iam appello ea voce, vt [d] me audire possis) tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus. Si Milonem times, si hunc de tua vita nefariè aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas: si Italiæ delectus [e], vt nonnulli conquisitores tui dictitant [f], si hæc arma, si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si [g] delecta iuuentus, quæ tuum corpus, domúmque custodit, contra Milonis impetū armata est, atque illa omnia in hunc vnum instituta [h], parata, intēta sunt: magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non vnius viri vires, atque opes indicantur, si quidem in hunc vnum & præstantissimus dux electus & tota resp. armata est. Sed quis nō intelligit, omneis tibi reip. parteis ægras, & labanteis, vt eas his armis sanares, & confirmares, esse cōmissas? Quòd si [i] Miloni locus datus esset: probasset profectò tibi ipsi, neminem vnquam hominem homini cariorem fuisse, quàm te sibi: nullum se vnquam periculum pro tua dignitate fugisse: cum killa ipsa tæterrima peste sæpissimè pro tua gloria contendisse: tribunatum suum ad salutem meam, quæ tibi carissima fuisset, consiliis tuis gubernatū: se à te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione præturæ: deos se habere semper amicissimos speraſſe: te tuo beneficio, me suo. quæ si non probaret: si tibi ita penitus insedisset [l] ista suspicio, nullo vt euelli modo posset: si denique Italia à [m] delectu, vrbs ab armis, sine Milonis clade nunquam esset conquietura: næ [n] iste haud dubitans cessisset patria, is [o], qui ita natus est, & ita consueuit: te, Magne, tamē attestaretur [p]: quod nunc etiam facit. *Vide, quàm sit varia vitæ, commutabilisque ratio, quàm vaga, volubilisque fortuna, quantæ infidelitates, in amicis [q] quàm ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantæ timiditates.* Erit, erit illud profectò tempus, & illucescet aliquando ille dies, cùm tu, salutaribus [r], vt spero, rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium tēporum immutatis, qui quàm etebrò accidat, experti debemus scire, & amicissimi benivolentiam, & grauissimi hominis fidem, & vnius *post homines natos* fortissimi viri magnitudinem animi desideres. Quanquam quis hoc credat, Cn. Pompeium, iuris publici, moris maiorum, rei denique publicæ peritissimum, cùm senatus ei commiserit, vt videret, *Ne quid res publica detrimenti caperet:* quo [s] vno versiculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis: hunc exercitu, hunc delectu [t] dato, iudicium exspectaturum fuisse in eius consilijs vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret [x]? Satis iudicatum [u] est à Pompeio, falsò ista conferri in Milonem: qui legem tulit, qua, vt ego sentio, Milonem absolui [x] oporteret: vt omnes confitentur, liceret. Quòd

verò in illo loco, atque [a] in illis publicorum præsidiorum copiis circumfusus sedet: satis declarat, se non terrorem inferre vobis (quid enim illo minùs dignum, quàm cogere, vt vos eum condemnetis, in quem animaduertere ipse & more maiorum, & suo iure posset?) sed præsidio esse: vt intelligatis, cõtra hesternam cõcionem illam licere, vobis quod sentiatis, liberè iudicare. Nec verò me, iudices, Clodianum crimen mouet: nec tam sum demens, támque vestri sensus ignarus, atque expers, vt nesciam, quid de morte Clodij sentiatis. de qua si iam nollem ita diluere crimen vt dilui, tamen impunè Miloni palàm clamare, atque mentiri gloriosè liceret: occidi, occidi, non Sp. Melium, qui annonã [b] leuãda, iacturísque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi: non Ti. Gracchũ, qui collegæ magistratum per seditionẽ abrogauit: [c] quorũ interfectores implerũt orbem terrarũ nominis sui gloria: sed eum (auderet enim dicere, cùm patriam periculo suo liberasset) cuius nefariũ [d] adulterium in puluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ cõprehẽderũt: eum, cuius supplicio senatus solléneis religiones expiãdas sæpe censuit: eum, qué cũ sorore germana nefarium stuprũ fecisse L. Lucullus iuratus se, quæstionibus habitis, dixit cõperisse: eum, qui ciuem, quem senatus, quẽ populus, quem omnes gentes vrbis ac vitæ ciuiũ conseruatorem iudicabant [e], seruorum armis exterminauit: eũ, qui regna dedit, ademit; orbem terrarum, quibuscum voluit, partitus est: eum, qui, pluribus [f] cædibus in foro factis, singulari virtute, & gloria ciuem domum vi, & armis compulit: eum, cui nihil vnquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum, qui ædem Nympharum [g] incendit, vt [h] memoriam publicæ recensionis, tabulis publicis impressam, exstingueret: eum denique, *cui iam nulla lex erat, nullum ciuile ius, nulli possessionum termini:* qui non calumnia [i] litium, non iustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercita, signis inferendis petebat: qui non solùm Etruscos (eos enim penitus contempserat) sed [k] hunc Cn. Pompeium, virum fortissimum, atque optimum ciuem, iudicem nostrum, pellere possessionibus armis, castrísque conatus est: qui cum architectis, & decempedis villas multorum, hortósque peragrabat: qui Ianiculo, & Alpibus spem possessionum terminabat suarum: qui cùm ab [l] equite Romano, splendidissimo, & forti viro, T. Pacauio [m] non impetrasset, vt [n] insulam in [o] lacu Pretio venderet, repentè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque [p] arma conuexit: dominóque trans ripam inspectante, non dubitauit ædificium exstruere in alieno: qui huic T. Furfanio, cui viro, dij immortales? (quid enim de muliercula Sanctia [q]? quid de adolescente Apronio [r] dicam? quorum vtrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum possessione cessissent) sed ausus est Furfanio dicere, si sibi pecuniam, quantam popposcerat, non dedisset, mortuum se in domum eius illaturum: qua inuidia huic esset tali viro conflagrandum: qui Appium fratrem, hominem mihi coniunctum fidelissima [s] gratia, absentem de possessione fundi deiecit: qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, vt sororem non [a] modò vestibulo priuaret, sed omni aditu, & lumine [b]. Quanquam hæc quidem iam tolerabilia videbantur: etsi [c] æquabiliter in rempub. in priuatos: in longinquos, in propinquos: in alienos, in suos irruebat: sed nescio quomodo iam vsu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia. Quæ verò aderant iam, & impendebant, quónam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre imperium [d], si id ille nactus esset? Omitto socios, exteras nationes, tetrarchas: (vota enim [e] feceratis, vt in eos potiùs mitteret [f], quàm in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias) à liberis dico. à liberis *medius fidius*, & coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingi hęc putatis, quæ patent? quæ nota sunt omnibus? quæ tenentur? seruorũ exercitus illum in vrbe conscripturum fuisse, per quos totam rempub. réspque priuatas omnium possideret? Quamobrem, si eruentũ gladiũ tenens clamaret T. Annius, Adeste, quæso, atque audite ciues: P. Clodium interfecti: eius furores, quos nullis iam legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro, & hac dextera à ceruicibus vestris repulsi: per [h] me vnum effectum est, vt ius, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in ciuitate manerent i. enimverò timendum, quónam modo id factum ferret ciuitas. nunc enim quis est, qui non probet? qui non laudet? qui non vnum post hominũ memoriam T. Annium plurimùm reip. profuisse, maxima lætitia populum Ro. cunctam Italiam, nationes omneis affecisse, & dicat, & sentiat? Nequeo [k], vetera illa populi Rom. quanta [l] fuerint gaudia, iudicare. multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias ætas nostra vidit: quarum nulla neque tam diuturnam attulit lætitiam, nec tantam. Mandate hoc memoriæ, iudices. spero multa vos, liberósque vestros in rep. bona esse visuros. in his singulis ita semper existimabitis, vino P. Clodio, nihil [m] horum vos visuros fuisse. In spem maximam, & (quemadmodum confido, verissimam adducti [n] sumus, hunc ipsum annum, hoc [o] summo viro consule, concussa [p] hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & iudiciis constitutis, salutarem ciuitati fore. Num quis igitur est tam demens, qui hoc, P. Clodio viuo, contingere potuisse arbitretur? Quid? ea, quæ tenetis, priuata, atque vestra, dominante homine furioso, quod ius perpetuæ possessionis habere potuissent? Non timeo, iudices, ne odio inimicitiarum [q] mearum inflammatus, libétiùs hæc in illum euomere videar, quàm veriùs. etenim etsi præcipuum esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis, vt in communi odio pænè æqualiter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quãtum exitij fuerit. Quin sic attendite, iudices, nempe hæc est quæstio de interitu P. Clodij. fingite animis: *liberæ enim sunt cogitationes nostræ: & quæ volunt, sic intuentur, vt ea cernimus, quæ videmus:* fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ: si possim efficere, vt Milonem absoluatis: sed ita, si P. Clodius reuixerit. Quid vultu extimuistis? quónam modo ille vos viuus afficeret, qui [r] mortuus inani cogitatione percussit? Quid? si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute, ac [s] fa-

a T. atque il. lis priu.

b id est ad annonam leuandam.*

c L. abrogabat:

d L. nefandũ F. B.

e L. iudicarant,

f L. plurimis

g Nymphæ incendiis arcẽdis præesse putabantur. Eare in exrõ cẽplo tabulæ publicæ, asseruabantur.*

h v. c. vt memoriam publicam recẽsionis,

i v. c. Kalumnia

k L. sed hunc P. Varium, fortissimum, atque opt. ciuem

l L. ab equite R. splendido, & forti, M. Pacauio non imp.

m al. Paconio. al. M. Pacanio.*

n L. vt sibi inf.

P. CXVI. o v. c. in lacu Perelio || al. in lacu Prelio.*

p al. atque arenam

q al. Sent. v. al. Scantia.

r al. Aponio

s L. fidissima

a L. non modò vestibulo sed omni aditu, & limine priuaret. Quo. b Lumen pro domo hic accipi videtur vt in l. 6. §. 6. ff. de officio præsidis.

c al. etsi æqualiter

d L. aut ferre, imperium ille si nactus esset,

e al. facerentis.*

f L. vt in eos se potiùs immitteret, quã in vestras possessiones: à vestris tectis, vestris pecuniis: vestra tecta, vestras pecunias dico, à liberis, medius fidius, & à coniugibus vestris.

P. B.

g al. immitteret.*

h L. per me vnum vt ius, æqu. &c.

i L. manerẽt. Esset verò timend, quónam id ferret ciuit.

k al. Non queo.*

l L. gaudia, quanta fuerunt, iudis.

m L. nihil horum vos

n L. sumus adducti.

o L. hoc ipso summo v.

p L. compressa hom.

q quod ex inimicis oritur.*

r fort. quos mort.

s L. ac forma est, & ipse si ipse

pientia est, vt ea potuerit semper, quæ nemo præter illum: si is, inquam, potuisset, vt [a] quæstionem de morte P. Clodij ferre, sic ipsum *ab inferis excitare*: vtrum putatis [b] facturum fuisse? etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare [c], propter remp. non fecisset. Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vi tam si putetis per vos restitui posse, nolitis, & de eius nece lata quæstio est, qui si eadē lege reuiuiscere posset, lata lex nunquam esset. Huius ergo interfector [d] non esset etiam confitendo ab iis impetraturus, ne pœnam timeret, quos liberauisset? Græci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necauerunt. Quæ [e] ego vidi Athenis? quæ aliis in vrbibus Græciæ? quas res diuinas talibus institutas viris? quos cantus? quæ carmina? propè [f] ad immortalitatem, & religionem, & memoriam consecrantur. Vos tanti conseruatorem populi, tanti sceleris vltorē non modò honoribus nullis afficietis, sed [g] ad supplicium rapi etiam patiemini? Confiteretur, confiteretur, inquā, si fecisset, & magno animo, & libenter se fecisse, libertatis omnium causa. quod certè ei nō confitendū modò fuisset, verùm etiā prædicandū. [h] Etenim, si id non negat, ex quo nihil petit, nisi vt ignoscatur: dubitaret id fateri, ex quo etiā præmia laudis essent petēda? nisi verò gratius putat esse vobis, sui se capitis, quàm vestri ordinis defensorē fuisse: cùm præsertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores assequeretur amplissimos. si factum vobis non probaretur (quanquam quî poterat salus sua cuiquam non probari?) sed tamen si minùs fortissimi viri virtus ciuibus grata cecidisset: magno animo, constantíque cederet ex ingrata ciuitate. nam quid esset ingratius, quàm lætari ceteros, lugere eum solū, propter quem ceteri lætarentur? Quanquam hoc animo semper omnes [k] fuimus in patriæ proditoribus opprimendis, vt quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoque, & inuidiam, nostram putaremus. nam [l] quæ mihi contribuenda laus esset ipsi, cùm tantum in consulatu meo pro vobis, ac liberis vestris ausus essem, si id, quod conabar, sine maximis dimicationibus meis me esse ausurum arbitraretur? quæ mulier sceleratum, ac pernicio sum ciuem occidere non auderet, si periculum non timeret? *Proposita inuidia, morte, pœna, qui nihilo segnius remp. defendit, is vir verè putandus est. Populi grati est, præmia afficere bene meritos de rep. ciues: viri fortis, ne supplicia quidem mouere, vt fortiter fecisse præniteat.* Quamobrem vteretur eádem confessione T. Annius, qua [m] Hala, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, qua nosmetipsi: & si grata resp. esset, lætaretur: si ingrata, tamen in graui fortuna, conscientia sua niteretur. Sed huius beneficij gratiam, iudices, fortuna, populi Ro. & vestra felicitas, & dij [n] immortales sibi deberi putant. Nec verò quisquam aliter arbitrari potest, nisi [o] qui nullam vim cælestem existimat, numénve diuinum: quem neque imperij vestri [p] magnitudo, neque sol ille, nec cæli, signorúmque motus, nec vicissitudines rerum, atque ordines mouent, neque, id quod maximum est, maiorum [q] sapientia: qui sacra, qui cærimonias, qui auspicia & ipsi sanctissimè coluerunt, & nobis, suis posteris, prodiderunt. Est, est profectò illa vis: neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat, & sentiat, & non inest in hoc tanto naturæ, tam [a] præclaro motu. nisi [b] fortè idcirco esse non putant, quia non appāret, nec cernitur: perinde [c] quasi nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua prouidemus, qua hæc ipsa agimus, ac dicimus, videre, aut planè, qualis, aut vbi sit, sentire possimus. Ea [d] vis, ea est igitur, quæ sæpe incredibileis huic vrbi felicitates, atque opes attulit: quæ illam perniciem exstinxit, ac sustulit: cui primùm mentem iniecit, vt vi irritare, ferróque lacessere fortissimum virum auderet, vincere túrque ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatem, & licentiam sempiternam. Non est humano consilio, ne mediocri quidem, iudices, deorum immortalium cura, res illa perfecta. religiones [e] mehercule ipsæ, atæque, cùm illam belluam cadere viderunt, commouisse [f] se videntur, & ius in illo suum retinuisse. Vos [g] enim, Albani tumuli, atque luci, vos, inquam imploro, atque obtestor, vósque Albanorum obrutæ aræ, sacrorum pópuli Rom. sociæ, & æquales, quas ille præceps amentia, cæsis, prostratísque sanctissimis lucis, substrictionū insanis molibus oppresserat: vestræ tum aræ, vestræ religiones viguerunt, vestra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat: túque ex tuo edito monte, Latialis [i] sancte Iupiter, cuius ille lacus [k], nemora, fineisque sæpe omni nefario stupro, & scelere maculārat, aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti: vobis illæ, vobis vestro in conspectu seræ, sed iustæ tamen, & debitæ pœnæ solutæ sunt. nisi fortè hoc etiam, casu factum esse dicimus, vt ante ipsum sacrarium Bonæ deæ, quod est in fundo T. Sextij Galli, in primis honesti, & ornati adolescentis, ante ipsam, inquam, Bonam deam, cùm prælium commissum esset, primum illud vulnus acceperit [m], quo tæterrimam mortem obiret: vt non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hāc insignem pœnam reseruatus. Nec verò non éadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, vt sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exsequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, óblitus cruore, & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, ambureretur [n] etiam abiectus. non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas illi tæterrimo parricidæ [o] aliquid décoris afferre, neque vllo in loco potiùs mortē eius lacerari, quàm in quo vita esset dānata. Dura mihi, medius fidius, iā fortuna populi Ro. & crudelis videbatur, quæ tot annos illū in hanc remp. insultare [p] videret, & pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones: senatus grauissima decreta perfregerat: pecunia [q] se palām à iudicibus redemerat: vexarat in tribunatu senatū: omnium ordinum consensu pro salute reip. gesta rescidérat: me patria expulerat: bona diripuerat: domum incenderat: liberos, coniugem meam vexauerat: Cn. Pompeio nefarium bellum indixerat: magistratuum, priuatorúmque cędeis effecerat: domum mei fratris incenderat: vastarat Etruriam: multos sedibus, ac fortunis eiecerat: instabat, vrgebat, capere [r] eius amentiam ciuitas, Italia, prouinciæ, regna nō poterant: incidebantur iā domi leges, quę nos nostris seruis addicerent: nihil erat cuiusquā, quod

a *al. aut.*

b L. putatis potius factuam fuisse,

c L. reuocare,

d L. interfector si esset: in confitendo ab hisne pœnam timeret, quos liberauisset. ‖ & ita Priscianus lib. 8. vt sit sensus, Pœnam Miloni non esse indicendā, cùm enim in interfecerit, quem interfectum, vel eorum, qui in hac causa sedent iudicum Clodiū tolli, interfecerit.*

e Tyrannicidæ trucidati in Græcia

f L. propè ad immortalitatem & religione, & memoria cons.

g L. sed etiā ad supplicium rapi patiemini.

h Prædicatio hîc, plus nescio quid continet, quàm confessio. Est enim prædicatio confessio non modò voluntaria, sed & cum affectatione laudis.*

i L. fin factū. P. B.

k L. cuiquam & *ita v.c.*

l L. fuimus omnes in patr. & *ita v.c.*

m L. nam quæ mihi ipsi tribuenda laus esset, cùm

m L. qua Ahala

n Diis fœlicitatem populi Romani asserit.*

o L. nisi qui nullam vim esse ducit, numénve diuinum:

p *al* nostri

q L. maiorū nostrorum sap.

p. CXVIII.

a L. támque præci.

b Deus in vniuerso & mens in corporibus nostris inesse creditur, etiamsi neque deus neque animus cernatur.*

c L. proinde quasi

d L. Ea vis est igitur ipsa q.

e L. religiones mehercule ipsæ, quæ tum illam bell.

f L. cómosse se vid.

g L. Vos enim iā, Albani t. h *al.* vestræ religiones viguerint.*

i L. Latiaris sancte Iup. ‖ Iupiter verò illo Latiarius sanguine humano colebatur, teste Festo in Oscillum. Aliis Latiarius dicitur, Dionysio Halicarnasseo lib. 4. Theophil. lib. 3 aduersus gentes: Tatianus aduersus Græcos: Lactantius 1. c. 2. Iulius Firmicus libro de errore profanarum religionum.*

k L. lucos. nem.

l *v.c.* pœniēdum P. B.

m *sic v.c. & L. al.* acciperet.

n L. vteretur abiectus

o L. paricidæ

p L. insultare pateretur.

q L. pecunia palām se à iud.

r Κακῶς

quod quidem ille adamasset, quod non hoc anno suum fore putaret: obstabat eius cogitationib. nemo, præter [a] illũ Milonẽ ipsum, qui poterat obstare: Cn. Põpeiũ nouo [b] reditu in gratiã quasi deuinctum arbitrabatur: Cæsaris potentiam suam potentiam esse dicebat: bonorum animos etiam in meo casu contemserat: Milo vnus vrgebat. Hic dij immortales, vt suprà dixi, mentem [d] dederunt illi perdito, ac furioso, vt huic faceret insidias, aliter perire pestis illa non potuit: numquam illum resp. suo iure esset vlta. Senatus, credo, prætorem eum circumscripsisset. Ne cùm solebat quidẽ id facere in priuato eodem hoc, aliquid profecerat. An consules in prætore coercendo fortes fuissent? Primũ Milone occiso, habuisset suos consules. deinde quis [e] in eo prætore consul fortis esset, per quẽ tribunũ, vitum cõsuiatẽ crudelissimè [f] necatũ [g] esse meminisset? omnia possideret, teneret: lege noua, quæ est inuenta apud eum cum reliquis legibus Clodianis, seruos nostros, libertos suos fecisset. postremò, nisi eum dij immortales in eam mentem impulissent, vt homo effæminatus fortissimũ virum conaretur occidere, hodie remp. nullam haberetis. An ille prætor, ille verò consul, si modò hæc templa, atque ipsa mœnia stare eo viuo tamdiu, & consulatum eius exspectare potuissent, ille denique viuus, mali nihil fecisset, qui [h] mortuus, vno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce, curiam incẽderit? Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, cõsilij publici, caput vrbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo Rom. concessam vni ordini, inflammari, excindi, funestari: neque id fieri à multitudine imperita, quamquam esset miserum id ipsum, sed ab vno: qui cùm tantum ausus sit vltor pro mortuo, quid significer pro viuo non esset ausus? In curiam potissimùm abiecerit, vt eam mortuus incenderet, quam viuus euerterat. Et sunt qui de via Appia querantur, taceãt de curia? Ecquando [k] ab eo spirante forum [l] potuisset defendi, cuius nõ restiterit cadaueri curia? Excitate [m], excitate eum, si potestis, ab inferis, frangetis impetũ viui, cuius vix sustinetis [n] furias insepulti? nisi verò sustinuistis eos, qui cum facib. ad curiam cucurrerunt, cum [o] falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Cædi vidistis populum Ro. concionem gladiis disturbari, cùm audiretur silentio M. Cœlius, tribunus plebis, vir fortissimus, & in suscepta causa firmissimus, & bonorum voluntati, & auctoritati senatus deditus, & in hac Milonis siue inuidia, siue fortuna, singulari, diuina, & incredibili fide. ¶ Sed [p] iam satis multa de causa: extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat, nisi vt orem, obtestẽrque vos, iudices, vt eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non implorat: ego ¶ autem, repugnante hoc, & imploro, & exposco? Nolite si in nostro omniũ fletu nullam lacrymam adspexistis Milonis: si vultum semper eundem, si vocem, si orationem stabilem, ac non mutatam videtis, hoc minùs ei parcere: atque haud scio, an multo etiam sit adiuuãdus magis. Etenim *si in gladiatorio pugnũ, & in infimi generis hominum conditione, atque fortuna, timidos & supplices, & vt viuere liceat, obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes, & animosos, & se acriter ipsi morti offerentes, seruare cupimus: eorúmque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis ciuibus facere debemus?* Me quidem, iudices, exanimant, & interimunt hæ voces Milonis, quas audio assiduè, & quibus interfum quotidie. Valeant, inquit, valeant ciues mei: sint incolumes, sint florentes, sint beati: stet hæc vrbs præclara, mihíque patria carissima, quoquo [b] modo merita de me erit, tranquilla rep. ciues mei (quoniam mihi cum illis non licet) fine me ipsi, sed per me tamen, perfruantur. ego cedam, atque abibo, si [c] mihi rep. bona frui non licuerit, at carebo malis: & quam primùm tetigero bene moratam, & liberam ciuitatem, in ea conquiescam. O frustra, inquit, suscepti mei labores! ô spes fallaces! ô cogitationes inanes meæ! Ego cùm tribunus pleb. rep. oppressa, me senatui dedissem, quem exstinctum acceperam: equitibus Romanis, quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant? mihi vnquam bonorum præsidium defuturum putarem? Ego, cùm te (mecum enim sæpissimè loquitur) patriæ reddidissem, mihi [d] non futurum in patria putarem locum? Vbi nunc senatus est, quem secuti sumus? vbi equites Rom. illi, illi, inquit, tui? vbi studia municipiorum? vbi Italiæ voces? vbi denique tua, M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox [e], & defensio? mihíne ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari? Nec verò hæc iudices, vt ego nunc, flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. negat enim, se, negat ingratis ciuibus fecisse, quæ [f] fecit: timidis [g], & omnia circumspicientibus pericula, non negat, plebem, & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce, fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vita vestra, se fecisse commemorat, vt non modò virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret: nec timet, ne, cùm plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in remp. singularibus. Senatus erga se beneuolentiam [h] temporibus his ipsis sæpe esse perspectam: vestras verò, & vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, *quemcumque [i] cursum [k] fortuna dederit*, secum se ablaturum esse dicit. Meminit etiam, sibi vocem præconis modò defuisse, quam minimè desiderarit: populi verò cunctis suffragiis, quod vnum cupierit, se cõsulem declaratum. nũc denique, si [l] hæc arma contra se sint futura, sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. Addit hæc, quæ certè vera sunt, *forteis, & sapienteis viros non tam præmia sequi solere recte factorum, quam ipsa recte facta*: se nihil in vita, nisi præclarissimè fecisse, si quidem *nihil sit præstabilius viro, quàm periculo patriam liberare: beatos esse, quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus: nec tamen eos miseros, qui beneficio ciueis suos vicerint: sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium, gloriam [m]: esse hanc vnam, quæ breuitatem vitæ posteritatis memoria consolaretur: quæ efficeret, vt absentes adessemus, mortui viueremus: hanc denique esse, cuius [n] gradibus etiam homines in cælum videantur adscendere.* De me, inquit, semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur, nulla vnquam

[a] L. præter Milonem, illum ipsum, qui p. P. CXIX.
[b] L. nouo red. in gr. sibi deuinctum arbitr.
[c] L. delet hîc quoque parisiensium, etiam.
[d] L. mentem illi perd. ac fur. dederunt vt huic f.
[e] L. quis in eo prætore fortis consul de.
[f] L. crudelissimè vexatũ esse meminisset? & ita v. c. & al. vexatũ, & ita Aut. August.*
[g] v. c. cùm mortuus,
[h] al. ortis.*
[i] P. B. [k] v. c. Et qui ab fori. Ecqui ab.
[l] L. forum purent potuisse defendi, & ita v. c.
[m] v. c. excitate ipsum, si potestis, n. al. sustinuistis
[o] al. cùm faceib. al. cum facib.
[p] PERORATIO.*
[q] L. ego eiũ repugn.
[a] fori. & se acriter ipsos morti offe.
P. CXX.
[b] L. quoquo modo erit merita de me tr.
[c] v. c. si mea rep. bona
[d] L. mihi futurum in patris non pu tem locum? & ita v. s.
[e] L. vos atq. defensio?
[f] L. quæ fecerit:
[g] al. timentibus, & omn.
[h] v. c. beniuolentiam
[i] Sic Dido apud Virgilium 4. Æneidos: vixi, & quem mi dederat cursum fortuna peregi.*
[k] al. casum
P. B. [l] v. c. si hæc contra se fint fut.
[m] locus de gloria.*
[n] L. cuius gradibus etiã, in cælum hominẽs adscẽdere videantur. De me.

obmutescet vetustas. quin hoc tempore ipso, cùm omnes à [a] suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur, tamen omni in hominum cœtu, gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur. Omitto Etruriæ festos, & actos, & institutos dies. centesima [b] lux est hæc ab interitu P. Clodij: & [c], opinor, vltra, quàm fines imperij populi Ro. sunt, non solùm fama iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit. Quamobrem, vbi corpus hoc sit, non, inquit, laboro, quoniam omnibus in terris & iam versatur, & semper habitabit nominis mei gloria. Hæc tu mecum sæpe, his absentibus: sed iisdem audientibus, hæc ego tecum, Milo. Te quidem, quòd [d] isto animo es, satis laudare non possum: sed, quo est ista magis diuina virtus, eo maiore à te dolore diuellor. Nec verò, si [e] mihi eripueris, reliqua est illa tamen [f] ad consolandum querela, vt his irasci possim, à quibus tantum vulnus accepero. non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non malè aliquando de me meriti, sed semper optimè. Nullum vnquam, iudices, mihi tantum dolorem inuretis (etsi quis potest esse tantus?) sed ne hunc quidem ipsum, vt obliuiscar, quanti me semper feceritis. quæ si vos cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis: cur non id meo capite potiùs luitur, quàm Milonis? Præclarè enim vixero, si quid mihi acciderit priùs, quàm hoc tantum mali videro. Nunc me vna consolatio sustentat, quòd [g] tibi, ô T. Anni, nullum à me amoris, nullum studij, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetiui: ego meum sæpe corpus, & vitam obieci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te supplicem abieci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorum, in communionem tuorum temporum contuli: hoc denique ipso die, si qua vis est parata, si qua dimicatio capitis futura, deposco. Quid iam restat? quid [h] habeo, quod dicam? quod faciam pro tuis in me meritis, nisi vt eam fortunam, quæcumque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo: vósque obsecro, iudices, vt vestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eius dem exitio occasura [i] esse iubeatis. His lacrymis non mouetur Milo. est quodam incredibili robore [k] animi sæptus: *exilium ibi esse putat, vbi virtuti non sit locus: mortem, naturæ finem esse, non pœnam.* Sit [l] hic ea mente, qua natus est. quid vos iudices? quo tandem animo eritis? Memoriam Milonis retinebitis: ipsum eiicietis? & erit dignior locus in terris vllus, qui hanc virtutem excipiat, quàm hic, qui procreauit? Vos, vos appello, fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinem [a] effudistis: vos in viri & in ciuis inuicti appello periculo, centuriones, vósque milites: vobis non modò inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio præsidentibus, hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur? exterminabitur? eiicietur [b]? O me miserum, ô infelicem! reuocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos: ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram ille seruasset? At in qua causa non potuisse? quæ est grata gentibus, à quibus non potuisse? ab iis, qui maximè P. Clodij morte acquierunt. quo deprecante? me. Quódnam [c] concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi, iudices, cùm illa indicia communis exitij indagaui, patefeci, protuli, extinxi? omnes in me, meósque redundant [d] ex illo fonte dolores. Quid me reducem esse voluisti? an vt, inspectante me, expellerentur ij, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorem reditum esse, quàm fuerit ille ipse discessus. Nam qui possum putare me restitutum esse, si [e] distrahor ab iis, per quos restitutus sum? Vtinam dij immortales fecissent (pace tua, patria, dixerim: metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam piè) vt [f] P. Clodius non modò viueret, sed etiam prætor, consul, dictator esset [g], antequàm hoc spectaculũ viderem. O dij immortales! fortem, & à vobis, iudices conseruandum virum. Minimè [h], inquit. immò verò pœnas ille debitas lueret: nos subeamus, si ita necesse est, non debitas. Hiccine vir patriæ natus, vsquam, nisi in patria moretur? aut, si fortè pro patria: huius vos animi monumẽta retinebitis: corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini? hũc sua quisquam sententia ex hac vrbe expellet, quem omnes vrbes expulsum à vobis ad se vocabũt? O terram illam beatam, quæ hũc virum exceperit: hanc ingratam, si ejecerit: miserã, si amiserit. Sed finis sit. neque enim præ lacrymis iam loqui possum: & hic se lacrymis defendi vetat. vos oro, obtestórque, iudices, vt in sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram virtutẽ, iustitiam, fidẽ, mihi credite, is maximè probabit, qui in iudicibus legẽdis, optimum, & sapientissimum quemque lẽgit [i].

a L. à cuius inimicis faces inuidiæ meæ subiiciuntur, &c. [a] *Quidam suis interpretantur.* pro eius. *

b Sic Iuuenalis loquens de Mose & Iudæorum gentis Cui septima quæque fuit lux Ignava. *

c L. & opinor, altera. vltrà quàm fin.

d v.c. cùm isto animo es,

e *fort.* si mihi eripueris, f v.c. saltem P. CXXI.

g L. quòd tibi, T. Anni,

h L. quid habeo? quid faciã pro tuis, &c.

i L. occasura esse videatis.

k L. robore animi. exsilium, &c.

l L. Sed hic ea mente natus est. Quid? vos iudices, quo tandem animo eritis?

A

B

C

D

E

F

a *al.* sanguinem profudistis: *infra v. 6.*

b L. proiicietur?

c L. Quódnã ego concepi &c.

d L. redundãt è fonte illo dolores.

e L. si distrahor ab

f L. vtinam P. Clodius

g L. esset potiùs, quàm hoc spect. P. CXXII.

h L. Minimè, minimè, inquit. imò verò.

i v.c. elegit.

PRO

PRO C. RABIRIO[a] POSTVMO.

ORATIO TRICESIMANONA.

Synopsis.

Quæstio, *An C. Rabirius repetundarum reus.* Accusator *Cn. Memmius*: Reus *C. Rabirius.* Patronus Rabirij, *Cicero.*

P. B. a Ita dictum à patre adoptino: cùm illi verus pater esset. C. Curius eques Romanus.*

b EXORDIVM.*

c Ptolemæi*

IBQVE est, iudices, qui C. Rabiriũ, quòd suæ fortunæ, fundatas præsertim, atque optimè cõstitutas, opes potestati regiæ, libidiníque cõmiserit, reprehendendũ putet: adscribat ad iudicium suum, non modò meam, sed huius etiam ipsius, qui commisit, sententiam. neque enim cuiquam eius consiliũ vehemẽtiùs, quàm ipsi displicet. Quanquam *hoc plerunque d facimus, vt consilia euentu ponderemus: & cui bene quid processerit, multùm e illum prouidisse: cui secus, nihil f sensisse dicamus.* Si exstitisset in rege fides: nihil sapientius Postumo. quia fefellit rex: nihil hoc amentius dicitur: vt iam nihil esse videatur, nisi diuinare, sapientis. Sed tamen, si quis est, iudices, qui illam Postumi siue inanem spem, siue incõsultam rationem siue, (vt grauissimo verbo vtar) temeritatem, vituperandam putet, ego eius opinioni non repugno: illud tamẽ deprecor, vt, cùm ab ipsa fortuna crudelissimè videat huius consilia esse multata: nequid ad eas ruinas, quibus hic oppressus est, addendis acerbitatis putet. *Satis est, homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes g impellere, certè est inhumanum:* præsertim, iudices, *cùm sit hoc genus hominum propè natura datum, vti, qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hanc ferè, qui sunt eius stirpe, (quòd sermo h hominum ad memoriam prodendam patrum virtute celebretur) cupidissimè persequatur.* siquidem non modò in gloria rei militaris Paullum Scipio, aut Maximum filius, sed etiam in deuotione vitæ, & in ipso genere mortis, imitatus est P. Decium filius i. Sint igitur *similia*, iudices, *parua magnis.* ¶Fuit k enim, pueris nobis, huius pater C. Curius, l princeps ordinis equestris, fortissimus, & maximus publicanus: cuius in negotiis gerẽdis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi in eodem benignitas incredibilis fuisset: vt in augenda re nõ auaritiæ prædã, sed instrumẽtũ bonitati quærere videretur. Hoc ille natus, quãvis patrẽ suũ nunquam viderat, tamẽ & natura ipsa duce, quæ plurimũ valet, & assiduis domestiorũ sermonib. in paternæ culpæ similitudinẽ deductus est. multa gessit: multa cõtraxit magnas parteis habuit publicanorũ m: credidit populis: in pluribus prouinciis eius versata res est: dedit se etiã regibus: huic ipsi Alexandrino grandẽ iã antea pecuniã credidit: nec interea locupletare amicos vnquã suos destitit, mittere in negotiũ, dare parteis, augere n, fide sustẽtare. Quid multa? cùm magnitudine animi, tũ liberalitate, vitam patris, & consuetudinẽ expresserat. Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis cõsiliis (vt dixit Sibylla, o sensit Postumus) Romã venit. huic a egenti, & rogãti hic infelix pecuniam credidit: nec tum primùm. nã regnãti crediderat absens: nec temerè se credere putabat, quòd erat nemini dubiũ, quin is in regnũ restitueretur à senatu populóq. R. In dando autẽ, & credẽdo processit lõgiùs: nec suam solùm pecuniã credidit, sed etiam amicorum: stultè: quis negat? aut quis iã non admonet? quod malè cecidit, bene b consultum putares. Id est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id nõ exsequi vsq. ad extremũ. Supplex erat rex: multa rogabat: omnia pollicebatur: vt iam metuere Postumus coge retur, ne, quod crediderat, perderet, si credẽdi constitutisset modũ. nihil autẽ erat illo blãdius, nihil hoc benignius: vt magis pœniteret cœpisse, quàm liceret desistere. Hinc c primùm exoritur crimen illud: senatũ corruptũ esse dicũt. ¶O dii immortales! hæc est illa exoptata iudiciorũ scueritas? corruptores nostri causam dicunt: nos, qui corrupti sumus, non dicimus. Quid ego senatũ defendam hoc loco, iudices? omni equidẽ loco debeo. ita de g me est meritus ille ordo: sed id nec agitur hoc tempore, nec cum Postumi causa res ista cõiuncta est. Quanquam ad sumtum itineris, ad illam magnificentiam apparatus, comitatũmque regiũ, suppeditata pecunia à Postumo est, factæque syngraphæ sunt in Albano Cn. Põpeij cùm ille Roma profectus esset: tamen nõ debuit is, qui dabat, quò ille, qui accipiebat, consumereth, quærere. non enim latroni, sed regi credidit: nec regi inimico populi Ro. sed ei, cuius reditũ consuli i datũ à senatu videbat: nec ei regi, qui alienus ab hoc imperio esset, sed ei, quicũ fœdus fieri in Capitolio viderat. Quòd *si creditor in culpa sit, non qui est improbè credita pecunia vsus: damnetur. is, qui fabricatus gladium est, & vendidit, non is, qui illo gladio ciuem aliquem interemit.* Quamobrẽ neque tu, C. Memmi, hoc facere debes, vt senatum, cuius auctoritati te ab adolescentia dedisti, in tanta infamia versari velis, neque ego id, quod nõ agitur, defendere. Postumi enim causa, quæcunque est, seiuncta à senatu est. Quòd si item à Gabinio seiunctam ostẽdero, certè quod dicas, nihil habebis. Est enim hæc causa, quo ea pecunia peruenerit, quasi quædam appẽdicula causæ iudicatæ, atque damnatæ. Sunt lites æstimatæ A. Gabinio: nec prædes dati m, nec ex eius bonis, quãta summa litiũ fuisset, à populo recipi n. Lex æqua est. Iubet lex Iulia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quã is ceperit, qui damnatus sit, peruenerit. Si est hoc nouum in lege Iulia, sicuti multa sunt seueriùs scripta, quàm in antiquis legib. & sanctiùs iudicata: sanè etiã cõsuetudo huius generis iudiciorũ, noua, sin hoc totidẽ

a L. ei egenti & rog.

b *Ant. Augusti.* id si bene consultum putares. *vt hãc sententiam videatur Cicero mutuatus: ex prima Olympiaca.** P. B.

c L. Hic primùm

d CONTENTIO.*

e *forsitan*, hæcine est illa *al.* ergo.* f L. de me meritus est ille.

g *fort.* præcipitantes se.*

h *fort.* sermone hom. ad mem. prod. patrum virtus celebr.

i L. consuli mandatum

P. CXXIII. 1 sed & eius nepos vt aliàs dixi.*

k NARRATIO.*

l L. C. Curtius, pr.

m C. publicorum: cr. ‖ atq. ita legit Cuiacius to. observat. 25.*

n L. re augere fide f.

o Vide Lucanum 8.

Iz id est in qua quæritur quò ea pecunia peruenerat.*

l L. nec ab eo prædes dati, nec

m *al.* dari.*

n L. receptæ, *fol.* seruari. *vel* seruata. Recipere vel seu seruare pecuniam est à debito suo recuperare. Lex ecqua est? Iub. *id est* Num aliqua lex est.*

o Lex Iulia repetundarum de qua in Diceis.

verbis translatum caput est, quot fuit nō modò in Cornelia [a], sed etiam antè in lege Seruilia [b]: per deos immortaleis, quid agimus, iudices? aut quem hunc morem nouorum iudiciorum in remp. inducimus? Erat enim hæc consuetudo nota vobis quidem omnibus, sed, *si vsus magister est optimus*, mihi debet esse notissima. Accusaui de pecuniis repetundis: iudex sedi: prætor quæsiui: defendi plurimos, nulla pars, quæ aliquam facultatem dicendi afferre posset, non mea [c] fuit. ita contendo, neminem vnquam, Quo ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset. in d litibus autem nemo appellabatur, nisi ex testium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuitatum. Itaque in [e] ferendis litibus adesse solebant, qui aliquid de se verebantur: &, cùm erant appellati: si videbatur, statim contrà dicere solebant. sin eius temporis recentem inuidiam pertimuerant: respondebant postea. quod cùm fecissent, permulti sæpe vicerunt. Hoc verò nouum est, ante hoc tempus omnino inauditum: in litibus, Postumi nomen est nusquam. in litibus dico? modò vos iidem in A. Gabinium iudices sedistis, numquis testis Postumum appellauit? testis autem? num accusator? num denique toto [f] illo iudicio Postumi nomen audistis? Non igitur reus, ex ea causa, quæ iudicata est, redundat Postumus: sed est arreptus vnus eques Rom. de pecuniis repetundis reus. quibus tabulis? quæ in [g] iudicio à Gabinio recitatæ non sunt. quo teste? à quo tum appellatus nusquam est. qua appellatione i litium? in qua Postumi mentio facta nulla est. qua lege? qua non tenetur. Hîc iam, iudices, vestri consilij res est, *vestræ sapientiæ: quid deceat vos, non, quantum liceat vobis, spectare debetis.* si enim, quid liceat, quæritis: potestis tollere è ciuitate, quem vultis. Tabella [k] est, quæ dat potestatem, occultat eadem libidinem. cuius [l] conscientia, nihil est, quòd quisquam timeat, si non pertimescat suam. *Vbi est igitur sapientia iudicij? In hoc, vt non solùm, quid possit, sed etiam quid debeat, ponderet: nec, quantum sibi permissum, meminerit solùm, sed [m] etiam, quatenus commissum sit.* Datur tibi tabella iudicij. qua lege? Iulia de pecuniis repetundis. quo de reo? de equite Romano. At iste ordo lege ea non tenetur. Illo, inquit, capite quod erat in Postumum, quòd in Gabinium iudex [n] esses, nihil Gabinio datum, cùm in eum lites æstimarentur. At nunc audio. reus igitur Postumus est ea lege, qua non modò ipse, sed totus etiam ordo solutus, ac liber est. Hîc ego nunc non vos priùs implorabo, equites Rom. quorum ius iudicio tentatur, quàm vos senatores, quorum agitur fides in hunc ordinem: quæ quidem cùm sæpe antè, tum in hac ipsa causa nuper est cognita. nam cùm, optimo, & præstantissimo consule, Cn. Pompeio, de hac ipsa quæstione referente, exsisterent nonnullæ, sed perpaucæ [o] tamen acerbæ sententiæ, quæ censerent, *vt P tribuni, vt præfecti, vt scribæ, vt comites omnes magistratuum, lege hac tenerentur:* vos, vos, inquam, ipsi, & senatus frequens restitit: &, quanquam tum, propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamē, cùm odium non restin-

gueretis, huic ordini ignem nouum subiici non siuistis. Hoc animo igitur senatus. Quid? vos equites Romani, quid tandē estis acturi? Glaucia [a] solebat, homo impurus, sed tamen acutus, populum monere, *vt, cùm lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet.* Si [b] esset dictator, consul, prætor, magister equitum: ne laboraret: sciret nihil ad se pertinere. sin autem, quicunque post hanc legem: videret, nequa noua quæstione alligaretur. Nunc vos, equites Rom. videte. scitis, me [c] ortum è vobis: omnia semper sensisse pro vobis: nihil horum sine magna cura, & summa caritate vestri ordinis loquor. alius alios homines, & ordines: ego vos semper cōplexus sum. moneo, & prædico: integra re, causāque denuntio, omneis homines, deósq. testor: dum potestis, dum licet, prouidete, *ne duriorem vobis conditionem statuatis, ordinique vestro, quàm ferre possit.* serpet hoc malū (mihi credite) longiùs quàm putatis. Potentissimo, & nobilissimo tribuno pleb. M. Druso, vnam in equestrem ordinem quæstionem ferenti, *si quis ob rem iudicatam pecuniam cepisset:* apertè equites Rom. restiterunt. Quid? hoc licere volebant? Minimè: neque solùm hoc genus pecuniæ capiendæ turpe, sed [d] etiam nefarium arbitrabantur. attamen ita disputabant: eos teneri legibus [e] oportere, qui suo [f] iudicio essent illam conditionem vitæ secuti. delectat amplissimus ciuitatis gradus, sella eurulis, fasces, imperia, prouinciæ, sacerdotia, triumphi, denique imago ipsa, ad posteritatis memoriam posita. est simul etiā solli citudo aliqua, & legum & iudiciorum maior quidam metus. nos ista nunquā contemsimus (ita enim disputabant) sed hanc vitam quietam, atque otiosam secuti sumus. *quæ quoniam honore caret, careat etiam molestia.* Tam es tu iudex, quàm ego senator. Ita est: sed tu istud petisti, ego hoc cogor. Quare aut iudici mihi [h] lege senatoria non timere. Hoc vos, equites Ro. ius à patribus acceptum amittetis? moneo, ne faciatis. rapiēntur homines in hæc iudicia ex omni non modò inuidia, sed sermone maleuolorum, nisi cauetis. Si [i] iam vobis nuntiaretur, in senatu sententias dici, vt his legibus teneremini: cōcurrendum ad curiam putaretis. si lex ferretur: conuolaretis ad Rostra. vos senatus liberos hac lege esse voluit: populus nunquam alligauit: soluti huc conueniſtis: ne constricti discedatis, cauete. nam si Postumo fraudi fuerit, qui nec tribunus, nec præfectus, nec ex Italia comes, nec familiaris Gabinij fuit: quonā se modo defendēt posthac, qui vestri ordinis cum magistratibus nostris fuerint his causis implicati? Tu, inquit, Gabinium, vt regem [k] reduceret, impulisti. Non [l] patitur mea etiam fides de Gabinio grauiùs agere, quem [m] enim ex [n] tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. quocum stāte, si me Cn. Pompeij auctoritas in gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret. sed tamen, cùm ita dicis, Postumi impulsu Gabinium profectum Alexandriam: si defensioni Gabinij fidem non habes, obliuiscerisne etiam accusationis tuæ? Gabinius se id fecisse dicebat reip. causa, quòd classem Archelai timeret, quòd mare refertum fore prædonum putaret.

a Fuit hæc lex Cornelia de repetundis.*
b Lex hæc Seruilia de repetundis lata à C. Seruilio Glaucia, qua inter cætera constituit, vt comperendinari reo liceret. antea enim vel iudicari primo poterat, vel amplius pronūciari. Ante hāc verò Seruiliam fuit etiam Acilia* c fort. omissa d L. in litibus autē æstimādis e L. in ferendis litib. f vel, in litibus. vel æstimandis litibus.*
f al. toto illo in iudicio
g L. in iudicio A. Gabinij rec.
h L. qua illatione litium f al. qua æstimatione litium.* i al. æstimatione.*
k de legibus Tabellariis aliàs dixi. l L. cuius cōscientiam nihil
m al. sed & quatenus
n al. index.*
o al. paucæ* p Lege repetundarū qua personæ tenebantur.*

a Glaucię mēminit in Orat. pro C. Rabirio: & in Bruto, meminit & Valerius 3. c. 2.*
b Legum primi versus varij. Alij enim ita cōcepti, si dictator vel si consul, vel si prætor: vel si magister equitum, vel quicunq. post hanc legem.*
c Cicero se familia ex questri affecrit.*
d L. sed & nefarium e repetundarum.*
f hoc est quæ sua sponte contraxit.*
g L. prodita, al. prodēda.* B. B.
h al. aut legē senatoriam non timere.*
i Ordo equestris vti intercederet senatusconsultis & legibus.*
k Ptolemęū* l L. Non patitur mea fides m vt & Vatiniū, quem dignitati suæ semper infestum duobus publicis iudiciis, tutatus est. 4. Valer. 2. Cicero ad Q. fratrem. & 1. familiar. 6. Quintil. 5.* n Idem Valerius 4. c. 2. de reconciliatione.*

p. CXXV.

putaret.lege etiam id sibi licuisse dicebat. tu inimicus negas.Ignosco:& eo magis,quòd est contra illud iudicatum. Redeo igitur ad crimen,& accusationem tuam.[a] Quid vociferabare, decē millia talentūm Gabinio esse promissa? Huic videlicet perblādus reperiēdus [b] fuit,qui hominem,vt tu vis,auariſſimum, exoraret, ſeſtertiūm bis millies,& quadringenties ne magnopere contemneret. Gabinius illud, quoquo conſilio fecit, fecit certè ſuo, quæcumque mens illa fuit, Gabini fuit. ſiue ille,vt ipſe dicebat, gloriam:ſiue,vt tu vis,pecuniam quæſiuit: quæſiuit ſibi. Num Gabinij comes,vel ſectator?negat. non enim ad Gabinij,cuius id negotium non erat, ſed ad P.Lētuli,clariſſimi viri,auctoritatem,à ſenatu profectam, & conſilio certo, & ſpe non dubia, Romam contenderat. At diœcetes [c] fuit regius. Et quidem in cuſtodia etiam fuit regia: & vita eius oblata pœnæ eſt. multa præterea, quæ libido regis, quæ neceſſitas coegit ferre, pertulit. quarum omnium rerum vna reprehenſio eſt,quòd regnum intrarit,quòd poteſtati ſe regis commiſerit. verum ſi quærimus, ſtultè.quid enim ſtultius, quàm equitem Ro. ex hac vrbe,huius, inquam, reip.ciuem, quæ eſt vna maximè,& fuit ſemper libera, venire in eum locum,vbi parendum alteri,& ſeruiēdum ſit? Sed ego in hoc tandem Poſtumo non ignoſcam, homini mediocriter docto, qui [d] videam ſapientiſſimos homines eſſe lapſos? Virum[e] vnum totius Græciæ facilè doctiſſimum, Platonem, iniquitate Dionyſij, Siciliæ tyranni,cui ſe ille commiſerat,in maximis periculis, inſidiſſque eſſe verſatum accepimus: Calliſthenem, doctum hominem, comitem Magni Alexandri, ab Alexandro necatum: Demetrium & ex rep.[f] Athenis quam optimè digeſſerat, & ex doctrina nobilem,& clarum,qui Phalereus vocitatus eſt,in eodem iſto Ægypti regno aſpide ad corpus admota vita eſſe priuatum. *Planè confiteor.fieri nihil poſſe dementius, quàm ſcientem in eum locum venire, vbi libertatem ſis perditurus.* ſed huius iſtius facti ſtultitiam, maior iam ſuperior ſtultitia defendit: quæ facit, vt hoc ſtultiſſimum facinus,quòd in regnum venerit, quòd regi ſe commiſerit, ſapienter factum eſſe videatur. ſiquidem [g] *tam ſemper ſtulti quàm ſerò ſapientis eſt, cùm ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit, ſe expedire.* Quamobrem illud maneat,& fixum ſit, quod neque moueri, neque mutari poteſt: in quo æqui, ſperaſſe Poſtumum dicunt, peccaſſe iniqui, ipſe etiam inſaniſſe ſe confitetur, quòd ſuam, quòd amicorum pecuniam regi crediderit cum tanto fortunarum ſuarum periculo. Hoc quidem ſemel ſuſcepto, atque contracto, perpetienda illa fuerūt,vt ſe aliquādo ad ſuos vindicaret. Itaque obiicias licet, quàm voles ſæpe, palliatum [h] fuiſſe, aliqua habuiſſe non Romani hominis inſignia. quoties eorum quippiam dices, toties vnum dices, atque [i] illud, temere[k] hunc pecuniam regi crediditſe:ſuas fortunas, atque famam libidini regiæ cōmiſiſſe. Feceratne temerè:fateor: mutari [l] factū iam nullo modo poterat, aut pallium ſumendum Alexandriæ, vt & [m] Romæ togato eſſe liceret: aut omnes fortunæ abiiciendæ,ſi togā retinuiſſet. Deliciarum cauſa,& voluptatis, non modò cineis Ro.ſed & nobileis adoleſcentēis, & quoſdā etiam ſenatores ſummo loco natos,non in hortis, aut ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella[a] ſæpe videmus. chlamydatum illum L. Syllam imperatorē.L.verò Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit Antiochúmq.deuicit,nō ſolùm cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuā videtis. quorum impunitas fuit non modò à iudicio, ſed etiam à ſermone. Faciliùs certè P.Rutiliū Rufum neceſſitatis excuſatio defendet: qui cùm à Mithridate Mytilenis oppreſſus eſſet, crudelitatem regis in togatos[b], veſtitus mutatione vitauit. Ergo ille P.Rutilius, qui documentū fuit hominibus noſtris virtutis, antiquitatis [c], prudentiæ, conſularis homo ſoccos habuit, & pallium? Necd verò ideò id homini tū quiſquam,ſed tempori aſſignandum putauit: Poſtumo crimen veſtitus afferet is, in quo ſpes fuit, poſſe ſeſe aliquādo ad fortunas ſuas peruenire? Nam, vt ventum eſt Alexandríam ad Auletem[e],iudices, hæc vna ratio à rege propoſita Poſtumo eſt ſeruandæ pecuniæ, ſi curationem,& quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet. id autem facere non poterat, niſi diœcetes:hoc[f] enim nomine vtitur, qui à rege eſſet conſtitutus. Odioſum negotium Poſtumo videbatur: ſed erat nulla omnino recuſatio. moleſtū etiam nomen ipſum: ſed res habebat nomen hoc apud illos,nō hic impoſuerat.oderat veſtitum etiam illum: ſed ſine eo nec nomen illud poterat, nec munus tueri. Ergo aderat *vis*(vt ait poeta ille noſter) *quæ ſummas frangit,infi mâque opes.* Moreretur,inquies. nam id ſequitur. Feciſſet certè, ſi ſine maximo dedecore, tam impeditis ſuis rebus, potuiſſet emori. *Nolite* igitur *fortunam conuertere in culpam: neque regis iniuriam, huius crimen putare:nec conſilium ex neceſſitate,nec voluntatem ex vi interpretari:* niſi fortè eos etiam, qui in hoſteis, aut in prædones inciderint, ſi aliter quippiam coacti faciant, quàm liberè, vituperandos putes. Nemo noſtrūm ignorat, etiam ſi experti non ſumus, conſuetudinem regiam. *Regum* [g] autem *hæc ſunt imperia, Animaduerte, & dicto pare.* & præter [h] rogitatum ſi querate: & illæ minæ, *Sic te ſecundo* [k] *lumine hic offendero, moriere*, quæ non vt delectemur ſolùm, legere, & ſpectare debemus, ſed vt cauere etiam, & effugere diſcamus. At ex hoc ipſo crimen exoritur. ait enim, dum [l] Gabinio pecuniam Poſtumus coget re [m] ex decumis imperatorum [n], pecuniam ſibi coegiſſe. Non intelligo, hoc quale ſit: vtrūm acceſſionem decumæ, vt noſtri facere coactores[o] ſolent, centeſimæ: an deceſſionem de ſumma fecerit, ſi acceſſionem vndecim millia talentūm ad Gabinium peruenerunt. At non modò abs te decem millia obiecta ſunt,ſed etiam ab his æſtimata. Addo illud etiam: quī tandem cōuenit, aut tam graui onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentūm acceſſionem eſſe factam: aut in tanta mercede hominis,vt vis, auariſſimi, mille talentūm deceſſionem eſſe conceſſam? neque enim fuit Gabinij, remittere tantum de ſuo: nec [p] regis, imponere tantum pati ſuis. Aderunt teſtes, legati Alexandrini.hi nihil in Gabinium dixerunt. immò [q] hi Gabinium laudauerunt. Vbi ergo ille mos?vbi conſuetudo iudiciorum? vbi exempla? ſolétne is dicere in eum, qui pecuniam redegit, qui in illum, cuius nomine ea-

a *al.*tuam: qui vocifer.d.m.tal.Gab. P C X X V I. eſſe promiſſa H.

b *al.*requirēdus.*

c διοικήτης quid infrà poſt paullo dicet.*

d *al.*in quo videam.

e Exempla eorum qui in eum locum venerunt vbi libertatem ſciebant facilè ſe perditurōs.*

f L.& ex rep. Athenienſi, quam opt.*al.* & ex rep.Athenienſem, quam opt.

P. B.

g L. ſi quidē tam non ſemper ſtulti, quàm

h Togam & veſtitum qui dam è Romanis interdum vel integrè mutarūt, vel Romano aliū addiderūt. at hic palliatus Poſthumus: nobiles quidam cum mitella, Sylla, chlamyda aus: Scipio Aſiaticus cum crepidis: & alij*

i *al.* atque idem,

k Temere pecunia creditur regibus

l L. factum mutari

m *al.*ci*

a mitella, vt & Nizolius legiſſe videtur.*

P. CXXVII.

b id eſt Romanos.*

c L. ſanctitatis,pr.

d L. Nec verò id homini tum q. *&* ita v.c.

e Ægypti regem. διοικήτης curator & diſpenſator regiæ pecuniæ. vt hîc & paullo ſuprà.

f L. Præter rogitatum ſi loquaret& illæ m. *fort.*præter rogitatum loquere.

i Verſus ex Euripidis Medea expreſſus εἰ σ' ἡ τύχος λαμπτὰς ὁ.

P. B.

Ἐμοὶ γὰρ θεὸς γένοιτο. Hic autem verſus Latinus repetitur 7. ad Attic. vlt.*

k id eſt ſecūdo die.*

l *al.*cùm G.

m cogeret ex decumis imperatis,*

n *al.*imperatis.*

o Coactores quorum officium pecuniā cogere & recipere.*

p L. neque regis

q L. immo ij Gab.

pecunia redigeretur,nõ dixerit? Age,si is,qui non dixit,solet: etiámne is solet, qui laudauit? iisdem testibus,& quidem non productis, sed dictis[a] testium recitatis, quasi præiudicata res ad has causas deferri soleat? Et ait etiam meus familiaris,& necessarius, eandem causam Alexandrinis fuisse, cur laudarent Gabinium,quæ mihi fuerit,cur eundem defenderem. Mihi,C.Memmi,causa defendendi Gabinij fuit reconciliatio gratiæ. *neque me verò pœnitet mortalis inimicitias habere*[b], nam si me inuitum putas, ne Cn.Pompeij animum offenderem, defendisse: causam[c]; & illum, & me vehementer ignoras. neque enim Pompeius me sua causa quidquam facere voluisset inuitum:neq.ego, cui omnium ciuium libertas cariſſima fuisset,meam proiecissem. Quamdiu inimicissimus Gabinio fui,non[d] amicissimus mihi non Pompeius fuit: nec,postea quàm illius auctoritate eam dedi veniã, quam debui, quidquã simulaui, ne eam mea perfidia illi etiam ipsi facerem,cui beneficium dedissem, iniuriam. nam non redeundo in gratiam cum inimico, non violabam Pompeium. si per eum reductus insidioſe rediſſem: me ſcilicet maximè, ſed proximè illum quoque fefelliſſem. At de me omittamus: ad Alexandrinos iſtos reuertamur. Quod habent os? quam audaciam? modò, vobis inſpectantibus, in iudicio Gabinij tertio quoque verbo excitabantur.negabant, pecuniam Gabinio datam. recitabatur idem Pompeij teſtimonium: regem ad ſe ſcripſiſſe, nullam pecuniam Gabinio, niſi in rem militarem,datam. Non eſt, inquit, tum Alexandrinis teſtibus creditum. Quid[e] poſtea creditum? non,[f] quamobrem? quia nunc aiunt,quod tunc negabant. Quid[g] ergo? *iſta conditio eſt teſtium, vt, quibus creditum non ſit negantibus: iiſdem credatur dicentibus?* At, [h] ſi verum tum, cùm veriſſima fronte dixerunt: nunc mentiuntur, ſi tunc mentiti ſunt: doceant nos verum. Quid[i] vultis? ſileant[k]. dicere audiebamus,Alexandriam nunc cognoſcimus.illinc omnes præſtigiæ,illinc,inquam, omnes fallaciæ: omnia denique ab his numerorum[l] argumẽta nata ſunt.nec mihi longius quidquam eſt,iudices, quàm videre hominum vultus. Dixerunt hîc modò nobiſcũ ad hæc ſubſellia quibus ſuperciliis renuentes huic decem millium crimini? iam noſtis inſulſitatem Græcorum. humeris geſtum agebant. tum temporis,credo, cauſa: nunc ſcilicet tẽpus nullum eſt. *Vbi ſemel quis peierauerit, ei credi poſtea, etiam ſi per plures deos iuret, non oportet:* præſertim,iudices,cùm in his iudiciis, ne locus quidem nouo teſti ſoleat eſſe: ob eámque cauſam iidem iudices retineantur, qui fuerint de reo: vt his nota ſint omnia,neque quid fingi noui poſſit. Lites,quò ea pecunia peruenerit, non ſuis propriis iudiciis,ſed in reum factis condemnati ſolent. Itaque ſi aut prædes dediſſet Gabinius, aut tantum ex eius bonis quanta ſumma litium fuiſſet, populus recepiſſet[m]: quamuis magna ad Poſtumum ab eo pecunia peruenisset, non redigeretur: vt intelligi facilè poſſit, quod ex[n] ea pecunia ad quem eorum, qui damnatus eſt, peruenisse in illo primo iudicio planum factum ſit, id hoc genere iudicij redigi ſolere. Nunc verò quid agunt? vbi terrarum ſumus? quid tam inſolens, tam perſ. Dicta teſtium teſtimonia.*

b *fort.* gerere c *al.* & causam. & illum P. CXXVIII. d L.non amiciſſimus mihi Pompeius non fuit. e L. Quid poſtea crederut quamobrem? quia &c. f hanc vocẽ delet Pantagathus.* g L. Quid? ergo iſta conditio eſt teſtiũ, vt,quib.cred. h L. At ſi verum dixerũt eum,cùm veriſſima fronte dixerunt: nunc ment. i *al.* dicant, audiebamus.* k L. Quid mẽte? aut ſileant,aut verum dicant. Audiebamus Alexandriam nunc cognoſcimus. l *vet.* Quid nullis, aut ſileant. aut diſcereverum diſcant* l L.minorum argumenta n. § *al.* venenorum quòd αἰγόπιτα φαρμακα & αἰγόπιτοτι prouerbium Græcum celebre fit.*

P. B. m *fort.* redegiſſet. § *al.* à populo recepta *vel* redacta vel reciperaſſet,*vel* recaperata.* n L. ex ea pecunia, quam ceperitis,qui damnatus eſt peruenisse &c. § *& ita quoque Iacobus Cuiacius legit. Pœnaturverò ita,* ex ea pecunia quam is reperit qui damnatus eſt, ad quem,qui peruenisse in illo primo iudicio planũ factum ſit,in hoc genere iudicium redigi ſolere.*

uersum, præpoſterúmve dici, aut excogitari poteſt? Accuſatur is, qui non abſtulit à rege, ſicut Gabinius iudicatus eſt: ſed qui maximã regi pecuniam credidit. Ergo is Gabinio dedit, qui [a] non huic reddidit. Iam credo,cùm is, qui pecuniam Poſtumo debuit,non huic, ſed Gabinio dederit: condemnato Gabinio, vtrùm illi eam pecuniam reddidit, an etiam nunc debet? At habet,& celat. ſunt enim qui ita loquantur. Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis, & gloriæ? Si nihil habuiſſet vnquam, tamen, ſi quæſiſſet, cur [b] is diſſimularet habere, cauſa nõ eſſet. qui verò duo lauta, & copioſa patrimonia accepiſſet, rémque præterea bonis, & honeſtis rationibus auxiſſet:quid eſſet tandem cauſæ, cur exiſtimari vellet nihil habere? An, cùm credebat inductus vſuris,id agebat, vt haberet quamplurimum:poſteaquàm exegit quod crediderat, vt exiſtimaretur egere, nouum genus hoc gloriæ concupiſcit? Dominatus eſt enim, inquit,Alexandriæ.Immò verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit: pertulit ipſe cuſtodiam: vidit in vinculis familiareis ſuos: mors ob oculos ſæpe verſata eſt: nudus, atque egens ad extremum fũgit è regno. At permutata aliunde[c] pecunia eſt: ductæ[d] naues Poſtumi Puteolis ſunt:auditæ, viſæque merces. Fallaces[e] quidem, & fucoſæ, chartis, & linteis, & vitrof delataꝰ: quibus cùm multæ naues refertæ fuiſſent, vna [h] non patuit parua,& arcta. Plus ille Puteolanus ſermo illius temporis, vectorúmque curſus, atque oſtentatio, tum ſubinuiſum apud maleuolos Poſtumi nomen propter opinionem pecuniæ neſcio quam ætatem [i] vnam complureis aureis referſit iſtis ſermonibus. ¶ Verum[k] autem, iudices, ſi ſcire vultis:niſi C.Cæſaris ſumma in omneis,incredibilis in hunc éadem liberalitas exſtitiſſet, nos hunc Poſthumum iampridem in foro non haberemus.Illic onera multorum huius amicorum excepit vnus:quæque multi homines neceſſarij ſecundis Poſtumi rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc eius afflictis fortunis vniuerſa ſuſtinet.Vmbram equitis Rom.& imaginem videtis, iudices, vnius amici conſeruatam auxilio,& fide.nihil huic eripi poteſt, præter hoc ſimulacrum priſtinæ dignitatis, quod Cæſar ſolus tuetur, & ſuſtinet: quæ quidem, in miſerrimis rebus, huic tamen tribuenda eſt maxima. niſi verò hoc mediocri virtute effici poteſt, vt tantus ille vir tanti [l] ducat hunc: & afflictum præſertim, & abſentem, & in tanta fortuna ſua, vt aliena reſpicere magnum ſit: tanta [m] oppugnatione maximarum rerum, quas gerit, atque geſſit,vt vel obliuiſci aliorum non ſit mirum: vel, ſi meminerit, oblitum[n] eſſe, facilè poſſit probare. Multas equidem C.Cæſaris virtutes, magnas, incredibileſque cognoui. ſed ſunt ceteræ maioribus quaſi theatris propoſitæ,& pænè populares: *caſtris*[o] *locum capere, exercitum inſtruere, expugnare vrbeis, aciem hoſtium profligare: hanc vim frigorum, hiemémque, quam nos vix huius vrbis tecta ſuſtinemus, excipere: his ipſis diebus hoſtem perſequi, tum cum etiam ferè latibulis ſe tegant, atque omnia bella iure gentium conquieſcant.*ſunt ea quidem magna: quis negat? ſed magis excitata ſunt præmiis ad memoriam hominum ſempiternam.quo minùs admirandum [p] eſt, eum facere illa, qui immortalitatem

a L. qui huic non reddidit

b L.cur is diſſimularet ſe habere.

P.CXXIX. c L. aliquando pec. d L.auditæ naues Poſt. e L.Fallaces, inquit,& fucoſæ. f *al.*nitro.* g L. celatæ: h L. vna non paruit parua Cataplus ille Puteolanus: ſermo illius temp. ¶ *Eſt verò* Cataplus *denunciatio ad populum vt* anagogæ *in alium prouectio*,cuius vocis meminit lex 4,§.5.ff. de officio proconſul. & legati.* i L.æſtatem vnam nõ plureis,aureis ref. k PERORATIO.*

l L.tanti dicat hunc & aſſi. m L.& in tãta occupatione max. n *fort.* oblitũ eſſe facilè &c.

o Imperatã vrbanum.* P. B.

p *al.* mirandum eſt,

tatem concupiuerit. Hæc mira laus est, quæ non poetarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. Equitem Rom. veterem amicum suum, studiosum, amantem, obseruantem sui, non libidine, non turpibus impensis cupiditatum, atque iacturis, sed experientia patrimonij amplificandi, labentem excepit, corruere non siuit, fulsit & sustinuit, re, fortuna[a], fide: hodiéque sustinet: nec amicum pendentem corruere patitur: nec illius animi aciem perstringit[b] splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ, & gloriæ. Sint sanè illa magna, quæ re vera magna sunt, de iudicio animi mei, vt volet, quisque sentiat. ego enim *hanc in tantis opibus, tanta fortuna, liberalitatem in suos, memoriam amicitiæ, reliquis virtutibus omnibus antepono.* Quam quidem vos, iudices, in nouo genere bonitatem inusitatam claris, ac præpotentibus viris, non modò non aspernari, ac refutare, sed complecti etiam, & augere debetis: & eo magis, quòd videtis, hos quasi sumtos dies ad[c] labefactandum illius dignitatē: ex qua illi nihil detrahi potest, quod non aut fortiter ferat, aut facilè restituat. amicissimum hominem si honestare spoliatum audierit: nec sine magno dolore feret, nec id amiserit, quod posse speret recuperari. Satis multa hominibus non iniquis hæc esse debent: nimis etiam multa vobis, quos æquissimos esse confidimus. Sed, vt omnium vel suspicioni, vel malevolentiæ, vel crudelitati satis fiat, occultat pecuniam Postumus, latent regiæ diuitiæ. Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirij Postumi *nummo*[e] *sestertio sibi addici velit?* Sed, miserum me, quanto hæc dixi cum dolore! hem, Postume, túne es Curtij[f] filius, C. Rabirij iudicio[g], & voluntate filius natura sororis filius? túne ille in omneis tuos liberalis? cuius multos bonitas locupletauit? qui nihil profudisti? nihil vllam in libidinē contuliſti? tua, Postume, nummo sestertio à me addicuntur[h]? O meum miserum, acerbúmq. præconium! At hoc etiam optat miser, vt condemnetur à vobis: ita bona veneant, vt solidum suum cuique soluatur. nihil iam aliud nisi fidem curatis: nec vos huic, si iam obliuisci vestræ mānsuetudinis volueritis, quid quam præterea potestis eripere. quod, iudices, ne faciatis, oro, obtestórque vos, atque eo magis, si aduentitia[i] pecunia petitur ab eo, cui sua non redditur. nam in eum, cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæsita est. Sed iam, quoniam, vt spero, fidem, quam potui, tibi præstiti, Postume, reddam etiā lacrymas, quas debeo. quas quidē ego tuas in meo casu plurimas vidi, versatur ante oculos luctuosa nox meis omnibus, cùm tu totum te cum tuis copiisad me detulisti. tu comitibus, tu præsidio, tu etiam tanto pondere auri, quātum tempus illud postulabat, discessum[k] illum sustentasti: tu nunquam meis, me absente, liberis, nunquā coniugi meæ defuisti. Possum excitare multos reductos testeis liberalitatis tuæ: quod sæpe audiui patri tuo, qui id feciſſet, magno adiumento in iudicio capitis fuisse. sed iam omnia timeo: bonitatis ipsius inuidiam reformido. iā indicat tot hominū fletus, quàm sit carus tuis: & me dolor debilitat, includítque vocem. Vos obsecro, iudices, vt huic optimo viro, quo nemo meliorvnquā fuit, nomē equitis Ro. & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. Hic vos aliud nihil orat, nisi vt tectis oculis hanc vrbem sibi intueri, atque in hoc foro vestigium facere liceat: quod ipsum fortuna eripuerat, nisi vnius amici opes subueniſſent.

a L. fortunis

b L. præstinguit splendor sui n.

c al. ad labefactādam ill. d L. quod spe ret posse recuperari.

e Nummo sestertio plerunque bona debitoris alicui addicebantur, vt is creditoribus satisfaceret: plerique etiā semiuia hoc est minore quàm sestertio, addicebātur. Ascon. in Milonianā. vi P. CXXX. da L. vlt. Cod. de donationib. vbi dixi.*

f L. Curtij

g Adoptiui iudicio & voluntate filij.*

h fort. addūcuntur.

i Aduentitia pecunia cui opponitur sua. est igitur non propria; extranea, vt 2. de inuentio ne.*

k al. discessū

l al. relictos*

m L. intercludítque vocē P. B.

PRO M. MARCELLO

ORATIO QVADRAGESIMA.

SYNOPSIS.

Quæstio, *An Cicero Cæsari gratias agere debeat pro M. Marcello restituto: cùm is in perpetuum tacere statuerit. Et vero, idque verbis amplissimis, gratias hic agit Cicero.*

a EXORDIVM.*

DIV VRNA[a] silentij, P.C. quo eram his temporibus vsus, nō timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finē hodiernus dies attulit idémque initiū, quæ vellē, quæque sentirē, meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam, inauditámque clementiā, tātum in summa potestate, rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam, ac pænè diuinam, tacitus nullo modo præterire possum. M. enim Marcello vobis, P.C. reique pub. reddito, non [b]solùm illius, sed meā etiam vocem, & auctoritatem, & vobis, & [c]reip. conseruatam, ac restitutam puto. Dolebā enim, P.C. & vehementer angebar [d]cùm viderem, virū taleni, qui [e]in eadem causa, in qua ego, fuisset, nō in eadem esse fortuna: nec [f]mihi persuadere poteram, nec fas esse ducębam, versari me in [g]vestro veteri curriculo, illo æmulo, atq. imitatore studiorū, ac laborū meorū, quasi quodam socioi, à me, & comite distracto. Ergo & mihi meæ pristinæ vitæ consuetudinē, C. Cæsar, intercluſam aperuisti, & his omnib. ad bene de [k]omni rep. sperandum, quasi signū aliquod sustuliſti. Intellectú est enim mihi quidē in multis, & maximè in me ipso, sed paullo antè in omnibus, cùm M. Marcellum senatui [m], populóque Rom. & reip. concessisti, commemoratis præsertim offensionibus, te auctoritatem huius ordinis, dignitatémque reip. tuis [o] vel doloribus, vel suspicionibus suis, referre. Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cepit, cùm summo consensu senatus, tum [p] præterea iudicio tuo grauissimo. & maximo: ex quo profectò intelligis quanta in dato beneficio sit laus, cùm in accepto tāta [q] sit gloria. Est [r] verè fortunatus ille, cuius ex salute non minor

b citatur Momio in voce æmulus.*

i v. c. socio, & comite, a me distr.

k L. de rep. sper.

l L. paullo autē omnib. cùm M. || & ita Victor. 18. variar.*

m al. senatui Reique publi cæ concessisti & ita Facm.* n al. tuis coloribus, vel suis. P. B.

o L. tum iudicio tuo gr. & ita v. c.

p v. c. si tanta gl.

q L. Est verò fortunatus cuius ex s.

pænè ad omneis, quàm ad illum ventura sit, lætitia peruenerit[a]. Quod[b] ei quidem meritò[c], atque optimo iure contigit. quis[d] enim est illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artiũ studio, aut innocentia, aut[e] vllo genere laudis præstantior? ¶ Nullius[f] tãtum est flumen ingenij, nullaq; dicendi, aut scribendi tanta vis, tantáq. copia, quæ non dicã exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. tamen[h] hoc affirmo, & hoc pace dicã tua, nullam in his esse laudem ampliorem, quàm eam, quã hodierno die consecutus es. Soleo sæpe ante oculos ponere, idq. libenter crebris vsurpate sermonibus: omneis nostrorũ imperatorum, omneis exterarum gentium, potentissimorúmque populorum, omneis[i] clarissimorum regum res gestas cum tuis nec cõtentionum magnitudine, nec numero prælio rum, nec varietate regionũ, nec celeritate cõficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferri. nec verò disiunctissimas terras citiùs cuiusquã passib. potuisse peragrari, quàm tuis non dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt. Quæ quidem ego nisi ita[l] magna esse fatear, vt ea vix cuiusquam mens, aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia maiora. nam *bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, eásque*[m] *detrahere ducibus, communicare cum militibus*[n], *ne propriæ sint imperatorum. & certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus, multum iuuant, maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat: &, quidquid*[o] *est prosperè gestum, id pænè omne ducit*[p] *suum.* At verò huius gloriæ, C. Cæsar, quam es paullo antè adeptus, socium habes neminem, totum hoc, quantumcumque est, quod certè maximum est, totum[q] est, inquam, tuum. nihil sibi ex ista laude cẽturio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. quin etiã illa[r] ipsa rerum humanarum domina: Fortuna, in[s] istius se societatem gloriæ nõ offert, tibi cedit[t]: tuam[u] esse totam, & propriam fatetur. *nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec*[x] *ad consilium casus admittitur.* Domuisti genteis immanitate barbaras, multitudine innumerabileis, locis infinitas, omni copiarum genere abundanteis: sed[y] tamen ea vicisti, quæ & naturam, &[z] conditionem, vt vinci possent, habebant. *nulla est enim tanta*[a] *vis, tanta copia, quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangique possit.* verùm[b] *animum vincere, tracundiam cohibere, victoriam*[c] *temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem: hæc*[d] *qui faciat*[e], *non ego cum summo viro comparo, sed*[f] *simillimum deo iudico.* Itaque, C. Cæsar, bellicæ tuæ laudes celebrabitur illę quidem non[g] solùm nostris, sed pænè omnium gentium[h] litteris, atque linguis: neque vlla vnquam[i] ætas de tuis laudibus conticescet. Sed tamẽ eiusmodi res, nescio quomodo, etiam[k] dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono. At verò cùm aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, *in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens, & superba est*[l], aut audimus, aut legimus: quo[m] studio incendimur, non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, vt eos sæpe, quos nunquam vidimus, diligamus? Te verò, quem præsentem intuemur, cuius mentem, sensúsque[a], & ô os cernimus, vt, quidquid belli fortuna reliquum reip. fecerit, id esse saluum velis, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua beneuolentia complectemur? Varietes, medius fidius, C.[c] Cæsar, vtd mihi videtur, huius curiæ, tibi gratias agere gestiunt, quòd breui tempore[e] futura sit illa auctoritas in his maiorum suorum, & suis sedibus. Equidem cùm C. Marcelli, viri optimi, & commemorabili pietate, ac[f] virtute prædi ti lacrymas modò vobiscum viderem, omnium Marcellorum meũ pectus memoria effodit[g], quibus tu etiam mortuis, M. Marcello conseruato, dignitatem suam reddidisti, nobilissimámque familiam, iam ad paucos redactam, pænè ab interitu vindicasti. Hunc[h] tu igitur diem tuis maximis, & innumerabilibus gratulationibus iure antepones[i], hæc enim res vnius est propria[k] Cæsaris: ceteræ duce te gestæ, magnæ illæ quidem, sed tamen multo, magnóque comitatu. huius autem rei tu[l] idẽ es & dux, & comes: quæ quidem tanta est, vt trophæis, monumentisque[m] tuis nulla[n] vnquam allatura sit finem ætas. *Nihil enim est opere*[o], *aut*[p] *manu factum, quod*[q] *aliquando non conficiat, & consumat vetustas.* At[r] verò hęc tua iustitia, & lenitas animi floreſcet quotidie magis, ita[s], vt, quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tãtum afferat laudibus. Et ceteros quidem omneis[t] victores bellorum ciuilium, iam[u] antè æquitate, & misericordia viceras: hodierno verò die *te*[x] *ipsum vicisti. Vereor, vt hoc quod dicam, nõ perinde intelligi*[y] auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio, ipsam victoriam vicisse videris, cùm[z] ea ipsa, quæ illa erat adepta, victis remisisti. nam cùm ipsius[a] victoriæ conditione iure omnes victi occidissemus, clementiæ tuæ iudicio conseruati sumus. Rectè igitur *vnus inuictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, vísque deuicta est.* Atque hoc C. Cæsaris iudicium, P. C. quàm latè pateat, attendite. omnes enim, qui ad illa arma fato sumus[b] nescio quo reip.[c] misero, funestóque compulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani: à scelere certè liberati sumus. nam cùm M. Marcellum, deprecantibus vobis[d], reip. conseruauit: memet mihi, & item reipub. nullo deprecante, reliquos amplissimos viros, & [e] sibi ipsis, & patriæ reddidit: quorum & frequentiam, & dignitatem hoc ipso in confessu videtis: non ille hosteis induxit in curiã. sed iudicauit, à plerisque ignoratione potiùs, & falso, atque inani metu, quàm cupiditate, aut crudelitate ciuile bellum esse susceptũ. quo quidem in bello *semper de*[f] *pace agendum, audiendúmq. esse putaui. sempérque dolui non modò pacem, sed orationem etiam ciuium, pacem efflagitantium*[h], *repudiari.* neque enim ego illa, nec vlla vnquam secutus i sum arma ciuilia, sempérque mea *consilia, pacis & togæ socia, non belli, atque armorum* fuerunt. hominem sum secutus priuato officio, non publico: tantúmque apud[k] me grati animi fidelis memoria valuit, vt[l] nulla non modò cupiditate, sed nec spe quidem, prudens & sciens, tanquam ad interitum ruerẽ voluntarium. Quod quidem

---

pænè ad omneis, quàm ad illum ventura sit, lætitia peruenerit[a]. Quod[b] ei quidem meritò[c], atque optimo iure contigit. quis[d] enim est illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artiũ studio, aut innocentia, aut[e] vllo genere laudis præstantior? ¶ Nullius[f] tãtum est flumen ingenij, nullaq; dicendi, aut scribendi tanta vis, tantáq. copia, quæ non dicã exornare, sed enarrare, C. Cæsar, res tuas gestas possit. tamen[h] hoc affirmo, & hoc pace dicã tua, nullam in his esse laudem ampliorem, quàm eam, quã hodierno die consecutus es. Soleo sæpe ante oculos ponere, idq. libenter crebris vsurpate sermonibus: omneis nostrorũ imperatorum, omneis exterarum gentium, potentissimorúmque populorum, omneis[i] clarissimorum regum res gestas cum tuis nec cõtentionum magnitudine, nec numero prælio rum, nec varietate regionũ, nec celeritate cõficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse conferri. nec verò disiunctissimas terras citiùs cuiusquã passib. potuisse peragrari, quàm tuis non dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt. Quæ quidem ego nisi ita[l] magna esse fatear, vt ea vix cuiusquam mens, aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia maiora. nam *bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, eásque*[m] *detrahere ducibus, communicare cum militibus*[n], *ne propriæ sint imperatorum. & certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus, multum iuuant, maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat: &, quidquid*[o] *est prosperè gestum, id pænè omne ducit*[p] *suum.* At verò huius gloriæ, C. Cæsar, quam es paullo antè adeptus, socium habes neminem, totum hoc, quantumcumque est, quod certè maximum est, totum[q] est, inquam, tuum. nihil sibi ex ista laude cẽturio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. quin etiã illa[r] ipsa rerum humanarum domina: Fortuna, in[s] istius se societatem gloriæ nõ offert, tibi cedit[t]: tuam[u] esse totam, & propriam fatetur. *nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec*[x] *ad consilium casus admittitur.* Domuisti genteis immanitate barbaras, multitudine innumerabileis, locis infinitas, omni copiarum genere abundanteis: sed[y] tamen ea vicisti, quæ & naturam, &[z] conditionem, vt vinci possent, habebant. *nulla est enim tanta*[a] *vis, tanta copia, quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangique possit.* verùm[b] *animum vincere, tracundiam cohibere, victoriam*[c] *temperare, aduersarium nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non modò extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem: hæc*[d] *qui faciat*[e], *non ego cum summo viro comparo, sed*[f] *simillimum deo iudico.* Itaque, C. Cæsar, bellicæ tuæ laudes celebrabitur illę quidem non[g] solùm nostris, sed pænè omnium gentium[h] litteris, atque linguis: neque vlla vnquam[i] ætas de tuis laudibus conticescet. Sed tamẽ eiusmodi res, nescio quomodo, etiam[k] dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono. At verò cùm aliquid clementer, mansuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, *in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens, & superba est*[l], aut audimus, aut legimus: quo[m] studio incendimur, non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, vt eos sæpe, quos nunquam vidimus, diligamus? Te verò, quem præsentem intuemur, cuius mentem, sensúsque[a], & ô os cernimus, vt, quidquid belli fortuna reliquum reip. fecerit, id esse saluum velis, quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua beneuolentia complectemur? Varietes, medius fidius, C.[c] Cæsar, vtd mihi videtur, huius curiæ, tibi gratias agere gestiunt, quòd breui tempore[e] futura sit illa auctoritas in his maiorum suorum, & suis sedibus. Equidem cùm C. Marcelli, viri optimi, & commemorabili pietate, ac[f] virtute prædi ti lacrymas modò vobiscum viderem, omnium Marcellorum meũ pectus memoria effodit[g], quibus tu etiam mortuis, M. Marcello conseruato, dignitatem suam reddidisti, nobilissimámque familiam, iam ad paucos redactam, pænè ab interitu vindicasti. Hunc[h] tu igitur diem tuis maximis, & innumerabilibus gratulationibus iure antepones[i], hæc enim res vnius est propria[k] Cæsaris: ceteræ duce te gestæ, magnæ illæ quidem, sed tamen multo, magnóque comitatu. huius autem rei tu[l] idẽ es & dux, & comes: quæ quidem tanta est, vt trophæis, monumentisque[m] tuis nulla[n] vnquam allatura sit finem ætas. *Nihil enim est opere*[o], *aut*[p] *manu factum, quod*[q] *aliquando non conficiat, & consumat vetustas.* At[r] verò hęc tua iustitia, & lenitas animi floreſcet quotidie magis, ita[s], vt, quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tãtum afferat laudibus. Et ceteros quidem omneis[t] victores bellorum ciuilium, iam[u] antè æquitate, & misericordia viceras: hodierno verò die *te*[x] *ipsum vicisti. Vereor, vt hoc quod dicam, nõ perinde intelligi*[y] auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio, ipsam victoriam vicisse videris, cùm[z] ea ipsa, quæ illa erat adepta, victis remisisti. nam cùm ipsius[a] victoriæ conditione iure omnes victi occidissemus, clementiæ tuæ iudicio conseruati sumus. Rectè igitur *vnus inuictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, vísque deuicta est.* Atque hoc C. Cæsaris iudicium, P. C. quàm latè pateat, attendite. omnes enim, qui ad illa arma fato sumus[b] nescio quo reip.[c] misero, funestóque compulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani: à scelere certè liberati sumus. nam cùm M. Marcellum, deprecantibus vobis[d], reip. conseruauit: memet mihi, & item reipub. nullo deprecante, reliquos amplissimos viros, & [e] sibi ipsis, & patriæ reddidit: quorum & frequentiam, & dignitatem hoc ipso in confessu videtis: non ille hosteis induxit in curiã. sed iudicauit, à plerisque ignoratione potiùs, & falso, atque inani metu, quàm cupiditate, aut crudelitate ciuile bellum esse susceptũ. quo quidem in bello *semper de*[f] *pace agendum, audiendúmq. esse putaui. sempérque dolui non modò pacem, sed orationem etiam ciuium, pacem efflagitantium*[h], *repudiari.* neque enim ego illa, nec vlla vnquam secutus i sum arma ciuilia, sempérque mea *consilia, pacis & togæ socia, non belli, atque armorum* fuerunt. hominem sum secutus priuato officio, non publico: tantúmque apud[k] me grati animi fidelis memoria valuit, vt[l] nulla non modò cupiditate, sed nec spe quidem, prudens & sciens, tanquam ad interitum ruerẽ voluntarium. Quod quidem

---

a *v. c. vnus*, sensúsque
b *al.* eos.*
c *v. c. duo non habent*, C. Cæsar,
d L. vt mihi videntur, e *al.* tempore illa futura sit auctoritas
f *v. c. tres non habent*, ac vir tute
g *v. c. tres* offudit *al.* effudit. *mendosè omnes*
h *al.* Hunc tu diem t.
i *al.* antepones.
l *v. c.* tu idem & dux es, & comes.
m L. monumentisq. tuis nonnulla allatura sit finem ætas. ¶ *al.* & monumentis tuis finem allatura sit ætas.*
o *al.* aliquando nonnulla allatura, *vt* supra, & ita Victorius 16. *Variar.**
o L. opera
p *al.* &.*
q *al.* quod non aliquãdo conficiat.*
r L. At hæc tua iust. *al.* At verò tua iustit.
P. CXXXIII.
s *al.* ita quantum *&c.**
t *q. v. c.* victo res omnium bellorum ciuil.
u *al.* ita antea x L. te ipse vicisti. Vereor, vt hoc, quod dicam, proinde int.
y *al.* intelligi posset audi tum.*
z *v. c.* cùm ea, quę illa erat.
a *Lex victoris & victi.**
b *al.* fuimus*
c *v. c.* populi Ro.
d *al.* nobis.
e L. & sibi ipsis,
f L. de pace semper audiendum putaui, *& ita v. c.*
g *al.* audiendumputani.*
h *al. &* flagitantium.*
i L. sum secutus ar *& ita v. c.* Iz Grati animi memoria plurimum apud nos valet prudentes ac scientes ad interitum ruamus voluntarium.*

meum

BIBLIOTECA „ASTRA" SIBIU

meum cõsilium minimè obscurum fuit. nam & in hoc ordine, integra re, multa de pace dixi, & in ipso bello éadem etiam cum capitis [a] mei periculo sensi. Ex quo nemo erit [b] tam iniustus rerum æstimator, qui dubitet, quæ [c] Cæsaris volũtas de bello fuerit, cùm pacis auctores conseruandos statim cẽsuerit, ceteris fuerit iratior. Atque [e] id minùs mirum videretur fortasse tum, cùm esset *incertus exitus & anceps fortuna belli qui* verò *victor, pacis auctores diligit, is profectò declarat se* [f] *maluisse nõ dimicare quàm vincere.* Atque huius quidem rei M. Marcello sum testis. nostri enim sensus, vt in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quoties ego eum, & quãto cum dolore vidi, cùm insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriæ ferocitatem extimescentem? quo gratior tua liberalitas, C. Cæsar, nobis, qui illa vidimus, debet esse. non enim iam cæcæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. Vidimus tuam victoriam. præliorum exitu terminatam gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. quos amisimus ciueis, eos Martis [g] vis perculit, non ira victoriæ: vt dubitare debeat nemo quin multos [h] fieri posset, C. Cæsar *ab iisdem excitaret.* quoniam i ex eâdem acie conseruat, quos potest. Alterius verò partis, nihil [k] amplius eo dicam, [l] quàm id, quod omnes verebamur, nimis iracundam futuram [m] fuisse victoriam. Quidam enim non modò armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur: nec quid quisq. sensisset, sed vbi fuisset, cogitãdum esse dicebant: vt [n] mihi quidem videantur dij immortales, etiam si pœnas à [o] populo R. ob aliquod delictum expetiuerunt, qui ciuile bellum tantum, & tam luctuosum excitauerunt [p], vel placati iam, vel [q] etiam satiati aliquando, omnem spem salutis ad clementiam victoris, & sapientiam contulisse. Quare gaude tuo [r] isto tam excellenti bono: & frũere cùm fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis: ex quo quidem maximus est fructus, iucunditásque sapienti. Cætera [s] cùm tua recordabere, etsi persæpe virtuti: tamen plerumque felicitati tuæ cõgratulabere [t] de nobis, quos in republica tecũ [u] simul saluos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de incredibili liberalitate: toties de singulari sapiẽtia tua [x] cogitabis. quæ nõ modò summa bona, sed nimirũ audebo vel [y] sola dicere. tãtus [z] est enim splẽdor in laude vera, tãta in magnitudine animi, & cõsilij dignitas, vt hæc à virtute donata, cetera à fortuna cõmodata esse videãtur. *Noli igitur in cõseruãdo bono viro defatigari, non* [a] *cupiditate præsertim aut prauitate aliqua lapsis, sed opinione officij, stulta fortasse certè nõ improba, & specie* [b] *quadã reipublicæ.* Nõ *enim tua vna culpa est, si te aliqui timuerũt: cõtrà quam laus, quòd* [c] *plerique minimè timendum fuisse sentiunt.* ¶ Nunc verò [e] venio ad grauissimã quæstionem, & atrocissimam suspicionem tuã, quæ non tibi ipsi magis, quàm cùm omnib. ciuib. tum maximè nobis, qui à te cõseruati sumus, prouidenda est. quam [f] etsi spero esse falsam, nunquam tamẽ verbis extenuabo. Tua. n. *cautio* [g] *nostra cautio est, vt*, si in alterutro peccandũ sit, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens? Sed quisnã est iste tã demẽs? de tuisne? tametsi qui magis sunt tui, quàm quibus tu salutem insperantibus reddidisti? an ex eo numero, qui vnà tecum fuerunt? non est credibilis tãtus invllo furor, vt, quo duce [a] omnia summa sit adeptus, huius vitã non anteponat suæ. Atbsi tui nihil cogitant scelleris, cauendum est, ne quid inimici. Qui? omnes enim [c] qui fuerunt, aut sua pertinacia vitam amiserunt, aut tua misericordia retinuerunt: vt aut nulli superstint de inimicis, aut, qui superfuerunt [d], amicissimi sint. Sed tamen, cùm in animis hominum tantæ latebræ sint, & tanti recessus, augeamus sanè suspicionem tuam. simul enim augebimus [e] & diligentiam. nam quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica, tam nihil vnquam nec de sua, nec de communi salute cogitans, qui [f] non intelligat, tua salute contineri suam. & *ex* [g] *vnius tui vitam pendere omnium?* Equidem de te dies, nocteisque, vt debeo, cogitans, casus duntaxat humanos, & incertos euentus [h] valetudinis [i], & naturæ communis fragilitatem extimesco: doleóque, cum respublica immortalis esse debeat, eam in vnius mortalis anima consistere. si verò ad humanos casus, incertósque euentus valetudinis, sceleris etiam accidat, insidiarúmque consensio, quem deũ, etiam si cupiat, opitulari possek reipublicæ credamus l? Omnia sunt excitanda tibi, C. Cæsar, vni, quæ iacẽre sentis, belli ipsius impetu quod necesse fuit, perculsa, atque prostrata: constituenda iudicia, reuocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda soboles [m]: omnia, quæ dilapsa iam fluxerunt [n], seueris legibus vincienda sunt. Non fuit recusandum in tanto ciuili bello, tantóque animorũ ardore, & armorum, quin quassata respublica, quicunque belli euentus [o] fuisset, multa perderet, & ornamenta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ, multáque vterque dux faceret armatus, quæ idem rogatus fieri prohibuisset. Quæ [p] quidem nunc tibi omnia belli vulnera curanda sunt, quibus, præter te, mederi nemo potest. ¶ Itaque illam tuam præclarissimam, & sapientissimam vocem inuitus audiui: *satis* [q] *te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ.* Satis, si ita vis, naturæ [r] fortasse, addo [s] etiam, si placet, gloriæ: at, quod maximum est, patriæ certè parum. Quare omitte, quæso [t], istam doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam: *noli nostro periculo sapiens* [u] *esse.* Sæpe enim venit ad aureis meas, te idem istud nimis crebrò dicere, *satis* [x] *te tibi vixisse.* Credo: sed tum id audiremus, si tibi soli viueres, aut si tibi etiam [y] soli natus esses. nũc, cùm omnium salutem ciuium, cunctámque rempublicam res tuæ [z] gestæ complexæ [a] sint: tantum abes à perfectione maximorũ operum, vt fundamenta, quæ cogitas, nondum ieceris. Hic [b] *modum tuæ* [c] *vitæ, non salutem reipublicæ, sed æquitate animi definies?* quid, si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? cuius te esse auidissimum, quamuis sis sapiens, non negabis. Parúmne digitur, inquies, gloriam magnã relinquemus? Immò verò aliis, quamuis multis, satis tibi vni parum. *Quidquid* [e] *enim est, quamuis amplum sit, id certè parum est tum, cùm est aliquid amplius.* Quòd si rerum tuarum immortalium, C. Cæsar, hic exitus futurus fuit, vt, deiectis ad versariis, rempublicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est: vide, quæso, ne tua diuina virtus admirationis plus sic habitura, quàm gloriæ. si quidem gloria, est illustris, ac peruа-

swet partis. * b v.c. iam erit tã iniust. c L. existimator, q. & *ita v.c.* e *al.* quæ Cæsari vol. e L. Atque id minùs mirũ videretur fortasse tũ, cùm &c. *al.* Atq. illud min. &c. f *al.* maluisse se g L. vis Martis perc. & *ita v.c.* h L. si posset, C. Cæsar ab infer. & *ita v.c. duo* i *al.* quando le *v.c.* nihil amplius dicã, q. l *al.* dico m *v.c. vnus*, fuisse vict. futuram n *v.c. vnus*, vt videantur mihi quidem alij imm. o *al.* à rep. p *al.* excitasse rint. * q L. vel satiari aliq. & *ita v.c.* r *sic v.c. al.* isto tuo s *al.* Ceterùm t L. gratulabere & *ita v.c.* u L. tecum, simul esse vol. s *al.* tecũ saluos. * x *q.v.c.* non habent, *tua* y *duo v.c.* CXXXIIII. non habent, *vel.* z L. tantus enim est spl. a L. non cupiditate præfectum aliquã, aut prauitate lapf. & *ita v.c.* b *al.* facie, * c *v.c. tres*, quod minimè tim. fuisse senserunt, & *ita L.* d L. Nunc venio ad gr. & *ita v.c.* e CONFVTATIONIS pars prima, de suspicione infidiarum, * f *v.c. duo* quã etsi spero falsam esse, tamen nunquã extenuabo. g *al.* nostra est etsi peccãdum. *

a *alij*, duce summa omnia. * b *v.c.* At si nil P. P. hil tui cog. *al.* An si. * c enim *abest à q.v.c.* d *q.v.c.* superfuit, sint amicissimi. ¶ *al.* fuerunt, sint amicissimi. * e L. augebimus diligentiam & *ita v.c.* f *vnus*, quin intelligat, g L. & ex vnius tua, vi ã pendere omnium *v.c. duo* & ex vnius tua vita pendere omnis * h *v.c.* valitudinis, i *v.c.* motus valitud. k Posse opitulari reip. l *al.* credimus m L. subolem n L. diffluxerunt, ¶ *vet.* defluxerunt. * o *v.c. vnus.* eventus belli p L. Quæ tibi quidem nunc omn. belli vul. sananda sunt, & *ita v.c. duo*

q CONFVTATIONIS pars altera, Cæsarem odia neq. natiuæ vel gloriæ vixisse. * r *v.c.* satis diu vel naturæ vixi, vel glor. P. CXXXV. f *v.c.* fortasse naturæ: t *al.* addo *vet.* adeo. * u *v.c.* istam, quæso doct. x *tres v.c.* esse sapiens. y *q. v.c.* tibi satis te vixi se. z *al.* etiam natus esses. * a *al.* tuæ complexæ sint. * b *al.* complexæ sunt: c *duo v.c.* vt fundamenta nondum, quæ cogitas, iecceris. d L. vitæ tuæ e *al.* Parúmne ergo, inquies. *al.* Parúne, inquies f *al.* Quidquid est enim quamuis amplum, id certè est parum tum. *

gata multo rum, & magnorum, vel in suos [a] ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc[b] igitur tibi reliqua pars est: *hic restat actus*, in hoc elaborandum est, vt rempublicam constituas, eáque tu [c] in primis compositá, summa tranquillitate, & otio perfruare: tum te, si voles, cùm & patriæ, quod debes, solueris, & naturam ipsam expleueris satietate viuendi, satis diu vixisse dicito. Quid [d] est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cùm venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo est quia postea nulla [e] futura sit? quamquam [f] iste tuus animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad viuendum dedit, contentus [g] fuit, sempérque [h] immortalitatis amore flagrauit. Nec verò hæc tua vita dicenda [i] est, quæ corpore, & spiritu continetur. illa, inquã, illa [k] vita est tua, Cæsar, quæ vigebit memoria sæculorum omnium: quam posteritas alet, quam ipsa æternitas semper intuebitur [l]. Huic tu inseruias, huic te ostentes, oportet: quę quidem, quæ miretur, iam pridem multa habet: nunc etiam, quæ laudet, exspectat. obstupescent posteri certè imperia, prouincias, Rhenũ, Oceanũ, Nilum, pugnas innumerabileis [m] incredibileis victorias, monumenta [n], munera triũphos audiẽtes, & legẽtes tuos. sed, nisi hæc vrbs stabilita tuis consiliis, & institutis erit, vagabitur modò [o] nomen tuam longè, atque latè: sedem [p] quidem stabilem, & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam [q], qui nascentur, sicut inter nos fuit, magna dissensio, cùm alij laudibus ad cælum res tuas gestas efferent, alij fortasse aliquid requirent, idque vel maximum, nisi belli ciuilis incendium salute patriæ restinxeris: vt illud fati fuisse videatur, hoc consilij. Serui igitur iis etiam iudicibus qui multis pòst sæculis de te iudicabunt, & quidem haud scio, an incorruptiùs, quàm nos. nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine inuidia iudicabũt. id autem etiam [r] si tunc ad te, vt quidam falsò putant, non pertinebit. nunc certè pertinet, esse [s] talem, vt tuas laudes obscuratura [t] nulla vnquam sit obliuio. Diuersæ voluntates ciuium fuerunt, distractæque sententiæ. non enim consiliis solùm, & studiis, sed armis etiam, & castris dissidebamus. Erat [u] autem obscuritas quædam, erat certamen inter clarissimos duces: multi dubitabant, quid optimum [x] esset. multi, quid sibi expediret. multi, quid deceret. nonnulli etiam, quid liceret.

Perfuncta [a] respublica est hoc misero, fatalique bello. vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. neque omneis, quibus iratus esset, eosdẽ etiã exsilio, aut morte dignos iudicaret. Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt, *ingratus est, iniustúsq; ciuis, qui armorũ periculo liberatus, animũ tamẽ retinet armatum: vt etiam ille sit melior, qui in acie cecidit, quàm qui in causa animam profudit.* Quæ enim pertinacia est quibusdam, eádem aliis constãtia videri potest. Sed quia iam omnis fracta dissensio est armis, & exstincta æquitate victoris: restat, vt omnes vnum velint, qui modò habent [c] aliquid non solùm sapientiæ, sed etiam sanitatis. quia nisi te, C. Cæsar, saluo, & in ista sententia, qua cùm antea, tum [f] hodie vel maximè vsus es, manẽte, salui esse nõ possumus. Quare omnes te, qui hæc salua esse volumus, & hortamur, & obsecramus, vt [g] vitæ, vt saluti tuæ consulas: omnésq; tibi, vt pro aliis etiã loquar, quòd de me ipse sentio, quoniam subesse aliquid putas, quod cauendum sit, non modò excubias, & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus, & [h] corporum pollicemur. ¶ Sed i, vt vnde est orsa k, in eodem terminetur l oratio mea. maximas tibi omnes gratias agimus, C. Cæsar, maiores etiam habemus. nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus, & lacrymis sentire potuisti. sed quia non est astantibus [m] omnibus necesse dicere: à [n] me certè dici volunt: cui necesse est quodammodo & quòd volunt, & quòd M. Marcello à te huic ordini, populóque Romano, & reipublicæ reddito, præcipuè id à me fieri debere intelligo. nam lætari omneis, nõ vt de vnius solùm, sed vt de communi omnium salute, sentio. Quod autem summæ beneuolentiæ est, quæ mea erga illum omnibus semper nota fuit, vt vix C. Marcello [o], optimo, & amantissimo fratri, præter [p] eum quidem, cederem nemini, cùm id sollicitudine, cura, labore tamdiu præstiterim, quamdiu est de illius salute dubitatum, certè hoc tempore, magnis curis, molestiis, doloribus liberatus, præstare debeo. Itaque, C. Cæsar, sic tibi gratias ago, vt [q] omnibus rebus à te non conseruato solùm, sed etiam ornato, tamen ad [r] tua innumerabilia [s] in me vnum merita, quod fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto, cumulus accesserit.

a *al.* deest hęc vox.*
b *vnus v. c.* Hæc ergo t.
c L. eáque tu in primis cũ summa tranquill. *& ita v. c. duo,*
d *v. c.* Quid enim est
e L. nulla est futura? q.
f *al.* quanquã tuus iste animus.*
g *al.* contentus *semper.**
h *vnus v. c.* sed semper
P. S. imm.
i *al.* ducenda est,
k *v. c.* illa vita est tua, quę vigeb.
l *v. c.* tuebitur.
m *al.* incredibilésque victorias.*
n L. monumẽta innumera, triumph.
o *duo v. c.* modò tuum nomen
p *duo v. c.* sedem stabilẽ, & domicilium certũ, non h.
q particula, *etiam*, abest à duobus *v. c.*
r L. etiam si tum ad te.
s L. esse te talem, vt tuas laudes nulla vnquam obliuio sit obscuratura. Diuersæ *sic duo v. c.*
t L. erat obscuritas q. *al.* erat enim obsc.
x Quid optimũ, quid expediat, quid deceat, quid liceat.*

R. CXXXVI.

a *sic duo v. c. alij duo* Pet. functa resp.
est misero fat. *& ita L.*
b antea legebatur, armatorum.*
c L. vt etiam ille melior sit, qui *&c.*
al. vt iam ille *&c.*
d Victorius, quàm qui, in causa animã non profudit *al. delẽda hæc particula* quã*.
e *sic duo v. c. L. & alij duo v. c.* aliquid non sapientię modò, sed etiã sanitatis?
f L. tum hodie maximè
g *duo v. c.* vt vitæ, & saluti cons.
h hoc est, oppositiones.*
i PERO.
RATIO.*
k *sic duo v. c. al.* orta,
l *q. v. c.* mea terminetur oratio.
m *sic omnes v. c.* L. stantibus *al.* omnibus stantibus
n *al.* à me dici certè vol.
P. S.
o *al.* fratri optimo, & amãtissimi. pr.
p *al.* præterea quidem.*
q *al.* vt me omnibus
r *duo v. c.* ad tua in me vnum innume rabilia merita.
s *al.* innumerabilia merita.*

PRO

P. CXXXVII.

PRO Q. LIGARIO AD C. CÆSAREM.

ORATIO QVADRAGESIMAPRIMA.

Synopsis.

Ligarius cùm aliquanto post aduentum Attij Varij in Africa legatus mansisset, Q. Tuberonem cum patre illuc aduenientem vt eam prouinciam traderet Cæsari non admisit, & ab ingressu prohibuit. Hoc nomine Ligarium Tubero apud Cæsarem accusauit, quem Cicero apud eundem Cæsarem defendit.

EXORDIVM.*

NOVVM[a] crimen, C. Cæsar, & ante hûc diem inauditum[b], propinquus meus ad te Qu. Tubero detulit, Qu. Ligarium in Africa fuisse: idq. C. Pansa, præstanti vir ingenio, fretus fortasse[c] ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque, quò me vertam, nescio. paratus enim veneram, cùm tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, vt ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer: sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est, quod[d] latebat: confitendum est, vt opinor: præsertim cùm meus necessarius C. Pansa, fecerit, vt[e] id iam integrum non esset: omissâque controuersia, omnis[f] oratio ad misericordiam tuam conferenda est, qua plurimi sunt conseruati, cùm à te non solùm[g] liberationem culpæ, sed errati veniam impetrauissent. Habes igitur Tubero, quod est accusatori maximè optandum, confitentem reum, sed i tamen ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua te, Tubero, qua virum omni laude dignum, patrem tuum. Itaque *prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quàm Ligarij vllam culpâ reprehendatu.* ¶ Qu. igitur Ligarius, cùm esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africâ cũ[m] procõsule, C. Cõsidio, profectus est: qua in legatione, & ciuibus, & sociis ita se probauit, vt decedens Considius prouincia[n] satis facere hominibus non posset, si quemquam alium prouinciæ præfecisset. Itaque Q. Ligarius cùm diu recusans nihil profeciisset, prouinciâ accipit[o] inuitus: cui sic præfuit in pace, vt & ciuibus & sociis gratissima esset eius[p] integritas, & fides. Bellũ subitò exarsit: quod, qui erãt in Africa, ante audierunt geri quàm parari. quo audito, partim cupiditate inconsiderata, partim cæco[q] quodam timore, primò[r] salutis causa, pòst etiam studij sui, quærebant aliquẽ ducem. Tum[s] Ligarius domum[t] spectans, & ad suos redire cupiens, nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Actius Varus, qui prætor Africam obtinuerat, Vticam venit. ad eum statim concursum est. Atque ille non mediocri cupiditate attripuit imperium, si *illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio deferebatur.* Itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paullum aduentu Vari conquieuit. Adhuc, C. Cæsar, Qu. Ligarius omni culpa vacat. domo est egressus non[a] modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli: legatus in pace profectus, in prouincia pacatissima ita se gessit, vt ei pacem esse expediret. Profectio certè animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio? Multò minùs. nam, profectio voluntatem habuit non turpem, remansio etiam[b] necessitatem honestam. Ego hæc duo tempora carent crimine: vnùm, cum est legatus profectus: alterum, cùm efflagitatus à prouincia, præpositus Africæ est. Tertium[c] est tempus, quo post aduentum Vari in Africa restitit. Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. An ille, si potuisset illinc vllo modo euadere, Vticæ[d] potiùs, quàm Romæ: cum P. Attio, quàm cum concordissimis fratribus: cum alienis esse, quàm cum suis maluisset? cùm ipsa legatio plena desiderij, ac sollicitudinis fuisset, propter incredibilem quendam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit, belli[e] dissidio distractus à fratribus? ¶ Nullum[f] igitur habes, Cæsar adhuc in Qu. Ligario signum alienæ à te voluntatis. cuius ego causam animaduerte, quæso, qua fide defendam, cùm prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione litteris, monumentisque decorandam! M. Cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non fuisse, in qua seipsum confitetur fuisse: nec tuas tacitas cogitationes extimescit: nec, quid tibi de alio audienti, de se ipso occurrat, reformidat. Vide, quàm non reformidem: vide, quanta lux liberalitatis, & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur. quantum potero, voce[g] contendam, vt hoc populus Romanus exaudiat. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam[h] ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio[i] meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te. Apud quem[k] igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me antequàm vidit, reipublicæ reddidit: qui[l] ad me ex Ægypto litteras misit, vt essem idem, qui fuissem qui cùm ipse imperator in toto imperio populi Romani vnus esset, esse[m] me alterum passus est: à quo,

a *al.* non modò ad bellũ, sed

b *duo v.c.* necessitatem etiam honestam.

c *al.* tempus est q.

d *al.* Vticæ, quàm Romæ*

e L. belli dissidio distr. à fr.

f Constitutio causæ*

g L. vocem contendam.

h *duo v.c.* ex parte magna

i L. iudicio, ac voluntate ad ea &c. *& ita v.c.*

k *duo v.c.* ergo

l Idem 14. familiar. 25.*

m *sic o. v.c. al.* me alterum esse p.

b *al.* non auditum*

c *v.c.* familiaritate ea quæ

d *al.* id, quod lat.

e *vlt.* vt id integrum iam nõ esset. *al.* vt integrum iã non esset.

f *al.* omnis ratio

g *solùm*, abest à trib. manus.

h *v.c. vnus* Habes igitur quod est accu.

i *v.c.* sed tamen cõfitentem,

k NARRATIO*

l *tres v.c.* enim

m *al.* cum Cõsidio*

n *al.* de prouincia.

o L. accepit inuitus, *& ita o. v.c.*

p *vnus v.c.* integritas eius ac fides.

P. B.

q *vnus v.c.* quodam cæco

r L. primo salutis, post etiam studij sui. *& ita o. v.c.*

s *al.* Cum

t Domũ spectare est domum cupere, Plauto Bacchidibus. domuitionem parare 3. ad Herennium*

u L. Interim P. Actius

hoc ipso C.Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasceis laureatos tenui, quoad tenendos putaui: qui mihi tum denique se salutem putauit reddere,[a] si eam nullis spoliatam ornamentis reddereteb. Vide,quæso, Tubero, vt quid de meo facto non dubitem dicere,de Ligarij non audeam confiteri. Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero, cùm de se eadem dicerem, ignosceret. cuius ego industriæ, gloriæque faueo, vel propter propinquam cognationem, vel quòd eius ingenio,studiisque delector, vel quòd laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putet fuisse[c] crimen esse in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipse in eadem Africa esse voluit,& prohibitum se à Ligario queritur, & certè contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim, Tubero, tuus ille districtus[d] in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid optabas? Nimis vrgeo: commoueri videtur adolescens: ad me reuertar. iisdem in armis fui. Quid autem aliud egimus, Tubero, nisi, vt quod hic potest, nos possemus? Quorum igitur impunitas, Cæsar tuæ clementiæ laus est eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero, etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero, quòd homo cùm ingenio,tum etiam doctrina excellens,genus hoc causæ quod esset, non viderit. nam, si vidisset, quouis profectò, quàm isto modo à te agi maluisset. Arguis fatentem. non est satis.accusas eum,qui causam habet, aut,vt ego dico,meliorem quàm tu: aut,vt tu vis,parem. Hæc[e] non modò mirabilia sunt, sed[f] prodigiis similia,quæ dicam. Non habet eam vim ista accusatio, vt Q. Ligarius condemnetur, sed vt necetur. Hoc egit ciuis Rom. antè te nemo. externi isti[g] mores *vsque ad sanguinem* incitare[h] solent odium aut leuium Græcorum,aut immanium barbarorum. nam quid aliud agis? vt Romæ ne sit? vt domo careat? ne cum optimis fratrib.ne cum hoc T. Brochoi,auunculo suo, ne cum eius filio, cõsobrino suo,ne nobiscum viuat? ne sit in patria[i] num[k] in patria est? num potest magis carere his omnibus,quàm caret? Italia prohibetur,exsulat. Non tu ergo hunc[l] patria priuare qua caret,sed vita;vis. At istud ne apud eum quidem dictatorem,qui omneis,quos oderat, morte multabat,quisquam egit isto modo. ipse iubebat occidi,nullo postulante: præmiis etiam inuitabat.quæ tamen crudelitas ab eodem aliquot annis pòst, quem tu nunc crudelem esse vis, vindicata est. Ego verò istud non postulo,inquies.Ita mehercule existimo, Tubero. noui enim te,noui patrem tuum,noui domum,nominque vestrum: studia denique[m] generis,ac familiæ vestræ,virtutis,humanitatis,doctrinę plurimarum artium,atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque certò scio,vos non petere sanguinem:sed parum attenditis. res enim eò spectat,vt ea pœna, in qua adhuc Qu.Ligarius sit, non vidéamini esse contenti. Quæ est igitur alia, præter mortem? Si enim in[n] exsilio est, sicuti est,quid amplius postulatis? an ne ignoscatur? Hoc verò multo acerbius, multóque est grauius. Quod nos domi petimus, precibus, & lacrymis, prostrati[a] ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quàm huius humanitati, id ne impetremus, pugnabis? & in nostrum fletum irrumpes? & nos iacenteis ad[b] pedes, supplicum voce prohibebis? Si, cùm hoc domi faceremus, quod & fecimus, &, vt spero, non frustra fecimus,tu[c] de repentè irrupisses, & clamare cœpisses, C.[d] Cæsar, caue credas, caue ignoscas,caue te fratrum, pro fratris salute obsecrantium,misereat:[e] nónne omnem humanitatem exuisses? quanto hoc durius, quodf nos domi petimus, id à te in foro oppugnari? & in tali miseria multorum perfugium misericordiæ tollere? Dicam planè, C. Cæsar,quod sentio. Si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te, inquam , obtines intelligo, (quid loquar) acerbissimo luctu redundaret[g] ista victoria. quàm multi enim essent de victoribus,qui te crudelem esse vellent , cùm etiam de victis reperiantur? quàm multi,qui,cùm à te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, cùm etiam ij, quibus ipse ignouisti,nolint te in alios esse misericordem? Quòd si probare Cæsari possemus , in Africa Ligarium omnino non fuisse : si honesto , & misericordi mendacio , salutih ciuis calamitosi consultum esse vellemus : tamen hominis non esset,in tanto discrimine,& periculo ciuis refellere,& coarguere nostrum mendacium: &,si esset alicuius, eius certè non esset, qui in eadem causa , & fortuna fuisset. Sed tamen *aliud est errare Cæsarem nolle, aliud nolle misereri*. Tum dicères: Cauei,Cæsar credas: fuit in Africa Ligarius: tulit arma contra te. Nũc quid dicis? Caue ignoscas. Hæc nec hominis, nec ad hominem vox est. qua qui apud te,C. Cæsar, vtetur,suam citius abiiciet humanitatem,quàm extorquebit tuam. Ac primus aditus, & postulatio Tuberonis , hæc, vt opinor, fuit, velle se de Q. Ligarij scelere dicere. Non dubito,quin admiratus sis,vel quòd de[l] nullo alio quisquam,vel quòd is,qui in eadem causa fuisset,vel quidnã noui facinoris[m] afferret. Scelus tu illud vocas,Tubero? cur? isto enim[n] nomine illa adhuc causa caruit,alij errorẽ appellant:alij timorem : qui durius,spem, cupiditatem,odium,pertinaciam : qui grauissimè, temeritatem : scelus,præter te , adhuc nemo. Ac mihi quidem,si proprium, & verũ nomen nostri mali quæratur,fatalis quędam calamitas incidisse videtur , & improuidas hominũ menteis occupauisse[o]: vt nemo mirari debeat humana cõsilia diuina necessitate esse superata. Liceat esse miseros[p], quanquã hoc victore esse non possumus. sed non loquor de nobis: de illis loquor,qui occiderũt. Fuerint cupidi, fuerint irati,fuerint pertinaces: sceleris verò crimine,furoris,parricidij[q],liceat Cn.[r] Põpeio mortuo,liceat multis aliis carere. Quãdo hoc quisquam ex te, Cæsar, audiuit, aut tua quid aliud arma voluerunt, nisi à te contumeliam propulsare? quid egit tuus ille inuictus exercitus , nisi vt suum ius tueretur , & dignitatem tuam ? quid? tu, cum[s] pacem esse cupiebas,ídne agebas, vt tibi cum sceleratis , an vt cum bonis ciuibus conueniret? Mihi verò, Cæsar, tua in me maxima merita, tanta certè non viderentur, si me, vt sceleratũ, à te conseruatum

a *vnus v.c.* dare,
b L. reddidisset. *v.c.* dedisset
P. B. c L. esse crimen,fuisse in Africa. *& ita v.c.*
d L. districtus
e *al.* admirabilia hæc,sed prodigij similia est, quod dicam*.
* L. sed prodigij similis. *& ita v.c.*
f *vnus v.c.* isti sunt mores vsque h *v.c.* incitari solẽt odio aut l.
i Brocchus Furiæ familiæ cognomẽ fuit. P. CXXXIX. la L. num est *& ita v.c.* de Victorium ar. Variar.*
* *vnus v.c.* hunc patria qua caret,sed vita priuare vis
m *duo v.c.* nõ habent deniq.
n L. in exsilio est. *al.* est in exsilio,

a *al.* strati
b *al.* ante, vt apud Priscianum 7.*
* *al.* tu repente
d L. C. Cæsar caue ignoscas caue te fratr.
e *al.* misereatur. & ita Priscianus libro 8.*
f L. quod nos domi petimus id te in foro oppugnare?
P. B. g *al.* ista victoria redũdaret.
h L. saluti ciui calamitoso esse vellemus:
i L. Cæsar, caue credas : *& ita vet v.c.* le *duo v.c.* nõ habent vocẽ, *Ligarium:*
l *al.* nullo de alio
m *al.* sceleris n *duo v.c.* nõ habent, *enim*
o L. *& duo v.c.* occupasse?
p *sic o.v.c. al.* quanquam victore te esse non p.
P. CXL.
q L. parricidij
r *al.* cum pacem cupiebas

seruatum putarem. Quomodo autem tu de rep. bene meritus esses, si[a] tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionem[b] tu illam existimauisti, Cæsar, initiò, non bellum: non hostile odium, sed ciuile dissidium[d], vtrisque cupientibus remp. saluam[e], sed partim consiliis: partim studiis à communi vtilitate aberrantibus. Principium dignitas erat pænè par: non par fortasse eorum, qui sequebantur: causa tum dubia[f], quod erat aliquid in vtraque parte quod probari posset, nunc[g] *melior certè ea iudicanda est, quam*[h] *etiam dij adiuuerunt.* cognita verò clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo nisi armatus? Sed vt[i] omittam communem causam, veniamus[k] ad nostram: vtrùm tandem existimas facilius fuisse, Tubero, Ligarium[l] ex Africa exire, an vos in Africam non venire? Poteramúsne, inquis, cùm senatus censuisset? Si me consulis nullo modo, sed tamen Ligarium senatus idem legauerat. Atque ille eo tempore paruit, cùm parêre senatui necesse erat, vos tum patuistis, cùm paruit nemo qui noluit. Reprehendo igitur? minimè verò. neque enim licuit aliter vestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ. sed hoc *non concedo, vt, quibus rebus gloriemini in vobis, eadem in alijs reprehendatis.* Tuberonis sors conjecta est ex S.C. cùm ipse non adesset, morbo[m] etiam impediretur: statuerat se excusare. Hæc ego noui propter communes[n] necessitudines, quę mihi sunt cum L. Tuberone. domi[o] vnà eruditi, militiæ contubernales, pòst affines, in[p] omni denique vita familiares. magnũ etiam vinculum, quòd iisdem studiis semper vsi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere voluisse. sed ita quidam egebant[q], ita reipublicæ sanctissimum nomen opponebant, vt etiã si aliter sentiret, verborum tamẽ ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi viri, vel potiùs paruit. Vnà est profectus cùm iis, quorum erat vna causa, tardius iter fecit. Itaque in Africam venit iam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potiùs. nam, si crimen est[r] prohibere illum voluisse: non minùs magnum est, vos Africam, omnium[s] prouinciarum arcem, natam ad bellum contra hanc vrbem gerendum, obtinere voluisse, quàm aliquem[t] se imperatorem esse maluisse. atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. Varus imperium se habere dicebat: fasceis certè habebat. Sed quoquomodo sese illud habet, hæc querela vestra, Tubero, quid vale? Recepti in prouinciã non sumus. Quid si essetis? Cæsarine eam traditurí fuissetis, an[u] contra eum retenturi? Vide, quid licentiæ, Cæsar, nobis tua liberalitas det, vel potiùs audaciæ. Si respondent Tubero, Africam, quò senatus eum, sórsque miserat, tibi patrem suum traditurum[x] fuisse: non dubitabo apud ipsum te, cuius id eum facere interfuit, grauissimis verbis eius consilium reprehendere. non enim si tibi ea res grata fuisset, esset etiam probata. Sed iam hoc totum omitto, non tam [y] vt ne offendam tuas patientissimas aures, quàm ne Tubero, quod numquam cogitauit: facturus fuisse videatur. Veniebatis igitur in Africam prouinciam, vnam ex omnibus huic victoriæ maximè infestam: in qua erat rex[z] potentissimus, inimicus huic causæ, aliena voluntas: conuentus firmi, atque magni. Quæro, quid facturi fuis-

a *al.* cùm tot sceler.
b *al.* Cessionẽ
c L. existimasti, *& ita duo v.c.*
d *al.* discidiũ,
e *al.* saluam esse, sed p.
f Dubium id esse dicimus, aliquid in vtraque parte quod probari posset
g *vet. neuter Lamb. super.* malè. Nunc dixit quia paulo antè dixerat tunc.*
h *vnus v.c.* quam bonam dij iudicauerunt:
i *al.* vt omittamus com.
P. S.
k L. veniam ad nostram:
l Ligario ex Afr. exire, an vobis in Afr. *& ita duo v.c. vnus v.c.* morbo etiam graui imp.
n L. omneis necessit. *& ita v.c.*
n Necessitudo inter Ciceronem & Tuberonem quãta fuerit
p *al.* in omni vita familiares.
q *fort.* vrgebant, *al.* vrgebant. ‖ ex vetevi vrgebant & arguebant*
r *al.* eũ, illa vo luisse non minus. *& pòst* quàm aliquẽ se maluisse*
s L. arcem omnium prouinciarum, *& ita v.c.*
t *al.* aliquem se maluisse*
u L. an contra Cæsarẽ retenturi? *& ita o. v.c.*
x *al.* redditurum f.
y *duo v.c.* non tam ne off.
z Iuba rex Mauritaniæ qui victo Pompeio cũ Catone & Scipione periit in P. CXLI. Africa, morte manu sua sibi illata.

setis[a]? Quanquàm quid facturi fueritis, non dubitem, cùm videam, quid feceritis. prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere, & [a] prohibiti, vt perhibetis, summa cum iniuria. Quomodo id tulistis? acceptæ iniuriæ querelam ad quem detulistis? nempe ad eum cuius auctoritatem secuti, in societatem belli veneratis. Quòd si Cæsaris causa in prouinciam veniebatis ad eum profectò excluſi pro uincia venissetis, venistis ad Pompeium. Quę est ergo apud Cæsarem querela, cùm eum accusaris, à quo queramini vos prohibitos contra Cæsarem bellum gerere? Atque in hoc quidem vel cum mendacio, si vultis, gloriari per me licet, vos prouinciam fuisse [c] Cæsari tradituros, etiam si à Varo, & quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem[e] confitebor culpam esse Ligarij, qui vos tantę laudis occasione priuauerit[f]. Sed vide, quæso, C. Cæsar, constantiam ornatissimi viri, L. Tuberonis: quam ego, quamuis ipse probarem, vt probo, tamen non commemorarem, nisi à te cognouissem in primis eam virtutem solere laudari. Quę fuit igitur vnquam in vllo homine tanta constantia? constantiam dico? nescio, an meliùs patientiam possem dicere. Quotus enim istud quisque feciſſet, vt, à quibus partibus in dissensione ciuili non esset receptus, essétq.[g] etiam cum crudelitate eiectus[h], ad eas ipsas redire? magni cuiusdam animi, atque eius viri est, quem de suscepta causa, propositáque sententia, nulla cõtumelia, nulla vis, nullum periculum possit depellere. Vt enim cetera paria Tuberoni eum Varo fuissent, honos, nobilitas, splẽdor, ingeniũ, quæ nequaquam fuerunt: hoc certè præcipuum Tuberonis fuit, quòd iusto cum imperio ex S.C. in prouinciam suam venerat. Hinc prohibitus non ad Cæsarem ne iratus: non domum, ne iners: non[i] aliquam in regionem, ne condemnare causam illam, quam secutus esset, videretur: in Macedoniam, in Cn. Pompeij castra venit, in eã ipsam causam, â qua erat reiectus[k] cum iniuria. Quid? cùm ista res nihil[l] commouisset eius animum, ad quem veneratis: languidiore, credo, studio in causa fuistis. tantummodo in præsidiis eratis: animi verò à causa abhorrebant. an, vt fit in ciuilibus bellis, nec in vobis magnis, quàm in reliquis, omnes vincendi studio tenebamur? Pacis equidem semper auctor fui: sed tum serò. erat enim amentis, cùm aciem videres, pacem cogitare. Omnes, inquam, vincere volebamus: tu certè præcipuè, qui in eum locum leniſſes[m] vbi tibi esset pereundum, nisi vicisses: quanquam, vt nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerem, Tubero, si aut vos constantiæ vestræ, aut Cæsarem beneficij sui pœniteret. Nunc quæro, vtrùm vestras iniurias, an reip. persequamini. si reip. quid de vestra in[n] ea causa perseuerãtia respõdebitis? si vestras, videte, ne erretis, qui Cæsarẽ vestris inimicis iratũ fore putetis, cùm ignouerit suis. ¶ Itaq.[o] nũ tibi videor, Cæsar, in causa Ligarij occupatus[p] esse? num de eius facto dicere? quidquid dixi, ad vnã summã referri volo vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. Causas, Cæsar, egi multas, & quidem tecum, dum[q]te in foro tenuit ratio honorum tuorum: certè nunquam hoc modo, Ignoscite, iudices: errauit: lapsus est: non putauit: si vn-

a L. & prohibiti summa cum iniuria ‖ *al.* & vt perhibetis*
b L. gloriemini per me licet, *& ita duo v.c. al.* Atque in hoc quidẽ vobis vel cũ mendacio, si vultis gloriari per me licet.
c *al.* Cæsari tradituros
d *al.* prohibiti non essetis
e *al.* tamẽ alium*
f *al.* priuarit
g *al.* esset etiã
h L. reiectus, *& ita v.c.*
i L. non in aliquam reg.
k L. reiectus iniuria *& ita v.c.*
l *al.* nihil eius animum, ad quẽ veneriẽt cõmouisset. languidiore,
m L. veneras *& ita v.c.*
n L. in illa causa p. *& ita duo v.c.* L. in illa causa pr. *& ita duo v.c.*
o Peroratio*
p *al.* esse occupatus?
P. CXLII.
q *al.* dum te tenuisset in foro

quàm posthac, ad [a] parentem sic agi solet ad iudices, Non fecit, non cogitauit, falsi testes, fictum crimen. Dic, te, Cæsar, de facto Ligarij iudicem esse: quibus in præsidiis fuerit, quære, taceo. ne hæc quidem colligo, quæ fortasse valerent etiam apud iudicem: Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppressus, in [b] eo non acerbus: tum [c] etiam fuit totus animo & studio tuus. Ad iudicem sic agi solet, sed ego ad [e] parentem loquor. Erraui, temerè feci, pœnitet: ad clementiam tuam confugio: delicti veniam peto: vt [f] ignoscas, oro, si nemo impetrauit, arroganter: si plurimi, tu idem fer opem, qui spem dedisti. An sperandi Ligario causa non sit, cùm mihi apud te sit locus etiam pro altero deprecandi? Quanquam neque in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorum studiis, qui à te pro Ligario petunt, tui necessarij. Vidi enim, & cognoui, quid maximè spectares, cùm pro alicuius salute multi laborarent. *causas* [g] *apud te rogantium gratiores esse, quàm preces: neque* [h] *spectare, quàm tuus esset necessarius, qui te oraret: sed quam illius pro quo laboraret.* Itaque tribuis tu quidem tuis ita multa, vt mihi beatiores illi esse videantur interdum, qui tua liberalitate fruuntur, quàm tu ipse, qui illis tam multa concedis. Sed video tamen, apud te causas, vt dixi, rogantium valere plus, quàm preces: ab iisque te moueri maximè, quorũ iustissimum dolorem videas in petendo. In Qu. Ligario conseruãdo multis tu quidem gratum facies, necessariis tuis: sed hoc, quæso, considera, quod soles, possum fortissimos viros, Sabinos tibi probatissimos, totúmque agrũ Sabinum, florem Italiæ, robur reipublicæ proponere. nosti optimè homines. animaduerte horum omnium mæstitiam, & dolorem huius T. Brochi, de quo non dubito quid existimes, lacrymas, squalorémque ipsius, & filij vides. Quid de fratribus dicam? noli, Cæsar, putare de vnius capite nos agere. aut [i] tres Ligarij in ciuitate retinendi sunt, aut tres ex ciuitate exterminandi. quoduis exsilium [k] his est optatius, quàm patria, quàm dij penates, vno illo exsulante. Si fraternè, si piè, si cum dolore faciunt: moueant te horum lacrymæ, moueat pietas, moueat germanitas. valeat [l] tua vox illa quæ vicit. Te enim dicere audiebamus, *Nos, omneis aduersarios putare, nisi qui nobiscum essent: te omneis, qui cõtra te non essent, tuos.* Videsne igitur hunc splẽdorem, omnem hanc Brochorum domum, hunc L. Marcium, C. Cæsetium, L.[m] Cornificium, hosce omneis equites R. qui adsunt [n] veste mutata, non solùm notos tibi, verùm etiam probatos viros [o], qui tecum fuerunt? Atque [p] his maximè irascebamur, & hos requirebamus, & his nonnulli etiam minabantur. Conserua igitur tuis suos: vt quemadmodum cetera, quæ [q] dicta sunt à te, sic hoc verissimum reperiatur. Quòd si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum: omneis [b] fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin, si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eádem sententia futurus [c] fuerit: in qua fratres fuerunt? quis est, qui horum consensum conspirantem, & pænè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna non nouerit? qui hoc nõ sentiat, quid iuris priùs futurum fuisse, quàm, vt hi fratres diuersas [d] sententias, fortunásque sequerentur? Volunta te igitur omnes tecum fuerant: tẽpestate abreptus est vnus: qui, si consilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tamen saluos esse voluisti. Sed ierit ad bellum: dissenserit nõ à te solùm, verùm etiam à fratribus. hi te orant tui. Equidem, cùm tuis omnib. negotiis interessem, memoria teneo, qualis T. Ligarius, quæstor vrbanus fuerit erga te, & dignitatem tuam. sed parum est me hoc meminisse: spero etiam te, *qui obliuisci nihil solet, nisi iniurias,* [h] quoniam hoc est animi, quoniam [e] etiam ingenij tui, te aliquid de [f] huius quæstoris officio cogitantem, etiam de aliis quibusdam quæstoribus reminiscentem recorda ri. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud (neque enim hæc diuinabat) nisi vt [g] tu eum studiosum, & bonum virum iudicares, nunc à te supplex fratris salutem petit. quam huius admonitus officio cùm vtrisque his dederis, treis fratres optimos, & integerrimos, non solùm sibi ipsos, neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis suis, sed etiam reip. cõdonaueris. Fac igitur, quod de homine nobilissimo, & clarissimo M. Marcello restituto, fecisti nuper in curia, nunc idẽ in foro de optimis, & huic omni frequẽtię probatissimis fratribus. vt conc essisti illũ senatu, sic da hũc populo: cuius voluntatem carissimam semper habuisti, &, si ille dies tibi gloriosissimus, populo R. gratissimus fuit: noli, obsecro, dubitare, C. Cæsar, similem illi gloriæ laudem quàm sæpissimè quærere. *nihil est enim* [i] *tam populare, quàm bonitas, nullis de virtutibus tuis plurimis neckgratior, nec admirabilior misericordia est. homines enim ad deos nullas propius accedũt, quàm salute hominibus danda. nihil* [l] *habet nec fortuna tua maius, quàm vt possis: nec natura tua melius, quàm vt velis conseruare* [m] *quàm plurimos.* Longiorem orationem causa fortasse postulat, tua certè natura breuiorẽ. Quare, cùm vtilius esse arbitrer, te ipsum, quàm aut me, aut quẽquam, loqui tecum, finem iam faciam: tãtùm te ipsum admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus te datum.

[a] *al.* ad parentes

[b] *al.* in eo ipso non ac.

[c] *al.* quin etiã fuit. *al.* tamen si fuit

[d] L. ad iudicem fic. sed ego

[e] *al.* apud parentem

[f] *duo v.c.* vt ignoscatur, oro.

[g] L. causas apud te rogatium, gratiosiores esse, quã vultus: neq. sp. *& ita v.c. duo.*

[h] L. neque te spect. *& ita v.c.*

[i] L. aut tres Ligarij tibi retinendi in ciuitate sunt, aut

[k] L. exsulium

[l] L. valeat vox tua illa. *al.* valeat vox illa tua.

[m] L. Corñdiũ *& ita v.c.*

[n] *al.* adstant

[o] *al.* viros tecum fuisse.

[p] *duo v.c.* Atque his irascebamur *& hos seq.*

[q] L. quæ à te dicta sunt, hoc

[b] *sic vtroq. v.c. al.* omneis tecum, fratres

[c] *v.c. duo* fuisset futurus, in

[d] *al.* diuisas sent. *non pl.*

[e] L. quoniam est ingen.

[f] *v.c. duo* de illo huius quæstorio officio, etiam de aliis quibusdam quæstoribus. P. CXLIII.

[g] L. nisi vt tu enim tui studiosum. & b.

[h] duo lib. vet. non habent *suis.* *fort.* condonaris:

lzv.c. clarissimo, fecisti in curia

l tres libri vet. non habent hoc totum, M. Marcello restituto. m *abest* enim, à *duob. v.c.*

duo v.c. nec admirabilior nec gratior mis.

n sic apud Strabonẽ 10, τῶ γὰρ ἄρχειν τοῦτο τῆς ἀληθοῦς μάλιστα μιμεῖσθαι θεὸς ὅτι, εὐεργετεῖν τῶν.

o *al.* seruare & ita apud Quintilianũ 8. c. 5. vbi notat transferri P. B.

p in personam Censoris quæ rerũ sunt propria.

q L. te admonebo, *& ita v.c.*

q vox *omnes* abest à duob. cod. v.

PRO-

P. CXLIII. PRO REGE DEIOTARO AD C. CÆSAREM.

ORATIO QVADRAGESIMASECVNDA.

Synopsis.

Deiotarum regem Gallogræcia, coniurationis aduersus Cæsarem reum delatum, purgat apud eundem Cæsarem Cicero.

habuisse a. hanc orationem perhibeb. an. ætat. 62.

a Otacilium olim vocat 9. Famil. 13.*

b EXORDIVM.

c *duo v.c.* vel ætas mea, vel vius post.

CVM [b] in omnibus causis grauioribus C. Cæsar, initio dicendi cõmoneri soleã vehementius quàm videtur [c] vel vsus, vel ætas mea postulare: tum in hac causa ita me multa perturbant, vt, quantum mea fides studij mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat. Primùm dico pro capite, fortunisq. regis: quod ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo: tamen *est ita inusitatum, regem de capitis reum esse, vt ante hoc tempus non sit auditum.* Deinde cum rege, quem ornare anteà cuncto cum senatu solebamus pro pertuis eius in nostram rempublicam meritis, nunc contra atrocissimum crimen cogor defendere. Accedit, vt accusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. Crudelis Castor [e], ne dicam sceleratum, & impium, qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit, adolescentiæque suæ terrorem intulerit ei, cuius senectutem tueri, & tegere debebat: commendationem [h] ineuntis ætatis ab impietate, & scelere duxerit: aui [k] seruum, corruptum præmiis, ad accusandum dominum impulerit, & à legatorum pedibus abduxerit. Fugitiui autem dominum accusantis, & dominum absentem, & dominum amicissimum nostræ reipub. cùm os videbam, cùm verba audiebam: non tam afflictam regiam conditionem dolebam, quàm de fortunis communibus extimescebam. Nam, cùm more maiorum *de seruo in dominum, ne tormentis quidem, quæri liceat*: in qua quæstione dolor veram [m] vocem elicere possit, etiam ab inuito: exortus est seruus, qui quem in oculeo appellare non [n] posset, eum accuset solutus. Perturbat me, C. Cæsar, etiam [o] illud interdum quod tamen, cùm te penitus recognoui, timere desino. re enim iniquum est, sed tua sapientia fit æquissimum. nam dicere apud eum de facinore, contra cuius vitam consilium facinoris iniisse arguare, si per seipsum confideres, graue est. *nemo enim ferè est, qui sui periculi iudex nõ sibi se æquiorem quàm reo præbeat.* Sed tua, C. Cæsar, præstans, singularisque natura hunc mihi metum minuit. non enim tam timeo, quid tu de rege Deiotaro, quàm intelligo, quid de te ceteros velis iudicare. Moueor etiam loci ipsius insolentia, quòd tantam causam, quanta nulla vnquam in disceptatione versata est, dico [a] intra domesticos parietes, dico extra conuentum, & eam frequẽtiam, in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore, vultúque acquiesco: te vnum intueor: ad te vnum omnis meab spectat oratio: quæ nihil ad spem obtinendæ veritatis grauissima sunt, ad morum animi, & [c] omnem impetum dicendi, contentionémque leuiora. Hanc enim C. Cæsar, causam si in foro dicerem, eodem [d] audiente, & disceptante te, quantam alacritatem populi R. concursus afferret? quis enim ciuis ei regi non faueret, cuius omnem ætatem in populi R. bellis consumtam esse meminisset? spectarem curiam, intuerer forum, cælum denique testarer ipsum. Sic, cùm & deorum immortalium, & populi R. & senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer, nullo modo mihi [e] deesse posset oratio. Quæ quoniam angustiora parietes faciunt, actióque [f] causæ maximè debilitatur loco: tuum est, Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid [g] nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre, quo facilius tum [h] æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationẽ meam. ¶ Sed antequàm de accusatione ipsa dico de accusatorum spe pauca dicam, qui cùm videantur neque ingenio, neq. vsu, atq. exercitatione rerum valere, tamen ad hanc causam non sine aliqua spe, & cogitatione venerunt. Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescij: affectũ [k] illum quibusdam incommodis, & detrimentis, propter offensionem animi tui, meminerant: téque cùm huic iratum, tum sibi amicum [l] cognouerant: cúmque [m] apud ipsum te de tuo periculo dicerent, *fore putabant, vt in exulcerato animo facile fictum crimen insideret.* Quamobrem hoc nos primùm metu, C. Cæsar, per fidem, & constantiam, & clementiam tuam, libera, ne residere in te vllam partem iracundiæ suspicemur. *Per*[n] *dexteram te istam oro*, quam regi Deiotaro hospes [o] hospiti porrexisti: istam, inquam, dexteram non tam [p] in bellis, & [q] in prœliis, quàm in promissis, & fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renouare voluisti: te eius dij penates acceperunt: te amicum, & placatum Deiotari regis aræ, focique viderunt. Cùm *facile exorari*[r] Cæsar, tum *semel exorari soles. nemo vnquam te placauit inimicus, qui vllas reliquias fregerit.* Quamquam cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ? num-

a *al.* dico intra parietes, dico extra

b *q.v c.* non habent *mea c.o.v.c.* & ad omnem *&c. & ita* L.

d *tres v.c.* eodem audiente & disceptante, q.

e *al.* deesse mihi posse.

f *duo v.c.* actióque maximæ causæ debil. *& ita* L.

g L. quid mihi nunc an. *& ita tres v.c.* P. CXLV.

h *al.* cùm Narratio.

k *tres v.c.* affectum illum quib.

l *duo v.c.* amicum esse cog.

m L. quodq. apud ipsum *& ita duo v.c.*

n L. Per dexteram istam te oro, *& ita tres v.c.*

p *al.* magis Prisc. lib. 5.

q L. neque in prœl. *& ita tres v.c.*

r *al.* orari

quam tu illum accusauisti, vt hostem, sed [a] vt amici officio parum functum, quòd propensior in Cn. Pompeij amicitiam fuisset, quàm in tuam. cui[b] tamen ipsi regi veniam te dat-
A tum fuisse dicebas, si tum [c] auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipse tamen excusatione ætatis vsus esset. Itaq.[d] cùm maximis eum rebus liberares, perparuam [e] amicitiæ culpam relinquebas. Itaq. non solùm in eum non animaduertisti, sed [f] omni metu liberasti, hospitem agnouisti, regem reliquisti. neq. enim ille odio tui progressus, sed errore cõmuni lapsus est. Is rex, quem senatus hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellauisset, quíq. illũ ordinẽ ab adolescẽtia grauissimum, sanctissimúmq. duxisset, iisdẽ rebus
B est perturbatus: homo longinquus, & alienigena, quibus nos in media rep. nati, sempérq. versati. Cùm [g] audisset, senatus consentientis auctoritate arma sumta: consulibus, prætoribus, tribunis pl. nouis [h] imperatoribus remp. defendendam datam: mouebatur animo, & vir huic imperio amicissimus, de salute popu
C li R. extimescebat, in qua etiam suam inclusam esse videbat. summo[k] tamẽ timore quiescendum sibi esse arbitrabatur. maximè verò perturbatus est, vt audiuit consules ex Italia profugisse: omneísque consulares (sic enim nuntiabatur[l]) cunctũ senatũ totã Italiam esse[m] effusam. talibus enim nuntiis, & tumoribus patebat ad Orientẽ via, nec[n] vlli veri sub
D sequabantur. nihil ille de conditionibus tuis, nihil de studio concordiæ[o], & pacis, nihil de cõspiratione audiebat certorũ hominum cõtra dignitatẽ tuã, quæ cùm ita esset, tamẽ vsq. eò se tenuit, quoad à Cn. Põpeio ad[p] eũ legati, litteræque venerunt. Ignosce, ignosce Cæsar, si eius viri auctoritati rex Deiotarus cessit, quẽ nos omnes secuti sumus. in[q] quẽ cùm dij,
P.CXLVI. atq. homines omnia ornamenta cõgessissent, tum tu ipse plurima, & maxima. *neq. enim si tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatẽ attulerũt, idcircò Cn. Pompeij memoriã amisimus*, quantum nomen eius[r] fuerit, quantæ opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti honores populi R. quanti senatus, quanti tui, quis ignorat? tanto[s] ille superiores vicerat gloria, quanto tu omnibus præstitisti. Itaque Cn. Pompeij
E bella, victorias, triumphos, consulatus admirantes numerabamus: tuos enumerare non possumus. Ad eum igitur rex Deiotarus venit hoc misero, fatalíq. bello, quem antè te iustis, hostilibúsq. bellis adiuuerat [u], quo-cum erat non hospitio solùm, verùm etiam familiaritate coniunctus: & venit vel rogatus[x], vt amicus: vel arcessitus, vt socius: vel[y] euocatus, vt is, qui senatui parère didicisset: postremò venit, vt ad[z] fugientem, non vt ad[a] insequentem. id est, ad periculi, non ad victorię societatem.
F Itaq. Pharsalico prœlio facto, à Pompeio discessit: spem infinitã persequi noluit. vel officio si quid debuerat: vel errori, si quid nescierat, satisfactum esse duxit: domum se contulit: tẽque Alexandrinum bellum gerẽte, vtilitatibus tuis paruit[a]. Ille exercitum Cn. Domitij, amplissimi viri, suis tectis, & copiis sustentauit: ille Ephesum ad eum, quem tu ex tuis fidelissimum, & probatissimum omnibus delegisti pecuniam misit: ille iterum, ille
G tertiò [b] auctionibus factis pecuniam dedit, qua ab bellũ vtereris[c]: ille corpus suum periculo obiecit, tecúmque in acie cõtra Phar-
H nacem fuit, tuúmq. hostem esse [a] duxit suum. Quæ quidem à te in eam partẽ accepta sunt, C. Cæsar, vt eum amplissimo regis honore, & nomine affeceris. ¶ Is [b] igitur non modò à te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus, arguitur [c] domi te suæ interficere voluisse, quod tu, nisi eum furiosissimũ iudicas, suspicari profectò non potes. ¶ Vt[d] enim omittam, cuius tanti sceleris fuerit, in conspectu deorum penatium necare hospitẽ: cuius tantæ importunitatis, omnium gẽtium, atq. omnis memoriæ clarissimum lumen exstinguere, cuius[e] tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimescere: cuius tam inhumani, [f] & ingrati animi, à quo rex appellatus esset, in eum tyrannum inueniri: vt hæc omittam, cuius tanti furoris fuit, omneis reges, quorum multi erant finitimi, omneis[g] liberos populos, omneis socios, omneis prouincias, omnia denique omnium arma cõtra se vnum excitare? quónam ille modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum carissimo filio distractus esset, tanto scelere nõ modò perfecto, sed etiam cogitato? At, credo, hæc homo inconsultus, & temerarius non videbat. Quis cõsideratior illo? quis tectior? quis prudentior? quanquam hoc loco Deiotarum non tam ingenio, & prudentia, quàm fide, & religione vitæ defendendum puto. Nota tibi est, C. Cæsar, hominis probitas, noti mores, nota constantia. Cui porrò? qui modò populi R. nomẽ audiuit, Deiotari probitatem, integritas, grauitas, virtus, fides non [l] sit audita? Quod igitur facinus nec in hominem imprudentẽ[m] cadere[n] posset, propter metum præsentis exitij, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos & à viro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatum esse cõfingitis[o]. At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem[p]! Cùm inquit, in castellum Luceium venisses[p], & domum regis, hospitis tui, diuertisses[q]: locus erat quidam, in quo erant ea[r] composita, quibus rex te munerare[s] constituerat. huc te è balneo, priùs quàm accumberes ducere volebat. ibi[t] enim erant armati, qui te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset. Ego mehercule[u] C. Cæsar, initio, cùm est ad me ista causa delata, Philippum medicũ, seruum regium, qui cum legatis missus esset, ab [x] ipso adolescente existimaui esse corruptum: hac suspicione sum perculsus[y]: medicum indicem sub ornabit[z]: finget videlicet aliquod crimen veneni. Etsi à veritate longè, tamen à consuetudine criminandi non multùm res abhorrebat. Quid ait medicus? nihil de veneno[a]. At id fieri potuit: primò occultiùs in [b] potione vel in cibo: deinde etiam impunius fit, quod[c] cùm est factum, negari potest. Si palàm te interemisset: omnium in se gentium nõ solùm odia, sed etiam arma conuertisset: si veneno: *Iouis illius quidem hospitalis numen numquam celare potuisset, homines à verò fortasse celauisset.* Quod igitur & [c] occultiùs conari, & efficere cautius potuit: id tibi, & medico callido, & seruo, vt putabat, fideli, non credidit: de armis, de ferro, de insidiis celare te noluit? At quàm festiuè crimen contexitur? Tua te, inquit, eadem, quæ semper, fortuna seruauit. negauisti [g] tum te inspicere velle. Quid postea? an [h] Deiotarus, te illo tempore non perfecta,

[a] sed vt amicum, officio parum funct. *& ita o.v.c.*
[b] L. *o.v.c.* cui tamẽ ipsi rei ve.*
[c] L. si, cùm auxilia Pomp. vel etiam fil.
P. B. misisset, ipse *al.* si tantum auxilia.*
[d] L. Ita cùm max.
[e] L. perpetuæ in amicitia culpam relinq. *& ita duo v.c.*
[f] *al.* sed eum omni
[g] L. Cùm audiret, sen. *& ita duo v.c.*
[h] L. nobis imperatorib. *& ita v.c.*
[i] L. esse inclusam vid.
[k] L. in summo tamen timore quiescẽdum esse arbitr. *& ita v.c.*
[l] L. ei nuntiabatur.
[m] *duo v.c.* nõ *habent* esse
[n] *al.* nulli veri subs.
[o] *al.* pacis, & concordiæ
[p] L. legati ad eum, litt. *& ita duo v.c.*
[q] *duo v.c.* ad quẽ cùm dij
[r] *duo v.c.* illius
[s] *vnus v.c.* quanto ille super. vic. gl. tanto in omnib. pr.
[t] L. anteà *& ita o.v.c.*
[u] *v.c. vnus* adiuuarat,
[x] Rogati arcessiti & euocati differentia.*
[y] *vnus v.c.* vel vocatus
[z] *al.* ad sequentem.
[a] L. paruit.
[b] *al.* tertium
[c] *vnus* vteretur
[a] *al.* duxit esse suum
[b] Propositio*
[c] *duo v.c.* arguitur te domi fuisse interf. *& ita* L.
[d] confirmatio.*
P. B.
[e] *o.v.c.* cuius ferocitatis, vict.
[f] L. & ingrati à quo r.
[g] L. omneis socios omneis liberos populos, omneis prouin.
[h] *vnus v.c.* cõsiderantiõ
[i] *duo v.c.* homines probitas, C. Cæsar, noti m.
[k] *tres v.c.* nõ *habent* probitas,
[l] *v.c.* non audita est? L. nõ est audita?
[m] *sic tres lib. vet al.* prudentem
[n] *al.* caderet, pr.
[o] *al.* confingitis?
[p] L. venisset,
[q] L. deuertisses:
[r] *al.* omnia comp.
[s] *al.* munerari
[t] *al.* erant enim ibi armati, vt te int.
[u] *duo v.c.* me hercules.
[x] L. ab isto adolescente esse corruptũ hæc susp. *& ita o.v.c.*
P. CXLVII. *al.* ab ipso adol.
[y] L. percussus *& ita o.v.c.*
[z] *al* subornauit.
[a] *al.* veneno nihil. At id. *&c.**
[b] *tres v.c.* in potione, in cibo, *& ita* L.
[c] *al.* quidquid cum est f.
[d] *v.c.* homines fortasse celasset, *& ita* L.
[e] L. & conari occultiùs, *& ita o.v.c.*
[f] L. quæ sæpe *& ita v.c.*
[g] *v.c. vnus* negasti
[h] *al.* An Deiotarus illo tẽpore nõ potuit contr.

perfecta, continuò dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eodem te, cùm cenauisses, rediturum dixeras: itáque fecisti. horâ vnam, aut duas eodem loco armatos, vt[a] collocati fuerunt retinere[b] magnũ fuit? cum in cõuiuio comiter, & iucundè fuisses tum illuc iuisti[c], vt dixeras. Quo in loco Deiotarum talem erga te cognouisti, qualis rex Attalus[d] in P. African. fuit: cui magnificentissima dona vt scriptum legimus, vsque ad Numantiã misit ex Asia: quæ[e] Africanus, inspectante exercitu, accepit. Quod cùm præsens Deiotarus regio, & animo, & more fecisset, tuſ in cubiculũ discessisti. Obsecro, C. Cæsar, repete temporis illius memoriam: pone ſ illum ante oculos diem: vultus hominũ te intuentium, atq. admirantium, recordare. num[h] quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid nisi moderatèi, nisi quietè, nisi ex hominis grauissimi, & sanctissimi disciplina? Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cenatum noluerit occidere? In posterum inquit, diem distulit, vt, cùm in castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret. Non video causam loci mutandi: sed tamen acta res criminosè est. Cùm inquit, vomere[k] post cenam velle te dixisses, in balneum te ducere cœperunt[l]. ibi enim erant insidiæ. at te éadem tua fortuna seruauit. in[m] cubiculum te ire malle dixisti. *Dij te perdant*, fugitiue: ita non modò nequam, & improbus, sed fatuus, & amens es. Quid? signa ænea in insidiis posuerat, quæ è [n] balneo in cubiculum transferri[o] non posse at? Habes crimina insidiarum. nihil enim dixit amplius. Horum inquit, eram conscius. Quid? tum? ita demens ille erat, vt eum, quem conscium tanti sceleris habebat, à se dimitteret? Romam etiam mitteret, vbi & inimicissimum sciret esse, nepotem suum, & C. Cæsarem, cui fecisset insidias? præsertim cùm is vnus esset, qui[q] posset de[r] absente se vindicare? Et fratres meos, inquit, quòd erant conscij, in vincula[s] coniecit. Cùm igitur eos vinceret, quos secum habebat, te solutum Romam mittebat, qui éadem scires, quæ illos scire dicis? Reliqua pars accusationis duplex fuit: vna, regem semper in speculis fuisse, cùm à te animo esset alieno: altera, exercitum eum contra te magnum comparasse. De exercitu dicam breuiter, vt cetera. Numquã eas copias rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo R. posset: sed quibus fineis suos ab excursionibus hostium, & latrociniis tueretur; & imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem maiores copias alere poterat: nunc exiguas vix tueri potest. At misit ad [t] Cælium nescio quem: sed [u] eos, quos misit, quòd ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quæro, quàm verisimile sit, aut nõ habuisse regẽ, quos mitteret: aut eos, quos misisset, nõ paruisse: aut, qui dicto audiẽtes in tãta re nõ fuissent eos vinctos portius, quàm [x] necatos fuisse. sed tamẽ cùm ad [y] Cælium mittebat, vtrũ causam illam victam esse nesciebat, an [z] Cælium istum, magnum hominem putabat? quem profectò is, qui optimè nostros homines nouit, vel [a] quia non nosset, vel si nosset, contẽneret. Addidit etiã illud, equites nõ optimos misisseb tibi. Veteres, credo, Cæsar: nihil ad tuum equitatũ, sed misit ex iis, quos habuit, electos. Ait[c] nescio quem ex eo numero, seruum iudicatum. Non arbitror: non audiui: sed in eo, etiam si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer. Alieno autem à te animo fuit. Quomodo? sperauit: credo, difficileis tibi Alexandriæ [a] fore exitus propter regionis naturam, & fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit, exercitum aluit: quem[b] Asiæ præfeceras, ei nulla[c] in re defuit: tibi victori, non solùm ad hospitium, sed ad periculum etiam, atque ad aciem præstò fuit. Secutum est bellum Africanum. graues de te rumores sparsi: d qui etiam furiosum illum Cœlium[e] excitauerunt. Quo tum erga te rex animo fuit[f] qui auctionatus sit, sesèque, & [g] filium suum exspoliare[h] maluerit, quàm tibi pecuniam non sub ministrare? At eo, inquit, tempore ipso Nicæam[i], Ephesúmque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. Itaq. cũ esset ei nũtiatũ, Domitiũ naufragio periisse, te in castello circũfideri: de Domitio dixit versum[k] Græcũ eâdẽ sententia, qua etiam nos habemus Latinum: *Pereant amici, dum vnà inimici intercidãt*: quod ille, si esset tibi inimicissimus, numquam tamen dixisset, ipse enim mãsuetus, versus immanis. Quî autem Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? tibi portò inimicus cur esset, à quo cùm vel interfici belli lege potuisset, regem & se, & filium suum constitutos esse meminisset? Quid deinde? furcifer quò progreditur? ait, hac lætitia Deiotarum elatum, vino se obruisse, in conuiuióque nudum saltauisse. Quæ crux huic fugitiuo potest satis supplicij afferre? Deiotarum saltantem quisquam, aut ebrium vidit vnquam? omnes sunt in illo regiæ virtutes, quod te, Cæsar, ignorare non arbitror: sed præcipuè singularis, & admiranda frugalitas. etsi l hoc verbo scio laudari reges non solere. *Frugi hominem dici non multùm habet laudis in rege: fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum*[m] *largum, beneficum, liberalem, ha sunt regiæ laudes, illa priuata est. Vt volet, quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam, virtutem*[n] *esse maximam iudico.* hæc in illo est ab ineunte ætate, tum à cuncta Asia, tum à magistratibus, legatísq. nostris, tum ab equitib. R. qui in Asia negotiati sunt, perspecta, & cognita. Multis ille[o] quidem gradibus officiorum erga remp. nostram ad hoc regium nomen adscendit: sed tamen, quidquid à bellis populi[p] R. vacabat, cum hominibus nostris cõsuetudines, amicitias, res, rationésque iungebat: vt *non solùm tetrarcha nobilis, sed optimus*[q] *patersfamilias, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur.* Qui igitur[r] adolescens, nõdum tanta gloria præditus, nihil vnquam nisi seueriſſimè, & grauissimè fecerit, is ea existimatione, eáque ætate saltauit? Imitari potiùs, Castor, aui[t] tui mores, disciplinámque debebas, quàm optimo, & clarissimo viro fugitiui ore maledicere. Quòd si saltatorem auum[u] habuisses, neque eum virum, vnde pudoris, pudicitiæque exempla peterentur: tamen hoc maledictum minimè in illam ætatem conueniret. quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat, non saltandi, sed bene *vt armis*[x] optimè *vt equo vteretur*: ea tamen illum cuncta, iam[y] ætate exacta, defecerant. Itaque Deiotarum cùm plures in equum sustulissent, quod hærere in eo senex posset, admirari solebamus. Hic verò adolescens, qui mens in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cùm in illo nostro exercitu equita-

a *al.* vti*
b *al.* retineri
c *v.c. duo, ibi*
d *legendum Antiochus, Nicomedis quin Ciceronis est ἀμάρτημα μνημονικὸν*, quod nõ puto. Nam infrà diserte Antiochum nominat.*
e *al.* quæ P. Africanus
f L. tum in cubic.
P. B.
g *al.* pone ante oculos illum diem
h *al.* num quæ
i *v.c. vnus* modestè
k L. vomere post cenam te velle dixi. *al.* vomere te post cenam velle dix.
l *al.* cœperũt vbi erant insidiæ. at te eadem tua il la fortuna seruauit.
m *al.* in cubiculo te malle dixisti sub audi vomere
n *al.* è balneo
o *al.* transire
p vide Victorium 37. variar. 12.*
q *v. c.* qui tũ ille ita demẽs erat, &c. *al.* Qui tũ ita ille demens er.
r *al.* de absente se indicare? L. de absente se iudicare?
s *al.* vincla
P. CXLVIII.
t L. ad Cæciliũ nescio q.
u *al.* & eos, q. misi. q. ire n. in vincla c.
x L. quam necatos. Sed
y L. ad Cæcilium
z L. an Cæcilium
a *al.* vel quia nosset. vel quia non nosset cont.
b L. misisse Veteres. cc. & *ita v.c.*
c L. ait etiam nescio q.

a *al.* Alexandreæ. *al.* Alexandriã.*
b L. ei, quem Asiæ præfeceras, nulla in re def.
c *duo v.c.* nulla re defuit
d *duo v.c.* non *habens* sparsi:
e L. Cæcilium excitauerunt
f quo tum rex animo fuit, qui &c.
g *vnus v.c.* nõ *habet*, fuit
h *duo v.c.* non *habens*, & filiũ suum.
i L. spoliare
k *al.* Nicæã *
l Versus Græcus is est ἐρρέτω φίλος ὃστις ἐχθρὸν. extat autem apud Plutarchum libello de amico & adulatore. est autem ἐρρέτω μετ' ἀρᾶς ἀπόπεμπε. vide Victorium 1. Variar. 9.*
l frugalitas an regem deceat.*
m L. magnũ animi, & *ita v.c.*
n L. virtutem maximã iud.
o *al.* quidem ille grad.
p *al.* populus R.
q *v.c.* non solum tetrarches nob. sed etiam paterfamilias diligens agr. & pec.
r Rex Deiotarus optimus paterfamilias diligentissimus agricola & pecuarius*
s *al.* ergo P. C X L I X.
t L. aui mores
u Deiotarum
x Regia occupationes arma & æqui.*
y *al.* iam exacta ætate. *del.* L. iam ætate defec. & *ita duo v.c.*
z *duo v.c.* cũ iuris dilectis eq.
a *al.* quos tum sus si.

ret cum[a] suis delectis equitibus, quos vnà cũ eo ad Pompeium pater miserat, quos [b] concursus facere solebat? quàm se iactare? quàm [c] se ostentare? quàm nemini in illa causa studio, & cupiditate concedere? Cùm verò, exercitu amisso, ego, qui pacis auctor[d] semper fui, post Pharsalicum autem[e] prœlium suasor fuisem armorum non deponendorum [f], sed abiiciendorum, hunc ad meam auctoritatem non potui adducere, quod & ipse ardebat studio ipsius[g] belli, & patri satisfaciendum esse arbitrabatur. Felix ista domus, quæ non impunitatem solùm adepta sit, sed[h] habet etiam accusandi licentiam: calamitosus Deiotarus, qui & ab eo, qui in iisdem castris fuerit, non modò apud[k] te, sed etiam à suis accusetur. vos vestra secunda fortuna, Castor [l] non potestis sine propinquorum calamitate esse cõtenti. Sint sanè inimicitiæ, quæ esse non debebant. Rex enim Deiotarus vestram familiam abiectam [m], & obscuram, è tenebris in lucem vocauit[n]. Quis tuum patrem antè qui esset, quàm cuius gener esset, audiuit? Sed quãuis ingratè, & impiè necessitudinis nomẽ repudiaretis, tamẽ inimicitias, hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis accessere. Esto, concedatur hæc quoque acerbitatis [p], & odij magnitudo. Adeóne, vt [q] etiam omnia vitæ, salutisq. cõmunis, atq. etiam humanitatis iura violentur? *seruum sollicitare verbis: ipse, promissisq. corrumpere: adducere[r] domum, contra dominum armare. hoc est, non vni propinquo, sed omnibus familiis bellum nefarium indicere.* nam ista corruptela serui, si non modò impunita fuerit, sed etiam à tanta auctoritate approbata: nulli parietes nostram salutẽ, nullæ leges, nulla iura custodiẽt. vbi enim id, quod intus est, atq. nostrum, impunè euolare potest, contrà q. nos pugnare: fit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus. O tẽpora, ô mores! Cn. Domitius[u] ille, quem nos pueri cõsulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cùm tribunus pl. M. Scaurum, principem ciuitatis, in iudicium populi vocasset, Scauríque seruus ad eum clàm domum venisset, & crimina in dominum delaturum se esse dixisset: cõprehendi[x] hominem iussit, ad Scaurúmq. deduci. Vide quid interfit: etsi iniquè Castorem cum Domitio comparo: sed tamen ille inimico seruũ remisit: tu ab auo abduxisti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti? ille adiutoré seruũ cõtra dominũ repudiauit, tu etiã[z] accusatorem adhibuisti. At semel iste est corruptus à vobis? nónne, cùm[a] esset productus testis, & cùm tecum fuisset, refũgit ad legatos? nónne [b] etiam ad hunc Cn. Domitium venit? nónne audiente hoc Ser. Sulpicio, clarissimo viro, qui tum casu apud Domitium cenabat, & hoc T. Torquato optimo adolescente, se à te corruptum, tuis promissis in fraudẽ impulsum esse confessus est? Quæ est ista tam [c] impudens tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? idcirco in hãc vrbem venisti, vt huius vrbis iura, & exempla corrũperes, domesticáq. [d] tua inhumanitate nostræ ciuitati humanitatẽ inquinares? At quàm acutè collecta crimina? Blesamius, inquit, (eius[e] enim nomine optimi[f] hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi) ad regem, inquit, scribere solebat, te inuidiosè[g] tyrannum existimari: statua interreges posita, animos, hominum vehementer offensos: plaudi tibi nõ solere. Nónne intelligis, Cæsar, ex vrbanis maleuolorum sermunculis hæc ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Cæsarem scriberet? multorum enim ciuium[a] capita viderat: multos iussu Cæsaris vexatos, verberatos, necatos: multas afflictas, & euersas domos: armatis militibus refertum forum, quæ semper in ciuili victoria sensimus ea te videre nos vidimus. solus[b], inquã, es, C. Cæsar, cuius in victoria ceciderit nemo nisi armatus, & quem nos liberi, in summa reip. [c] libertate, nati, non modò non tyrannũ, sed etiam clementissimum in victoria vidimus? ducem [d]: is Blesamio, qui viuit in regno, tyrannus videri potest? Nam de statua quis queritur, vna præsertim, cùm tam multas videat? valde enim inuidẽdum est eius statuæ[e], quibus tropæis non inuidemus. Nam, si locus affert inuidiam, nullus [f] locus est ad statuam quidẽ Rostris clarior. De plausu autem quid respondeam? qui nec desideratus vnquam à te est, & nonnunquam, obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est: & fortasse eò prætermissus, quia nihil vulgare te dignum videri potest. Nihil à me arbitror prætermissum [g], sed aliquid ad extremam [h] causæ partem reseruatum: id autem aliquid est, te vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea. non enim iam metuo, ne tu illi succenseas: illud vereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicẽre. quod abest[k] longissimè, mihi crede, Cæsar, quid enim retineat per te, memini, non quid amiserit: neque se à te multarũ arbitratur: sed, cùm existimaret multis tibi multa esse tribuenda, quò minùs à se, qui in altera parte fuisset, ea sumeres, non recusauit. Etenim si Antiochus [l] Magnus ille, rex Asiæ, cùm, postea quàm à Scipione deuictus[m], Tauro tenus regnare iussus esset, omnémque hãc Asiam, quæ est nunc nostra prouincia, amisisset: dicere est solitus, *Benignè sibi à populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur*: potest multo faciliùs se Deiotarus consolari. Ille [n] enim furoris multam[o] sustinuerat[p], hic erroris. Omnia tu Deiotaro, Cæsar, tribuisti, cùm & ipsi filio nomen regium concessisti. Hoc nomine retento, atque conseruato, nullum beneficium pop. Romani, nullum iudicium de se senatus imminutum putat: magno animo, & erecto est, nec vnquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem. Multa se arbitratur & peperisse antea[r] factis, & habere in animo, atque virtute: quæ nullo modo possit amittere. quæ enim fortuna, aut quis casus, aut quæ tanta possit iniuria, omnium imperatorum de[s] Deiotaro decreta delere? ab omnibus enim est ornatus, qui postquam [t] in castris esse potuit per ætatem, in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt. Senatus verò iudicia de illo tam multa, támque honorifica, quę publicis populi R. litteris, monumentísq. consignata sunt, quæ vnquam vetustas obruet, aut quæ tanta delebit obliuio? Quid de virtute eius dicam? quid de[u] magnitudine animi, grauitate, constantia? quæ omnes docti, atque sapientes, summa: quidam etiam sola bona esse dixerunt: hísq. non modò ad bene, sed etiam ab beatè viuendum contentam virtutem[x] esse. Hæc ille reputans, & dies[y] & noctes cogitans, non modò tibi non succenset, (esset enim non solùm ingratus,

---

[a] *duos v.c.* cũ cuius dilectis eq.
[b] *al.* quos eur fus f.
[c] L. quàm ostentare, & *item v.c.*
[d] *al.* auctor, fui Pharsalico autem prœlio
[e] *q. v.c. non habent*, autẽ
[f] *al.* ponendorum,
[g] *al.* illius bẽl
[h] L. sed etiã accusandi lic.
[i] L. in eisdem
[k] *al. à peregrinis* nõ placeret
[l] *q. v.c.* nõ habent, Castor
[m] *al.* deiect.
[n] *al.* reuocauit
[o] *al.* antea

[p] L. acerbitas &
[q] L. vt omnia vitæ f.

[r] *al.* præmissique
[s] *al.* abducere domo?
[t] *v.c. duo* nefarium bellũ

[u] Idem Asco nius. hanc historiã planè inuertit Plutarchus libello de amico & adulatore, hoc est quod Domitius hic egisse ditur, Scauro tribuit.*
[x] *al.* apprehendi
[y] *al.* reduci,
[z] etiam, *abest.* à q. v.c.
[a] L. cùm esset perductus, & cùm t.
[b] L. nónne ad hanc Cn.
[c] L. tam impotens,
[d] L. domestica q. inhumanitate &c. *al.* domestica P. C. L. cáque immanitate &c.
[e] *al.* eius nomine optimi viri nec tibi ignoti*
[f] *v.c.* viri optimi,
[g] *al.* te inuidiæ esse tyrannum existimari*

[h] L. populi R.
[i] *al.* ducem videmus.
[k] L. statuis,
[l] L. nullus est ad stat. & *ita v.c.*
[m] P. B. *al.* prœteritã
[n] *al.* extremum.*
[o] *al.* ne illum tibi
[p] *al.* abest ab eo lõgissimè *vel* à quo abest longissimè.*
[q] Idem 4. Valerius 1. in f. Plin. c. 54. de viris illustr. ad lc 2. Flor. 8.
[r] *fort.* deiectus
[s] Antiochus* *v.* multum.* *pal.* subierat*
[t] *al.* reperisse
[u] *v.c.* antefactis. Ita Livius 7. belli Macedonici conueniens antefactis, *al.* in Deiotarum decr.
[x] *v.c.* postea quàm
[y] P. C. L.
[z] *al.* de animi magnitudine
[a] *al.* esse virtutem.
[b] L. nocteisq.

gratus,sed etiam amens, verùm omnem trã-
quillitatem;& quietem senectutis, acceptam
refert clementiæ tuæ. Quo quidem animo
cùm antea fuerit,tum non dubito, quin tuis
litteris,quarum exemplum legi,quas ad eum
Tarracone huic Blesamio dedisti,se magis e-
tiam erexerit,ab omniq.sollicitudine abstra-
xerit.Iubes enim eum bene sperare, & bono
esse animo:quod scio te non frustra scribere
solere. Nemini enim iisdem ferè verbis ad
me te scribere, méque tuis litteris bene spe-
rare non frustra esse iussum. Laboro equi-
dem regis Deiotari causa,quocum mihi ami-
citiam resp.conciliauit hospitium: voluntas
vtriusque coniunxit, familiaritatem consue-
tudo attulit, summam verò necessitudinem
magna eius officia in me,& in exercitũ meũ
effecerunt: sed cùm de illo laboro, tum de
multis amplissimis viris, quibus [a] semel esse
ignotum à te oportet, nec beneficium tuum
in dubium vocari, nec hærere in animis hõ-
minum sollicitudinem sempiternam,nec ac-
cidere, vt quisquam te timere incipiat, eo-
rum, qui [b] semel à te sint liberati timore.
¶Non[c] debeo,C. Cæsar,quod fieri solet in tã-
tis periculis,tentare,quõnam modo dicendo
misericordiam tuam commouere [e]possim.ni
hil opus est.occurrere ipsa solet supplicibus,
& calamitosis,nullius oratione euocata.Pro-
pone tibi duos reges:& id animo contempla
re, quod oculis non [f] potes. dabis profectò
misericordiæ, quod iracundiæ negauisti [g].
Multa sunt tuæ clementiæ monumenta : sed
maximè eorum incolumitates, quibus sa-

a T.quib. semel ignotum à te esse op. & ita v.c.

b al. qui sint semel à te liberati timore.

c Peroratio d al.timore liberati.

e al. monere f al.nonvales g L.denegasti B. B.

lutem dedisti. Quæ si in priuatis gloriosa
sunt,multo magis commemorabuntur in re-
gibus.*Semper regium* [a] *nomen in hac ciuitate sanctum fuit,sociorum verò regum & amicorum sanctissimum.* Quod nomen hi reges ne amitte-
rent,te victore,timuerunt: retentum verò,& à te confirmatum posteris etiam suis traditu-
ros esse confido. Corpora verò sua,pro salu-
te regum suorum hi legati tibi regij tradunt,
Hieras,& Blesamius, & Antigonus, tibi, no-
bisque omnibus iamdiu noti,eadémque fide
& virtute præditus Dorylaus,qui nuper cum
Hiera legatus est ad te missus: tum regum
amicissimi,tum tibi etiam, vt spero, probati.
Exquire de Blesamio, nunquid ad regem
contra dignitatem tuam scripserit. Hieras
quidem causam omnem suscipit, & crimi-
nibus illis pro rege se supponit reum, memo-
riam tuam implorat,qua vales plurimùm: ne-
gat vnquam se à te inDeiotari tetrarchia pe-
dem discessisse: in primis finibus tibi [c] se præ-
stò fuisse dicit,vsque ad vltimos prosecutum
cùm è balneo exisses,tecum se fuisse, cùm il-
la munera in spexisses cenatus, cùm in cubi-
culo recubuisses:eandémque [e] assiduitatem ti
bi esse præbuisse postridie. Quamobrem, si
quid eorum,quæ obiecta sunt,cogitatum sit,
non recusat, quin id facinus, suum iudices.
Quocirca,C.Cæsar,velimexistimes,hodierno
die sententiam tuam,aut cum summo dede-
core miserrimam pestem importaturam esse
regibus, aut incolumem famam cum salute:
quorum alterum optare,illorum crudelitatis
est:alterum conseruare,clementiæ tuæ.

a v.c. regium nomen

b al. Se esse confidunt

c al.tibi præsto se f.

d al. illa In-spexisses

e al. eandem assid.

f q.v.c.tibi se tribuisse posse.

P. CLIIII.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICARVM LIBER PRIMVS SEV PHILIPPICA PRIMA.

ORATIO QVADRAGESIMATERTIA.

a Mos ea appellatione Senatum compellare:nõ ad Consulẽ, sed ad vniuersum amplissimum ordinem orationem dirigẽdo:ve quoties hæc verba occurrunt, intelligamus verba fieri in Senatu*

b al. quæ hoc tempore dicenda arb.

c al.auctoritatem* d citatur à Nolo*



NTEQVAM de republica, Patres [a] conscripti, dicam ea, quæ [b] dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breuiter consilium &profectionis & reuersionis meæ. Ego, cùm sperarem aliquando ad vestrum consilium, auctoritatémque [c] rempublicam esse reuocatam, manendum mihi statuebam,quasi in vigilia quadam cõsulari,ac senatoria.nec verò vsquam discedebam, nec à republica deiicebam [d] oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris con-

e L. renouaui exemp. & ita v.c. Colas. Ferr.*

f vsurpauit v.c. Græcũ etiam verbũ amneſtiam,vsurpauit.

g al. verbum ἀμνηστίαν. al. verbum μὴ μνησικακεῖν Mur. 2. Variar. 15.

g al.quod tunc in f.d. vsurpauerat ciuitas illa. al.Vet. scandalis discordauerat. al. vet. quod tum in sedandis discors erat à vet.Ferr.* h q.v.c. vsa erat i al. statui lz q.v.c. voluntas. l Cassio & Bruto.*

E uocati sumus, in quo templo, quantum in me fuit,ieci fundamenta pacis:Athenien-
siúmque [e] renouaui vetus exemplum : Græ-
cum etiam verbum [f] vsurpaui, quo [g] tum
in sedandis discordiis erat [h] vsa ciuitas illa,
atque *omnem memoriam discordiarum obliuio-
ne sempiterna delendam i censui.* Præclara
tum oratio M. Antonij k, egregia etiam vo-
luntas : pax denique per eum, & per liberos
eius cum præstantissimis ciuibus,[l] confirma-
ta est. Atque his principiis reliqua cõsentie-
F bant. ad deliberationes eas, quas habebat

domi de republica principes ciuitatis adhibebat:ad hunc ordinem res optimas deferebat[a]:summa cum dignitate, & constantia ad ea,quę quæsita erant respondebat:nihil tum, nisi quod erat notum omnibus, in C. Cæsari commentariis reperiebatur.Numqui exsules restituti?vnum [b] aiebat, præterea neminem. Num immunitates[c] datæ?nullę,respondebat. Assentiri etiam nos Seruio Sulpicio, clarissimo viro, voluit, *nequa tabula post idus Martias vllius decreti Cæsaris, aut beneficij figeretur.* Multa præterea, eáque [e]præclara ad singulare enim M. Antonij factum festinat oratio. Dictaturam, quæ [f] vim iam regiæ potestatis obsederat,funditus ex rep.sustulit.de qua ne sententias quidem diximus.scriptum senatusconsultum quod fieri vellet,attulit.quo recitato, auctoritatem eius summo studio secuti sumus,eíque amplissimis verbis per senatusconsultum gratias egimus. Lux quædam videbatur oblata non modò regno, quod pertuleramus: sed etiam regni timore sublato: magnúmque pignus ab eo reipublicę datum, se liberam ciuitatem esse velle, cùm dictatoris nomen, quod sæpe iustum fuisset, propter perpetuæ dictaturæ recentem memoriã, funditus ex republica sustulisset. Liberatus cædis [g] periculo paucis pòst diebus senatus. vncus [h] impactus est fugitiuo illi [i] qui in C. Matij nomen inuaserat. atque hæc omnia cõmuniter cum collega, alij porrò propria Dolabellæ: quæ, nisi collega abfuisset [k] credo [l] eis fuisse [m] futura communia. Nam, cùm serperet in [n] vrbe infinitum malum, idque manaret in dies latiùs : iidémque bustum in foro facerent,qui illam insepultam [o]sepulturam effecerant:& quotidie magis,P magísque perditi homines, cum sui [q] similibus seruis, tectis, ac templis vrbis minarentur: talis animaduersio fuit Dolabellæ, cùm in audaceis,sceleratósque seruos,tum in impuros,& nefarios liberos : talísque euersio illius excecratæ [r] columnæ [s], vt mirum [t] mihi videatur, tam valde reliquum tempus ab illo vno die dissensisse. Ecce [u] enim Kalendæ Iunij, quibus vt adessemus,edixerat:mutata omnia: nihil per senatum, multa & magna per [x] se ipsum,& absente populo, & inuito.consules designati se [y] audere negabant in senatum venire : patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant: quos tamen ipsi consules & in concionibus, & in omni sermone laudabant.Veterani,qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissimè cauerat, non ad conseruationem earum rerum,quas habebant,sed ad spem nouarum prædarum incitabantur. Quæ cùm audire mallem,quàm videre, haberémque ius legationis [z] liberum [a], ea mente discessi,vt adessem Kalendis Ianuariis, quod initium senatus cogendi fore videbatur. Exposui, P.C. profectionis consilium:nunc reuersionis,quę plus admirationis habet, breuiter exponam. Cùm Brundisium [b], itèrque illud, quod tritum in Græciam est,nõ sine causa vitauissem,

Kalendis Sextilibus veni Syracusas,quòd [a] ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur. quæ tamen vrbs [b] mihi coniunctissima, plus vna me nocte cupiens retinere, non potuit. veritus sum, ne meus repetitus ad meos necessarios aduentus,suspicionis [c] aliquid afferret,si essem commoratus. Cùm autem me ex Sicilia ad Lencopetram [d], quod est promontorium [e] agri Rhegini [f], venti detulissent: ab eo loco cõscendi,vt transmitterem:nec ita multùm prouectus, reiectus austro sum in eum ipsum locum,vnde conscenderam.cúmque intempesta nox esset, mansissémque in villa P.Valerij, comitis,& familiaris mei, postridiéque apud eundem, ventum exspectans, manerem : municipes Rhegini complures ad me venerunt: ex his quidam Roma recentes: à quibus primùm accipio M. Antonij concionem : quæ [g] ita mihi placuit, vt, ea lecta,de reuersione primùm cœperim cogitare. nec [h] multò pòst edictum Bruti affertur, & Cassij. quod quidem mihi, fortasse quòd eos etiam [i] plus reipub. quàm familiaritatis gratia,diligo, plenum æquitatis videbatur.Addebant prætereà *(sit enim plerumque vt ij qui boni, quid velint afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant, lætius) rem [k] conuenturam* : Kalendis Sextilibus senatum frequentem fore : Antonium, repudiatis malis suasoribus, remissis Galliis [l] prouinciis, ad auctoritatẽ senatus esse rediturũ. Tum verò tanta fuit cupiditate incensus ad reditum,vt mihi *nulli neque remi, neque venti satisfacerent* : non [m] quo me ad [n] tempus occursurum putarem, sed ne tardiùs, quàm cuperem,reip.gratularer. Atque ego celeriter Veliam deuectus, Brutum vidi, quanto meo dolore, non dico. turpe mihi ipsi videbatur,in eam vrbem me audere reuerti, ex qua Brutus excederet [o] : & ibi velle tutò esse,vbi ille non posset. Neque verò illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi. erectus enim maximi, ac pulcherrimi facti [p] conscientia, nihil de suo casu, multa [q] de nostro querebatur. Ex [r] quo primùm cognoui, quæ Kalendis Sextilibus in senatu fuissent L. [s] Pisonis oratio, qui quanquam parum erat (id enim ipsum à Bruto audieram) à quibus debuerat, adiutus : tamen & Bruti testimonio (quo quid potest esse grauius?) & omnium prædicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc [t] igitur vt sequerer, properaui, quem præsentes non sunt secuti : non vt proficerem aliquid (neque [u] enim sperabam id neque præstare [x] poteram) sed vt, si quid mihi humanitùs [y] accidisset (multa autem impendêre videbantur [z] præter naturam [a] etiam [b], prætérque fatum) huius [c] diei vocem testem reip.relinquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis. Quoniam vtriusque consilij, causam, P. C. probatam vobis esse confido, priùs quàm de rep. dicere incipio, pauca querar de [d] hesterna M.Antonij iniuria,cui sum amicus:idque [e] nonnullo eius of-

a L. quòd ab ea vrbe transf. *& ita v.c.*
b *antea* mihi vrbs.*
c *al.* suspectionis, vt apud Terentium Andria.*
d vide Strabonem 6.*
e L. promontorium.
f *v.c.* Regini
g *al.* quæ mihi *ita Fer.*
h L. nec ita multo pòst ‖ *& ita Ferr.**
i L. plus etiã reip. *& ita o. v. c.* ‖ *& ita Ferr.**
k Ita Ferrar. emendat ex Vet. antea legeretur Rép. Sit 16. ad Attic. nuntiabãt fore vt res conueniret

P. B.

l *al.* prouinciis Galliis, *& ita* L. Ferr.
m L. non quo me ad tempus occurs. non put.
n *al.* ad id tẽpus.*
o L. cederet. ‖ quod idem valet atque excederet.*
p L. facti sui conse. Fer.
q L. multa de vestro q.
r *al.* Exq. eo pr.
s vide Philip. 5. & 12. familiar. 2. & 3.*
t Citatur hic locus à Gellio 13. c. 1.*
u *al.* nec enim sp. id nec pr.
x *al.* perficere *al.* patrare. Ferr.*
y Simili dicẽdi genere mors significatur l. 26. ff. depositi l. 4. §. 12. ff. de locat. l. 1. 16. §. 5. ff. de regulis. Inst. de donat. in pr.*
z L. videntur pr.
a Naturam & fatum Demosthenes in Oratione *περὶ παραπρεσβείας*, *& τὸν αὐτόματον θάνατον. Αὐτόματος* enim *θάνατος* quasi Itaque Ciceroni *αὐτοκατακρίτου* quibusdam de hesterna debere etiam

a L. deferebat nihiltum, nisi quod erat notum omnibus in C. Cæsaris commẽtariis: reperiebatur summa constantia,ad ea, quæ quæsita erant, respondebat.
b Sex. Clodiũ P. Clodii filium.*

P. B.

c citatur à Nonio 1. in Immunes. 12. Id autem interpretatur, sine officio, sine munere*
d id est post eqdẽ Cæsaris*
e *al.* ea quò clara sunt vel eò quòd clara sunt.*
f *al.* quæ iam vim reg.

g L. periculo cædis pauc.
h *vet.* vinctus *al.* vinculis.*
i C. Amatio obscuræ sortis hominis qui se filium C. Marij prædicabat exlulia Cæsaris amica: & interfecto Cæsare multitudinẽ concitarat*
k L. afuisset: l *fort.* credo eis inter ipsos futura fuisse communia.
m *al.* futura fuisse.
n *al.* in vrbem o sic libro 1. numero 32. de Oratore ianua ptæ nuptiæ, quæ Græcis γάμοι ἀγαμεῖς. Sic Euripides Helena, ὦγύναι ἄνυμφαι, & in Hyppolito πότμον ἄποτμον dixit Sophocles Aiace. ἄδωρα δώρα. & inlectera, μάτηρ ἀμάτωρ.*
p *al.* magis ac magis.
q *al.* suis.
r & Cæsari dicatę cum hac suscriptione, Parenti patrię, & quam, mortuo Cæsare, Dolabella euerterat*
s *v.c.* columpnæ. t *al.* nihil, q. vt populum. & dere in f. z fa necessario, tyrannis liberæ

mihi mirum videtur* u *v.c.* Ecce enim Kalendis Iunadess. edixerat, mutata omnia: *& ita L. x o.v.c.* per absente pop. *& ita L.* & Ferrar. y L. negabant se aulegatio libera imputabatur voti, aut negotio priuati causquæ & publica, à populo imponebatur* a *al.* legã *& ita L.* b *al.* Brundusium*

naturalis & fatalis : nulla extrinsecus vi coactus venit. Ciceroni hoc loco natura & fatum idem valent : ἡ φύσις ἐστὶ sumuntur, vt notat Gellius 13. c. 1.* b deest hęc particula Faer.* e L. huius tamen diei u. *& ita tres v.c.* d *al.* Antonij iniuria. e L. idque me nonnullo eius officio præ me, Ferr.

ficio

ficio debere esse, preme semper tuli. Quid tãdẽ erat causæ, cur in senatũ hesterno die tam acerbè cogeret? solúsne aberam? an non sæpe minùs frequentes fuistis? an ea res agebatur, vt etiam ægrotos deferri oporteret? *Annibal*[a], *credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi pace agebatur*: ad quam causam etiam[b] Appium illum & cæcum, & senem, delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationib. referebatur: quo in genere senatores deesse non solent. Coguntur enim non[d] pignoribus, sed eorum, quorum [c] de honore agitur, gratia: quod idem fit, cùm de triumpho refertur. Ita sine cura consules[e] sunt: vt prænè liberum sit senatori non adesse. qui cùm mihi mos notus esset, cúmq. de[g] via languerem, & mihimet displicerem: missi pro amicitia, qui hoc edicerem. At ille, vobis audientibus, *cum i fabris se domum meam venturum esse dixet*. Nimis iracundè hoc quidem, & valdè intemperanter. cuius enim maleficij ista[k] pœna est, vt dicere in hoc ordine auderet, *se publisis operis disturbaturum publicè ex senatus sententia ædificatam domum*? quis autem vnquam tanto damno [l] senatorem coegit? aut quid est vltra pignus aut multam? qui[m] si scisset, quam [n] sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profectò de seueritate cogendi. An me censetis, P.C. quod vos inuiti[o] secuti estis, decreturum fuisse, vt parentalia cum supplicationibus miscerentur? vt inexpiabiles religiones in rempub. inducerentur? vt decernerentur supplicationes mortuorum?[p] Nihil dico, quis[q] fuerit ille L. Brutus, qui & ipse rẽpio [r] dominatu remp. liberauit, & ad similem virtutem & simile factum stirpem [s] in propè quingentesimum annum propagauit: adduci tamen non possem, vt quemquam mortuum coniungerem cum [t] deorum immortalium religione: vt cuius sepulcrum nusquam[u] exstet, vbi parentetur, ei publicè supplicetur. Ego verò eam sententiam dixissem [x], patres conscripti, vt me aduersus populum R. si quis[y] accidisset grauior reip. casus, si bellum, si morbus, si fames: facilè possem [z] defendere: quæ partim iã sunt, partim timeo ne impendeant[a]. Sed hoc ignoscant dij immortales, velim, & populo Ro. qui id non probat, & huic ordini, qui decreuit inuitus. Quid de reliquis reipublicæ malis licétne dicere? mihi verò licet, & semper licebit dignitatem tueri, mortem contemnere[b], potestas modò veniendi in hunc locum sit: dicendi periculum non recuso. Atque vtinam, P.C. Kalendis Sextilib. adesse potuissem: non quo profici potuerit aliquid: sed ne vnus modò consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus rep. inueniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis populi R. beneficiis vsos, L. Pisonem, ducem optime[c] sententiæ non secutos. Idcircóne nos populus R. consulares[d] fecit, vt in[e] altissimo, amplissimóque gradu dignitatis locati, remp. pro nihilo haberemus? non modò voce nemo L. Pisoni consularis: sed ne vultu quidem assensus est. Quænam[f] (malùm) est ista voluntaria seruitus? fuerit quædam necessaria, nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam loco [g] consulari dicunt. alia causa est eorum, quorum silentio ignosco: alia eorum, quorum vocem requiro, quos quidem doleo in suspicionem [a] P.R. venire, non [b] metu, quod ipsum est [c] turpe, sed alium alia de causa deesse dignitati suæ. Quare primùm maximas gratias & habeo & ago L. Pisoni, qui non quid[d] efficere posset in repub. cogitauit, sed quid ipse facere deberet: deinde à vobis, P. C. peto, vt, etiam si sequi minùs audebitis orationem, atque auctoritatem meam, benignè [g] tamen me, vt[h] feci stis, adhuc audiatis. Primùm igitur acta Cæsaris seruanda censeo: non [i] quò probem: quis enim id quidem potest? sed quia rationem habendam maximè arbitror pacis, & otij. Vellem adesset Antonius, modò sine aduocatis. sed, vt opinor, licet ei minùs valere: quod mihi heri per illum non [l] licebat. docerem me, vel potius vos. P. C. quemadmodum ipse Cæsaris acta defenderet. An in commentariolis, & chirographis [m], & libellis se vno auctore prolatis[n]: ac ne prolatis quidem, sed tantummodò dictis, acta Cæsaris firma erunt: quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa, perpetuáque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? Equidem sic existimo: nihil [o] tam esse in actis Cæsaris, quàm leges Cæsaris. An si[p] cui quod ille promisit, id erit fixum? quod[q] idem [r] facere non potuit, vt multis multa promissa non fecerit[s]. quæ tamen multo plura reperta sunt, illo mortuo, quàm[t] viuo beneficia per omneis annos tributa, & data. sed ea non muto, non moueo: summo etiam studio præclara illius acta defendo. pecuniam vtinam ad Opis maneret, cruenta illa quidem, sed his temporibus, cùm [u] iis, quorum est, non redditur, necessaria, quanquam eo quoque sit effusa: si ita in actis eius [x] fuit. Ecquid est, quod tam proprie dici possit actum eius qui togatus in rep. cum potestate imperióque versatus sit, quàm lex? Quære acta Gracchi: leges Semproniæ proferentur. quære Syllæ: Corneliæ. Quid? Cn. Pompeij tertius consulatus in quibus actis consistit? [y] nempe in legibus. à Cæsare ipso si quæreres, quidnam egisset in vrbe, & toga: leges multas responderet se, & præclaras tulisse. chirographa verò aut mutaret, aut non daret: aut si dedisset, nõ istas res in actis suis duceret. Sed [a] ea ipsa concedo: quibusdam in reb. etiam conniueo: in maximis verò reb. id est, legib. acta Cæsaris dissolui, ferendum non puto. Quæ lex melior, vtilior, optima etiam rep. sæpius flagitata, quàm ne prætoriæ provinciæ plusquam annum, neb plus quàm biennium consulares obtinerentur? Hac lege sublata, videntúrne [c] vobis acta Cæsaris seruari? quid? [d] ea lege, quæ promulgata est de tertia decuria iudicum [e], nónne omnes iudiciariæ leges Cæsaris dissoluuntur? Et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges eius euertitis? nisi fortè, si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis, & quamuis iniquum, & inutile sit, defenderur: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæsaris non habebitur. At quæ est ista tertia decuria? Centurionum, inquit. Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pompeiam[f], Aurelia non patebat? Census præfiniebatur, inquit. Non centurioni quidem solùm, sed equiti etiam Romano. Itaque viri fortissimi, atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res & iudicant, & iudicauerunt. Non quæro, inquit, istos, quicumque ordinem duxit, iudi-

a-a. L. Hannibal. & *ita o. v. c.*

b vide l. 2. ff. de origine iuris.*

c Senatus frequẽs esse solebat quoties de supplicatione aliqua aut triũpho referebatur.*

d Senatores Senatui inter esse plerunq. captis pignoribus cogebantur, vt & tq. Gel. 7. Interdum multa indicebatur, vt paulo post infra. Hic verò Ciceronis ægroti domũ Antonius se dixit uru iacturam ni in senatum veneri.*

e L. de quorũ hon.

f *al.* proconsf. *al.* consulares *Ferr.*

g *al.* è via *

h L. ei dicere. t. *Ferr.* Sed edicere est edicto iubere denuntiare.*

i Hoc est meã domũ disturbaturum.*

k L. tanta ista p. l. v. c. dampno m L. Quòd si scisset, & *ita o. v. c.*

n Senatores rebus Reip. difficillimis ægroti in senatumcõsulendi causa deferebãtur* o *al.* secuti estis inuiti*

p L. mortuo? Nihil dico cui Fuerit ille L B.

q *al.* cui, *al.* cuius*

r L. dominatu remp. & *ita o. v. c.*

P. B.

s L. stirpẽ iã prope in qu. t L. cum immortal. religiuuus *v. c.* vi quam exst. *fort.* vt piam

x dixissem vt me aduersi.

y L. si qui accid.

z *al.* possim *

a *al.* antea impendant*

b *v. c.* contẽpnere.

c *v. c.* optume d L. cõsules fecit, & *ita Ferr.*

e L. in altissimo gradu d.

f L. Quæ (malùm) est g L. consulari loco d. & *ita Ferr.*

a *al.* suspitionem* P.R.

b L. non modò metus,

c *vet. Ferr.* offert.*

d L. & ago & habeo L. Pis.

e *vet. Ferr.* in Remp. cogitauit &c.*

f L. facere ipse deb.

g *al.* benigne me tamen *vet. Ferr.*

h L. vt adhuc feciſti, & *ita v. c.*

P. CLVI.

i *al.* nõ quòd pr.

k L. atque od tij,

l L. nõ licuit & *ita o. v. c.*

m vide Philip 2. & 5. in epist. famil. 1.*

n L. prolatis?

o *sic o. v. c. al.* nihil esse tã in *vet. Ferr.*

p L. si cui quid ille pr. *vet. Ferr.*

q L. quod idẽ non facere potuit, vt mult. multa pr. non fecit.

q. tamen mul to plura illa mort. rep. sunt q. v.

r *al.* idem facere non potuit.*

s *al.* fecit*

t L. quàm à viuo ben.

u L. quoniam iis q.

P. B.

x nulla cod. vet. habent, *tum*

y L. constitit?

z *al.* de Cæs.

a L. Sed hæc ipsa

b L. néve plus *al.* neu plus

c L. videntúrne vobis Cæsaris acta seruari? & *ita o. v. c. al.* videntúrne vobis posſ. Cæs. acta seruari?

d L. quid? lege, quæ.

e iudicium. *abest à trib. v. c.*

f De lege Pompeia iudiciaria vide Ciceronem in Bruto.*

cet. Atque [a] si ferretis, quicunque equo meruisset, quod [b] est laudatius, nemini probaretis. *In iudice enim spectari fortuna debet, & dignitas.* Non quæro, inquit, ista: addo etiam iudices manipulareis ex legione Alaudarum, aliter enim nostri [c] negant posse se saluos esse. O contumeliosum honorem iis, quos ad iudicandum nec opinanteis vocatis! hic enim est legis index, *Vt ij in tertia decuria iudicent qui liberè iudicare non audeant.* in quo quantus est [e] error, dij immortales, eorum qui istam legem excogitauerunt? vt enim quisque sordidissimus videbitur, ita libentissimè seueritate iudicandi sordeis suas eluet: laborabítque vt honestis decuriis potiùs dignus videatur, quàm in [f] turpeis iure coniectus. Altera promulgata lex est, *Vt & de vi, & de maiestate damnati ad populum prouocent, si velint.* Hæc vtrùm tandem lex est, an legum omnium dissolutio? quis enim est hodie, cuius interfit istam legem manere? nemo [g] reus est istis legibus: nemo est [h], quem futurum putemus. armis enim gesta numquam profectò in iudicium vocabuntur. At res popularis. Vtinam quidem [i] vellet is aliquid esse popular. omnes enim iam ciues de reipub. salute vna & mente & voce consentiunt. Quæ est igitur ea [k] cupiditas eius legis ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? quid enim turpius, quàm qui maiestatem populi Rom. per vim minuerit eum damnatum iudicio, ad eam ipsam vim reuerti, propter quam sit iure damnatus? Sed quid plura de lege disputo? quasi verò id agatur, vt quisquá prouocet. id agitur, id fertur, ne quis omnino vnquam istis legibus reus fiat. Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato, obiici [l] se multitudini conductæ velit? aut iudex, qui reum damnare audeat: vt ipse ad operas mercenarias [m] statim protrahatur? Non igitur prouocatio ista lege datur, sed duæ maximè salutares leges, quæstionésque tolluntur. Quid [n] est aliud igitur, quàm ad hortari adolescēteis, vt turbulenti, vt seditiosi, vt pernicioſi ciues velint esse? quam [o] autem ad reipub. pestem furor tribunitius impelli [p] non poterit, his duabus quæstionibus, de vi, & de maiestate, sublatis? Quid quod abrogatur [q] his legibus Cæsaris, quæ iubent, ei, qui de vi, itémque [r] ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici? quibus cùm prouocatio datur, nónne acta Cæsaris rescinduntur? Quæ quidem ego, P. C. qui illa numquam probaui, ita conseruanda concordiæ causa arbitratus sum, vt non modò, quas [s] viuus leges Cæsar tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem, sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris prolatas esse, & fixas videtis. [t] Deu exsilio reducti sunt [x] à mortuo: ciuitas data non solùm singulis, sed & etiam nationibus, & prouinciis vniuersis à mortuo: immunitatib. infinitis sublata vectigalia à mortuo. Ergo [z] hæc vno viro optimo auctore domo prolata defendimus: eas leges: quas ipse, vobis [a] inspectantibus, recitauit, pronuntiauit, tulit, quibus latis gloriabatur, iisque legibus remp. contineri putabat, de prouinciis, de iudiciis, eas, inquam Cæsaris leges, nos, qui defendimus acta Cæsaris, euertendas putabimus [b]? Ac de iis tamen legibus, quæ promulgatæ sunt, saltem queri possumus de iis, quę iam latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. illæ enim nulla promulgatione latæ sunt antè quàm scriptæ. Quæ tunt [a] quid sit, cur aut ego, aut quisquam vestrum, P. C. bonis tribunis pl. leges malas metuat. paratos habemus, qui intercedant: paratos, qui remp. religione defendant: vacui metu esse debemus. Quas tu mihi, inquit, intercessiones, quas [b] religiones nominas? Eas scilicet, quib. reip. salus continetur. Negligimus ista, & nimis antiqua, & stulta ducimus. forum fæpietur: omnes claudentur aditus: armati in præsidiis [c] multis in locis collocabuntur. Quid tum? quod erit ita gestum, id lex erit: & [d] in æs incidi iubebitis? cedò illa legitima: CONSVLES POPVLVM IVRE ROGAVERVNT. hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi) POPVLVSQVE IVRE SCIVIT. Qui populus? ísne, qui excluſus est? quo iure? an eo, quod vi, & armis omne sublatum est? Atque [e] ego hoc dico de futuris, quod est augurum, antè dicere ea, quæ vitari possunt [f]: quæ si facta non erunt, refelletur oratio mea. Loquor de legib. promulgatis: de quib. est integrum vobis. demonstro vitia: tollite. denuntio vim, arma: remouete. Iraſciſte quidem mihi, Dolabella, pro rep. dicenti, non oportebit, quanquam te quidem id facturum non arbitror. nouih enim facilitatem tuam. collegam tuum aiunt in hac tua fortuna, quæ bona ipsi videtur: mihi, ne grauius quippiam dicam, auorum, & auunculi sui cōsulatum si imitaretur, fortunatior videretur: sed eum iracūdum audio factum. Video autem, quàm sit odiosum habere iratum [k] eundem, & armatum, cùm tāta præsertim gladiorum sit impunitas, sed pro pouam ius, vt opinor, æquum: quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. Ego, si quid in vitam eius, aut in mores contumeliose [l] dixero, quò minùs mihi inimicissimus sit, nō recusabo: si [m] consuetudinem meam, quam [n] in rep. semper habui, tenuero, id est, si liberè, quæ sentiam, de rep. dixero: primùm deprecor, ne irascatur: deinde, si hoc non impetro, peto, vt sic irascatur, vt [o] quib. armis vtatur, si ita necesse est, vt dicit, sui defendendi causa: iis, qui pro rep. quæ ipsis visa erunt, dixerint, ista arma ne noceant. Quid hac postulatione dici potest æquius? Quòd si, vt à quibusdam mihi eius familiarib. dictum est, omnis eum, quæ habetur contra voluntatem eius oratio, grauiter offendit, etiam si nulla ineſt contumelia: feremus amici naturam. sed iidem illi ita mecum. Non idem tibi aduersario Cæsaris licebit, quod Pisoni socero. & simul admonent [p] quiddam, quod cauebimus: nec erit iuſtior, P. C. in senatum non veniendi morbi causa, quàm mortis. Sed per deos immortaleis, te enim intuens, Dolabella, qui es mihi cariſſimus, non posſum de vtriusque vestrûm errore reticere. Credo enim vos, homines [q] nobileis, magna quædam spectanteis, non pecuniam, vt quidam nimis creduli suspicātur, quæ semper ab ampliſſimo quoque, clariſſimóq. contemta est: non opes violentas, & populo Ro. minimè ferendam potentiam, sed caritatem ciuium, & gloriam concupiſſe. Ea [r] autem est gloria, laus rectè factorum, magnorúmq. sin remp. meritorum: quæ cùm optimi cuiusq. tū etiam multitudinis testimonio cōprobatur. Dicerem, Dolabella, qui rectè factorum fructus esset, nisi te paulliſper esse expertum viderem. Quem potes recordari in vita tibi

a L. At si ferret.
b L. quod est lautius
c al. negant se posse saluos esse: d L. vt ij res iuter & ita o. v. c.
e L. error est, P. C. LVII.
f L. in turpē
g L. nemo reus est legi. illis n.
h est, abest ab o. v. c.
i L. aliquid vellet is esse p.
k L. ista cupiditas legis eius f.
l L. obiicere se multi. m v. c. mercenarias
n L. Quid est aliud hortari adolescēteis,
o L. quam autem ad pestē furor tr. al. quem * p al. impellere*
q L. obrogatur legib. Cæs. r al. itémque qui ma. est.
s al. quas viuus leges Cæsar tul.
t L. De exsilio u vide 12. epist. famil. *
x sunt, abest à v. c.
y L. sed nationibus, & pr. P. B.
z L. Ergo hęc vno, verūm optimo auctore, domo p. & ita v. c.
a L. nobis insp. & ita v. c.
b L. putamus? & ita v. c.

a L. Quærunt quidā, quid sit, & c. al. Quærunt autem, quid sit,
b L. quas religiones? Eas scil.
c L. multis locis
d L. & in æs incidi iubebitis, credo, illa legitima, Consules populum iure rogauerunt, hocine à maioribus accepimus ius rogandi? Pop. P. CLVIII.
e L. Atq. hæc dico de f. quod est amicorum,
f L. possunt
g L. Iraſci quidem vos mihi Dolabella pro rep. dicēti, non oportebat.
h L. noui facilit. t.
i L. audio esse factum
k al. eundem iratum, & armatum,
l L. cum contumelia dix. & ita v. c.
m L. sin consuetudinem meam quam tenuero, id est, si li. q. s.
n hoc totum, quam in rep. semper habui non est in duob. v. c.
o L. vt eiui armis vtatur,
p q. v. c. amonent,
q L. nobileis homines,
r L. Est autem glor. f L. magnorúmque in remp. fama meritorum,
s L. nisi te, præter ceteros, paulliſp. esse exp. vidi

a v.c. illuxisset tibi d. & ita L.
b L. pœna affectis, vrbe, incendio, & cædis metu liberata, te dom. rec. & ita o. v. c.
c L. fuerant tibi

tibi a illuxisse: diem lætiorem, quàm cùm ex piato foro, dissipato concursu impiorũ principibus sceleris pœnas affectis, te domum recepisti? cuius ordinis, cuius generis, cuius denique fortunæ studia tum laudi, & gratulationi tuæ se non obtulerunt? Quin mihi etiam quo auctore te in iis rebus vti arbitrabãtur, & gratias, boni viri agebant, & tuo nomine gratulabantur. Recordare, quæso, Dolabella, consensum illum theatri, cùm omnes earum rerum obliti, propter quas tibi c fuerant infensi, significauerunt, se nouo beneficio memoriã veteris doloris abiecisse. Hanc d tu potuisti, Dolabella (magno loquor cum dolore) hanc tu, inquam, animo æquo potuisti tantam dignitatem deponere? Te autem, M. Antoni, absentem appello: vnum illum diẽ, quo in æde Telluris senatus fuit, non omnibus iis mensibus, quibus te quidam, multum à me dissentientes, beatum putant anteponis? quæ fuit oratio de concordia? quanto metu veterani, quanta sollicitudine ciuitas tum à te liberata e est? Tuum collegam, depositis inimicitiis oblitus auspiciorum, auguria te ipso augure nuntiante, illo primùm die collegam tibi esse f voluisti: reip. tuus paruulus filius in Capitolium à te missus pacis obses fuit g, quo senatus die lætior? quo populus R. qui quidem nulla in cõcione vnquam frequẽtior fuit: tũ denique liberati per viros fortissimos videbamur, quia, vt illi voluerant, libertatem pax consequebatur. Proximo, altero, tertio, reliquis h consecutis diebus, non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre reip. Maximum autem illud, quod dictaturæ nomen sustulisti. Hæc inusta est à te, à te, inquã mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. Vt enim propter vnius M. Manlij scelus, decreto gentis Manliæ neminem patricium M. Manlium vocari licet: sic tu propter vnius dictatoris odium, nomẽ dictatoris funditus sustulisti. Num i huiusce, cùm pro salute reip. tanta gessisses, fortunæ te, num amplitudinis, num claritatis, num gloriæ pœnitebat? Vnde igitur subitò tanta ista mutatio? non possum adduci, vt suspicer, te pecunia captũ. licet, quod cuique libet, loquatur. credere nõ est necesse. nihil enim vmquam in te sordidum, nihil humile cognoui. quanquam k nihil est tam sanctum, quod non soleãt domestici deprauare nonnumquam: sed noui firmitatem tuam. atque vtinam, vt culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisses. Illud *magnè vereor, ne ignorans verum iter gloriæ glorioſum putes, plus te vnum posse, quàm omneis: & metui à tuis tui, quàm diligi malũ.* quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. *Carum esse ciuem, benè de rep. mereri, laudari, coli, diligi glorioſum est. metui verò & in odio esse, inuidioſum, detestabile, imbecillum, caducum.* Quod videmus etiam in l fabulis, ipsi illi, qui *Oderint, dum metuant*, dixerit, pernicioſum fuisse. Vtinam, Antoni, auum tuum meminisses: de quo tamen multa m audisti ex me sæpissimè. Putásne illum immortalitatẽ mereri voluisse, vt propter armorum habendorum licentiam metueretur? illa erat vita, illa fortuna, *libertate esse parem a cum ceteris, principem dignitate.* Itaque vt omittam res aui tui prosperas, acerbissimum eius b diem supremum malim, quàm L. Cinnæ dominatum, à quo ille crudelissimè est interfectus. Sed quid oratione te flectam? si enim exitus C. Cæsaris efficere c hoc non potest, vt malis carus esse, quàm metui, nihil cuiusquam proficiet, nec valebit oratio. quem qui beatum fuisse putant miserrimi d ipsi sunt. *Beatus est nemo, qui ea lege viuit, vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoru gloria interfici possit.* Quare flecte te, quæso, & maiores tuos respice. atque *ita guberna remp. vt natum esse te ciues tui gaudeant:* sine quo nec beatus nec e clarus esse quisquam potest. Et populi quidem Ro. iudicia multa ambo habetis, quibus vos non satis moueri permolestè fero. Quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium ciuium? quid f populi concursus? quid Pompeij statuæ plausus infiniti? quid g iis tribunis pl. qui vobis aduersantur? parúmne hæc significant, incredibiliter consentientem populi Rom. vniuersi voluntatem? Quid? Apollinarium h ludorum plausus, vel testimonia potiùs, & iudicia populi Rom. vobis i parua videbantur? O beatos illos, qui, cùm adesse ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen, & in medullis populi Ro. ac visceribus hærebant. nisi fortè Accio tum plaudi, & sexagesimo postkanno palmã dari putabatis, non Bruto, qui iis m ludis ita caruit, vt in illo apparatissimo spectaculo studium n populus Ro. tribuerit o absenti, desiderium p liberatoris sui perpetuo plausu, & clamore lenierit q. Equidem is sum, qui r istos plausus, cùm ſà popularibus ciuibus tribuerentur, semper contemserim: idémque cùm à summis, mediis, infimis, cùm denique ab vniuersis hoc idem fit, cúmque ij, qui antè sequi populi consensum solebant, fugiunt: non plausum illum, sed iudicium puto. Sin hæc leuiora vobis videntur, quæ sunt grauissima: num etiam hoc contemnitis, quòd sensistis, tam caram populo Rom. vitam A. Hirtij fuisse? satis s enim erat, probatum illum esse populo R. vt est: iucundum amicis, in quo vincit omneis: carum suis, quibus est carissimus: tantam tamen sollicitudinem bonorum, tantum timorem omnium in quo meminimus? certè in nullo. Quid igitur? hoc vos, per deos immortaleis, quale sit, non interpretamini? quid eos de vestra vita cogitare censetis, quibus eorum, quos sperãt reip. consulturos, vita tam cara sit? Cepi Y. P. C. reuerſionis meæ fructum: quoniam t ea dixi, vt, quicunq. casus consecutus esset, exstaret conscientiæ meæ testimonium: & sum vobis benignè, ac diligenter auditus. Quæ potestas si mihi sæpius sine meo, vestróque periculo fiet, vtar. sibminùs, quantum potero, non tam mihi me, quàm reip. referuabo. Mihi ferè satis est, quod vixi: vel ad ætatem, vel ad gloriã. huc si quid accesserit, non tam mihi, quàm vobis, reique publ. accesserit.

d L. Hanc tu P. Dolabella (magno loquor cũ dol.) hãc, inquam, potuisti quo an tant. dign. dedi? Tu autẽ, M. Antoni, (absentem enim appello) &c.
e L. liberata est: cum collegam tuũ dep. ini. oblitus auspiciorum P. CLIX. à te ipso augure populo Ro. nuntiato rum. & c. al. à te ipso augure pronuntiatorum, & c. al. te ipso augure pronuntiãte, &c.
f L. esse velui sti?
g L. fuit?
h al. denique reliquis confec d.

i al. Num te, cùm hæc pro salute reip. tanta gessisses fortunæ tuæ, num amplit. &c.

k L. quanquã solent domestici depraua re nonnunq. & ita v. c.

l L. in fabula
m L. audisti multa ex me eáque sæpissi P. B. mè. al. audisti multa ex me quàm sæpissimè.

a L. parem cæteris,
b v. c. & ita L. eius supremã diem m.

c L. efficere non potest.

d al. miseri ipsi sunt

e L. nec clarus, nec tutus quisquam esse omnino potest. Populi q.

f L. quid populi versus?
g L. quid duob. trib.

h L. Apollinaribus ludis pl.
i L. vobis parum magna videbantur.

lzq. v. c. demũ anno
l al. palmam dari non Bruto putabitis,
m L. qui ludis suis ita car.
n L. studium populus Romanus tribuerit absenti de fid. lib. sui perp. pl. & clam. leniret P. CLX. o al. tribueret
p al. vt desiderium lib.
q al. leniret
r al. cum popularibus
s L. satis erat ei probatum illum esse p.
u al. quibus est ipse clarif.
x L. tantum ti morem in quo m.

y al. Cepi fructum, P. C. reuerſionis meæ quon.
z L. quoniam & ea dixi,
a L. consultiæ m.
b L. sin minùs

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA SECVNDA.

ORATIO QVADRAGESIMAQVARTA.

VONAM meo fato, P.C. fieri dicã, vt nemo his annis viginti reipub. hostis [a] fuerit, qui non bellum eodem tẽpore mihi quoque indixerit? Nec verò necesse [b] est à me quẽquam nominari [c] vobis, cum ipsi recordemini. mihi pœnarum illi plus, quàm optarem, dederunt. Te miror, Antoni quorum facta imitére, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minùs mirabar. nemo illorum inimicus mihi fuit voluntarius, omnes à me reipub. causa lacessiti. tu, ne verbo quidem violatus, vt audacior, quàm [d] L. Catilina, furiosior, quàm P. Clodius, viderere, vtrò [e] maledictis me lacessisti: tuámque à me alienationem commendationem tibi ad [f] ciueis impios gloriæ fore putauisti. Quid putem? contemtúmne me? nõ video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid dispicere possit Antonius. An in senatu facillimẽ [g] de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis ciuibus bene gestæ reipub. testimonium multis, mihi vni conseruatæ dedit? An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est. quid enim plenius, quid vberius, quàm mihi & pro me, & contra Antonium dicere? Illud profectò est, non existimauit, sui similibus probari posse se [h] esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. Cui priùs quàm de ceteris rebus respondeo: de amicitia, quam à me violatam esse criminatus est, quod ego grauissimum crimen iudico, puta i dicam. Cõtra [k] rem suam venisse me nescio quando quæstus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari, & [l] necessario meo? non venirem contra gratiam, non virtutis specie, sed ætatis flore collectam? non venirem contra iniuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prætorio? Sed hoc idcirco commemoratum à te puto, vt te infimo ordini commendares, cùm te omnes recordaretur libertini generum, & liberos tuos nepotes Qu. Fadij, libertini hominis, fuisse. At enim te in disciplinã meam tradideras: (nam ita dixisti) domum meam ventitaras. [m] Nç tu, si id fecisses, meliùs famæ, meliùs pudicitiæ tuæ consuluisses. sed [n] nec fecisti. nec, si cupe-
res, tibi id per C. Curionem facere licuisset. Auguratus petitionem mihi te concessisse dixisti. O incredibilem audaciam! ô impudentiam prædicandam! Quo enim tempore me augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius, & Qu. Hortensius nominauerunt (neque enim licebat à pluribus nominari) tu nec soluendo eras, nec te vllo modo, nisi euersa rep. incolumen fore putabas [a]. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cùm in Italia Curio non esset? aut tum, cùm es factus, vnam tribum sine Curione ferre potuisses? cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent. At beneficio sum vsus [b] tuo. Quo? quanquam illud ipsum, quod commemoras, semper præme tuli. malui me tibi debere cõfiteri, quàm cuiquam minùs prudenti non satis gratus videri. Sed quo beneficio? quòd me Brundisij non occideris? quem ipse victor, qui tibi, vt tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, saluum esse voluisset, in Italiam ire iussisset, eum tu occideres? Fac potuisse. quod est aliud, P.C. beneficium latronum, nisi vt cõmemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint? Quod si esset beneficium, nunquam ij, qui illum interfecerunt, à quo erant seruati, quos tu ipse [c] viros clarissimos appellare soles, tantam essent gloriam consecuti. Quale autem beneficium est, quòd te abstinueris nefario scelere? qua in re non tam iucundum [d] videri mihi debuit, non [e] interfectum à te, quàm miserum, id te impunè facere potuisse. Sed sit beneficium, quandoquidem maius accipi à latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu reipub. queri non debui, ne [g] de te ingratus viderer? Nam in illa querela, misera quidem, & luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me senatus, populúsque Rom. collocauit, necessaria, quid est dictũ à me cũ contumelia? quid non moderatè? quid non amicè? Et [h] quidem cuius temperantiæ fuit, de M. Antonio querentem, abstinere maledicto? præsertim cùm tu reliquias reipublicæ dissipauisses? cùm domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia? cùm leges eas, quæ nunquam promulgatæ essent, & de te, & à te lata confitere? cùm auspicia augur, intercessionem consul sustulisses? cùm esses fœdissimè stipatus armatis? cùm omneis impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino, lustrisque confectus? At ego tanquam mihi cum M. Crasso contentio esset, quo cum multæ & magnæ fuerunt, non cum vno gladiatore nequissimo, de repub. grauiter querens, de homine nihil dixi. Itaq. hodie perficiam, vt intelligat, quantum

a al. fuerit hostis.

b L. necesse est quenquam à me nom.

c L. nominari vobiscum ipsi recordamini.

d al. quàm Catilina,

e al. vltro me maledict.

f L. ad impios ciueis ‖ al. apud impios ciues*

g al. facile de me detrahi p.

h al. esse se h.

p. CLXI. i al. pauca dicamus.

k L. Contrarem suam me nescio quãdo venisse q.

l al. & necessario non

m v.c. Ne tu

n al. sed neq. fecisti.

A

B

C

D

E

a L. fore incolumen put. & ita o.v.c.

b L. tuo vsus & ita o.v.c.

P. B.

c clariss. viros soles appell.

d L. mihi videri deb.

e al. me non interf.

f al. te id

g al. ne ingratus viderer! At in.

h L. Quod quidem c.

i L. maledictis?

quantum[a] tum à me beneficium acceperit. At etiam litteras, quas me sibi misisse dicerет, recitauit, homo & humanitatis expers, & vitæ communis ignarus. Quis enim vnquam, qui[b] paullùm modò bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit, palámque recitauit? Quid[c] hoc est aliud, quàm tollere è vita vitæ societatem? tollere amicorũ colloquia absentium? quàm multa ioca solẽt esse in epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse videantur? quàm multa seria, neque tamẽ vllo modo diuulganda? Sit hoc inhumanitatis tuæ[e]: stultitiam incredibilem vidēte. Quid habes, quod mihi opponas, homo diserte, vt Mustellæ[f] Tamisio, & Tironi Numisio vidēris? qui cùm hoc ipso tempore stēt cum gladiis in conspectu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis, quomodo sis eos inter sicarios defensurus. Sed, quid opponas tandem, si negē, me vnquam istas litteras ad te misisse? quo me teste conuinces[g]? an chirographo? in quo habes scientiam quæstuosam. Qui possis? sunt enim libra rij manu. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere docuit[h]. Quid enim est minùs non dicoratoris, sed hominis, quàm id obiicere aduersario, quod ille si verbo negarit, longiùs progredi non possit, qui obiecerit? At ego nō nego: téque in isto ipso conuinco non inhumanitatis solùm, sed etiam amentiæ. Quod enim verbum in istis litteris est non plenum humanitatis, officij, beneuolentiæ[i]? omne autem crimen tuum est, quòd de te in his litteris non malè exstimem: quod scribam tanquam ad ciuem, tanquam ad bonum virum, non tanquam ad sceleratum, & latronem. At ego tuas litteras, etsi iure poteram à te lacessitus, tamen non proferam: quibus petis, vt tibi per me liceat quendam de[k] exsilio reducere: adiurásque, id te, inuito me, non esse facturum: fdque à me impetras. quid enim me interponerem audaciæ tuæ: quam l neque auctoritas huius ordinis, neque existimatio populi Rom. neque leges vllæ possent coercere? Verumtamen quid erat, quòd me rogares, si erat is, de quo rogabas, Cæsaris lege reductus? Sed videlicet meam gratiam voluit esse: in quo ne ipsius quidem vlla potuerat[m] esse, lege lata. Sed cùm mihi, patres conscripti, & pro me aliquid, & in M. Antonium multa dicenda sint: alterum ipse efficiam, vt, contra illum cùm dicam, attentè audiatis. simul illud oro: si meam cùm in omni vita, tum in dicendo moderationem, modestiámque cognoscitis, ne me hodie, cùm isti, vt prouocauit, respondebo[o], oblitum esse putetis mei. nō tractabo vt consulē: ne ille quidē me vt consularē. Etsi ille nullo modo consul, vel quòd ita viuit, vel quòd ita remp. gerit, vel quòd ita factus est consul[p]: ego sine vlla controuersia consularis. Vt igitur intelligeretis, qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit mihi consulatum meum, qui cōsulatus, verbo meus, P. C. re, vester fuit. quid[q] enim constitui, quid gessi, nisi ex huius ordinis consilio, auctoritate, sententia? Hęc tu homo sapiens, non solùm eloquens, apud eos, quorum consilio, sapientiáque gesta sunt, ausus es vituperare? Quis autem meum[r] consulatum, præter P. Clodium, qui vituperaret, inuentus est? cuius b quidem te factum, sicuti C. Curionem, manet: quoniam id domi c tuæ est, quod fuit illorum vtrique tale. Non placet Marco Antonio consulatus meus. At placuit P. Seruilio, vt eum primum nominem ex illius temporis cōsularibus, qui proximè est mortuus: placuit Qu[d]. Lutacio Catulo, cuius e semper in hac repub. viuet auctoritas: placuit duobus Lucullis, Marc. Crasso, Qu. Hortensio, C. Curioni, M. Lepido, C. Pisoni, M f. Labeoni, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Murenæ, qui tum erant consules designati: placuit idem, quod consularibus, M. Catoni: qui cùm multa, vita excedens, prouidit: tum quòd te consulem non vidit. Maximè verò consulatum meum Cn. Pompeius probauit: qui vt me primùm decedens ex Syria vidit, complexus, & g gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Sed h quid singulos commemoro? frequentissimo senatui sic placuit, vt esset nemo, qui mihi non, vt parenti, gratias ageret: qui i non mihi vitam suam, liberos, fortunas, remp. referret acceptam. Sed quoniam illis, quos nominaui, tot k & talibus viris resp. orbata est: veniamus l ad eos, qui duo èm consulari numero reliqui sunt. L. Cotta, vir summo ingenio, summáque prudentia, rebus iis gestis, quas tu reprehendis, supplicationem decreuit verbis amplissimis: eique illi ipsi, quos modò nominaui, consulares, senatúsque cunctus assensus est. qui honos post conditam hanc vrbem habitus est togato ante me nemini. L. Cæsar, auunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua grauitate sententiam dixit in fororis suæ virum, vitricum tuum? hunc tu cùm auctorem, & præceptorem omnium consiliorum, totiúsque vitæ debuisses habere, vitrici te similem, quàm n auunculi esse maluisti. huius o ego consiliis alienus consul vsus sum: tu fororis filius, ecquid ad eum vnquam de repub. retulisti? ad P quos refert, dij immortales! ad eos scilicet, quorũ nobis etiam dies natales audiendi sunt. Hodie nō descendit Antonius. cur q? dat[r] natalia in hortis, cui? neminem nominabo. putatote fr eum Phormioni alicui, tum Gnatoni, tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam! ô impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam! tu cùm principem senatorem, ciuem singularem, tam propinquum habeas, ad eum de rep. nihil refers[t]: ad eos refers, qui[u] domum suam nullam habent, tuam exhauriunt? Tuus videlicet salutaris consulatus, pernicios⁊ meus. Adeóne pudorem cum pudicitia perdidisti, vt hoc in eo tẽplo dicere ausus sis, in quo ego senatum illum, qui quõdam florens orbi terrarum præsidebat, consulebam: tu homines perditissimos cum gladiis collocauisti[x]? At etiam ausus es (quid autem est, quod tu non audeas?) Cliuum Capitolinum dicere, me cōsule, plenum seruorum armatorum fuisse. Vt illa, credó nefaria senatusconsulta fierent, vim afferebam senatui. O[y] miserum, siue illa tibi nota non sunt (nihil enim boni nosti) siue sunt, qui apud taleis viros tam impudenter loquare! Quis enim eques Rom. quis, præter te, adolescens nobilis, qui vllius ordinis, quis[z] se ciuem meminisset, cùm senatus in hoc templo esset, in Cliuo Capitolino non fuit? quis no-

a P. aut Clau-dium *vel*, præter te aut P. Clodium*
b *v. c.* cuius quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni,
c *q. v. c.* domui tuæ est,
d L. Q. Catulo
e *al.* cuius fis gularis semper in hac rep. &c.
f P. CLXIM. *f L.* M. Glabrioni,
g *fort.* & gratulatus,
h *al.* Sed quid eo singul.
i *al.* qui mihi non vit.
k *al.* tot, ac talibus
l L. veniamus ad viuos: quę
m L. de consularium nu-mero
n *v. c.* quam auunculi me luisti.
o L. huius ego alienus cō filiis cōsulus.
p L. Ar ad quos ref.
q *al.* cur nos dat n.
r L. dat natalitiã in hort.
B. B. *f al.* Putare tum Phorm. alicui, tũ etiã Ball.
t L. referas: referas ad eos, quid.
u *v. c* qui suã rem nullam habẽt. &c. *ita L.*
x L. collocasti,
y L. O miser
z L. qui se ciuem esse mẽ.

a L. quantum à me beneficium tum acc. P. clxii.
q L. qui paullum m.
c L. Quid est aliud tollere è vita v. s.
d L. inepta videantur? & ita v. c.
e *q. v. c. non habens*, tuæ: f *al.* Mustelæ Tam.
g L. conuincas,
b *f. v. c.* doceat:
q *v. c.* beniuolentiæ,
k L. de exsilio
l *al.* quem
P. B.
m L. esse potuerat,
n L. vt me pro me d.
o L. respondere, & ita sic v. c.
p *vox. consul. non est in quibusdã libr.*
q L. quid enim ego cõsul. quid egi, nisi ex h.
r *al.* consulatum meum præter te, & P. Clodium.

men non dedit? quanquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt. Etenim cùm homines nefarij de patriæ parricidio [a] confiterentur, conscio-
a *al.* patricidio
rum [b] indiciis, sua manu, voce pænè litterarum coacti, se vrbem inflammare, ciueis trucidare, vastare Italiam, delere rempub. consensisse: quis esset, qui ad salutem communem defendendam non excitaretur? præsertim cùm senatus, populúsque Rom. haberet ducem, qualis [c] si quidem nunc esset, tibi idem, quod illis accidit, contigisset. Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum. Hoc verò ne P. quidem Clodius dixit vnquam. quem, quia iure ei fui [d] inimicus, dolleo [e] à te iam omnibus vitiis esse superatum. Qui autem tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? an verebare, ne nō putaremus natura te potuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiam disciplina? Tam autem eras excors, vt [f] tota in oratione tecum ipse pugnares: vt [g] non modò non cohærentia inter se diceres, sed maximè disiuncta, atque contraria; vt non tanta mecum, quanta tecum tibi esset contentio? Vitricum tuum in [h] tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectum querebare. Ita, quod proprium meū est, laudasti: quod [k] totius senatus est, reprehendisti. nā I, cùm comprehensio sontiū mea, animaduersio senatus fuerit: homo disertus non intelligit, eū, quē contra dicit, laudari à se: eos, apud quos dicit, vituperari. Iam illud cuius est non dico audaciæ (cupit enim se audacē dici) sed quod minimè vult, stultitiæ, qua vincit omneis, Cliui Capitolini mentionem facere, cùm inter subsellia nostra versantur armati? cùm in hac cælla Concordiæ, ô [m] dij immortales! in qua me consule, salutares sententiæ dictæ sunt, quibus ad hāc diem viximus, cum gladiis homines collocati stent? Accusa senatum: accusa equestrem ordinem, qui tum cum senatu copulatus fuit: accusa omneis ordines, omneis ciueis, dū confiteare, hunc ordinem, hoc ipso tempore ab Ithyreis circumsederi. Hæc tu non propter audaciam dicis tam impudenter, sed [n] quia tantarum rerum repugnantiam non videas, nihil profectò sapis. Quid est enim dementius, quàm [o], cùm ipse contra remp. perniciosa arma ceperis, obiicere alteri salutaria? At etiam quodam loco facetus esse voluisti. Quàm [p] id (dij boni) non decebat! In quo est tua culpa nonnulla, aliquid enim salis ab vxore mima trahere potuisti. CEDANT ARMA TOGAE. Quid? tum nónne cesserunt? At postea tuis armis cessit toga. Quæramus igitur, vtrum melius fuerit: libertati populi Rom. scelerato rum arma, an libertatem nostram armis tuis cedere. Nec verò tibi de versibus respondebo [q]: tantum [r] dicam breuiter: neque illos, neque vllas te omnino litteras nosse: me nec reip. nec amicis vnquam defuisse, & tamen omni genere monumentorum meorū perfeciſſe [s] operis subseciuis, vt meæ vigiliæ, meæque litteræ & iuuentuti vtilitatis, & nomini R. laudis aliquid afferrent. Sed hæc non huius temporis. ad [t] maiora veniamus. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cùm tu illum in foro, spectante [n] populo R. gladio stricto insecutus es, negotiúmq; trāsegisses, nisi [a] ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, hísque oppilatis impetū tuū compressisset? Sed [b] quid? ego fauisse me tibi fateor, suasisse ne tu quidem dicis. At Miloni ne fauere quidē potui. priūs enim rē transegit, quàm [c] quisquam tum suspicaretur eum facturum esse. At ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, vt prodesse reip. sine suasore non posset. At lætatus sum. Quid [d]? ergo in tanta lætitia cunctæ ciuitatis me vnū tristē esse oportebat? Quanquā de [e] morte P. Clodij fuit quæstio non satis prudenter illa quidem cōstituta. Quid enim attinebat noua lege quęri de eo, qui hominē occidisset, cùm esset legibus quæstio constituta? quæsitū est tamē. Quod [f] ergo, cùm res agebatur, nemo in me dixit: id tot annis pòst tu es inuentus, qui diceres? Quòd verò dicere ausus es, idq; multis verbis, opera mea Pompeium à Cæsaris amicitia esse disiunctū, ob eámq; causam meā [g] culpa ciuile bellum esse natum: in eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus erraſti. Ego M. Bibulo, præstantissimo ciue, consule, nihil prætermisi, quantum facere, enitíque potui, quin Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem. in quo Cæsar fuit [h] felicior. ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit. Postea verò, quàm se totum Pompeius Cæsari tradidit: quid ego illum ab eo distrahere conarer? stulti erat sperare: suadere, impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim, ea velim reprehendas, si potes: vnum, ne quinquennij imperium Cæsari prorogaretur [i]: alterum, ne pateretur fieri, vt absentis eius ratio haberetur. quorum si vtrūuis persuasissem: in has miserias nunquam incidisse mus. Atque [k] idem cùm iam omneis opes & suas & populi Ro. Pompeius ad Cæsarem detulisset, seróque eadem sentire cœpisset, quæ ego [l] antè multo prænideram [m]: inferrique patriæ bellum nefarium viderem: pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti: meáque illa [n] vox est nota multis, *Vtinam* [o], *Cn.* Pompeij, cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam dimisses. fuit alterum grauitatis, alterū prudentiæ tuæ. Hæc mea, M. Antoni, semper & de Pompeio, & de repub. consilia fuerunt. quæ si valuissent, respub. staret: tu tuis flagitiis, egestate, infamia, concidisses. Sed hæc vetera: illud verò recens, Cæsarem [p] meo consilio interfectum. Iam vereor, patres conscripti, ne, quod turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solùm meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret [q] alienis. Quis enim meum in [r] istius societate gloriosissimi facti nomen audiuit? cuius autem, qui in eo numero fuisset, nomen est occultatum? occultatum dico? cuius non statim diuulgatum? citiùs dixerim iactasse se aliquos, vt [f] fuisse in ista societate viderentur, qui [t] socij non fuissent, quàm [u] vt quisquam celare vellet. Quàm verisimile porrò est, in tot hominibus, partim obscuris, partim adolescentibus, neminem occultantibus, meum nomen latēre potuisse? Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur illis auctoribus, Brutos ego impellerem, quorum vterque L. Bruti imaginem quo tidie [x] videret, alter etiam Halæ [y]? His igitur

a *al.* vix. nisi ille se in scalas *al.* nisi se ille scalas.
b L. Quod quidem ego fauisse me tibi, fateor:
c L. quam eū quisquam id facturum suspicaretur. At *al.* quàm quisquam eū facturum id suspic.
d *al.* Quid ergo? in t.
e L. de morte Clodij
f *al.* Quod igitur, cùm res
g *al.* culpa mea bellum ciuile
h L. felicior fuit. *& ita v. c.*
i L. prorogaret: alterum, ne pateretur fieri, vt abs.
k Atque idē ego, cùm iam opes omneis & suas & populi R. *&c. al.* Atque idem ego, cùm iam omnes opes suas, & reip. Pompeius *&c.*
l L. ego multo antè prouidi. *al.* prouidebam.*
m Idem Cicero refert 6. epistolar. familiar. 6.*
n *al.* Vtinam Pompei, cum Cæsare socier.
o vide 12. famil. 2. & 3.*
p *q. v. c. non habent*, onerauerat.
q L. in ista societate
r L. vt fuisse in ea societ.
s L. cùm conscij non fuissent, quàm vt se quisquam
t P. R. celari vellet. qui fuisset. Q.
u *al.* quàm vt quisquam celari vellet, qui fuisset. Q.
x *v. c.* cotidie
y L. Ahalæ. Ij igitur his maioribus,

a *al.* patricidio
b *al.* cùm cōfciorum ind.
c L. qualis fi- qui nūc esset,
d L. inimicus fui.
e L. doleo à te omnib. vit. esse sup.
f L. vt tota in oratione tua tec.
g *al.* & non modò non coh. *al.* nec modò non coh.
P. CLXIIII.
h L. fuisse in tanto scel.
i L. quod pro priè
k L. quod totum est senatus, repr. *& ita v. c.*
l *v. c.* & L. nā comprehēsio sontium mea: animaduersio, senatus fuit.
m *Abest ô, à vetterib. lib.*
n L. sed qui tantam rerū repugn. non videas, nihil prof. sapis. Q. *al.* quam. cum, reip. pernicioso arma ipse cepe ris, *&c.*
P. B.
p L. Quam id te, (dij boni)
q L. respondebo plura tant.
r L. tantum dicam breuiter, te neque illos, neque vll. omn. litt. n.
s *al.* feciſſe, vt meę vigilię.*
t L. maiora videamus.
u L. inspectā te p. *& ita v. c.*

tur maioribus orti ab alienis potiùs consilium peterent, quàm à suis? & foris potiùs, quàm domo? Quid? C. Cassius, in ea familia natus, quæ non modò dominatum, sed ne potētiam quidem cuiusquam ferre potuit, me auctorem, credo, desiderauit: qui etiam sine his clarissimis viris, hanc rem in Cilicia ad ostium [a] fluminis Cydni confeciſſet, si ille ad eam ripam, quam [b] constituerat, non ad contrariam, nauim [c] applicuisset. Cn. Domitium non patris interitus, clarissimi viri, non auunculi mors, non spoliatio dignitatis, ad [d] recuperandam libertatem, sed mea auctoritas excitauit? An [e] C. Trebonio persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem, quo etiam maiorem ei resp. gratiam debet, qui *libertatem populi Rom. vnius amicitiæ præposuit: depulsorque dominatus, quàm particeps esse maluit.* An I. Tullius [f] Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis feciſſe illam rem sum admiratus, quàm facturum putaui. admiratus sum autem ob eam causam, quòd immemor beneficiorum, memor patriæ fuisset. Quid duos Seruilios? Cæcas dicam, an [g] Halas? & hos auctoritate mea censes excitatos potiùs, quàm caritate reipub.? Longum est persequi ceteros: idque reip. præclarum, fuisse tam multos, ipsis [h] gloriosius est. ¶ At quemadmodum me coarguerit homo acutus, recordamini. *Cæsare interfecto,* inquit, *statim cruentum altè extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamauit, atque ei recuperatam [k] libertatem est gratulatus.* Cur mihi potissimùm? quòd! sciebam? Vide ne illa causa fuerit appellandi [m] me, quòd cùm rem gessisset consimilem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimùm testatus est, se æmulum mearum [n] laudum exstitisse. Tu autem omnium [o] stultissime, non intelligis, si id, quod me arguis, voluisse interfici Cæsarem, crimen sit: etiam lætatū esse morte Cæsaris, crimen esse? *quid* enim *interest inter suasorem facti, & probatorem?* aut quid refert, vtrùm voluerim fieri, an gaudeam factum? ecquis est igitur, te [p] excepto, qui illum regnare gaudebas, qui illud aut fieri noluerit, aut factum improbarit? omnes [q] enim in culpa. etenim omnes boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt. aliis cōsilium, aliis animus, aliis occasio defuit: voluntas nemini. Sed stuporem hominis, vel [r] dicam pecudis, attendite. sic enim dixit, M. Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens, Ciceronem exclamauit: ex quo intelligi debet, eum consciū fuisse. Ergo ego sceleratus appellor à te, quem tu suspicatum aliquid suspicaris: ille, qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur? Esto: sit in verbis tuis hic stupor, quanto in rebus, sententiisque maior? Constitue hoc, consul, aliquādo, Brutorum, C. Cassij, Cn. Domitij, C. Trebonij, reliquorum, quam velis esse causam: edormi crapulam, inquam, & exhala. Aut faces admouendæ sunt, quæ te excitent, tantæ causæ indormientem? numquámne intelligis [s], statuendum tibi esse, virùm illi, qui istam rem gesserunt, homicidij [t] rei sint, an vindices libertatis? Attende enim paullisper, cogitationémque sobrij hominis *punctum temporis* suscipe. etenim ego, qui sum illorum, vt ipse fateor, familiaris: vt à te arguor, socius, nego quidquam esse magis dium: confiteor eos, nisi liberatores populi R. conseruatoréque [a] reip. sint, plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas esse: siquidem *est atrocius patriæ parentem, quàm suum occidere.* Tu homo sapiens, & considerate, quid dicis? si [b] parricidæ: cur honoris causa à te sunt, & in hoc ordine, & apud populum Rom. semper appellati? cur M. Brutus, te [c] referente, legibus est solutus, si ab vrbe plus, quàm decem dies, abfuisset [d]? cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur prouinciæ Cassio [e], & Bruto datæ? cur quæstores additi? cur legatorum numerus auctus? Atque hæc acta per te. non igitur homicidæ, sequitur, vt liberatores tuo [f] iudicio sint: quandoquidem tertium nihil potest esse. Quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis, quæ distinctiùs [g] dicuntur, intelligis. sed [h] tamen hæc est summa conclusionis meæ: quoniam sceleret à te liberati sunt, ab eodem te amplissimis præmiis dignissimi iudicati sunt. Itaque iam retexo orationem meam, scribam ad illos, vt, si qui fortè, quod à te mihi obiectum est, quærent, sítne verum: ne cui negent, etenim vereor, ne [k] aut celatum me ab ipsis, illis non honestum: aut inuitatum refugisse, mihi sit turpissimum. Quæ enim res vnquam (prò sancte Iupiter) nō modò in hac vrbe, *sed in omnibus terris est gesta maior? quæ* gloriosior? quæ cōmendatior hominum memoriæ sempiternæ? In [l] huius me consilij societatem, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso. Ago etiam gratias, quoquo animo facis [m]. tanta enim res est, vt inuidiam istam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem. Quid enim beatius illis, quos tu expulsos à te prædicas, & relegatos? qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos, quo accesserint, non affari, atque appetere videatur? qui homines tam agrestes, qui se, cùm eos adspexerint, non maximum cēpisse vitæ fructum putent? quæ verò tam immemor posteritas, quæ tam ingratæ litteræ reperientur, quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? Tu verò adscribe me talem in numerum. Sed vnam rem vereor, ne non probes. si enim fuissem, *non solùm regem, sed regnum etiam de rep. sustulissem:* &, si meus stilus ille fuisset (vt dicitur) mihi crede, *non solùm vnum actum, sed totam fabulam confeciſſem.* Quamquam si interfici Cæsarē voluisse, crimen est, vide, quæso, Antoni, quid tibi futurū sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est, & ob eius consilij societatem, cùm interficeretur Cæsar, tum te à Trebonio vidimus seuocari. Ego autem (vide quàm tecū agā non inimicè) quòd bene cogitasti aliquādo, laudo: quod [n] non indicasti, gratias ago: quod non feciſti, ignosco. virū res illa quærebat. Quod si te in iudiciū quis adducat, vsurpétque illud Cassianum, *cui* [o] *bono fuerit:* vide, quæso, ne hæreas. quamquam illud quidem fuit, vt tu dicebas, omnibus bono, qui pro vni seruire nolebant: tibi tamen præcipuè, qui non modò non seruis, sed etiam regnas: qui maximo te ære alieno adʳædem Opis liberaſtiˢ: qui per eaſdem tabulas innumerabilem pecuniam diſſipauiſti: ad quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt: cuius [t] domus, quæſtuoſiſſima [u] eſt falſorum com-

a plura ostia fuisse suspicari quis possit. Nam Strabo libro 14. ἔκβολὰς τῶν ὑδάτων refert numero multitudinis.*
b *al.* ad quam constit.
c L. naueis appulisset.
d L. ad recuperandam libert. *& ita v.c.*
e L. An ego C. Tr. *al.* An C. Tr. ego p.
f *al.* Tullius
g L. an Ahalas? At
h L. ipsis gloriosum
i Antonius ita probare voluit Ciceronem cædis P. CLXV. Cæsarianæ conscium esse.*
k *al.* recipieratam
l v.c. qui sciebam,
m L. appellādi mei, q.
n L. mearū laudiū exst. *& ita v.c.*
o *al* hominū ft. *sont.* omniū hominū stul.
p L. exceptis iis, qui illum regn. gaudebant qui illud
q L. omnes ergo in culpa
r *sont.* ne dicam pecudis
s L. intelligēs, ft.
t L. homicidæ sint,
P. B.
u L. suscipe. Ego, qui sum
a L. parricidas esse.
b L. si parricidæ.
c *al.* referente te.
d L. afuisset
e L. Bruto, & Cassio
f L. tuo iudicio: quand.
g *al.* disunctius.*
h L. sed tamē hæc summa est concl.
i L. si dignissimos iudicatos. *& ita v.c.*
k L. ne aut celatum me esse, illis ipsis non honestū, *&c.*
l L. in huius me tu consocietat. ranq. in eq. Troianum cum principibus includi, non recuso.
P. CLXVII. m facias.
al. quòd indicasti,
o Similis formula in orat. pro Milone vbi dixi.*
P. B.
p o. *v.c.* qui seruire nolebant: *& ita* L. *al.* ad Opis
lib.
r *al.* liberauisti.
s *al.* cuius domi
t *al.* est quæstuosissimi tali.

mentariorum, & chirographorum officina: agrorum, oppidorum, immunitatum [a], vectigalium, flagitiosissimæ nundinæ. Etenim quæ res egestati, & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subuenire potuisset? Nescio quid conturbatus [b] mihi esse videris. numquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur? libero te metu: nemo credet vnquam: non est tuum de rep. bene mereri: habet istius pulcherrimi facti clarissimos viros resp. auctores: ego [c] te tantùm gaudere dico: fecisse non arguo. Respondi maximis criminibus: nunc etiam reliquis respondendum est. Castra mihi Pompeij, atque [d] illud omne tempus obiecisti. quo quidem tempore si, vt dixi, meum consilium, auctoritásque valuisset: tu hodie egeres, nos liberi essemus, resp. non tot duces, & exercitus amisisset. Fateor enim, me, cùm ea, quæ acciderunt, prouiderem [e] futura, tanta in mœstitia fuisse, quanta ceteri optimi ciues, si idem prouidissent, fuissent. Dolebam, dolebã, P.C. remp. vestris quondam, meisque cõsiliis conseruatam, breui tempore esse perituram. neque verò eram tam indoctus, ignarúsque rerum, vt frangerer animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus: dimissa, molestiis omnib. liberasset [f]. illos ego præstantissimos viros, lumina reip. viuere volebam, tot consulareis, tot prætorios, tot honestissimos senatores, omnem [g] præterea florem nobilitatis, ac iuuentutis, tum optimorum ciuium exercitus: qui si viuerent, quamuis inaqua conditione pacis (*mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili vtilior videbatur*) rempub. hodie teneremus. Quæ [h] sententia si valuisset, ac non ij maximè mihi, quorum ego vitæ consulebam, spe victoriæ elati, obstitissent: vt alia omittam, tu certè numquam in hoc ordine, vel potiùs numquam in hac vrbe mansisses. At verò Cn. Pompeij voluntatem à me abalienabat [i] oratio mea. An ille quemquam plus dilexit? cum vllo aut sermones, aut consilia contulit sæpius? quod quidem erat magnum, de [k] summa re dissentienteis, in eâdem consuetudine amicitiæ permanere. Sed & ego quid ille, & contrà ille quid [l] ego sentirem, & spectarem, videbat. Ego incolumitati ciuium primùm, & [m] postea dignitati: ille præsenti dignitati potiùs consulebat. quòd autem habebat vterque quod [n] sequeretur, idcirco tolerabilior erat nostra dissensio. Quid verò ille [o] consularis vir, ac pænè diuinus de me senserit, sciunt qui eum Pharsalica [p] fuga Paphum prosecuti sunt. numquam ab eo mentio de me, nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderij, cùm me vidisse plus fateretur, se [q] sperauisse meliora. Et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem [r] esse fateare? Sed omittatur bellum illud, in quo tu nimiùm felix fuisti. Ne iocis quidem respondebo, quibus *me in castris vsum* [s] esse dixisti. Erant [t] illa quidem castra plena curæ: verumtamen *homines, quamuis in turbidis rebus sint, tamen, si modò homines sunt, interdum animis relaxantur.* ¶ Quòd autem [u] idem *mœstitiam meam reprehendit, idem iocum*: magno argumento est, me in vtroque fuisse moderatum. *Hereditates mihi negasti venire.* Vtinam hoc tuum verum crimen esset: plures amici mei, & necessarij viuerent. Sed quî istuc tibi vênit in mentem? ego enim amplius [x] LS. ducenties acceptum hereditatibus retuli. Quamquam in hoc genere fateor feliciorẽ esse te. me nemo, nisi amicus, fecit heredem, vt cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeretur: te is, quem [a] numquam [b] vidisti, L. Rubrius Cassinas [c], fecit heredem. Et quidem vide, quàm te amarit is, qui albus, atérve [d] fueris, ignorans, fratris filium præteriit: Qu. [e] Furij, honestissimi equitis Romani, suique [f] amicissimi, quem palàm heredem semper factitarat, ne [g] nomen quidem perscripsit: te, quem numquam viderat [h], ac numquam salutauerat, fecit heredem. Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu. nihil scio, inquies, nisi quæ prædia habuerit. Igitur fratrem exheredans, te faciebat heredem. In multas præterea pecunias alienissimorum hominum, eiectis [i] veris heredibus, tanquam heres esset, inuasit. Quanquam hoc maximè admiratus [h] sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, cùm ipse hereditatem patris non adisses. Hæc vt colligeres, homo amentissime, tot dies in [l] altera villa declamasti? quamquam tu quidem (vt tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, non ingenij acuendi causa declamitas [m]. Et [n] verò adhibes ioci causa magistrum, sufftragio tuo, & compotorum tuorum, rhetorem: cui concessisti, vt non [o] in te, quæ vellet, diceret, sed in quem vellet, diceret. Salsum omnino hominem: sed materia facilis [p], in te, & in tuos dicta dicere. Vide [q] autem, inter te, & auum tuum, quid interfuit. ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu curtim dicis aliena. At quanta merces rhetori data est? Audite, audite, P.C. & cognoscite reip. vulnera. duo millia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti, & quidem immunia, vt [r] pro tanta mercede nihil sapere disceres. Num etiam hoc, homo audacissime, ex Cæsaris commentariis? Sed dicam alio loco de Leontino agro, & de Campano, quos iste agros ereptos reipub. turpissimis possessoribus inquinauit. ¶ Iam enim, quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore, & correctore nostro quædam dicenda sunt. nec enim omnia effundam, vt, si sæpiùs decertandum sit, vt erit, semper nouus veniam: quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum, peccatorúmque largitur. Vísne igitur te insp iciamus à puero? sic opinor. à principio ordiamur. Tenésne memoria, prætextatum te decoxísse? Patris, inquies, ista culpa est. Concedo. etenim est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti in quattuordecim ordinibus, cùm esset lege [t] Roscia *de coctoribus certus locus constitutus.* quamuis quis fortunæ vitio, non suo decoxisset. Sumsisti [x] virilem togam [y], quam statim muliebrem stolam reddidisti. Primò vulgare scortum: certa flagitij merces, nec ea parua: sed citò Curio interuênit, qui te à meretricio quæstu abduxit: & tanquã stolam dedisset, in matrimonio stabili [z], & certo locauit. Nemo vnquam puer emtus libidinis causa, tam fuit in domini potestate, quàm tu in Curionis. Quoties te pater eius domo sua eiecit? quoties custodes posuit, ne limen intrares: cùm [a] tamen tu, nocte socia, hortante libidine, cogẽte mercede, per te-

[a] *al.* immunitatis vectigalium.

[b] L. conturbatus videris esse. *al.* nescio quid mihi conturbatus videris esse

[c] *al.* ego te dico tantum gaudere.

[d] *al.* atque omne illud temp.

[e] *al.* prouiderem.

[f] L. liberasset

[g] *al.* & omnẽ præt.

[h] *al.* Quæ sententia mea si

[i] L. alienabat oratio mea

P. CLXVIII.

[k] L. de summa rep. dissentienteis, *al.* quid ego & sentirem,

[l] L. vt postea dignitati possemus: ille præs.

[m] *al.* quid seq.

[n] L. ille singularis vir,

[o] L. de Pharsalica fuga Paphum persecuti sunt.

[p] *al.* se speraſſe

[q] Sectorem obscæno sensu hic accipit vt & paulo post infra

[r] *sect.* visum

[s] L. Erant quidem illa castra.

[t] *al.* loco.

[u] L. viderat certè numquam saluta-uerat: f.

[v] *al.* vi eiectis

[x] *al.* demitatus sum,

[y] L. in Alienavilla

[z] L. declamas.

[a] *al.* At verò

[b] L. vt in te, quę vellet di ceret. Salsum omn.

[c] L. facilis est in te, & in

[d] L. Vide autem, quid interfit inter te, & auum tuum. ille & *ita v.c.*

[e] *al.* vt popu li Ro. tanta m.

P. CLXIX.

[f] L. in quattuordecim, cum ess.

[g] De lege Romia dixi in oratione pro Murænæ & Nouella Ne quis cogatur bonis cedere 135.

[h] Huc referendum videtur quod apud Quintilianum ex lege theatrali refertur, Qui artem ludicram exercuerit, in XIIII. ordinibus primis ne sedeat.

[x] L. Sumsisti virilem, quã statim muliebrem togam reddidisti.

[y] Toga etiã vtebantur meretrices adde Horat. P. Satyr. 2.

[z] sic apud Virgilium Coniugium stabile.

per tegulas demitterere[a], quæ flagitia domus illa diutiùs ferrè nō potuit. Scísne me de rebus mihi notissimis dicere? Recordare tēpus illud, cùm pater Curio mærens iacebat in lecto: filius se ad pedes meos p. ostérnens lacrymans, te mihi commendabat: orabat, vt [b] te contra suum patrem, si sestertiùm sexagies peteret, defenderem. tantum enim se pro te intercessisse dicebat. Ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium tui [c] dissidij ferre non posset, se in exsilium esse iturum. Quo [d] ego tempore tanta mala florentissimæ familiæ sedaui, vel potius sustuli. patri persuasi, vt æs alienum filij dissolueret: redimeret adolescentē, summa spe & animi, & ingenij, præditum, rei familiaris facultatibus: cúmque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione, patrio iure, & potestate prohiberet. Hæc tu, cùm per me acta meminisses: nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare ausus esses? Sed iam stupra, & flagitia omittam [e], sunt quædam, quæ honestè non possum dicere: tu autem eo liberior, quòd ea in te admisisti, quæ à [f] verecundo inimico audire non posses. Sed reliquum vitę cursum videte: quem quidem celeriter perstringam, ad hæc enim, quæ in ciuili bello, in maximis reip. miseriis fecit, & ea, quæ quotidie [g] facit, festinat animus. quæ peto, vt, quanquam multo notiora vobis, quàm mihi sunt, tamen, vt facitis, attentè audiatis. *debet tamen talibus in rebus excitare animos non cognitio solum rerum, sed* [h] *etiam recordatio.* tametsi [i] *incidamus oportet media, ne nimis serò ad extrema veniamus.* Intimus erat in tribunatu Clodio: qui sua erga me beneficia commemorat. eius omnium incendiorum fax. cuius etiam domi quiddam [k] iam tum molitus est, quid dicam, ipse optimè intelligit. Indelitum Alexandriam [m] contra senatus auctoritatem, contra [n] religionem. Sed habebat ducem Gabinium, quicum quiduis rectissimè facere posset. Qui tum inde reditus, aut qualis, priùs in vltimam Galliam ex Ægypto, quàm domum. Quæ [o] autem erat domus? suam enim quisque domum tum obtinebat, neque erat vsquam tua. domum dico? quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Misenum, quod cum sociis, tanquam Sisaponem tenebas? Venisti è Gallia ad quæsturam petēdam. aude dicere, te priùs ad [p] patrem tuum venisse, quàm ad me. acceperam enim iam antè Cæsaris litteras, vt mihi satisfieri paterer à te. itaque ne loqui quidem sum te passus de gratia. Postea [q] custoditus sum à te, tu à me obseruatus [r] in petitione quæsturæ. quo quidem tempore P. Clodium, approbante populo R. in foro ea conatus occidere: cúmq; eam rem tua sponte conarere, non impulsu meo: tamen ita prædicabas, te non existimare, nisi illum interfecisses, vnquam mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum. In quo demiror, cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cùm te vltrò mihi idem illud deferentem nunquam sim adhortatus. quanquam, si in eo perseuerares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam, quàm ad meam gratiam. Quæstor es factus. deinde continuò sine senatusconsulto, sine sorte, sine lege ad Cæsarem cucurristi. id enim vnum in terris, egestatis, [a] æris alieni, nequitiæ, perditæ vitæ rationibus perfugium esse ducebas. Ibi te cùm & illius largitionibus, & tuis rapinis expleuisses *(si* [b] *hoc est explere, quod statim effundas)* aduolas [c] egens ad tribunatum, vt in eo magistratu, si posses, viri [d] tui similis esses. Accipite nunc, quæso, non ea, quæ ipse in se, atq; in domesticum dedecus impurè, atque intēperanter, sed quæ in nos, fortunásque nostras, id est, in vniuersam remp. impiè, ac nefariè fecerit, ab huius enim scelere omnium malorum principium natum reperietis. Nam, cùm L. Lentulo, C. Marcello, consulibus, calendis Ianuar. labentem [e], & propè cadentem remp. fulcire cupieretis. ipsique C. Cęsari, si sana mēte esset, consulere velletis: tum iste venditum, atque [f] mancipatum tribunatum, consiliis vestris opposuit, ceruicésque suas ei subiecit securi, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. In [g] te autem, M. Antoni, id decreuit senatus, & quidem incolumis, nondum tot [h] luminaribus exstinctis, quod in hostem rogatum decerni est solitum more maiorum. Et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es, cùm ab hoc ordine ego conseruator essem, tu hostis reip. iudicatus? Commemoratio illius tui sceleris intermissa est, non memoria deleta. dum genus hominum, dum populi R. nomen exstabit (quod quidem erit, si per te licuerit, sempiternum) tua illa pestifera interceptio nominabitur. Quid cupidè à senatu, quid temerè fiebat, cùm tu, vnus adolescens, vniuersum ordinem decernere de salute reip. prohibuisti? neque id semel, sed sæpius? neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es? quid autem agebatur, nisi nè [l] delere, & euertere remp. funditus velles, cùm te neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu monendo, neque frequens senatus agendo, de vendita, atque addicta sententia mouere potuit? Tum illud, multis [l] rebus antè tentatis, necessariò tibi vulnus infligi [m], quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo. Tum contra te dedit arma hic ordo consulibus, reliquísque imperiis, & potestatibus: quæ non effugisses, nisi te ad arma Cæsaris contulisses. Tu, tu, inquam, M. Antoni, princeps C. Cæsari, omnia perturbare cupienti, causam belli contra patriam inferendi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat? quam causam [n] dementissimæ* sui consilij, & facti afferebat, nisi quòd interceptio neglecta, ius tribunitium sublatum, circum scriptus [p] esset Antonius? omitto, quàm hæc falsa, quàm læuia: præsertim cùm *omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi.* Sed nihil de Cæsare: tibi certè contendum est, causam pernicioſissimi belli in persona tua constitisse. O miserum te, si [q] intelligis: miseriorem, si non intelligis, hoc literis mandari, hoc memoriæ prodi, huius rei ne posteritatem quidem omnium sæculorum vnquam immemorem fore, consules ex Italia expulsos, cumque his Cn. Pompeium, qui [r] imperij P.R. duces, ac lumen fuit: omneis consulareis, qui per valetudinem [s] exsequi fugam [t] illam: cladémque potuissent: prætores, prætorios, tribunos plebis, magnam partem senatus, omnem [u] sobolem iuuentutis, vnóque [x] verbo remp. expulsam, atque exterminatam suis sedibus. Vt [y]

a L. dimittere. b al. vt se contra s. c L. tui dissidij &c. d al. Quo tēpore ego quæ ta mala.* P. S. e L. omittamus, sunt &c. ita o. v. c. f al. à verecundante g v. c. cotidie h al. verùm etiam r. i al. etsi incidamus, opinor. media. ‖ *quod si legamus* tametsi incedamus.* lz L. iam tum quiddam m. l L. inde iter. Alex. m al. Alexandriam.* n L. contra remp. & religiones. o v. c. Quæ autē domus. p L. ad matrē tuam ven. q L. postea cultus sum. r al. adiutus ‖ al. cultus male. Hoc fuit Cicero se ab Antonio seruatum à Cæsaris potētia & illum vicissim à se obseruatum ne tribuni suffragia, pecuniā emercarentur: obseruare enim verbum seruilij. *Alij legunt.* comitatus, *vel* ornatus* a al. egestatis æris alieno, nequitiæ.* b fort. (si l. est explese, denorare, quod statim effundas) c L. adulasti egens. &c. & ita o. v. c. d *Vetus* virtutis al. virtrici vt de P. Lentulo loquatur.* e L. labentem & ita v. c. f L. atque emancipatum. g v. c. In te, M. Antoni, h L. tot luminib. exst. & ita o. v. c. i al. licebit l z L. ne delere & euertere l al. multis antè tentatis necesse. m al. inflictū est quod n al ansam * o al. sui demētissimi consilij. p L. circumscriptus à senatu esset & ita o. v. c. q al. si hæc intelligis: r L. quod imperij pop. & ita v. c. s v. c. valitudinem t L. cladem illam, fugam que pot. u L. omnem sobolē iuu. x L. vno verbo. y Comparatio sumpta ex Demosthis oratione pro Ctesiphōte.

igitur in ſeminibus eſt cauſa arborum,& ſtirpium: ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. Doletis, treis exercitus populi Ro. interfectos: interfecit Antonios. deſideratis clariſſimos ciueis: eos quoque eripuit [a] vobis Antonius. auctoritas huius ordinis afflicta eſt: afflixit Antonius. omnia denique, quæ poſteà vidimus(quid [b] autem mali non vidimus?)ſi rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Vt *Helena Troianis*, ſic iſte huic reipub. cauſa belli, cauſa peſtis, atque exitij fuit. Reliquæ partes tribunatus principio [c] ſimiles. omnia perfecit, quæ ſenatus, ſalua repub. ne fieri poſſent, perfecerat. cuius tamen ſceleris in ſcelere cognoſcite. Reſtituebat multos [d] calamitoſos. in his patrui nulla mentio. ſi ſeuerus: cur non in omneis: ſi miſericors, cur non in ſuos? ſed omitto ceteros. Licinium Lenticulam [e], *de [f] alea condemnatum*, colluſorem ſuum. reſtituit [g], quaſi verò ludere cum condemnato non liceret: ſed vt, quod ille in alea perdiderat, beneficio legis diſſolueret. Quam attuliſti rationem populo R. cur eum reſtitui oporteret? Abſentem credo in reos relatum: rem indicta cauſa iudicatam: nullum fuiſſe de alea lege iudicij: vi oppreſſum, & armis: poſtremò, quòd [h] de patruo diſcebatur, pecunia iudicium eſſe corruptũ. Nihil horum. At vir bonus, & repub. dignus. Nihil id quidem ad rem: ego [i] tamen, quoniam condemnatum eſſe, pro nihilo eſt, ſi ita eſſet, ignoſcerem. Hominem [k] omnium nequiſſimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, *lege* [l], *qua* [m] eſt de alea, condemnatum, qui in integrum reſtituit, is nõ apertiſſimè ſtudium ſuum ipſe profitetur? in eodem verò tribunatu, cùm Cæſar in Hiſpaniam proficiſceens, huic conculcandam Italiam tradidiſſet: quæ fuit eius peragratio itinerum? luſtratio municipiorum? Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone [n] omnium verſari, eáque quæ dico, dicturúſque ſum, notiora omnibus [o] eſſe, qui in Italia tum [p] fuere, quàm mihi, qui non fui. notabo tamen ſingulas res: etſi nullo modo poterit oratio mea ſatisfacere veſtræ ſcientiæ. etenim quod vnquam in terris tantum flagitium exſtitiſſe auditum eſt? tantam turpitudinem? tantum dedecus? Vehebatur in eſſedo [q] tribunus pleb. lictores laureati antecedebant: inter quos, aperta lectica, mima portabatur: quàm ex oppidis municipales, homines honeſti, obuiam neceſſariò prodeuntes, non [r] noto illo, & mimico nomine, ſed Volumniam eum ſalutabãt. ſequebatur [s] rheda cum lenonibus, comites nequiſſimi: reiecta [t] mater amicam impuri filij, tanquam nurum, ſequebatur. O miſerę mulieris fœcunditatem calamitoſam! Horum flagitiorum iſte veſtigiis omnia municipia [u], præfecturas [x], colonias [y], totam denique Italiam impreſſit. Reliquorum factorum eius, P. C. difficilis eſt ſanè reprehenſio, & lubrica. verſatus in bello eſt: ſaturauit ſe ſanguine diſſimillimorum ſui ciuium. fuit [a] felix, *ſi poteſt vlla eſſe in ſcelere felicitas*. Sed quoniam veteranis cautum eſſe volumus, quanquam diſſimilis eſt militum cauſa, & tua: illi ſecuti ſunt, tu quæſiſti ducem: tamen, ne apud illos me in inuidiam voces, nihil de belli genere dicam. Victor è Theſſalia Brundiſium cum legionibus reuertiſti. ibi me non occidiſti. magnum beneficium. potuiſſe enim fateor. quanquam nemo erat eorum, qui [b] tunc tecum fuerunt, qui mihi non cenſeret parci oportere. tanta [c] enim eſt caritas patrię, vt veſtris etiam legionibus ſanctus eſſem, quòd eam à me ſeruatam eſſe meminiſſent. ſed [d] fac te dediſſe mihi, quod non ademiſti: méque à te habere vitam, quia [e] à te non ſit erepta: liceat [f] nunc mihi per tuas contumelias hoc beneficium tueri, vt tuebar, præſertim cùm te hæc auditurum videres. Veniſti Brundiſium, in ſinum quidem, & in complexum tuæ mimulæ. Quid eſt? num mentior? *quàm miſerum eſt id negare non poſſe, quod ſit turpiſſimum confiteri*! Si te municipiorum non pudebat: ne veterani quidem exercitus? quis enim miles fuit, qui Brundiſij illam non viderit? quis, qui neſcierit veniſſe [g] eam tibi tot dierum viam [h] gratulatum? quis, qui non indoluerit, tam ſerò ſe, quem [i] hominem ſecutus eſſet, cognoſcere? Italiæ rurſus percurſatio eádem comite mima: in oppida militum crudelis, & miſera deductio: in vrbe auri [k], & argenti, maximéque vini fœda direptio. Acceſſit, vt, Cęſare ignaro, cùm [l] ille eſſet Alexandriæ, beneficio amicorum [m] magiſter equitum conſtitueretur. tum exiſtimauit ſe ſuo iure cum Hippia viuere, & equos vectigaleis Sergio mimo tradere [n]. Quid ego iſtius decreta, quid rapinas, quid hereditatum poſſeſſiones datas, quid ereptas proferam? cogebat egeſtas: quò ſe verteret, non habebat: nondum ei tanta à L. Rubrio, non à L. Turſelio hereditas venerat: nondum in Cn. Pompeij locum, multorúmque aliorum, qui aberant, repentinus heres ſucceſſerat. erat ei viuõdum latroni tu, vt tantum haberet, quantum rapere potuiſſet. Sed hæc, quæ robuſtioris improbitatis ſunt, omittamus: loquamur potiùs de [o] iniquiſſimo genere leuitatis. Tu iſtis fauci bus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet in populi Rom. conſpectu vomere poſtridie. O rem non modò viſu fœdam, ſed etiam auditu! Si [p] inter cenam, in [q] tuis immanibus illis poculis, hoc tibi accidiſſet, quis non turpe duceret [r]! in cœtu verò populi Rom. negotium publicum gerens, magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens, fruſtis eſculentis, vinum redolẽtibus, gremium ſuum, & totum tribunal impleuit. Sed hoc ipſe fatetur eſſe in ſuis ſordibus: veniamus ad [s] ſplendida. Cæſar Alexandriam [t] ſe recepit, felix, vt ſibi quidem videbatur: mea autem ſententia, *ſi quis* [u] *reipub. ſit infelix, felix eſſe non poteſt*. haſta [x] poſita pro æde Iouis Statoris, bona [y] (miſerum me: conſumtis enim lacrymis, tamen infixus animo [z] hæret dolor) bona, inquam, Cn. Pompeij Magni, voci acerbiſſimæ ſubiecta prœconis. vna in illa re ſeruti-

a L. vobis eripuit.
b *v. c.* quid autem mali vidimus,
c *duo v. c.* principiis ſimiles.
d *al.* multos damnatos.
e L. Dẽticulam,
f Alex pœna conſtituta apud Romanos.*
g L. reſtituit non vt luderet cum reſtituto: quaſi v.
h L. quod de patruo tuo diceb.
i *al.* & ego tamen.
k *al.* Hominem verò omn.
l *al.* hac leg,
P. B.
m L. lex de alea,*
n *al.* omnium ſermone
o L. eſſe omnibus, qui
p *al.* tũ fuerunt,
q Eſſedum genus vehiculi.*
r *al.* non vero illo, & mim.
f *al.* ſequebatur rheda cum leonibus, comites
n *al.* ſequebantur rhedã cum leonib. com. nequiſſ. *Victor* vſus eſt enim leonibus ad rem Antonium, *teſte Plinio.**
t *v. c.* reiecta mater ‖ *vet.* recta *al.* rheditula. *Aut. Auguſt.* lectica.*
u Municipia præfecturæ & coloniæ hic ſeparantur.
x Additur & forum & cõciliabulũ apud varios auctores de limitibus præfecturarum. Forũ & Cõciliabulum quid eſſet dixi in *orat. pro* Plancio. Municipia verò erant vrbes iure ciuitatis donatæ, in quas ſi coloni deducebantur, in coloniæ conditionem deducebantur: & cùm antea ſui iuris eſſent, legem a deductore coloniæ accipiebant: vel etiam coloniæ municipia fiebant. Sic Patauium antea municipiũ, *Liuius* 5. *Veliterni* poſt coloniæ. *Cicero in Piſonem & pro Cœlio.** x Præfectura quid eſſet dixi in *orat. pro* Plancio.* y Coloniæ erant, cùm coloni aliquem in locum deducebantur: aut veteribus incolis adſcribebãtur, vel veteribus colonis noui addebantur. Latinis, ius erat ciuitatis, ſuffragij, magiſtratus ſi in ſua colonia magiſtratum geſſiſſent. Eidem ius Tranſpadanis coloniis ſus dedit Pompeius, quamuis colonos ipſe non deduxiſſet. *Strabo. Adde* 1. *Atticum* 1. Italiæ, tantum immunes à tributo & ſtipendio. Neque ius ciuitatis, ſuffragij, ac magiſtratus habebant. Tẽdem tota Italia ciuitate donata: & conſtitutione Antonini, qui in orbe Romano. l. in orbe 17. ff. de ſtatu.*

a *al.* felix fuit, ſi p.
P. CLXXII.
b L. qui tum
c *al.* tanta eſt enim caritas p.
d L. ſed fac id re ded.
e *al.* quæ à te nõ ſit, *al.* quia non à te ſit.
f L. licuitne mihi per tuas cont. h. tumbeo. ſic tueri. vt t.
g *v. c.* veniſſe eam tot tibi dierum v. *al.* veniſſe eã tibi tot dierum v. *al.*
h *al.* via
i L. quàm ne quam hominem ſec. *fort.* tũ nequã hõ.
k *al.* auri arg.
l L. cùm eſſet ille
m L. amicorũ eius mag.
n L. traderet tum ſibi, non hanc, quam nunc malè tuetur, ſed M. Piſonis domum, vbi habitaret, legerat. Quid ego iſt. *& ita v. c.*
P. B.
o L. de nequiſſimo
p L. Si hoc tibi inter c.
q *V.* in ipſis tuiſimmanib.
r *v. c.* dicerer,
ſ *al.* ad ſplendidiora.
t L. Alexandriæ ſer.
u L. qui reip. ſit infelix, felix eſſe nemo poteſt. *al.* niſi qui reip. ſit felix, felix eſſe nemo poteſt.
x de haſta dixi 3. de offic.*
y L. bona Cn. Pompeij (miſerũ me: *&c.*
z L. hæret animo dol.

seruitutis oblita ciuitas ingemuit, seruientibúsque animis [a], gemitus tamen populi Romani liber fuit. exspectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam diis,hominibúsque hostis,qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inuentus est nemo, præter Antonium, præsertim cùm tot essent circa [b] hastam illam, qui alia omnia auderent, vnus inuentus est, qui id auderet, quod omnium fugisset, &[c] formidasset audacia. Tantus igitur te stupor oppressit, vel, vt verius dicam, tantus furor, vt primùm, cùm sector [d] sis isto loco natus, deinde cùm Pompeij sector, non te exsecrandum [e] populo Romano, non destabilem, non omneis tibi deos, omneis [f] homines, & esse inimicos, & futuros scias? At quàm insolenter statim helluo [g] inuasit in eius viri fortunas, cuius virtute terribilior erat populus Rom.exteris gentibus, iustitia carior? In [h] eius igitur copias cùm se subitò ingurgitauisset [i], exsultabat gaudio, persona de mimo [k], *modò egens, repentè dives*. Sed, vt est apud poetam nescio quem, *Malè parta, malè dilabuntur*. Incredibile, ac simile portenti est, quónam modo illa tam multa, quàm paucis non dico mensibus, sed diebus effuderit:maximus[l] vini numerus fuit,permagnum optimi pondus argenti,pretiosa vestis,multa & lauta supellex,& magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis,sed tamen abundantis.Horum paucis diebus nihil erat. Quæ *Charybdis* tam vorax? Charybdin dico?quæ si fuit,fuit[m] animal vnum : Oceanus, *medius fidius*,vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum. apothecæ totæ nequissimis hominibus condonabantur. alia mimi rapiebant, alia mimæ: domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum : totos dies potabatur, atque in locis pluribus [n] : suggerebantur etiam sæpe (non enim semper iste felix) damna aleatoria. conchyliatis [o] Cn.Pompeij peristromatis [p], seruorum in cellis, lectos stratos videres. Quamobrem definite mirari, hæc tam celeriter esse consumta. non modò vnius patrimonium,quamuis [q] amplum, vt illud fuit, sed vrbeis, & regna celeriter tanta nequitia deuorare potuisset. At[r] eiusdem ædeis etiam, & hortos. O audaciam immanem! tu[s] ingredi illam domum ausus es? tu illum sanctissimum limen intrare? tu illarum ædium diis penatibus os importunissimum [u] ostendere? quam domum aliquandiu nemo adspicere poterat,nemo sine lacrymis præterire, hac te in domo tamdiu diuersari [x] non pudet?in qua,quamuis nihil sapias,tamen nihil tibi potest esse iucundum. An[u] tu,illa vestibula,rostra,spolia cùm adspexisti, domum tuam te introire putas?fieri non potest, quanuis enim sine [y] mente, sine [z] sensu sis, vt eos : tamen & te,& tua,& tuos nosti,nec verò te vnquam neque vigilantem, neque in somnis credo [a] mente posse consistere. necesse est, quamuis sis, vt es, violentus [b], & furens, cùm tibi obiecta sit species singularis viri, perterritum te de somno excitari, furere etiam sæpe vigilantem. Me quidem miseret parietum ipsorum, atque tectorum. Quid enim vnquam domus illa viderat, nisi pudicum, nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina? fuit enim ille vir, P.C. sicut scitis,cùm foris clarus, tum domi admirandus: neque rebus extetis [a] magis laudandus quàm institutis domesticis.huius in [b] sedibus [c] pro cubiculis stabula, pro [d] triclinijs popinæ [e] sunt. Etsi iam negat. nolite,nolite quærere. frugi factus est. mimam illam *suam suas* [f] *res sibi habere iussit* [g] : ex duodecim tabulis causam addidit, *exegit* [h]. quàm porrò spectatus ciuis, quàm probatus: cuius ex omni vita nihil honestius, quàm quòd cum mima fecit diuortium? At quàm crebrò vsurpat,& consul, & Antonius?hoc est dicere,& consul,& impudicissimus : & consul, & homo nequissimus. quidi enim est aliud Antonius? nam si dignitas significareturkin nomine:dixisset[i] aliquādò,credo auus[m] tuus, Et consul,& Antonius. nūquam dixit. Dixisset etiam collega meus, patruus tuus.nisi[n] tu solus es Antonius.Sed omitto ea peccata, quæ non sunt earum partiū propria,quibus tu rēp.vexauisti: ad ipsas tuas parteis redeo, id est, ad ciuile bellum: quod natum, conflatum, susceptum opera tua est. Cui[o] ei bello tum propter timiditatem tuam, tum propter libidines defuisti? gustaras ciuilem sanguiné,vel potiùs exsorbueras : fueras in acie Pharsalica antesignanus: L. Domitiū, nobilissimū[p] & clarissimum virum,occideras: multos[q], qui [r] de prælio effugerant,quorum Cæsar,vt nonnullos,fortasse seruasset, crudelissimè persecutus trucidaras. quibus rebus tantis,talibus gestis,quid fuit causæ,cur in Africam Cæsarem non sequerere, cùm præsertim belli pars tanta restaret? Itaque quem locum apud ipsum Cæsarem post eius ex Africa reditum obtinuisti?quo numero fuisti?cuius tu imperatoris quæstor fueras, dictatoris magister equitum,belli princeps,crudelitatis auctor,prædę socius,testamenti[s], vt ipse dicebat,filius appellatus es de pecunia, quam pro domo,pro hortis,pro sectione debebas. Primò respondisti planè ferociter : &,ne omnia videar contra te,propemodum æqua,& iusta dicebas.A[t] me C.Cæsar pecuniam?cur potiùs, quàm ego ab illo?an[u] ille fine me vicit?at ne potuit quidem.ego ad illum belli ciuilis causam attuli:ego leges pernicioſas rogaui : ego arma contra consules,imperatorésque populi R.cōtra senatum,populúmq.R.contra deos patrios, aráque,& focos,contra patriam tuli. num sibi soli vicit? *quorum facinus est commune, cur non sit eorum præda communis*? Ius postulabas: sed quid ad rem ? plus ille poterat. Itaque, excussis tuis vocibus & ad te, & ad[x] prædas tuas milites misit : cùm repentè, à te præclara illa tabula prolata, qui [y] risus hominum de te erat? tantam esse tabulam, tam varias, tam multas possessiones, ex quibus, præter partem Miseni, nihil erat,quod is, qui auctionaretur, posset suum dicere. Auctionis verò miserabilis adspectus: vestis Pompeij non multa,eáque maculosa : eiusdem quædam argentea vasa collisa : sordidata mancipia: vt doleremus quidquam esse ex illis reliquis, quod videre possemus. Hanc tamen auctionem heredes L.Rubrij decreto Cæsaris prohibuerunt. Hærebat nebulo, quò se verteret, non habebat.

a L. animis, cum omnia meru tenerētur,gemitus t.
b L. circum hast.
c L. & reformidasset.
d obscenè & hīc quoque sector accipitur.*
e al.exsecratum
f L. non omneis hom.
g L. heluo P. CLXXII.
h L. In eius igitur viri copias,
i L.ingurgitasset,
k Mimmius, fauore
l al.maximus auri num.
m L. animal vnum fuit. Ocean.
n al.plurimis
o conchiliata conchiliis structa
p Peristroma ta vestis quæ insterni solet.*
q al. quamuis amplissimum, γρ.c. At idē ædeis &c.
r al. idem
s L. tu etiam ingredi
t al.impurissimum
u L. diuersari.
x L.An tu illa in vestibulo rostra, & hostium spolia cùm adspexisti, domum
y ἄφρων ἀπόντως
z ἀναισθήτως
a L. credo posse mente cons.
b al.vinolentus.*

a L. externis
b L. in ædibus
c al. ædibus
d vet. pro cōclauibus ponebant triclinium P. Faber Tolosanus pro conclauibus triclinia sunt:pro triclinijs popinæ sunt.
e Popinæ in exercitu dānatæ. Cui rei argumento locus elegans Sparciani in Pescennino Nigro & Gellij 15.c. 12.
f Formula diuortij l. 2. ff. *de diuortiis*
g L. iussit ex xii.tabulis: clauis ademit,foras ex egit *sita apud Nonium*.Porro de clauiū ademptione P.CLXXIIII. adde Festum in Clau. adde Ambros. epist.65.*
h al. claues ademit,& ita Nonius: sed tamen probabilis est cuius lectio. Causa enim diuortij addere solebat, qui ab vxore diuertebat vt de Sp.Carvilio legimus apud Gellium* i al. quid est enim al.
k L.significaretur nomine
l L.dixisse credo, aliquādo
m L.auus tuus, se, & consulem & Antonium.
n al.nisi tu es solus Ant.
o L.Cui bello cùm pr. timidit. tum pr.ibid.delusti. gustaras
p al. clarissimum, & nobilis.
q al. multósque præterea rL. qui è prælio effugerāt, quos Cæsar, vt nōnullos, fortasse s.
s L. & ita v. c. te amento
t dicebas ipse filius, app.
u al. A me Cæsar pecuniam? u L.an sine me ille vicit? x L.ad prædes rifus hominum tantam esset. & ita v.c.

quippe[a] in his ipſis temporibus domi Cæſaris percuſſor ab iſto miſſus, deprehenſus dicebatur eſſe cum ſica. de[b] quo Cæſar in ſenatu,apertè in te inuehens,queſtus eſt.Proficiſcitur in Hiſpaniam Cæſar, paucis tibi ad ſoluendum, propter inopiam tuam, prorogatis diebus. ne tum quidem ſequeris. *Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti?* Hunc igitur quiſquam, qui in ſuis partibus. id eſt, in ſuis fortunis tam timidus fuerit, pertimeſcat? Profectus eſt tandem[c] aliquando in Hiſpaniam: ſed tutò, vt ait,peruenire non potuit. Quónam modo igitur Dolabella peruênit? *Aut non ſuſcipienda fuit iſta cauſa, Antoni: aut, cùm ſuſcepiſſes, defendenda vſque ad extremum.* Ter depugnauit Cæſar cum ciuibus, in Theſſalia, Africa, Hiſpania.omnibus affuit his pugnis Dolabella: in Hiſpanienſi etiam vulnus accepit. Si de meo iudicio quæris: nollem. ſed tamen conſilium à[d] principio reprehendendum, laudanda conſtantia. *Tu verò quis[e] es?* Cn. Pompeij liberi primùm patriam repetebant. eſto: fuerit[f] partium hæc cauſa communis. repetebant præterea deos penates[g], patrios, aras, focos, larem ſuum familiarem: in quæ tu inuaſeras. hæc cùm repetérent armis ij, quorum erant legibus: etſi in rebus iniquiſſimis quid poteſt eſſe æqui? tamen[h] erat æquiſſimum contra Cn. Pompeij liberos Cn. Pompeij pugnare ſectorem. An[i] tu Narbone, in menſas hoſpitum cùm vomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicaret? qui verò Narbone reditus[k]? &[l] tamen quærebat, cur ego ex ipſo curſu tam ſubitò reuertiſſem. Expoſui nuper, P.C.cauſam reditus mei. volui, ſi poſſem, etiam ante Kalendas Ian.prodeſſe reip. nam, quod quærebas, quomodo rediſſem: primùm luce,non tenebris: deinde cum calceis,& toga,nullis nec[m] caligis,nec lacerna. At etiam adſpicis me,& quidem, vt videris,iratus. Næ[n] tu mecum iam in gratiam redeas, ſi ſcias, quàm me pudeat nequitiæ tuæ, cuius te ipſum non pudet. Ex[o] omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi,nullum audiui, quàm[p] quòd, qui magiſter equitum fuiſſe tibi videretur, in proximum annum conſulatum peteres, vel potiùs rogares:is per municipia,coloniáſque Galliæ,à[q] qua, cùm conſulatus noſter petebatur, non rogabatur, petere conſulatum ſolebamus,cùm[r] caligis, & lacerna cucurriſti. At videre leuitatem[s]. Cùm hora diei decima[t] ferè, ad Saxa rubra veniſſet, deliuit in quadam cauponula,atque ibi ſe occultans, perpotauit ad[u] veſperum:inde ciſio[x] celeriter ad vrbem aduectus, domum vénit capite inuoluto[y]. Ianitor, *Quis tu?* à Marco tabellarius. Confeſtim ad eam,cuius cauſa venerat, deducitur[z]: eſque epiſtolam tradit[a]: quam cùm illa legeret flens(erat enim amatorie[b] ſcripta: caput autem litterarum, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum: omnem ſe amorem abieciſſe illinc[c],atque in hanc transfudiſſe) cùm mulier fleret vberius: homo miſericors ferre non potuit:caput aperuit: in collum inuaſit. O hominem nequam!(quid enim aliud dicã? magis propiè nihil poſſum dicere.) ergo,vt te tatamitum[d], nec-opinato cùm oſtendiſſes, præter ſpem mulier adſpiceret, idcirco vrbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbaſti? Et domi quidem cauſam amoris habuit[a], foris etiam turpiorem,ne L.Plancus prædes tuos venderet.productus[b] autem in concionem à tribuno plebis, cùm reſpondiſſes, te rei tuæ cauſa veniſſe, populum[c] in te dicacem etiam reddidiſti. Sed nimis multa de nugis. ad maiora veniamus. Cæſari ex Hiſpania redeunti obuiam longiſſimè proceſſiſti, celeriter iſti[d], & rediſti, vt cognoſceret te, ſi minùs fortem, attamen ſtrenuum.factus es ei rurſus neſcio quomodo familiaris. *habebat hoc omnino Cæſar: quem planè perditum ære alieno, egentémque, ſi eundem nequam hominem, audacémque cognouerat[e], hunc in familiaritatem libentiſſimè recipiebat.* His igitur rebus præclarè commendatus, iuſſus es renuntiari conſul, & quidem cum ipſo. nihil queror de Dolabella, qui tum eſt impulſus, inductus, eluſus. Qua in re quanta fuerit vtriuſque[f] veſtrûm perfidia in Dolabellam, quis ignorat? ille induxit, vt peteret: promiſſum, & receptum interuertit, ad ſéque tranſtulit: tu eius perfidiæ voluntatem tuam adſcripſiſti. Veniunt Kalendæ Ianuariæ. cogimur in ſenatum: inuectus eſt copioſiùs multo in iſtum, & paratiùs Dolabella, quàm nunc ego. Hic autem iratus quæ dixit, dij boni? Cùm[g] primùm Cæſar oſtendiſſet, ſe priùs quàm proficiſceretur,Dolabellam conſulem eſſe iuſſurum: quem negant[h] regem, qui & faceret ſemper eiuſmodi aliquid,& diceret: ſed cùm Cæſar ita dixiſſet:tum hic bonus augur, eo ſe ſacerdotio præditum eſſe dixit, vt comitia auſpiciis vel impedire,vel vitiare poſſet, ſéque ſe facturum eſſe aſſeuerauit. In quo primùm incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite. Quid enim? iſtuc,quod te ſacerdotij iure facere poſſe dixiſti, ſi augur non eſſes, & conſul eſſes, minùs facere potuiſſes? Vide ne etiam faciliùs. nos enim nuntiationem ſolùm habemus:conſules,& reliqui magiſtratus etiam inſpectionem[i]. Eſto: hoc imperitè (*nec[k] enim ab homine numquam ſobrio poſſulanda prudentia*) ſed videte impudentiam. multis antè menſibus in ſenatu dixit,ſe Dolabellæ comitia aut prohibiturum auſpiciis, aut id facturum eſſe, quod fecit. Quiſquámne diuinare poteſt[l], quid vitij in auſpiciis futurum ſit, *niſi qui de[m] cælo ſeruare conſtituit?* quod neque licet comitiis per leges, &, ſi quis ſeruauit: non[n] habitis comitiis, ſed priùs quàm habeantur, debet nuntiare. Verùm *implicata[o]* inſcitia[i], impudentia[p] eſt, ſi nec ſcit quod augurem, nec facit quod pudẽtẽ decet. Atque ex illo die recordamini eius vſque ad Idus Martias conſulatum. Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus? nihil ipſe poterat: omnia rogabat: caput in[q] aduerſam lecticam inferens[r], beneficia, quæ venderet,à collega petebat. Ecce Dolabellæ comitiorum dies, ſortitio[ſ] prærogatiuæ[t], quieſcit,renuntiatur:tacet.prima claſſis vocatur: renuntiatur: deinde[u],vt aſſolet, ſuffragia[x]. tum ſecunda claſſis[y]: quæ omnia citiùs ſunt facta, quàm dixi. Confecto negotio bonus augur(Lælium diceres)Alio die,inquit.O impudentiam ſingularem! quid videras?quid ſenſeras? quid audieras? nec enim te de cælo ſeruaſſe dixiſti, neque hodie dicis. id igitur obuênit vitium,quod tu iam Kalendis Ianuariis futurum eſſe præuideras[z], & tanto antè prædixeras. Ergo, hercule, magna, vt ſpero,

a L. quin his ipſis tempo-rib.
b al. de qua
c aliquando tandem in Hiſ.
d L.à primo repr.& ita v.c.
e L. quid es, al. quid cenſes.
f L. fuerit hæc partium cauſa com.
g abeſt vox, penates à v.c.
h v.a. tamen quem erat g-quiſſimum contra Cn. Pompeij liberos pugnare,quem, te ſectorem ita Vetus vaticani.*
i L. An tu Narbone mẽſas hoſpitum conuomeres Dol.
k al. reditus eius. Nam quærebat,
l nec Gallicis. & ita quoque Vaticanus liber. Gallicæ autem ſoleæ, viris parum decoræ.*
P.CLXXV.
n L.Næ tu ſi mecum &c.
o al. Ex omnium omnibus
p quidem v.c. non habent quàm,quod
q L. à qua nos tum,cùm conſulatus petebatur, non
r L.cum Gallicis,
ſ al.leuitatẽ hominis, Cũ.
t al.ferè decima,
u L.ad vt ſperam:
x Cifium genus vehiculi, vnde ciſiarius ſo iure.*
y L.obuoluto
z L. deductus eſt:
a L. tradidit
b L.ſcripta amatorie.
c L. illim, & ita v.c.
d Catamitus, cinœminatas*

a L.habuiſti,
b L. productus in conc. P. B.
c L.populum etiam dicacẽ
d L.iſti.redi-ſti,
e L.cognorat
f L.vterque veſtr.
g duo v.c. Primùm cùm Cæſar &c.
h al.negat r.
i L ſpectionẽ al.electionẽ.
k L.nec enim eſt ab. P. CLXXVI. l al. poſſet: m ſeruare de cœlo Comitijs per leges non licebat: & ſi quis ſeruaſſet,nuntiare debebat, priuſquam haberent comitia:at non comitiis habitis vi hîc& r.Geſ.14.*
n L.non comitiis habitis,
o L.implicata inſcientia, impud.
p al impudẽtia eſt. nec ſcit quod augurem, nec facit quod pudẽt.d. al. impudentia.*
q L. in sacrã
r L. inſerens, & ita v.c.
ſ Panagathus ſortitio prærogatiuæ, quieſcit,renũtiatur:tacet. Prima claſſis vocatur: deinde ſuffragia, renunciatur. item ſiler,tũ ſecunda claſſis vocatur.*
t Prærogatiua centuria quid,alias dictum.*
u L. deinde ita,vt aſſolet ſuffragatum, ſecunda claſſis vocatur, quæ omnia
x al. ſuffragatum.*
y al. claſſis vocatur.*
z L. prouideras,

tua potiùs,quàm reipublicæ calamitate emẽ-
titus es auspicia: obstrinxisti[a] populũ Roma-
nũ religione.Augur auguri,cõsul consuli ob-
nuntiauisti[b]. Nolo plura, ne acta Dolabellæ
videar conuellere:quæ necesse est aliquando
ad nostrum collegium deferantur. Sed arro-
gantiam hominis, insolentiámque cognosci-
te.quandiu tu voles,vitiosus consul Dolabel-
la: rursus,cùm voles, saluis auspiciis creatus.
Si nihil est, cùm augur iis verbis nũtiat, qui-
bus[c] nũtiasti: confitere te, cùm *ALIO*[d] *DIE*,
dixeris,sobriũ non fuisse. sin est aliqua vis in
istis verbis, ea quæ sit, augur à collega requi-
ro. ¶Sed, ne forte ex multis rebus gestis, M.
Antonij rem vnam pulcherrimam transiliat
oratio, *ad Lupercalia*[e] *veniamus*. Non dissi-
mulat, P. C. appâret esse commotum : sudat,
pallet. quidlibet, modò ne nauseet, faciat,
quod in porticu Numicia[f] fecit. Quæ potest
esse turpitudinis tantæ defensio? cupio audi-
te : vt videam, vbi rhetoris tanta merces, vbi
campus Leontinus appareat. Sedebat in Ro-
stris collega tuus, amictus toga purpurea, in
sella aurea,coronatus: adscendis : accedis ad
sellam(ita eras Lupercus, vt[g] te esse consulẽ
meminisse deberes)diadema oftendis. gemi-
tus toto foro,vnde diadema? non enim abie-
ctum sustuleras, sed attuleras domo meditatum,& cogitatum scelus. Tu diadema impo-
nebas cum plangore populi : ille cum plausu
reiiciebat. Tu ergo vnus, scelerate,;inuentus
es,qui cùm auctor regni[h] inuentus esses, eum
quem collegam regni habebas, dominum ha
bere velles : & idem tentares, quid populus
Romanus ferre, & pati posset. At etiam mi-
sericordiam captabas:supplex te ad pedes ab-
iiciebas:quid petẽs?vt seruires ? tibi vni pete-
res: qui ita à puero vixeras,vt omnia paterе-
re,vt facilè seruires : à nobis, populóque R.
mandatum id certè non habebas. O præcla-
ram illam eloquentiam tuam,cùm es nudus i
concionatus ! Quid hoc turpius?quid fœdius?
quid suppliciis omnibus dignius?num exspe-
ctas , dum te stimulis fodiam[k] ? hæc te,si vl-
lam partem habes[l] sensus,lacerat,hæc cruen-
tat oratio. Vereor,ne imminuam virorum[m]
summorum gloriam. dicam tamen dolore
commotus. Quid[n] indignius, quàm viuere
eum,qui imposuerit diadema,cùm omnes fa-
teantur iure interfectum esse, qui abiecerit?
At etiam inscribi[o] iussit in fastis, Ad Luper-
calia, C.Cæsari, dictatori perpetuo, M.Anto-
nium consulem,populi iussu regnum detulis-
se,Cæsarem vti noluisse.Iam iam minimè mi-
ror, te otium perturbare : non modò vrbem
odisse: sed etiam lucem cum perditissimis la-
tronibus non solùm de die , sed etiam in diẽ
viuere. Vbi enim tu in pace consistes? qui lo-
cus tibi in legibus, & [p] iudiciis esse potest,
quæ tu,quantum in te fuit,dominatu regio su
stulisti ? Ideõne L.Tarquinius exactus ? Sp [q].
Cassius,Sp.Melius,M[r].Manlius,necati,vt mul-
tis pòst sæculis , à M.Antonio, quod fas non
est,rex Romæ constitueretur? Sed ad auspicia
redeamus. De quibus reb. idibus Martiis fuit
in senatu Cæsar acturus , quæro tum tu quid
egisses. audiebam quidẽ te parátum venisse,
quòd me de ementitis auspiciis,quib. tamen
parêre necesse erat,putares esse dicturum.Su-
stulit illum diem *fortuna* [s] *populi*. R. num e-
tiam tuũ de auspiciis iudicium interitus Cæ-
saris sustulit? Sed incidi in id tẽpus,quòd iis [t]
de rebus, in quas ingressa erat oratio , præ-
tereundum[a] non sit.Quæ tua fuga?quæ [b] for-
mido illo die?quę propter conscientiam sce-
lerum desperatio vitæ ? cùm ex illa fuga, be-
neficio eorum , qui te, si sanus esses, saluum
esse voluerunt , clàm te domum recepisti ? O
mea frustra semper verissima auguria rerum
futurarum ! dicebam illis in Capitolio libe-
ratoribus nostris, cùm me ad te ire vellent,
vt ad defendendam remp.te adhortarer,quo-
ad metueres,omnia te promissurum, simulac
timere desiisses,similem te futurum tui. Ita-
que cùm ceteri consulares irent[c], & redi-
rent:in sententia mansi:neque te illo die,ne-
que postero vidi : neque vllam societatem
optimis ciuibus cum importunissimo hoste
fœdere vllo confirmari posse credidi. Post [d]
diem tertium veni in ædem Telluris , & qui-
dem inuitus, cùm[e] omneis aditus armati ob-
siderent. Qui[f] tibi ille dies, M.Antoni, fuit?
quanquam mihi subitò inimicus exstitisti,
tamen me tui miseret, quòd tibi inuideris.
Qui tu vir,dij immortales, & quantus fuisses,
si illius diei mentem seruare potuisses!pacem
haberemus, quæ erat facta per obsidem puе-
rum,nobilem[g] M.Antonij filium, M.Bamba-
lionis nepotem,, quanquam *te bonum timor fa-
ciebat*, *non*[h] *diuturni magister officij* i : im-
probum fecit ea, quæ, dum timor abest, à
te non discessit[k] audacia. Etsi tum,cùm op-
timum te putabant, me quidem dissentiente,
funeri [l] tyranni illius sceleratissimi præfui-
sti.tua illa pulchra laudatio,tua miseratio,tua
cohortatio, tu [m],tu illas faceis incendisti , &
eas quibus [n] semiustum latus illius est , &
eas , quibus incensa L.Bellieni domus desla-
grauit. tu [o] illos impetus perditorum homi-
num,&,ex maxima parte,seruorum,quos nos
vi,manúque repulimus,in nostras domos im-
misisti : idem tamen , quasi fuligine absterса,
réliquis diebus in Capitolio præclara S.C.feci
sti,nequa post Idus Martias immunitatis tabu
la,néve [p] cuiusquam beneficij rigeretur. me-
ministi ipse de exsulibus:scis,de immunitate
quid dixeris. optimum verò, quòd dictaturæ
nomen in perpetuum de rep.sustulisti. quo
quidem facto tantum te cepisse odium regni
videbatur , vt eius omnem [q] , propter proxi-
mum dictatorem,tolleres[r]metum. Constitu-
ta resp.videbatur aliis , mihi verò nullo mo-
do,qui omnia,te gubernãte,naufragia metue
bam. Num me igitur fefellit?aut num diutius
sui potuit esse dissimilis? inspectantibus vobis
toto Capitolio tabulæ figebantur : neque so-
lùm singulis veniebant immunitates,sed etiã
populis vniuersis. ciuitas non [s] tum singilla-
tim,sed prouinciis totis dabatur. Itaque si hęc
manent,quæ stãte republica manere nõ pos-
sunt , prouincias vniuersas , P.C. perdidistis:
neque vectigalia solùm, sed etiam imperium
pop.R.huius domesticis nũdinis diminutũ [t]
est.vbi est septies millies sestertium,quod[u]in
tabulis,quæ sunt ad Opis[x]patebat?funestæ il-
lius quidem pecuniæ,sed[y] tamen.si iis,quorũ
erat,nõ redderẽtur, quæ nos à tribuũs posset
vindicare.Tu autẽ quadringenties LIS.quod
idibus Martiis debuisti , quónam modo ante
Kalendas April.debere desisti[z]?Quid?ego de
cõmentariis infinitis, quid de innumerabili-
bus chirographis[b] loquar?Sunt ea quidem in-
numerabilia, quæ à diuersis emebantur,non
inscіente te:sed vnũ egregium de rege Deio-

a L. obstrinxisti religione populum R.Aug.
b L.obnuntiasti.
c L.quibus tu nuntiasti*
B. B.
d Augures cùm de cœlo seruarent, & aliquid comperirẽt,quòd rem suscepti dirimeret, id is duob.verbis,*Alio die*, denuntiabat, *vt hîc. Idem citero 2 de legibus, Liuius 8.**
e Lupercalib. Lupercis modi.*
f L.Minucia
g L.vt te cõsulẽ esse me.
h L.regni essetcum, quẽ collegam,habebas,dom. *& ita v.c.*
i Lupercus imitatus.*
k *al.* fodiamus?
l L.sensus habes.
m L. summorum virorum
n L. Nonne indignum est viuere eum.
o L. adscribi P.CLXXVII.
p L.& in iudiciis
q L.Spurij. Cassius, Melius *& ita v.c.*
r *al.*M'.Manlius,
s fortuna Reipubhcæ*
t L.iis reb.
a L. prætereundum est.
b L.quæ formido præclaro illo die?
c L.irent, dirent:
d *al.* Post tertium diem
e *v.c.*cùm omnis aditus
f L.Quid tibi dies ille, M. Ant.
g L. nobilem M. Bambalionis nepotem *& ita v.c.*
h L. non diuturnus mag. *& ita v.c.*
i hoc est virtutis amor.*
k L.discedit.*
l L.funeri tyranni,si illud funus fuit,sceleratissime p.
m L.tu, tu, inquam,illas f.
n L.quibus se mustulatus ille est*
P. B.
o L.tu illos impetus perditorũ, & ex max.p.
p L.néve cuius benef.
q *al.* omen nomen propter proximũ dictatoris metum tolleres. *al.*omne nomen.*
r L.metum tolleres.
f L. non iam singillatim,
t L. deminutum est.
u L.quod est in tabulis, quæ sunt ad Opis*fun.
x Iubaudi tẽplum,*
y L.sed tamẽ quæ nos,si is quorum erat non redderetur,à tributis posset vind.
b L.desisti? Sũt ea quidẽ innumerab. quæ.
P CLXXVIII
a *hoc totum* Quid ego de comm.infin. quid de inn. chir. loquar, *delendum est*
b *vide Philippica 1. infra & 2. integra.*

taro populo Rom. amicissimo, decretum in Capitolio fixum. quo proposito nemo erat, qui in ipso dolore ritum posset continere. Quis enim cuiquam inimicior, quàm Deiotaro Cæsar? æquè, atque huic ordini, vt equestri, vt Massilien sibus, vt omnibus, quibus rép. populi R. caram esse sentiebat. Is[a] igitur, à quo viuo, nec præsens, nec absens quidquã æqui[b] boni impetrauit, apud mortuũ factus est gratiosus, compellarat hospitem presens, computarat, pecuniam imperarat, in[c] eius tetrarchiã ex Græcis comitibus suis collocarat: Armeniã abstulerat à senatu datam. hæc viuus eripuit, reddidit mortuus. At quibus verbis? modò æquum sibi videri, modò non iniquũ. mira verborum complexio. at ille nunquam (semper enim absenti affui Deiotaro) quicquam sibi, quod nos pro illo postularemus, æquum dixit videri. Syngrapha L L S. centies per legatos, viros bonos, sed timidos, & imperitos, sine[d] reliquorũ hospitũ regis sententia, facta in gynæceo loco plurimæ res veniere[e], & venesũt. qua ex syngrapha quid sis acturus, meditere cẽseo. Rex enim ipse sua sponte, nullis commentariis Cæsaris, simulatque audiuit eius interitũ, *suo Marte* res suas recuperauit[f]. Sciebat homo sapiens, *ius semper hoc fuisse, vt, quæ tyranni eripuissent, ea, tyranno interfecto, ij, quibus erepta essent, recuperarent* g. Nemo igitur iureconsultus h, ne iste quidem, qui i tibi vni est iureconsultus, per quem hæc agis, ex i ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quæ erant ante syngraphã recuperatæ k. non enim à te emit: sed priùs, quàm tu suum sibi vendideris: ipse possedit. Ille vir fuit: nos quidem cõtemnendi, qui auctorem ódimus, acta defendimus. Quid ergo de commentariis infinitis, quid de innumerabilib. chirographis loquar? quorum etiam imitatores l sunt, qui ea, tanquam *gladiatorum libellos* palàm venditent. Itaque tanti acerui nummorum apud istum constituuntur, vt iam appendãtur, non numerentur pecuniæ. At quàm cæca auaritia est? nuper fixa tabula est, qua m ciuitates locupletissimæ Cretensium vectigalibus[o] liberantur: statuitúrque, ne post M. Brutum proconsulem P, sit Creta prouincia. Tu q mentis es compos? tu non constringendus? an Cæsaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cùm Creta nihil ad Brutum, Cæsare viuo pertineret? At huius venditione decreti (ne nihil actum putetis) prouinciam Cretam perdidistis. Omnino nemo vllius rei fuit emptor, cui defuerit hic venditor. Et de exsulibus legem[r], quam fixisti, Cæsar tulit? Nullius insector calamitatum: tantùm queror, primùm eorum reditus inquinatos, quorum causam dissimilem[s] Cæsar iudicauerit[t]: deinde nescio cur reliquis idem non tribuas. neque enim plus quàm tres, aut quattuor reliqui[u] sunt, qui[x] simili calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur? cur eos habes in loco patrui? de quo ferre, cùm de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram petendã impulisti, eámq. petitionẽ cõparasti quæ & risus hominũ, & querelas moueret. Cur autem ea comitia nõ habuisti? an quia tribunus plebis siniſtrum[y] fulmen nuntiabat? tua[z] quid interest? nulla auspicia sunt tuorum, cùm sis religiosus. Quid? eundem in septemuiratu nónne destituisti? interuẽnit enim. quid[a] metuisti? credo, ne saluo capite negare non posses. omnibus eum cõtumeliis onerasti, quem patris loco, si[b] vlla pietas in te esset, colere debebas. filiam eius, sororem[c] tuam eiecisti, falsa[d] conditione quæsita, & antè perspecta, non est satis, probri insimulasti pudicissimam fœminam. Quid est, quod addi possit? contentus eo non fuisti. frequentissimo senatu Kalendis Ian. sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella odij[e] causam ausus es dicere, quòd ab eo sorori, & vxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. Quis interpretari potest, impudentiórne, qui in senatu: an improbior, qui in Dolabellam: an impurior, qui[f] patre audiente: an crudelior, qui in illam miserã tam spurcè, tam impiè dixeris? Sed ad chirographa redeamus, quæ[g] fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt à senatu: quæ quidem Cæsar egisset, non ea, quæ[h] Cæsarem egisse dixisset Antonius. Vnde ista erumpunt? quo auctore proferuntur? si sunt falsa, cur[i] probantur? si vera, cur veneunt? At sic placuerat, vt ex Kalendis Iuniis de Cæsaris actis cum consilio cognosceretis. Quod fuit cõsilium? quem vnquam aduocasti[k]? quas Kalendas Iunias exspectasti? an eas, ad quas te, peragratis veteranorum coloniis, stipatum armis retulisti? ô præclaram illam percursationem tuam mensę Aprili, atque Maio, tum, cùm etiam Capuã coloniam deducere conatus es. Quemadmodum illam adieris, vel potiùs pænè non adieris, scimus. cui tu vrbi minitaris. vtinam conere, vt aliquãdo illud *Pœne*, tollatur, atque[m] nobilitata sit tua illa peregrinatio. quid prandiorũ apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt: illa nostra. Agrum Campanũ, qui cùm de vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur, tamen infligi magnũ reipublicæ vulnus putabamus: hunc tu compransoribus tuis, & collusoribus diuidebas. mimos dico, & mimas, P. C. in agro Campano collocatos. Quid iam querar de agro Leontino? quandoquidem[o] hę quondam arationes Campani P, & Leontini in populi Romani patrimonio glandiferæ, & q fructuosæ ferebantur. Medico tria millia iugerũm, quasi te sanum[r] feciſſet: rhetori duo, quasi[s] disertum facere potuisset. Sed ad iter, Italiámque redeamus. Deduxisti coloniã Casilinum, quò Cæsar antè deduxerat. Consuluisti me per litteras de Capua tu quidẽ: sed idẽ de Casilino respondissem: possẽne, vbi colonia esset, eò coloniam nouam iure deducere. Negaui, in eam[t] coloniam, quæ esset auspicatò deducta, dum esset incolumis, coloniam[u] nouam iure deduci: colonos nouos adscribi posse rescripsi. Tu autem insolentia elatus, omni auspiciorum iure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quò erat paucis annis antè deducta, vt[x] vexillum[y] videres, & aratrum circumduceres: cuius quidem vomere portam Capuæ pænè perstrinxisti, vt florentis coloniæ territorium minueretur. Ab hac perturbatione religionum aduolas in M. Varronis, sanctissimi, atque integerrimi viri, fundũ Cassinatem. Quo iure? quo ore? eodem, inquies, quo in heredum L. Rubri, quo in heredum L. Turselij prædia, quo in reliquas innume-

a v.c. Igitur à quo viuo nec præs. nec obs. rex Deiotarus quidquam æq. b. b *al.* æqui boniue c L. in eius tetrarchia vnũ ex Gr. cõ.

P. B.

d L. sine Sexti, sine reliquorũ hosp. *al.* sine nostra fine relig. *& sic q. v. c.* e L. venierũt & ven. *fl. & v. c.* reciperauit. g L. reciperarent. h *al.* Iurisconsultus.* i L. ex ista syngrapha k L. recuperatæ. l *al.* licitatores.* m Libellis propositis editores diem muneris & paria gladiatorum proponebant: Hinc munus offendere. *Cicero epist. ad Varronem initio. Acad.* 1. pronunciare & proponere. *Suet. Iulio & Tito.* dié munerum dicere *Seneca de breuitate vitæ.* cui etiã ipsi libelli, edicta *Seneca epistola* 18. *adde Ciceronem* 2. *Fam.* 7. *in pri.* libelli muneratij *Pollio in Claudio* libelli *Seneca* 4. *controuers.* Pictura quoque & tabulis muneris editionem & formã exhibebant. *Plinius* 35. *Horat.* 2. *Satyr.* 7. *Pollio in vita Cæsar.* idé inuentionibus ferubatur. *Capitolinus in Gordiano, adde Lipsium* 2. *Saturnal.* 12.* n v. c. qua ciuitates locupletissimę ex vectigalibus liberantur. o *al.* vectigales.* p *al.* proconsul. dissimilitudinem sunt, mili.* y *al.* sunt: cum q *al.* Tu mentis compos. r Lex de exsulibus.* *fl.* Cæsar t *v. c. & L.* iudicarit. u reliqui sunt. Qui simili in calamitate fuerint. cur tua misericordia simili non fruuntur? x *al.* qui in siſulmen siniſtr. z L. Cùm tua quid interest, nulla auspicia tuorum. tum sis religiosus.

a L. quid? metuisti, credo, ne saluo capite eum necare nõ posses. *al.* cum metuisti.* b L. si vlla in te pietas esset. c *Ant. Augustin.* vxorem* d L. alia conditione quæ. e L. causam odij dicere ausus es. quòd *& c. & sic v. c.*

f *al.* qui patruo aud. g L. quæ tua fuit

h *al.* quæque C.

i *al.* cur approbat.

P. B.

k *v. c.* conuocasti? l L. Quemadmodũ illinc abieris, vel potiùs pænè non abieris, m L. At quã nobilis est tua illa peregrinatio? n L. & mimas P. C. in agro Camp. coll. o L. quoniam quidem p L. Cãpana & Leontina, q *q. v. c.* grandi ferè *q. al. v. c.* grandi farore, & *fr.* r L. sanasse: *& ita duo v. c.* s *vel* quid iste differtum. *&* quid si te differtum.* t Coloni ea & quando in coloniam iã deductam deduci poterãt* u Colonia nouа dicebatur sine ex veteranis colonia deducebatur: Apul. Apolog. 1. Deinceps veteranorum militum nouo cõditi splẽdidissima colonia fumos P. CLXXX. x Coloniæ futuræ in loco vexillum figebatur & aratrum circumducebatur.* y L. vexillum tollere, vt aratrum circumd.

numerabileis possessiones. Et [a] si ab hasta, valeant tabulæ, modò Cæsaris, non tuæ: quibus debuisti, non quibus tu te liberauisti. Varronis quidem Cassinatem fundum quis veniisse [b] dicit? quis hastam istius vēditionis vidit? quis vocem præconis audiuit? Mississe te dicis Alexandriam, qui emeret à Cæsare. Ipsum enim exspectare magnum fuit. Quis verò audiuit vmquam (nullius autem salus curæ pluribus fuit) de fortunis Varronis rem vllam esse detractam? Quòd [c] si etiam scripsit ad te Cæsar, vt redderes. quid satis potest dici de tanta impudentia? remoue gladios parumper illos, quos videmus. iam intelliges, aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ, & temeritatis tuæ. non enim te dominus modò illis sedibus, sed quiuis amicus, vicinus, hospes, procurator arcebit. At quàm multos dies in ea villa turpissimè es perbacchatus? ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur, *O tecta ipsa misera, quàm [c] dispari domino*! quanquam quomodo iste dominus? sed tamen quàm à dispari tenebantur! studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diuersorium [f]. Quæ in illa villa antè [g] dicebantur? quæ cogitabantur? quæ litteris mandabantur? iura populi Romani, monumenta maiorum, omnis sapientiæ ratio, omnisque [h] doctrina. At verò, te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum: natabant pauimenta vino: madebant parietes: ingenui pueri cum meritoriis: scorta inter matres familias versabantur. Casilino [i] salutatum veniebant, Aquino, Interamna. admissus est nemo. iure id quidem. in homine enim turpissimo obsolebant [k] dignitatis insignia. Cùm inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obuiam ei processit (vt est frequens municipium) magna sanè multitudo. at iste operta lectica lâtus est per oppidũ, vt mortuus. Stultè Aquinates: sed ramen in via habitabant. quid Anagnini? qui cùm essent deuij [l], obuiam ei descenderãt, vt istum, tãquam si esset cõsul, salutarent. Inoredibile [m] dictu, tamen [n] inter omneis constabat, neminem esse resalutatũ: præsertim cùm duos secum Anagninos haberet, Mustelam, & Laconem: quorum alter gladiatorum [o] est princeps, alter poculorum. Quid ego illas istius minas, contumeliásque commemorem, quibus inuectus est in Sidicinos? vexauit Puteolanos, quòd [p] C. Cassiũ, quòd Brutos patronos adoptassent: magno quidem iudicio, studio, beniuolentia, caritate, non vt te, vt Basilũ, vi & armis, & alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non [q] modò esse illorum cliens. Interea dum tu abes, qui dies ille collegæ [r] tui, cùm illud, quod tu venerari solebas, bustum in foro euertit? qua re tibi nunciata, vt constabat inter eos, qui vnà fuerunt, concidisti, quid euenerit postea, nescio. metum credo valuisse, & arma. Collegam quidem de cælo detraxisti. effecistíque non tu quidem etiam nunc, vt [s] sit similis tui, sed certè, vt dissimilis esset sui. Qui verò reditus [t] inde Romam? quæ perturbatio totius vrbis? memineramus *Cinnam nimis potentem: Syllam postea dominantem, modò regnantem Cæsarem* videramus. erat fortasse gladij, sed [u] ij absconditi, nec ita multi. ista verò quæ, & quanta barbaria est! agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati [a] milites: lectícas portari videmus. Atque his quidem iam inueteratis, P. C. consuetudine obduruimus. Kalendis Iuniis cùm in senatum, vt erat constitutum, venire vellemus, metu perterriti repètè diffugimus. At iste, qui senatu non egeret, neque desiderauit quenquam, & potiùs discessu nostro lætatus est, statim [b] illa mirabilia facinora effecit. qui chirographa Cæsaris defendisset lucri sui causa: is leges Cæsaris, eásque præclaras vt rempublicam cõcutere posset, euertit. numerum annorũ prouinciis prorogauit: idémque, cùm actorum Cæsaris defensor esse deberet, & in publicis & in priuatis rebus acta Cæsaris réscidit. *In [c] publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est testamentum.* Leges alias sine promulgatione sustulit: alias, vt [d] tolleret promulgatas, promulgauit. Testamentum irritum fecit: quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est. Sigua, tabulas, quas populo Cæsar vnà cum hortis legauit, eas hic partim in hortos Pompeij deportauit, partim in villam Scipionis. Et tu in Cæsaris memoria diligens? tu illum amas mortuum? quem [e] is maiorẽ honorem [f] consecutus erat, quàm *vt haberet pulvinar, simulacrum, fastigium, flaminem*? est ergo flamen, vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, sic diuo Iulio M. Antonius? Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem: vide, qui te inauguret: collegæ sumus: nemo negabit. O detestabilem hominem, siue quòd tytanni sacerdos est, siue quòd mortui! Quæro deinceps, num, hodiernus dies quis [g] sit, ignores. nescis, heri quartum in Circo diem Iudorum Romanorum fuisse? te [h] ipsum autem ad populum tulisse, vt quinctus præterea dies Cæsari tribueretur? cur non sumus prætextati? cur honorem Cæsari tua lege datum, deseri patimur? an supplicationes addendo diem contaminari passus est: pulvinaria noluisti? autvndique religionem tolle, aut vsquequaque cõserua. Quæres, placeátne mihi pulvinar esse, fastigium, flaminem. mihi verò nihil istorum placet, sed tu, qui acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia non cures? nisi fortè vis fateri, te omnia quæstu tuo, non illius dignitate metiri. Quid ad hæc tandem? exspecto enim eloquentiam tuam. discertissimum cognoui auũ tuum: at te etiam apertiorem in dicendo. ille nunquam nudus [k] est concionatus: tuum hominis simplicis pectus vidimus. Respõdebísne ad hæc? aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam lõga oratione mea, cui te respondere posse confidas? Sed præterita omittamus. hunc vnum diem, hũc vnum, inquam hodiernum diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. cur armatorum corona senatus sæptus est? cur me tui satellites cum gladiis audiunt? cur valuæ Concordiæ non patent? cur homines omnium gentium maximè barbaros, Ithyreos, cum sagittis deducis in forum? Præsidij sui causa te facere dicit. Nónne igitur *millies perire est melius, quàm in sua ciuitate sine armatorum præsidio non posse viuere*? Sed nullum est istuc, mihi crede, præsidium. *caritate* [l], *& beneuolentia ciuium septum oportet esse, non armis.* Eripiet, extorquebitur ista populus Ro. vtinam saluis nobis: sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis cõsiliis vtêris, non [m] potes esse, mihi crede, diu-

a T. Et si ab hasta: valeat hasta, valeant tabulæ.

b *al.* veniisse

c L. quid si etiam scr. ad te Cæs. vt redderes?

d L. est perb.

e hic lib. officiorum. O domus antiqua quàm dispari domino dominaris.*

f L. deuersorium.

g L. antea d.

h L. omnis d.

B. B.

i L. Cassino salut.

k L. obsoleficerant dign. *al.* obsolescebãt d.

l L. deuij, descenderũt: vt ist. tanquam si esset cõsulẽ salutarent. m Incredibile dictu est: t.

n L. sed tum nimis inter omneis const. *al.* sed tamen nimis &c.

Vict. Vaticani sed cum vitu corrupte. Aut. August. sine cõuiciis Pantagath. sed omnino inter. al. Dictu ex omnibus inter.*

o L. gladiorũ

p L. quòd C. Cassiũ & Brutum adoptassent,

q L. non modò illorum cliens esse.

r L. collegæ tuæ fuit,

s L. vt similis tui. sed c.

t L. inde reditus R.

u *al.* sed absconditi.

P. CLXXXII. a scutati milites, scutorum lectícas portari vid.

b L. statim q.

c L. in publicis nihil est lege gr.

d L. vt tolleret, promulgauit. Test.

e L. quem is honorem maiorem cons. *& ita o.v.c.*

f Honos Cæsari mortuo summus habitus ab Antonio.*

g L. qui sit,

h L. te autem ipsum ad p.

i *al.* Cæsaris. P. F.

k *al.* Cæsar nudus

l L. caritate te, & beniuolentia ciuium septum L. non potest, mihi crede, esse diuturnus.

turnus, etenim ista tua minimè auara coniux, quam ego sine contumelia describo, nimium [a] debet duo populo R. pensionem tertiam. Habet populus R. ad quos gubernacula reip. deferat: qui vbicumque terratum sunt, ibi est omne reip. præsidium, vel potius ipsa resp. quæ se adhuc tantummodo vlta est, nondum recuperauit [b], habet quidem certè resp. adolescenteis nobilissimos [c], paratos defensores. quàm volent, illi cedant, otio confu- A
lentes: tamen à rep. reuocabuntur. *Et nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris, sed inter pacem, & seruitutem plurimum interest.* *pax* [d], *est tranquilla libertas: seruitus malorum* [e] *omnium postremum, non modò bello, sed morte etiam repellendum.* Quòd si se ipsos illi nostri liberatores è conpectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. illi quod nemo fecerat, fecerunt. Tarquinium Brutus bello est persecutus: qui [f] tamen rex fuit, cùm esse Romæ regem liceret [g]. Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati. hi primi cum gladiis, non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt. quod cùm ipsum factum per se præclarum i, atque diuinum est, tum expositum ad imitandum, præsertim cùm illi eam gloriam consecuti sint, quæ vix cœlo capi posse videatur. *Etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali immortalitatem non arbitror contemnendam* [k]. Recordare igitur, illum, M. Antoni, diem, quo dictaturam sustulisti: pone ante oculos lætitiã senatus, populique R. confer cum [l] nummatione tua, tuorúmque: tum intelliges, quantum inter laudem, & lucrum interfit. Sed nimirum, vt *quidam, morbo aliquo, & sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt: sic, libidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gustum* [m] *non habent.* Sed, *si te laus allicere ad rectè faciendum non potest, ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare?* Iudicia [n] non metuis? si propter innocentiam, laudo: si propter vim, non intelligis, ei, qui isto modo iudicia non timeat, quid timendum sit? Quòd si non metuis viros fortеis, egregiósque ciueis, quòd à corpore tuo prohibentur armis, tui te, mihi credite, diutiùs non ferent. Quid [a] est autem, mul- B
tos dies, & nocteis timeri à suis? nisi verò aut maioribus habes beneficiis obligatos, quàm ille quosdam habuit ex iis, à quibus est interfectus: aut tu es vlla re cum eo comparandus, fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litteratura [b], cogitatio, diligentia: res bello gesserat, quanuis reip. calamitosas, attamen magnas: multos [c] annos regnare est meditatus: magno labore, magnis periculis, quod [d] cogitauerat, effecerat: muneribus, monumentis, congiariis, epulis, multitudinem imperitam lenierat [e]: suos præmiis, aduersarios clementiæ specie deuinxerat. Quid multa? attulerat iam liberę ciuitati, partim metu, partim patientia, consuetudinẽ seruiẽdi. Cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, ceteris verò rebus nullo modo es comparãdus. Sed ex plurimis malis, quæ ab illo reipub. sunt inusta, hoc tamen boni est, quòd didicit iam populus R. quantum cuique crederet, quibus se committeret, à quibus caueret. Hæc [f] igitur non co- C
gitas? *nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse,* [g] *quàm* [h] *sit pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere?* an, cùm illum homines non tulerint, te ferent? Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas exspectabitur. Respice, quæso, aliquando remp. M. Antoni: quibus ortus sis, non [h] quibuscum viuas, considera: meeum, vt voles: cum republica redi in gratiam. Sed de te tu ipse videris: ego de me ipso profitebor. *defendi remp. adolescens, non deseram senex: contemsi Catilinæ gladios, non pertimescam tuos. Quin etiam corpus libenter* [i] *obtulerim, si repræsentari morte mea libertas ciuitatis potest* [k]. Vtinam aliquando dolor populi Ro. pariat, quod iamdiu parturit. Etenim si abhinc annos propè viginti hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturam esse consulari: quanto veriùs nunc negabo seni? Mihi verò, P. C. *iam etiam optanda mors est, perfuncto rebus ijs, quas adeptus sum, quæsque gessi. duo modò hæc opto: unum, vt moriens populum R. liberum relinquam: hoc mihi maius à diis immortalibus dari non potest: alterum, vt ita cuique eueniat, vt de rep. quisque meruerit.* D E

[a] L. Quæ est autem vita, dies, & nocteis &c.
[b] l. litteræ, cura, cogitatio.
[c] L. multos annos regnare meditatus magno labore, multis periculis.
[d] L. quod cogitarat, eff. al. quod cogitabat, eff.
[e] L. delenierat.
[f] L. Hæc non cogitas?
[g] L. quàm sit pulchrum
[h] al. nõ quibus cõuiuas.
[i] L. libenter eis obtul. [k] L. potest vt aliquãdo dol
[l] L. cum hac nũdinatione tua, al. cum hac in manũ latione. Ant. Aug. hac immani nundinatione.
[m] L. gustatũ n al. Iudicia non metuis.
[n] P. E.

[a] L. oimium eiu debet tertiam pensionem & ita e. q. s.
[b] P. CLXXXII. & L. recuperauit & ita v. c. & al. nobileis
[c] Pacis & seruitutis dissimilitudo.
[d] L. postremũ malorum omnium,
[e] L. qui tum rex f.
[f] L. licebat.
[g] L. Spurij, Cassius, Melius M'.
[h] al. præclarũ eũ, atq. diuinum, tũ exp.
[i] al. esse contemnendam.
[k] L. cum hac nũdinatione tua, al. cum hac in manũ latione. Ant. Aug. hac immani nundinatione.
[l] m L. gustatũ n al. Iudicia non metuis.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA TERTIA. P.CLXXXIII

ORATIO QVADRAGESIMAQVINTA.

Synopsis.

Suadet, vt quæ Octauius aduersus Antoninm egit, rata sint, & vt Imperatoria dignitate in Antonium eligatur, vt legionibus quæ illum secutæ, præmia decernantur: vt Brutus prouinciam Galliam aduersus Antonium tueatur, & vt Antonius hostis a senatu iudicetur.

[a] EXORDIVM.
[b] L. postulabat & ita e. q. s.

SERIVS [a] omnino, P. C. quàm tẽpus reipublicæ postulauit [b], aliquãdo tamen conuocati sumus: quod flagitabã equidem quotidie: quippe cùm bellum nefariũ cõtra aras, & focos, cõtra vitã, fortunásq. nostras, ab homine profligato, ac perdito nõ cõparari, sed geri iã videre. Exspectãtur Kalendæ Ian [c]. quas nõ exspectat Antonius, qui in prouinciã D. Bruti, summi, & singularis viri, cum exercitu impetum facere conatur: ex qua se instructum, & paratũ

[c] adde n. familiar. 6.

ad

ad vrbem venturum esse minitatur. Quæ est igitur exspectatio, aut[a] quæ vel minima dilatio temporis? quanquam enim adsunt Kalendæ Ian. tamen *breue tempus longum est imparatis. dies enim affert, &[b] hora potius, nisi prouisum est magnas sæpe clades. certus autem dies non vt sacrificij, sic consilij expectari solet.* Quod si aut Kalend. Ianuar. fuissent eo die, quo primùm ex vrbe fugit Antonius, aut hæ non essent exspectatæ: bellum iam nullum haberemus. auctoritate enim senatus, consensúq. populi Ro. facilè hominis amentis fregissemus audacia. quod confido equidem consules designatos, simulac[c] magistratum inierint, esse facturos. sunt enim optimo animo, summo cõsilio, singulari concordia. mea autem festinatio non victoriæ solùm auida est, sed etiã celeritatis. Quousque[d] enim tantum bellum, tam crudele, tam nefarium priuatis consiliis propulsabitur? cur nõ quàm primùm publica accedit auctoritas? ¶ C.[e] Cæsar adolescens, pænè potiùs puer, incredibili, ac diuina quadam mente, atque virtute, tum, cùm maximè furor arderet Antonij, cúmq. eius à Brundisio crudelis, & pestifer reditus timeretur, nec postulantibus, nec cogitantibus, nec [f] opinantibus quidem nobis (quia[g] fieri posse non videbatur) firmissimum exercitum inuicto [h] genere veteranorum militum comparauit, patrimoniúmque suum effudit. quamquam i non sumus vsi eo verbo, quo decuit. non enim effudit, sed in salute reipublicæ collocauit. Cui quamquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur: habenda tamen tanta [k] est, quantam maximi animi nostri capere possunt. Quis enim est tam ignarus rerum, tam nihil de republica cogitans, qui hoc non intelligat: si M. Antonius à Brũdisio cum iis copiis, quas se habiturum putauerat [l], Romam, vt minabatur, venire potuisset, nullum genus crudelitatis[m] eũ præteriturũ fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundisij fortissimos viros, ciueis optimos, iugulari iussit[n]: quorum ante pedes eius morientium sanguine os vxoris respersum esse constabat. Hac ille crudelitate imbutus, cùm multo bonis omnibus veniret iratior, quàm illis fuerat, quos trucidarat: cui[o] tandem vestrũm, aut cui omnino bono pepercisset? Quæ[p] peste rempublicam priuato consilio (nec enim fieri potuit aliter) Cæsar liberauit. qui nisi in hac republica natus esset, rempublicam scelere Antonij nullã haberemus. Sic enim perspicio, sic iudico, nisi vnus adolescens illius furentis impetus, crudelissimósque conatus cohibuisset, remp. funditus interituram fuisse. Cui quidem hodierno die, P.C. (nunc enim primùm ita conuenimus, vt[q] de illius beneficio possemus, quæ sentiremus, liberè dicere) tribuenda est auctoritas, vt remp. non modò à se susceptam, sed etiam à nobis commendatam possit defendere. Nec verò de legione Martia (quoniam lõgo interuallo loqui nobis de rep. licet) sileri potest. Quis enim vnus fortior, quis amicior vnquã reip. fuit, quàm legio Martia vniuersa? quæ cùm hostẽ populi Ro. M. Antonium iudicasset[r], comes[s] eius esse amentiæ noluit: reliquit consulem: quod profectò non fecisset, si eum consulem iudicauisset [t]: quem nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cædem ciuium, atque interitum ciuitatis, videret. Atque ea legio consedit Albæ, quam potuis-

vrbem eligere, aut opportuniorem ad res gerendas [a], aut fideliorem, aut[b] fortiorum virorum, aut amiciorum populo [c] Ro. ciuium? Huiusce legionis virtutem imitata Quarta legio, duce L. Egnatuleio quæstore, ciued optimo, & fortissimo, Cæsaris [e] auctoritatem, atque exercitum persecuta est. Faciendum[f] est igitur nobis, P.C. vt ea, quę sua sponte clarissimus adolescens, atque omnium præstantissimus gessit, & gerit, hæc auctoritate nostra cõprobentur: veteranorúmque, fortissimorum virorum, tum legionis Martiæ, Quartæque mirabilis consensus ad remp. recuperandam[g], laude, & testimonio nostro confirmetur: eorúmque commoda, honores, præmia, cùm consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore, hodierno die spondeamus. Atque ea quidem, quæ dixi de Cæsare, déque eius exercitu, iamdiu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Cęsaris, constantiáq. militum veteranorum, legionúmque earum optimo iudicio, quæ auctoritatem nostram, libertatem populi Ro. virtutem C. Cæsaris secutæ sunt, à ceruicibus nostris est depulsus Antonius. Sed, vt dixi, hæc superiora: hoc verò recens edictum D. Bruti, quod paullo antè propositum est, certè silentio non potest præteriri. pollicetur enim, se prouinciam Galliã retenturum in senatus, populíque Romani potestate. O ciuem natum reipublicæ, memorem sui nominis, imitatorémque maiorum! neque enim Tarquinio [h] expulso, maioribus nostris tam fuit optata libertas, quàm est repulso Antonio retinenda nobis. Illi regibus parêre iam à cõdita vrbe didicerant: nos post reges exactos seruitutis obliuio ceperat. Atque ille Tarquinius, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, nõ impius, sed superbus habitus est, & dictus. quod nos vitium in priuatis sæpe tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus regem superbum non tulit: Decius [k] sceleratum, atque impium regnare [l] patietur Antonium? quid Tarquinius tale, qualia innumerabilia, & [m] fecit, & facit Antonius? Senatum etiam reges habebant: nec[n] tum, vt Antonio senatum habenti, in consilio regis versabantur barbari armati. seruabant auspicia reges, quæ hic consul, augúrque neglexit, neque solùm legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega vnà[o] referente, eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat. *Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter*[p] *impudens, vt haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia?* quam hic immunitatem, quam ciuitatem, quod præmium, non vel singulis hominibus, vel ciuitatibus, vel vniuersis prouinciis vendidit? Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus. At verò huius domi inter [q] calices pendebatur aurum, numerabatur pecunia: vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperium populi Romani nundinabantur. Supplicia verò in ciueis Romanos nulla Tarquinij accepimus. At hic & Suessæ iugulauit eos, quos in custodiam dederat, & [r] Brundisij trecentos fortissimos viros, ciueísque optimos trucidauit. Postremò Tarquinius pro populo R. bellum gerebat tum, cùm est expulsus: Antonius contra populum Rom. exercitum adducebat, tum, cùm à legionibus [s] relictus, nomen Cæsaris, exercitúmq. pertimuit, neglectíque

a L. aut quæ vel minimi dil.
b L. vel hora p.
c L. simul vt mag.
d L. Quo enim vsque t. & *ita v.c.* e SVASIO, * P. clxxxiiii.
f L. ne optãtib. quidem g *al.* quia nõ posse fieri
h L. ex multo.
i L. quanquã non fum vsus eo verbo, quo debui n. *& ita o.v.c.*
k L. est tanta
l L. putabat, *& ita duo libri vet.*
m L. eum crudelitatis prę. n L. insferit.
o L. cui tandem nostrum
p L. qua pestẽ priuato consilio rẽp. *& ita duo v.*
q L. vt illius beneficio pos sessus es, quæ P. B.
r *al.* iudicasset,
s L. comes esse eius am. t *al.* iudicasset.

a *al.* gerendas.
b *al.* aut fortium virorũ, aut amicorũ reip.
d L. ciui opus
e L. C. Cæsaris
f L. Faciundum est igitur
h Antonium Tarquinio sæpe dixerunt nequiorem esse probat.*
i L. depulso iam Antonio
k L. decimus scel. *al.* D. Brutus scel.
l L. regnare patietur?
quid Tarq.
m L. & fecit. & fecit Ant.
n L. nec tamẽ vt Antonio senatum habente,
o L. vnà sereno, eo, q.
p L. insignitè *& ita o.v.c.*
q L. inter quæ filla pend. *& ita v.c.* ¶ Quæ fillum dixit ὑποκοριστικῶς à qualũ quod vas lanificiis aptũ atque ita legit & interpretatur Isidorus 19. ca. 29. hũc locũ. Aut verò inter quæ filla pẽdatur aurũ *Sed Pantagathus emendat & legit* inter ancillas.*
P. B.
r L. & Brundisij ad trecentos fort.
s *al.* legionibus omnib.

a al. ea vota

sacrificiis solennibus, ante lucē vota[a] ea, quæ numquam solueret, nuncupauit: & hoc tempore in prouinciam populi R. conatur inuadere. Maius[b] igitur beneficium à Decio Bruto populus R. & habet, & exspectat, quàm maiores nostri acceperunt à L. Bruto, principe huius maximè conseruandi generis, & nominis. *Cùm autem est* [c] *omnis seruitus misera: tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato: numquam, ne in metu quidem, sobrio.* Hunc igitur qui Gallia prohibet, priuato præsertim consilio, iudicat, verissimēque iudicat, non esse consulem. Faciendum est igitur, P. C. nobis[d], vt D. Bruti priuatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec verò M. Antonium consulem post Lupercalia putare[e] debuistis. quo enim ille die, populo Romano inspectante, nudus[f], vnctus, ebrius concionatus[g] est, & id egit, vt collegæ [h] diadema imponeret: eò [i] die non modò consulatu, sed etiam libertate se abdicauit. Esset enim ipsi certè statim seruiendum, si Cæsar ab eo regni insigne k accipere voluisset. Hunc igitur ego consulem, hunc ciuem Romanum, hunc liberū, hunc deniq. hominē putem, qui fœdo illo, & flagitioso die, & quid pati, Cæsare viuo, potesti, & quid, eo mortuo, consequi ipse cuperet, ostendit? Nec verò de virtute, constantia, & grauitate prouinciæ Galliæ taceri potest. est enim ille flos Italiæ, illud firmamentum imperij populi Romani, illud ornamentum dignitatis. Tantus[m] autem consensus est municipiorum, coloniarumq. prouinciæ Galliæ, vt omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemque populi Romani, defendendam conspirasse videantur. Quamobrem, tribuni pleb. quamquam vos nihil aliud, nisi de præsidio, vt senatum tutò consules Kalend. Ian. habere possent, [n] retulistis, tamen mihi videmini magno consilio, atque optima mente potestatē nobis de tota republica fecisse dicendi. cùm enim tutò senatum haberi sine præsidio non posse iudicauistis: illud[o] etiam statuistis, intra muros Antonij scelus, audaciāmque versari. Quamobrem omnia, mea sententia, complectar, vobis, vt intelligo, non inuitis, vt & præstantissimis ducibus à nobis detur auctoritas, & fortissimis militibus spes ostendatur præmiorum: & iudicetur non verbo, sed re, nō modò non cōsul, sed etiā hostis Antonius. nam si ille consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ cōsulē reliquerunt: sceleratus Cæsar, Brutus nefarius, qui contra consulē priuato consilio exercitus cōparauerunt. sin autem militib. exquirendi sunt honores noui, propter eorum diuinum, atque immortale meritum: ducibus autem ne referri quidē potest gratia: quis est, qui eum non [p] hostem existimet, quem qui armis persequuntur [q], conseruatores reipublicæ iudicantur? At quàm contumelioſus in edictis? quàm barbarus? quàm [r] rudis? Primùm in Cæsarē maledicta congessit, deprompta ex recordatione impudicitiæ, & stuprorum suorum. Quis enim hoc adolescente castior? quis modestior? quod in iuuentute habemus illustrius exemplū veteris sanctitatis? quis autem illo? maledico impurior? Ignobilitatem obiicit C. Cæsaris filio, cuius etiam naturalis [t] pater, si vita suppeditasset, consul factus esset. Aricina mater. Trallianam, aut Ephesiam putes dicere. Videte, quàm despiciamur omnes, qui sumus è municipiis, id est, omnes planè. quotus enim quisque non est? quod autē municipium non contemnit, qui Aricinum tantopere despicit, vetustate antiquissimum, iure fœderatum, propinquitate pænè finitimum, splendore municipium honestissimū? hinc Voconiæ [c], hinc Scatiniæ [d] leges: hinc multæ sellæ curules & patrum memoria, & nostra: hinc equites Romani, lautissimi [e] plurimi & honestissimi. Sed si Aricinam vxorem nō probas, cur probas Tusculanam? quanquā huius sanctissimæ fœminæ, atque optimæ patet M. Attius Balbus, in primis honestus, prætorius fuit: tuæ coniugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, *homo nullo numero*. nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiā linguæ, stuporémq. cordis, cognomen ex contumelia traxerit. At [f] auus huius nobilis, Tuditanus [g] nempe ille, qui cum palla, & coturnis nummos populo de Rostris spargere solebat. vellem hanc cōtemptionem pecuniæ suis reliquisset. haberetis [h] nobilitatem generis gloriosam. Quī autem euenit [i], vt tibi Iulia [k] natus, ignobilis videatur, cùm tu eodem materno genere soleas gloriari? quæ portò amentia est, eum dicere aliquid de vxorum ignobilitate, cuius pater Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam habuerit vxorem: ipse ex libertini filia susceperit liberos? Sed hoc clarissimi viri viderint, L. Philippus, qui habet Aricinam vxorem, C. Marcellus, qui Aricinæ filiam: quos certè [l] scio dignitatis optimarum fœminarum non pœnitere. Idem etiam Qu. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto: nec sentit amens, commēdationem esse compellationē suam. Quid enim accidere huic adolescenti potuit optatius, quàm cognosci ab [m] hominibus. Cæsaris consiliorum esse socium, Antonij furoris inimicū? At etiam gladiator ausus est scribere, hunc de patris, & patrui patricidio [n] cogitasse. O admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem! in eum adolescētem hæc [o] scribere audere, quem ego, & frater meus, propter eius suauissimos, atque optimos mores, præstantissimúmque ingenium, certatim amamus, omnibúsque horis, oculis, auribus, complexu tenemus? Nam [p] in eisdem me edictis nescit, lædat, an laudet. cùm idem supplicium minatur optimis ciuibus, quod ego de [q] sceleratissimis sumserim, laudare videtur, quasi imitari velit. cùm autem illā pulchertimi facti memoriam refricat: tum à sui similibus inuidiam aliquam in me commoueri putat. Sed ipse quid fecit? cùm tot edicta proposuisset: edixit, vt adesset senatus frequens ad [r] VIII. Kalendas Decembris: eo die ipso [s] non affuit. At quomodo edixit? hæc sunt, vt opinor, verba in extremo, *Si quis non affuerit, hunc omnes existimare poterunt & interitus mei, & perditissimorum consiliorum auctorem fuisse.* Quæ sunt perdita consilia? an ea, quæ pertinent ad libertatem populi Romani recuperandam? quorum consiliorum Cæsari me auctorem, & hortatorem & esse, & fuisse fateor. quamquam ille non eguit consilio cuiusquam: sed tamen, vt [t] dicitur, *currentem incitaui*. Nam interitus quidem tui quis bonus non esset auctor, cùm in eo salus, & vita optimi cuiusque, & libertas populi Romani, dignitásque consisteret? Sed cùm tam atroci edicto nos cōcertauisset, cur ipse non affuit?

P. E.

a al. de municipiis,
b Aricini municipij commendatio.*
c De lege Voconia aliàs dixi.*
d al. Aricinæ leges. al. Scatinia vie Lex autem Scatinia turpissimum crimen vindicabat, de qua in lege cum vir nubit C. de adulteriis.*
e L. lautissimi, & plurimi. Sed si Ar.
f Citatur hic locus à Valerio 7 c. 8.*
g L. At auus nobilis Tud.
h L. Haberis nobilit. & ita v. c.
i L. conuenit
k L. Iulia nata, ign. ‖ vt idem fit Aria matri, quod Antonius fuæ.*
l L. certè
P. CLXXXVI
m L. ab omn.
n L. patricid.
o L. hæc scribere, & ita o. v. c.
p L. Nam me iisdem ed. nesc. ‖ al. Iam me in iisdem edictis.*
q L. de sceleratissimis, ac pessim. sumsi.
r L. a. d. VIII.
s L. ipse non aff.
t L. currente vt dicitur incitaui.

affuit? num putatis aliqua re tristi, ac seuera? vino [2], & epulis retentus est: si epulæ potius, quàm popinæ nominandæ sunt. diem edicti obire neglexit, in ante diem quartum Kalendarum Decembris distulit. adesse in Capitolio iussit: quod in templum ipse nescio quâ, per Gallorum cuniculum adscendit. conuenerũt corrogati, & quidẽ ampli qui dã homines, sed immemores dignitatis suæ. is enim erat dies, ea fama, is impetus eius, qui senatum vocarat, vt turpe senatori esset, nihil timere. Ad eos tamen ipsos, qui conuenerant, ne verbum quidem ausus est facere de Cæsare, cùm de eo constituisset ad senatum referre. Scriptam attulerat consularis quidã sententiam. Quid est aliud, de eo referre nõ audere, qui contra se consulem exercitum duceret, nisi seipsum hostem iudicare? necesse enim erat alterum esse hostem: nec potest aliter de aduersariis ducibus, iudicari. Si igitur C. Cæsar hostis, cur consul nihil refert ad senatum? sin ille à senatu notandus non fuit: quid potest dicere, quin, cùm de illo tacuerit, se hostem esse confessus sit? quem in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet. Atque in rebus tristissimis quãtos excitat risus? sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare: ego autem, qui intelligeret, quid diceret vellet, adhuc neminem inueni. *Nulla contumelia est, quam facit dignus.* Primùm quid est, Dignus? nam etiam malo digni multi, sicut ipse: an quam facit is, qui cum dignitate est? quæ autem potest esse maior? quid est porrò, Facere contumeliam? quis sic loquitur? Deinde: *Nec timor, quem denuntiat inimicus.* Quid ergo? ab amico timor denuntiari solet? horũ similia deinceps. Nõnne satius est mutum esse, quàm, quod nemo intelligat, dicere? En, cur magister eius ex oratore, arator [f] factus sit: possideat in agro publico populi Romani campi Leontini duo millia iugerum immunia, vt [g] hominem stultum magis etiã infatuet mercede publica. Sed hæc leuiora fortasse. illud quæro, cur [h] tam mansuetus in senatu fuerit, cùm in edictis tam i fuisset ferus? quid autem attinuerit, L. Cassio, tribuno pleb. fortissimo, & constantissimo ciui mortem denuntiare, si in senatum venisset: D. Carfulenum, bene de rep. sentientem, è senatu vi & minis mortis expellere: T. Canutiũ, à quo erat honestissimis [k] contentionibus & sæpe, & iure vexatus, non templo solùm, verùm etiam aditu prohibere Capitolij. Cui S. C. ne intercederent, verebatur? De supplicatione [l], credo, M. Lepidi clarissimi viri. Atque id erat periculũ, de cuius honore extraordinario quotidie aliquid cogitabamus, ne eius vsitatus honos impediretur. Ac, ne sine causa videretur edixisse, vt senatus adesset, cùm de republica relaturus fuisset, allato nuntio de legione Quarta, mente concidit [m]: effugere festinans, senatusconsultũ de supplicatione per discessionem fecit, cùm id factum esset antea nunquam. Quæ verò profectio postea? quod iter paludati? quæ vitatio oculorum, lucis, vrbis, fori? quàm misera fuga? quã fœda, quã turpis? Præclara [o] tũ fuit senat⁹ in illo ipso die vespertina prouinciatum religiosa sortitio: diuina verò opportunitas, vt, quæ cuique apta esset, ea cuiq. obueniret. Præclarè igitur facitis, tribuni pl. qui de præsidio consulũ [a], senatúsq; referatis: meritóq; vestro maximas vobis gratias omnes & agere, & habere debemus. Quis [b] enim carere metu, & periculo possemus in tãta hominũ cupiditate, & audacia? ille autẽ afflictus [c], & perditus, quæ de se exspectat iudicia grauiora, quàm amicorũ suorũ? familiarissimus eius, mihi homo cõiũctus, L. Lentulus, & P. Naso, omni carẽs cupiditate, nullam se habere prouinciã, nullam Antonij sortitionẽ fuisse iudicauerũt [d]. quod idem fecit L. Philippus, vir [e] auo, patre, maioribúsque suis dignissimus. in eadẽ sententia fuit homo summa integritate, atq; innocentia, M. [f] Anturanius. idẽ fecit Sp. Oppius. ipsi etiam, qui amicitiã M. Antonij veriti, plus ei tribuerunt, quàm fortasse vellent, M. Piso, meus necessarius, & vir, & ciuis egregius, pariq; innocentia M. Vehilius, senatus auctoritati se obtemperaturos esse dixerunt. Quid ego de L. Cinna loquar? Cuius spectata multis, magnísq; [g] in rebus singularis integritas, minùs admirabilem fecit huius honestissimi facti gloriam: qui omnino prouinciã neglexit: quã item magno animo, & constanti C. [h] Cessedius repudiauit. Qui sunt igitur reliqui, quos fors diuina deleget? L. i Antonius, & M. Antonius. O felicem vtrũque! nihil enim maluerunt. C. Antonius Macedoniã. Hunc quoq; felicẽ. hãc enim sem per habebat in ore prouinciã C. Caluisius Africã. Nihil felicius. modò enim ex Africa decesserat, & quasi diuinans se rediturũ, duos legatos Vticæ reliquerat. Deinde M. Icciu[s] [k] Siciliam; Q. Cassius Hispaniã. nõ habeo, quid suspicer. duarũ credo prouinciarũ sorteis minùs diuinas fuisse. O C. Cæsar, (adolescentẽ appello) quam tu saluté reip. attulisti? quàm improuisam? quàm repentinã? qui enim hæc fugiês feceris, quid faceres insequẽs? etenim in concione dixerat, se [l] custodem futurum vrbis: vsque ad Kalend. Maias ad vrbem exercitum habiturum. O præclarũ custodem [m] ouium (vt aiunt) lupum, custódne vrbis, an direptor, & vexator esset Antonius? Et quidem se interiturum in vrbem dixit, exiturúmque, cùm vellet. Quid illud? nõnne audiẽte populo, sedens pro æde Castoris, dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem? Hodierno die primùm, P. C. longo interuallo in possessionem libertatis pedem ponimus: cuius quidẽ ego, quoad potui, non modò defensor, sed etiam conseruator fui. cùm autẽ id facere non possem, qui [n] fui? nec abiectè, nec sine aliqua dignitate casum [o] illum temporum, & dolorem tuli. Hãc verò tæterrimam belluam, quis ferre posset [p], aut quomodo [q]? quid est in Antonio, præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? ex [q] his tot cõglutinatus est. nihil appãret in eo ingenuum, nihil moderatũ, nihil pudens, nihil pudicũ. Quapropter [r], quoniam res in id discrimen adducta est, vtrũ ille pœnas reip. luat, an nos seruiamus: aliquando, per deos immortales, P. C. *patriũ animum, virtutémque capiamus, vt aut libertatem propriam Romani [s] generi, & nominiꝝ recuperemus, aut mortem seruituti anteponamus.* Multa quæ in libera ciuitate ferenda non est sunt, tulimus, & perpessi sumus: alij spe recuperandæ libertatis, alij viuẽdi nimia cupiditate. sed, si illa tulimus, quę nos necessitas ferre coegit, quę vis quẽdã fatalis, quę tamẽ ipsa non tulimus: etiámne huius impuri latronis

a L. vino atque epulis retentus, si illæ epulæ potius quàm popinæ nominandæ sunt, diem ed.

P. R.

b L. necesse erat enim alterutrum esse hoſt.

c L. se hoſtem confeſſus ſi? d L. at in reb. triſtiſſ. al. At in rebus triſtiſſimis.*

e L. Quid ergo ab amico timm.

P. CLXXXVIII. f L. arator factus, poſſideat in agro publ. g L. vt hominem ſtultũ m.

h al. cur tam ſubitò manſ. i L. tam ferus fuiſſet.

k 2 al. honeſtiſſimis concionibus & ſæpe & iure, comitionibúſque vex

l vide 10 familiariũ 27.*

m C. & fugere ſeſi.

n vide Philippica 5. 10. famil. 28.*

o L. Præclara tamen ſenatus conſulta illo ipſo d. veſpertina prouinc.

a al. conſuli?

b L. Qui enim periculo care re poſſumus in t.

c L. homo afflictus. P. R.

d fort. iudicarunt.

e L. vir patre, auo, m.

f M. Turranius. al. C. Turanius.

g L. magniſq; rebus

h al. C. Ceſſius. al. Ceſſentius.*

i v. e. L. Antonius, M. Antonio.

k 2 al. Itius.*

l L. ſe cuſtodẽ fore vrbis: m Cuſtodum non omnium firma fides. Dixi Diuination. in Verrem.* P. CLXXXIX.

n L. quieuit nec. illa emẽdauit Victorius 1. Var. 9. ſimilis locus eſt epiſtola ad Q. fratrẽ.* o al. caſum illorum temporum,

p L. poteſt, aut q L. ex his totus conglutinatus eſt. al. ex his totus vitiis cõglut.

r PERORATIO.*

ſ L. Romani, & generis, & nom.

feremus tæterrimum,crudelissimúmq; dominatum? Quid hic faciat[a], si potuerit, iratus, qui cùm succensere[b] nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus? quid hic victor non audebit, qui nullam adeptus victoriam, tanta scelera post Cæsaris interitū fecerit? refertam eius [c] domum exhauserit? hortos compilarit? ad se omnia [d] ex his ornamenta transtulerit? cædis, & incendiorum causam quæsierit ex funere? duobus aut tribus S.C. bene, & è rep. factis reliquas res ad luctum, prædámque reuocauerit? vendiderit immunitates? ciuitates liberauerit? prouincias vniuersas ex imperij populi R. iure sustulerit? exsules reduxerit? falsas leges C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauerit, earúmque rerum omnium domesticum mercatum instituerit? populo Ro. leges imposuerit? armis, & præsidiis populum [e] R. & magistratus foro excluserit? senatum stipauerit [f] armatis? armatos in cælla Concordiæ, cùm senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundisium cucurrerit? ex his optimè sentientes centuriones iugulauerit? cùm exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & [g] ad disperditionem vrbis venire conatus? Atque is ab hoc impetu abstractus consilio, & copijs Cæsaris, consensu veteranorum, virtute legionum: ne fortuna quidem fractus minuit audaciam: nec ruere demens, nec furere desinit. in Galliam mutilatum ducit exercitum: cum vna legione, & ea vacillante, Lucius fratrem exspectat: quo neminem reperire potest sui similiorem. Ille autem ex myrmillione dux, ex gladiatore imperator, quas [h] fecit strages, vbicunque posuit vestigia? cædit greges armentorum, reliquúmque pecoris quodcunque nactus est: epulantur milites: ipse autem se vt fratrē imitetur, obruit vino: vastantur agri, diripiuntur villæ: matres familiās, virgines, pueri ingenui abripiuntur, militibus traduntur. Hæc éadem, quæcunque exercitū duxit, fecit M. Antonius. His vos teterrimis fratribus portas aperietis? hos vnquam in vrbē recipietis? non, tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo R. conspirante, Italia tota ad libertatem recuperandam [k] excitata, deorum immortalium beneficio vtemini? nullum erit tempus, hoc amisso: à tergo, à fronte, à lateribus tenetur [l]. si in Galliam venerit, non ille armis solùm, sed etiam nostris decretis vrgendus [m] est. magna vis est, magnum [n] nomen, vnum & idem sentientis senatus. Videtisne refertum forū [o] populum R. ad spem recuperandæ libertatis erectum? qui longo interuallo cùm frequenteis hîc videt nos, tum sperat etiam liberos conuenisse. Hunc ego diem exspectās, M. Antonij scelerata arma vitaui, tum, cùm ille in me absentem inuehens, nō intelligebat, ad [p] quod tempus me, & meas vireis reseruarem. si enim illi tū cædis initiū à me quærenti respondere voluissem, nunc reip. consulere nō possem. Hāc verò nactus facultatem, nullum tempus, P.C. dimittam, neque diurnū, neque nocturnum, quin [q] de populi Romani libertate, de dignitate vestra quod cogitandum sit cogitem: quod agendum, atque faciendum, idem [r] non modò non recusem, sed [s] appetam etiam, atque deposcam. Hoc [t] feci semper, dum licuit: intermisi, quoad non licuit. iam non solùm licet, sed etiam necesse

est, nisi seruire malumus [a], quàm, ne seruiamus, animis, armísque decernere. Dij immortales nobis hæc præsidia dederunt: vrbi Cæsarem, Brutum Galliæ. Si enim ille vrbem opprimere potuisset statim: si Galliam tenere paullo pòst: optimo cuique pereundum, reliquis esset seruiendum. Hanc igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortaleis, P.C. & amplissimi orbis terræ consilij principes vos esse aliquando recordamini. signum date populo Ro. consilium vestrū non deesse reip. quoniam ille virtutem suam non defuturam esse profitetur. Nihil est quod [b] moneam. nemo est tam stultus, qui non intelligat, si indormierimus huic tēpori, non modò crudelem, superbámq; dominationē nobis, sed ignominiosam etiam, & [c] flagitiosam esse [d] ferendam. Nostis insolentiam Antonij, nostis amicos, nostis totam domum, libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis seruire, ea [e] est summa miseria, summo dedecore coniuncta. Quòd *sitam (quod dij omen auertant) fatum extremum reip. venit: quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos, principes orbū terrarum gentiúmque omnium, vt cum dignitate potius cadamus quàm cum ignominia seruiamus.* Nihil est detestabilius dedecore, nihil fœdius seruitute. ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur. Nimium diu teximus, quid sentiremus: nunc iam apertum est: omnes [f] iam patefecerunt, in vtramque partem quid sentiant, quid velint. Sunt impij ciues pro caritate reip. nimium multi: pro [g] multitudine bene sentientium, admodum pauci: quorum opprimendorum dij immortales incredibilem reip. potestatem, & fortunam dederunt. ad ea enim præsidia, quæ habemus, iam [h] accedunt consules summa prudentia, virtute, concordia, multos menses de populi Ro. libertate commentati, atque meditati. His auctoribus, & ducibus, diis iuuantibus, nobis vigilantibus, & multùm in posterum prouidentibus, populo Ro. consentiente, erimus profectò liberi breui tempore. *iucundiorem autem faciet libertatem seruitutis recordatio. Quam ob res, quòd tribuni pl. verba fecerunt, vt [k] senatus Kalendis Ian. tutò haberi, sententiáque de [l] summa reip. liberè dici posset: de [m] ea re ita censeo, vt C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, dent operam, vt [n] senatus Kalendis Ian. tutò haberi possit: quódque edictum D. Bruti imperatoris, consulis designati, optimè de rep. meriti, propositum sit, senatum existimare, D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, optimè de rep. promereri [o], cùm senatus auctoritatem, populique R. libertatem, imperiúmque defendat, quódque Galliam [p] prouinciam cæteriorem, optimorum, & fortissimorum virorum, amicissimorū [q] populo R. ciuium, exercitúmque in senatus potestate retineat, id eum, exercitúmque eius, municipia, colonias prouinciæ Galliæ, rectè atque ordine, éxque [r] rep fecisse, & facere: senatum ad [s] summam reip. pertinere arbitrari, à D. Bruto, & ab L. Planco [t], imperatoribus, coss. designatis, itémque à ceteris, qui prouincias obtinent, obtineri ex lege Iulia, quoad ex S.C. cuique eorum successum sit: eósque dare operam, vt ea prouinciæ, exercitúsque in [u] senatus, populique Rom. potestate, præsidióque reip. sint: cúmque opera, virtute, consilio C. Cæsaris, summóque consensu militum veteranorum*

[a] L. malimus
[b] L. quod moneam vos ego. P. B.
[c] L. & flagitiosam ferendam.
[d] al. ferēdam esse.
[e] L. ea summa miseria est,
[f] L. omnes patefecerunt,
[g] al. contra multitudinē bene s.
[h] L. iam accedent
i ita interpūgo: Quas ob res: Quod & cæt. vt Philippica 10. in Quas ob res autē nihil aliud quàm. Quæ cùm ita fiant.*
[l] L. vti sen. l. L. de summa rep.
[m] Formula hacce respondebant senatores interrogant consuli. eadem formula extat philippic. 10. inf. Sed & in hūc modū, ita cēseo. *Philipp. 9. inf.* vel ita, censeo *Philipp. 14. inf. Seneca de πολλοκτόνῳ Libro 22. 16. Spartianus in Iuliano: Torent. Phot. Scam. vit. Plutarch. in M. Catone act. 2. placet. 7. ad Attic. 2.**
[o] L. vti sen. P. CXCI. o L. mereri.
[p] L. prouinciam Galliam cit.
[q] L. amicissimorúmque reip. ciuium r al. eq. rep.
[s] L. ad summam remp. pert.
[t] L. & L. Plāco,
[u] k. in senatūs prop.

[a] al. faciet,
[b] L. suscensere n.
[c] al. domum eius exh.
[d] L. ex his ornamenta orn. P. B.
[e] L. populum & magistratus f. excl.
[f] L. stipaueritne armatis?
[g] L. ad disperationem vrbis
[h] L. quas fecit strag.
[i] v. c. matresfamiliæ, & inf.
[k] v. c. recuperandam P. CXC.
[l] L. tenebitur, si in Galliam venerit, nec ille arm.
[m] v. c. vrgendus est.
[n] L. magnum nomen.
[o] L. forū populumque R. ad spem recuperandæ libert. etc. ūq;
[p] L. quod ad tempus
[q] L. de libertate populi R. & inf. v. c. r L. id non mod.
[s] L. sed etiam operam. atq;
[t] L. Hoc feci dum licuit:

ranorum, qui eius auctoritatem secuti, reip. præsidio
sunt[a]*, & fuerunt, à grauissimis periculis populus R.*
defensus sit, & hoc tempore defendatur: cumque le-
gio Martia Alba constiterit, in municipio fidelissi-
mo, & fortissimo: séque [b] *ad senatus auctoritatem*
populique R. libertatem contulerit: quod [c] *pari con-*
silio, eadémque virtute legio quarta usa, L. Egna-
tuleio duce, ciued egregio, senatus auctoritatem, po-
pulique R. libertatem defendat[e]*, ac defenderit: se-*
natui magna cura esse, ac fore, vt pro tantis eorum
in remp. meritis honores eis habeatur, gratiaq. fre-
ferantur: senatui placere, vti C. Pansa, A. Hirtius
consules designati, cùm magistratum[g] *inierint, si*
eis videbitur, primo quoque tempore de his rebus
ad hunc ordinem referant, ita vti è rep. fidéque sua
censuerint.

a L. & Iunt, & f.
b L. sesèq. ad sen.
c L. & quòd pari c.
d L. ciui egr. vel: quem opinio al. Quæstore optimo.
e L. defendat & defenderit:
f L. gratiáque referatur: tũ sen.
g L. iniissent, h eis videretur, primo quoque tempore de his rebus ad h. ord. referrent, ita, vt eis è rep. fidéque sua videretur.

P. E.

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA QVARTA.

ORATIO QVADRAGESIMASEXTA.

Synopsis.

¶ Eiusdem est argumenti hæc ad Quirites oratio cum superiore ad senatum.

a EXORDIVM.

b L. & alacritatem mihi summam defendéq; reip. affert, & spem recuperandæ. Quanquam

c L. Quòd si id antè f. d NARRATIO.
e L. Quirites, ne mediocr.
f L. facta sunt

g L. illum hostem esse h L. Neque enim, Quirites, fieri posset, i &. exercitus

k L. nomen ætatis.
l L. premeremur, in dies mal. cref.
P. CXCII.
m L. à Brũdisio & ita vet. n al. reperit, o L. ex paternis militibus conficeret, Antop.

REQVENTIA[a] vestrûm incredibilis, Quirites, concióque tãta, quan tã meminisse non videor, & [b] alacritatẽ mihi summam affert reip. defendendæ, & spem recuperãdæ libertatis. Quanquam, animus quidẽ mihi nunquam defuit, tẽpora defuerũt: quę simulac primùm aliquid lucis ostendere visa sunt, princeps vestræ libertatis defendendæ fui, quod [c] si antè facere conatus essem, nunc facere non possem.

¶ Hodierno [d] enim die, Quirites [e], ne adhuc mediocrem rem actam arbitremini, fundamenta sunt [f] acta reliquarum actionum. nam est hostis à senatu nondum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. Nũc verò multo sum erectior, quòd vos quoq. hostem [g] illum esse tãto consensu, tantóq. clamore approbauistis. Nec [h] enim fieri potest, vt non aut ij sint impij, qui contra consulem exercitum [i] comparauerunt: aut ille hostis, contra quem iure arma sumta sunt. Hanc igitur dubitationem, quanquã nulla erat, tamẽ nequa posset esse, senatus hodierno die sustulit. C. Cæsar, qui remp. libertatémq. vestram suo studio, cõsilio patrimonio deniq. tutatus est. & tutatur: maximis senatus laudib. ornatus est. Laudo, laudo vos, Quirites, cùm gratissimis animi prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potiùs. sunt enim facta eius, immortalitatis: nõ [k] ętatis. multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex omni sæculorũ memoria tale cognoui: qui cùm seruitute premeremur [l], & in dies malum crescceret, præsidij nihil haberemus, capitalem & pestiferũ Brũdisio [m] M. Antonij reditũ timeremus: hoc insperatum omnibus consilium incognitum certè ceperit [n], vt exercitũ inuictum ex [o] Hispanis militib. conduceret, Antoniq. furorem crudelissimis consiliis incitatum à pernicie reip. auerteret. Quis est enim, qui hoc non intelligat, nisi Cæsar exercitum parauisset, non sine exitio nostro futurum Antonij reditum fuisse? ita enim se recipiebat ardens odio vestri, cruentus sanguine ciuium [a], quos Suessæ, quos Brũdisij occiderat, vt nihil, nisi de [b] reip. pernicie cogitaret. Quod autẽ erat præsidium salutis, libertatisq. vestræ, si C. Cęsaris, fortissimorũmq. sui patris militum exercitus non fuisset, cuius de laudibus, & honoribus, qui ei pro diuinis, & immortalibus meritis diuini, immortaléq. debentur, mihi senatus assensus paullo antè decreuit, vt primo quoq. tempore referretur. Quo decreto quis non perspicit Antonium hostẽ esse iudicatum? quem enim appellare [d] possumus eum, contra quem qui exercitus ducunt, iis senatus arbitratur singulareis exquirendos honores? Quid legio Martia? quę mihi videtur diuinitus ab [e] eo deo tra xisse nomen, à quo pop. R. generatum accepimus. nónne ipsa suis decretis priùs, quàm senatus, hostem iudicauit Antonium? nam [f], ille si non hostis: qui cõsulem reliquerunt, hosteis necesse est iudicemus. Præclara [h] & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimum Martialium comprobastis: qui se ad senatus auctoritatem, ad libertatem vestram, ad vniuersam remp. contulerunt: hostem illum, & latronem. & [i] parricidam patriæ reliquerunt. Nec solùm id animosè, & fortiter, sed considerate etiam, sapiẽtérq. fecerunt. Albæ constiterunt, in vrbe opportuna, munita, propinqua fortissimorum virorum, fidelissimorum ciuium, atq. optimorum. Huius Martiæ legionis legio Quarta imitata virtutem, duce L. Egnatuleio, quem senatus meritò paullo antè laudauit, C. Cæsaris exercitũ persecuta est. Quæ exspectas, M. Antoni, iudicia, grauiora? Cæsar fertur in cælum, qui contra te exercitũ comparauit. laudantur exquisitissimis verbis legiones, quæ te reliquerunt, quę

a L. ciuium
b L. de pernicie reip. c.
c L. si C. Cæsaris fortissimorum pacatis mil.

d L. possumus appellare eũ, contra q. c al. ab eo ipso deo
f L. non ipse g al. num si ille non hostis, hos, qui h L. Præclarè & loco, tecta

i L. & patricidium patr. P. B.

a L. quæ essent, si te consulem, quàm hostem maluisses: tuæ q.

à te arcessitæ sunt: quæ tuæ essent, si te consulem, quàm hostem maluisses: quarum legio num fortissimum, verissimúmque iudicium confirmat senatus, comprobat vniuersus populus R. nisi fortè vos, Quirites, consulè, non hostem iudicatis Antonium. Sic

b L. sic arbitrabar, Quirites, vos iud.

b arbitrabar vos iudicare, vt ostenditis. municipia

c De municipiorum coloniarum, & præfecturarũ differentia aliàs dixi.

c, colonias, præfecturas, num aliter iudicare cẽsetis? omnes mortales vna mente consentiunt: omnia arma eorum, qui hæc salua velint, contra illam pestem esse capienda. Quid?

d L. Quid? municipia, col.

d D. Bruti iudicium, Quirites, quod ex hodierno eius edicto perspicere potuistis, num cui tandem contemnendum videtur? Rectè, & verè negastis

e L. negatis, Quir.

e, Quirites. *Est enim quasi deorum immortalium beneficio, & munere datum reip. Brutorum genus, & nomen, ad libertatem populi R. vel constituendam, vel recuperandam.* Quid igitur D. Brutus de M. Antonio iudicauit? excluſit

f v.c. vel recipiendam. al. vel recuperandam.

f prouincia: exercitu obstitit: Galliam totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte, suóque iudicio excitatam. Si consul Antonius: Brutus hostis. si conseruator reip. Brutus: hostis Antonius. Nũ igitur, vtrum horum sit, dubitare possumus? Atquih, vt vos vna mente, vnáque voce dubitare vos negatis: sic modò decreuit senatus, D. Brutum optimè de rep. mereri, cùm senatus auctoritatem populíq. R. libertatem, imperiúmque defenderit.

g L. excludit prouinc. exercitu obstitit.

h L. Atque, vt vos vna m. P. CXCIII.

i L. defenderet. A quo defenderet?

i. A quo defenderet? nempe ab hoste. quæ est enim alia laudanda defensio? Deinceps laudatur prouincia Gallia, meritóq; ornatur verbis amplissimis à senatu, quòd resistat Antonio. quem si consulem illa prouincia putaret, neque eum reciperet, magno scelere se adstringeret. omnes enim sub

k v.c. in consulis iure, &

k consulis iure, & imperio debent esse prouinciæ. Negat hoc D. Brutus imperator, consul designatus, natus reip. ciuis: negat Gallia, negat cuncta Italia, negat senatus, negatis vos. Quis

l L. quis illũ igitur consi.

l igitur illum cõsulem, nisi latrones putant? quanquã ne ij quidẽ ipsi, quod loquuntur, id sentiunt: nec à iudicio omniũ mortalium, quamuis impij, nefariíq. sint, sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapiendi, at-

m L. obcæcat anim.

m que prædandi cæcat animos eorum: quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non

n L. non illa infinita hasta fatiauit,

n illa infinita Pompeij hasta fatiauit: qui sibi vrbem, qui bona, & fortunas ciuium ad prædam proposuerunt. qui, dum sit quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur: quibus M. Antonius *(ô dij immortales, auertite, & detestamini, quaso, hoc omen)* vrbem se diuisurum esse promisit. Ita

o verò ei, vt precamini, eueniat, quo huius amentiæ pœna in ipsum familiámq. eius recidat, quod ita futurum esse confido. iam enim non solùm homines, sed etiã deos immortaleis ad remp. conseruandam arbitror consensisse. Siue enim prodigiis, atque portentis dij immortales nobis futura prædicunt: ita sunt apertè denuntiata

a L. ita verò, Quirites, vt precamini, ei eueniat, atq. huius am.

p, vt & illi pœna, & q libertas nobis appropinquet: siue tantus consensus omnium, sine impulsu deorum esse non potuit. quid est, quòd de voluntate cælestium dubitare possimus? Reliquum est, Quirites, vt vos in ista sententia, quam præ vobis fertis, perseueretis. ¶ Faciam

p al. pronuntiata.

q L. & nobis libertas

r igitur, vt imperatores instructa acie solent: quàquam paratissimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen adhortentur: sic ego vos ardenteis, & erectos ad libertatem recuperandam

P. B. PERORATIO.*

a, cohortabor. Non

b est, non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen, quocum

c aliqua pacis conditio esse possit. neq. enim ille seruitutem vestram, vt antea, sed iam iratus sanguinem concupiscit. nullus ei ludus videtur esse iucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm antè oculos trucidatio ciuium. Non

d est vobis, Quirites, cum scelerato homine, atq. nefario, sed cum immani tetráque bellua

e: quæ quoniam *in foueam incidit*, obruatur. si enim illinc emerserit, nullius supplicij crudelitas erit recusanda. sed tenetur, premitur, vrgetur

f, nũc iis copiis, quas

g iam habemus: mox iis, quas paucis diebus noui consules comparabunt. Incumbite in causam, Quirites, vt facitis. Nunquãh vester cõsensus maior in vlla causa fuit: nũquam tam vehementer cum senatu consociati fuistis. nec mirum. agitur enim nõ qua conditione victuri, sed victuríne simus, an cum supplicio, ignominiáque perituri. Quãquam *mortem quidem omnibus natura proposuit; crudelitatem mortis, & dedecus, virtus propulsare solet*: quæ propria est Romani generis, & seminis. hanc retinete, quæso, Quirites, quam vobis tanquam hereditatem, maiores vestri reliquerunt. *quanquam omnia*

i *alia, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nũquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri* k *loco.* Hac maiores nostri

l primùm vniuersam Italiam deuicerũt: deinde Karthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt, potentissimos reges, bellicosissimas gentes, in ditionem huius imperij redegerunt. Ac maioribus quidem vestris, Quirites, cum eo hoste res erat, qui haberet remp. curiam, ærarium, consensum, & concordiam ciuium, rationem aliquam, si

m res ita tulisset, pacis, & fœderis: hic vester hostis vestram remp. oppugnat, ipse habet nullam: senatum, id

n est, orbis terræ consilium, delere gestit, ipse consilium publicum nullum habet: ærarium vestrum exhausit, suum non habet. nam concordiam ciuium quî habere potest, nullam qui habeat ciuitatem? pacis verò quæ potest esse

o cum eo ratio, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla? Est igitur, Quirites, populo Rom. victori omnium gentium, omne certamen cum

p excursore, cum latrone, cum Spartaco. Nam, quòd se similem Catilinæ

q esse gloriari solet: scelere par

r est, belli industria inferior. Ille cùm exercitũ nullũ haberet

r, repentè conflauit: hic

s eum ipsum exercitum, quem accepit, amisit. Vt igitur Catilinam diligentia mea, senatus auctoritate, vestrò studio, & virtute fregistis: sic Antonij nefarium latrocinium vestra cum senatu cõcordia tanta, quanta nunquam fuit, felicitate & virtute exercituum, ducúmque vestrorum breui tẽpore oppressum

t audietis. Equidem, quantum cura, labore, vigiliis, auctoritate, consilio, eniti, atq. efficere potero, nihil prætermittam, quod ad libertatem vestram pertinere arbitrabor. neq. enim id provestris in

u me amplissimis beneficiis sine scelere facere possum. hodierno autem die primùm, referente viro fortissimo, vobisq. amicissimo, M.

v hoc Seruilio, collegísq. eius ornatissimis viris, optimis ciuibus, lõgo interuallo, me auctore, & principe ad spem libertatis exarsimus.

I.N.

a v.c. recuperandam,

b L. Non est vobis, Quirites, c al. cum qui

d L. Non est vobis, Quirites, cum e L. belua:

f L. vrguetur g al. quas habemus: h L. Nunquã maior cõsensus vester in

i L. alia omnia, incerta s. al. omnia falsa, incerta caduca, &c.* k L. demonstri loco. l L. vestri pr.

p. 194.

m L. si ita res tul.

n si alibi, senatus publicum orbis terræ consilium.*

o al. cum eo esse ratio,

p L. cum percussore

q L. esse Catilinæ gl.

r L. par est illi industria in s. s L. habuisset, t L. hic eum exercitum.

u al. oppressum esse audietis.

x L. amplissimis in me b.

y L. Hoc Mi Serail.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA QVINTA.

ORATIO QVADRAGESIMASEPTIMA.

Synopsis.

¶ Dissuadet legatos ad Antonium mitti. Contrà, suadet acta ab Antonio rescindenda, ne præmia Reip. defensoribus decernenda.

a EXORDIVM.

NIHIL[a] vnquam longius[k] Kalendis Ian. mihi visum est, patres conscripti: quod idē intelligebā per hos dies vnicuique vestrūm videri. qui enim bellum cum rep. gerunt, hunc diem non expectant[c], nos autem tum, cùm [d] maximè consilio vestro subuenire communi saluti oporteret, in senatum non [e] conuocabamur. Sed querelam præteritorum dierum sustulit oratio consulum: qui ita locuti sunt, vt magis exoptatæ[f] Kalendæ Ian. quàm seræ esse videantur. Atque[g] vt oratio consulum animū meum erexit, spémq. attulit non modò salutis conseruandæ, verùm etiam dignitatis pristinę recuperandæ[h]: sic me perturbasset eius sententia, qui primus rogatus est, nisi vestræ virtuti, constantiæque confiderem. Hic enim vobis, Patres conscripti, dies illuxit: hęc potestas data est, vt, quantum virtutis, quantū constantię, quantum grauitatis in huius ordinis consilio esset, pop. R. declarare possetis. Recordamini, qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quātus consensus vestrūm, quanta virtus, quanta cōstantia: quantam fitis à pop. R. laudem, quantam gloriam[i] consecuti. Atq. illo die, P. C. ea constituistis, vt vobis nihil[k] iam sit integrum, nisi aut honesta pax, aut bellum necessarium. Pacem vult M.[l] Antonius? arma ponat, roget, deprecetur, neminem[m] æquiorem me reperiet: cui[n] quidem, dum se ciuibus impiis commendat, inimicus esse, quàm amicus maluit. nihil est profectò, quòd [o] dari possit bellum gerenti. erit fortasse aliquid, quod concedi possit roganti. Legatos verò ad eum mittere, de quo grauissimum Piudicium nudiustertiusdecimus feceritis, non iam leuitatis est, sed, vt, quod sentio, dicam, dementiæ. Primùm [q] enim eos duces laudauistis, qui contra illum priuato consilio bellum suscepissent: deinde milites veteranos, qui cùm ab Antonio in colonia essent deducti, illius beneficio libertatem pop. R. anteposuerūt. Quid[s] legio Martia? quid? Quarta, cur[t] laudantur? si enim consulem suum reliquerunt, vituperādæ sunt: si inimicum reipub. iure laudantur. Atqui cùm consules nondum habueritis, decreuistis, vt & de præmiis militum, & de honoribus imperatorum primo quoque tempore referretur. Placet eodem tempore præmia constituere iis, qui contra Antonium arma ceperunt[a], & legatos ad Antonium mittere? vt iam pudendum sit, honestiora[b] esse legionum decreta, quàm senatus. siquidem legiones decreuerūt senatum defendere contra[c] M. Antonium: senatus decernit legatos ad Antonium. Vtrùm hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem? Hoc dies duodecim perfecerunt[d], vt, quem nemo, præter Cotylam, tum inuentus sit, qui defenderet, is habeat iam patronos etiam consulares[e]? Qui vtinā omnes ante me sententiam rogarentur, (quamquam suspicor, quid dicturi sunt quidam eorum, qui post me rogabuntur.) faciliùs contrà dicerem, si quid videretur. est enim opinio, decreturum aliquem M. Antonio illam vltimā Galliam, quam Plancus obtinet. Quid[f] hoc aliud est, quàm ad bellū ciuile hosti arma largiri? primùm *neruos belli, pecuniam infinitā*, qua nunc eget: deinde equitatum, quantū velit equitatū dico? dubitabit credo, gēteis barbaras secum adducere. Hoc qui non videt, excors: qui, cùm videt, decernit, impius[g]. Tu ciuem sceleratum, & perditum, Gallorum, & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copijs instrues? nullæ istæ excusationes sunt. Meus amicus est. Sit[h] patrię priùs. Meus cognatus. *an potest cognatio villæ propior esse, quàm patria, in qua parentes et iam continentur?* Mihi pecuniam attribuit, cupio videre, qui id audeat dicere. Quid autem agatur, cùm aperuero, facile erit statuere, quam sententiam dicatis, aut quam sequamini. Agitur, vtrùm M. Antonio facultas detur opprimēdæ reip. cædis[l] faciendæ, bonorum diripiendorum, vrbis, agrorum, suis latronibus condonandi, populum Ro. seruitute opprimendi: an horum nihil facere ei[m] liceat, dubitatis? an non cadunt hæc in Antonium? Hoc ne Cotyla quidem dicere auderet. quid enim in eum non cadit? qui, cuius acta se defendere dicit, eius[n] leges peruertit, quas maximè laudare poteramus. Ille paludes siccare voluit: hic omnem Italiam moderato homini, L. Antonio, diuidendam dedit. Quid? hanc legem populus Rom. accepit? quid? per auspicia ferre[o] potuit? Sed augur verecundus sine collegis de auspiciis, quamquam illa auspicia non [p] egent interpretatione augurum. *Ioue enim tonante cum* [q]

a L. ceperint.
b L. honestiora decreta esse leg.
c L. contra Antonium.
d al. profecerunt.
e L. consulareis.
f L. Quid est aliud omnia ad bell.
g L. impius est. Tu ciu.
h L. Sit patria pr.
i L. propior villa esse.
k L. etiam patrentes cont.
l L. cædis faciendę bonorum, diripiędæ vrbis, agrorum, suis latronib. c.
m L. ei liceat. Dubitare, quid agatis.
n L. eius eas leges p.
o L. ferri p.
p L. non egęt interpretatione. Ioue enim t.
q L. cum populo agi n.

populo Rom. agi non esse fas, quis ignorat? Tribuni pleb. tulerunt de prouinciis contra acta Cæsaris, ille [a] biennij, iste sexennij, num etiam hanc legem pop. Rom. accepit? quid? promulgata fuit? quid? nónne antè lata quàm scripta? nónne [b] antè factam vidimus, quàm futuram quisquam est suspicatus? vbi lex Cæcilia [c] & Didia? vbi promulgatio trinundinum [d]? vbi pœnæ recenti lege Iunia [e], & Licinia? posſúntne hæ leges ratæ esse sine interitu legum reliquarum? Eccui potestas in forum introeundi [f] fuit? quæ porrò illa tonitrua? quæ tempestas? vt, si auspicia M. Antonium non mouerent, sustinere tamen eum, ac ferre [g] potuisse tantam vim tempestatis, imbris, ac turbinum, mirum videretur. Quam legem igitur se augur dicit tulisse, non modò tonante loue, sed propè celesti clamore prohibente, hãc dubitabit contra auspicia latam confiteri? Quid? quòd cum [h] eo collega tulit, quem ipse fecit sua [i] nuntiatione vitiosum, nihílne ad auspicia bonus augur arbitratus [i] est pertinere? Sed auspiciorum nos fortasse erimus interpretes, qui sumus eius collegæ. num ergo etiam armorum interpretes quærimus [k]? Primùm omnes fori aditus ita [l] sunt sæpti, vt etiam si nemo obstaret armatus, tamen, nisi sæptis reuulsis, introiri in forum nullo modo posset. sic verò erat [m] disposita præsidia, vt quo modo aditus [m] hostium prohibetur castellis, & aggeribus, ita ab ingressione fori populum [n] non teneri. Si quam legem de actis Cæsaris confirmandis, déve dictatura in perpetuum tollenda, déve coloniis in agros deducendis, tulisse M. Antonius dicitur, eaſdẽ leges de integro, vt populũ teneant, saluis auspiciis ferre [p] placet. *Quamuis ergo bonas leges vitiosè, per vimque tulerit: tamen hæ leges non sunt habendæ:* omnísq. audacia gladiatoris amentis, auctoritate nostra repudiandæ [r] est. Illa verò dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam sestertium [s] sepries millies falsis perscriptionibus, donationibúsque auertit: vt portẽti simile videatur, tantam pecuniam populi R. tam breui tempore perire potuisse. Quid? illi immanes quæstus, ferendíne quos M. Antonij tota exhausit domus? decreta [t] falsa vendebat. regna, ciuitates, immunitates, in æs, accepta pecunia, iubebat incídi. hæc se ex commentariis Cæsaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat [u], in interiore ædium parte totius reip. nundinæ: mulier sibi felicior, quàm [x] viro, auctionem prouinciarum, regnorúmque faciebat: restituebantur exsules, quasi lege, sine lege: quæ nisi auctoritate senatus rescinduntur, quoniam ingressi in spem reip. recuperandæ [y] sumus, imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. Neq. solùm commentariis commentitiis, chirographísq. [z] venalib. innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, cùm, quæ vendebat Antonius, ea se ex actis Cæsaris agere diceret: sed senatus etiam consulta, pecunia accepta, falsa referebat: syngraphæ obsignabantur, senatusconsulta [a], tanquam facta, ad ærarium referebantur. Huius turpitudinis testes erant etiam exteræ nationes. Fœdera interea facta: regna data: populi, prouinciæque liberatæ: earúmq. [a] rerum falsæ tabulæ, gemente populo R. toto Capitolio, figebantur. Quib. reb. tanta pecunia, vna in domo coaceruata est, vt, si hoc genus [b] in vnum redigatur, non sit pecunia populo R. defutura [c]. Is etiam legem [d] iudiciariam tulit, homo castus atq. integer: iudiciorum, & iuris auctor. in quo nos fefellit Antesignanos, & manipulareis, & Alaudas [e], iudices se constituisse dicebat. At ille legit aleatores, legit exsules, legit Græcos. O concessum iudicum præclarũ! ô dignitatẽ cõsilij admirandã! Pauet [f] animus apud consilium [g] illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audacissimum, & perditissimum. sed [h] fac ita non esse, num Latinè scit? num [k] ex iudicum genere, & forma? num [l] leges nostras morésve nouit? num denique homines? est enim Creta vobis notior, quàm Roma Cyde: delectus [m] autem, & notatio [n] iudicum, etiam in nostris ciuib. haberi solet. Gortynium verò iudicem quis nouit, aut quis nosse potuit? Nam Lysiadem Athenien sem pleriq. nouimus. est enim Phædri [o], philosophi nobilis, filius: homo pretereà festiuus, vt ei cum M. P. Curio consessore eodem, & collusore, facillimè possit conuenire. Quæro igitur, si Lysiades citatus iudex non respondérit, excusetúrq. Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ, & Athenis res iudicare: accipiétne excusationem is, qui quæstioni præerit, Græculi iudicis, modò palliati, modò togati? An Athenien sium antiquissimas leges negliget? Qui porrò ille confessus, dij boni? Cretensis iudex, isque nequissimus. quemadmodum [q] ad hunc reus alleget? quomodo accedat? dura natio est. At Athenienses misericordes. puto ne Curium quidem esse crudelem, qui [r] quotidie periculum fortunæ faciat. Sunt item lecti iudices, qui fortasse excusabuntur. habent enim legitimam excusationem, exsilij causa solum vertisse, nec esse posteà restitutos. Hos ille demens iudices legisset: horum nomina ad ærarium detulisset: his magnam partem reip. credidisset, si vllã speciẽ reip. cogitauisset [s]. Atq. ego de notis iudicibus dixi. quos minùs notis, nolui nominare: saltatores, citharistas, totum deniq. comessationis [t] Antonianæ chorũ, in tertiam decuriam iudicum scitote esse col lectum [u]. hæc causa cur lex tam egregia, támque præclara, maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & tonitrua ferretur, vt eos iudices haberemus, quos [x] socios ad epulas habere hospites nemo velit scelerũ magnitudo, conscientia maleficiorũ, direptio eius pecuniæ, cuius ratio in ædem Opis confecta est, hanc tertiam decuriam excogitauit: nec antè turpes iudices quæsiti, quàm honestis iudicibus nocentiũ salus desperata est. Sed illud os, illam impuritatẽ cœni fecisset, vt hos iudices legere auderet! quorũ lectione duplex imprimeretur reip. dedecus: vnum, quòd tam turpes iudices essent: alterũ, quòd patefactũ esset, quàm multos in ciuitate turpes haberemus. Hãc [a] ego, & reliquas eiusmodi leges, etiam si sine vi, saluis auspiciis, essent rogatæ, censerem tamen abrogandas. nunc vero cur [b] non abrogandas censeam, quas iudico nõ rogatas? An illa nõ grauissimis ignominiis, monumentísq. huius ordinis ad posteritatis memoriã, sunt notanda, quòd vnus

[a] L. ille biennium, hic sexennium
[b] L. non antè factum vidimus, quàm futurum q. c de lege Cæcilia & Didia dixi in oratione pro domo. Ibidem vide.*
[d] De trinundino proponendis legibus dato adde Dionem 45. 46. & 5. Gell. 15.*
[e] lege Iunia & Licinia v. deatur confirmatæ Cæcilia & Didia leges.*
[f] L. insinuandi fuit?
[g] L. ferre posse tant.
[h] al. cum collega tulit,
[i] L. pertinere arbitratus est?
[k] L. erimus?
[l] L. ita sæpti sunt.
[m] L. hostium aditus vrbe prohibentur, ita castellis, & operibus ad ingress. ‖ al. aditus hostium prohibẽtur. al. aditu hostes prohibentur.*
[n] L. esse latas
[o] al. populum Ro.
[p] L. ferri pl.
[q] L. Quamuis enim res bonas vitiose,
[r] vel. repudenda. al. refundenda.*
[s] al septies sestertium,
[t] vide 13. Epist. famil. 1. & 14 ad Attic. 12.*
[u] L. dicebat. calebant in interiore æd.
[x] L. quam viris,
[y] v. c. recipe randæ sumus
[z] v. Philippica 1. & 2.*
[a] L. senatusconsulta nũquam facta ad ærarium deferebãtur. al. senatusconsultã nũquã facta tanquã facta, ad ærarium deferebantur,

[a] al. earúmq; ipsarum rerũ
[b] al. genus penè in vnũ &c. vel, genus pæne. vel. genus pe cuniæ.*
[c] L. defutura
Legem etiam iud.
[d] Lex Iudiciaria ab Antonio lata, cuius etiam meminit Philip. 8.*
[e] Alaudæ legioni memi P. CXCVII. nit Philippica 13. infrà: & item Suet. Cæs.
[f] L. Auet animus
[g] al. illud cõsilium
[h] L. Sed fac non esse.
[i] Iudices Romæ nisi qui latinè scirẽt, fieri non poterant.*
[k] L. num est ex iud.
[l] L. nũ, quod maximum est, leges nostras, mor. al. num, quod caput est, leges nostr. m. v. c. Dilectus
[n] Iudicibus legendis delectus habebatur.*
[o] 15 famil. 1.* [p] al. M. Curio
[q] L. quem ad hunc reus alleget?
[r] L. qui periculum fortunæ quotidie faciat.
[s] fors. cogitasset?
[t] L. comissationis Antonianæ chorũ,
[u] L. coniectũ, ‖ & ita loquitur Cicero P. 2. Philip. 1. Sic alibi coniecta pro coniecta male adscripsit 1. & 2. de diuinat. En causam, cur lex.*
[x] L. quos hospites habere nemo velit.
[y] L. fuisse,
[z] L. quod patefactum, cognitúmque esset, quam mult.
[a] al. Hanc ergo,
[b] L. cur abrogandas ?

vnus

vnus M. Antonius in hac vrbe post [a] vrbem cõditam palàm secum habuit [b] armatos? quod neque reges [c] fecerunt, neque ij, qui, regibus exactis, regnum occupare voluerunt. Cinnam memini: vidi Syllam: modò Cæsarẽ, hi enim tres post ciuitatem à L. Bruto liberatam, plus potuerunt, quàm vniuersa respub. Non possum affirmare, nullis telis eos stipatos fuisse: hoc dico, nec [d] multis, & occultis. At hanc pestem agmen armatorum sequebatur: Classitius, Mustela, Tiro, gladios ostentantes sui similes greges ducebant per forum: certum agminis locum tenebant barbari sagittarij. cùm autem erat ventum ad ædem Concordiæ, gradus complebantur, lecticæ collocabantur: non quòd ille scuta occulta esse vellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent, laborarent. Illud verò tæterrimum [e] auditu, non modò adspectu, in cœlia Concordiæ collocari armatos, latrones, sicarios: è [f] templo carcerem fieri: apertis [g] valuis Concordiæ, cùm inter subsellia senatus versarentur latrones, patres cõscriptos sententias dicere. Huc etiam *nisi venirẽ Kalend. Septemb. fabros se missurum, & domum meam disturbaturum esse dixit.* Magna res, credo, agebatur. de supplicatione referebatur [h]. Veni postridie: ipse nõ venit. locutus sum de rep. minùs equidem liberè, quàm mea consuetudo: liberiùs tamen, quàm pericula [i], minæq. postulabant. At ille homo vehemens, & violentus, qui hanc consuetudinem liberè dicendi excluderet (fecerat enim hoc idem maxima cum laude L. [k] Piso xxx. [l] dieb. ante me) inimicitias mihi denuntiauit: adesse [m] in senatu iussit [n] ad XIII. kalend. Octob. ipse interea decem [o] & septẽ [p] dies de me in Tiburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens. hæc enim ei causa esse solet [q] declamãdi. Cùm is dies, quo me adesse iusserat, venisset, tum verò agmine quadrato in ædem Concordiæ vênit, atq. in me absente oratiunculam ore [r] impurissimo euomuit. quo die, si per amicos mihi cupieti in senatũ venire licuisset, cædis initium fecisset à me. sic enim statuerat. cùm autem gladiũ scelere imbuisset, nulla res ei finem cædendi, nisi defatigatio, & satietas, attulisset. etenim aderat L. frater, gladiator Asiaticus, qui myrmillo Mylasis depugnarat: sanguinem nostrum sitiebat. suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. hic pecunias nostras æstimabat: possessiones notabat & vrbanas, & rusticas: huius mendicitas auiditatẽ [s] coniuncta in fortunas nostras imminebat: diuidebat agros quibus, & quos volebat: nullus aditus erat priuato, nulla æquitatis deprecatio. tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat diuisor Antonius. Quæ quanquam, si leges irritas feceritis, rata esse non possunt: tamen separatim suo nomine notandã [t] censeo: iudicandúmq. nullos septemuiros fuisse: nihil placere ratum esse quod ab iis actum diceretur. M. verò Antonium quis est, qui ciuem possit iudicare potiùs, quàm tæterrimum, & crudelissimum hostem, qui pro æde Castoris sedens, audiente populo R. dixerit, nisi victorem, victurũ neminem? Num [x] putetis, P.C. dixisse eum minaciùs, quàm facturum fuisse? Quid verò, quòd in concione dicere ausus est, se, cùm magistratu abisset, ad [y] vrbem venturum cum exercitu? introituru, quotiescumque vellet? Quid erat aliud, nisi denuntiare populo R. seruitutem? Quod autem eius iter Brundisium? quæ festinatio? quæ spes, nisi vt ad [a] vrbem ocyus exercitum maximum adduceret? qui autem dilectus cẽturionum? quæ effrenatio impotentis animi? Cùm eius promissis legiones fortissimæ reclamassent, domum ad se venire iussit centuriones, quos bene de rep. sentire cognouerat: eósq. ante pedes suos, vxorisque suæ, quã secum grauis imperator ad exercitum duxerat, iugulari coegit. Quo animo hunc futurũ fuisse censetis in nos, quos oderat, cùm in eos, quos numquam viderat, tam crudelis fuisset, & quàm auidum in pecuniis locupletum [b], quã pauperum sanguinem concupiisset? quorum ipsorum bona, quantacumq. erant, statim comitibus [c] suis, compotoribúsq. descripsit. Atque ille furens infesta iam patriæ signa Brundisio [d] inferebat: cùm Cæsar [f] deorum immortalium beneficio, diuini animi, ingenij, consilij magnitudine cùm [g] sua sponte, eximiáq. virtute, cum approbatione auctoritatis meæ, colonias patricias adiit: veteranos milites conuocauit? paucis diebus exercitum feciti: incitatos latronis impetus retardauit. Posteà verò, quàm legio Martia ducem præstantissimum vidit, nihil egit aliud, nisi, vt aliquãdo liberi essemus: quam est imitata quarta legio. Quo ille nuntio audito, cùm senatum vocasset, adhibuisséq. consulares, qui sua sententia C. Cæsarem hostem iudicaret, repentè concidit. Pòst autem, neq. sacrificiis sollemnibus factis, neq. votis nuncupatis, nõ profectus est, sed profugit [k] paludatus. At quò? in prouinciam firmissimorum, & fortissimorum ciuium: qui illum, ne si ita quidem venisset, vt nullum bellum inferret, ferre potuissent: impotentem, iracundum, contumeliosum, superbum, semper poscentem, semper rapientem, semper ebrium. At ille, cuius ne pacatam quidẽ nequitiam quisquam ferre posset, bellum intulit prouinciæ Galliæ: circumsedit [l] Mutinam, firmissimam, & splendidissimam populi Romani coloniam: oppugnat D. Brutum imperatorem, cõsulem designatum, ciuem non sibi, sed nobis, & reip. natum. Ergo Annibal [m] horis, ciuis Antonius? quid ille fecit hostiliter, quod [n] hic aut non fecerit, aut faciat, aut nõ moliatur, & cogitet? Totum iter Antonij [o] quid habuit, nisi depopulationes, vastationes, cædeis, rapinas? quas non faciebat Annibal [p], quia multa ad vsum suũ reseruabat. At qui, qui in horam viuerent, non modò de fortunis, & de bonis ciuium, sed ne de vtilitate quidem sua cogitauerunt. Ad hunc (dij boni) legatos mitti placet? norunt isti homines formam reip. iura belli, exẽpla maiorum? cogitant, quid populi R. maiestas, quid senatus seueritas postulet? Legatos [r] decernitis: si vt deprecentur, contemnet: si vt imperetis, non audiet: denique quamuis seuera legatis mandata dederimus, nomen ipsum legatorum, hunc, quem videmus, populi R. restinguet ardorem municipiorum, atq. Italiæ franget animos. vt omittam hęc, quę magna sunt, certe ista legatio moram, & tarditatem afferet bello. Quamuis dicant, quod quosdam audio dicturos: Legati proficiscantur: bellum nihilominus paretur: tamen legatorum nomen ipsum & [s] animos molliet, & belli celeritatem morabitur. *Minimis momentis, P.C. maxima inclinationes temporum fiũt, cùm in omni casu reip. tũ in bello, & maximè ciuili: quod opinione*

a *al.* post conditam vrbem
b L. habuerit
c *v. c.* reges nostri fecerunt,
d *al.* nec ita multis, & occ.
e *v. c.* tæterrimum nõ modò auditu, sed etiam adspectu, P. 198.
f L. de templo
g L. opertis valuis Conc.
h L. referebat
i L. periculi minæ p.
k Philip. 1. & 2. famil. 2. & 3.
l L. XXX. diebus ante) inim.
m *v. c.* adesse in senatum
n L. iussit XIII. Kalendas Octobr.
o L. septemdecim dies p adde 12. famil. 2.
p L. declamãdi solet. C.
q L. ex ore imp.
r *al.* auiditati coniuncta,
P. B.
s *al.* nisi qui vicerent victurum nemi nem.
t *al.* notanda esse censeo:
x L. Num putatis, P.C.
y L. ad vrbem futurum cum
a *al.* ad vrbem vel in vrbem potiùs exere. *al.* ad vrbem, vel potiùs in vrbem exere.
b L. locupletium,
c *al.* suis comitio.
d *al.* discripsit, hoc est singulis distribuit. Idem verbum extat 12 epist. famil. 1. & 2. ad Quint. fratrem 1. Verrina de supplic. 8.
P. 199.
e L. a Brundisio
f C. Cæsar d.
g L. quãquam
f sp. exim. q. vir. tamen appr.
h L. patrias
i L. confecit
k Idem Philipp. 1.
l L. circumsedet
m L. Hannibal,
n L. quod hic non aut fecerit, aut faciat moliatur, & cog.
o L. Antonium
p L. Hannibal,
q *al.* Hæc qui in Hor.
r L. legatos decernis: si vt deprecetis cõtemnes: si vt imperes, n.
P. B.
s *v. c.* & animos hominũ molliet, & belli celerit.

plerumque, & fama gubernatur. Nemo quæret, quibuscum mandatis legatos miserimus: nomen ipsum legationis vltrò missæ, timoris esse signum videbitur. Recedat à Mutina, desinat oppugnare Brutum, decedat ex Gallia: nō est verbis rogandus, cogendus est armis. Non enim ad [a] Annibalem mittimus, vt à Sagūto recedat, ad quem miserat olim senatus P. Valerium Flaccum, & [b] Qu. Fabium Pāphilum: qui, si Annibal [c] non parēret, Kartaginem ire iussi sunt, nostros [d] legatos quò iubebimus ire, nisi paruerit Antonius? ad nostrum ciuem mittimus, ne [e] imperatorem, ne coloniam populi Rom. oppugnet. Itáne verò? hoc per legatos rogandus [f] est: Quid interest, per deos immortales, vtrùm hanc vrbem oppugnet, an huius vrbis propugnaculū, coloniámque [g] populi R. præsidij causa collocatam? Belli Punici secundi, quod contra maiores nostros Annibal [h] gessit, causa i fuit Sagunti oppugnatio. rectè ad eum legati missi, mittebantur ad Pœnum, mittebantur [k] ad Annibalem pro hospitibus nostris, & sociis. Quid simile tandem? nos ad ciuem mittemus [l], ne imperatorem populi Rom. ne exercitum, ne coloniam circūsedeat [m], ne oppugnet, ne agros depopulet, ne sit hostis. Age si paruerit, hoc ciue vti aut volumus, aut possumus? Ante diem XIII. Kalendas Ian. decretis vestris, eum concidistis [n]: cōstituistis, vt hæc ad vos Kalēd. Ian. referrentur, quæ referri videtis, de honoribus, & præmiis benè de rep. meritorum & merentium: quorum principem iudicauistis eum, qui fuit, C. Cæsarem, qui M. Antonij impetus nefarios ab vrbe in Galliā vertit [o]: deinde milites veteranos, qui primi Cæsarē secuti sunt: tum illas cælestes, diuináque legiones, Martiam [p], & Quartam, quibus, cùm consulem suum non modò reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores & præmia spopondistis: eodémq. die D. Bruti, præstantissimi ciuis, edicto allato, atque proposito, factum eius collaudauistis [q]. quódque ille bellum priuato consilio susceperat, id vos auctoritate publica comprobastis. Quid igitur illo die aliud egistis, nisi [r] vt re hostem iudicaretis Antonium? his vestris decretis aut ille vos æquo animo adspicere poterit, aut vos Illum fine [s] summo dolore videbitis? Excluſit illum à rep. distraxit, segregauit non solùm scelus illius [t], sed etiam, vt mihi videtur, fortuna quædam reip. qui si legatis paruerit, Romámque redierit: num quando [u] perditis ciuibus vexillum, quò concurrant, defuturum putatis? Sed hoc minùs vereor. Sunt [x] alia, ob quæ magis núquam parebit ille legatis. noui hominis insaniam [y], arrogantiam: noui perditi consilia amicorum, quibus ille est deditus. Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit [z], *familiam ducit.* Si [a] per se ipse sanus, quod núquam erit: per hos esse ei tamē non licebit. teretur interea tēpus: belli apparatus refrigescent. Vnde est adhuc bellū [b], nisi ex retardatione, & mora? vt primùm post discessum Iattonis, vel potiùs desperatā fugam, liberè senatus haberi potuit, semper flagitaui, vt conuocaremur quo die primum conuocati sumus, cùm designati consules nō adessent: ieci, sententia mea, maximo vestro consensu fundamenta reipub. seriùs omnino, quàm decuit: nec enim antè potui: sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum profectò nullum haberemus. *Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratū, fit plerunque robustius.* Sed tum exspectabantur Kalendæ Ian. fortasse non rectè. Verùm præterita omittamus. Etiámne hanc moram afferemus, dum proficiscantur legati? dum reuertantur? quorum exspectatio dubitationem belli afferet [a], bello autem dubio, quod post studium esse delectus [b]? Quamobrem, P.C. legatorum mentionem nullam censeo faciendam: rem administrandam arbitror sine vlla mora, & [c] confestim gerendam censeo: *tumultum decerni, iustitium [d] indici [e]. sagá sumi dico oportere, delectū [f] haberi: sublatis vacationibus in vrbe, & in Italia, præterea & Gallia tota.* Quæ si erūt facta: opinio ipsa, & fama vestræ seueritatis obruet sceleritati gladiatoris amē tiam. sentiet sibi bellum cum rep. esse susceptum: experietur consentientis senatus neruos, atque vireis. nam nunc quidem partium contentionem esse dicitat. quarum partium? alteri victi sunt, alteri sunt è mediis C. Cæsaris partibus, nisi fortè Cæsaris parteis à Pansa, & Hirtio consulibus, & à filio C. Cæsaris oppugnari putamus. Hoc verò bellum non est ex dissentione partium, sed ex nefaria spe perditissimorum ciuium excitatum: quibus bona, fortunæque nostræ notatæ sunt, & iam ad cuiusque opinionem distributæ. Legi epistolam Antonij, quam ad quendam septemuirum, capitalem hominem, collegam suum, miserat. *Quid concupiscas, tu videris. quod cōcupieris, certè habebis.* Hem [h], ad quem legatos mittamus: cui bellum moremur inferre: qui ne sorti quidē fortunas nostras destinauit [i], sed libidini cuiusque nos ita addixit, vt ne sibi quidem quidquam integrum, quod non alicui promissum iam sit, reliquerit. eum hoc, P. C. bello, bello, inquam, decertandum [k] est, idque confestim legatorum tarditas repudianda est. Quapropter, ne multa nobis quotidie decernenda sint: *consulibus [l] totam rem. p. committendam [m] censeo, hisque permittendū, vt resp. defendant, prouideántque, ne quid resp. detrimenti accipiat: censeóque, vt ijs, qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi si ante Kalendas Febr. ab eo discesserint.* Hæc si censueritis, patres conscripti, breui tempore libertatem populi Ro. auctoritatémque vestram recuperabitis. sin autem leniùs agetis, tamen eadem, sed fortassè seriùs decernetis. De [n] repub. quoad retuliſtis, satis decreuisse videor. ¶ Altera res est de honoribus: de quibus deinceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sententiis rogandis seruari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. A Bruto igitur, consule designato, more maiorum capiamus exordium: cuius, vt superiora omittam, quæ sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudiciis, quàm publicè laudata: quibusnam verbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus? *neque enim vllam mercedem tanta virtus, præter hanc laudis, gloriæque desiderat.* qua etiam si careat, tamen sit ipsa contenta, atque in memoria grato rum ciuium, tanquam in luce, posita lætetur. laus igitur iudicij, testimoniique vestri [o], tribuenda Bruto est. Quamobrem his verbis, P. C. senatusconsultum faciendum censeo: CVM D. Brutus, imp. cos. designatus, prouinciam Galliam

a L. ad Hannibalem
b L. & Q. Rebium Tampilum:
c L. Hannibal
d L. nostros quo iubemus ire, si non parent.
e L. ne imperatorē, coloniā, neq. pop.
f L. rogādum est?
g L. coloniam populi R.
h L. Hānibal
i vide Liuium 3.*
k L. mittebatur pro Hannibalis hostibus, nostris socijs.
l L. mittimus
m al. circumsideat,
n L. iudicastis
o L. auertit.
p v. c Martiā, & Quartam cōprobastis: quibus, cum esset.
q L. collaudastis:
r L. nisi vt hostem iudicar. Ant.
s al. sine dolore summo vid.
t L. ipsius.
u al. nunquā al. vnquam
x L. suos alia, quę magis timeam, & cogitem. nunquem p.
y L. insanam arrogantiam:
z L. depugnarit, famil. ducit. Sit per se P. B.
a L. Sit per se ipse sanus,
b al. bellum fradum, nisi*
c L. & confestim gerēdā: tumultū dec.
d Iustitiū indici solitū periculosissimis Reipub. temporibus. Idem infrà Philippica 6.*
e L. edici,
f L. dilectum hab.
g L. præter Galliam tota.
h L. En, ad quem
i al. destituit,
k al. certandum est,
l Certis personis rempublicā cōmittebant difficilimis Reipublicæ tēporibus, vt dixi in Catilinarijs.*
m L. commēdandam est.
n L. De repub. quæ de rebus
o L. nostris

Galliam in senatus,populíq.Ro. potestate teneat:cúmque exércitum tantum, tam breui tempore,summo studio municipiorum,coloniarúmque prouinciæ Galliæ, optimè de rep. meritæ, merentíſq. conſcripſerit, comparárit:id eum rectè,& ordine,éxq.rep.feciſſe:idque D.Bruti præſtantiſſimum meritum in rép. ſenatui,populóque R.gratum eſſe,&fore.itaque ſenatum, populúmque R. exiſtimare, D. Bruti,imp.cos.deſignati opera,conſilio, virtute,incredibilíque ſtudio, & cõſenſu prouinciæ Galliæ,reip.difficillimo tempore eſſe ſubuentum. Huic tanto merito Bruti,P.C.tantóque in remp.beneficio, quis eſt tantus honos, qui non debeatur? nam ſi M. Antonio patuiſſet Gallia,ſi oppreſſis municipiis,& coloniis imparatis, in illam vltimam Galliam penetrare potuiſſet: quantus reip.terror impendéret? dubitaret,credo, homo amentiſſimus,atque[a] omnibus conſiliis præceps, & deuius,non ſolùm cum exercitu ſuo, ſed etiam cum omni immanitate barbariæ bellum inferre nobis: vt eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere poſſemus. Hæc igitur habenda gratia eſt D.Bruto, qui illum, nõdum interpoſita auctoritate veſtra [b], ſuo conſilio, atque iudicio, non vt conſulem recepit,ſed, vt hoſtem,arcuit[c] Gallia,ſéque obſideri,quàm hanc vrbem,maluit.Habeat ergo huius tanti facti,támq.præclari decreto veſtro [d] teſtimonium ſempiternum: Galliáque quæ ſemper præſidet huic imperio, libertatíq.communi, meritò, veréque[e] laudetur, quòd ſe, ſuáſque vireis non tradidit, ſed oppoſuit Antonio. Atque etiam M.Lepido pro eius egregiis in rempub.meritis decernendos honores quàm ampliſſimos cenſeo. ſemper ille populum R. liberum eſſe [f] voluit, maximúmque ſignum illo die dedit voluntatis, & iudicij ſui, cùm Antonio diadema Cæſari imponente, ſe auertit,gemitúque & mæſtitia declarauit,quàtum haberet odium ſeruitutis: quàm populum R.liberum cuperet: quàm illa,quæ tulerat,temporum magis neceſſitate, quàm iudicio tuliſſet.Quanta verò is moderatione vſus ſit in illo tempore ciuitatis, quod[g] poſt mortem Cæſaris cõſecutum eſt,quis noſtrûm obliuiſci poteſt? Magna hæc:ſed ad maiora properat oratio. *Quid* enim, (ô dij immortales!) *admirabilius omnibus gentib.quid optatius populo Rom.accidere potuit,quàm,cùm bellum ciuile maximum eſſet, cuius belli exitum omnes timeremus, ſapientia*[h] *eius id potius exſtingui, quàm armis,& ferro rem in diſcrimen adducere*[i]? Quòd ſi eadem ratio Cæſaris fuiſſet, in illo tætro, miſeróque bello: vt omittam patrem, duos Cn. Pompeij, ſummi: & ſingularis viri, filios incolumeis haberemus:quibus certè *pietas fraudi eſſe non debet*[k]. Vtinam omneis M.Lepidus ſeruare potuiſſet. facturum fuiſſe declarauit in eo,quod potuit, cùm Sext.Pompeium reſtituit ciuitati maximum ornamentum reip. clariſſimum monumentum clementiæ ſuæ. grauis illa fortuna populi Rom.graue fatum. Pompeio enim patre, quod imperij populi Ro.lumen fuit, exſtincto, interfectus eſt patris ſimillimus filius. Sed omnia[l] mihi facta videntur deorum immortalium iudicio, & pietate,Sex.Pompeio reip.conſeruato. Quam ob cauſam iuſtam, atq.magnam, & quòd periculoſiſſimum ciuile bellum,maximúmque, humanitate, & ſapientia ſua M.Lepidus ad[a] pacem, concordiámque conuertit, ſenatuſconſultum his verbis cenſeo perſcribendum: Cùm à M.Lepido, imp. pontifice max.ſæpenumero reſp.& bene & feliciter geſta ſit, populúſq.R.intellexerit, ei dominatum regium maximè diſplicere:cúmque eius opera,virtute,conſilio, ſingulariq.clementia, & manſuetudine bellum acerbiſſimum ciuile ſit reſtinctum:Sextúſque Pompeius,Cn.F.Magnus,huius ordinis auctoritate ab armis diſceſſerit, & à M.Lepido, imp.pont.max.ſumma ſenatus, populíque R.voluntate ciuitati reſtitutus ſit: ſenatum, populúmque Rom.pro maximis, plurimíſque in remp. M.Lepidi meritis, magnam ſpem in eius virtute,auctoritate,felicitate,reponere otij, pacis, concordiæ, libertatis:eiúſq.in remp.meritorum ſenatum,populúmque R.memorem fore, éique ſtatuam [b] equeſtrem inauratam in Roſtris,aut quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis ſententia ſtatui placere. Qui honos, P.C.mihi maximus videtur: primùm, quia iuſtus eſt, non enim ſolùm datur propter ſpem temporum reliquorum,ſed[c] pro ampliſſimis meritis redditur: nec verò cuiquam poſſumus commemorare hunc honorem à ſenatu tributum iudicio ſenatu ſoluto,& libero. ¶ Venio ad C. Cæſarem, P.P. qui niſi fuiſſet, quis noſtrûm eſſe potuiſſet? aduolabat ad vrbem à Brundiſio homo impotentiſſimus, ardens odio, animo hoſtili in omneis bonos, cum exercitu, Antonius.quid huius audacię,& ſceleri poterat opponi?nondum vllos duces habebamus. non copias:nullum erat conſilium publicum, nulla libertas: dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ:fugâ quærebamus omnes, quæ ipſa exitum non habebat. Quis tum nobis, quis populo Ro.obtulit hunc diuinum adoleſcentem deus? qui, cùm omnia ad perniciem noſtram peſtifero illi ciui paterent, ſubitò præter ſpem omnium exortus, priùs cõfecit exercitum, quem furori M.Atonij opponeret, quàm quiſquam hoc eum cogitare ſuſpicaretur.Magni honores habiti Cn.Pompeio, cùm eſſet adoleſcens: & quidem iure, ſubuenit enim reipub. Sed ætate multo robuſtior,& militũ ducem quærentium ſtudio paratior, & in alio genere belli.non enim omnibus Syllæ cauſa grata. declarat multitudo proſcriptorum,tot municipiorum maximè ea lamitates. Cæſar autem annis multis minor, veteranos cupienteis iam requieſcere, armauit: eam complexus eſt cauſam, quæ eſſet ſenatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ, quæ[d] diis omnibus gratiſſima. Et Pompeius ad L. Syllæ maximum imperium, victorémque exercitum acceſſit: Cæſar ſe ad neminem adiunxit:ipſe princeps exercitus faciendi,& præfidij comparandi fuit. Ille [e] in aduerſariorum partibus agrum Picenum habuit munitum[f], hic ex Antonij amicis, ſed amicioribus libertatis[g], contra Antonium confecit exercitum. Illius opibus Sylla regnauit: huius præſidio Antonij dominatus oppreſſus eſt. Demus igitur imperium Cæſari: *ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poteſt.* ſit pro prætore eo iure, quo qui optimo, qui honos, quanquam eſt magnus illi ætati,tamen ad neceſſitatem rerum gerendarum,non ſolùm ad dignitatem valet.

a L. atque in omnib. conſ.

b al.noſtra,

c al.arcuit: Galliam, ſéque

d L.noſtra

e L.iuréque haud.

f al. liberum voluit,& ita v.s. P. CCII.

g al. quod mortem Cæſaris conſecutum eſt.

h L.ſapientia id potius exſting. ‖ al. ſapienti,clementi potiùs &c.*

i L.addere? & L.debuit.

k L.Sed omnia mihi videntur deor. imm.iudicio expiata, Sex.

a 10.familiar. rium 27.*

P. &.

b Idem Philippi.*

c fort. ſed etiam pro amplis.

P. CCIII.

d L.quæ diis hominibúſq. grat.

e L. Ille aduerſariorum partib.agr. Pic.ha.inimicum.

f al. amicum al.inimicũ.*

g L. libertatis, & ita v.s.

h al.illa ætas te.*

itaque illa quæramus, quæ vix hodierno die cõsequemur. Sed sæpe spero fore, huius adolescentis ornandi, honorandíque & nobis, & populo Ro. potestatem, hoc autem tempore ita censeo decernendum: Quòd C. Cæsar, C.F, pont. pro[a] pr. summo reip. tempore milites[b] veteranos ad libertatem populi R. cohortatus sit, eósque conscripserit: quódque legio Martia[c], Quartáque summo studio, optimóque in remp. consensu, C. Cæsare duce, & auctore, remp. libertatem populi Ro. defendant, defenderint: & quòd C. Cæsar, pro pr. d Galliæ prouinciæ cũ exercitu subsidio profectus sit: equites, sagittarios, elephantos in suam, populíque R. potestatem redegerit, difficillimóque reip. tempore, saluti, dignitatíque populi Ro. subuenerit: ob eas causas senatui placere, *C. Cæsarem, C.F. pontificem, propratorem*[e], *senatorem esse sententiámque loco prætorio dicere: eiúsque rationem, quæcũque*[f] *appetet, ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore quæstor*[g] *fuisset.* Quid est enim, P.C. cur eum non quàm primùm amplissimos honores capere cupiamus? *Legibus*[h] enim *annalibus* cùm grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adolescẽtiæ temeritatem verebantur. C. Cæsar ineunte ætate docuit, ab excellenti, eximiáque virtute progressum ætatis exspectari non oportere. Itaq. maiores nostri, veteresilli, admodũ antiqui, leges annales[i] non habebant: quas multis pòst annis attulit ambitio, vt gradus essent petitionis inter æqualeis. Ita sæpe magna indoles virtutis, priùs quàm reip. prodesse potuisset, exstincta fuit. At verò apud antiquos, Rulli, Dẽcij, Coruini, multóque alij recẽtiore aũt memoria superior Africanus, T.[m] Flaminius, admodũ adolescentes cõsules facti, tantas res gesserunt, vt populi R. imperiũ auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander? cùm ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nõnne tertio & tricesimo anno mortem obiit? quæ[n] est ætas nostris legibus decem annis minor, quàm consularis, ex quo iudicari potest. *virtutis esse, quàm ætatis cursum celeriorẽ.* Nam quòd ij, qui Cæsari inuident, simulant, se timere: ne verendũ quidem est, vt tenere se possit, vt moderari, ne honoribus nostris elatus intemperantiùs suis opibus vtatur. Ea natura rerũ est, P.C. vt qui sensum veræ gloriæ ceperit, quíq. se ab senatu, ab equitibus, pop. R. vniuerso senserit ciuem carum haberi, salutarémque reip. nihil cum hac gloria comparandum putet. Vtinam C. Cæsari, patri dico contigisset adolescenti, vt esset senatui, atque optimo cuiq. carissimus. quòd cùm consequi neglexisset: omnem vim ingenij, quę summa fuit in illo, in populari leuitate cõsumsit. Itaq. cùm respectũ ad senatum, & ad bonos non haberet, eam sibi viam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non posset. Eius autem filij longissimè[o] diuersa ratio[p]: qui cùm omnibus est, tum optimo cuique carissimus. in hoc spes libertatis posita est: ab hoc accepta iam salus: huic summi honores & exquirũtur, & parati sunt. Cuius igitur singularem prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus? quid enim stultius, quàm inutilem potẽtiam, inuidiosas opes, cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam anteferre veræ, graui, solidæ gloriæ? An[a] hoc vidit puer, si ætate processerit, non videbit? At est quibusdam inimicus, clarissimis, atque optimis ciuibus. Nullus iste timor esse debet. omneis Cæsar inimicitias reip. condonauit. hanc sibi iudicem cõstituit, hanc moderatricẽ omnium[b] factorum. Ita enim ad remp. accessit, vt eam confirmaret, nõ vt everteret, omneis habeo cognitos sensus adolescentis. nihil est illi rep. carius, nihil vestra auctoritate grauius, nihil bonorũ virorũ iudicio optatius, nihil vera gloria dulcius. Quamobrẽ ab eo non modò nihil timere, sed maiora, & meliora expectare debetis. neque, in eo, qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit timere, ne memoria maneat domestici doloris, quæ plus apud eum possit quàm salus ciuitatis. Audebo etiam obligare fidem meam, P.C. vobis populóque[c] Rom. quod profectò, cùm me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimescrémque in re maxima periculosam opinionem temeritatis. promitto, recipio, spõdeo, patres conscripti, C. Cæsarem, talem semper fore ciuem, qualis hodie sit, qualémq. eum maximè[d] velle, & optare debemus. Quæ cùm ita sint, de Cæsare satis hoc tempore dictum habeo. Neq. verò de L. Egnatuleio, fortissimo, & constantissimo ciue[e], amicissimo reip. silendum arbitror: sed tribuendum testimonium virtutis egregiæ, quòd is legionem quartam ad Cæsarem adduxerit, quæ præsidio consulibus, senatui, populóque Rom. reíque pub. esset, ob eam causam placere, vti L. Egnatuleio trien-nium[f] ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceat. in quo, P.C. non[g] tam commodũ tribuitur L. Egnatuleio, quàm honos. in tali enim re satis est nominari. De exercitu autem C. Cæsaris ita[h] censeo decernendum: *Senatui placere, militibus veteranis, quib*[i] *Cæsar ius, pontificũ, auctoritatémque huius ordinis defenderint, atque defendant, hũ, liberíque eorum, militiæ vacationem esse: vtique C. Pansa, A. Hirtius, cõsules, alter, ambóve*[l]*, cognoscerent, qui*[m] *ager colonus esset quò milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, vt iis militibus veteranis diuideretur de agro Campano separatim cognoscerent, iníretque rationem de cõmodo militum veteranorum augendo: legionísque Martiæ, & legioni quartæ, & iis militibus, qui de legione secunda tricesimaquinta*[n]*. ad C. Pansam, A. Hirtium, consules venissent, suáq. nomina dedissent*[o]*: quòd*[p] *ijs senatus, populúsq. Rom. libertas carissima sit, & fuerit, vacationem militiæ ipsis, liberísque eorum esse placere, extra tumultum Gallicum, Italicúmq. easque legiones, bello confecto, missas fieri placere: quantámque pecuniam militibus eam legionum in singulos C. Cæsar, pontifex, propretor*[q] *pollicitus sit tantam dari placere: vtique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter, ambóve, rationem agri habeant, qui sine iniuria priuatorum diuidi possit: íque*[r] *militibus legionis Martiæ, & legionis quartæ ita*[s] *daretur, assignaretur, vt quibus militib. amplissimè*[t] *dati, assignati essent.* Dixi ad ea omnia consules, de quibus retulistis quæ[u] si sint sine mora, maturéque decreta, faciliùs apparabitis ea, quæ tempus, & necessitas flagitat[v]. celeritate autem opus est, qua si essemus vsi, bellum, vt sæpe dixi, nullum haberemus.

a *al.* propræ tor,
b *al.* milites, & veteranos adlib. *nõ pla.* c to famil. 28. 11. famil. 7.*
d *al* pro præ tor.
e L. pro pr.
f L. quemcũ que magistra tum peteri, ita haberi vt haberi per leges liceret, si g *al* Prætor * h Leges Annales (quæ & Annariæ, Festo, Liuio 40. Arnobio 2. aduersus gentes. Prima autem lata fuit à L. Villio Trib. pleb. cuius familiæ cognomẽ postea inditum vt Annales appellarẽtur Quintil. anno vrbis 573. Postumio Albino & C. Calpurnio Pisone Coss. dicæ, quib. finiebatur annis magistratũ capiẽdi, id est quo quisque anno ætatis quẽque magistratum peteret ac ea peteret. Lex etiam Annalis à M. Pinario Rusca cuius diffusior M. Seruilius. *Cicero 2 de Oratore.* Fuit & alia lex à L. Genucio trib. pleb. lata. Ne quis eundem magistratum inter decem annos caperet. *Liuius 7. in fi.* (hac tamen lege solutus P. Scipio Aemilianus. *Flor 56.* Cui[o] meminit quoq. Cicero 3 de legib.*
i L. veteres illis leges annal non hab.
k Leges Annales de quibus supra di xi.*
l L. exstincta est. At v. *vsc.* exstincta[a] est. Atv.
m L. T. Flaminius,
n Consules 41. anno vtebatur, tamẽ dixit quin sub fec. equipol.*

a *al.* An qui hoc vidit puer, si ætate pr.
b L. consilio rum omniũ, atque fact. *al.* dictorum omnium, atq. fact.
P. P.
c L. populóq. R. *reiq.* publ. quod
d L. maximè esse, velle, & opt. dieb.
e L. ciui, amicissimóq. reique
f L. triennio ante
h L. non tantum comm. tr. L. Egn. h hac formula interrogati à Consule Senatores respondebãt: de qua plenius diximus Philipp. 3. in f.* i L. decernẽdum: *& ita v. c.*
lz qui Cæsaris, pontificis. propræt. hortatu, libertatẽ pop. R. auctoritatémq. &c.
l *Vel. Valer.* a 2. seu cognoscerẽt, id est alter. amboue si eis
videretur cognoscerent.* mL. qui agerbus colonis esset,
n v. c. XXXV.
o *al.* edidissent:
P. CCV.
p L. quòd iis senatus auctoritas, populiq. Ro.
q L. pro prætor *al.* cúmque imilitib.
r *al.* ita darẽt assignarent, PERORATIO.*
s L. quæ fierant
t L. flagitans

minores fieri non potuisse hoc ex loco intelligimus: sol legibus multi propter eas causas. quas Cicero hic retulit Imperatorib. 20. annis minores inuenimus l. ratio de offo *al.* longè sanè. di. p L. ratio est, qui

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA SEXTA.

ORATIO QVADRAGESIMA OCTAVA.

Synopsis.

Docet populum quid actum sit in senatu aduersus Antonium: & eum hortatur ad bellum Antonio inferendum.

a EXORDIVM.*

AVDITA[a] vobis esse arbitror, Quirites, quæ sint acta in senatu, quæ fuerit cuiusque sententia. res enim ex Kalendis Ian. agitata, paullò antè confecta est: minùs quidé illa seuerè, quàm decuit, non tamen omnino dissolutè. mora est allata bello, non causa sublata. Quamobrem, quod quæsiuit à me[b] P. Apuleius, homo & multis officiis mihi, & summa familiaritate coniunctus, & vobis amicissimus, ita respondebo, vt ea, quibus non interfuistis, nosse possitis. Causa[c] fortissimis, optimisque consulibus Kalend. Ianuar. de repub. primùm referendi fuit ex eo, quod XIII. Kalend. Ian. senatus me auctore decreuit. Eo die primùm, Quirites, fundamenta iacta sunt reipubl. Fuit enim longo interuallo ita liber senatus, vt vos aliquando liberi essetis. Quo quidé tempore, etiam si ille dies vitæ finem mihi allaturus esset, satis magnum ceperam fructum, cùm vos vniuersi vna mente, atque voce iterum à me conseruatam esse remp. conclamastis. Hoc vestro iudicio tanto, támque præclaro excitatus, ita Kalendis Ian. veni in senatum, vt meminissem, quam personam impositam à vobis sustinerem. Itaque bellum nefarium illatum reip. cùm viderem, nullam moram interponendam insequēdi M. Antonium putaui: hominémque audaciſſimum, qui multis nefariis rebus antè commissis, hoc tempore imperatorem populi Ro. oppugnaret, coloniam vestram fidissimam, fortissimámque obsideret, bello censui persequendum: *tumultumdesse decerni, iustitium edici, sagasumi, dixi placere:* quo omnes acriùs, grauiúsq. incumberent ad vlciscēdas reip. iniurias, si omnia grauissimi belli insignia suscepta à senatu viderent. Itaq. hæc[e] sententia sic per tridduum valuit, vt, quamquam discessio facta nō esset, tamen, præter[f] paucos, omnes mihi assensuri viderentur. Hodierno autem die, nescioqua obiecta re, remissior senatus fuit. nā plures eam sententiam secuti sunt, vt, quantū senatus auctoritas, vestérq. cōsensus apud Antoniū valitur[g] esset, per legatos experiremur. Intelligo, Quirites, à vobis hanc sententiam repudiari: neque iniuria. ad quem enim legatos? ad eúmne, qui pecunia publica dissipata, atque effusa, per vim, & contra auspicia impositis populo[a] R. legibus, fugata concione, obsesso senatu, ad opprimendam remp. Brundisio legiones arcessierit? ab his relictus, cum latronum manu in Galliam irruperit? Brutum oppugnet? Mutinam circumsedeat? quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Quamquam, Quirites, non est illa legatio: sed denūtiatio belli, nisi paruerit. Ita enim est decretum, vt si legati ab[b] Annibalem mitterentur. mittuntur enim qui nuntient, ne oppugnet consulem designatum, ne Mutinam obsideat, ne prouinciam depopuletur, ne[c] delectus habeat: sit in senatus, populíque Rom. potestate. Facilè verò huic denuntiationi parebit, vt in patrum conscriptorum, atque in vestra potestate sit, qui in sua nunquam fuerit. Quid enim illa vnquam arbitrio suo fecit, semper eò tractus, quò libido rapuit, quò leuitas, quò furor, quò[d] vinolentia? semper eum duo[e] dissimilia genera, lenonum, & latronū ita domesticis stupris, forensibus parricidiis[f] delectarunt, vt mulieri citiùs auarissimæ paruerit, quàm senatui, populóque Rom. Itaque, quod paullo antè feci in senatu, faciam apud vos. testificor, denuntio, antè prædico, nihil M. Antonium eorum, quæ sunt legatis mandata, facturum: vastaturum agros, Mútinam obsessurum, delectus[g], quà possit, habiturum. is est enim ille, qui semper senatus iudicium, & auctoritatem, semper voluntatem vestram, potestatémque contemserit. An ille id faciat, quod paullo antè decretum est, *vt exercitum citrà flumen Rubiconem, quih finis est i Gallia, educeret, dum ne propiùs vrbem Romam CC. mill. admoueret?* huic denuntiationi ille pareat? ille se fluuio Rubiconek CC. mill. circumscriptum esse patiatur? non is est Antonius. nam si esset: non commisisset, vt ei senatus, tamquam l Annibali[m] initio belli Punici, denuntiaret, *ne oppugnaret Saguntum.* Quòd verò ita auocatur à Mútina, vt ab vrbe, tanquam pestifera flamma, arceatur, quam habet ignominiam? quod iudicium senatus? Quid? quod à senatu dantur mandata legatis, *vt D. Brutum, militésque eius adeant, iísque demonstrent, suao in rempubl. merita, beneficiáque eorum grata esse senatui, populóque Roma-*

b L. ex me.

c NARRATIO.

d vt suprà Philippica 5.

P. CCVI.

e L. hæc sententia, Quirites, sic per tr. f al. præter paucos homines, omnes mihi &c. g L. nescio qua ei obiectare, ‖ al. penè nescio.*

a al. recte.

b L. ad Hannibalem

c L. ne dilectus hab.

d al. violentia? v. c. vinulentis?

e L. duo diss. gen. rennerunt, lenonū, & latronum, ita dom. ft. ff. paricidiis delectatur, vt m.

P. B.

g L. dilectus,

h Rubico finis Galliæ & Italiæ. adde Plin. 3 c. 15. Strabo 5.* i hoc est, olim fuit: postea quidquid ad Alpes fuit, nomen Italiæ censitū. Strabo 5.* k Rubicone, & CC. mill. lib.

l L. tamquā Hannib. m vide Liuiū decad. 3.* n k. summa in remp. m.

no, eíſque eam rem magnæ laudi, magnóque honori fore? paſſurúmne cenſetis Antonium introire Mútinã legatos? exire inde tutò? numquam patietur, mihi credite. noui violẽtiam, nouiã impudentiam, noui audaciam. Nec verò de illo, ſicut de homine aliquo debemus, ſed vt de importuniſſimæ belua cogitare. Quæ cùm ita ſint, non omnino diſſolutum eſt, quod decreuit ſenatus. habet atrocitatis aliquid legatio, vũnam nihil haberet moræ. nam cùm *pleriſque in rebus gerendis tarditas, & procraſtinatio odioſa eſt:* tum hoc bellũ indiget celeritatis. ſuccurrendum eſt D. Bruto: omnes vndique copiæ colligendæ: horam [b] exhibere nullam in tali ciue liberãdo ſine ſcelere non poſſumus. An ille non potuit, ſi Antonium conſulem, ſi Galliam Antonij prouinciam iudicaſſet, legiones Antonio, & prouinciam tradere? domum redire? triumpharet, primus in [c] hoc ordine eſſe, quoad magiſtratum iniret? quid negotij fuit? Sed, cùm ſe Brutum eſſe meminiſſet, veſtræque libertati natum [d]: quid egit aliud, niſi vt pænè corpore ſuo Gallia prohiberet Antonium? Ad hunc vtrùm legatos [e], an legiones ire oportebat? Sed præterita omittamus. Properent [f], quod video eſſe facturos. vos ſaga parate. eſt enim ita decretum, vt, ſi ille auctoritati ſenatus non paruiſſet, ad ſaga iretur. ibitur: non parebit: nos amiſſos tot dies rei gerendæ queremur. Non metuo, Quirites, ne, cùm audierit Antonius, me hoc in ſenatu, & in concione confirmaſſe, nũmquam illum futurum in ſenatus poteſtate, refellendi mei cauſa, vt ego nihil vidiſſe videar, vertat [g] ſe, ſenatui pareat. numquam faciet: non impedibit huic meæ gloriæ: malet, me ſapientem à vobis, quàm ſe modeſtum exiſtimari. Quid? ipſe ſi velit, num etiam L. fratrem paſſurum arbitramur? nuper quidem dicitur ad Tibur, vt opinor, cum ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri eſſe minitatus. Etiámne ab hoc myrmillone Aſiatico ſenatus mandata, legatorum verba audientur? nec enim ſeparari à fratre poterit, tanta præſertim auctoritate: nam hic inter illos Africanus eſt: pluris habetur, quàm L. Trebellius, pluris quàm T. [h] Plancius adoleſcens nobilis: qui, omnibus ſententiis maximo veſtro plauſu condemnatus, neſcio quomodo ſe coniecit in turbam, atque ita mæſtus rediit, vt retractus, non reuerſus videretur: ſic contemnit, *tanquam ſi illi aqua, & igni interdictum ſit.* aliquando negat ei locum eſſe oportere in curia, qui incenderit curiam. Nam Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cùm ille tabulis nouis aduerſabatur, iam ferè in oculis, poſt quam [i] ipſum Trebellium vidit ſine tabulis nouis ſaluum eſſe non poſſe. audiſſe enim vos arbitror, Quirites, quod etiam videre potuiſtis, quotidie ſponſores, & creditores L. Trebellij conuenire. O fides (hinc [k] enim puto Trebelliũ ſumſiſſe cognomen) quæ poteſt eſſe maior fides, quàm fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum venire ad arma? vbi plauſus ille in triumpho eſt ſpe ludi? vbi ædilitas delata ſummo ſtudio bonorum? quis eſt, qui hunc non [m] caſu exiſtimet recte [n] feciſſe? nequitia eſt, ſcelus eſt. Sed redeo ad amores, deliciáſque noſtras, L. Antonium, qui vos omneis in fidem ſuam recepit. negatis? num [o] quiſquam eſt veſtrûm, qui tribum non habeat? certè nemo. Atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. Rurſus reclamatis? Adſpicite à ſiniſtra illam equeſtrem ſtatuam inauratam, in qua quid inſcriptum eſt? QVINQVE, ET TRIGINTA TRIBVS PATRONO POPVLI ROM. Igitur [a] eſt patronus L. Antonius? malam quidem illi peſtem. Clamori enim veſtro aſſentior. non modò hic latro: quem clientem habere nemo velit: ſed quis vnquam tantis opibus, tantis rebus geſtis fuit, qui ſe populi Rom. victoris, dominíque omnium gentium tutorem [b] dicere auderet? in foro, L. Antonij ſtatuam videmus: ſicut illam Qu. [c] Trebellij, qui Hernicos deuicit, ante Caſtoris. O impudentiam incredibilem! tãtúmne ſibi ſumſit, Mylaſis myrmillo Thracem iugulauit, familiarem ſuum? quónam modo iſtũ ferre poſſemus, ſi in hoc foro, ſpectantibus vobis, depugnaſſet? Sed hęc vna ſtatua, altera ab equitibus Ro. equo publico: qui item adſcribunt, PATRONO. Quem vnquam iſte ordo patronum adoptauit? ſi quemquã, debuit me. ſed me omitto. quem cenſorem? quem imperatorem? agrum his diuiſit. O ſordidos, qui acceperunt! improbum, qui dederit! Statuerunt etiam tribuni militares, quid [d] in exercitu Cæſaris duobus fuerunt. Quis eſt iſte ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot annos. his quoque diuiſit Semurium. Campus Martius reſtabat, niſi priùs cum fratre fugiſſet. Sed hæc agrorum aſſignatio paullo ante, Quirites, L. Cæſaris, clariſſimi viri, & præſtantiſſimi ſenatoris ſententia diſſoluta eſt. huic enim aſſenſi, ſeptemuirûm acta ſuſtulimus. Iacent beneficia Nuculæ: friget patronus Antonius. nam poſſeſſores animo equiore diſcedent: nullam impenſam fecerant: nondum inſtruxerant, partim quia non confidebant, partim quia non habebant. Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tẽpora eſſent, nõ poſſem ſine riſu dicere: L. ANTONIO, IANI [e] MEDII PATRONO. Itáne? Ianus medius in L. Antonij clientela ſit? quis vnquam illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret expenſum. Sed nimis multa de nugis: ad cauſam, bellúmque redeamus: quanquam non alienũ fuit per ſonas quaſdã à vobis recognoſci: vt, quibuſcum bellum gereretur, poſſitis [f] taciti cogitare. Ego hautem vos hortor, Quirites, vt, etiam ſi melius aliud fuit, tamẽ legatorum reditum exſpectetis animo æquo. celeritas detracta de cauſa eſt: boni tamen aliquid acceſſit ad cauſam. cùm enim legati renuntiarint, quod certè renuntiabunt, non in veſtra poteſtate, non in ſenatus eſſe Antonium: quis erit tam improbus ciuis, qui illum ciuem habendum putet? Nunc enim ſunt pauci illi quidem, ſed tamen plures, quàm republ. dignum eſt, qui ita loquantur. Ne legatos quidem exſpectabimus? Iſtam certè vocem ſimulationémque clementiæ, extorquebit, niſi res ipſa publica. Quo etiam, vt confitear vobis, Quirites, minùs hodierno die contendi, minùs laboraui, vt mihi ſenatus aſſentiens tumultum decerneret, ſaga ſumi iuberet, malui viginti [k] diebus pòſt ſententiam laudari ab omnibus quàm à paucis hodie vituperari. Quapropter, Quirites, exſpectate legatorum reditum, & paucorum dierum moleſtiam deuorate. qui cùm redierint, ſi pacem afferent:

[a] L. populi Romani igitur eſt patr.

[b] L. patronũ dic.

[c] L. Q. Tremellii, quæ H.

[d] L. qui in exercitibus Cæſaris duobus fuerunt.

[e] al. à Iano medio. vide hîc Vrſinũ.*

[f] L. poſſetis. al. iudicare.*

[g] PERORATIO.*

[h] P. B. L. iſtius reipſa. Quo et.

[i] Sic. XXX dieb.

[k] L. ire ad arma vbi plauſus ille in triũpho eſt: ſæpe ludi? vbi ædilit. in Virtutis non eſt, caſu rectè facere.* n L. rectè feciſſe, qui nequitiæ, & ſcelere ita excellat?

[l] P. B. L. poſtquàm vidit ſine tabulis nouis, &c.

[m] L. nũ quiſnam eſt veſtrûm, qui

[n] al. vinolentiã, vt ſupra quo furor, quo vinolentia. adde ex familiarium 3.*

[o] L. horam excubare nullam in t. c. al. P. CCVII. horam eximere nul.

[p] L. primus in hoc ordine, quoad magiſtratũ iniret, ſententiã dicere? quid neg.

[q] L. natũ, nõ otio ſuo: q. e Martium Philippum & L. Calpurniũ Piſonem et. famil. 4.*

[r] L. properẽt legati: quod vid.

[s] L. Veritt ſe, & ſenatui par.

[t] L. Trebellius, pluris quàm T. Plancius adoleſcens nobilis, plãcum, qui omnib. ſent. &c.

[u] L. poſtquàm vidit ſine tabulis nouis, &c.

[v] L. hoc enim I. L. ire ad arma vbi plauſus ille in triũpho eſt: ſæpe ludi? vbi ædilitas delata ſummo ſtudio bonorum? quis eſt, qui hunc non [m] caſu exiſtimet rectè [n] feciſſe? nequitia eſt, ſcelus eſt.

[x] L. nũ quiſnam eſt veſtrûm, qui

a al. cupidum me. § al. dum.*

rent: cupidum[a] me. si bellum: prouidum iudicatote. An ego non prouideam meis ciuibus? non dies, nocteisque de vestra libertate, de reipublicæ salute cogitem? Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem [b] vos à se ortum, hominibus nobilissimis, omnibus honoribus, prætulistis? an ingratus sum? quis minùs? qui, partis honoribus, eosdem [c] gessi in foro labores, quos in petendis, rudis in republica? quis exercitator, qui viginti iam annos bellum geram cum improbis [d] ciuibus? Quamobrem, Quirites, consilio, quantum potero, labore plus pænè, quàm potero, excubabo, vigilabóq; pro vobis. etenim quis est ciuis, præsertim hoc gradu, quo me vos esse voluistis, tam oblitus beneficij vestri, tam immemor patriæ, tam inimicus dignitati [e] suæ, quem non excitet, non inflammet tantus vester iste consensus? multas, magnásque habui consul conciones, multis interfui. nullam vnquam vidi tantam, quanta nunc vestra [g] est. Vnum sentitis omnes, vnum studetis, M. Antonij conatum auertere à rep. furorem exstinguere, opprimere audaciam. idem volunt omnes ordines: eodem incumbunt municipia, coloniæ, cuncta Italia. Itaque senatum sua [a] sponte bene firmum, firmiorem vestra auctoritate feciſtis. Venit tempus, Quirites, seriùs omnino, quàm dignum populo Rom. fuit: sed tamen ita maturum, vt differri iam hora non possit. fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit. nunc, si quis erit, erit voluntarius. populum Ro. seruire fas non est: quem dij immortales omnibus gentibus imperare voluerunt. res in extremum est adducta discrimem. de libertate decernitur. *aut vincatis oportet*, Quirites, quod profectò & pietate vestra & tanta concordia consequimini, *aut quiduis potiùs, quàm seruietis. Aliæ nationes seruitutem pati possunt, populi Ro. est propria libertas.*

b al. quē vos hominē à se ortum, homin. &c.
c L. eosdem in foro gessi labores,
d al. impiis.
e L. dignitat suæ.
f L. tātus iste vester cons.
g v.c. vestrum est.
a v.c. bene suâ sponte firmē.
P. CCIX.
b al. propria est lib.

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA SEPTIMA.

ORATIO QVADRAGESIMANONA.

Synopsis.

Bellum omnino necessarium esse aduersus Antonium.

DArvis de rebus, sed fortasse necessariis consulimus, P. C. De Appia via, & de Moneta, cõsul: de Lupercis tribunus pl. refert. quarũ rerum etsi facilis explicatio videtur, tamen animus aberrat à sententia, suspensus curis maioribus. Adducta est enim, P. C. res in maximum periculum, & [a] extremum pænè discrimen. Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, nunquam probaui: quorum reditus quid sit allaturus, ignoro: exspectatio quidem quantum afferat languoris animis, quis non videt? non enim se tenẽt ij, qui senatum dolent ad auctoritatis pristinæ spem reliuiscere [b] coniunctum huic ordini populum R. conspirantem Italiam, paratos exercitus, expeditos duces. iam nunc fingunt Antonij [c] responsa, eadémq. defendunt. alij, postulare illum, vt omnes exercitus dimittantur. Scilicet legatos ad eum misimus, non vt patêret, & dicto audiens esset huic ordini, sed vt cõditiones ferret, leges imponeret, reserare nos exteris gentibus Italiam iuberet: se præsertim incolumi, à quo maius periculum, quàm ab vllis nationibus extimescendum est, alij remittere eum nobis Galliam citeriorem: illam vltimam postulare. Præclarè: ex qua non legiones solùm, sed etiam nationes ad vrbem conetur adducere. alij, nihil eum iam nisi modesti [a] postulare. Macedoniam suam vocat omnino: quoniam C. frater est inde reuocatus. Sed quæ [b] prouincia est, ex qua illa fax excitare non possit incendium? Itaque iidem, quasi prouidi ciues, & senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt. Suscipiunt [c] partis patrocinium, qui sic disputant: Irritari [d] Antonium non oportuit: nequam est homo ille, atq. cõfidens: multi præterea improbi (quos quidé à se primùm numerare possunt: qui hæc loquuntur) eos cauendos esse nuntiant. *Vtrùm igitur in nefarijs ciuibus vlciscendis, cùm possis, an pertimescendis, diligẽtior est [e] cautio?* Atq. hęc illi [f] loquuntur, qui quondam propter leuitatem populares appellabantur. ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non voluntate fuisse populareis. quî enim cõuenit [g], vt, qui in rebus improbis populares fuerint, iidem in re vna maximè populari, quòd eadem salutaris populo Rom. sit, improbos se, quàm populareis esse malint? nie quidem semper (vt i scitis) ad uersatum multitudinis temeritati, hæc fecit præclarissima causa popularem. Et quidem dicuntur, vel [k] potiùs iidem ipsi se dicunt cõsulareis: quo nomine dignus [l] est nemo, nisi qui tanti honoris nomẽ potest sustinere. Fas ne hosti? litteras [m] tibi ille mittat de sua spe rerum secundarum? eas tu lętus proferas? retrices? describendas etiam des improbis ciuibus? eorum [n] augeas animos? bonorum spẽ, virtutémque debilites? & te consularem, aut [o] senatorem, aut denique ciuem putes? Acci-

a L. & in extremum &c.
b L. reuiriscere,
c al. responsa Antonij.
a al. modestè.*
P. CCX.
b L. non possit incend. al. suscipiunt patris patrocinium: non nec sic disputãt. c v.c. Suscipiunt vt patris patrocinium
d Irritatum Ant.
e L. cautio est? f al. vi loquũtur, qui q.
g al. enenit,
h L. salutaris reip. sit,
i al. (vti scitis)
k L. vel potiùs se ipsi dicunt c.
l al. nemo est dignus.
m L. ille litteras ad te mittat de s.
n al. augeas furorem? animos bonorũ, spem, virt.
o L. aut senatorem, denique ciuem p.

piet in optimam partem P. Pansa, fortissimus consul, atque optimus. etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum, mihi hominem familiarissimum, nisi talis consul esset, vt omneis vigilias, curas, cogitationes in reipub. salute configeret[a], consulem non putarem. quanquam nos ab incunte illius ætate vsus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum societas, similitudóque coniunxit[b]: eiusdémque curam incredibilem in aspertimis belli ciuilis periculis perspexi non modò salutis, sed etiam dignitatis mex: tamen eundé, vt dixi, nisi talis consul esset, negare esse consulem auderem. idem non modò consulem esse dico, sed etiam memoria mea præstantissimum, atque optimũ consulẽ, non[c] quia non pari virtute, & voluntate alij fuerint: sed tantam causam non habuerũt, in qua [d]virtutem, & voluntatem suam declararent. Huius magnitudini animi, grauitati, sapientiæ, tempestas est oblata formidolosissimi tẽporis. *Tum autem illustratur consulatus, cùm gubernat remp. si non optabili, at necessario tempore.* magis autem necessarium. P. C. nullum tempus vnquam fuit. Itaq. ego ille, qui sẽper pacis auctor fui, cuíq. pax, præsertim ciuilis, quanquam omnibus bonis [e], mihi tamen in primis fuit optabilis: (omne enim curriculum industriæ nostræ, in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis, elaboratum est: hinc honores amplissimos, hinc mediocreis opes, hinc dignitatẽ, siquam habemus, cõsecuti sumus:) ego itaq. pacis, vt ita dicã, alumnus, qui, quantuscunque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissem (periculosè dico: quemadmodum accepturi, P. C. sitis, horreo: sed pro mea perpetua cupiditate vestræ dignitatis retinendæ, & augẽdæ, quęso, oróq. vos, P. C. vt [f] primò si erit vel acerbum audiatu, vel incredibile à M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione, quod dixero: néve id priùs, quàm, quale sit, explicauero [g] repudietis.) Ego ille, dicam sæpius, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo. Magna spe ingredior in reliquam orationem, P. C. quoniam periculosissimum locum silentio sum præteruectus. ¶ Cur[h] igitur pacem nolo? quia i turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. quæ tria dum explico, peto à vobis, P. C. vt eadẽ benignitate, qua soletis, verba[k] mea audiatis. ¶ *Quid*[l] *est inconstãtia, mobilitate, leuitate, cùm singulis hominibus, tum verò vniuerso senatui, turpius? quid porrò inconstantius, quàm, quem modò hostem non verbo sed re, multis decretis, iudicauistis [m], cum hoc subitò pace velle coniungi?* quasi [n] verò, cùm C. Cæsari meritos illi quidem honores, & debitos, sed [o] tamen singulareis, & immortaleis decreuistis, vnam ob causam, quòd cõtra M. Antonium exercitũ comparauisset, non hostem Antonium iudicaueritis? [p] nec tum hostis est à vobis iudicatus Antonius, cùm [q] laudati sunt auctoritate vestra veterani milites, qui Cæsarem secuti essent: nec tum hostem Antonium iudicauistis[r], cùm fortissimis legionibus, quòd illum, qui consul appellabatur, cùm esset hostis, reliquissent, vacationes, pecunias, agros spopondistis. Quid? cùm Brutum, omine quodam illius [f] generis & nominis, natum ad rẽp. liberandam, exercitúmque eius pro libertate populi Romani bellum gerẽtem cum Antonio, prouinciámque fidelissimam, atque optimam, Galliam laudibus amplissimis affecistis, tum non hostem iudicastis Antonium? quid? cùm decreuistis, *Vt*[s] *coss. alter, ambóve ad bellũ proficiscerentur:* quod erat bellum, si hostis Antonius non erat? Quò[b] igitur profectus est vir fortissimus, meus collega, & familiaris, A. Hirtius consul? At qua imbecillitate? qua macie? sed animi vireis, corporis infirmitas non retardauit. æquum, credo, putauit, vitam, quam populi Romani votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. Quid? cùm [c] delectus haberi tota Italia iussistis, cùm vacationes omneis sustuliistis, tum ille hostis non est iudicatus? armorum officinas in vrbe videtis: milites cum gladiis sequuntur consulem: præsidio sunt, specie, consuli: re, & veritate, nobis: omnes sine vlla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant: parent auctoritati vestræ, non est iudicatus hostis Antonius? At legatos misimus, Heu, me miserum! cur senatum cogor, quem laudaui semper, reprehendere? quid? vos censetis, P. C. legatorum [d] missionem populum Rom. probauisse? non intelligitis, non auditis, meam sententiam flagitari? cui cùm pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti. Quàm [e] turpe porrò est, legiones ad senatum legatos mittere, senatum ad Antonium? quanquam illa legatio non est: denuntiatio est, paratum illi exitium, nisi paruerit huic ordini. Quid [f] refert? tamen opinio est grauior. missos enim legatos omneș videnț decreti vestri [g] non omnes verba nouerunt. Retinenda est igitur vobis [h] constantia, grauitas, perseuerantia, repetenda [i] est vetus illa seueritas: siquidem *auctoritas senatus, decus, honestatem, laudem, dignitatem*[k] *desiderat:* quibus hic ordo nimiùm caruit[l] diu. Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta. nunc nulla [m] est. Liberati regio dominatu videbamur [n] armis domesticis. ea ipsa depulimus. nunc quidem vi extorquenda sunt, *quod si non possumus facere (dicam, quod dignum est & senatore, & Romano homine) moriamur.* Quanta enim erit illa reipublicæ turpitudo, quantum dedecus, quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco? cuius vt omittam innumerabilia scelera vrbani consulatus, in quo pecuniam publicam maximam dissipauit, exsules sine lege restituit, vectigalia vendidit [o], prouincias de populi Romani imperio sustulit, regna addixit pecunia, leges ciuitati per vim imposuit, armis aut obsedit, aut exclusit senatum: vt hæc, inquam, omittam: ne hoc quidem cogitatis, eum, qui Mutinam, coloniam [p] populi Romani, & consulem designatum obsederit, depopulatus agros sit, hunc in eum ordinem recipi, à quo toties ob has ipsas causas hostis iudicatus sit, quàm fœdum, flagitiosúmque [q] sit, videtis. Satis multa de turpitudine. ¶ Dicam deinceps, vt [r] proposui, *de periculo:* quod *etsi minùs est fugiendum, quàm turpitudo: tamen offendit animos maioris partis hominum magis.* Poteritis igitur explorata habere pacem, cùm in ciuitate Antonium videatis[s], vel potiùs Antonios? nisi fortè contemnitis Lucium. ego ne Caium quidem, sed, vt video, dominabitur Lucius. est enim patronus xxxv [t] tribuum, quarum sua lege, qua [u] cum C. Cæsare magistratus [x] tum

a L. designaret, &c.
P. B.
b L. deuinxit, eiusdémque cura incredibilis in asp. belli ciuil. peric. perspecta, docuit non modò salutis, sed mex fuisse fautorem: tamen cond. &c.
c L. non quin pari virt.
d al. in qua & voluntatem suam, & virtutem declararent.
e L. bonis tamen in pr. f. opt.
f L. vt primò, etsi erit.
g L. explicato.
h PARTITIO.* P. CCXI.
i Pacem cum Antonio tribus de causis dissuadet.* Iz v. c. mea verba.
l CONFIRMATIO.* m L. iudicaritis.
n L. nisi verò, cùm C. Cæs.
o al. sed tamẽ immortaleis, & singulareis dec.
p L. iudicauistisne t.
q al. cùm laudati auct. v. vet. m q.
r L. iudicastis e.
f al. iftius gẽ.
a L. vt consul alter, ambo ve.
b L. Quid igitur pr.
B. B.
c L. cùm dilectus h.
d L. legatorũ missionẽ populo R. vos probauisset?
e al. Quàm turpe est porro, leg.
f fort. Quid refert tamẽ opinio est grauior.
g L. nostri.
h L. nobis e.
i L. repetenda vetus illa
k v. c. dignitatemque desiderat: quibus h.
l L. caruit nimiùm diu. S. m al. núc nulla est liberatis regio dominatu. Vrgebamur armis domesticis. ea, &c.
n L. videbamur. multo postea grauius vrgueba mur armis domesticis. ea ipsa depulimus nos quidẽ: sed extorquenda f. P. CCXII.
o al. diuendidit,
p L. coloniam populi R. firmissimã oppugnarit, imperatorem populi R. consulem design.
q L. flagitiosúmq. sit? Satis m.
r al. quod proposui.
s L. videbitis,
t L. quinque, & triginta tr.
u al. qua cum C. fratre magistratũ part.
x al. magistra tus p.

tum partitus est, suffragium sustulit: patronus centuriarum equitum[a], quas idem sine suffragio esse voluit: patronus eorum[b], qui tribuni militares fuerunt: patronus lani medij. ô dij! quis huius potentiam poterit sustinere? præsertim cùm[c] eosdem, in agros etiam deduxerit. quis vmquam omneis tribus? quis equites Romanos? quis tribunos militareis? Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitramini, quàm huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem[d] non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator[e] appellari solet, sed vt appellant ij, qui planè, & Latinè loquuntur. Myrmillo in Asia depugnauit. cùm ornasset, Thræcidicis[f] comitem, & familiarem suum, illum miserum fugientem iugulauit: luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. Qui familiarem iugularit, quid[g], hic, occasione data, faciet inimico? & qui illud animi causa fecerit, hûc prædæ causa quid facturum putatis? non rursus improbos decuriabit? non sollicitabit rursus agrarios? non hi quæret expulsos? M. verò Antonius non is erit, ad quem omni motu concursus fiat ciuium perditorum? Vt nemo sit alius, nisi ij, qui vnà sunt, & ij, qui hîc ei nunc apertè fauent: parûmne erunt multi? præsertim cùm[i] bonorum præsidia discesserint, illi parati sint ad nutum futuri? Ego verò metuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus, ne illi breui tempore nimis multi nobis esse videantur. Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine bellum inuolutum[k] reformido. Quare si pace frui volumus: bellum gerendum est, si bellum omittemus[l]: pace[m] numquam fruemur. Est autem vestri consilij, patres conscripti, in posterum quàm longissimè prouidere: idcirco in hac custodia[n], tanquam[o] in specula, collocati sumus, vt[p] vacuum metu populum Ro. nostra vigilia, & [q] prouidentia redderemus. Turpe est summo[r] consilio orbis terræ, præsertim in re tam perspicua, consilium[s] intelligendi defuisse. Eos consules habemus, eam populi Roma. alacritatem, eum consensum Italiæ, eos duces, eos exercitus, vt nullam calamitatem respub. accipere possit sine culpa senatus. Equidem non deero, monebo, prædicabo[t] denuntiabo, & testabor semper deos hominésque, quid sentiam; nec solùm fidem meam, quod fortasse videtur[u] satis esse, sed in principe ciui non est satis, curam, consilium, vigilantiámque præstabo. ¶ Dixi de periculo: docebo, ne coagmentari[x] quidem posse pacem. de tribus enim, quæ proposui, hoc extremum est. Quæ potest esse[y] pax M. Antonio primùm cũ senatu? quo ore ille vos poterit, quib. vicissim vos illũ oculis intueri? quis vestrûm illũ, quẽ ille vestrûm nõ oderit? Agè, vos ille solùm, & vos illum? quid? ij, qui Mutinam circũsedent, qui in Gallia delectus[z] habẽt, qui in nostras[a] fortunas imminẽt, amici vmquã nobis[b] erunt, aut nos illis? an equites Romanos amplectetur? occulta enim fuit eorum volũtas, iudiciúmque de M. Antonio: qui frequentissimi in gradibus Cõcordiæ steterunt[c]: qui vos ad libertatem recuperandam incitauerunt[d]: arma, saga[e], bellum flagitauerunt: me vnà cum populo Rom. in concionem vocauerunt. Hi Antonium diligent? cum his pacem seruabit Antonius? Nam quid ego de vniuerso populo Ro. dicam? qui pleno, ac referto foro, bis me vna mente, atque voce in concionem vocauit, declarauitque maximam libertatis recuperandæ cupiditatem. Itaque[a] quod erat optabile antea, vt populum Ro. comitem haberemus, nunc habemus ducem. Quæ est igitur spes, qui Mutinam circumsedent, imperatorem populi Rom. exercitúmque oppugnantes[b], pacem cum populo Rom. habere posse? An cum municipiis pax erit, quorum tanta studia cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pecuniis pollicendis, vt in singulis oppidis curiam populi Rom. non desideretis? Laudandi sunt ex huius ordinis sententia Firmani[c], qui principes pecuniæ pollicendę fuerunt. respõdẽdũ honorificè est Marrucinis, qui *ignominia notandos censuerunt eos, qui à militiam subterfugissent.* hæc iam tota Italia fiunt. magna pax Antonio cum[e] eisdem, his cum illo. quæ potest maior esse discordia? in discordia autem pax[f] ciuilis vllo pacto esse potest? Vt omittam multitudinem: L.[e] Nasidio, equiti Rom. homini in primis ornato, atque honesto, ciuíq. semper egregio, cuius ego excubias, & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo: qui[h] vicinos suos non cohortatus est solùm, vt milites fierent, sed etiam facultatibus suis subleuauit: huic, inquam, tali viro, quem nos senatusconsulto collaudarimus[i], poteritne esse pacatus Antonius? quid? Cæsari[k]? qui illum vrbe: quid? D. Bruto, qui Gallia prohibuit? Iam verò ipse se placabit, & leniet prouinciæ Galliæ, à qua excluſus[l], & repudiatus est? Omnia videbitis, P.C. nisi prospicitis, plena odiorum, plena discordiarum: ex quibus oriũtur bella ciuilia. Nolite igitur id velle, quod fieri non potest: & cauete, per deos immortaleis, P.C. ne spe præsentis pacis perpetuam pacem amittatis. ¶ Quorsum hæc[m] omnis spectat oratio? quid enim legati egerint, nondum scimus. At verò[n] erecti, excitati, parati, armati[o] animis iam esse debemus, ne blanda, aut supplici oratione, aut equitatis simulatione fallamur. omnia fecerit oportet, quæ interdicta, & denũtiata sunt. priùs, quàm aliquid postulet: Brutum, exercitúmque eius oppugnare: vrbeis, & agros prouinciæ Galliæ populari destiterit: ad Brutum adeundi legatis potestatem fecerit, exercitum citra flumẽ Rubiconem eduxerit, nec propiùs vrbem millia passuum ducenta admouerit: fuerit[p] in senatus, populúsque R. potestate. hæc si fecerit: erit integra potestas nobis deliberandi, si senatui non paruerit: non illi senatus, sed ille populo R. bellum indixerit. Sed vos moneo, P.C. libertas agitur populi Ro. quæ est commendata vobis: vita, & fortunæ optimi cuiusque, quò cupiditatem infinitam cum immani crudelitate iampridem intendit Antonius: auctoritas vestra, quam nullam habebitis, nisi nunc retinueris[q] tætram, & pestiferam belluam[r], ne inclusam, &, constrictam dimittatis cauete. Te ipsum, moneo, Pansa, (quanquam non eges consilio, quo vales plurimùm: tamen etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent) hunc tantum[s] tuum apparatum, támque præclarum, ne ad nihilum recidere patiare. tempus habes tale, quale nemo habuit vmquam. hac grauitate senatus, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore populi Ro. potes in perpetuum rempublicam metu, & periculo liberare.

a L. equitum Romanorum quas idem fine, &c.
b al. fori in quo ei statuã tribuni milites statuerunt.*
c al. cùm eosdem ministros, in agros &c.
d fort. quem nõ ita gladiatorem app.
e ex famil. 2.* f al. Threcidicis.
P. B.
g L. quid is, occ.
h L. nõ quæret vrbe expulsos?
i lib. vul. cùm boni iã præsidiis cesserint.
k L. obuoluta res.
l L. omittimus: m v.c. pacem numq. fr.
n al. custodiet vel custodiæ tãquam specula.*
o v.c. & tanquã specula, p al. vt vacuũ omni metu. ¶ vt vacuo.
q L. & prospicientia.
r summũ cõsilium orbis terræ vocat senatum, vt & Philip. 4. in f. orbis terræ consilium & 3. epist. famil. 8. publicum orbis terræ consilium.*
s L. consilium intelligi defuisse.
t L. prædicã P. CCXIII.
u L. videatur.
x v.c coamẽtari q.
y al. pax esse
z L. dilectus, hab.
a al. vestras
b al. vobis erũt, aut vos ill.
c L. fecerunt:
d L. recuperandam excitauerunt.
e vet. armato bellum flagitauerunt.

a L. Ita quidẽ
b L. oppugnãt, his pacẽ cum populo Ro. esse posse.
c al. Formiani.
d L. si quis mil.
e L. cum hoc his item cum illo. quæ p.
P. B.
f v.c. pax ciuilis esse vllo pacto potest: al. pax cũ ullis esse nullo pacto potest.*
g L. Visidio, h al. qui ciueis suos.
i L. collaudare debemus.
k L. C. Cæsari?
l v.c. expulsus.
m P R O RATIO*
n L. At vero excitati, erecti, parati,
o L. armati animis tamen esse d.
p v.c. fuerit & in senatus, & in populi Rom. por.
q v.c. teneas ritis.
P. CCXIIII.
r L. beluam.
fal. tuum tãtum app.
t L. libertatẽ. Quib. de rebus refers, P. Seruilio assentior.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA OCTAVA.

ORATIO QVINQVAGESIMA.

Synopsis.

Bellum non simpliciter tumultum decerni aduersus Antonium suadet. Inuehitur in Antonium.

ONFVSIVS he sterno die est[a] acta res, C. Pāsa[b], quàm postulabat institutum cōsulatus tui. Parū mihi visus es eos, quibus cedere nō soles, sustinere. Nam cùm senatus ea virtus fuisset, quæ solet: & cū re viderēt omnes esse bellū, quidámq. id verbū remouendū arbitrarētur: tua voluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior. Victa[c] igitur est propter asperitaté, te auctore, nostra sententia. Vicit[d] L. Cæsar, amplissimus vir, qui verbi[e] atrocitate demta, oratione fuit, quàm sententia lenior. Quamquam is quidē, antequàm sententiam diceret, propinquitatē excusauit. Idem fecerat, me consule, in sororis viro, quod hoc tēpore in[f] sororis filio, vt & luctu sororis moueretur, & saluti[g] reipub. prouideret. Atque ipse tamen Cæsar præcepit vobis quodammodo, P.C. ne sibi assentiremini, cùm ita dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse, eámque se, ac repub. dignam, nisi propinquitate impediretur. Ergo ille aunnculus. num etiam vos aunnculi, quibilli assensi estis? ¶ At in i quo fuit controuersia? *Belli*[k] *nomen* l *ponendum in sententia quidam non putabant: tumultum appellare malebant*, ignari non modò rerum, sed etiam verborum. *potest enim esse bellum sine tumultu: tumultus*[m] *esse sine bello non potest. Quid*[n] *enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum est tumultus.* Itaque maiores nostri, tumultum Italicum, quòd erat domesticus: tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus, præterea[o] nullum tumultum nominabant. Grauius[p] autem tumultū esse, quàm bellum, hinc intelligi licet, quòd[q] bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Ita fit, quemadmodum dixi, vt bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. Etenim cùm inter bellum, & pacem medium nihil sit: necesse est, tumultum, si[r] belli non sit, pacis esse. quo quid absurdius dici, aut existimari potest? Sed nimis multa de verbo: rem potiùs videamus, P.C. quam quidem intelligo verbo fieri interdum deteriorem solere. Nolumus[s] hoc bellum videri. Quam igitur municipiis, & coloniis ad excludendum Antonium auctoritatem damus? quam, vt milites fiant sine vi, sine[a] tumultu, studio, & voluntate? quā, vt pecunias in rempub. polliceantur? Si enim belli nomen tollitur[b], municipiorum studia tolluntur[c]: consensus populi Ro. qui iam descendit in causam, si nos langueſcimus, debilitetur necesse est. Sed quid plura? D. Brutus oppugnatur. non est bellum? Mutina obsidetur. ne hoc quidem bellum est? Gallia vastatur: quæ[e] potest pax esse certior? Illud verò, quis potest bellum esse dicere[f], quò fortissimum virum cum exercitu misimus[g]? qui cùm esset infirmus ex graui, diuturnóque morbo, nullam[h] sibi putauit excusationem esse oportere, cùm ad reip. præsidiū vocaretur. C. i quidem Cæsar non exspectauit nostra[x] decreta, præsertim cùm[l] esset illius ætatis: bellum cōtra Antonium sua sponte susceperit. decernendi enim tempus nondum[m] venerat: belli autem gerendi tempus si prætermisisset: videbat, rep. oppressā, nihil posse decerni. Ergo illi nunc, & eorum exercitus in pace versantur[n]. non est hostis is, cuius præsidium Claterna deiecit Hirtius[o]: non est hostis, qui P armatus consulem designatū oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paullo antè ex collegæ litteris Pāsa recitauit[q]. DEIECI PRAESIDIVM: CLATERNA POTITVS SVM: FVGATI EQVITES: PROELIVM COMMISSVM: OCCISI ALIQVOT. Quæ pax potest esse maior? Delectus[r] tota Italia decreti, sublatis vacationibus: saga cras sumentur: consul se cum præsidio descensurum[s] dixit. Vtrùm hoc bellum non[t] est? an etiam tantum bellum, quantum numquam fuit? Ceteris enim bellis, maximéque ciuilibus, contentionem reip. causa faciebat. Sylla[u] cum Sulpitio *de iure legum*, quas[x] per vim latas Sylla dicebat: Cinna cum Octauio *de nouorum ciuium suffragiis*: rursus cum Mario, & Carbone Sylla, *ne dominarentur indigni, & vt clarissimorum hominum crudelissimam puniretur*[y] *necem*. Horum omnium bellorum causæ ex reipub. contentione natæ sunt. de proximo[z] bello ciuili non libet dicere: ignoro causam: deteſtor exitum. Hoc bellum quinctum ciuile geritur: atque omnia in nostram ætatem inciderunt, primùm non[a] modò in dissensione, & discordia ciuium, sed in maxima consensione, incredibilisq. concordia. omnes idem volunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cùm omneis

a *fort.* acta res est, C.P.
b Consul.
c L. Victa est igitur propter verbi asp.
d L. Vicit L. Cæsaris, amplissimi viri, q.
e Belli enim tumultus nullius.
f L. in sororis filio fecit, vt &
g & saluti populi R.
h L. qui illi estis assensi.
i *al.* Belli nomen ponend. quidā in sententia nō put. *al.* Belli nomen in sententia ponē; dum quidam non put.
k Belli & tumultus similitudo & differentia.*
l *al.* tumultus sine bello esse n. p.
m L. Quid est enim al.
n Tumultus Italici & Gallici cur dicti.*
P. CCXV.
o L. præterea nullum nominabant.
p Tumultus, grauius quid dam est quàm bellum.*
q L. quòd bello vacationes val. ¶ v.c. quo bello. *al.* quo bello Italico.*
r *fort.* si belli comē non sit pacis esse.
s *al.* Nolimus
a L. sine multa, studio, & voluntate?
b L. tolletur,
c L. tollentur
d *vet.* Mutina dominaretur: Seturna obsidetur. *corruptè.**
e *al.* quæ pax potest esse certior?
f L. dicere? Cōsulem, fortiss. virum, cum exerc.
g L. misimus: qui c.
h L. nullā putauit sibi
i nepos Cæsaris dictator.*
k *al.* vestra
l L. cum illud esset ætatis: b.
m L. nondum erat: b.
P. B.
n L. versantur?
o L. Hirtius?
p L. qui consul, armatus obsistit? designatum consulem oppugnat?
q L. recitauit?
r L. Dilectus
s L. discensurū esse dixit.
t L. non est? etiam tātum bellum, quātum numquā fuit.
u Syllæ cum Sulpicio: Cinę & Marium cum Octauio. Carbonis cū Sylla dissensionū & seditionū causæ*
x *al.* quos Sylla per vim latas esse dicebat: *v.c.* quas per vim Syllā latas esse dicebat, & *ita L.*
y *v.c.* pœniteretur.
z Pompeij & Cæsari.*
a L. non modò nō in diss.

mneis dico, eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quæ est igitur in medio belli causa posita? nos deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia, sedémque populi Roma. Penates [a], aras, focos, sepulcra maiorum: nos leges, iudicia, libertatem, coniuges, liberos, patriam defendimus: contrà M. Antonius id molitur, id pugnat, vt hæc omnia perturbet, euertat, prædâ reipubl. causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispertiat parricidis [b]. In hac tam dispari ratione belli miserrimum illud est, quòd ille latronibus suis pollicetur primùm domos: vrbem enim se diuisurum confirmat [c]: deinde omnibus portis, quò velint, deducturum. omnes Caphones, omnes Saxæ, ceteræque pestes, quæ sequuntur Antonium, ædeis sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. atque etiam homines agrestes, si [d] homines sunt illi potiùs, quàm pecudes, inani spe ad aquas vsque Puteolanas prouehuntur [e]. Ergo habet Antonius, quod suis polliceatur. Quid nos? numquid tale habemus? *Dij meliora.* id enim ipsum agimus, ne quis posthac eiusmodi [f] quidquam possit polliceri. Inuitus dico, sed dicendum est. Hasta Cæsaris, patres conscripti, multis improbis & spem affert, & audaciam. viderunt enim, ex mendicis fieri repentè diuites. itaque hastam [g] semper videre cupiunt ij, qui nostris bonis imminent: quibus omnia pollicetur Antonius. Quid nos? nostris exercitibus quid pollicemur? multo meliora, atque maiora. *scelerum enim promissio, & ijs, qui exspectant, perniciosa est: & ijs, qui promittunt.* Nos [h] nostris militibus libertatem, iura i, leges, iudicia, imperium orbis terræ, dignitatem, pacem, otium pollicemur. Antonij igitur promissa, cruenta, tætra, scelerata, diis, hominibúsque inuisa, nec diuturna, nec salutaria: nostra contrà, honesta, integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis. ¶ Hîc mihi etiam Qu. Fusius [k], vir fortis, ac strenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat. quasi verò, si laudanda pax esset, ego idem [l] facere commodè non possem. semel [m] enim pacem defendi: non semper otio studui: quod cùm omnibus bonis vtile est, tum præcipuè mihi. Quem enim cursum industria mea tenere potuisset, sine forensibus causis, sine legibus, sine iudiciis? quæ esse non possunt, ciuili pace sublata. ¶ Sed quæso, Calene: quid [n]? tu seruitutem, pacem vocas? *Maiores quidem nostri non modò, vt liberi essent, sed etiam vt imperarent, arma capiebant* [o]: *at tu arma abijcienda censes, vt seruiamus. Quæ causa iustior est belli gerendi, quàm seruitutis depulsio?* in qua etiam si non sit molestus dominus: tamen est miserrimum, posse, si velit. Immò [p] alia causa iusta, ac necessaria est. nisi fortè ad te hoc non putas pertinere, quòd te socium fore speras dominationis Antonij. In quo *bis* [q] *falleris: primùm quòd tuas rationes communibus anteponis: deinde, quòd quidquam stabile* [r] *in regno, aut iucundum putas.* non, si tibi antea profuit, semper proderit. Quinetiam [s] de illo homine queri solebas quid te facturum de bellua putas? Atqui [t] is es, qui semper pacem optaris, semper omneis eiueis saluos volueris. Honesta oratio: sed ita, si bonos, & vtileis reipubl. ciueis: sin eos, qui natura ciues sunt, voluntate hosteis, saluos velis: quid tandem interest [u] inter te, & illos? Pater quidem [a] tuus, quo vtebar sene auctore adolescens, homo seuerus, & prudens, primas omnium ciuium P. Nasicæ, qui T. [b] Gracchum interfecit, dare solebat. eius [c] enim virtute, consilio, magnitudine animi, liberatam rempublicam arbitrabatur. Quid? nos à patribus nũ aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis: si temporibus illis fuisses, non probaretur, quia nõ omneis saluos esse voluisset. Quòd L. Opimius consul verba fecit de republica, de ea re ita censuerunt, VTI [d] OPIMIVS CONSVL REMP. DEFENDERET. Senatus hęc verbis, Opimius armis. Num igitur eũ, si tum esses, temerarium ciuem, aut crudelem putares? aut Qu. Metellum [e], cuius [f] quattuor [g] filij consulares [h]? aut P. Lentulum, principem senatorem? complureis alios, summos viros, quik cum L. Opimio consule armati Gracchum [i] in Auentinum persecuti sunt? quo in prœlio Lentulus graue vulnus accepit: interfectus est Gracchus, & M. Fuluius consularis, eiúsque duo adolescentuli filij. Illi igitur viri vituperandi. non enim ciueis [m] omneis saluos esse voluerunt. Ad propiora veniamus. C. Mario, L. Valerio, consulibus, senatus rempublicam defendendam dedit: L. Saturninus tribunus plebis, Glaucia prætor est interfectus. omneis illo die Scauri, Metelli, Claudij, Catuli, Scæuula [n], Crassi, arma sumserunt. num aut consules illos, aut clarissimos viros vituperandos putas? Ego Catilinam perire volui. num tu, qui omneis saluos vis, Catilinam saluum esse voluisti? Hoc interest, Calene, inter meam sententiam, & tuam: ego nolo quenquam ciuem committere, vt morte multandus sit: tu, etiam si commiserit, conseruãdum putas. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri [o], secarique patimur, vt P membrorum aliquod potiùs, quàm totum corpus intereat: sic in reipublicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum, amputetur. Dura vox. Multò illa durior: Salui sint improbi, scelerati, impij: deleantur innocentes, honesti, boni, tota respublica. Vno in homine, Qu. [p] Fusi, fateor te vidisse plus, quàm me. Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum ciuem, sceleratum, libidinosum, impium, audacem, facinorosum [r]: tu contrà sanctum, temperantem [s], innocentem, modestum, retinendum ciuem, & optandum. in hoc vno te plurimùm vidisse, me stultum errasse concedo. Nam [t] me tecum iracundè agere dixisti solere: non est ita. vehementer me agere fateor, iracundè nego. *omnino irasci amicis non temerè soleo, ne si merentur quidem.* Itaque sine verborum contumelia à te dissentire possum, sine [u] animi summo dolore non possum. parua est enim mihi tecum, aut [x] parua de re dissensio? ego huic vni delicet faueo, tu [y] illi? Immò verò ego D. Bruto faueo, tu M. Antonio: ego conseruare [z] coloniam populi Romani cupio, tu expugnare [a] studes. An hoc negare potes: qui omneis moras interponis [b], quibus infirmetur Brutus, melior fiat Antonius? quousque enim dicis [c], pacem velle te? res geritur: conductæ vineæ sunt: pugnatur acerrimè: qui intercurrerent, missimus treis principes ciuitatis. hos contemsit, reiecit, repudiauit Antonius. tu tamen permanes constantissimus defensor Antonij. Et quidem, quo melior senator videatur, negat se illi amicum esse debere.

a Penates, aras, focos, sepulcra maiorum: nos leges, iudicia, libertatem, coniuges, liberos, patriam defendimus: contrà M. Antonius id molitur, id pugnat, vt hæc omnia perturbet, euertat, prædâ reipubl. causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispertiat

b parricidis. P. CCXVI.

c L. esse confirmat:

d L. si homines illi, ac nõ pecudes potiùs, inani spe ad aquas vsq; & Puteolos prouehuntur.

e al. peruehẽtur.

f L. quid iũ eiusmodi

g L. semper hastam vid.

h L. nos liber tatem nostris milit. leges, iura, iud.

i al. leges, iura, iud.

k L. Fusius.

l L. ego id æquè cõmodè facere nõ p. m al. semel enim p. defuit? nõ semp. otio studui?

m al. quid tui seru.

n L. capiebãt.

o P. B.

p P. Immò alia causa iusta: hæc necessaria est.

q L. bis labetris:

r L. stabile, aut iucũdum in regno putas.

s al. Quin etiã, meminisse de illo hom. q. s.

t L. Atque ais eam te esse, qui

u L. interfit

a al. Pater tuus quidem quo

b Valerius 8. c. 15. eius virtute, consilio, & ita L.

c v. c. eius virtute, consilio, & magnitudine animi, liberatam rempublicam arbitrabatur. Quid? nos à patribus nũ aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis: si temporibus illis fuisses, non probaretur, quia nõ omneis saluos esse voluisset. Quòd L. Opimius consul verba fecit de republica, de ea re ita censuerunt, VTI OPIMIVS CONSVL REMP. DEFENDERET. Senatus hęc verbis, Opimius armis. Num igitur eũ, si tum esses, temerarium ciuem, aut crudelem putares? aut Qu. Metellum, cuius quattuor filij consulares? aut P. Lentulum, principem senatorem? complureis alios, summos viros, quik cum L. Opimio consule armati Gracchum in Auentinum persecuti sunt? quo in prœlio Lentulus graue vulnus accepit: interfectus est Gracchus, & M. Fuluius consularis, eiúsque duo adolescentuli filij. Illi igitur viri vituperandi. non enim ciueis omneis saluos esse voluerunt. Ad propiora veniamus. C. Mario, L. Valerio, consulibus, senatus rempublicam defendendam dedit: L. Saturninus tribunus plebis, Glaucia prætor est interfectus. omneis illo die Scauri, Metelli, Claudij, Catuli, Scæuula, Crassi, arma sumserunt. num aut consules illos, aut clarissimos viros vituperandos putas? Ego Catilinam perire volui. num tu, qui omneis saluos vis, Catilinam saluum esse voluisti? Hoc interest, Calene, inter meam sententiam, & tuam: ego nolo quenquam ciuem committere, vt morte multandus sit: tu, etiam si commiserit, conseruãdum putas. In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri, secarique patimur, vt P membrorum aliquod potiùs, quàm totum corpus intereat: sic in reipublicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum, amputetur. Dura vox. Multò illa durior: Salui sint improbi, scelerati, impij: deleantur innocentes, honesti, boni, tota respublica. Vno in homine, Qu. Fusi, fateor te vidisse plus, quàm me. Ego P. Clodium arbitrabar perniciosum ciuem, sceleratum, libidinosum, impium, audacem, facinorosum: tu contrà sanctum, temperantem, innocentem, modestum, retinendum ciuem, & optandum. in hoc vno te plurimùm vidisse, me stultum errasse concedo. Nam me tecum iracundè agere dixisti solere: non est ita. vehementer me agere fateor, iracundè nego. *omnino irasci amicis non temerè soleo, ne si merentur quidem.* Itaque sine verborum contumelia à te dissentire possum, sine animi summo dolore non possum. parua est enim mihi tecum, aut parua de re dissensio? ego huic vni delicet faueo, tu illi? Immò verò ego D. Bruto faueo, tu M. Antonio: ego conseruare coloniam populi Romani cupio, tu expugnare studes. An hoc negare potes: qui omneis moras interponis, quibus infirmetur Brutus, melior fiat Antonius? quousque enim dicis, pacem velle te? res geritur: conductæ vineæ sunt: pugnatur acerrimè: qui intercurrerent, missimus treis principes ciuitatis. hos contemsit, reiecit, repudiauit Antonius. tu tamen permanes constantissimus defensor Antonij. Et quidem, quo melior senator videatur, negat se illi amicum esse debere.

d al. Vti L. Opimius

e Numidicũ.

f vide 7. Valer. 1. 7. Plin. 44. Plin. de viris illustr. c. 6.

g Imò non omneis hi consulares, sed tres tantùm vnus triumphalis. Plin. d. c. 6. & Valer. illo loco, vnum Censorium, duos triumphales, quartũ Prætoriũ. Plinius verò d. c. 44. vnum Prætorẽ, tres consulares, duos triumphales vnũ Cẽsoriũ.

h al. consulares? L. Lent,

i L. senatus?

k al. qui cum Opimio consule

l P. CCXVII. id est C. Gracchum 2. de oratore pro Plancio. 2. Val. 8.

m al. omneis ciueis s.

n al. Scęuolæ, ol. id vri, sec.

p L. vt membrũ aliquod pot.

q Q. Fuſi.

r v. c. facinorosum,

s al. temperatum,

t L. Nã quod me tecũ trac.

u al. sine animi summo dolore irasci non possum,

x al. ac.

y al. tu illi. Immò

z L. cõseruari

a L. expugnari

b L. interpones,

c L. dicet,

a L. cùm suo magno esset beneficio, venisse eum c.
b L. tam es acerb.
c L. Fusi, al. Q. Fusi.
d L. facit b.
e L. per quem fata est vrbs ea,
f Massilienſiũ laus.*
g al. triũphauerunt.
h al. quanquã proprios dol.
i L. iam me.
k L. qui sit huic amicus. Exc. P. CCXVIII.
l L. exorare nũc, vt sis popularis, non possumus.
m L. cum Fusio.
n L. Venio ad rel. cont.
o L. (iure hoc meo dico)
p L. quin mecum hab.
q L. quid si ille faceret iudutias? ante os, oculósq.
r al. consulet oculósq. vet. ante hos. al. ea ante eos. vet. antè consulem.*
s L. consolabar: cùm illi ab Ant.
t al. renũtiaſſ. scotq. seu.
u L. vti censuiſſemus:
x L. nõ fuisse: fore, vt omnes insl.
y L. viris
z L. languidiores postea factí sumus. quàm Ant.
a L. Ser. Sulpicius viueret:
b L. quanquã m. q nullum. quamuis de illo, ad q.m. P. B.
c Lænas Liuius 24. Plin. 34. c. 6. 6. Valer. 4. Iustinus 34.*
d L. se renunciaturum sen.

cum a suo magno beneficio veniſſe eum contra ſe. Vide quanta caritas ſit patriæ. cùm homini ſit iratus, tamẽ reip. cauſa defendit Antonium. Ego te, cum in Maſſilienſeis tam b ſis acerbus, Fuſi c, non animo æquo audio. Quouſque enim Maſſiliam oppugnabis? ne triumphus quidem finem fecit d belli? per e quem ſublata eſt vibs ea, ſine f qua numquam ex Tranſalpinis gentibus maiores noſtri triumpharunt g. quo quidem tempore populus R. ingemuit. quamquam h enim proprios dolores ſuarum rerum omnes habebant: tamen huius ciuitatis fideliſſimæ miſerias, nemo erat ciuis, qui a ſe alienas abiiceret. Cæſar ipſe, qui illis fuerat iratiſſimus: tamen propter ſingularem eius ciuitatis grauitatem, & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat: te nulla ſua calamitate ciuitas fatiare tam fidelis poteſt? Rurſus me i iam iraſci fortaſſe dices. Ego autem ſine iracundia dico, vt omnia, nec tamen ſine dolore. Neminem illi ciuitati inimicum eſſe arbitror, qui k amicus ſit huic ciuitati. Excogitare, quæ tua ratio ſit, Calene, non poſſum. antea deterrere te, ne popularis eſſes, non poteramus: vt l nunc ſis popularis, exorare non poſſumus. Satis multa cum m Fuſio, ac ſine odio omnia, nihil ſine dolore. Credo autem, qui generi querelam moderatè ferat, æquo animo laturum amici.

¶ Venio n nunc ad reliquos conſulareis, quorum eſt nemo, iure o meo hoc dico, qui p non mecum habeat aliquam cõiunctionem gratiæ, alij maximam, alij mediocrem, nemo nullam. Quàm heſternus dies nobis, conſularibus dico, turpis illuxit? iterum legatos? quid q? ille faceret indutias? ante conſulis r, oculóſque legatorum, tormentis Mutinam verberauit: opus oſtendebat, munitionémq. legatis: *ne punctum quidem temporis*, cùm legati adeſſent, oppugnatio reſpirauit. Ad hunc legatos? cur? an vt eorum reditu vehementiùs pertimeſcatis? Equidem cùm antea legatos decerni non cẽſuiſſem: hoc me tamen conſolabar s, quòd cùm illi ab Antonio contemti, & reiecti reuertiſſent, dixiſſentque t ſenatui, non modò illum è Gallia non diſceſſiſſe, vt u cenſuimus, ſed ne à Mutina quidem receſſiſſe: poteſtatem ſibi D. Bruti conueniendi non x fuiſſe: putabam fore, vt omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viribus y D. Bruto ſubueniremus. nos etiam languidiores z facti ſumus, poſtquam Antonij non ſolùm audaciam, & ſcelus, ſed etiam inſolentiam, ſuperbiámque perſpéximus. Vtinam L. Cæſar valeret, Seruius a Sulpicius viueret. multo meliùs hæc cauſa ageretur à tribus, quàm nunc agitur ab vno. dolenter hoc dicam potiùs, quàm contumelio. ſedeſerti, deſerti, inquã, ſumus, P. C. à principibus. Sed, vt ſæpe iam dixi, *omnes in tanto periculo, qui rectè & fortiter ſentient, erunt conſulares.* animum nobis afferre legati debe runt: timorem attulerunt: quanquam b mihi quidem nullum vnquam timorem, quanuis illi de illo ad quem miſſi ſunt, benè exiſtiment: à quo etiam mandata acceperunt. Prò, dij immortales! vbi eſt ille mos, virtúſque maiorum? C. Popillius c apud maiores noſtros. cùm ad Antiochum regem legatus miſſus eſſet, & verbis ſenatus denuntiaſſet, vt ab Alexandria diſcederet, quã obſidebat: cùm tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit. dixítque, ſe d non antè, renuntiaturum ſe natui niſi priùs ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quàm ex illa circumſcriptione excederet a. Præclarè: ſenatus enim faciem ſecum attulerat, auctoritatem b reipublicæ: cui qui non paret, non ab eo mandata accipienda ſunt, ſed ipſe eſt totus c repudiandus. An ego ab eo mandata acciperem, qui ſenatus mãdata cõtemneret? aut ei cum ſenatu quidquam commune iudicarem, qui imperatorem populi R. ſenatu prohibente, obſidêret? At quæ mandata? qua arrogantia? quo ſtupore? quo ſpiritu? Cur autem ea legatis noſtris dabat, cùm ad nos Cotylam mitteret, ornamentum, atque arcem amicorum ſuorum, hominem ædilitium? ſi dverò tum fuit ædilis, cùm eum iuſſu Antonij in conuiuio ſerui publici loris ceciderunt. At e quàm modeſta mandata fert? ij ſumus, P. C. qui quidquam huic negemus? VTRAMQVE f PROVINCIAM, inquit, REMITTO: EXERCITVM DEPONO: PRIVATVS ESSE NON RECVSO. Hæc ſunt enim verba. redire ad ſe videtur. OMNIA OBLIVISCOR. IN GRATIAM REDEO. Sed quid adiungit? SI LEGIONIBVS MEIS g ET SI EQVITIBVS, ET SI COHORTI PRAETORIAE FRAEDAM, AGRVMQVE DEDERITIS. His etiam præmia poſtulat, quibus vt ignoſcatur ſi poſtulet, impudentiſſimus iudicetur? Addit h præterea, quos ipſe cum Dolabella dederit agros teneant ij, quibus dati i ſunt. Hic eſt Campanus ager, & Leontinus, quæ duo maiores noſtri annonæ perfugia ducebant. Cauet mimis, aleatoribus, lenonibus: Caphoni k etiam, & Saxæ cauet: quos centuriones pugnaces, & lacertoſos, inter mimorum, & mimarum greges collocauit. Poſtulat præterea, vt chirographorum, & commentariorum ſua, collegæque ſui decreta maneant. Quid laborat, vt habeat, quod quiſque mercatus eſt, ſi l quid accepit, habeat, qui vendidit? & ne tangantur rationes ad Opis: id eſt, ne m ſeſtertiũm ſepties millies recuperetur: ne fraudi ſit ſeptemuiris, quod egiſſent. Nucula n hoc credo, admouit. verebatur fortaſſe, ne amitteret tantas clientelas. Caueri etiam vult iis, qui ſecũ ſunt, quidquid contra leges commiſerunt o. Muſtelæ, & Tironi proſpicit: de ſe nihil laborat. Quid enim cõmiſit vnquam? num aut pecuniam publicam attigit, aut hominem occidit, aut ſecum habuit armatos? Sed quid eſt, quod de iis laboret? Poſtulat enim, ne ſua iudiciaria p lex abrogetur. quo impetrato, quid eſt quod metuat? an ne ſuorum aliquis à Cyda, Lyſiade, Curio condemnetur? neque tamen nos vt ge mandatis plutibus. remittit aliquantum, & relaxat. GALLIAM, inquit, TOGATAM REMITTO, COMATAM POSTVLO. Otioſus videlicet eſſe mauult. Cùm ſex legionibus, inquit, iſque ſuppletis ex D. Bruti exercitu, non modò ex q delectu ſuo: tamdiúque vt obtineat, quamdiu M. Brutus, C. Caſſius, conſules, próque conſules prouincias obtinebunt. * * * * * * huius r comitiis C. t frater. eius eſt enim iam annus, iam repulſam tulit. Vt u QVINQVENNIVM, inquit, OBTINEAM. At iſtud vetat lex x Cæſaris, & tua. Hęc tu mãdata, L. Piſo y, & tu, L. Philippe, principes ciuitatis nõ x dico animo a ferre, verũ aurib. accipere potuiſtis? Sed vt ſuſpicor, terror erat quidã: nec

a al. exiſſet: Pr.
b L. auctoritatem popul. R.
c al. potius rep.
d al. Si verè tum fuit
e L. At quàm modeſta mandata? Fercei ſumus, P. C. qui quidquã h. negemus.
f hãc vocem, delet Antonius Auguſtinus, quod Vt ſino diſpliceat.*
g L. MEIS SEX. SI EQVIT. SI COH.
h L. Addit, præterea, vt quos ipſe
i L. dati ſint,
k L. Caſoni
l L. ſi, quod accepit, habet qui vendidit? Et ne t. m v.c. ne ſeptiès millies recup.
n L. Nucula, credo, adm. o L. commiſerint.
p Legis huius iudiciariæ ab Antonio latæ meminit idẽ Cicero Philip. 5. ſuprà.*
q L. ex dilectu.
r L. próve cõſulib. pr.
s Ant. Aug. Lucius comitiis Conſul fiat. Vrſin. Binis comitiis L. frater (eſt enim idem annus.)*
t al. C. frater eius. eſt enim iam annus, ve repulſam
u al. tulit. IPSE AVTEM, inquit, VT QVINQ. P. B.
x L. lex Cæſaris, Et tu acta Cæſaris defendis. Hæc tu mand.
y adde 12. famil. 4.*
z al. non dico æquo animo ferre, verùm aurib.
a al. ad nos,*

vos vt legati apud illum fuistis, nec vt consulares: nec vestram, nec reipublicę dignitatem tenere potuistis, & tamen nescio quo pacto, sapientia quadam, credo, quod ego non [a] possum, non nimis irati reuertistis, vobis M. Antonius nihil tribuit, clarissimis viris, legatis populi Romani. Nos quid non legato Antonij [b] Cotylæ concessimus? cui portas huius vrbis patere ius non [c] fuit, huic hoc templum patuit: huic aditus in senatum fuit: hic hesterno die sententias nostras in codicillos, & omnia verba referebat: huic se etiam summis honoribus vsi contra [d] dignitatem suam venditabant. O dij immortales, *quàm magnum est, personam in republica tueri principis! quæ non animis solum debet, sed etiam oculis seruire ciuium. Domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, etiam reducere* [e], *hominis est nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis.* Quod autem est periculum? nam [f] si maximum in discrimen venietur, aut libertas parata victori est, aut mors exposita [g] victo. quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. *Turpis autem fuga mortis, omni est morte peior.* Nam illuc quidem non adducor vt credam, esse quosdam, qui inuideant alicuius constantiæ, qui [h] laboribus, qui eius perpetuam in republica adiuuanda voluntatem & à senatu, & à populo Romano probari molestè ferant. Omnes [i] id quidem facere debebamus: *eáque erat non modò apud maiores nostros, sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare* [k], *cogitare, adesse animo, semper aliquid pro republica aut facere, aut dicere.* Ego Qu. Scæuulam [l] augurem memoria teneo, bello Marsico [m], cùm esset summa senectute, & perdita valetudine, quotidie, simulatque luceret, facere omnibus cõueniendi sui potestatem: neque eum quisquã illo bello vidit in lecto, senexque, & debilis, primus veniebat in curiã. Huius industriam maximè [n] equidem vellem, vt imitarentur ij, quos oportebat: secundo autem loco, ne alterius labori inuiderent. Etenim, P.C. cùm in spem libertatis sexennio [o] simus ingressi, diutiúsque seruitutem perpessi, quàm captiui fugi, & diligentes solent: quas vigilias, quas sollicitudines, quos labores, liberandi populi Romani causa recusare debemus? Equidem, P.C. quãquam hoc honore vsi, rogati esse [p] solent, cùm est in sagis ciuitas: statui tamen à vobis, ceterísque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantáque perturbatione populi [q] R. non differre vestitu. Non enim ita gerimus nos hoc bello consulares, vt æquo animo populus R. visurus sit nostri honoris insignia: cùm partim è nobis ita timidi sint, vt [r] omnẽ ij populi R. beneficiorum memoriam abiecerint: partim ita à rep. auersi, vt [s] huic se hosti fauere præ se ferant: legatos nostros ab Antonio despectos esse, & irrisos facilè patiantur: legatum Antonij subleuatum velint. huic [t] enim reditum ad Antonium prohiberi negabant oportere, & in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant, quibus geram [u] morem. Redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege, ne vnquam Romam reuertatur. ceteris autem, si errorem suum deposuerint, & [x] in reip. gratiam redierint, veniam, & impunitatem dandam puto. ¶ *Quas ob res ita censeo: EORVM, qui cum M. Antonio sunt, qui ab armis discesserint, & aut ad* [y] *Pansam, aut ad Hirtium, consules, aut ad Decium Brutum, imperatorem, COS. designatum, aut ad C. Cæsarem pro* [z] *prætorẽ, ante* [a] *idus Martias adierint, ijs fraudi ne sit, quòd cum M. Antonio fuerint. si quis eorũ, qui cum M. Antonio sunt, fecerit, quo* [b] *honore, præmióve quis dignus esse videatur: vti C. Pansa, A. Hirtius, COSS. alter, ambóve, si eis videatur* [c], *de eius honore, præmióve, primo quoque die ad senatum referant. Si quis post d hoc ad Antonium profectus fuerit* [e], *præter L. Varium, senatum existimaturum eum contra rempublicam fecisse.*

a L. non possem.
b M. Antonij cL. non erat.
d al. contra suam dignitatem
e L. seducere
f L. nam & maximè in discrimen venitur
g L. proposita victo.
h L. qui laboris: eius perp.
i al. Omnes quidem id f.
k L. vigilare, adesse animo, semper aliquid pro rep. aut cogitare, aut facere, aut dicere. Ego, P.C. Q. Scæuul.
l Qui Scæuulæ laus.*
m quod aduersus socios gestum: Liuij epitome 71. Appianum 1. ciuilium 3. Flor. 18. Plinium c. 63. & 65. de viris illustribus.*
n L. Maximè quidem vellẽ
P. CXXX.
o L. sexennio post simus ingr.
p L. solẽt esse
q L. resp.
r L. vt omnẽ populi R. bẽ.
s L. vt se hosti fauere pr.
t L. hũc enim reditu ad A.
u L. morẽ geram R.
x L. & cũ rep. in gra. red.
y L. ad C. Pãsam.
z al. pro prætore,
a L. antè idus Martias primas adier.
b L. quod honore præmió ve dignũ esse vid.
c L. videbitur,
d L. post hoc S.C. ad Ant. e L. esset, pt. P. B.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA NONA.

P. CCXXI.

ORATIO QVINQVAGESIMAPRIMA.

SYNOPSIS.

Seruio Sulpicio, quòd legatus ad Antonium, ibidem mortuus fuerit, statuam ponendam esse suadet.

VELLEM, dij immortales fecissent, P.C. vt viuo potiùs Ser. Sulpicio gratias ageremus, quàm [a] mortuo honores quæreremus. Nec verò dubito, quin si ille vir renũtiare [b] legationẽ potuisset, reditus eius & nobis gratus fuerit, & reipub. salutaris futurus: nõ [c] quòd L. Philippo, & L. Pisoni aut studiũ, aut cura defuerit in tanto officio, tantóque munere: sed cùm Ser. Sulpicius ætate [d] illos anteiret, sapiẽtia omneis, subitò ereptus totam legationem orbã, & debilitatam reliquit. Quòd si cuiquã iustus honos habitus est in morte legato, in nullo iustior, quàm in Ser. Sulpicio, reperietur. Ceteri, qui in legatione mortem obierũt, ad incertum vitæ periculum, sine vllo mortis metu profecti sunt: Ser. Sulpicius cum aliqua perueniendi ad M. Antonium spe profectus est, nulla reuertendi. qui cùm ita affectus esset, vt, si ad grauem valetudinem [e] labor viæ accessisset, sibi ipse diffideret: non recusauit, quo minùs vel [f] in extremo spiritu, si quam opem reipublicæ ferre posset, experiretur. Itaque non illum vis hiemis, non niues, non longitudo itineris, non adsperitas viarum, nõ morbus ingrauescens retardauit: cúmque iã ad cõgressum, colloquiúmque eius perueniisset, ad quem erat missus: in ipsa cura, & [g] meditatione obeũdi sui muneris excessit è vita.

a L. quàm honores mortuo quær.
b L. legationem renuntiare pot.
c L. non quo L. Ph.
d L. ætate illis anteiret sapientia omnibus.
e v. c. valitudinem
f L. vel extremo sp.
g al. ac.

Vt igitur alia, sic hoc, Pansa [a], præclarè, quòd nos ad [b] ornandum Ser. Sulpicium cohortatus es, & ipse multa copiosè de illius laude dixisti. quibus à te dictis, nihil præter sententiã dicerem, nisi P. Seruilio respondendum putarem, *qui* [c] *hunc honorem statuæ nemini tribuendum censuit, nisi* [d] *qui ferro esset in legatione interfectus.* Ego autem, P.C. sic interpretor sensisse maiores nostros, vt *causam mortis* censuerint, *non genus esse quærendum.* Etenim cui legatio ipsa morti fuisset, eius monumentum extare voluerunt, vt in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. Non igitur exempla maiorum quærenda, sed consilium est eorum, à quo ipsa exempla nata sunt, explicandum. Lartes [e] Tolumnius [f], rex Veientum, quatuor [g] legatos [h] populi Rom. fidenis interemit: quorum [i] statuæ in Rostris steterunt vsque ad nostram memoriam. Iustus honos. *ijs enim maiores nostri, qui ob remp. mortem obierant, pro breui vita diuturnam memoriam reddiderunt.* Cn. Octauij, clari [k], & magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in Rostris. Nemo [l] enim tum nouitati inuidebat: nemo virtutem non honorabat. At ea fuit legatio Octauij, in qua periculi suspicio nõ subesset. Nam, cùm esset missus à senatu ad animos regum perspiciendos, liberorũmque populorum, maximéque, vt nepotem Antiochi [m] regis, eius, qui cum maioribus nostris bellũ gesserat, classeis habere, elephantos alere prohiberet: Laodiceæ in gymnasio à quodam Leptine est interfectus. *Reddita* [n] *est ei tum à maioribus statua pro vita:* quæ multos per annos progeniem eius honestaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam sola restaret. Atqui [o] & huic, & Tullo Cluuio [p], & L. Roscio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, qui à Veientium rege cæsi sunt, *non sanguis, qui* [q] *profusus est in morte, sed ipsa mors ob remp. obita, honori fuit.* Itaque, P.C. si Ser. Sulpicio casus mortem attulisset, dolerem quidem tanto reip. vulnere: mortem verò eius non [r] monumentis, sed luctu publico esse honorandam putarem. Nunc autem quis dubitat, quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? secum enim ille mortem extulit: quam, si nobiscum remansisset, sua cura, optimi filij, fideliſſimæque [f] coniugis diligentia, vitare potuisset. At ille, cùm videret, si vestræ auctoritati non paruisset, dissimilem se futurum fuisse [s] paruisset, munus sibi illud pro rep. susceptum, vitæ [u] finem allaturum: *maluit in maximo reip. discrimine mori, quàm minùs, quàm potuisset, videri reip. profuisse.* Multis illi in vrbibus, quà iter faciebat, reficiendi se, & curandi potestas fuit. aderat [x] & hospitum inuitatio liberalis pro dignitate summi viri, & [y] eorum hortatio, qui vnà erant missi, ad requiescendum, & vitæ suæ consulendum. At ille properans, festinánsque [z], mandata nostra conficere cupiens, in hac constantia, morbo aduersante, per seuerauit. Cuius cùm aduentu maximè perturbatus esset Antonius, quòd ea, quæ sibi iussu nostro [a] denuntiarentur, auctoritate erant, & sententia Ser. Sulpicij constituta: declarauit quàm odisset senatum, cùm auctorem senatus exstinctum, lætè, atque insolenter tulit. Non igitur magis Octauium Leptines, nec Veientium rex eos, quos modò nominaui, quàm Ser. Sulpicium occidit Antonius, *Is enim profectò mortem attulit, qui causa mortis fuit.* Quocirca [a] ad posteritatis etiam memoriam pertinere arbitror, exstare, quod fuerit de hoc bello iudicium senatus. erit enim statua ipsa testis, bellum tam graue fuisse, vt legati interitus, honoris memoriam consecutus sit. Quòd si excusationem Ser Sulpicij, P.C. legationis obeundæ recordari volueritis, nulla dubitatio relinquetur, quin [b] honore mortuo, quam viuo iniuriam fecimus, farciamus. Vos, enim, patres conscripti (graue dictu est, sed dicendum tamen) vos, inquam, Ser. Sulpicium vita priuastis. Quem cùm videretis se magis morbo, quàm oratione, excusantem, non vos quidem crudeles fuistis, (quid enim minùs in hunc ordinem conuenit?) sed cùm speraretis nihil esse, quod non illius auctoritate, & sapientia effici posset, vehementiùs excusatione [c] obstitistis: atque eum, qui semper vestrum consensum, grauissimum iudicauisset, de sententia deiecistis. Vt verò Pansæ consulis accessit cohortatio grauior, quàm aures Ser. Sulpicij ferre didicissent. tum [d] filium, méque item seduxit, atque ita locutus est, *vt auctoritatem vestram vitæ suæ se diceret anteferre.* cuius nos virtutem admirati, non [e] ausi sumus eius aduersari voluntati. mouebatur singulari pietate filius: non multum eius perturbationi meus dolor concedebat: sed vterque nostrûm cedere cogebatur magnitudini animi, orationisque grauitati, cùm quidem ille maxima laude, & gratulatione omnium vestrûm pollicitus est, se, quod velletis, esse facturum, neque eius sententiæ periculum, vitaturum, cuius ipse auctor fuisset, quem exsequi mandata vestra properantem, manè postridie prosecuti sumus. qui quidem discedens, mecum ita locutus est, vt eius oratio, omen fati videretur. *Reddite igitur*, P. C. *ei vitam, cui ademistis. vita enim mortuorum in* [f] *memoria viuorum est posita.* perficite, vt is, quem vos ad mortem insci mississis, immortalitatem habeat à vobis. cui si statuam in Rostris decreto vestro statueritis, nulla eius legationem posteritatis [g] inobscurabit obliuio. Nam reliqua Ser. Sulpicij vita multis erit, præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata. semper illius grauitatem, constantiam, fidem, præstantiam [h], in republica tuenda curam, atque prudentiã, omnium mortalium fama celebrabit. Nec verò silebitur admirabilis quædam, & incredibilis, & [i] pænè diuina eius [k] in legibus interpretandis, equitate explicanda, sciẽtia. Omnes ex omni ætate, qui [l] hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non [m] sunt comparandi. Neque enim ille magis iurisconsultus, quàm iustitiæ fuit. Itaque [n] quæ [o] proficiscebãtur à legibus, & à [p] iure ciuili, *semper ad facilitatem* [q], *æquitatémque referebat: neque constituere* [r] *litium actiones malebat, quàm controuersias tollere.* Ergo hoc statuæ monumento non eget: habet alia maiora, hæc enim statua, mortis honestæ testis erit: illa, memoria vitæ gloriosæ: vt hoc magis monumentum grati senatus, quàm clari viri, futurum sit. Multùm etiam valuisse ad patris honorem pietas filij videbitur: qui quanquam afflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis, vt ille

[a] L. C. Pansa b. & ad honorandum Ser. Sulp. P. B.

[b] Legatis Romanis apud hostes interfectis statuæ ponebãtur à Romanis.*

[c] d L. nisi ei, qui,

[d] e L. Liv. Tolumnius, rex Veientum.

[e] f de quo vide Liuium 4. t. *Flor.* 12.*

[f] h hos postea nominat.*

[g] h Quibus legatis apud hostes interfectis statuæ positæ à Romanis.*

[h] i *v. c.* quorũ statuæ ad vsque ad memoriã in Rostris. Iust.

[i] k L. clari viri, & magni.

[k] l L. Nemo tũ nouitati

[l] m L. regis Antiochi, eius

[m] n 34. Plin. 6.*

[n] o L. Atq. & h. p *al.* Tito Cluio *id enim prænomẽ Cluuiæ familiæ*

[o] q *al.* qui est profusus in morte.

[p] P. CCXXII. r *v. c.* nõ monumento sed luctu publ. ornandã p.

[q] s L. fidelissimæ coniugis

[r] t L. sin par.

[s] u L. vitæ finẽ fore: mal. in max. reip. discr. emori, quam

[t] x L. aderat hospitum in uitatio lib.

[u] y L. & eorum cohortatio,

[x] z L. festinans mandata vestra cons.

[y] a L. vestro,

[z] b L. honore mortuũ

[a] c *fort.* eius excus.

[b] d L. tum verò deniq. filium, méq. seduxit,

[c] e L. non ausi sumus aduersari

[d] f L. in memoria est posita. viuorũ pers. vt is, q. vos inscij ad mort. mis.

[e] g L. posteritatis obscurabit obliuio

[f] h L. præstantẽ in rep. tuẽdam curam,

[g] i *al.* ac*

[h] l Ser. Sulpicius Iurisconsultus.*

[i] l L. qui in hac ciuitate intelligentiã

[k] m *v. c.* nõ fiũt comp.

[l] n L. ita ea, quæ prof.

[m] o Iurisconsulti optimi nunc.

[n] p L. ab iure c.

[o] q *al.* utilitatem: nisi forte facilitatẽ hîc accipimus pro lenitate*

[p] r L. instituere

vt[a] ille si adesset, est autem ita affectus, vt nemo vnquam vnici filij mortem [b] magis dolurit, quàm ille metet patris. Equidem [c] etiam ad famam Ser. Sulpicij filij arbitror attinered, vt videatur honorem debitum patri præstitisse, quamquam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere potuerit [c], quàm effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium. cuius luctus aut hoc honore vestro, aut nullo solatio leuari potest. Mihi autem recordanti Ser. Sulpicij multos in nostra familiaritate fermones, gratior illi videtur *si[f] quis est sensus in morte*, ænea statua futura, & ea pedestris, quàm inaurata equestris: qualis [g] est L. Syllæ prima statua. magnificè enim Ser. Sulpicius maiorum continentiam diligebat. huius sæculi insolentiam vituperabat. Vt igitur, si ipsum consulam, quid velit, fic pedestrem [h] ex ære statuam, tanquam ex eius auctoritate, & voluntate, decerno: quæ quidem magnum ciuium dolorem, & desiderium, honore monumenti minuet, & leniet. Atque hanc meam sententiam. P.C.P. Seruilij sententia probarii necesse est: qui sepulcrum publicè decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde, atque ferro nullum honorem desiderat: cur decernit honorem sepulturæ: qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod non est datum Cn. Octauio: cur, quod illi datum est, huic dandum esse non censet? Maiores quidem nostri statuas multis decreuerũt, sepulchra [k] paucis. sed statuæ interuent tempestate [l], vi, vetustate: sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est: quod nulla vi moueri, neque deleri potest. atque, vt cetera extinguntur, sic sepulcra fiunt [m] sanctiora vetustate. Augeatur [n] igitur isto [o] etiam honore is vir, cui nullus honor tribui non debitus potest. grati simus in eius morte decoranda, cui [p] nullam aliam gratiam referre iam possumus. notetur etiam M. Antonij, nefarium bellũ gerentis, scelerata audacia, his. n. honoribus habitis Ser. Sulpicio, repudiatæ reiectæque legationis ab Antonio, manebit testificatio sempiterna. ¶ *Quas ob res ita decreto. Cũ Ser. Sulpicius, Qu. F. Lemonia[r], Rufus, difficillimo reipublicæ tempore, graui, periculoso que morbo affectus, auctoritatem senatus, salutémque populi R. vitæ suæ præposuerit, contráque vim, grauitatémque morbi contenderit, vt ad castra Antonij quò senatus eum miserat, peruenire[t]: isque [u], cùm iam prope castra venissent, vi morbi oppressus, vitam [x] amiserit in maximo reip. munere [y]: cuius que mors consentanea vitæ fuerit, sanctissimè, honestissimèque acta, in qua sæpe magno vsui reip. Ser. Sulpicius & priuatus, & in magistratib. fuerit: cùm talis vir, ob rempublicam in legatione mortem obierit: Senatui placere, Ser. Sulpicio statuam pedestrem aneam in Rostris ex huius ordinis sententia statui, cíque cúmque eam statuam locum [z] gladiatoribus, ludíque liberos, posteróque eius quaque [b] versus pedes quinque habere, quod is ob remp. mortem obierit. eámque carsam in basi inscribi: vtique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter, amboue, si eis videbitur [c], quæsturibus vrbis imperẽt, vt eam basim, statuámque faciendam, & in Rostris statuendam locent: quantique locauerint, tantam pecuniam redemtoris soluendam [c], attribuendámque curent: cúmque ante e senatus auctoritatem [f] in virorum sertum funeribus, ornamentisque effenderit, placere, eum quàm amplissimè supremo die [g] suo efferri: & cùm Ser. Sulpicius, Q. F. Lemonia, Rufus, ita de rep. meritus sit, vt his ornamentis decorari debeat: Senatum censere, atque è rep. existimare, adilesque curules edictum quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicij Qu. F. Lemonia, Rufi funeri mittere [h]: vtique locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul seu [i] quo alio in loco videtur [k], pedes triginta quoquo versus designet [l], quò Ser. Sulpicius inferatur. Quod sepulcrum ipsius, liberorum posterorúmque eius sit [m]: vti quod optime iure sepulcrum [n] publicè datum [o] est.*

[q] hæc formula vtebantur senatores à Consule interrogati, de qua plenius dixi Philippica 3. in f.

[r] Lemonia, tribus nomen.

[f] L. reip.

[t] L. vt in castra

[u] al. ipse, cũ iam P. CCXXIIII

[x] L. vitam amiserit maximo rei.

[y] L. tempore,

[z] L. locum ludis, gladiatoribusque

[a] subaudi specandis.

[b] L. quoque versus. ‖ al. quoque.

[c] al. videatur, quæstoribus vrbanis imp.

[d] L. redemptori attribuendam, soluendámque curent,

[e] al. exsoluendam.

[f] L. auctoritatem suam in v.

[g] L. suo die eff.

[h] L. remittere:

[i] v.c. seu quo in loco videb. & sic X.

[k] L. videbitur

[l] L. assignet,

[m] L. esset.

[n] L. publicè sepulcrum

[o] L. datum esset.

[a] L. vt si ille adesset.

[b] al. morte

[c] L. Et quidem etiam

[d] L. pertinet,

[e] L. potuit,

[f] Hæc verba plerunque recepta à veteribus in mentione defunctorum vt dixi in oratione pro Sextio adde 4. famil. 5. Senecam de consolat. ad Polyb. Quint. declamac. 352 Iustin. lib. 16. Tertull. de resurrect. Ambros. de obitu Valentin. Sic Græci εἰ τις ἐστὶν οὗ ἔπεσεν ἡ φρόνησις τοῖς τεθνεῶσι, τοῖς παλαιοῖς ἀνακείσεται τῶν ἐν ἅδου γυμνασίων. Isocrates in Archidamico Euagora *

[g] L. qualis L. Syllæ primũ statua est. mirificè enim

[h] statuæ pedestres equestribus oppositæ. *

[i] L. comprobari

[k] Sepulchra paucis Romę decreta. *

[l] al. tempestate vel vetustate.

[m] L. sanctiora fiunt

[n] v.c. Augeatur isto honore etiam is vir.

[o] al. etiam isto honore

[p] L. cui nullam iam aliã grat. ref. p.

[q] L. vt si in castra

[r] L. Lemonia, tribus nomen. *

[s] L. reip.

[t] L. vt in castra

[u] al. ipse, cũ iam P. CCXXIIII

[x] L. vitam amiserit maximo rei.

[y] L. tempore,

[z] L. locum ludis, gladiatoribusque

[a] subaudi specandis. *

[b] L. quoque versus. ‖ al. quoque. *

[c] al. videatur, quæstoribus vrbanis imp.

[d] L. redemptori attribuendam, soluendámque curent,

[e] al. exsoluendam. *

[f] L. auctoritatem suam in v.

[g] L. suo die eff.

[h] L. remittere:

[i] v.c. seu quo in loco videb. & sic X.

[k] L. videbitur

[l] L. assignet,

[m] L. esset.

[n] L. publicè sepulcrum

[o] L. datum esset.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMASECVNDA.

Synopsis.

Bruto aduersus Antonium coactas copias Senatusconsulto confirmandas esse suadet, aduersus Caleni sententiam.

MAXIMAS tibi, Pansa, gratias, omnes & habere, & agere debemus: qui, cùm hodierno die senatum te habiturum non arbitraremur: vt M. Bruti, præstantissimi ciuis, litteras accepisti, ne minimam quidem moram interposuisti, quin quàprimùm maximo gaudio, & gratulatione frueremur. Cùm factum tuum gratum omnibus debet esse, tum verò oratio, qua, recitatis litteris vsus es. declarasti enim, verum esse id, quod ego semper sensi, *Neminem alterius, qui suæ consideret, virtuti inuidere.* Itaque mihi, qui plurimis officiis sum cũ Bruto, & maxima familiaritate cõiunctus, minùs multa de illo dicenda sunt. quas [a] enim parteis ipse mihi sumserã, eas præoccupauit oratio tua. ¶ Sed [b] mihi, P.C. necessitatẽ attulit paullò plura dicendi, sententia eius, qui rogatus est ante me: à quo ita sæpe dissentio, vt iã verear, *ne*, id quod minimè fieri debet, *minuere amicitiam nostram videatur perpetua dissensio.* Quæ est enim ista tua ratio, Calene? quæ [c] mens? qui numquam post Kalendas Ian. idẽ senseris [d], quod is, qui te sententiam primùm [e] rogat? cur nunquam tam frequens senatus fuit, vt vnus aliquis tuã sententiam secutus sit? cur semper tui dissimileis defendis? cur, cùm te & vita, & fortuna

[a] L. quas enim ipse mihi parteis sumseram, eas præcepit or.

[b] RELEVTATIO. *

[c] L. quæ mês vt nunquam

[d] al. censuerit,

[e] al. prius. *

[f] L. rogat, nũquam tam frequens senatus fuerit, quo vnus aliq.

P. CCXXV. a v.c ad otium, ad dign.

tua ad[a] otium, & ad dignitatem inuitet, ea probas, ea decernis, ea sentis, quæ[b] sunt inimica & otio communi, & dignitati tuæ? Nam vt superiora omittam, hoc certè, quod mihi maximam admirationem mouet, non tacebo. Quod est tibi cum Brutis bellum? cur eos, quos omnes pænè venerari debemus, solus oppugnas? alterum circumsederi non molestè fers, alterum tua sententia spolias[c] iis copiis, quas ipse suo labore, & periculo ad reip. non ad suum præsidium, per se nullo adiuuante, confecit? Quis[d] est iste tuus sensus, quæ cogitatio, Brutos vt non probes, Antonios probes? quos omnes carissimos habent, tu oderis? quos acerbissimè[e] omnes oderunt, tu constantissimè diligas? Ampliſſimæ tibi fortunæ sunt, summus honoris gradus, filius, vt & audio, & spero, natus ad laudem: cui cùm reip. causa faueo, tum etiam tua. Quæro igitur, eum Brutine similem malis, an Antonij? Ac permitto, vt de tribus Antoniis eligas, quê velis: D.[f] Brutus melior est, inquies. Cur igitur non[g] iis faues? cur non eos laudas, quorum similem filium tuum esse vis? simul enim reip. con[illegible]es, & propones illi exempla ad imitandum. Hoc verò, Qu. Fusi, copioſiùs[h] sine offensione nostræ amicitiæ, sic tecum, vt à te dissentiens, senator quæro. ita enim dixisti, & quidem de scripto. nam te inopia verbi lapsum putarem, nisi tuam in dicendo facultatem nossem, litteras Bruti rectè, & ordine scriptas videri[i]. quod quid est aliud, quàm librarium Bruti laudare, non Brutum? Vsum in rep. Calene, magnum iam habere, & debes, & potes, quando ita decerni vidisti? aut quod S.C. huius generis (sunt enim innumerabilia) bene scriptas litteras decretũ à senatu? quod verbum tibi non excidit, vt sæpe fit, fortuitu[k]: scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. Hanc tibi cõsuetudinem plerisque in rebus bonis obtrectãdi si[l] quis detraxerit: qui[m] tibi velit obtrectare, non relinquetur. Quamobrem collige te, placáque animum[n] aliquando, & mitiga: audi viros bonos, quibus[o] veteris multùm, lóquere cum sapientissimo homine, genero tuo, sæpius, quàm[p] tu ipse tecum: tum denique ampliſſimi honoris nomẽ obtinebis. An verò hoc pro nihilo putas (in q quo equidem pro amicitia tuam vicem dolere soleo) efferri[r] hæc foras, & ad populi Ro. aureis peruenire, ei, qui primus sententiam dixerit, neminem assensum? quod etiam hodie futurum arbitror. Legiones abducis à Bruto. quas? nempe eas, quas ille ab[s] Antonij scelere auertit, & ad remp. suã auctoritate traduxit. Rursus igitur vis nudatum[t] illum, atque solum ab rep. relegatum videri. Vos autem, P.C. si[u] M. Brutum deserueritis, & prodideritis, quem[x] tandem ciuem vnquam habebitis, quem ornabitis? cui fauebitis: nisi fortè eos, qui diadema[y] impoſuerint, conseruandos: eos, qui[z] nomen regis sustulerint, deserendos putatis. Ac de hac quidem diuina, atque immortali laude M. Bruti silebo: quæ grauissima memoria omnium ciuium inclusa, nondum publica auctoritate testata est. Tantámne patientiam, dij boni! tantam moderationem, tantam in iniuria tranquillitatem, & modestiam? qui cùm prætor vrbanus esset, vrbe caruit, ius non dixit, cùm omne ius populi[a] R. recuperasset: cúmque concursu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat, præsidióque Italiæ cunctæ sæptus posset esse, absens iudicio bonorum defensus esse maluit, quàm præsens manu: qui ne Apollinareis quidem ludos, pro sua, populíque R. dignitate apparatos, præsens fecit, ne quã viam patefaceret sceleratorum[a] hominum audaciæ. Quamquam, qui vnquam aut ludi, aut dies, lætiores fuerunt quàm[b] cùm in singulis versibus populus R. maximo clamore, & plausu Bruti memoriam prosequebatur? corpus aberat liberatoris, libertatis memoria aderat: in qua Bruti imago cerni videbatur. At hunc his ipsis ludorum diebus videbam in insula clarissimi adolescentis, Luculli, propinqui sui, nihil nisi de pace, & concordia ciuium cogitantem. Eundem vidi postea Veliæ, cedentem Italia, nequa oriretur belli ciuilis causa propter se. *O spectaculum illud non modò hominibus, sed vndis ipsis, & litoribus luctuosum, cedere è patria seruatorem eius, manere in patria proditores!*[c] Cassij classis paucis pòst diebus consequebatur: vt me puderet, P.C. in eam vrbem redire, ex qua illi abirent. Sed, quo cõsilio redierim, initiò audistis, pòst estis experti. Exspectatum igitur tempus à Bruto est. nam quoad vos omnia pati vidit, vsus est ipse incredibili patientia. posteaquàm vos ad libertatem sensit erectos: præsidia vestræ libertati paruit. At cui pesti, quantæque restitit? Si enim C. Antonius, quod animo intenderat, perficere[d] potuisset (potuisset autem, nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset) Macedoniam, Illyricum, Græciam perdidissemus. esset vel receptaculũ pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ Græcia: quæ quidem nunc M. Bruti imperio, auctoritate, copiis non instructa solùm, sed etiam ornata, tendit dexteram Italiæ, suúmque ei præsidium pollicetur. Quod[e] qui ab illo abducit, exercitum pulcherrimum, & præsidium firmissimum adimit reipublicæ. Equidem cupio, hæc quam primùm Antonium audire, vt intelligat, non D. Brutum, quem vallo circumsedet[f], sed seipsum obsideri. Tria tenet oppida toto in orbe terrarum: habet inimicissimam Galliam: eos etiam, quibus confidebat, alienissimos Transpadanos: Italia omnis infesta est: exteræ nationes à[g] prima ora Græciæ[h] vsque ad Ægyptum, optimorum, & fortissimorum ciuium imperiis, & præsidiis tenentur. Erat[i] ei spes vna in C. Antonio: qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vitiis cum vtroque certabat: qui, tanquam extruderetur à senatu in Macedoniam, & non contrà prohiberetur proficiſci, ita cucurrit. Quæ tempestas, dij immortales, quæ flamma, quæ vastitas, quæ pestis Græciæ fuisset, nisi[k] incredibilis, ac diuina virtus furentis hominis conatum, atque audaciam compressisset? Quæ celeritas illa Bruti? quæ cura? quæ virtus? Etsi[l] ne illa quidem Antonij celeritas contemnenda est: quem nisi in via caducæ[m] hereditates retardassent, *volasse* eum, *non iter fecisse diceres*. Alios ad negotium publicum ire cùm cupimus, vix solemus extrudere: hunc retinentes exclusimus[n]. At quid ei cum Apollonia? quid cum Dyrrachio? quid cum Illyrico? quid cum P. Vatinij imperatoris exercitu? succedebat, vt ipse dicebat, Hortensio. Certi fines Macedoniæ, certa conditio[o], certus[p] erat etiam illius exercitus.

a v.c ad otium, ad dign.

b L. quæ sint inimica & otio.

c *lib. vulg.* spoliat iis c.

d *al.* Qui est

e L. acerbissimè ceteri oderunt,

f L. Dij meliora, inquies. Cur ig.

g L. non iis faues, quos laudas? quorum sim.

h L. copiosiùs sine off. n. amic. sic t. vt à te diss. sen. queri. ita enim d.

i L. videri. Quid est aliud lib. Br. l. Iz L. fortuito l *al.* si qui dett.

P. R. m L. quid tibi, quod sibi quisque velit, non relinquatur. Quamobr.

n L. animum iſtum al.

o L. quibus multis vteris lóq.

p L. quàm ipse tecum: q v.c. in quo quidem

r L. efferri hoc foras.

s L. à C. Antonij scel.

t *al.* illum nudatum, u v.c. si M. Brutum prodideritis, deserueritis: *fort.* si M. Brutum prodideritis: quem t.

x L. quem id. dem ciuem vnquam ornabitis, cui faueb.

y hoc est qui tyrannidem affect. rint.

z L. qui regni nomen

a L. reip. recuperasset. *al.* recuperauisset.

b L. quàm tum, in singul. verſib. pop. R. max. cl. & pl. Br. memoriam prosequebatur, corpus

c L. perditæ res

d *al.* perficere potuisset, aut potiùs nisi eius sceleri virtus M. Br. obstitisset. Maced.

e L. Quare qui ab illo abduci exercitum: & respectum pulcherr. & præsid. firm.

f L. circumsedeat, sed g Idem 12. famil. 5.*

P. R. h Græciam Brutus & Ægyptum Cassius tenebat*

i L. erat ei specula in O. Antonio.

k L. nisi M. Bruti Cæpionis incredibilis,

l L. Etsi ne C. quidem Antonij celeritas contemn.

m Caducæ hæreditates quæ ad Antonium delatæ alio sẽsu, Caduca hereditas in iure.* n L. extrusimus.

o *al.* certa cõditio exercitus, si modò erat vetus exercitus*

p L. certus si modò erat

exercitus,cum Illyrico verò, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio? At ne Bruto quidem.id enim fortasse quispiam improbus dixerit. Omnes legiones, omnes copiæ, quæ vbique sunt,populi [a] Romani sunt. neque enim legiones, quæ Antonium reliquerunt, Antonij potiùs,quàm reipublicæ fuisse dicūtur. *b.Omne enim exercitus[c],& imperij ius amittit is, qui eo imperio,& exercitu rempublicam oppugnat.*Quòd si ipsa respublica iudicarat, aut si omne ius decretis eius statueretur: Antonióne, an Bruto legiones populi Ro.adiudicaret? Alter [d] aduolaret subitò ad direptionem, pestémque sociorum, & [e], quacunque iret,omnia vastaret,diriperet,auferret: exercitu populi R.contra ipsum populum R. veretur.alter verò eam sibi legem statueret,vt, quocunque venisset,lux[g] venisse quædam,& spes salutis videretur.denique alter ad euertendam remp.præsidia quærebat,alter ad cōseruandam. Nec verò nos hoc magis videbamus,quàm ipsi milites:à quibus tanta in iudicando prudentia nōn erat postulanda. Cum VIII.cohortibus ipse [h] Apolloniam scribit Antonium, qui iam aut captus est (*quod i dij dent*) aut certè homo verecundus in Macedoniam non accedit,ne contra senatum[k] fecisse videatur.Delectus [l] habitus in Macedonia est summo Qu.Hortensij studio,& industria. cuius animum egregium,dignúmque & ipso, & maioribus suis[m] ex Bruti litteris perspicere potuistis.Legio,quam L.Piso ducebat,legatus Antonij, Ciceroni se filio meo tradidit. equitatus,qui in Syriam ducebatur bipertitò, alter[n] eum,à quo ducebatur,reliquit in Thessalia,seséque ad Brutum contulit:alterum in Macedonia Cn.Domitius adolescēs summa [o] virtute, & constantia, ab legato Syriaco abduxit. P.autem Vatinius, qui [p] antè iure laudatus [q] à nobis,& hoc tempore meritò laudandus est,aperuit Dyrrachij portas Bruto,& exercitum tradidit.Tenet igitur populus [r] R. Macedoniam, tenet Illyricum, tuetur Græciam:nostrę sunt legiones,nostra leuis armatura,noster equitatus, maximéque noster est Brutus,sempérque noster, cùm sua excellentissima virtute reip.natus, tum fato quodam paterni,maternísque generis,& nominis.Ab [f] hoc igitur quisquam bellum timet, qui antequàm nos id coacti suscepimus,in pace iacēre,quàm in bello vigere maluit? quamquam ille quidem nunquam iacuit, nec [t] hoc cadere verbum in tantam virtutis præstantiam potest.Erat enim in desiderio ciuitatis, in ore,in sermone omnium. Tantum autem aberat à bello,vt,cùm cupiditate libertatis Italia arderet,defuerit ciuium studiis potiùs,quàm eos in armatorum discrimen adducēret.Itaque illi ipsi, si qui sunt, qui tarditatem Bruti reprehendant,tamen[u] iidem moderationem patiētiámque mirantur.Sed iam video,quid loquantur.neque enim id occultè faciunt.timere se dicunt, quomodo ferant veterani, exercitum Brutum habere. Quasi verò quidquam interfit inter A.Hirtij,C.Pansæ,D.Bruti,C.Cæsaris,&hunc exercitum M.Bruti.Nam si quattuor exercitus ij,de quib.dixi,propter ea laudantur, quòd pro populi R.libertate arma ceperunt:quid est, cur [x] M.Bruti exercitus non in eadem causa reponatur [y]? At enim veteranis suspectū est nomen M.Bruti, magis quàm Decimi.Equidē nō arbitror.etsi[z] est enim Brutorum commune factum, & laudis societas æqua:eò tamen D. [a] Bruto iratiores sunt omnes ij,qui id factum dolebant, quo minùs ab illo rem illam dicebāt fieri decuisse[b].Quid ergo nunc[c] agunt tot exercitus, nisi vt obsidione D.Brutus liberetur?qui autē hos exercitus ducunt?hi,credo,qui C.Cæsaris res actas euerti,qui causam veteranorum prodi volunt.Si ipse viueret C.Cæsar,acrius,credo,acta sua defenderet, quàm vir fortissimus defendit Hirtius: aut [d] amicior causæ potest inueniri,quàm filius? At eorum alter,nondū ex longinquitate grauissimi morbi recreatus, quidquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam contulit,quorum votis iudicauit se à morte reuocatum:alter virtutis robore firmior,quàm ætatis,cum iftis ipsis veteranis ad D. Brutum liberandum profectus[e] est.Igitur [f] illi certissimi,iidémque acerrimi Cęsaris actorū patroni,pro D.Bruti salute bellum gerunt:quos veterani sequuntur. de libertate enim populi R.non de suis commodis armis decernendum vident. Quid est igitur,cum iis,qui D.Brutum omnibus [g] copiis seruatum velint,M.Bruti sit suspectus exercitus? An verò,si quid esset,quod à M. Bruto timendū videretur, Pansa id non videret? aut si videret,non laboraret? quis [h] aut sapiētior ad cōiecturam rerum futurarum! aut ad propulsandum metum diligentior? Atqui i huius animum erga M.Brutum,studiúmque vidistis.præcepit oratione sua, quid decernere nos de [k] Bruto,quid sentire oporteret: tantúmque [l] abfuit,vt periculosum reip..M.Bruti putaret exercitum, vt in eo firmissimū reip.præsidium,& grauissimum poneret. Scilicet [m] hæc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est) aut negligit. quæ enim Cæsar [n] egit,ea rata esse non curat:de quibus confirmandis,& sanciendis legem comitiis centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. Desinant igitur,aut ij,qui non timent,simulare se timere,se [o] prospicere reip.aut ij, qui omnia verentur, nimium esse timidi:ne illorum simulatio,horum [p] sit ignauia.Quę(malùm)est ista ratio, semper optimis causis veteranorū nomen opponere? quorum etiam si amplecterer virtutem, vt facio: tamen,si essent arrogantes,non [q] possem ferre fastidium. An nos conanteis seruitutis vincula rumpere, impediet, siquis veteranos id nolle dixerit? nō sunt,enim,credo,innumerabiles, qui pro communi libertate arma capiant. nemo est præter veteranos milites vir, qui ad seruitutē propulsandam ingenuo dolore excitetur. Potest igitur stare resp. freta veteranis sine magno subsidio iuuentutis? quos quidem vos libertatis adiutores complecti debetis: seruitutis auctores sequi non debetis. Postremò(erumpat enim aliquando vera,& me digna vox) si veteranorum nutu mentes huius ordinis gubernantur, omniáque ad eorum voluntatem dicta [r],factáque nostra referuntur:optanda *mors* est,quæ *ciuibus Rom. semper fuit seruitute potior. Omnis* [s] *est enim misera seruitus*: sed fuerit quædam necessaria:ecquódnam [t] principium putatis libertatis capessendæ? an, cùm illum necessarium, & fatalem pænè casum non tulerimus, hunc feremus voluntarium? Tota Italia desiderio libertatis exarsit: seruire diutiùs non potest ciuitas:serius populo R.hunc vestitum,atque ar-

a *v.d. rep. sunt.*

b L. dicētur. c L.& exercitus.

d L. Alter adnolarat: sub. e L. vt, quocunque iret. f L. alter eam legem sibi statuerat, vt q. P.CCXXVII. g φῶς.

h L. Esse Apolloniæ scr. i *fort.* (quod dij approbēt) k L. senatus consf. fec. l L. Dilectus

m L. eius.

n L. alter eum quæ storem. à quo d. o L. summa virtute, grauitate, constanti, à legato Syr. p L. & antea q *& defensus v. 5. epist. 9. & c. ref.*

r *v.c.* Macedoniam

f L. Ab hoc igitur viro quisq.

t L. neq. hoc cad. P. B.

u *al.* tamen eiusdē mod.

x L. cui hic M. Br. y L. ponatur? At enim vet. fusp. est nomen M. Bruti. Magisne, quàm Decimi? z *al.* etsi enim Brutorum comm. f. & laud. soc. æqua est: cò t. magis quàm Decimi. Equidē nō arbitror. etsi

a L. Decima tamen ratio res erant is, quo minùs ab eo rem illam *exc.*

b L. debuisse. c *al.* agūt nūc tot

d L aut amicior causæ quisquam inueniri potest, quàm filius. At horū alter, nond.

e Y. est profectus f *al.* Ergo ille cert. P.CCXXVIII

g L. omnibus opib.

h *fort.* quis aut acutior ad coniectur. i L. At quin huius

k L. de M. Bruto l L. tantúmque afuit, vt

m L. Scilicet hoc Pansa *n fort.* C. Cæsar

o L. sed prosp. *al.* & prosp. p L. horum obsit ignauia.

q *al.* fastidium ferre nō possem. An

r L. nostra dicta, facta ref. s L. Omnis est misera seruitus.

t L. ecquodnam principium P. C. datis libertat.

ma dedimus, quàm ab eo flagitat[f] sumus. Magna[a] nos quidem spe, & propè explorata, libertatis causam suscepimus: sed, vt concedã *incertos exitus esse belli, Martémque* [b] *communem*: tamen pro libertate, vitæ periculo decernendum [c] est. *non enim in spiritu vita est, sed* [d] *ea nulla est omnino seruienti. omnes nationes seruitutem ferre possunt: nostra ciuitas non potest*: nec [e] vllam aliam ob causam, nisi quòd illæ laborem, dolorémque fugiunt, quibus vt careant, omnia perpeti possunt. nos ita à maioribus instituti, atque imbuti sumus, vt *omnia consilia, atque facta ad* [f] *virtutem, & dignitatem referamus. Ita præclara est recuperatio* [g] *libertatis, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate fugienda.* Quòd si immortalitas consequeretur præsentis periculi fugam: tamen eo magis ea fugienda videretur, quo [h] diuturnior esset seruitus. cùm verò dies, & noctes in omnia nos vndique fata circumstent: non [i] est vestri, nominísque Romani, dubitare, eum spiritum, quem [k] naturæ quis debeat, patriæ reddere. Concurritur vndique ad commune incendium restinguendum. veteranique [l] primi Cæsaris auctoritatem secuti, conatum Antonij repulerunt: pòst eiusdem furorem Martia legio fregit. Quarta afflixit. Sic à suis legionibus condemnatus, irrupit in Galliam, quam sibi armis, animísque infestam, inimicámque cognouit. hunc A. Hirtij, C. Cæsaris exercitus insecuti sunt: pòst Pansę delectus[m] vrbem, totámque Italiam erexit. vnus [n] est omnium hostis. quanquam habet secum L. fratrem, cariſſimum populo R. ciuem: cuius desiderium ciuitas ferre diutius non potest. Quid illa tætrius bellua? quid immanius? qui ob eã causã natus videtur, ne omniũ mortalium turpissimus esset M. Antonius. est vnà Trebellius, qui iam cum tabulis nouis redit [o] in gratiam: T. Plancus, ceteri [p] pares: qui id pugnant, id agunt, vt contra remp. restituti esse videantur: sollicitant homines imperitos Saxa [q] & Caphones, ipsi rũstici, atque agrestes, qui hanc remp. nec viderunt vnquam, nec videre constitutam volunt: qui non Cæsaris, sed Antonij acta defendunt: quos auertit agri Campani infinita possessio: cuius eos non pudere miror[r], cùm videãt, se mimos, & mimas habere vicinos. Ad hæc pe- | steis opprimendas [s], quid est cur moleste feramus, quòd M. Bruti accessit exercitus? Immoderati, credo, hominis, & turbulenti. Vide [t], ne nimium pænè patientis. etsi in illius viri consiliis, atque factis, nec [u] nimium, nec parum fuit vnquam. Omnis voluntas M. Bruti, P. C. omnis cogitatio, tota mens auctoritatem senatus, libertatem populi R. intuetur. hæc habet proposita, hæc tueri vult. tentauit, quid [x] patientia proficere [y] posset. nihil cùm proficeret: contra [z] vim vi expetendum putauit. Cui quidem, P. C. vos idem tribuere hoc tempore debetis, quod [a] ad XIII. Kalendas Ian. D. Bruto, & C. Cæsari, me auctore, tribuistis: quorum priuatum de rep. consilium, & factum auctoritate vestra est comprobatum, atque laudatum. quod idem in M. Bruto facere debetis, à quo insperatum, & repentinum reip. præsidium legionum, equitatus, auxiliorum magnæ, & firmæ copiæ comparatæ sunt, adiungendúsque est Hortensius[b], qui cùm Macedoniam obtineat [c], adiutorem se Bruto ad comparandum exercitum, fidelissimum [d], & constantissimum præbuit. nam de M. Apuleio separatum cẽseo referendum: cui testis est per litteras Brutus, eũ principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. ¶ Quæ cùm ita sint: Quòd C. Pansa, consul, verba fecit de litteris, quæ à [e] Qu. Cępione, Qu. F. Bruto, proconss. allatæ, & huic ordini recitatæ sunt, de [f] ea re ita censeo: *CVM Q. Capionis Bruti proconsulis* [g] *opera, consilio, industria, & virtute, & felicissimo reip. tempore prouincia Macedonia, Illyricum* [h], *cuncta Græcia, legiones, exercitus, equitatus, in consulum, senatus, populique R. potestate sint: id Q. Capionem Brutum, proconss. bene & è rep. & sua, maioremque suorum dignitate, consuetudinéque reip. bene gerendæ fecisse, eámque rem senatui, populóque R. gratam esse, & fore: vtique Q. Capio Brutus, proconss. prouinciam Macedoniam, Illyricum, totámque* [k] *Græciam tueatur, defendat, cuſtodiat, incolumémque conseruet: eique exercitui, quem ipse constituit, comparauit, præsit: pecuniáque* [l] *ad rem militarem, si qua opus sit, quæ publicã sit, & exigi possit, vtatur* [m], *exigátque à quibus videatur, ad rem militarem mutuam sumat. frumentum* [n] *imperet: operámque det, vt cum suis copijs quàm proximè Italiam sit: cúmque ex litteris Q. Capionis Bruti, procos. intellectum sit, Q. Hortensij procons. opera, & virtute vehementer remp. adiutam, omniáque eius consilia cum consiliis Q. Capionis, Bruti proconss. coniuncta fuisse, eámque rem magno vsui reip. fuisse: Q. Hortensium proconss. recte, & ordine, eque reip. fecisse: senatuique placere, Q. Hortensium, proconss. cum* [o] *Q. Capione procons. & legatis suis Macedoniam* [p] *prouinciam obtinere, quoad ei ex S. C. successum sit.*

a *al.* Magna quidem non spe.
b Mart communis. sic 6. famil. pro Sextio pro Milone 3. de Oratore
c L. decertandum est.
d L. sed ea vero nulla est
e *fort.* nullam aliam ob causam
f L. ad dignitatem, & ad virtutem referremus.
g *al.* recuperatio,
h L. quo diuturnior seruitus esset.
i L. non est viri, minimé que Romani dub.
k L. quem natura debeat, pat.
l P. CCXXIX. L. veterani primi
m L. dilectus.
n v. c. vnus omniũ est hostis.
o L. redit.
p L. & ceteri pares
q *al.* Saxa. & Capho,
r L. demiror
s L. opprimẽdas cur moleste feramus,
t L. Videte, ne n
u L. nihil nec nimium.
x L. ecquid pat.
y *al.* perficere poss.
z L. vi contra vim exp.
a L. quod ad XIII. Kal. P. B.
b L. Q. Hortensius.
c L. obtineret.
d L. fidissimũ.
e L. à Q. Cæpione Bruto, pro cos. all. & in hoc ordine.
f De hac formula veteri vide quę scripsimus Philippica 3. in f.*
g L. pro consule, op.
h Illyricum, & cũcta Græcia.
i L. & pro sua m.
k L. cũcta námque
l *q. v. c.* pecuniámque ad
m L. vtatur exigat: pecuniásque à quibus vid.
n ad r. mil. mutuas sumat.
o v. c. imperet. frumentúmque. operámque det.
p. CCXXXI.
P. B.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA VNDECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMA TERTIA.

SYNOPSIS.

Belli partes aduersus L. Dolabellam Antoniarum partium, qui Trebonium Asiæ præfectum interfecerat, Cassio & Bruto mandandas esse suadet.

a *lib. vulg.* Magno in dolore sum, P. C. vel m. p. q. ex cr. & mil. m. C. Tr. opt. c. m. q. R. accepimus. sanctst.

MAGNO[a] in dolore, P. C. vel mærore potius, quem ex crudeli, & miserabili morte C. Trebonij [b], optimi ciuis, moderatissimíque hominis accepimus: ineſt tamen aliquid, quod reip. profuturum putem. perspeximus enim, quanta in iis, qui contra patriam scelerata arma ceperunt, inesset immanitas. nã duo hæc capita nata sunt pòst homines natos tætterrima, & spurcissima, Dolabella,

bella,& Antonius:quorum alter effecit,quod optabat:de altero patefactum est,quid cogitaret.L.Cinna crudelis : C.Marius in iracundia perseuerans:L.Sylla vehemens: neque vllius horum in vlciscẽdo acerbitas progressa vltra mortem est.quæ tamen pœna in ciueis nimis crudelis putabatur.Ecce tibi geminũ in scelere par,inusitatum,inauditum,ferum,barbarum. Itaque *quorum summum quondam* [a] *inter ipsos odium, bellúmque meminisset, eosdem postea singulari inter se consensu, & amore deuinxit impurissimæ naturæ, & turpissimæ vitæ similitudo.* Ergo[b] id, quod fecit Dolabella, in quo potuit multis idem minatur Antonius. sed ille cùm procul abesset[c] à consulibus, exercitibusque nostris,nedum[d] senatum cum populo Rom. conspirasse sensisset : fretus Antonij copiis ea scelera suscepit,quæ[e] iam Romæ suscepta arbitrabatur à socio furoris sui. Quid ergo hûc aliud moliri, quid optare censetis, aut quam omnino causam esse belli?omneis,qui liberè de rep.sensimus, qui dignas nobis sententias diximus,qui populum R.liberum esse voluimus, statuit ille quidem non inimicos, sed hosteis : maiora[f] in nos, quàm in hostem, supplicia meditatur:*mortem*[g] naturæ pœnam putat esse,iracundiæ tormenta, atque cruciatum. qualis igitur hostis habendus est is, à quo victore si cruciatus absit,mors in beneficij parte numeretur?Quamobrem,P.C,quamquam hortatore non egetis, (ipsi enim vestra sponte exarsistis ad libertatis recuperandæ[h] cupiditatem) tamen eo maiore animo, studióque libertatem defendite, quo maiora proposita victis supplicia seruitutis videtis.In Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolabella: in alienam vterque prouinciam.alteri se Brutus obiecit, impetúmque furentis, atque omnia diuexare,& diripere cupientis,vitæ suæ periculo colligauit,progressuiarcuit,à reditu refrenauit, obsideri se passus ex vtraque parte constrinxit Antonium. Alter in Asiam irrupit[k] cursim, cui[l] in Syriam patebat via certa,neque longa. quid opus fuit cũ legione,præmisso Marso nescio quo Octauio, scelerato latrone,atque egente,qui populare-tur agros?vexaret vrbeis non ad spem constituendæ rei familiaris, quam tenere eum posse negant qui norunt:(mihi enim hic senator ignotus est) sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ?consecutus est Dolabella, nulla suspicione belli.quis enim id putaret?secutæ collocutiones familiarissimæ cum Trebonio: complexúsque summæ beniuolentiæ falsi[m] indices exstiterunt in amore simulato : dextræ[n], quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt,& scelere violatæ:nocturnus[o] introitus in Smyrnam[p], quasi in hostium vrbem: quæ est fidelissimorum,antiquissimorúmque sociorum : oppressus Trebonius,si vt ab eo, qui apertè hostis esset, incautus : si vt ab eo, qui ciuis etiam tum speciem haberet, miser. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum.Consularem hominem,consulari imperio prouinciam Asiam obtinentem Samario[q] exsuli tradidit: interficere statim[r] captum noluit,ne nimis, credo,in victoriis liberalis videretur, cùm verborum contumeliis optimum virum incesto ore lacerasset, tum verberibus,ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ,idque per biduum pòst ceruicibus[a] caput abscidit, idque fixum gestari iussit in pilo : reliquum corpus tractum, atque[b] laceratum abiecit in mare. Cum[c] hoste hoc bellandum est, cuius tæterrima crudelitate omnis barbaria superata est.Quid loquar de cæde ciuium Romanorum? de direptione fanorum ? quis est, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? & nunc tota Asia vagatur, volitat vt rex, nos alio bello detineri[d] putat. quasi verò non vnum, idémque bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium. Imaginem M. Antonij crudelitatis in Dolabella cernitis:ex[e] hoc illa effecta[f] est : ab hoc illa Dolabellæ scelerum præcepta sunt tradita. Num leniorem, quàm in Asia Dolabella fuit,in Italia,si liceat, fore putatis Antonium? mihi quidem & ille peruenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia:neque Antonius vllius supplicij adhibendi,si potestatem habeat, vllam[g] partem est[h] relicturus. Ponite igitur ante oculos, P.C.miseram quidem illam,& flebilẽ speciẽ,sed ad incitandos animos vestros necessariam: nocturnum impetum in vrbem Asiæ clarissimam, irruptionem armatorum in Trebonij domum,cùm miser ille priùs latronum gladios videret, quàm, quæ res esset, audisset : furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atque os illud infame, vincula[k], verbera,eculeum, carnificem[l], tortorémque Samarium.quæ tulisse illum fortiter, & patienter ferunt.Magna laus,meóque iudicio omniũ maxima. *Etsi*[m] *enim sapientis, quidquid homini accidere possit, id prædeditari ferendum*[n] *modicè, si aduenerit, esse. maioris omnino est consilij, prouidere, ne quid tale accidat : sed animi non minoris, fortiter ferre, si euenerit.* Ac Dolabella quidem tam fuit immemor humanitatis, quamquam eius numquam particeps fuerit, vt suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solùm in viuo, sed etiam iu mortuo : ac[o] in eius corpore lacerando, atque vexãdo, cùm animum satiare non posset,oculos pauerit suos. O multò miserior Dolabella , quàm ille , quem tu miserimum esse voluisti! Dolores Trebonius pertulit magnos : multi, ex morbi grauitate maiores : quos tamen non miseros, sed laboriosos dicere[p] solemus. longus fuit dolor bidui: at[q] compluribus hominibus annorum sæpe multorum. *nec verò grauiora sunt carnificum*[r] *tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum.* Alia sunt , alia, inquam , ô perditissimi homines , & amentissimi, multò miseriora. Nam, *quo maior vi est animi, quàm corporis, hoc sunt grauiora ea , quæ concipiuntur animo , quàm illa , quæ corpore.* miserior igitur,qui suscipit in se scelus, quàm is,qui alterius facinus subire cogitur. Cruciatus est à Dolabella Trebonius: & quidem à Karthaginiensibus Regulus[s]. In qua re cùm crudelissimi Pœni iudicati sint in hoste; quid[t] in ciue Dolabella iudicandus est? An verò hoc conferendum est? an[u] dubitandum,vter miserior; iísne,cuius mortem senatus,populúsque R.vlciscetur[v]? an is, qui cuncti senatus sententia hostis est iudicatus?nam ceteris quidem vitæ partibus, quis est, qui possit sine Trebonij maxima contumelia conferre vitam Trebonij cùm[w] Dolabella?alterius consilium,ingenium,humanitatem, innocentiam, magnitudinem animi in patria liberanda, quis igno-

a L. quoddam

b al. Ergo quod fecit D.
c L. Esset
d L. neq. dum

e L. quæ Romæ iam s. P. CCXXXI.

f L. maiora tamen in nos
g L. mortem naturæ putat esse ir.

h L. recipezandæ.

i lib. vulg. à progr.

k L. irrupit, Cui si vt in Syriam patebat via & certa, neque lõga. sin vt ad Trebonium quid opus fuit cum legione præmisso M.
l al. vt
m L. falsi indices exstiterunt dexteræ fidei testes, perfidia sunt & sc.

P. B.
n Dextera fidei testis.*
o L. nocturnus introitus Smyrnam,
p v.c. Zmyrnam

q v.c. Samario
r L. captum statim noluit
s L. in victoria lib.

a L. cernicib. fractis cap. abscidit, idq; affixum
b L. atque laniatum
c L. Cum hoc hoste bellandum est, à cuius tæt.

d L. distineri

e L. Et hoc illa effecta est ab hoc Dolab. fecit.
f al. effecta.*

g al. vllam est relicturus partem.
h al. ille.*
i L. nostros
k L. vincla. tortorem, i v.c. carnificemque Samariũ, quæ Pittacus συνετὸν εἶναι δεῖσθαι τοῦ πρὶν γενέσθαι προνοεῖσθαι μὲν γὰρ τὰ δυσχερῆ, παρεσκευάσθαι δὲ, γνώμης τοῦ δόξειν.*
n L. ferendũ modicè esse, si euenerit. m.
o L. atq. in eius corp.

p al. solemus dicere, long.
q L. at cõpluribus, annorum s.m.
r al. carnificum cruciamenta, quàm interdũ tormenta mor.

s L. Regulus Quare cùm.
t L. qui in eius de Dolabella iudicãdum? An
u P. B. aut dubitãdũ vter m.
x L. vicisti cum pittac. is, qui cunctus senatus sententiis hoſt.
y L. cũ Dolabella?

rat alteri à puero pro deliciis crudelitas fuit: deinde ea libidinum turpitudo, vt in hoc sit semper [a] lætatus, quòd ea faceret, quæ sibi obiici ne ab inimico quidem possent verecundo. Et hic, dij immortales, aliquando [b] fuit meus amicus. occulta enim erant vitia non inquirenti. neque nunc fortasse alienus ab eo essem, nisi ille vobis, nisi mœnibus patriæ, nisi huic vrbi, nisi diis penatibus, nisi aris, & focis omnium nostrûm, nisi denique naturæ, & humanitati inuetus esset inimicus. à quo admoniti, diligentiùs, & vigilantiùs caueamus Antonium. Etenim Dolabella non ita multos secum habuit notos [c], ac insignes latrones. at videtis, quos, & quàm multos habeat Antonius, primum L. fratrem: quam facem, dij immortales? quod facinus? quod scelus? quem gurgitē? quam voraginē? quid eum non forbere animo, quid non hautire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones, atque fortunas, non impudentissimos oculos, spē, & mente defigere? Quid Cēsorinum? qui se verbo prætorem esse vrbanum cupere dicebat, re certè noluit? quidē Bestiam, qui se consulatum in Bruti locum petere profitetur? Atque *hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter.* Quàm absurdum autem, qui prætor fieri non potuerit, eum petere consulatum? nisi fortè damnationem pro prætura putat. Alter Cæsar, Vopiscus ille, homo summo ingenio, summa potentia, qui ex ædilitate consulatum petit, soluatur legibus. quamquam leges eum non [f] tenent, credo, dignitate. At hic, me defendente, quinquies absolutus est. sexta palma vrbana, etiā in gladiatore difficilis. Sed hæc iudicum culpa, non mea est. ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum, & præstantissimum senatorem in ciuitate retinere. qui tamen nunc nihil aliud agere videtur: nisi vt intelligamus, illos [g] iudices, quorum res iudicatas irritas fecimus, bene, & è rep. iudicauisse. Neque hoc in hoc vno est. sunt alij in eisdem castris honestè condemnati, turpiter restituti. Quod horum consilium, qui omnibus bonis hostes sunt, nisi crudelissimum, putatis fore? Accedit Saxa, nescio quis, quem nobis Cæsar ex vltima Celtiberia tribunum pl. dedit, castrorum antea mercator, nunc, vt sperat, vrbis: a qua cùm sit [k] alienissimus, suo capiti, saluis nobis, dominetur. Cùm hoc veteranus Capho: quo neminem veterani pejus oderunt. His, quasi præter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius, vt haberent reliquorum nutriculas prædiorum: quibus vtinam contenti essent [i], ferremus: etsi tolerabile non erat: sed quiduis patiēdum fuit, vt hoc tæterrimum bellum non haberemus. Qui dē illa castrorum M. Antonij lumina, nónne ante oculos proponitis? primùm duos collegas Antonianorum, & Dolabellæ, Nuculam, & Lentonem, Italiæ diuisores lege ea, quam senatus per vim latam iudicauit. quorum alter commentatus est mimos, alter egit trāgœdiam. Quid dicam de Apulo Domitio? cuius bona modò proscripta vidimus [l]: tanta procuratorum est negligentia. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. Sed *non possunt non prodigè viuere, qui nostra bona sperant, cùm effundunt sua.* Videte [m] etiam P. Decij auctionem, clarissimi viri: qui [n] maiorum exempla p-

rum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit. emtor tamen in ea auctione inuentus est nemo. *Hominem ridiculum, qui se exire are alieno putaret posse, cùm venderet aliena.* Nam quid ego de Trebellio dicam? quàm [b] multæ videntur furiæ debitorum? vindicis enim tabularum nouarum nouam tabulam vidimus [c]. Quid de L. Planco? quem præstantissimus ciuis, Aquita, Pollentia expulit, & quidem crure fracto: quod vtinam antè illi accidisset, nec huc redire potuisset. Lumen, & decus illius exercitus pænè præterij, Caninium [d] Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum Græco verbo, qui [e] omnia iura dissoluit: nisi fortè iure Germanū Cimber occīdit. Cùm hanc, & huius generis copiam tantam habeat Antonius, quod scelus omittet, cùm Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis [g], nequaquam pari latronum manu & copia? Quapropter, vt inuitus sæpe dissensi à Qu. Fusio [h], ita sum eius sententiæ, libenter assensus, ex quo *iudicare* debetis, me non cum homine solere, sed cum causa dissidere. Itaque non assentior solùm, sed etiam gratias ago Qu. Fusio. dixit enim seueram, grauem, rep. dignam sententiam: iudicauit hostem Dolabellam: *bona eius censuit publicè possidenda.* quò cùm addi nihil posset (quid enim atrocius potuit, quid seuerius decernere?) dixit tamen, *si qui eorum, qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset: in eam se iturum.* quam seueritatem quis potest non laudare? Nunc quoniam [k] iudicatus est hostis Dolabella. bello est persequendus. neque enim quiescet [l]: habet legationem, habet fugitiuos: habet sceleratam impiorum manum: est ipse confidens, impotēs, gladiatorio generi mortis addictus. Quamobrem, quoniam cum Dolabella hesterno die hoste decreto bellum gerēdum est imperator est deligendus. ¶ Duæ [m] dictæ sunt sententiæ: quarū neutram probo: alterā, quia semper, nisi cùm est necesse, periculosam arbitror: alterā, quia alienam his temporibus existimo. ¶ Nam [n] *extraordinarium* [o] *semper imperium populare, atque ventosum est*, minimè vestræ grauitatis minimè huius ordinis. Bello [p] Antiochi magno & graui, cùm L. Scipioni, Publij filio, obuenisset Asia, parūmque in eo putaretur esse animi, parum roboris, senatúsque ad collegā eius, C. Lælium, huius Sapientis patrem, negotium deferret, sustrexit P. Africanus, frater maior L. Scipionis, & illam ignominiam familiæ [q] deprecatus est: dixítque & in fratre suo summam virtutem esse, summúmque consilium, neque se ei legatum id ætatis, issque rebus gestis, defuturum. quod cùm ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis prouincia commutatum: nec plus extraordinarium imperiū ad id bellum quæsitum, quàm duobus antea maximis Punicis bellis, quæ à consulibus, aut à dictatoribus gesta [r] & consummata sunt: aut quàm Pyrrhi, quàm Philippi, quàm post Achaico bello, quàm Punico tertio: ad quod populus R. ita [s] ipse sibi delegit idoneum ducem, P. Scipionem, vt eum tamen bellum gerere consulem vellet. Cum Aristonico [t] bellum gerendū fuit, L. Valerio, P. Licinio consulibus, rogatus [u] populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus consul, & pontifex maximus, Flacco collegæ, flamini Martiali, multam dixit, si à sacris discessisset. quā multā

populus

a L. semper ipse lætatus.
b aliquando fuit meus occulta enim &c.
c v. c. notos. acq. insigneis latr.
d L. noluit. e L. quid Bestiam? qui cō sul. in Br. l. fe pet. profitetur
f L. non tenēt propter eximiam, credo, dignitatem. At.
g L. illos, quorum res iudicatas, irr.
h L. sit alienus, suo capiti, saluis nobis, dominetur.
i al. esse possent.
k al. ponitis
l L. vidit t. m L. Vidi etiam P. Decij P. R. n L. qui maiorum exempla p.
a L. putet posse, cùm vendat al.
b L. quem vltæ videntur furiæ debitorum vindicē enim tab. nouar. nouam tab. vid.
c v. c. videmus
d L. T. Anīū Cimbr. al. C. Annium ex Quintiliano & Suetonio:
e L. quoniam omnia sua fattendit ad nomen Lysidici.*
g L. paricidus,
h hoc est Caleno.*
i al. degenero. [ex veteri ex genere.*
k L. quoniam hostis est, iudicatus Dolabella
l L. quiescit: P. CCXXXIIII. m PARTITIO.*
n L. Nam extraordinariū imperium: populare, atque vent. est, minimè nostræ gr.
o Extraordinaria imperia, ventosa & popularia & quibus delata in maximis bellis.*
p L. bello Antiochino, magno, & gr. cùm L. Scipioni prouincia alia obuenisset, parūmque q al. à familia depr.
r L. gesta, & cōfecta sunt: quàm P.
s L. ita sibi ipse deleg.
t vide Elench. & u L. datus est populus

populus remisit: *pontificem tamen flaminem parare iussit*. sed ne tum quidé populus R. ad priuatum detulit bellum, quamquam erat Africanus, qui anno antè de Numantinis triumphauerat[a]: qui cùm longè omneis belli gloria, & virtute superaret, duas[b] tantùm tribus tulit. Ita[c] populus Rom. consuli potiùs Crasso, quàm priuato Africano bellum gerendũ dedit. De Cn. Pompeij imperiis, summi viri, atque omnium principis, tribuni plebis turbulenti tulerunt. nam Sertorianum bellum à senatu priuato datum[d] est, quia consules recusabant: cùm L. Philippus pro consulibus se[e] eum mittere dixit, non pro consule. Quæ igitur hæc comitia? aut quam ambitionem constantissimus, & grauissimus ciuis, L. Cæsar in senatum introduxit? clarissimo vito, atque innocentissimo decreuit imperium, priuato tamen. in quo maximum nobis onus imposuit. Assensero[f]: ambitioné induxero in curiam. negauero: videbor suffragio meo, tanquam comitiis, honorem homini amicissimo denegauisse. Quòd si comitia placet in senatu habere: petamus, ambiamus. tabula[g] modò nouа detur nobis, sicut populo data est. Cur[h] comitiis Cæsar? ita vt aut præstantissimus vir, si tibi nõ sit assensum, repulsam tulisse videatur: aut vnusquisq. nostrũm præteritus, si, cùm pari dignitate simus, eodem honore digni nõ putemur. At enim (nam id exaudio) C. Cæsari adolescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. Ille enim mihi præsidiũ extraordinarium dederat. cùm dico mihi, senatui dico populóq. R. A quo resp. præsidium ne cogitatum quidem tantũ haberet, vt sine eo salua esse non posset, huic extraordinariũ imperium non darem? aut exercitus adimendus, aut imperium dandũ fuit. Quæ est enim ratio, aut *quo[i] potest fieri, vt sine imperio teneatur exercitus?* Non igitur, quod i ereptum non est, est id existimandum esse datum. eripuissetis C. Cæsaris, P. C. imperium, nisi dedissetis. milites veterani, qui illius auctoritatem, imperiũ, nomẽ secuti, pro rep. arma ceperant, volebant sibi ab illo imperari: legio Martia, & [k] quarta ita se contulerat ad auctoritatem senatus, populúsque R., dignitatem, vt [l] eum deposcerent imperatorem, & ducem. Cæsari bellũ necessitas, fasces senatus dedit. otioso verò, nihil agenti, priuato, obsecro te, L. Cæsar. (cùm pertissimo homine mihi res est) quando imperium senatus dedit? Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo, ac de me optimè merito, videar. Et si quis potest refragari non modò non petenti, verùm etiam recusanti? illa verò, P. C. aliena consulum dignitate, aliena temporum grauitate sententia est, vt cõsules, Dolabellæ persequẽdi causa, Asiam, & Syriam sortiantur. Dicam, cur inutile reip. sed prius, quàm turpe consulibus sit, videte. Cùm consul designatus obsideatur, in [m] eóq. liberãdo salus sit posita reip. cúmq. à republica pestiferi ciues, parricidæque desciuerint: cúmque id bellũ geramus, quo bello de dignitate, de libertate, de vita decernamus: &. si in potestatẽ quis Antonij venerit, propósita sint tormenta, atq. cruciatus: cúmq. harum rerum omnium decertatio consulibus oprimis, & fortissimis cõmissa, & cõmendata sit: Asiæ, & Syriæ mentio fiet, vt aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse videamur? At verò ita decernunt, vt liberato Bruto: id enim restabat: vt relicto, deserto, prodito. Ego verò ita mentionem omnino prouinciarum factam dico alienissimo tempore. quamuis enim intentus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est, ad [a] fortissimum virum, & omnium clarissimum, liberandum: tamen rerum natura cogit te necessariò referre animũ aliquando ad Dolabellam persequendum, & partem aliquam in Asiam, & Syriam deriuare curæ, & cogitationis tuæ. Si autem fieri posset, vel plureis te animos habere vellem, quos omneis ad Mutinam intenderes. quod quoniam fieri non potest, isto [b] animo, quem habes præstantissimum, atque optimum, nihil volumus, nisi de Bruto cogitare. Facis tu id quidem, & eò maximè incumbis duas tamen res, magnas præsertim, non modò agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest. incitare, & inflãmare tuum istud [c] præstantissimũ studium, non ad aliam vlla ex parte curã transferre debemus. Adde istuc sermones hominum, adde suspiciones, adde inuidiam. Imitare me, quem tu semper laudasti: qui instructam, ornatámque à senatu prouinciã depositi, vt incendium patriæ, omissa omni cogitatione, restinguerem. nemo erit, præter vnum me, quicum profectò, si quid interesse putasses [d] tua, pro summa familiaritate nostra communicasses [e], qui credat, te inuito, prouinciam tibi esse decretam. Hanc, quæso, pro tua singulari sapientia reprime famam: atque effice, ne id, quod non curas, cupere videare. Quod quidem eò vehementius tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspicionem collega[f], vir clarissimus, non potest. nihil horum scit, nihil suspicatur? bellum gerit: in acie stat: de sanguine, & de spiritu decertat: antè prouinciam sibi decretam audiet, quàm potuerit tempus ei rei datũ suspicari. Vereor, ne exercitus, quoque nostri, qui non delectus[g] necessitate, sed voluntatis studiis se ad remp. contulerunt, tardentur animis, si quidquam aliud[h] à nobis, nisi de instãti bello cogitatũ putabunt. Quòd si prouinciæ consulibus expetẽdæ videtur, sicut sæpe multis clarissimis viris expetitæ sunt: reddite priùs nobis Brutum, lumen, & decus ciuitatis: qui ita conseruandus est, vt id signũ, quod de cælo delapsum, Vestæ custodiis continetur: quo saluo, salui sumus futuri. tunc in [i] cælum vos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus: prouincias certè dignissimas vobis deligemus. nunc quod agitur, agamus. agitur autem, liberine viuamus, an mortem obeamus: quæ certè seruituti anteponenda est. Quid si etiam affert tarditatem ista sententia, ad Dolabellam persequendum? quãdo enim veniet consul? aut id exspectamus, quo ne vestigium quidem Asiæ ciuitatũ, atq. vrbium relinquatur. At mittent aliquem de suo numero. Valde mihi probari potest, qui paullo antè clarissimo viro priuato imperium extra ordinem non dedi. At hominé dignum mittent. Num P. Seruilio digniorem? at eum quidem ciuitas non habet. Quod ergo ipse nemini putat dãdum, ne à senatu quidem, id ego vnius iudicio delatum comprobem? ¶ Expeditò nobis homines, & parato, P. C. opus est, & eo, qui imperium legitimum habeat: qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in rep. liberanda. Quis igitur is est? aut [m] M. Brutus, aut C. Cassius, aut vterque

a L. triumphauerat.
P. R.
b L. duas tamen trib. solas tulit.
c *al.* Itaque pop.
d *al.* delatum est. *al.* mandatum est.
e L. eum se mitt.
f L. Assensus erò fabit. ind. in curiam. negauero vid.
g L. tabella modò detur nob.
h Cur cõmitiis, Cæsar, vt aut præst.
i L. quod ereptum non est id existimatũ est datum. P. CCXXXV.
k L. & legio quarta, ita se contulerant
l L. vt deposcerent imperatorẽ, & ducem, C. Cæsarem. Imperiũ C. Cæsari bellũ necessitas, fasc. f. dedit. O ioso verò, & nihil agẽti, priuato, o.
m L. cùm in eo liberando
f sit posi. reip. cùm à populo R. pesti. ciues, parricidæque desc.

a L. ad virum fortissimum, & omn. P. R.
b L. isto animo, quem habes præstantissimum, atque optimum, nihil volumus, nisi de Bruto cogitare. Facis tu id quidem, & eò maximè incumbis duas tamen res, magnas præsertim, non modò agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest. incitare, & inflãmare tuum istud [c] præstantissimũ studium, non ad aliam vlla ex parte curã transferre debemus. Adde istuc sermones hominum, adde suspiciones, adde inuidiam. Imitare me, quem tu semper laudasti: qui instructam, ornatámque à senatu prouinciã depositi, vt incendium patriæ, omissa omni cogitatione, restinguerem. nemo erit, præter vnum me, quicum profectò, si quid interesse putasses [d] tua, pro summa familiaritate nostra communicasses [e], qui credat, te inuito, prouinciam tibi esse decretam. Hanc, quæso, pro tua singulari sapientia reprime famam: atque effice, ne id, quod non curas, cupere videare. Quod quidem eò vehementius tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspicionem collega[f], vir clarissimus, non potest. nihil horum scit, nihil suspicatur? bellum gerit: in acie stat: de sanguine, & de spiritu decertat: antè prouinciam sibi decretam audiet, quàm potuerit tempus ei rei datũ suspicari. Vereor, ne exercitus, quoque nostri, qui non delectus[g] necessitate, sed voluntatis studiis se ad remp. contulerunt, tardentur animis, si quidquam aliud[h] à nobis, nisi de instãti bello cogitatũ putabunt. Quòd si prouinciæ consulibus expetẽdæ videtur, sicut sæpe multis clarissimis viris expetitæ sunt: reddite priùs nobis Brutum, lumen, & decus ciuitatis: qui ita conseruandus est, vt id signũ, quod de cælo delapsum, Vestæ custodiis continetur: quo saluo, salui sumus futuri. tunc in [i] cælum vos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus: prouincias certè dignissimas vobis deligemus. nunc quod agitur, agamus. agitur autem, liberine viuamus, an mortem obeamus: quæ certè seruituti anteponenda est. Quid si etiam affert tarditatem ista sententia, ad Dolabellam persequendum? quãdo enim veniet consul? aut id exspectamus, quo ne vestigium quidem Asiæ ciuitatũ, atq. vrbium relinquatur. At mittent aliquem de suo numero. Valde mihi probari potest, qui paullo antè clarissimo viro priuato imperium extra ordinem non dedi. At hominé dignum mittent. Num P. Seruilio digniorem? at eum quidem ciuitas non habet. Quod ergo ipse nemini putat dãdum, ne à senatu quidem, id ego vnius iudicio delatum comprobem? ¶ Expeditò nobis homines, & parato, P. C. opus est, & eo, qui imperium legitimum habeat: qui præterea auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in rep. liberanda. Quis igitur is est? aut [m] M. Brutus, aut C. Cassius, aut vterque

b L. isto animo, quem habes præstantissimum, atque optimum, nihil volumus,
c L. istuc
d L. tua pu-tasses,
e *al.* communicauisses
f *al.* collega tuus.
g L. dilectus necess.
h L. aliud nobis, nisi
P. CCXXXV.
i *al.* tunc vel in cælum vos
l *sfort.* an id tempus exspectamus. quo ne vest.
CONFIRMATIO.
m L. aut M. Brutus, aut C. Cassius, aut vterque. Vtrũque decernere planè, sicut multi consul. alt. *al.* aut M. Brutũ, aut C. Cassium. aut vtrumq. planè decernerem, sicut multi consulẽ alt.

Decernerem planè, sicut multa [a], consulem alterũ, ambósve, ni Brutum colligassemus in Græcia, &eius auxiliũ ad Italiã vérgere, quàm ad Asiam maluissemus: non [b] vt ex ea acie respectum haberemus, sed vt ipsa acies subsidiũ haberet etiam transmarinum, Præterea, P.C. M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam, magnã vrbem, & grauem: tenet, opinor, Hellidem [c]: tenet Amantiã: instat Epiro: vrget Illyricũ: habet aliquot cohorteis, habet equitatũ. hinc si Brutus erit traductus ad aliud bellũ, Græciam certè amisimus. Est autem etiam de Brundisio, atque illa ora Italiæ prouidendum. quanquam miror tandiu morari Antonium. solet enim accipere ipse manicas, nec diutiùs obsidionis metũ sustinere. Quod si confecerit Brutus, & intellexerit plus se reip. profuturum, si Dolabellã persequatur, quàm si in Græcia maneat: aget ipse per sese, vt adhuc quoque fecit: neq. in tot incendiis, quibus confestim succurrẽdum est, exspectabit senatũ. Nam & Brutus, & Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit. necesse est enim in tanta conuersione & perturbatione omnium rerum, temporibus potius parẽre, quàm moribus. nec enim nunc primum aut Brutus, aut Cassius salutem, libertatémque patriæ, legem sanctissimam, & morem optimum iudicauit. Itaq. si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo, tamen ego pro decreto putarem, cùm [e] essent tales virtute, auctoritate, nobilitate summi viri: quorum alterius iam notus nobis est exercitus, alterius auditus. Non igitur Brutus exspectauit [f] decreta nostra, cùm studia nosset [g]. neque enim est in prouincia suam Cretam profectus: in Macedoniam alienã aduolauit: omnia sua putauit, quæ vos vestra esse vellet is: legiones cõscripsit nouas, excepit veteres: equitatum ad se abduxit Dolabellæ, atque eũ nondum tanto parricidio [h] ỏblitum, hostem sua sententia iudicauit. nam ni ita esset, quo iure equitatum à consule abduceret? Quid C. Cassius, pari magnitudine animi, & consilij præditus, nónne eo ex Italia consilio profectus est, vt prohiberet Syria Dolabellam? qua lege? quo iure? eo, quod Iupiter ipse sanxit, vt omnia, quæ reipublicæ salutaria essent, legitima, & iusta haberentur. *Est enim lex nihil aliud nisi recta, & à numine deorum tractata ratio, imperans honesta, prohibens contraria.* Huic igitur legi paruit Cassius, cùm est in Syriam profectus, alienam prouinciam, si homines legibus scriptis vterentur: his verò oppressis, suam, lege naturæ. Sed vt [k] ex vestra quoque auctoritate firmetur, censeo: CVM P. Dolabella, quíq. eius crudelissimi, & tæterrimi facinoris ministri, socij, adiutores fuerunt, hostes populi Romani à senatu iudicati sint, cúmque senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit, vt is, qui omnia deorum, hominúmq. iura nouo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit, nefarióque patriæ se parricidio [l] obstrinxerit, pœnas diis, hominibúsque meritas debitásque persoluat: si natui placere, C. Cassium proconsulem [m] prouinciam Syriam obtinere, vti qui eam optimo iure prouinciam obtinuerit: eúmq. à Qu. Marcio [n] Crispo proconsule, L. Scauro [o] proconsule, A. Plotio [p] legato, exercitus accipere, eósque ei tradere: cúmq. his copiis, & si quas præterea parauerit, bello P. Dolabellam terra, marísque persequi:

eius belli gerendi causa, quibus ei videatur, naueis, nautas, pecunias [a] ceteráque, quæ ad bellum gerendum pertineant, vt imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto, ius, potestatémque habeat: vtque, quamcumque in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit, ibi maius imperiũ C. Cassij, procos. sit, quàm eius erit, qui eam prouinciam tum obtinebit, cùm C. Cassius procos. in eam prouinciam venerit: regem Deiotarum patrem, & regem Deiotarum filium, si, vt multis bellis spectato numero imperium populi R. iuuerint, item C. Cassium proconsulem bcopiis suis, opibúsque iuuissent, senatui, populóque Ro. gratum esse facturos: itémque si ceteri reges, tetrarchæ, dynastæque fecissent, S.P.Q.R. eorum officij non immemorem futurum: vtíq. C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter, ambóve, si eis videretur, rep. recuperata, de prouinciis cõsularibus, prætoriis, ad hunc ordinem primo quoque tempore referant. interea prouinciæ ab [c] iis, à quibus obtinentur, obtineantur, quoad cuique ex S.C. successum sit. Hoc S. consulto ardentem inflammabitis, & armatum armabitis Cassium. nec enim animum eius potestis ignorare, nec copias. animus is est, quem [d] videtis: copiæ, quas audistis, fortis, & constantis viri, qui ne viuo quidem Trebonio Dolabellæ latrocinium in Syriam penetrare siuisset. Allienus [e], familiaris, & necessarius meus, post interitum Trebonij profectus, ne dici quidem se legatum Dolabellæ volet. Est Qu. Cæcilij [f] Bassi, priuati illius quidem, sed fortis, & præclari viri, robustus, & victor exercitus: Deiotari regis & patris, & filij, & magnus, & nostro more instructus exercitus: summa in filio spes, summa ingenij indoles, summáq. [g] virtus. Quid de patre dicam? cuius beniuolentia in populum R. est ipsius æqualis ætati: qui nõ solùm socius imperatorum nostrorum fuit in bellis, verùm etiam dux copiarum suarum. Quæ de illo viro Sylla, quæ Murena, quæ Seruilius, quæ Lucullus, quàm ornatè, quàm honorificè, quàm grauiter sæpe in senatu prædicauerunt? Quid de Cn. Pompeio loquar? qui vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum, veréque beneuolum [h], vnum fidelem populo R. iudicauit. Fuimus imperatores ego, & M. Bibulus in propinquis, finitimíq. prouinciis, ab eodem rege adiuti sumus & equitatu, & pedestribus copiis, secutum est hoc acerbissimum, & calamitosissimum ciuile bellum. in quo quid faciendum Deiotaro? quid omnino rectiùs fuerit, dicere nõ est necesse: præsertim, cùm cõtrà, ac Deiotarus sensit, victoria belli iudicarit quo in bello si fuit error, cõmunis ei fuit cũ senatu: sin recta sententia, ne victa quidem causa vituperãda est. Ad has copias accedẽt alij reges, etiam delectus i accedẽt. neq. verò classes decrunt: tanti Tyrij Cassiũ faciunt, tãti eius in Syria nomen, atque [k] Phœnicia est. Paratum habet imperatorem, C. Cassium, P.C. resp. contra Dolabellam, nec paratum solùm, sed peritum, atque fortem. magnas ille res gessit ante Bibuli summi viri aduentum, cùm [l] Parthorum nobilissimos duces, maximásque copias fudit, Syriámque immani Parthorũ impetu liberauit. Maximam eius, & singularẽ laudem prætermitto. cuius enim prædicatio nõdum omnibus grata est, hanc memoriæ potiùs, quàm vocis testimonio conseruemus. Animaduerti,

PC. di-

[a] *al.* multis senatusconsultis alterũ, ambone. *vel* multi consulem.* / B.I. non vt ex acie eò respectu hab.

[c] L. Byllidem

P. B.

[d] *fort.* Quod bellum si cõfecerit Br.

[e] L. cùm essent tali virtute, auctoritate nobil.

[f] *al.* exspectabit.*

[g] *al.* nosset.*

[h] L. parricidio,

[i] L. Quid P. Cassius, p.

P. CCXXXVII.

[k] L. vt ea ex vest.

[l] L. patricidio obstr.

[m] L. pro cos. prouinc.

n 12. famil. 12 *al.* Marco Appiano 4. & Dioni 47. & 48. *sed mendosè.*

o L. Statio Marco, pro cons. A. Allieno, legato, exerc.

p *al.* A. Allieno *ex vet.* A. Prokstio.*

[a] L. pecuniæ ceteráque omnia, quæ ad b.

[b] L. pro consule.

P. B.

[c] *al.* ab iis, quib. obtin.

[d] L. quem videtis

[e] Legatus Dolabellæ 13. famil. 11.*

[f] 12. famil. 11. Strabo 16. Dion. 47.

[g] L. summa virtus

[h] *v. c.* beneuolum,

P. CCXXXVIII. i L. dilectus,

[k] L. atq. Phœnice est.

[l] *al.* cùm Parthorum nobilissimos duces, max.

P.C.dici iam à quibusdam exornari etiam nimium à me Brutum,nimium Cassium ornari: Cassio verò sententia mea dominatū, & principatum dari. Quos ego orno? nēpe eos, qui ipsi sunt ornamenta reip. Quid? D. Brutum nónne omnibus sententiis semper ornauī?nū igitur reprehēditis?an Antonios potiùs ornarem, non modò suarum familiarum,sed Ro. nominis probra,atque dedecora?an Censorinum ornem, in bello hostem,in pace sectorē? an cetera ex eodē latrocinio naufragia colligam? Ego verò istos,otij,concordiæ,legum, iudiciorum,libertatis inimicos, tantum abest vt ornem,vt effici non possit,quin eos tam oderim,quàm rempub.diligo. Vide, inquit,ne veteranos offendas. hoc enim vel maximè exaudio.Ego [a] autem veteranos tueri debeo: sed hos, quibus sanitas est: certè timere non debeo: eos [b] veteranos, qui pro repub. arma ceperunt, secutique sunt C.Cæsarem [c] auctoritate beneficiorum paternorum, hodiéque remp.defendunt eū magno periculo,nō tueri solùm, sed etiam commodis augere debeo. qui autem quieſcūt,vt vi.& viij. legio,in magna gloria, & laude ponendos puto. comites verò Antonij, qui postquàm beneficia Cæsaris comederunt, consulem designatum obsident [d], huic vrbi ferrum,ignémq; minitantur: Saxæ se, & Caphoni [e] tradiderunt, ad facinus.prædámque natis,numquis est,qui tuēdos putet? Ergo aut boni sunt, quos etiam ornare:aut quieti,quos cōseruare debemus: aut impij,quorum contra furorem, & bellum, & iusta arma su scepimus.[f] Quorum igitur veteranorum animos ne offendamus, veremur? eorúmne qui D.Brutum obsidione cupiūt liberare?quib. cùm Bruti salus cara sit,quī possunt Cassij nomen odisse? an eorū, qui vtrisq. armis vacant? non vereor, ne acerbus ciuis quisquam istorum sit, qui otio delectantur. Tertio verò generi non militum veteranorū, sed importunissimorū hostium, cupio quàm acerbissimum dolorem inurere. quamquam, P. C. quoúsque dicemus [g] sententias veteranorum arbitratu? quod eorum tantum fastidium est,quæ tanta arrogantia, vt ad arbitriū illorum imperatorē [h] etiam deligamus? Ego autem(dicendum est enim P. C.quod sentio) non tam veteranos intuēdos nobis arbitror, quàm quid tirones milites flos Italiæ,quid noux legiones, ad [i] liberandum patriā paratissimæ:quid cūcta Italia de vestra grauitate sentiat. *nihil enim semper floret: ætas succedit ætati.* diu legiones Cæsaris viguerunt: nunc vigent Pansæ,vigent Hirtij,vigēt Cæsaris filij,vigent Planci:vincunt numero,vincunt ætatibus,nimirum etiam auctoritate vincunt. Id enim bellum gerunt, quod ab omnibus gentibus comprobatur. Itaque his [k] præmia promissa sunt:illis persoluta,fruātur his illi, persoluantur his,quę spopōdimus.id enim deos immortaleis spero æquissimum iudicare. ¶ Quæ cùm ita sint, eam, quam dixi,sententiam,vobis,P.C.censeo comprobandam.

a L.Ego vero veteranos
b al.eos verò veteranos
c L. C. Cæsaris auctoritatem,beneficiorum paternorum memores, hodiéque
P. B.
d al. obsederunt.
e L. Caſoni.
f L. cępimus.
g L. sententias: dicemus vet.
h L. etiā imperatores deligamus?
i L. ad liberandam p.
k L. his promissa sunt præmia: P.CCXXXIX.
l FERORATIO.*

P. B.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DVODECIMA.

ORATIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

SYNOPSIS.

Negat eos audiendos esse qui iterum legatos ad Antonium mittendos censeant.

a EXORDIVM.*

TSI [a] minimè decere videtur,P.C.falli,dècipi,errare eū, cui vos maximis sæpe de rebus assētiamini:cōsolor me tamē,quoniā vobiscū pariter,& vnà cū sapientissimo consule erraui. Nā cùm duo cōsulares spē honestę pacis nobis attulissent, quòd erāt familiares M.Antonij,quòd domestici,nosse aliquot eius vultus,quod nobis ignotū esset videbantur. apud alterū vxor,liberi:alter quotidie litteras mittere,accipere, apertè fauere Antonio. Hi subitò hortari ad pacē, quod iam diu non fecissent, non sine causa videbātur.Accessit cōsul hortator.At b qui cōsul? si prudētiā quærimus, qui minimè falli posset,si virtutē, qui nullam pacem probaret,nisi Antonio cedēte,atque victo: si magnitudinē animi, qui præferret mortem seruituti. Vos autem,P.C. non tam immemores vestrorū grauissimorū decretorum videbamini,quàm,spe allata [c] deditionis,quā [d] pacē appellare [e] mallēt,de imponēdis, non de accipiēdis legibus cogitare. Auxerat autē meā quidē spē,credo ità vestrā,quòd domū Antonij afflicta mæstitia audiebā, lamētari vxorē. Hinc sertā fautores Antonij, quorū in vultu habitāt oculi mei,tristiores videbā. Quod si nō ita est, cur à Pisone, & à Caleno potissimùm,cur hoc tēpore,cur tā improuiso,cur tā repentè pacis est facta mentio?Negat Piso [g] se scire, negat audisse quidquā: negat Calenus rem vllā nouā allatam esse. atque id nūc negāt posteaquàm nos pacificatoria legatione implicatos putant. *Quid ergo opus est nouo cōsilio,si in re nihil omnino noui est?* Decepti,decepti,inquam,sumus,patres conscripti:Antonij est acta causa ab amicis eius, non publica, quod videbā equidē, sed quasi per caligine. perstrinxerat [h] aciem animi D. Bruti salus. Quòd si in bello dari vicarij solerēt:libenter me,vt D.Brutus emitteretur,pro illo inīludi paterer. Atqui i hac voce Qu. Fusij [k] capti sumus:Ne si à Mútina quidem recessisset, audiamus Antoniū? ne si in senatus quidē potestate futurū se dixerit? durū videbatur.itaq; fracti sumus:cessimus.Recedit igitur à Mútina?

a Hic etiā faut.
b al. hī' quis cons.
c al. oblata
d L. quam amici Antonij pacem appellarent,de i.
e vel appellarent, C. Halteni. vel appellarent, fal
f L. scire se neg.
g P. CCXI.
h L. præstinxerat aciem.
i L. Atque
k L. Fusij.
* facia alieni *

Nescio Pater senatui? Credo, inquit Calenus: sed ita, vt teneat dignitatem. Valde hercule vobis laborandum est, P.C. vt vestram dignitatem amittatis, quę maxima est Antonij, quæ neque est vlla, neque esse potest, retineatis: vt eam per vos recuperet, quam per se perdidit. Si iacens id nobiscum ageret, audirem fortasse: quamquam (sed hoc malo dicere) audirem.

a L. stanti resist. instanti [a] resistendum est, aut concedenda vnà cum dignitate libertas. At non est integrum. constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest? *cuinsuit hominu est errare: nullius, nisi insipientis, in errore perseuerare. Posteriores enim cogitationes, (vt aiunt) sapientiores solent esse.* Discussa est illa caligo, quam paullo antè dixi: diluxit, patet. videmus omnia, neque per nos solùm, sed admonemur à nostris. Attendistis paullo antè, præstantissimi viri quæ esset oratio. Mæstam, inquit, domum offendi, coniugem, liberos. Admirabantur boni viri, accusabant amici, quòd spe pacis legationē suscepissem. nec mirum. P. Seruili. tuis enim verissimis, grauissimisque sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. Ad eum ire te legrtum quis nō miraretur? de me experior: cuius idem consilium, quod tuum, sentio quàm reprehendatur. nos reprehendimur soli? quid? vir fortissimus Pansa sine causa tam accuratè paullo antè locutus est tandiu? quid egit, nisi vti falsam à se suspicionem depelleret? vnde autem est ista suspicio? ex pacis patrocinio repentino, quod subitò susceperit, eodē captus errore, quo nos.

P. B.

b REFVTATIO.* ¶ Quòd [b] si est erratum, P. C. spe falsa, atq; fallaci: redeamus in viam. *optimus est portus pœnitenti* [c], *mutatio consilij.* Quid enim per deos immortaleis, potest reipub. prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid [d] si etiam nocuit? an vos acerrimam illam, & fortissimam populi R. libertatis recuperandæ cupiditatem, non immi nutam, ac debilitatam putatis legatione pacis audita? quid municipia cēsetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio, quo contra commune incendium exarserat? an non putamus fore, vt eos pœniteat profectos esse, & præ se tulisse odium in Antonium, qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos & animis. & corporibus in salutē reipub. contulerunt? Quemadmodum vestrum [e] hoc consilium Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera est? illa impios ciueis iudicauit, eiecit, exclusit. illi, illi, inquā, vrbi fortissimè conāti, è manibus est ereptus Antonius. Quid? legionum nostrarum neruos nónne his consiliis incidimus? quis est enim, qui ad bellum inflammato animo sit futurus, spe pacis oblata? ipsa illa Martia, cælestis, & diuina legio, hoc nuntio languescet, & mollietur, atque illud pulcherrimum Martium nomen amittet: excidēt gladij: fluent arma de manibus. Senatum enim secuta, non [f] arbitrabitur se grauiore odio in Antonium esse debere, quàm senatum. Pudet huius legionis, pudet Quartæ, quæ pari virtute nostram auctoritatem probans, non vt consulē, & imperatorem suum, sed vt hostem, & oppugnatprem patriæ reliquit Antonium: pudet optimi exercitus, qui coniunctus est ex duobus: qui iam lustratus, qui profectus ad Mutinam est: qui si pacis, id est, timoris nostri nomen audiuerit: vt non referat pedem, insistet [a] certē. quis enim, reuocante, & receptui canēte senatu properet dimicare? Quid autē hoc iniustius, quàm nos, inscientibus iis, qui bellum gerūt, de pace decernere? nec solùm inscientibus, sed etiam inuitis? An vos, A. Hirtium præclarissimum consulem, C. Cæsarem, deorum beneficio natum ad hæc tempora, quorum epistolas, spem victoriæ declaranteis, in manu teneo, pacem velle censetis? vincere illi expetunt: pacisque dulcissimum, & pulcherrimum nomen non pactione, sed victoria concupierunt [b]. Quid? Galliam quo tandem animo hanc rem auditurum putatis? illa enim huius belli propulsandi, administrā di, sustinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nutum ipsum, ne dicā imperium, secuta, armis, viris, pecunia, belli principia firmauit: eādē crudelitati M. Antonij suum totum corpus obiecit: exhauritur, vastatur, vritur. omneis æquo animo belli patitur iniurias, dūmodò repellat pericula seruitutis. Et, vt omittam reliquas parteis Galliæ (nā sunt omnes pares.) Patauini alios excluserūt, alios eiecerunt, missos ab Antonio: pecunia, militibus, &, quod maximè deerat, armis, nostros duces adiuuerunt. fecerunt idem, réliqui, qui quōdam in eadem causa erāt, & propter multorum annorum iniurias alienati à senatu putabantur, quos minimè mirum est, communicata cum his rep. fideleis esse, qui etiam expertes eius, fidē suam semper præstiterunt. His igitur omnib. victoriam sperantibus [c] *pacis nomen afferemus, id est, desperationem victoriæ?* Quid, si ne potest quidem vlla esse pax? *quæ enim est conditio pacis, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest?* Multis rebus à [d] nobis est inuitatus ad pacem Antonius. bellum tamen maluit. missi legati, repugnante me, sed tamen missi. delata mandata: nō paruit. denūtiatū est, ne Brutū obsideret, à Mutina discederet: oppugnauit etiam vehemētiùs. & ad eum legatos de pace mittemus, qui pacis nuncios repudiauit? verecūdiorémne coram putamus in postulando fore, quàm fuerit tum, cùm misit mandata ad senatum? Arqui [e] tum ea petebat [f], quæ videbantur improba omnino, sed tamen aliquo modo posse concedi. nondum erat vestris tam [g] grauissimis, támque multis iudiciis, ignominiisque concisus [h]: nunc ea petit, quæ dare nullo modo possumus, nisi priùs volumus nos bello victos confiteri, Senatus consulta falsa: delata ab eo iudicauimus. num ea vera possumus iudicare? Leges statuimus per vim, & cōtra auspicia latas: iisque [k] nec populum, nec plebē teneri. nūc eas restitui posse cēsetis? Sestertium septies millies auertisse Antonium pecuniæ publicæ iudicauistis. num fraude poterit carere peculatus? Immunitates [l] ab eo, ciuitates, sacerdotia, regna venierunt. num figentur rursus eæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? Quòd [m] si ea, quæ decreuimus, obruere volumus, num etiā memoriam rerum delere possumus? quando enim obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac vestitus fœditate fuerimus? vt centurionum legionis Martiæ Brūdisij profusus sanguis eluatur, nī elui prędicatio crudelitatis poterit [n] vt media præterea, quæ vetustas tollet operū circa [o] Mutinam tætra monumenta, sceleris indicia, latrociniique vestigia? Huic igitur impor-

P. B.

c *al.* spectantibus.

d L. à nobis ad pacem est inuitatus A.

e *al.* Atqui cùm ea petebat, quę videbantur improba omnino, sed tamen aliquo modo posse concedi. nondum erat &c.

f L. postulabat.

g L. tam grauibus, támq.

h L. consciscus.

i *al.* falsa retulerat. *al.* falsò relata.

k L. Legibus per vim & contra auspicia latis populus non tenetur.*

P. CCXLII.

l L. immunitates, ab eo ciuitatibus, sacerdotia.

m L. Quod si ea, quę decreuimus, obruere etiam memoriam rerum.

n L. potest?

o *al.* circum Mut.

a L. non arbitrabitur sibi grauiori odio debere esse Antonium, quàm senatui P.

importuno,atque impuro parricidæ, [a] quid habemus,per deos immortaleis,quod remittamus? An Galliam vltimam, & exercitum? quid [b] est aliud,quàm non pacem facere, sed differre bellum? nec solùm prorogare bellū, sed concedere etiam victoriam? An ille non vicerit, quacumque conditione in hanc vrbem cum [c] suis armis venerit? Nunc omnia tenemus:auctoritate valemus plurimùm: absunt tot perditi ciues,nefarium secuti ducem, tamen eorum ora, sermones[d], qui ex eo numero in vrbe relicti sunt,ferre nō possumus. quid censetis, cùm tot vno tempore irruperint[e]nos arma posuerimus,illi[e]non? nonne[f] nos nostris consiliis victos in perpetuum fore?Ponite ante oculos M.Antonium consularem: sperantem cōsulatum Lucium adiungite:supplete ceteros, neque nostri ordinis solùm,honores & imperia meditanteis: nolite ne Tirones quidem, Numisios, & Mustellas, Saxáfve contemnere. cum his facta pax, non erit pax, sed pactio seruitutis. L.Pisonis,amplissimi viri, præclara vox, à te non solùm in hoc ordine,Pansa,sed etiam in concione iure laudata est.Excessurum se ex Italia dixit,deos penateis, & sedeis patrias relicturum, si (*quod dij omen auerterent* [h]) remp.oppressisset Antonius.Quæro igitur à te,Piso,nónne oppressam remp.putes,si tot, tam impij,tam audaces,tam facinorosi recepti sint? quos nondum tantis parricidiisk contaminatos vix ferebamus,hos nunc omni scelere coopertos,tolerabileis cēses ciuitati fore?Aut isto tuo,mihi crede,consilio erit vtendum,vt cedamus,abeamus,vitā inopem, & [l] vagam persequamur, aut cruciabilis latronibus dandæ,atque in patria cadendum[m] est. Vbi sunt, C.Pansa, illæ cohortationes pulcherrimæ tuę,quibus à te excitatus senatus, inflammatus populus R.non solùm audiuit, sed etiam didicit, nihil esse homini Romano fœdius seruitute? Idcircóne sagan[n] sumsimus, arma cepimus, iuuentutem omnē ex [o] tota Italia exciuimus, vt [p] exercitu florentissimo, & maximo legati ad pacem mitterentur:[q]si postulādam,quid timemus? si accipiendam, cur non rogamur? in hac ego legatione sim, aut ad id consilium admiscear, in quo, ne si dissensero quidem à ceteris, sciturus populus Ro.sit? Ita fiet,vt,si quid remissum, aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius, cùm ei peccandi potestas à me concessa videatur.Quod si habenda cum[r] Antonij latrocinio pacis ratio fuit, mea tamē persona ad istam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Ego nūquam legatos mittendos censui:ego ante legatorum reditū ausus sum dicere, *Pacem ipsam si afferrent, quoniam sub nomine pacis bellum lateret, repudiandam.* ego princeps sagorum : ego semper illum[s]hostem appellaui,cùm alij aduersarium: semper hoc bellum, cùm alij tumultum. nec hæc in senatu solùm: eadem ad populū semper egi : nec solùm in ipsum, sed [t] in eius socios,facinorū ministros, & præsenteis, & eos, qui vnà sunt:in totā denique M.Antonij domum sum semper inuectus.Itaque,vt álacres, & læti, spe pacis oblata, inter se impij ciues, quasi vicissent,gratulabantur: sic *me iniquum*[u] *eiurabant:* [x] de me querebantur. diffidebant etiam Seruilio. meminerant, eius sententiis confixum Antonium:L.Cęsarem,fortem quidem illum, & constantem senatorem, auunculum tamen:Calenum,procuratorem: Pisonem,familiarem : te ipsum,Pansa, vehementissimum, & fortissimum consulem, factum iam putant leniorem : non [a] quò ita sit, aut esse possit:sed mētio à te facta pacis,suspicionem multis attulit immutatæ voluntatis. Intet has personas me interiectum amici Antonij molestè ferunt: quibus gerendus mos est, quoniam semel liberales esse cœpimus.Proficiscantur legati optimis ominibus: sed ij proficiscantur, in quibus non offendatur Antonius.Quòd si de Antonio non laboratis,mihi certè,P.C.cōsulere debetis,parcite oculis saltem meis, & aliquam veniam iusto doloridate.Quo enim adspectu videre potero,(mitto hostem patriæ : ex quo mihi odium in illum commune vobiscum est,) quomodo [b] adspiciam mihi vni crudelissimum hostem, vt declarant eius de me acerbissimæ conciones? Adeóne me ferreum putatis, vt cum eo congredi, aut illū adspicere possim? qui nuper,cùm in concione donaret eos, qui ei de patricidis[c]audacissimi videbātur,mea[d] bona donare se dixit Petissio Vrbinati [e], qui ex naufragio luculēti patrimonij ad hęc Antoniana saxa proiectus est? An L.Antoniū adspicere potero?cuius ego crudelitatē effugere nō potuissem, nisi me mœnibus & portis, & studio municipij mei defendissem.Atque idem hic myrmillo Asiaticus, latro Italiæ, collegā Centonis, & Nuculæ, cùm aquilæ primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit,si enim de suis dixisset,ne aquilam quidem ipsam crediturama putauit. Non ferent, inquam,oculi Saxam, Caphonem [f]. non duos prætores,non tribunū pl.non[h] duos defignatos tribunos, non Bestiam, non Trebellium, non Plancum. non possum animo æquo videre tot,tā importunos,tā sceleratos hosteis: nec hid fit fastidio meo, sed caritate reip. Sed vincam animū,mihiſque imperabo dolorē iustissimum,si non potero frangere, occultabo. Quid? vitæ censetisne,P.C.habendā mihi aliquam esse rationem?quæ mihi quidem minimè cara est,præsertim cùm Dolabella fecerit, vt optanda mors esset modò sine cruciatu,atque tormentis:vobis tamen,& populo Ro.vilis i esse spiritus meus nō debet.is enim sum, nisi fortè me fallo,qui vigiliis,curis,sentētiis, periculis etiā,quæ plurima adij propter acerbissimum omniū in me odiū impiorum, perfecerim,vt non obstarent[k]reip.ne quid arroganti⁹ videar dicere.Quod cùm ita sit,nihil[l]ne mihi de periculo meo cogitandum putatis? Hic cùm [l] in vrbe essem, ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt, vbi me non solùm amicorum fidelitas,sed etiam vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt. quid censetis,cùm iter ingressus ero,longum præsertim?nullásne insidias pertimescendas? Tres viæ sunt ad Mutinā,quò festinat animus,vt quàm primùm illud pignus liberatis populi R-D.Brutū,adspicere possim:cuius in cōplexu libēter extremū vitæ spiritū ediderim, cùm [m] omnes actiones bonorū,omnes sentētiæ meæ peruenerint ad eum exitū,qui mihi fuit propositus. Tres ergo,vt dixi,viæ:à supero mari,Flaminia:ab infero,Aurelia:media,Cassia.Nunc quæso,attēdite,num aberret à coniectura suspicio periculi mei.Etruriam discriminat Cassia.scimúsne igitur,Pansa,quibus in locis nunc sit Lentonis Cesenij septemuiralis auctoritas? no-

a L.parricidę

b L. quid est aliud non pacem facere,s.

c L.cum suis venerit? Armis núc om. d L. sermonésque, qui in vrbe ex eo numero rel.

e L.illi non posuerint? nónne n.n. f al. nónne vos vestris cons.

g L.& Mustelas, Saxas, Sestósve cōtemnere. al.& Mustelas, Seiosne contemnere.

h L.auerterint)

i v.c.facinorosi

k L.parricidiis.

P. S.

l L.vagámg. perseq.

m L.cadendū.vbi suat &c.

n Sagū vestis militaris.*

o L. ex tota Italia excusimus.Ipsa Nonius ea 4.in excusere 171.*

p L.vt de exercitu florentiss.

q L.mitterēturne si accipiēdam cur non rogamur? si postulandam quid timemus?In h.

r L.cum M. Antonij latr.

s al.illum appellaui hostē cùm

t L.sed in eius socios facinorum,& ministros.

u Hæc formula videntur litigatores Iudices reiecisse. & hoc sensu. Eierare sumitur libro 2. de oratore: vbi de M.Flacco & P.Mutio agitur. & forum eiurare lib 3. in Verrem. Hæc etiā formula, Illum nolo iudicē reiecisse iudicem, xolli. P.CCXLIII. gi potest ex Plinij Panegyrico.*

x L. eierabāt

a al.nō quoq; ita sit,

b L. sed quomodo adspiciam.

c L.parricidis

d L.de meis bonis donare se d.

e al. Vrinatj

f L.Caponem, non duo prætores,non tribunum pl.

P. S.

g L. non duo def.

h al. nec id fastidio m. sed car.

i L.vilis spiritus meus est non debet. al.vilis meus spiritus esse non debet.

l L.obstaremreip.

l L. eū essem in vrbe, ac domi,

m L. cùm omnes actiones horum mensum, omnes sent.meæ peruē. ad eū, qui mihi fuit propositus, exitum. Tres

biscum nec animo certè est, nec corpore. si autem aut domi est, aut non longè à domo, certè in Etruria est, id est, in via. Quis igitur mihi præstat, Lentonem vno capite esse con-
P. CCXLIIII tentum? Dic mihi præterea, Pansa, Ventidius vbi sit, cui fui semper amicus, antequàm ille reip. bonisq. omnibus tam apertè est factus inimicus. Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam, quid, si Anconam, vt dicitur, Ventidius venerit? poterone Ariminum tutò accedere? Restat Aurelia. Hic quidem etiam præsidia habeo. possessiones enim sunt P. Clodij. tota familia occurret: hospitio inuitabit, propter familiaritatē notissimam. Hisce ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in suburbium, vt eodem die reuerteror, ire[a] non ausus sim? domesticis me parietibus vix tueor, sine amicorum custodiis. Itaque in vr-
b L. si sic licebit. man.]al. & si licebit.* be maneo. si[b] licebit, manebo. hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum. teneant alij castra, regna, res bellicas: oderint[c] hostem: nos, vt dicimus, semper-
c L. fuderint hostem.]al. hostē vel adierint* que fecimus, vrbem, & res vrbanas vobiscū pariter tuebimur. Neque verò recuso munus hoc. quanquā populū R. video pro me recusare. nemo me minùs timidus, nemo cautior
d al. vicesimus res declarat. vigesimus[d] annus est, cùm omnes scelerati me vnū petūt. Itaq. ipsi, ne dicā mihi reip. pœnas dederunt: me saluū adhuc resp. conseruauit sibi. Timidè hoc dicā: scio enim quiduis homini accidere posse: verumtamen
e al. circumsæptus. semel circumfessus[e] lectis valentissimorū hominū vitibus cecidi sciēs, vt honestissimè exsurgere f L. possem exsurgere. possem. Possūmne igitur satis[g] videri cautus, satis prouidus, si me huic itineri tā infesto, támq. periculoso commisero? *gloriam[h] in morte debent ij, qui in rep. versantur, non culpæ*
g al. satis vobis videri cautus.* h al. solam enim gloriam in m. *reprehensionem, & stultitiæ vituperationē relinquere.* Quis bonus non luget mortē Treboni? quisnō dolet interitū talis & ciuis, & viri? At
P. 2. i al. quis non dolet interitu talis. Iz al. quòd ab hoc homine. sunt qui dicāt (durè illi quidē, sed tamen dicūt) minùs dolendū, quòd[k] ab homine impuro, nefarióq. nō cauerit. etenim *qui multorū eustodiam se profiteatur, eum sapientes suipriùm capitis aiunt custodem esse oportere. Cùm saptus sis legibus & iudiciorum metu, non sunt omnia timēda, neque ad omnia insidias præsidia quærenda.* quis enim audeat luci, quis in militari via, quis benè comitatum, quis illustrem aggredi? Hæc neque hoc tempore, neque in me valēt. non modò enim pœnam non extimescet, qui mihi vim attulerit: sed etiam gloriam sperabit à latronum gregibus, & præmia. Hæc ego in vrbe prætuideo: facilis est circumspectus vnde exeam, quò progrediar, quid ad dextrā, quid ad sinistrā sit. num idē in Apennini[l] tra-
l al. Appennini mitibus facere potero? in quib. etiā si non erunt insidiæ, quę facillimè esse poterunt, animus tamē erit sollicitus, vt nihil possit de offi-
m al. Appenniqum ciis legationis attendere. Sed effūgi insidias: perrupi Apenninum[m]. nēpe in Antonij congressum, colloquiúmq. veniendi est. Quinā locus capietur[n] si extra castra: ceteri viderint.
n al. mihi futuram p. o. vc. & L. belua, p sic Homerus, ἔκφατος ἀφύξει.* ego mortē actutū futurā[o] puto. noui hominis furorem, noui effrenatam violentiam. Cuius acerbitas morū, immanitāsq. naturæ, ne vino quidē permista tēperari solet: hic ira, demētiáq. inflammatus, adhibito fratre Lucio tæ-
q Colloquia cum acerrimis hostibus vetis.* tetrima bellua[o], nunquā profectò à me sacri legas manus, atq. impias[p] abstinebit. Memini colloquia[q] & cum acerrimis hostibus, & cum grauissimè dissentientibus ciuibus. Cn. Pompeius. Sexti filius, consul, me præsente, cùm essem tiro in eius exercitu, cum [a] P. Vettio Catone, duce Marsorum, inter bina castra collocutus est. quò quidem memini Sex. Pōpeium, fratrē consulis, ad colloquium ipsum Roma venire, doctum virum, atque sapientem, quem[b] Cato cùm salutasset, *Quem te appellem?* inquit. At ille, *Voluntate, hospitem: necessitate, hostem.* Erat in illo colloquio æquitas: nullus timor, nulla suberat suspicio: mediocre etiam odium. num enim vt eriperent nobis socij ciuitatem, sed vt in eam reciperentur, petebant. Sylla cum Scipione inter Cales, & Teanum, cùm alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi, & de iure ciuitatis, legis[c] inter se conditiones contulerunt. non tenuit omnino colloquium illud fidem: à vi tamen, periculóque abfuit[d]. Possumúsne igitur in Antonij latrocinio æquè[e] esse vt hi? non possumus: aut, si ceteri possunt, me posse diffido. Quòd si non extra castra congrediemur: quæ ad colloquium castra sumentur? in nostra ille numquam veniet: multo minùs nos in illius. reliquum est, vt & accipiantur, & remittantur postulata per litteras. ergo ecrimus in castris. mea ad omnia postulata vna sententia: quā cùm hîc, vobis audientibus, dixero, isse, & rediisse me putatote: legationem confecero. omnia ad senatū mea sentētia reiiciam[f], quæcumq. postulabit Antonius. neq. enim licet aliter, neq. permissum est nobis ab hoc ordine, vt, bellis cōfectis, decē legatis per mitti solet more maiorū: neq. vlla omnino à senatu mandata accepimus, quæ cùm agā in consilio, nonnullis, vt arbitror, repugnantib. nōne metuendū est, ne imperita militū multitudo per me pacē distineri putet? Facite, hoc meum consilium legiones nouas non improbare. nam Martiā, & quartam nihil, prēter dignitatē, & decus, probaturas esse, certò scio. Quid? veteranos non veremur? nam timeri se ne ipsi quidem volunt. Sed quónā modo accipient seueritatē meam? Multa enim falsa de me audierunt: multa ad eos improbi detulerunt. quorum commoda, vt vos optimi testes
a al. cum P. Vectio Scatone, P. CCXLV.
b al. quem Scato.
c L. legere inter se, conditionésque tulerunt.
d L. afuit
e L. æquè eff. tuti? nō poss.
f v. c. reiecī
P. 2.
g al. sempe sententia, auctorita. &c. estis, semper[g] ego sententia, auctoritate, oratione firmaui: sed credunt improbis, credunt turbulētis, credunt suis. Sunt autem fortes illi quidem, sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi Rom. libertate, & salute reip. nimis feroces, & ad suā vim omnia nostra consilia reuocantes. Horū ego cogitationem nō vereor: impetū pertimesco. Hęc quoque periculah tanta si effugero, satisne tutum reditum putatis fore? Cùm enim & vestra auctoritate, & meo me more defendero, & meā fidem reip. constantiámq. præstitero: tū erunt mihi non hi solùm, qui me oderunt, sed illi etiam, qui inuident, extimescēdi. ¶ Custodiaturi igitur mea vita reip. eāq., quoad vel dignitas, vel natura patietur, patriæ reseruetur: *mors autem necessitatem habeat fati, aut, si antè oppetenda est, oppetatur cum gloria.* Hæc cùm ita sint, etsi hāc legationem resp. vt leuissimè dicam, non desiderat, tamē si tutò licebit ire, proficiscar. omnino, P.C. totum huiusce rei consiliū non periculo meo, sed vtilitate reip. metiar. dek qua mihi *quoniam liberum est spatium, multum etiam, atque etiam considerandum puto, idque potissimum faciendum, quod maximè interesse reip. iudicauero*[l].
h L. tanta pericula si est.
i PERORATIO.*
Iz Dumque mihi liberū est, multo etiam.* l L. iudicare.

IN M.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMATERTIA.

ORATIO QVINQVAGESIMAQVINTA.

SYNOPSIS.

Negat, aduersus consilium M. Lepidi, tutam pacem iniri posse cum Antonio.

IN[a] PRINCIPIO[b] huius belli, P. C. quod cum impiis ciuibus, sceleratísque[c] suscepimus, timui, ne conditio insidiosa pacis, libertatis recuperandæ[d] studia restingueret. *dulce[e] enim nomen est pacis: res verò ipsa cum iucunda, tum salutaris. Nam nec[g] priuatos focos, nec[h] publicas leges, nec libertatis iura, cara habere potest, quæ discordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat: eúmque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.* Itaque siue Sylla, siue Marius, siue vterque, siue Octauius, siue Cinna, siue iterum Sylla, siue alter Marius, & Carbo, siue quis alius ciuile bellũ optauit, eum detestabilem ciuem reip. natum iudico. Nã quid ego de proximo dicam, cuius acta defendimus, cùm[i] ipsum iure cæsum fateamur? *Nihil igitur hoc ciue, nihil hoc homine tetrius, si aut ciui, aut homo habendus est, qui ciuile bellum concupiscit.* ¶Sed[k] hoc primùm videndũ est, P. C. cum omnibúsne pax esse possit, an sit aliquod bellum expiabile: *in quo pactio pacis, lex sit seruitutis.* Pacem cum Scipione Sylla[m] faciebat. non erat desperandum, si cõueniissent, fore aliquem tolerabilem statũ ciuitatis. Cinna si concordiã cum Octauio confirmare voluisset[n], hominũ in rep. sanitas remanere potuisset. Proximo bello si aliquid de summa grauitate Pompeius, multũ de cupiditate Cæsar dimisisset[o]: & pacem stabilẽ, & aliquam remp. nobis habere licuisset. Hoc verò quid est? cum Antoniis pax potest esse? cum[p] Censorino, Ventidio, Trebellio, Bestia, Nucula, Munatio[q], Lentone, Saxa? Exempli causa paucos nominaui: genus infinitum, immanitatẽmq. ipsi cernitis reliquorũ. Addite illa naufragia Cæsaris amicorũ, Barbas, Cassios, Barbatios[r], Polliones: addite Antonij collusores, & sodaleis, Eutrapelum, Melã, Cœlium, Põtium, Crassicium, Tironem, Mustelam, Petissium[s]: comitatũ relinquo: duces nomino. huc accedunt Alaudæ[t], ceteríq. veterani, seminarium iudicum tertiæ[u] decuriæ, qui, suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris deuotatis, fortunas nostras concupierunt[x]. ô fidam dexteram Antonij, qua ille plurimos ciueis trucidauit! ô ratum religiosúmque fœdus, quod[y] cũ his fecerimus! Hoc[z] si M. Antonius violare conabitur, Lucij eum sanctitas à scelere reuocabit. Illis locus si in hac vrbe fuerit, vrbi ipsi locus non erit. Ora vobis eorum ponite[a], P. C. ante oculos, & maximè Antoniorũ: incessum, adspectum, vultũ, spiritum, latera tegẽteis alios, sequenteis alios, progredienteis àmicos. quãvim anhelitus[b] quas contumelias fore cẽsetis, minásq. verborum? nisi fortè eos pax ipsa leniet, maximéq. cùm in hunc ordinem venerint: salutabunt benignè, comiter appellabũt vnumquemq. nostrũm. Nõ recordamini, per deos immortaleis, quas in eos sententias dixeritis? acta Antonij[a] rescidistis: leges refixistis: per vim, & cõtra auspicia latas decreuistis: totius Italiæ delectus excitastis: collegam, & socium scelerũ omnium, hostẽ iudicauistis. cũ hoc quę pax esse potest[c]? Si esset externus hostis, tamen id ipsum vix, talibus factis, posset aliquo modo. sed si maria, montes, regionum magnitudines interessent, odisses[d] eũ, quem non videres. hi in oculis hærebunt, & cùm libidine, in faucibus, quib. enim sæptis tã immaneis beluas continebimus[e]? At *incertus exitus belli est. Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, virtute[f] præstare tantum, vt possint fortunæ culpam non extimescere.* Sed quoniã ab hoc ordine nõ fortitudo solùm, verũ etiã sapientia postulatur: quanquã[g] videtur hæc nõ posse seiũgi, seiũgamus tamẽ. fortitudo dimicare iubet, iustũ odium incendit, ad confligẽdum impellit, vocat ad periculũ. Quid sapiẽtia? *ea autoribus vtitur consiljs, in posterũ prouidet, est omni ratione protectior*[h]. quid igitur censet? *parendũ est enim: atque id optimum iudicandum, quod si sapientissimè constitutum.* Si hoc præcipit, ne quid vita existimem antiquius, ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimẽ, quærã ex ea, etiámne[i] fuerit, cùm id fecero, seruiendum si annuerit: næ ego istam[k] sapiẽtiam, quamuis sit erudita, non audiã. sin respõderit, *Tu verò ita vitã corpúsque seruato, ita fortunas, ita rem familiarẽ, vt[l] hæc posteriora libertate ducas, itaque hũ vti velis, si*[m] *liberare rẽp. possis: nec pro hũ libertatem, sed pro libertate hæc proẽ-cias, tanquã pignora iniuriæ:* tum sapientiæ vocẽ audire videar, eíque, vti deo, paream. Itaq. si, receptis illis, possumus esse liberi, vincamus odiũ, pacémq;[n] potiamur: sin liber, viuis his, incolumibúsque, esse nullus potest: lætemur decertandi oblatã esse fortunã. aut[o] enim, victis his, fruemur victrice rep. aut oppressi, (quod omen auertat Iupiter) si non spiritu, at virtutis laude viuemus. At enim nos M. Lepidus, imperator iterũ[p], põtifex maximus, optimè proximo ciuili bello de rep. meritus, ad pacẽ adhortatur. Nullius apud me, patres conscripti, auctoritas maior est, quàm M. Lepidi, vel propter ipsius virtutẽ, vel propter familiæ dignitatẽ, accedunt eódẽ multa priuata: magna eius in me merita[q], ac mea quędã in illũ, maximũ verò eius beneficiũ numero, quòd hoc animo in rẽp. est: quę mihi vita mea semper fuit carior. Nã cùm Magnum Pompeium,

a L.M. Antonij resc.
b L. dilectus excitauisti:
c v. c. potest esse? Hostis & esset externus, id ipsum vix, tal. factis P. CCXLVII. poss. aliquo modo. si maria,
d L. odisses eum, q. nõ videtis. hi,
e *al.* contingbitis?
f L. virtutem præstare: tantũ enim possunt: fortunæ culp. non ext.
g L. quãquam vix videntur hæc posse seiungi,
h L. tectior.
i L: etiámne si erit, cùm id fecero,
k L. sapientiam istam,
l L. vt hæc libertate poste riora ducas,
m L. si libera rep. possis:
n L. pacémq. patiamur sin otium, incolumib. his, esse nullũ potest:
o L. aut enim his fruemur. victr. rep. aut oppressi, quod &c.
p *de sl. ex* iterum, *quibusdam.*
q L. merita, mea quæd. of ficia in illum

P. CCXLVI. a EXORDIVM.*
b L. A principio
c L. consceleratísque
d L. reciperãdæ.*
e L. dulce enim etiam n. f Pacis dulce nomen.*
g Locus penè desumptus ex Homero 9. Iliad. Ibi, ἀρίστη πατρὶ φίλῳ τε ἔσσεται ὄφρα ἐγώ γε πολέμου ἐρατεινοῦ. Meminit Aristoteles 1. Politicon. Aristophanes *ejusdem.* Vide Victorium 1. Variar. 3
h *al.* nec publicas leges videtur, nec libertatis iura, cara habere, quem disc.
i I. cùm auctorem ipsum iure cæsum fatemur.
Iz REFVTATIO.*
l L. inexpiabile:
m L. Sylla sine faciebat, siue simulabat, nũ er.
n L. voluisset omnino in rep. sao.
o L. remisisset: p Antonianarum partium qui fuerint.*
q *lib. vulg.* Munatio?
P. B. *al.* Barbator. fuit enim Barbatus Quæstor Antonij. *vide Appianũ 1. ciuilium.**
f *al.* Petusiũ: *al.* Peditium: t *fort.* qui ex Alaudarũ legione, cuius meminit Philippica 5. suprà.*
u *al.* decuriæ tertiæ,
x L. concupierunt.
y L. quod cũ Antonio fecerimus!
z L. Hoc si Marcus violare conab. Lucij *vide c.al.* Hoc si Marcus violare c.
a *v.c.* ponite ante oculos. *hal.* quem vitæ anhelitum

clarissimum adolescentem, præstantissimi viri filiú, auctoritate adduxit ad pacem, rem q; publicam sine armis, maximo ciuilis belli periculo liberauit: tum me eius beneficio plus quàm pro virili parte obligatum puto. Itaque ei & honores decreui, quàm [a] potui amplissimos: in quibus vos mihi estis assensi: nec vnquam de illo & sperare optimè, & loqui destiti. magnis, & multis pignoribus M. Lepidũ resp. obligatum [b] tenet. summa nobilitas est hominis, summi honores, amplissimum sacerdotium, plurima vrbis ornamenta, ipsius fratris, maiorúmque monumenta: probatissima vxor, optatissimi liberi, res familiaris cùm ampla, tum casta à cruore ciuili. nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio, & misericordia liberati. Talis igitur vir, & ciuis, opinione labi potest, voluntate à repub. dissidere nullo pacto potest. Pacem vult M. Lepidus. Præclarè: si talem potest efficere, qualem nuper effecit: qua pace Cn. Pompeij filium resp. adspiciet, suóque sinu, complexúque recipiet: neque solùm illum, sed cum illo seipsam sibi restitutã putabit. Hæc causa fuit, cur [c] decerneretis [d] statuam in Rostris cum inscriptione præclara: cur absenti triũphum. quanquam enim magnas res bellicas gesserat, & triumpho dignas, non erat tamen ei tribuendum, quod nec L. Æmilio, nec Æmiliano Scipioni, nec superiori Africano, nec Mario nec Pompeio, qui maiora bella gesserunt: sed, *quod silentio ciuile* [e] *bellum confecerat*, primùm [f] vt licuit, honores in eum maximos contulistis. Exístimásne igitur, M. Lepide, qualem Pompeium resp. habitura sit ciuem, taleis [g] futuros Antonios? in altero pudor, grauitas, moderatio, integritas: in illis (& cùm hos compello, præteréo [h] omnino ex grege latrocinij neminem) libidines, scelera, ad omne facinus immanis audacia. Deinde obsecro vos, patres conscripti, quis hoc vestrũm non videt, quod *Fortuna* ipsa, *quæ dicitur cæca, vidit?* saluis enim actis Cæsaris, quæ concordiæ causa defendimus, Pompeio sua domus patebit: eámque nõ minoris, quàm emit Antonius, redimet: redimet, inquã Cn. Põpeij domũm filius. O rem acerbam! Sed hæc satis diu, multúmque defleta sunt. Decreuistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriis in prædæ dissipatione [i] inimicus victor redegisset. Sed hanc mihi dispensationem pro paterna necessitudine, & cõiunctione depoſco. redimet hortos, ædeis, vrbana quædam, quæ possidet Antonius. nam argentum, vestem, suppellectilem, vinum amittet æquo animo, quæ ille helluo [k] dissipauit. Albanum, Formianum [l] à Dolabella recuperabit [m]: etiam ab Antonio Tusculanum. híque, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno Anseres [n] depellentur. Sunt alij plures fortasse: sed mea memoria dilabuntur. Ego etiam eos dico, qui hostium numero non sunt, Pompeianas possessiones, quanti emerint, filio redditurus. Satis inconsiderati fuit, ne dicam audacis, rem vllam ex illis attingere. retinere verò quis poterit, clarissimo domino restituto? An is non reddet, qui domini patrimoniũ circumplexus, quasi thesaurum draco, pompeij seruus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupauit? Atque illud septies millies, quod adolescenti, P. C. spopondistis, ita describite, vt videatur

a v.c. quos potui ampl.

b L. illigatum tenet: summa nobilitas est, omnes honores, ampliſſ.

c L. cur ei cern.

d Honores qui Lepido decreti Romæ quod silentio ciuile bellum confeciſſet.* P. CCXLVIII.

e L. bellum ci mile conf.

f L. cum primum licuit.

g L. taleis futuros in rep. Antonios.

h o.v.c. prætereo animo ex gr. fort. præterео omni ex grege &c.

i al. dispensatione.*

l L. helluo l L. Firmanũ m L. recipera bit.

n quidã Anserum vocabulo intelligit ſcriptores laudum Antonij, quibus ipſe Antonius ex Pompeij bonis in Falerno dederit.*

à vobis Cn. Pompeij filius in patrimonio suo collocatus. Hæc senatus: reliqua populus R. in ea familia, quam vidit amplissimam, persequetur: in primis paternum auguratus locum, in [a] quo ego eum, vt, quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. Vtrum igitur augurem Iouis optimi maximi, cuius interpretes, internuntíſque constituti sumus, vtrum populus Rom. libentiùs sanciet, Pompeium an Antonium? Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse, *vt actis Cæsaris firmis, ac ratis, Cn. Pompeij filius posset & dignitatem, & fortunas patrias recuperare* [b]. Ac ne illud quidem silẽtio, P. C. prętereundum puto, quòd clarissimi viri legati, L. Paullus, Qu. Thermus, C. Fannius, quorum habetis cognitam voluntatem in rempub. eámque perpetuam, atque constantem, nuntiant, se Pompeij conueniendi causa diuertisse [c] Massiliam, eúmque cognouisse paratissimo animo, vt cum suis copiis iter ad Mutinam, ni vereretur veteranorum animos offendere. Est verò eius patris filius, qui sapienter faciebat nõ minùs multa, quàm fortiter. Itaque intelligitis & animum ei prẽstò fuisse, nec consilium defuisse. Atque etiã hoc M. Lepido prouidendum est, ne quid arrogantiùs, quàm eius mores ferunt, facere videatur. Si enim nos exercitu terret, non meminit, illum exercitum, senatus, populíque R. atque vniuersę reip. esse, non suum [d]. At vti potest pro suo. Quid tum? *omniáne viris bonis, quæ facere possunt, facienda sunt? etiámne si turpia, si pernicioſa erunt? si facere omnino non licebit? quid autem turpius, aut fœdius, aut quod minùs decet, quàm contra senatum, contra ciueis, contra patriam exercitum ducere? quid verò magis vituperandum, quàm id facere, quod non liceat? Licet autem nemini contra patriam ducere exercitum: si quidem licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum, inſtitutíſque conceditur.* Neque *enim, quod quiſque potest, id ei licet: nec, si non obſtatur, propterea etiam permittitur.* tibi enim exercitum, Lepide, tanquam maioribus tuis, patria pro se dedit, hoc tu arcebis hostem: finis imperij propagabis: senatui, populóque Rom. parebis, siquam ad aliam rem te fortè [e] traduxerit. Hæc [f] si cogitas, es, M. Lepide, pontifex Maximus, M. Lepidi, pontificis maximi pronepos. sin hominibus tantum licere iudicas, quãtum possunt: vide, ne alienis exemplis, iísque recentibus, vti, quàm [g] antiquis, & domesticis malle videare. Quòd si auctoritatem interponis sine armis, magis quidem laudo: sed vide, ne hoc ipsum non sit necesse. Quanquam enim est tanta in te auctoritas, quanta debet in homine nobiliſſimo: tamen [h] senatus se ipse non contemnit: nec verò fuit vnquam grauior, constantior, fortior. *incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandam* [i]: non potest vllius auctoritate tantus senatus, populíque Rom. ardor exstingui [k]: odimus: irati pugnamus: extorqueri de manibus arma non possunt: receptui signum, aut reuocationem à bello audire non possumus: speramus optima: *pati vel difficillima malumus, quàm ſeruire.* Cæsar confecit inuictum exercitum: duo fortiſſimi cõsules adsunt cum copiis: L. Plãcj, consulis designati, varia, & magna auxilia non desunt: de D. Bruti salute certatur. vnus furiosus gladiator cũ tæterrimorũ latronum

manu

a L. in quem ego eum,

b v.c. recipe rare.

c L. deuertiſſe M.

d L. nõ suum P. CCXLIX.

e al. Hoc cogitas, M. Lepide, M. Lẽtuli, Pontif. Max. fueris nepos.*

f al. fortuna duxerit.*

g L. quam & antiquis,

h al tamen senatus ipſe se non cont.

i v.c. recipe randam.

l2 al. reſtringit.

manu, contra patriam, contra deos penates, contra aras, & focos, contra quattuor consules gerit bellum. Huic cedamus? huius conditiones audiamus? eum hoc pacem fieri posse credamus? At periculum est, ne ab hoc opprimamur. Non metuo ne is, qui suis amplissimis fortunis, nisi bonis saluis, frui non potest, pro dat salutem suam. *Bonos cuicu primùm natura efficit, adiuuat deinde fortuna. omnibus enim bonus expedit, saluam esse remp. sed in ijs, qui fortunati sunt, magis id apparet.* Quis fortunatior Lepido, vt antè dixi? quis eodem sanior? vidit eius mæstitiam, atque lacrymas populus Rom. Lupercalibus: vidit, quàm abiectas, quàm confectus esset, cùm Cæsari diadema imponens Antonius, seruum se illius, quàm collegam esse malebat. qui si reliquis flagitiis, & sceleribus abstinere [a] potuisset, tamé vnum ob hoc factum, dignum illum omni pœna putarem. nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponebat? &, si eius pueritia pertulerat libidines eorum, qui erant in eum tyranni, etiámne in nostros liberos dominum, & tyrannum comparabat? Itaque illo interfecto, qualé eum in nos esse voluit, talis ipse in ceteros exstitit. Qua enim in barbaria quisquá tam tęter, tam crudelis tyrannus, quàm in hac vrbe armis barbarorum stipatus Antonius? Cęsare dominante veniebamus in seruatum, si non liberè, attamẽ tutó. hoc archipirata, (quid enim dicam tyranno?) hæc subsellia ab Ithyreis occupabantur. Prorupit Subitò Brundisium, vt inde, agmine quadrato ad vrbem accederet: lautissimum oppidum, nunc municipium, honestissimorum [b] quondam colonorum, Suessam, fortissimorum militum sanguine impleuit: Brundisij in sinu, non modò auarissimæ, sed etiam crudelissimæ vxoris, delectos Mártiæ legionis cẽturiones trucidauit. Inde se quo furore, quo ardore, ad vrbem, id est, ad cædem optimi cuiusque rapiebat? Quo tempore dij immortales ipsi prætidium improuisum nec opinãtibus nobis obtulerunt. Cæsaris enim incredibilis, ac diuina virtus, latronis impetus crudeleis, ac furibundos retardauit: quem tum ille demens lædere se putabat edictis, ignorans, quæcunque [c] falsò is diceret in sanctissimum adolescentem, ea vetè recidere in memoriam pueritię suę. Ingressus vrbem est, quo comitatu, vel potiùs agmine? cùm dextra, siniſtra, gemente populo Ro. minaretur dominis, notaret domos, diuisurum se vrbem palam suis polliceretur. Rediit ad milites. ibi pestifera illa Tiburi [d] concio inde ad vrbem cursus: senatus in Capitolium: parata de circumscribendo adolescente sententia consularis: cùm repentè (nam [e] Martiam legionem Albæ consedisse sciebat) affertur ei de quarta nuntius quo perculsus abiecit consilium referendi ad senatum de Cęsare, egressus est non viis, sed tramitibus, paludatus, eóque [f] die ipso innumerabilia senatusconsulta fecit: quæ quidem omnia citiùs lectaꝫ, quàm scripta sunt. Ex eo non iter, sed cursus, & fuga in Galliam, Cæsarem sequi arbitrabatur cum legione Martia, cum quarta, cum veteranis: quorum ille nomen præ metu ferre non poterat: eíque in Galliam penetranti, D. se Brutus obiecit: qui se totius belli fluctibus circumiri, quàm illum aut regredi, aut progredi maluit, Mutinámque ill, exsultanti, tanquam frenos furoris iniecit quam cùm operibus, munitionibúsque sæpsisset, nec cum florentissimæ coloniæ dignitas, neque consulis designati maiestas à [a] parricidio deterreret: tum me, (testor & vos, & populum Rom. & omneis deos, qui huic vrbi præsident) iuuito, & repugnante, legati missi tres consulares ad latronem M. Antonium gladiatorum ducem. Quis tam barbarus vnquam? tam immanis? tam ferus? non audiuit: non respondit: neque eos solùm præsenteis, sed multò magis nos, à quibus illi erant missi, spreuit, & pro nihilo putauit. Postea, quod scelus, quod facinus parricida [b] non ediditꝫ circumsedit colonos vestros, exercitum populi Ro. imperatorem, consulem designatum: agros diuexat ciuium optimorum: hostis tæterrimus omnibus bonis cruces, ac tormenta minitatur. Cum hoc, M. Lepide, pax esse quæ potest? cuius ne supplicio quidem vllo satiari videtur posse populus Ro. Quòd si quis adhuc dubitare potuit, quin nulla societas huic ordini, populóque Rom. cum illa importunissima bellua [c] possit esse: desinat profectò dubitare, his cognitis litteris, quas mihi missas ab Hirtio consule modò accepi. Eas dum recito, dúmq. de singulis sentẽtiis breuiter disputo, velim P. C. vt adhuc feceritis, me attẽtè audiatis. ANTONIVS HIRTIO, ET CAESARI. Neque se imperatoré, neque Hirtium consulem, nec pro prætore Cęsarem. satis hoc quidem scité. deponere alienum nomen ipse maluit, quàm illis suum reddere. COGNITA MORTE C. TREBONII, NON PLVS GAVISVS SVM, QVAM DOLVI. Videte quid se gauisum, quidꝫ se doluisse dicat: [d] facilius de pace deliberabitis. DEDISSE POENAS SCELERATVM CINERI, ATQVE OSSIBVS CLARISSIMI VIRI, ET APPARVISSE NVMEN DEORVM INTRA FINEM ANNI VERTENTIS, AVT IAM SOLVTO SVPPLICIO PARRICIDAE [e], AVT IMPENDENTE, LAETANDVM EST. O Spartace! quem enim te potiùs appellem? cuius propter nefandaꝫ scelera tolerabilis fuisse videtur Catilina: lætãdum esse, ausus es scribere, Treboniũ dedisse pœnas? scelerátũ Treboniũ? quo scelere, nisi quòd te idibus Martiis à debita tibi peste seduxit [h]? Age hoc lætaris: videamus, quid molestè feras. HOSTEM IVDICATVM HOC TEMPORE DOLABELLAM, EO QVOD SICARIVM OCCIDERIT, ET VIDERI CARIOREM POPVLO R. FILIVM SCVRRAE, QVAM C. CAESAREM, PATRIAE PARENTEM, INGEMISCENDVM EST. Quid ingemiscis hostem Dolabellam iudicatum? quid? te non intelligis delectu itota Italia habito, consulibus missis, Cæsare ornato, sagis denique sumtis, hostem iudicatum? quid est autem scelerate, quòd gemas, hostem Dolabellam iudicatum à senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas. sed eam tibi causam belli gerendi proponis, vt senatum funditus deleas: réliqui boni, & locupletes omnes summum ordinem subsequantur. At scurrę filium appellat. Quasi verò ignotus nobis fuerit splendidus eques Rom. Trebonij pater. Is autem humilitatem despicere audet cuiusquam, qui ex Fadia sustulerit liberos? ACERBISSIMVM VERO EST TE, A. HIRTI, ORNATVM [k] BENEFICIIS, CAESARIS ET TALEM AB EO RELICTVM, QVALEM IPSE MIRA-

P. B.

[a] L. à patricidio.

P. B.

[b] L. patricidã

[c] L. bellua.

[d] L. quid doluisse dicat

[e] L. PATRICIDII. P. C. C. L.

[f] μεταφορικῶς Antonio Spartacũ seruitutis belli ducé appellat.*

[g] L. nefaria scel. tolerabilis videtur fuisse. Cat. h vide to. familiar. 28. Dionem 44.

[i] dilectu.

[k] ORNATVM ESSE BEN. al. ORNATVM IIS BEN.

a L. se abstinere pot.

b fort. honestiss. quond. colonorum coloniam, Suessam, fortiss. P. C. C. L.

c al. quæcunque falsò in ils diceret, &c. al. quæcũque falsò diceret in s.

d L. Tibure

e al. (iam M.

f L. eó. ipso die inn. al. eo dẽ que die ipso

g L. delata. q. al. relata ta.*

RIS. Equidem negare non possum à Cæsare Hirtium ornatum sed [a] illa ornamenta, in virtute, & industria posita lucent. Tu verò, qui te ab eodem Cæsare ornatum negare nō potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquò te tua virtus prouexisset? ecquò genus [b]? in lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumsisses, vt faciebas, cùm in gremiis mimarum, mentum [c], mentémque deponentes. ET TE, O PVER [d]. Puerum appellat, quē non modò virum, sed etiam fortissimum virum sensit [e], & sentiet. Est istud quidem nomen ætatis, sed ab eo minimè vsurpandum, qui suam amentiam puero huic præbet ad gloriam. QVI OMNIA EIVS NOMINI DEBES. Debet verò solúitque præclarè. si enim ille patriæ pater fuit, vt tu appellas (ego, quid sentiam, videro:) cur non hic parens verior, à quo certè vitam habemus, è tuis facinorosissimis [g] manibus ereptam? ID AGERE, VT VIVERE DAMNATVS SIT DOLABELLA? Turpem verò actionem, qua defenditur amplissimi [h] auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. ET VT VENEFICVS I HAC LIBERETVR OBSIDIONE? Veneficum [k] audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia inuēnit? quem ita obsides, noue Annibal I, aut si quis acutior imperator fuit, vt te ipse obsideas, neque te istinc, si cupias, possis explicare, recesseris: vndique omnes insequentur. manseris: hærebis. nimirum rectè veneficum [m] appellas, à quo tibi præsentem pestem vides comparatam. VT [n] QVAM POTENTISSIMVS SIT CASSIVS, ATQVE BRVTVS? Putes Censorinum dicere, aut Ventidium aut etiam ipsos Antonios, cur autem nolint potenteis esse non modò optimos, & nobilissimos viros, sed secum etiam in reipub. defensione coniunctos? NIMIRVM EODEM MODO HAEC ADSPICITIS, VT PRIORA. Quæ [o] tandem: CASTRA POMPEII SENATVM APPELLATIS. An verò tua [p] castra potiùs senatum appellare mus? in quibus tu videlicet consularis, eius totus consulatus est ex omni monumentorum memoria reuulsus [q]: duo prætores sine causa diffisi se aliquid habituros: nos enim Cæsaris beneficia defendimus? prætorij, Philadelphus Annius, & innocens Gallius [r]: ædilicij. Coricus [s], laterum, & vocis meæ testis Bestia, & fidei patronus: fraudator creditorū Trebellius, & homo diruptus, dirutúsque, Quintus Cælius, columénque amicorum Antonij, Cotyla [t] Varius: quos [u] Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat à [x] suis publicè: Septemuirales, Lento, Nucula: tum delicix, atque amores populi Rom. L. Antonius: tribuni [y] primùm duo designati, Tullus Hostilius, qui suo iure in porta nomē inscripsit: qui cùm prodere imperatorem suū non [z] potuisset, reliquit. alter est designatus. Viseius [a] nescio [b] quis fortis (vt aiunt) latro: quem tamen temperantem fuisse ferunt Isauri [c] balneatorem. Sequuntur alij, tribunitij, T. Plancus in primis: qui si senatū dilexisset, nunquā curiam incendisset, quo scelere damnatus, in eam vrbem rediit armis, è [d] qua excesserat legibus, sed hoc ei commune cum plurimis dissimillimis. illud tamē verum, quod in hoc Planco prouerbij loco dici solet, perire eum nō posse, nisi [e] ei crura [f] fracta esset. fracta sunt

[a] al. sed illa omnia ornamenta.

[b] al. ecquod genus, al. hæc quid ingeniū P. B.

[c] al. mentem mentúmq.*

[d] Octauium intelligit, annū enim 19. agebat, teste Velleio & Tacito. adde 12. famil. 25 & 10 famil. 28. & 11 famil. 7. & 14 & 20. & epist. ad Brutū 15.*

[e] al. sentit.

[f] L. parens

[g] v.c. facinorosissimis

[h] L. amplissimi ordinis auctoritas.

[i] L. VENEFICA HAEC LIBERETVR OBS.

[k] L. Veneficā

[l] L. Hannibal

[m] L. Veneficam app.

[n] L. ET VT Q.

[o] al. Quo tandem?

[p] al. tua castra senatum potiùs app.

[q] al. tua castra senatum app.

[r] v.c. euulsus.

[s] al. M. Gallis, vt apud Appian. lib. 3 & Suet. in Ti. P. CCLII. berio*

[t] L. C. Oricus, laterū, & vocis meæ, Bestia etiā fidei patronus:

[u] al. Cotula.

[x] L. quem Anton.

[y] L. à seruis publicis,

[z] al. tribunitij.

[a] L. nō posset

[b] al. Viselius.*

[c] L. nescio qui.

[d] L. Pisauri baln.

[e] al. rnde exc.

[f] Iis qui in crucem acti essent crura frangere solebant si, diuius in cruce viuerēt: quod & histori. sacra innuit.*

[g] De crurifragio adde quæ dam ex orat. pro Roscio Amerino. Suet. in Aug.*

& viuit. hoc tamen, vt alia multa, Aquilę [a] fertur acceptum. Est etiam vbi Decius, ab illis, vt opinor, Muribus Deciis. Itaque Cæsaris munere [b], Deciorum [c] quidem, multo interuallo, per hūc præclarum virum memoria renouata est. Saxam verò Decidium præterire quī possum, hominem deductum ex vltimis gentibus, vt eum tribunum pleb. videremus, quem ciuem nunquam videramus? Est [d] quidē alter Soseramus: sed omnes tamen tātā habent similitudinem inter se, vt in eorum prænominibus errem. Nec verò Exitius, Philadelphi frater, quæstor, prætermittendus est, ne, si de clarissimo adolescente siluero, inuidisse videar Antonio. Est etiam Asinius quidam senator voluntarius. lectus ipse à se, apertam curiam vidit post Cæsaris mortem: mutauit calceos: pater conscriptus repentè factus est. Non noui Sex. Albediū: sed tamen neminem tam maledicum offēndi, qui illum negaret dignum Antonij senatu. Arbitror me aliquos præteriisse: de iis tamen, qui occurrebant, tacere non potui. Hoc igitur fretus senatu Pōpeianum senatū despicit: in quo decem fuimus consulares: qui si omnes viuerent, bellum omnino hoc non fuisset: auctoritati cessisset audacia. Sed quantum præsidij fuerit in ceteris, hinc intelligi potest, quòd ego vnus relictus [e] è multis, cōtudi, & fregi, adiuuantibus vobis, exultantis prædonis audaciam. Quòd si fortuna nobis modò non eripuisset, Ser. Sulpicium, ciúsque collegam antè Marcum Marcellum: quos ciueis? quos viros? si duos consules, amicissimos patriæ, simul ex Italia electos: si L. Afranium, summum ducem: si P. Lentulum, ciuem cum in ceteris rebus tum in salute mea singularem: si Bibulū, cuius est in rempub. meritò semper laudata constantia: si L. Domitium, præstantissimum ciuem, si Appium Claudium, pari nobilitate, & voluntate præditum, si P. Scipionem, clarissimum virum, maiorúmque suorum simillimum, respitenere potuisset: certè his consularibus non esset Pompeianus despiciendus senatus. Vtrum igitur æquius, vtrum melius reip. fuit, Cn. Pompeiū, an sectorem Cn. Pompeij viuere Antoniū? Quis [g] verò prætorij? quorum princeps M. Cato, idémque omniū gentiū virtute princeps. Quid reliquos clarissimos [h] viros commemorem? nostis omneis. magis vereor, ne longū me in enumerando, quàm ne ingratū in prætereundo putetis. qui ædilitij? qui [i] tribunitij? Quid multa? talis senatorum & dignitas, & multitudo fuit, vt magna excusatione opus iis sit, qui illa in castra nō venerūt. Nunc reliqua attendite. VICTVM CICERONEM DVCEM HABVISTIS [k]. Eo libentiùs ducem audio, quod certè ille dicit inuitus. nam de victo nihil laboro. fatum enim meum est, sine repub. nec vinci posse, nec vincere. MACEDONIAM MVNITIS EXERCITIBVS. Eam [l] quidem fratri tuo, qui à vobis nihil degenerat, extorsimus. AFRICAM COMMISISTIS VARO BIS CAPTO. Hic cum C. fratre putat se litigare. IN SYRIAM CASSIVM MISISTIS. Non igitur sentis, huic causæ orbem terræ parēre [m]: te, extra munitiones tuas, vestigium vbi imprimas, non habere? CASCAM TRIBVNATVM GERERE PASSI ESTIS. Quid ergo? vt M. [n] Arullū, vt Cesetium à repu. remoueremus, cum, per quem, vt neque idam.

[a] v.c. Aquila referatur acceptum.

[b] al. munere Cæsaris,

[c] L. Deciorū multo quidē Interuallo, P. B.

[d] L. Est quidē alter Saser na: sed om. q. v.c. Est quidē A Sereau: sed omn.

[e] sort. reliquus è multis.

[f] v.c si duo consules.

[g] al. Quid vē rò prætorios? P. CCLIII.

[h] lib. vul. præclarissimos

[i] L. qui tribunitij? qui quæstorij? Quid

[k] al. SEQVIMINI

[l] L. Et quidē fr.

[m] sort. parēre

[n] L. Marullū. vt Cesennū à rep.

idem hoc posthac, neque multa huiusmodi accidere possent, consecuti sumus? VECTIGALIA IVLIANA [a] LVPERCIS [b] ADEMISTIS. Lupercorum mentionem facere audet? neque illius diei memoriam perhorrescit, quo ausus est, obrutus vino, vnguentis óblitus, nudus, gementem populum Rom. ad seruitutem cohortari? VETERANORVM COLONIAS, DEDVCTAS LEGE, ET SENATVSCONSVLTO SVSTVLISTIS. Nos sustulimus, an [c] contra legem comitiis centuriatis latam sanximus? vide ne tu veteranos, tamen eos, qui erant perditi, perdideris: in eúmque locum deduxeris, [d] ex quo iam ipsi sentiunt se numquam exituros MASSILIENSIBVS IVRE [e] BELLI ADEMPTA REDDITVROS VOS POLLICEMINI. Nihil disputo de iure belli, magis facilis disputatio est, quàm necessaria, illud tamen aduertite [f], P.C. quàm sit huic reip. natus hostis Antonius, qui tantopere eam ciuitatem oderit, quam scit huic reip. semper fuisse amicissimam. NEMINEM [g] POMPEIANVM, QVI VIVAT, TENERE LEGE HIRTIA [h] DIGNITATES? Quisquam [i] iam legis Hirtiæ mentionem facit? cuius non minùs arbitror latorem ipsum, quàm eos, de quibus lata est pœnitere? Omnino, mea quidem sententia, legem illam appellare fas nõ est: &, vt sit lex, non debemus illam Hirtij legem putare. APVLEIANA PECVNIA BRVTVM SVBORNASTIS. [k] Quid, si omnibus suis copiis excellentem virum resp. armassiet? quem tandem bonum pœniteret? nec enim sine pecunia exercitum alere, nec sine exercitu fratrem tuum capere potuisset. SECVRI PERCVSSOS PAETVM, ET MENEDEMVM, CIVITATE DONATOS, ET HOSPITES CAESARIS, LAVDASTIS. Non I laudamus, quod ne audiuimus quidem. valde enim nobis in tanta perturbatione reip. de duobus nequissimis Græculis cogitádum fuit. THEOPOMPVM, NVDVM, EXPVLSVM A TREBONIO, CONFVGERE ALEXANDRIAM. NEGLEXISTIS. Magnum crimen senatus de Theopompo, summo homine, negleximus: qui vbi terrarũ sit, quid agat, viuat denique, an mortuus sit, quis aut scit, aut curat? SER. GALBAM EODEM PVGIONE SVCCINCTVM IN CASTRIS VIDETIS. Nihil tibi de Galba respondeo [m], fortissimo, & constantissimo ciue: coram aderit: præsens [n] tibi ipse, & ille, quem insimulas, pugio respondebit. MILITES AVT MEOS, AVT VETERANOS CONTRAXISTIS, TANQVAM AD EXITIVM EORVM, QVI CAES. OCCIDERANT ET EOSDEM NEC OPINANTEIS AD QVAESTORIS SVI, AVT IMP. AVT COMMILITONVM SVORVM PERICVLA IMPVLISTIS. Scilicet verba dedimus, decepimus: ignorabat legio Martia, quarta: ignorabant [o] veterani quid ageretur. non illi senatus auctoritatem, aut libertatem populi R. sequebantur: Cæsaris mortem vlciscí volebant, quam omnes fatalem fuisse arbitrabantur: te videlicet salúm beatum, florentem esse cupiebant, O miser cùm re, tum hoc ipso, quòd non sentis, quàm miser sis! Sed maximum crimen audite. DENIQVE QVID NON AVT PROBAVISTIS, AVT FECISTIS? QVID FACIAT, SI REVIVISCAT? Quis? credo, enim, afferet aliquod sceleratí hominis exemplum! CN. POMPEIVS IPSE? O nos turpeis, si quidem Cn. Pompeium imitaturi sumus! AVT FILIVS EIVS, SI [b] DOMI BOSSIT? Poterit, mihi crede. nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit. POSTREMO NEGATIS PACEM POSSE FIERI, NISI AVT EMISERO BRVTVM, AVT FRVMENTO IVVERO. Alij istud negant: ego verò, ne si ista quidem feceris, vnquam tecum pacem huic ciuitati futuram puto. QVID? [c] HOC PLACETNE VETERANIS ISTIS, QVIBVS ADHVC OMNIA INTEGRA SVNT? Nihil vidi tam integrum, quàm vt oppugnare imperatorem incipiant, quem tanto studio, consensúque offenderint [d]. QVONIAM VOS ASSENTATIONIBVS, ET VENENATIS MVNERIBVS VENISTIS. Deprauati [e], aut corrupti sunt, quibus persuasum est, fœdissimum hostem iustissimo bello persequi? [f] AT [g] MILITIBVS INCLVSIS OPEM FERTIS. NIHIL MOROR EOS SALVOS ESSE, ET IRE QVO LVBET: SI [h] TAMEN PATIVNTVR PERIRE EVM, QVI MERVIT. Quàm [i] benigne! denique vsi liberalitate. Antonij milites imperatorem reliquerunt, & se ad hostem metu perterriti contulerunt: per quos si non stetissent, non Dolabella prius imperatori suo, quàm Antonius etiam collegæ parentasset. CONCORDIAE FACTAM ESSE MENTIONEM SCRIBITIS IN SENATV, ET LEGATOS ESSE CONSVLAREIS QVINQVE DIFFICILE EST CREDERE, EOS, QVI ME PRAECIPITEM EGERINT, AEQVISSIMAS CONDITIONES FERENTEM, ET TAMEN EX HIS ALIQVID REMITTERE COGITANTEM, PVTARE ALIQVID MODERATE, AVT HVMANE ESSE FACTVROS. VIX ETIAM VERISIMILE EST, QVI IVDICAVERINT HOSTEM DOLABELLAM OB RECTISSIMVM FACINVS, EOSDEM NOBIS PARCERE POSSE, IDEM SENTIENTIBVS. Parúmne [k] videtur aperte, omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem initam confiteri? nónne cernitis, ex vno fonte omnia scelera manare? Ipse denique fatetur, hoc quidem satis acutè, non posse eos, qui hostem Dolabellam iudicauerint ob rectissimum facinus, (ita enim videtur Antonio) sibi parcere, idem sentienti. Quid huic facias, qui hæc litteris, memoriæque mandarit, ita sibi conuenisse cum Dolabella, vt ille Trebonium, &, si posset, etiam Brutum, Cassium, discruciatos necaret, eadémque adhiberet [l] supplicia nobis? Conseruandus [m] ciuis cum tam pio, iustóque fœdere. Is etiam queritur conditiones suas repudiatas, æquas quidem, & verecundas, vt haberet Galliam vltimam, aptissimum ad bellum renouandum, instruendúmque, prouinciam: vt Alaudæ in tertia decuria iudicarent, id est, perfugium sceleru esset cum turpissimis reip. sordibus: vt acta sua rata essent, cuius nullum remanet consulatus vestigium. cauebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri priuati, & publici decempedator [n], Nucula, & Lentone collega, QVAMOBREM VOS POTIVS ANIMADVERTITE, VTRVM SIT ELEGANTIVS, ET PARTIBVS VTILIVS, TREBONII [o] MORTEM PERSEQVI AN CAESARIS, ET VTRVM SIT AEQVIVS, CONCVRRERE NOS, QVO FACILIVS REVIVISCAT POMPEIANORVM CAVSA, NII NEM

a al. IVLIIS al. IVLIANIS
b Luperci qui essent, aliàs dictum.
P. B.
c L. an contrà lege comitiis centuriatis lata sanximus
d al. ex quo ipsi iam s.
e al. Iura belli.*
f L. animaduertite,
g al. OBLITI ESTIS, NEMINEM
h Lege Hirtia nemo Pompeianus dignitates tenere poterat. Hanc autem legem verisimile est A. Hirtium tulisse Pompeio superato, & C. Cæsare perpetuo dictatore cõstituto. Quæ cũ per virum lata fuisse videatur, legis nomen non meretur.*
i al. Qui, quæso, iam legis.
j al. Quis.*
k al. SVBORNATIS.
l fort. Non laudauimus.
P. CCLIIII.
m al. respondebo,
n L. præsens tibi & ipse, & ille,
o al. nesciebant veterani, q. v. c. nec sciebant vet.
a q. v. c. imitati sumus.
P. B.
b al. Si domi esse posse
c Quid hoc Placetne
d L. defenderint,
e q. v. c. incorrupti sunt, quibus persuasum sit, fœdiss. hos. iusto bello persequi?
f L. persequi.
g al. Ac mil.
h al. si tamũmodò p.
i al. Quam benignè denique? al. Quam benigne? itaque vsi lib.
P. CCLV.
k L. Parúmne videtur omnium facinorum &c.
l L. inhibere sup.
m q. v. c. O cõseruandus ciuis.
n Decempedator diuisor. a Decempeda decempedum mensura.
P. B.
o TRIBONII NEM

TOTIES IVGVLATA? AN CONSENTIRE, NE LVDIBRIO SIMVS INIMICIS. Si esset iugulata, numquam exsurgeret[a]: quod tibi, tuíque contingat. VTRVM, inquit, ELEGANTIVS. Atque [b] hoc bello de elegantia quæritur. ET PARTIBVS VTILIVS. Partes,furiosè,dicuntur in foro,in curia, bellum contra patriam nefarium susceptisti:oppugnas Mútinam, circúsedes consulem designatum:bellum contra te duo cónsules gerunt,cúmque his pro prętt.Cæsar:cuncta contra te Italia armata est. istas tu partes potiùs, quàm [c] populi Ro. defensionem vocas?Potiúsne [d] Trebonij mortem , quàm Cæsaris persequamur? Trebonij satis persecuti sumus,hoste iudicatoDolabella:Cæsaris mors facillimè defenditur obliuione, & silentio. Sed videte,quid moliatur, cùm mortem Cæsaris vlciscendam putat : morrem proponit non iis solùm, qui illam rem gesserunt, sed [e] iis etiam,si qui non molestè tulerunt. QVIBVS VTRI NOSTRVM CECIDERINT, LVCRO FVTVRVM EST. QVOD SPECTACVLVM ADHVC IPSA FORTVNA VITAVIT, NE VIDERET VNIVS CORPORIS DVAS ACIES, LANISTA CICERONE, DIMICANTEIS : QVISQVE EO FELIX EST , VT IISDEM [f] ORNAMENTIS DECEPERIT VOS QVIBVS DECEPTVM CAESAREM GLORIATVS EST. Pergit in mea maledicta, quasi verò ei pulchertimè priora processerint : quę ego inustum veriſſimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ.Ego [g] lanista?& quidé nõ insipiés,de teriores enim iugulari cupio, meliores vince re.Vtri ceciderint,scribit lucro nobis futurũ. O prælarũ lucrũ! [h] quo,te victore *(quod dij omẽ auertãt)* beata mors eorũ futura sit,qui é vita excesserint sine tormentis. A me deceptos ait eisdé ornamẽtis, Hirtiũ,& Cæsarẽ. Quod, quęso,adhuc à me est tributũ Hirtio ornamẽtũ?nã Cæsari plura,& maiora debẽtur. Deceptũ autẽ patrẽ à me Cæsarẽ dicere audes?Tu, tu, inquã, illũ occidisti Lupercalibus : cuius, homo ingratissime , flaminiũ [i] cur reliquisti? Sed iam videte magni & clari viri admirabilem grauitatẽ,atque cõstãtiã. MIHI QVIDEM CONSTAT, NEC MEAM CONTVMELIAM, NEC MEORVM FERRE : NEC DESERERE PARTES , QVAS POMPEIVS ODIIT , NEC VETERANOS SEDIBVS SVIS MOVERI PATI , NEC SINGVLOS AD CRVCIATVM TRAHI, NEC FALLERE FIDEM , QVAM DEDI DOLABELLAE. Omitto alia:fidẽ Dolabellę sanctiſſimi viri,deserere homo[k] pius nõ potest. quã fidẽ?an optimi cuiusq.cædis, vrbis, & Italiæ partitionis:suis[l] dandarũ, diripiẽdarúmq.prouinciarũ?nã quid erat aliud,quod inter Antoniũ,& Dolabellã, impuriſſimos parricidas[m], fœdere,ac fide sanciretur?NEC LEPIDI SOCIETATEM VIOLARE , PIISSIMI HOMINIS. Tibi cum Lepido societas,aut cum vllo,non dicam bono ciue, sicut ille est, sed homine sano? Id agis,vt Lepidum aut impiũ, aut insanum existimari velis.Nihil agis,quanquam affirmare[n] de aliquo difficile est,de Lepido præsertim, quem ego metuã nunquam, bene sperabo,dum licebit. Reuocare te à furore Lepidus voluit,non adiutor esse dementiæ.tu porrò ne pios quidem, sed piissimos quæris : &, quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id , propter tuam diuinam pietatem, nouum inducis. NEC PLANCVM PRODERE , PARTICIPEM CONSILIORVM. Plancum participem ? cuius memorabilis,ac diuina virtus lucem affert reipublicę. nisi[a] fortè subsidio tibi venire arbitraris cum fortissimis legionibus,magno equitatu, peditatúque[b] Gallorum : quique,nisi ante eius aduentum reip.pœnas dederis, ille huius belli feret principatum. Quanquam enim prima præsidia, vtiliora reip.sunt, tamen extrema sunt gratiora.Sed iam se colligit,& ad extremum incipit philosophari. SI ME RECTIS SENSIBVS EVNTEM DII IMMORTALES, VT SPERO , ADIVVERINT : VIVAM LIBENTER. SIN AVTEM ALIVD ME FATVM MANET : PRAECIPIO GAVDIA SVPPLICIORVM VESTRORVM. NAMQVE , SI VICTI POMPEIANI TAM INSOLENTES SVNT : VICTORES QVALES FVTVRI SINT, VOS POTIVS EXPERIEMINI. Præcipias licet gaudia: non enim tibi cum Pompeianis , sed cum vniuersa republica bellum est , omnes te dij , homines, summi,medij, infimi : ciues,peregrini : viri, mulieres : liberi, serui oderunt. sensimus hoc nuper falso nuntio : vero propediem sentiemus. quæ si tecum ipse recolis[c]:æquiore animo , & maiore consolatione moriere. DENIQVE SVMMA IVDICII MEI SPECTAT HVC , VT MEORVM INIVRIAS FERRE POSSIM , SI AVT OBLIVISCI VELINT IPSI FECISSE , AVT VLCISCI PARATI SINT VNA NOBISCVM CAESARIS MORTEM. Hæc Antonij sententia cognita, dubitaturósne [d] A.Hirtium, C. Pansam,consules,putatis, quin ad Antonium transeant? Brutum obsideant? Mútinam expugnare cupiant ? Quid de Pansa,& Hirtio loquar [e] Cæsar,singulari pietate adolescens, poterítne [f] se tenere , quin D.Bruti sanguine pœnas patrias persequatur? Itaque fecerunt,vti his litteris lectis ad munitiones propiùs accederent. Quo[g] maior adolescens Cæsar, maioréque deorum immortalium beneficio reipublicæ natus est, qui nulla specie paterni nominis, nec pietate , abductus vnquam est. Intelligit, *maximam pietatem conseruatione patriæ contineri.* Quod si partium certamen esset , quarum omnino nomen exstinctum est , Antoniúsne potius , & Ventidius partes Cæsaris defenderent, quàm primùm Cæsar, adolescens summa pietate , & memoria parentis sui ? Deinde Pansa, & Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum , cùm illæ verè partes vocabantur? Hæ verò quæ sunt partes , cùm alteris senatus auctoritas,populi R.libertas, reipub.salus proposita sit: alteris cædes bonorum,vrbis, Italiæq.partitio?Veniamus aliquando ad clausulam. LEGATOS VENIRE NON CREDO. Bene me nouit. BELLVM QVO VENIAT. Proposito præsertim exemplo Dolabellæ, sanctiores[h] erunt, credo, iure legati, quàm duo consules , contra quos arma fert: quàm Cæsar , cuius patris flamen est : quam cos.designatus,quem oppugnat:quàm Mútina,quam obsidet:quàm patria,cui ignem,ferrúmque minitatur. CVM VENERINT, QVAE POSTVLANT[i], COGNOSCAM. Quin k tu a bis in malam pestem,malúmque cruciatum?

a L.nisi fortè cum sub.
b L. peditatu Gall.
c L.quàm à populo Ro. defectionem vocas? *al.* quã à rep. defect. *&c al.* quam à Rep. b discessionem vocans? Trebonij mortẽ, an Cæsari per legunt.*
d L POTIVS NE TREBONII MORTEM AN CÆSARIS PERSEQVI. mortẽ Treb. *e al.* sed iis etiam qui non in. P.CCLVI. f L.ISDEM
e L. recoluerit:
g *fort* Ego lanista. & q.
h L.cùm, te *al.* quàm.*
d *al.* dubitaturúmne A. Hirtiũ, aut C. Pans. e L. loquor?
f *al.* poterit se tenere, q.
i Flaminiũ, flamis, nũ. 6
g Quo maiore adolescens Cæsar deorũ munere, &c.
k *al.* bonus homo.
l q. e vastãda rum, dir. & *al.* P. B.
m L. patricidas,
n L. affirmare de altero difficile est.
h P. B. *al.* sanctiore
i L. POSTVLENT, *al.* Quin tu abi in malã pestem, malúmque cruciatum.

Ad ea

Ad te quisquam veniat, nisi Ventidij similis? oriens incendium qui restingueret. summos vitos misimus: repudiasti: nunc in tantam flammam, támque inueteratam mittamus, cùm locum tibi reliquum non modò ad pacem, sed ne ad deditionem quidem feceris? Hanc ego epistolam, P.C. non[a] quò illum dignum putarem, recitaui, sed vt confessionibus ipsius omnia patefacta eius patricidia[b], videretis. Cùm hoc pacem M. Lepidus, vir ornatissimus omnibus virtutis[c], & fortunæ bonis, si hæc videret denique, aut vellet, aut fieri posse arbitraretur? *Prius* [d] *undas, flammámque*, vt ait poeta nescio quis, priùs denique omnia, quàm aut cum Antoniis respub. aut cum rep. Antonij redeant in gratiam. Monstra quædam sunt ista, & portenta, & prodigia reipub. Moueri sedibus suis huic vrbi melius est, atq. in alias, si fieri possit, terras demigrare, *vnde Antoniorum*[a] *nec facta, nec nomen audiat*, quàm illos Cæsaris virtute eiectos, Bruti retentos, intra hæc mœnia videre. *Optatissimum est vincere: secundum est, nullum casum pro dignitate, & libertate patria non ferendum putare. quod reliquum est, non est tertium sed postremum omnium, maximâ turpitudine suscipere vitæ cupiditate.* ¶ Quæ cùm ita sint, *de mandatis, litteríq. M. Lepidi, viri clarissimi, Seruilio assentior: & hoc amplius censeo, Magnum Pompeium, Cn. F. pro patrio, maiorúmque suorum animo, studióq. in rempublicam pristina virtute, industria, voluntate fecisse, quod suam eorúmque, quos secum haberet, operam senatui, populóque R. pollicitus esset, eámque rem S. P. Q. R. gratam, acceptámque esse, eíque, honori, dignitatíque eam rem fore. Hoc vel coniungi cum hoc* S. C. *licet, vel seiungi potest, separatímque perscribi, vt proprio* S. C. *Pompeius collaudatus esse videatur.*

a alludit. ad veteris poetæ versum vbi nec Pelopidarum facta nec nomen audiã 7. ep. famil. 18 & 10.

a al. nõ quòd

b L. patricida vid.

c L. & virtutis. & f.

d L. priùs vndas flamma, vt ait p.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMAQVARTA.

P. S.

ORATIO QVINQVAGESIMASEXTA.

Synopsis.

¶ Honores decernendos ijs suadet à quibus Antonius ad Mutinam victus esset: neque ponenda saga nisi bello confecto Antonianos hostes, non simpliciter, improbos & audaces appellandos esse.

a EXORDIVM.*

SI[a], vt ex litteris, quæ recitatę sunt, P. C. sceleratissimorum[b] hostium exercitum, cęsum fusúmque cognouisti, sic id, quod & omnes maximè optamus, & [c] ex ea victoria, quę parta est consecutum arbitramur, D. Brutum egressum iam Mutina esse cognouissem: propter cuius periculum ad saga [d] issemus, propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine vlla dubitatione censerem. Antè verò, quàm [e] ea res, quam auidissimè ciuitas exspectat, allata sit, lętitię vsus, satis est maximæ, præclarissimæque pugnæ: reditum ad vestitum confectę victoriæ reseruate. confectio autem huius belli est, D. Bruti salus. ¶ Quæ autem est ista sententia, vt in hodiernum diem vestitus mutetur, deinde cras sagati prodeamus? Nec verò cùm semel ad eũ, quem cupimus, optamúsque vestitum, redierimus, id agamus, vt eum in perpetuum retineamus. nam hoc quidem cùm turpe est, tũ ne diis quidem immortalibus gratum, ab [g] eorundem ætis, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere[h]. Atque animaduerto, patres conscripti, quosdam huic fauere sententiæ: quorum ea mens, idque consilium est, vt, cùm videant, illum gloriosissimum D. Bruto futurum diem, quo die, propter eius salutem redierimus ad vestitum, hunc [k] ei fructum eripere cupiant, ne memoriæ posteritatíque prodatur, propter vnius ciuis periculum populum Romanum ad saga iisse[a], propter eiusdem salutem redisse ad togas. Tollite hanc, nullam tam prauæ sententiæ causam reperietis. Vos verò, patres conscripti, conseruate auctoritatem vestram, manete in sententia, tenete vestra memoria, quod sæpe ostendistis, huius totius belli in vnius viri fortissimi, & maximi vita positum esse discrimen, Ad D. Brutum liberandum legati missi, principes ciuitatis, qui illi hosti, ac [b] parricidæ denuntiarent, vt à Mútina discederet: eiusdem D. Bruti conseruandi gratia consules [c] sortiti: ad bellum profectus [d] est A. Hirtius, cuius imbecillitatem valetudinis, animi virtus, & spes victoriæ confirmauit: Cæsar, cùm [e] exercitu per [f] se tum comparato, primis pestibus rempublicam liberasset, nequid postea sceleris oriretur, profectus est ad eundem Brutum liberandum, vicítque dolorem aliquem domesticum patriæ caritate. Quid C. Pansa egit aliud delectibus [g] habendis, pecuniis comparandis, senatusconsultis faciendis grauissimis in Antonium, nobis cohortandis, populo Romano ad causam libertatis vocando, nisi vt D. Brutus liberaretur? à quo populus Romanus frequens ita salutem D. Brutí vna voce depoposcit, vt eam non solùm commodis suis, sed etiam necessitati victus anteferret. quod sperare nos quidem debemus, P. C. aut inibi esse, aut iam esse confectum: sed spei fructum rei conuenit, & euentui reseruari, ne aut deorum immortalium beneficium festinatione præripuisse, aut vim fortunæ stultitia contemsisse videamur. Sed

a L. isse. P. CCLIX.

b L. ac patricidæ nuntiarent, c L. cõsul sortitu ad bell. d L. profectus Hirtius: cuius imb.

e al. tum f L. per se cõparato, tũ primis pestib. &c.

g L. dilectibus hab.

b al. scelerato rum h.

c al. & eam victoriã quæ p.

d Ad saga. ire est vestẽ mili tarem adsumere.

e L. quàm sit ea res, quam auid. ciuitas exsp. allata, læt.

f CONFVTATIO.*

g al. ab eorũ aris,

h al. Atqui

i L. gloriosissimum illum D. BR.

k al. hunc tã tum ei fr.

quoniam significatio vestra satis declarat, quid hac de re sentiatis: ad litteras veniam, quæ sunt à consulibus, & à proprætore missæ, si pauca antè, quæ ad ipsas litteras pertineant, dixero. Imbuti sanguine gladij, patres conscripti, legionum, exercituúmque nostrorum, vel madefacti potius duobus consulum, tertio Cæsaris prælio. Si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas: nefarium scelus, si ciuium. Quousque igitur is, qui omneis hostes scelere superauit, nomine hostis carebit? nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere vultis, & dubitare, vtrùm in ciue, an in hoste figantur. Supplicationem decernitis: hostem non appellatis. Gratæ verò nostræ diis immortalibus gratulationes erunt, gratæ victimæ, cùm interfecta sit ciuium multitudo. DE IMPROBIS, inquit, ET AVDACIBVS. nam sic eos appellat clarissimus vir, quę sunt vrbanarũ maledicta litium, non [a] inusta belli internecini notæ. testamenta, credo, subiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adolescentulos circumscribunt. his enim vitiis affectos, & talibus, malos, & audaceis appellare consuetudo solet. Bellum inexpiabile infert quattuor coss. vnus omnium latronum terrimus: gerit idem bellum cum senatu, populóque Romano, omnibus [b] quanquam ruit ipse suis cladibus, pestem, vastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat: Dolabellæ ferum, & immane facinus, quod nulla barbaria posset ignoscere [c], id deorum consilio factum esse testatur: quæque esset facturus in hac vrbe, nisi eum hinc ipse Iupiter ab hoc templo, atq. mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate, quos, optimos viros, honestissimósque homines, maximè cum auctoritate huius ordinis, populíque Romani dignitate coniunctos, crudelissimis exemplis interemit proludium [d] illud, & portentum L. Antonius, insigne odium omnium hominum, vel, si etiam dij oderint quos oportet, omnium deorum. Refúgit animus, P.C. eáque [e] formidat dicere, quæ L. Antonius in Parmensium liberis, & coniugibus effecerit. quas enim turpitudines Antonij libenter subierunt, easdem per vim lætantur aliis se intulisse. Sed vis calamitosa est, quam [f] illis intulerunt: libido flagitiosa, qua Antoniorum oblita est vita. Est igitur quisquam, qui hosteis appellare non audeat, quorum scelere crudelitatem Karthaginiensium victam esse fateatur? qua enim in vrbe tam immanis Annibal [g] capta, quàm in Parma surrepta Antonius? nisi forte huius coloniæ, & ceterarum, in quas eodem est animo, non est hostis Antonius putandus. Si verò coloniarum, & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis [h] vrbis, quàm ille ad excipiendas egestates latrocinij sui concupiuit? quam iampridem metator, & callidus, decempeda sua Saxa diuiserat? Recordamini, per deos immortaleis, P.C. quid hoc biduo timuerimus à [i] domesticis hostibus, rumoribus improbissimis dispatis. Quis liberos, quis coniugem adspicere poterat sine fletu? quis domũ? quis tecta? quis larem familiarem? Iam aut fœdissimam mortem omnes, aut miserabilem fugam cogitabant. Hæc à quibus timebãtur, eos hosteis appellare dubitamus: grauius si quis attulerit nomen, libenter assentiar: hoc vulgari contentus vix fuit, leuiore non vtar. Itaque [a] cùm supplicationes iustissimas ex iis litteris, quæ recitatæ sunt decernere debeamus, Seruilúsq. decreuerit: augebo omnino numerum dierum, præsertim cùm [b] non vni, sed tribus ducibus sint decernendæ. Sed hoc primùm faciam, vt imperatores appellem eos, quorum virtute, consilio, felicitate, maximis periculis seruitutis, atque interitus liberati sumus. Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, vt non imperator appellaretur, aut minimis rebus gestis, aut plerumque nullis? Quamobrem aut supplicatio ab eo, qui antè dixit, decernenda non fuit, aut vsitatus honos, peruulgatúsque tribuendus iis, quibus etiam noui [c], & singulares debentur. At [d] si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset, non eũ à consuetudine, quæ increbruit, imperatorem appellaret Senatus? tot legionibus cæsis, tanta multitudine interfecta hostium dico, ita, inquam, hostium, quamuis hoc isti hostes domestici nolint, clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorum nomen adimemus? Quanto enim honore, lætitia, gratulatione in hoc templum ingredi debent illi ipsi huius vrbis liberatores, cùm hesterno die propter eorum res gestas me ouantem, & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit? *Is enim demum est, mea quidem sententia, iustus triumphus, ac verus: cùm bene de republica meritis testimonium à consensu ciuitatis datur.* nam siue in communi gaudio populi Romani vni gratulabantur, magnum iudicium: siue gratias agebant, eo maius: siue vtrumq. nihil magnificétius excogitari potest. Tu igitur ipse de te, dixerit quispiam. Et quidem inuitus: sed iniuriæ dolor fecit me, præter consuetudinem, gloriosum. nónne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiam benemerentibus non referri? etiámne [e] eos, qui omneis suas curas in reipublicæ salute desigunt? Scitis enim per hos dies crebertimum fuisse sermonem, me [f] per idus Quinctileis, qui dies hodie est, cum fascibus descẽsurum. aliquémne imperatorem habituri erimus: crimen inuidia quæretur? Credo hoc in gladiatorem, aut latronem, aut Catilinam esse consultum, non in eum, qui, ne quid tale in republica fieri posset, effecerit. an ego, qui Catilinam hæc molientem sustulerim, euerterim, affixerim, ipse exstiterim [g] repentè Catilina? quibus auspiciis istos fasceis augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem? quémquámne fuisse tam sceleratum, qui hoc fingeret? tam furiosum, qui crederet? Vnde igitur ista suspicio, vel potiùs iste sermo? Cùm, vt scitis, hoc triduo, vel quatriduo, tristis à Mútina fama manaret? inflati lætitia, atque insolentia impij ciues, vnum se in locum [h] ad illã curiam, viribus potiùs suis, quàm reipublicæ infelicem, congregabant. ibi, cùm consilium inirent de cæde nostra, partirentúrque inter se, qui Capitolium, qui Rostra, qui vrbis portas occuparent: ad me concursum futurum ciuitatis putabant. quod vt cum inuidia mea fieret, & cum vitæ etiam periculo, famam istam fascium dissipauerunt: fasceis ipsi ad me delaturi fuerunt, quod cùm esset quasi mea voluntate factum, tum in me impetus conductorum hominum, quasi in tyrannum,

P. B.

a al. non iuste belli internec.

b L. omnibus (quamquam ruit ipse cum suis) cladem. pest. vast. al. omnib. (quasi. r. l. c. t.

c L. agnoscere, id suo cõsilio.

d L. propudiũ ‖ l. ‖ al. prodigium.*

e L. eáq. dicere reformidat,

P. CCLX.

f L. quam illi tulerunt.

g L. Hannibal

h L. explẽdas.

i lib. vulg. à domest. cis hostib. id est, qui inter amœnia hostes sunt, rumoribus. &c.

P. B.

c L. noui, singulares. q. debentur.

d L. An, si quis Hisp. aut Gal. aut Thracũ mille, aut duo millia occidisset, cum hæc cons. quæ increbr. imp. app. senatus tot leg. &c.

e L. etiam eos, qui omneis suas curas in reip. salute desigũt, crimen, inuidiáque quæretur? Scitis en.

f L. me pridie vinalia, qui dies hodie est, cũ fascib. fuisse descensurum. Credo hoc in aliquo impiũ gladia P. CCLXI. torẽ, aut latr. aut Catilinã esse cõfictum non in eum, qui &c. ‖ al. me pridie Quinquatrus *Pantag.* me perlũ. Aprileis qui hodie est, cũ fascib. descẽsurum. At quẽ in Imperatorẽ, crimẽ inuidiam quæritur.*

g L. exsistere.

h L. ad illã curiam, suis potius, quàm reip. inf.

i al qui vestra

a L. omnium vrbẽ

parabatur: ex quo ædes esset vestrũm[a] omnium consecuta. Quæ res patescit, patres conscripti: sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur. Itaque P. Apuleius, tribunus plebis, meorum omnium consiliorum, periculorúmque iam pridè à consulatu meo testis conscius, adiutor, dolorem ferre non potuit: doloris mei concionem habuit maximam, populo Romano, vnum, atque idem sentiente. In qua concione cùm me, pro summa nostra coniunctione, & familiaritate, liberare suspicione fasciũ vellet, vna voce cuncta cõcio declarauit, nihil esse à me vnquam de republica, nisi optimè cogitatum. Post hãc habitam concionem, duabus, tribúsve horis, optatissimi nuntij, & litteræ venerunt: vt idem dies non modò me iniquissima inuidia liberarit, sed etiam celeberrima populi Romani gratulatione auxerit. Hęc interposui, P. C. non tam vt pro me dicerem (malè enim mecum P. S. ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus) quàm vt quosdam nimis ieiuno animo, & angusto monerem, id quod semper ipse feci essem, *vti excellentium ciuium virtutem imitatione digna, non inuidia putarent. Magnus est in republica campus*, vt sapiẽter dicere Crassus solebat. *multi apertus cursus ad laudem.* vtinam quidẽ illi principes viuerẽt, qui me post meum consulatum, cùm iis ipse cederem, principem non inuiti videbant. hoc verò tẽpore in tanta inopia, constantium, & fortium consularium, quo me dolore affici creditis, cùm alios malè sentire, alios nihil omnino b al. video. curare videam[b], alios parum cõstanter in suscepta causa permanere, sententiámq. suam non semper vtilitate reipublicæ, sed cùm spe, tum timore moderari? Quòd si quis de contentione principatus laborat, quæ nulla esse debet; stultissimè facit, si vitijs cum virtute cõtendit, vt enim cursu cursus, sic in viris fortibus, virtus virtute superatur. Tu, si ego de republica optimè sentiam: vt me vincas, ipse pessimè senties? aut, si ad me bonorum concursum fieri videbis, ad te improbos inuitabis? nollem, primùm reipublicæ causa: deinde etiam dignitatis tuę. Sed, si principatus ageretur: quem numquam expetiui, quid tandem mihi esset optatius? ego enim malis sententijs vinci non possum, bonis forsitan possum, & libenter. Hæc populum Romanum videre, animaduertere, iudicare, quidã molestè ferũt. c L. proinde homines de quoque, vtq. poterámne fieri, vt nõ perinde[c] homines quoque, vt quisque mereretur, iudicarẽt? vt enim de vniuerso senatu populus Romanus verissimè iudicat, nullis reipublicæ tẽporibus hunc ordinem firmiorem, atque fortiorem fuisse: sic de vnoquoque nostrũ, & maximè qui hoc loco sententias dicimus, scisciẽtur omnes, auẽt audire, quid quisque senserit. ita de vnoquoque vt quemq. meritũ arbitrantur, existimant. Memoria tenent, me ante diem XIIII. P. CCLXII. d L. XIII. kal. Kalendas d Ianuarias principem renouandæ libertatis fuisse: me ex Kalendis Ianuariis ad hanc horam inuigilasse reip. meam domum, meásque aureis, dies, & nocteis omniũ præceptis, monitísq. patuisse: meis litteris, meis nuntiis, meísq.[e] cohortationib. omneis, qui vbiq. e L. meis cohort. essent, ad patriæ præsidiũ excitatos: meis sentẽtijs à Kalendis Ian. nũquam legatos ad Antoniũ: semper illum hostem, semper hoc bellum: vt ego, qui omni tempore veræ pacis auctor fuissem, huic essem nomini pestiferæ pacis inimicus. Idem Ventidium[a], cùm alij tribunum plebis voluissent, [b] non ego semper hostem? has [c] in sententias meas si consules designati [d] discessionem facere omnibus voluissent, omnib. istis latronibus auctoritate ipsa senatus iam pridè de manibus arma cecidissent. Sed, quod tum non licuit, patres conscripti, id hoc tempore non solùm licet, verùm etiam necesse est, eos, qui re sunt hostes, verbis notari, sententiis nostris hosteis iudicari. Antea cùm hostem, aut bellum nominassem semel, & sæpius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt. quod in hac causa iam fieri non potest. ex litteris enim C. Pansæ, A. Hirtij consulum, C. Cæsaris proprætoris[e], de honore diis immortalib. habendo sententias diximus. Supplicationem modò qui decreuit, idem imprudens hosteis iudicauit. numquã enim in ciuili bello supplicatio decreta est. decretam[f] dico? ne victoris quidem litteris postulata[g] est. Ciuile bellum consul Sylla gessit: legionibus in vrbem adductis, quos voluit, expulit: quos potuit, occidit: supplicationis mentio nulla. Graue bellum Octauianum insecutum est: supplicatio Cinnæ nulla victoris. Cinnæ victoriam imperator vltus est Sylla: nulla supplicatio decreta à senatu. Ad teipsum, P. Seruili, num misit vllas collega litteras de illa calamitosa pugna Pharsaliæ? num te de supplicatione voluit referre? profectò noluit. At misit postea de Alexandria, de Pharnace, Pharsalicæ verò pugnæ ne triumphum quidem egit. eos enim ciueis pugna illa sustulerat, quibus nõ modò victoribus[h], sed etiam viuis, & incolumis, & florés ciuitas esse posset. Quod idem contigerat superioribus belli ciuilibus. Nam mihi consuli supplicatio, nullis armis sumtis, non ob cædẽ hostium, sed ob conseruationem ciuium, non uo & inaudito genere, decreta est. Quamobrẽ aut supplicatio ob rẽpublicam pulcherrimè gestam postulantibus vestris imperatoribus, deneganda est, quod præter Gabinium contigit nemini: aut, supplicatione decernẽda, hosteis eos, de quibus decernitis, iudicetis necesse est. Quod[k] ergo illi re, id ego etiam verbo, cùm imperatores eos appello, hoc ipso nomine & eos, qui iam deuicti sunt, & eos, qui supersunt, hosteis iudico, cùm victores appello imperatores. Quomodo enim potiùs Pãsam appellẽ? etsi habet honoris amplissimi nomen quod Hirtium? est ille quidẽ consul: sed alterũ nomen, beneficij est populi Romani, alterum virtutis atq. victoriæ. Quid? Cæsarem, deorum beneficio reipublicę procreatum, dubitémne appellare[m] imperatorem, qui primus Antonij[n] immanem, & fœdam crudelitatem, non solùm à iugulis nostris, sed etiam à membris, & viscęribus auertit[o]? Vnius autem dici quot & quantæ virtutes, dij immortales, fuerunt! Princeps enim omnium Pansa prœlij faciendi, & cum Antonio confligendi fuit, dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore P. cuius si acerrimum impetum cohibere potuisset, vno prœlio confecta res esset. Sed cùm libertatis auida legio effrenatiùs in aciem hostium irrupuisset, ipséque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis vulneribus acceptis, sublatus è prœlio, reipublicæ vitam reseruauit. Ego verò hunc non solùm imperatorem, sed etiam clarissimum imperatorem iudico: qui cùm aut morte, aut victo-

a L. P. Ventidium,
b L. vocauissent,
c al. in has sententias meas si consules.*
d Pantag. designati.*
e L. proprætore,
f L. decreta dico?
g L. postulata Ciuile b.
P. S.
h al. viuis, sed etiã victoribus incolumis & florens ciuitas esse potest.*
i Idem 2. Philippica & Orat. in Pisonẽ & 15. famil. 4.*
k L. Quod ergo ille re,
l al. quo modo Hirtium*
m al. appellare imperatorem? qui pr.
n al. immanem, & fœdã crudelitatem Antonij, non solum &c.
o al. auertit.
p L. imperatore Pãsa: cuius.
P. CCLXIII.

tia se satisfacturum reipublicæ spopondisset: alterum fecit, alterius dij immortales omen auertant. Quid dicam de Hirtio? qui, re audita, è castris duas legiones eduxit incredibili studio, atque virtute, quartam illam, quæ relicto Antonio, se olim cum Martia legione coniunxit, & septimam, quę constituta ex veteranis, docuit illo prælio, militibus iis, qui Cæsaris beneficia seruassent, senatus, populúsque Romani carum nomen esse. His viginti cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse, aquilam quartę legionis cùm inferret, qua nullius pulchriorē speciem imperatoris accepimus, cum tribus Antonij legionibus, equitatúque conflixit, hostesque nefarios, huic Ioui [a] maximo, ceterisque deorum immortalium templis, vrbis tectis, libertati populi Romani, nostræ vitæ, sanguinique imminenteis, prostrauit, fûdit, occidit, vt cum admodum paucis, nocte tectus, metu perterritus princeps latronum, dúxque fugerit. O solembipsum beatissimum, qui antequàm se abderet, stratis cadaueribus parricidarum[c], cum paucis fugientem vidit Antonium! An verò quisquam dubitabit appellare Cæsarem imperatorem? ætas eius certè ab hac sententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute superauit ætatem. Ac mihi semper eo maiora beneficia C. Cæsaris visa sunt, quò minùs erant ab ætate illa postulanda. cui[d] cùm imperium eodem tempore etiam spem nominis eius deferebamus: quod, cùm est secutus[e] auctoritatem nostri decreti, rebus gestis suis cōprobauit. Hic ergo adolescens maximi animi, vt verissimè scribit Hirtius, castra multarum legionum paucis cohortibus tutatus est, secundúmque prælium fecit. Ita trium imperatorum virtute, consilio, felicitate, vno die locis pluribus respublica est conseruata. Decerno igitur eorum trium nomine quinquaginta dierū supplicationes: quas[f] vt honorificentissimis verbis ipse consequi potero, complectar[g] ipsa sententia. Est autem fidei, pietatisque nostræ, declarare fortissimis militibus, quàm memores simus, quámque grati. Quamobrem promissa nostra, atque ea, quæ legionibus, bello confecto, tributuros nos spopondimus, hodierno senatusconsulto renouanda censeo. æquum est enim, militum, talium præsertim, honorem coniungi. Atque vtinam, P. C. ciuibus omnibus soluere nobis præmia liceret. quanquam nos ea, quæ promisimus, studioseè, quanquam multa, reddemus. sed id quidem restat, vt spero, victoribus, quibus senatus fides præstaturi: quam quidem cùm difficillimo reipublicæ tempore secuti sunt, eos numquam oportebit consilij sui pœnitere. ¶ Sed[k] facile est bene agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videmur. illud admirabilius, & maius, *maximèque proprium senatus sapientis est grata eorum virtutem memoria prosequi, qui pro patria vitam profuderunt.* Quorum de honore vtinam mihi plura in mentem venirent: duo certè non prætereo, quæ maximè occurrunt: quorum alterum pertinet ad virorum fortissimorum gloriam sempiternam, alterum ad leniendum mærorem, & luctum proximorum. Placet[l] igitur mihi, P. C. legionis Martiæ militibus, & eis, qui vnà pugnantes occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimum. magna, atque incredibilia sunt in rempublicam

huius merita legionis, hæc se prima latrocinio abrupit Antonij, hæc tenuit Albam: hæc se ad Cæsarem contulit: hanc imitata quarta legio parem virtutis gloriam consecuta est. Quarta victrix desideratæ neminem: ex Martia nonnulli in ipsa victoria conciderūt. Ô [a] *fortuna mors, quæ natura debita, pro patria est potissimum reddita.* Vos verò patriæ natos iudico: quorum etiam nomen à Marte est: vt idem deus vrbem hanc gentibus, vos huic vrbi genuisse videatur. *In fuga fœda mors est: in victoria gloriosa.* etenim *Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet.* Illi igitur impij quos cecidistis, etiam ad inferos pœnas parricidij [b] luent: vos verò, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem & locum consecuti. *Breuis*[c] *autem vobis vita data est: at memoria bene reddita vitæ, sempiterna quæ si non esset longior, quàm hæc vitæ quis esset tam amens, qui maximis laboribus, & periculis ad dsummam laudem gloriámque contenderet?* Auctum igitur præclarè vobiscum, fortissimi dū vixistis, nunc verò etiam sanctissimi milites, quòd vestra virtus nec obliuione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit, cùm vobis immortale monumentum suis pænè manibus senatus, populúsque Romanus exstruxerit. Multi sæpe exercitus Punicis, Gallicis, Italicis bellis, clari, & magni fuerunt: nec tamen vllis tale genus honoris tributum est. Atque vtinam maiora possemus, quandoquidem à vobis maxima accepimus, Vos ab vibe furentem Antonium auertistis: vos redire molientem repulistis. Erit igitur exstructa moles opere magnifico, inciſæque litteræ, diuinæ virtutis testes sempiternæ: numquámque [e] de vobis, eorum, qui aut videbunt vestrum monumentum, aut audient, gratissimus sermo conticesceat. ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. Sed quoniam, patres conscripti, gloriæ munus optimis, & fortissimis ciuibus monumenti honore persoluitur, consolemur eorum proximos, quibus optima est hæc quidem consolatio parentibus, quòd tanta reip. præsidia genuerunt: liberis, quòd [f] habebunt domestica exempla virtutis: coniugibus, quòd iis viris carebunt, quos laudare, quàm lugere præstabit: fratribus, quòd in se, vt corporum, sic virtutum similitudinem esse confident. Atque vtinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris, consultísque possemus, vel aliqua talis his adhiberi [g] publicè posset oratio, qua deponerent mærorem, atque luctum, gauderéntque potiùs. cùm multa, & varia impenderent hominibus genera mortis, id genus, quod [h] est pulcherrimum, suis obtigisse, eósque nec inhumatos esse, nec desertos: (quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur) nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus, atque muneribus, eáque exstructione, quæ sit ad memoriam æternitatis ara virtutis. Quamobrem maximum quidem solatium erit propinquorum, eodem monumento declarari & virtutem suorum, & pietatem, & senatus fidem, & crudelissimi memoriam belli: in quo, nisi tanta militum virtus exstitisset: parricidio [i] M. Antonij nomen populi Rom. occidisset. Atque etiam censeo, P. C. quæ præmia militibus promisimus nos,

reipubl.

---

a *fort.* Ioui opt. max.

b vide Victorium 25 Variar. 18.

c L. patricidarum.

d *al.* cui cùm imperium dabamus, eodē temp. & *al.* consecutus.

P. B.

f L. quas quā hon. verb. conf. pot.

g *al.* cōplectar. Est

h L. studioseè cumulatéque redd. i *al.* præstaturi: quam cùm dif.

k DIGRESSIO.*

l Hoc verbo Placet, plerúque vtebātur in sententiis dicendis 7. ad Attic. 7. vt & his Censeo, ita censeo de ea re ita Censeo vti dixi Philipp. 3. in f. supra.

a *al.* cecidē runt.

b patricidij

c L. Breuis à natura vobis vita data est: at m.

d *al.* ad laudē, gloriámq. summam

e L. numquā de vobis

P. B.

f *al.* quod habent dom.

g L. publicè adhiberi pos.

h L. quod est pulcher.

i L. patricidio.

rep. recuperata, tributuros, ea viuis, victoribúsque cumulatè, cùm tẽpus venerit, persoluendaq; autem ex iis, quibus illa promissa sunt, pro patria occiderunt, eorum parentib. liberis, coniugibus, fratribus, eádem tribuenda censeo[a]. Sed[b], vt aliquando sententia cõplectar, ita censeo: *Cum C. Pansa. cos. imperatium cum hostibus conflígendi fecerit, quo prælio legio Martia admirabili, incredibilíq. virtute libertatem populi R. defenderit, quod idem legiones tyrannum fecerint: ip, eque C. Pansa, cos. imper. cum inter media hostiũ tela versaretur, vulnera accepérit: cúmq. A. Hirtius, cos. prælio audito, & cognito fortissimo, præstantissimóq. animo exercitum castris eduxerit, impetúmq. in M. Antonium, exercitúmque hostium fecerit, eúsq. copias occisione occiderit suo exercitu ita incolumi, vt ne vnum quidẽ militem desiderauerit: cúmq. C. Cæsar, imper. consilio, diligentiáque sua castra feliciter defenderit, copiásque hostium, quæ ad castra accesserant, profligarit, occiderit: ob eas res senatum existimare, & iudicare, eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio, grauitate, constantia, magnitudine, animi felicitate, populum Rom. fœdissima, crudelissimáque seruitute liberatum, cúmque remp. vrbem, templa deorum immortalium, bona, fortunásque omniũ, liberósq. conseruarint dimicatione, & periculo vitæ suæ, vti ob eas res bene fortiter feliciterque gestas, C. Pansa, A. Hirtius, cos. imperatores alter, ambóve, aut si[g] abierint, M. Cornutus, prætor vrbanus, supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulutnaria conflituat: cúmq. virtus legionum digna clarissimis imperatoribus exstiterit, senatum, quæ sit antea pollicitus legionibus, exercitibúsque nostru, ea summo studio reperliberatæ persoluturum: cúmque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit, atque ita cum maiore numero hostium contenderit, vt plurimos[h] cæderent, caperent nonnullos: cúmq. sine vlla necessitate pro patria vitam profuderint: cúmq. simili virtute reliquarum legionum milites pro salute, & libertate populi Rom. mortem oppetierint: senatui placere, vt C. Pansa A. Hirtius, consules, imperatores, alter ambóve, si ha[k] videatur, in, qui sanguinem pro vita, libertate, fortunísque populi R. pro vrbe, templísque deorum immortalium profudissent, monumẽtum quàm amplissimum locandum, faciendúmque [l], vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere[m], soluere iubeant, vt exstet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militúmque diuinam virtutem: vtque, quæ præmia senatus militibus ante constituit, ea soluantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, eáque[n] fratribus tribuantur, quæ militibus ipsis tribus oporteret, si illi vixissent, qui morte vicerunt.*

a hoc verbo vrebantur Senatores interrogati à Consule. dixi plenius Philippica 3. in f.*

b PERORATIO.*

c al. reo cognita.*

d al. præfantissimóq.*

e L. occidione occid.

f L. C. Cæsar, pro pr. imp.

g Prætor vrbanus, si consules aberãt, cõsulare munus sustinebat more maiorum teste mil. 12. Proinde maior dicebatur cæteri minores. Festus.*

h al. quàm plurimos cæderent.

i L. siue vlla retractatione pro gat. al. sine vlla retractatione.

P. R.

k al. eis.*

l L. faciendũ curent: quæstores vrb. ad eam r.


m al. attribuere.*

n L. isque tribuantur, quæ.

P. CCLXX.

C. CRISPI SALLVSTII,

IN M. T. CICERONEM ORATIO: NISI POTIVS INCERTI auctoris declamatio est.



RAVITER, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quàm morbo animi petulantia ista vti. sed cùm in te neque modum, neque modestiam vllam animaduerto, respondebo tibi: vt, si, quam voluptatem malè dicendo cepisti, eam malè audiendo amittas. Vbi querar? quos implorem, patres conscripti? diripi remp. atque audacissimo cuique esse perfidiæ locum[o]? an apud populum Ro. qui ita largitionibus corruptus est, vt sese, ac fortunas suas venaleis habeat? an apud vos, patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuiq. & sceleratissimo ludibrio est: vbi M. Tullius leges, iudicia populi Ro. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, & paullò antè insitus huic vrbi ciuis. An verò, M. Tulli, facta, ac dicta tua obscura sunt? an non ita à pueritia vixisti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? An scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem, nõ pudicitiæ iactura perdidisti? Itaque minimè mirandum est, si eam flagitiosè venditas, quam turpissimè parasti. Verùm, vt opinor, splendor domesticus tibi animos tollit. vxor sacrilega, ac periuriis delibuta: filia matris pellex: tibi iucundior, atque obsequentior, quam parenti par est. domum ipsam tuam vi, & rapinis, funestam tibi, ac tuis, comparasti: videlicet, vt nos commonefacias, quàm conuersa esset respublica, cùm in ea domo habitares, homo flagitiosissime, quæ P. Crassi, viri[b] consularis fuit. Atque[c] cùm hæc ita sint, tamen se Cicero dicit in cõsilio deorum immortalium fuisse, inde missum huic vrbi, ciuibúsque custodem, absque carnificis nomine, qui ciuitatis incommodum in gloriã suam ponit. Quasi verò non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus & idcirco respublica disiecta eo tempore, quòd te custodem habebat. Sed, vt opinor, illa te magis extollunt, quę post cõsulatum cum Terentia vxore de rep. consuluisti, cùm legis[d] Planciæ iudicia domi facie-bas: ex coniuratis alios[e] morte, alios pecunia condemnabas, cùm tibi alius Tusculanum, alius Pompeianum villam ædificabat, alius domum emebat: qui verò nihil poterat,

o P. ferum apud populũ R.

P. P.

b *fort.* viri clarissimi.

c L. Atq. hæc cùm ita sint.

d L. legit Planciæ

e L. alios cõdemnabas, alios pecunia absoluebas: cum tibi

is erat calumniæ proximus: is aut domum tuam oppugnatum venerat,aut inſidias ſenatui fecerat:denique de eo tibi compertum erat. Quæ ſi tibi falſa obiicio, redde rationem,quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit,qua ex pecunia domum parauerit,Tuſculanum, & Pompeianum infinito ſumtu ædificaueris: aut ſi retices,cui poteſt eſſe dubium, quin opulentiam iſtam ex ſanguine,& miſeriis ciuiũ parauerit? Verùm vt opinor, homo nouus Arpinas, ex M.Craſſi familia,eius virtutem imitatur,contemnit ſimultatem hominum nobilium,rempublicam caram habet, neque terrore, neq.gratia commouetur. Illud[a] verò amicitiæ tantum,ac virtutis eſt animi? immò verò homo leuiſſimus, ſupplex inimicis,amicis[b] contumelioſus, modò harum,modò illarum partium,nemini fidus,leuiſſimus ſenator,mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat, lingua vana,manus rapaciſſimæ,gula immenſa,pedes fugaces: quæ honeſtè nominari non poſſunt, inhoneſtiſſima. Atque is cùm eiuſmodi ſit, tamen audet dicere: *O fortunatam natam me conſule Romam*! Te conſule, fortunatam,Cicero?immò verò infelicem,& miſeram, quæ[c] crudeliſſimam proſcriptionem ciuiũ perpeſſa eſt, cũ tu,turbata rep.metu perculſos omneis bonos parẽre crudelitati tuæ cogebas: cùm omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erãt: cùm tu ſublata lege Porcia, erepta libertate, noſtrũm omnium vitæ, neciſque poteſtatem ad tẽ vnum reuocaueras. Atque parum eſt,quòd impunè feciſti, verùm etiam commemorando exprobras, neque licet obliniſci ſeruitutis ſuæ. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris quod libet:ſatis eſt perpeſſos eſſe: etiámne aureis noſtras onerabis tuo odio? etiámne moleſtiſſimis verbis inſectabere? *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.*[d] Quaſi verò togatus, & non armatus ea,quæ gloriaris confeceris: atque inter te, Syllámque dictatorem, præter nomen imperij, quidquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua inſolentia commemorem?quem Minerua omneis arteis edocuit, Iupiter optimus maximus in concilium deorum admiſit, Italia exſulem humeris ſuis reportauit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omneis Paullos, Scipiones, Fabios ſuperaſti, quem tandem locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes reip.placent? quem amicum, quem inimicum habes?cui[e] inſidias in ciuitate feciſti ancillaris? quo iure, cùm de exſilio tuo Dyrrachio rediiſti, eum ſẽqueris? quos tyrannos appellabas, eorũ nunc potentiæ faues?qui tibi ante optimates videbãtur,eoſdẽ nunc demẽteis,ac furioſos vocas? Vatini cauſam agis? de Sextio malè exiſtimas? Bibulum petulantiſſimis verbis lædis?laudas Cæſarem? quem maximè odiſti,ei maximè obſẽqueris? aliud ſtans,aliud ſedẽs, de rep.ſentis? his maledicis,illos odiſti,leuiſſime transfuga,neq.in hac,neque illa parte fidem habens?

a L.Illud verò amicitiæ: hoc virtutis eſt animi.
b L.in amicos.
P. 271.
c L.quæ crudeliſſimam proſcriptionem perp.
d L.LAVREA.
e L.quo iure cui inſidias in ciuitate feciſti eis ancillaris? cùm de exſilio &c.

P. 1. M. TVLLII CICERONIS, VT FALSO INSCRIBITVR, IN CRISPVM SALLVSTIVM reſponſio.

EA DEMVM magna voluptas eſt, Criſpe Salluſti, æqualem,ac parem verbis vitam agere: neque quidquam tam obſcœnum dicere, cui nõ ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpondeat: vt omnis oratio moribus cõſonet: neq.enim qui ita viuit,vt tu, aliter,ac tu,loqui poteſt:neq.qui tã illoto ſermone vti tur,vita honeſtior eſt. Quò me vertam,P.C.? vnde initium ſumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior eſt vterq. noſtrũm: quòd aut ſi de mea vita, atq.[a] actibus huic conuiciatori reſpondero, inuidiam gloria conſequatur: aut,ſi huius facta, mores, omnem ætatem nudauero, in idem vitium incidã procacitatis,quod huic obiicio.Id vos, ſi fortè oſtendimini,iuſtiùs[b] huic quàm mihi, fuccenſere debetis, qui initiũ introduxit.Ego dabo operã,vt & pro me minimo cum faſtidio reſpondeã, & in hunc minimè mentitus eſſe videar.Scio me,P.C.in reſpondendo non habere magnam exſpectationem, quòd nullum vos ſciatis nouum crimen in Salluſtium aduituros: ſed omnia vetera recognituros, queis & meæ,& veſtræ iam,& ipſius aures calent.verùm eo magis odiſſe debetis hominẽ, qui ne incipiens quidẽ peccare, minimis reb. poſuit rudimentum: ſed ita ingreſſus eſt, vt neq.ab alio vinci poſſit, neq.ipſe ſe omnino reliqua ætate præterire. Itaq.nihil aliud ſtudet,niſi, vt lutulentus ſus, cum quouis volutari.longè verò fallitur opinione. Non enim procacitate linguæ vitæ ſordes eluuntur: ſed eſt quædam calumnia, quam vnuſquiſq.noſtrũm teſtante animo ſuo fert, de eo, qui falſum crimen bonis obiectat,quòd ſi vita iſtius memoriam vicerit:illam, P.C.non ex oratione,ſed[c] ſuis ex moribus ſpectare debetis.Iam dabo operam,quàm maximè potero,vt breue id faciam.Neque hæc altercatio noſtra vobis inutilis erit,patres conſcripti. Plerumq.enim reſpublica priuatis creſcit inimicitiis:vbi nemo ci-

P. 272.

a L.atq. actis
b L.iuſtiùs huic,qui initium introduxit,quam mihi ſuccenſ. deb.
c L. ſed ex ſuis mor.

mo ciuis qualis ſit vir,poteſt latêre. Primùm igitur,quoniâ omnium maiores Criſpus Salluſtius ad vnum exemplum & regulam quærit,velim mihi reſpondeat, nunquid hi,quos protulit, Scipiones, & [a] Metellos, vel Fabios, antè fuerint aut opinionis, aut gloriæ, quàm eos res geſtæ ſuæ, & vita innocentiſſimè acta cõmendauit. quòd ſi hoc fuit illis initium nominis & dignitatis: cur non æquè de nobis exiſtimetur,cuius & res geſtæ illuſtres, & vita integerrimè acta? quaſi verò tu ſis ab illis viris, Salluſti,ortus.quòd ſi eſſes, nõnullos iam tuæ turpitudinis pigeret.Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt,ſi priùs noti nõ fuerint, à me accipiant initiũ memoriæ ſuæ. tu tuis vita,quàm turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras: vt etiam ſi fuerint egregij ciues,certè venerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos viros obiectare. Satius eſt enim me meis rebus geſtis florere, quàm maiorum opinione niti: & ita viuere, vt ego ſim poſteris meis nobilitatis initium,& virtutis exemplum.Neq.me cum iis conferri decet,P.C.qui iam deceſſerunt,omniq.odio carent,& inuidia:ſed cum eis, qui mecum vnà in rep.verſati ſunt. Sed[b] ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus,(nõ hanc dico popularem ambitionem,cuius me principem confiteor,ſed illam pernicioſam contra leges,cuius primos ordines,Salluſtius duxit)aut in gerendis magiſtratibus,aut in vindicandis maleficis tam ſeuerus,aut in tuenda rep.tam vigilans,quam tu proſcriptionem vocas: credo quòd non omnes tui ſimiles incolumes in hac vrbe vixiſſent[c]. At quanto meliore loco reſp.ſtaret,ſi tu par,ac ſimilis ſceleſtorum ciuium, vnà cum illis adnumeratus eſſes? An ego tunc falsò ſcripſi, *Cedant arma togæ*, qui togatus armatos, & pace bellum oppreſſi? An illud mentitus ſum, *Fortunatam natam me conſule Romam*, qui tantum inteſtinum bellum,ac domeſticum vrbis incendium extinxi? Neq.te tui piget,homo leuiſſime, cùm ea culpas,quæ in hiſtoriis gloriæ mihi dueis? An turpius eſt,P.C.ſcribentẽ mentiri,quàm[d] illũ palàm hoc ordine dicentẽ? Nã quòd ætatem increpuiſti:tãtum me abeſſe puto ab impudicitia,quãtũ tu abes,à pudicitia. Sed quid ego de te plura quærar? Quid.n.mentiri turpe duces,qui mihi auſus es cloquentiã,vt vitium obiicere? cuius ſemper nocens eguiſti patrocinio.An vllum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium,qui non his artibus,& diſciplinis ſit eruditus? an vlla alia putas eſſe rudimenta,& incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatẽ aluntur? Sed minimè mirum eſt,P.C.qui homo deſidiæ, ac luxuriæ plenus ſit, hæc,vt noua,atq.inuſitata,miratur. Nã quòd iſta inuſitata rabie petulanter in vxorẽ, & in filiam meã inuaſiſti, quæ faciliùs mulieres ſe à viris abſtinuerunt,quàm tu vir à viris:ſatis doctè,ac peritè feciſti.Non enim me ſperaſti mutuam tibi gratiã relaturũ, vt viciſſim tuos cõpellarem. Vnus enim ſatis eſt materiæ habens:neque quidquam domi tuæ turpius eſt, quàm te. Multũ verò te opinio fallit qui mihi parare putaſti inuidiam ex mea re familiari, quæ mihi multo minor eſt, quàm habere gnus ſim.atque vtinam ne tanta quidem eſſet, quanta eſt: vt potiùs amici mei viuerent, quàm ego teſtamentis eorum locupletior eſſem. Ego fugax,Criſpe Salluſti? furori tribuni plebis ceſſi.vtilius duxi quamuis fortunam vnus experiri, quàm vniuerſo populo R.ciuilis eſſem[a] diſſenſionis cauſa.qui poſteaquàm ille ſuum annum in rep. perbacchatus eſt, omniáque,quæ commouerat pace, & otio reſederunt:hoc ordine reuocante, atq.ipſa rep. manu retrahẽte me,reuerti. Qui mihi dies,ſi cum omni reliqua vita cõferatur,animo quidem meo ſuperet:cùm vniuerſi vos populúſque R.frequens aduentu meo gratulatus eſt. tanti me fugacem, mercenarium patronum, hi æſtimauerunt.Neq.hercule mirum eſt,ſi ego ſemper iuſtas omnium amicitias exiſtimaui.Nõ enim vni priuatim ancillatus ſum,neque me addixi:ſed,quantum quiſque reipublicæ ſtuduit,mihi tãtùm fuit aut amicus, aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, quàm pacem. Multi priuatorum audacias metuerunt[b]:ego nihil timui,niſi leges. Multi arma ſua timeri voluerũt: ego nũquam volui quid quam poſſe,niſi pro vobis.Multi ex vobis potẽtia freti,in vos ſuis viribus abuſi ſunt. Itaq. non eſt mirum, ſi nullius amicitia vſus ſum, qui non perpetuò reipublicæ amicus fuit.Neque enim me pœnitet, ſi aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus ſum aut Sextij inſolentiam repreſſi,aut Bibuli patientiam culpaui,aut virtutibus Cæſaris faui.hæ laudes egregij ciuis,& vnicæ ſunt. Quæ ſi tu mihi,vt vitia,obiicis,temeritas tua reprehendetur,nõ mea vitia culpabuntur.Plura dicerem,ſi apud alios mihi eſſet dicẽdum, P.C.non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Sed vbi rerũ teſtimonia adſunt, quid opus eſt verbis? Nunc,vt ad te reuertar, Salluſti,patrémque tuum prætereà: qui ſi nũquam in vita ſua peccauit,tamẽ maiorem iniuriam reipublicæ facere non potuit, quàm quòd te talem filium genuit: neque tu ſi qua in pueritia peccaſti,exſequar, ne parentẽ tuũ accuſare videar,qui eo tempore ſummam tui poteſtatem habuit:ſed qualem adoleſcẽtiam egeris.hac enim demonſtrata, facilè intelligetur,quàm petulanti pueritia, tam impudicus, & procax adoleueris. Poſteaquàm immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit, & ætas tua iam ad ea patienda,quæ alteri facere collibuiſſet, exoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris:vt,quæ ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes,in aliis experireris. Ita non eſt facile reputare[e], P.C.vtrũ inhoneſtioribus corporis partibus rem quæſierit an amiſerit. Domum paternam viuo patre turpiſſimè venalẽ habuit,vendidit.Et cuiquam dubium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum,quo hic nondum mortuo,prod here-de geſſerit omnia? Neque pudet eũ à me quærere,quis in P.Craſſi domo habiret, cùm ipſe reſpondere non queat, quis in ipſius habitet, paterna domo. At Hercule lapſus ætatis tirocinio,poſtea ſe correxit.Non ita eſt,ſed abiit in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani:his ad iudicis ſubſellia attractus extrema fortuna ſtetit: & ita diſceſſit,vt non hic innocẽs eſſe,ſed iudices peieraſſe exiſtimarẽtur.Primum honorẽ in quæſtura adeptus, hunc locum, & ordinem deſpectus[e], cuius aditus ſibi quoque,ſordidiſſimo homini,patuiſſet.Itaque timens,ne facinora ſua clàm vos eſſent, cùm omnibus natribus familiarum opprobrio eſſet, confeſſus enim eſt, vobis audientibus, adulterium, neque erubuit ora veſtra. Vi-

[a] L.& Metelli antè fuerint vllius opinionis aut gloriæ.

[b] *fort.* Sed fuerim aut in honoribus.

P. B.

[c] *fort.* vixiſſent aut q.

[d] L. quàm illum palàm in hoc ord.

P. B.

[a] L. eſſe dixi.

[b] *al.* nunquam fuerunt

P. B.

[c] L. exputare

[d] L. pro here-de ſe geſſerit.

P.174. xeris vt libet:Salluſti:egeris quæ volueris:ſatis ſit, vnum te tuorum ſcelerum conſcium eſſe. noli nobis languorem, & ſoporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia noſtrarum vxorũ, ſed ita experrecti non ſumus,vt à te cauere poſſimus. Audacia tua vincit ſtudia noſtra.Et[a] quod hunc mouere poſſit,P. C. factum, ac dictum turpe, quem non puduit palàm, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quòd ſi tibi nihil per me reſpondere voluiſſem, ſed illud cenſorium elogium[b] Appij Claudij,& L.Piſonis,integerrimorum virorum,quo vſus eſt quiſque eorum, pro lege palàm vniuerſis recitarem. nónne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non poſſit? Neq. poſt illum delectum ſenatus vimquã te vidimus: niſi forte in ea te caſtra conieciſti, quò omnis ſentina reip.confluxerat. At idem Salluſtius, qui in pace ne ſenator quidem manſerat: poſteaquàm reſp.armis oppreſſa eſt, & idem victores,qui exules reduxit,in ſenatum poſt quæſturam eſt reductus. quem honorem ita geſſit, vt nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit.Ita igitur egit, vt nihil non æquum, ac verũ duxerit,quod ipſi facere collibuiſſet: neq. aliter vexauit,ac debuit,ſi quis prędę loco magiſtratũ accepiſſet. Peracta quæſtura,poſteaquàm magna pignora eis dederat, cũ quib.ſimilitudine vitæ ſe cõiunxerat, vnus iam ex illo grege videbatur. Eius enim partis erat exemplar Salluſtius,quo tãquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorũ exceſſerat[c] quidquid impudicorum cyllonum parricidiarum[d],ſacrilegorum,debitorum fuit in vrbe, municipiis, coloniis. Italia tota, ſicut in fretis ſubſederant, nominis perditi,ac notiſſimi, nulla in parte caſtris apti niſi licentia vitiorum, & cupiditate rerũ nouarum. At poſteaquàm prætor eſt factus,modeſtè ſe geſſit,& abſtinenter. Nónne ita prouinciam vaſtauit,vt nihil neq.paſſi ſint,neque exſpectarint grauius in bello ſocij noſtri, quàm experti ſunt in pace,hoc Africam interiorem obtinente?vnde tantum hic exhauſit, quãtum potuit aut fide nominum traiici, aut in naueis contrudi.tantum,inquam, P.C.exhauſit,quãtum voluit. Ne cauſam diceret,ſeſtertio duodecies eum Cęſare paſcitur. Quòd ſi quidpiam eorum falſum eſt, his palàm refelle, vnde tu, qui modò ne paternã quidem domũ redimere[a] potueris,repentè tanquam ſomnio beatus,hortos pretioſiſſimos, villam Tiburti[b], C.Cæſaris reliquas poſſeſſiones paraueris. Neque[c] piguit quærere,cur ego P. Craſſi domum emiſſem, cùm tu veteris villæ dominus ſis, cuius paulo ante fuerat Cæſar. modò,inquam, patrimonio non comeſo, ſed deuorato,quibus rationibus repentè factus es tam affluens,& tam beatus? nam quis te faceret heredem, quem ne amicũ quidem ſuum ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit, niſi ſimili,ac par tui[d]? At hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt. quorum ſiue tu ſimilis es, ſiue illi tui,nihil ad omnium ſcelus, ac nequitiam addi poteſt. Verùm,vt opinor, honores tui te faciunt inſolentem,Tu, C.Salluſti,tantidem putas eſſe,bis ſenatorem,& bis quæſtorem fieri,quanti bis conſularem,& bis triumphalem? Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus eſt dicere. Is demum maledicit,qui non poteſt verum ab altero audire. Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in prima ætate pellex, & idem poſtea adulter, omnis ordinis turpitudo es,& ciuilis belli memoria. Quid enim grauius pati potuimus, quàm quòd te incolumen in hoc ordine videamus? Deſine bonos petulantiſſima conſectari[e] lingua:deſine morbo procacitatis iſto vti: deſine vnumquemque moribus tuis æſtimare. his moribus amicum tibi facere non potes: videris velle inimicum habere. Finem dicendi, P. C.faciam. ſæpe enim grauiùs vidi offendere animos auditorum, eos, qui aliena flagitia apertè dixerunt, quàm eos, qui commiſerunt. Mihi quidem ratio habenda eſt,non quid Salluſtius meritò debeat audire, ſed vt ea dicam, ſiqua ego honeſtè effari poſſum.

a L.Ecquod hunc.

b L.eclogium App. al. elegium al.ellogium.

P. B.

a L.reluere potueris.

b al.Tiburi, al.Tiburtinã:

c L.neque te pig.

d L.tibi

P. CCLXXV.

e al.conceſſerat.

d b.parricidarum.

e al.inſectari

A

B

C

D

E

AD POPVLVM ET EQVITES Rom.antequam iret in exſilium.

¶ Hæc oratio eſt inelegans,inconcinna,inſulſa,atque inepta,denique vix Latina, itaq.qui eã Ciceroni adſcribunt,eádem opera regi alicui opulento veſtem aliquam craſſo filo tritam,ac laceram circumdent.

SI QVANDO inimicorum impetum propulſare, ac propellere cupiſtis, defendite nunc vniuerſi vnum, qui ne omnes concideretis, ardoré que flammæ conflagraretis, mei capitis periculo non dubitauit prouidere. Nam, quem virtutis gloria cum ſumma laude ad cœlum extulit, eundem inimicorum inuidia indigniſſimè oppreſſum deprimit ad ſupplicium. Si liberûm conceptam dulcedinem animo incluſam continetis, noli te eo velle carere, qui cariſſimam veſtram procreationem ſibi eſſe duxit. Eſt enim liberale officium, ſerere beneficium, vt metere poſſis fructum. Fidei conducit, in loco, debitum retribuere. Illic enim animi voluntas propenſa comprobatur: hîc memoria collaudatur. Itaque, ſi omnibus graue ſeruitutis iugum eſſe debet in libertate educatis:ſit is veſtris animis acceptiſſimus, qui à veſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis.Et,ſi maiores veſtri eos imperatores,qui militum virtute hoſtium fregerunt furorem, iucundiſſimo fructu,

A

B

mo fructu libertatis reconciliato, non solùm statuis dignos putarunt, sed etiam æterna triumphi laude decorarunt: tũ vos eum consulem qui nõ militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilẽ ciuium mentem senatus auctoritate vindicauit, existimate vobis retinendum in ciuitate esse. Si, quæ beneficia singulis ciuibus, priuatímq. dãtur, ea solent iis esse fructuosa, à quibus sunt profecta: iure & meritò possum ego vos ad defensionem meę saluti adhortari, quos conseruaui vniuersos. Nam neq. maius est defendere vnum, quàm populum: neq. verius à singulis, quàm ab omnibus repetere officij prẽmium, & fructũ: propterea quòd in vnius periculo sæpe contentio parua est, vt leuis sit labor defensori sustinendus in reip. insidiis, quo firmius est quod oppugnatur, eo pariores sunt inimici, vt iis sine magna sollicitudine, industria, virtute non queat resisti. Et singulorum opes sæpe sunt tenues, & infirmæ ad gratiã referendã, vt opitulari benemerentibus non queant, si maximè cupiant: vniuersorum auxilium eò plurimùm prodest, quòd firmioribus opibus est nixum. Iure igitur, quoniam & maior impensa in patriam officij est, quàm in priuata sit defensione, & plus à vobis præsidij, quàm à cæteris opis ad salutem potest afferri: vos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. Non cõuenit enim, cùm ego ad promerendũ officium tam fuerim expeditus, vos ad referẽdam gratiam esse tardiores: ne, cuius amplitudinem, ac gloriam laude, atque honoribus amplificare debeatis, eius incolumitatem, & salutem deserẽdam existimetis. Etenim errat si quis arbitratur, M. Tullium idcirco in capitis periculũ vocari, quòd deliquerit aliquid, quòd patriã læserit, quòd improbè vixerit. nõ citatur reus audaciæ: virturis reus citatur. non accusatur quòd remp. vi oppugnarit, sed quòd homo nouus pernicioſum nobilium restinxerit furorem. Non obest mihi turpis, & nocens, sed honestissimè laudatissiméq. acta vita nõ odio bonorum, sed inuidia premor malorum. Intelligunt homines, tot [a], & tam præclaris testimoniis, monumentisq. virtutis comparatis, M. Tullio, dum sit incolumis, fore voluptati. idcirco vitam eripere cupiũt, vt cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. Nónne igitur indignum est, eos præmiis meis inuidere, qui virtute certare noluerunt? eos in contentionem honoris venire, qui officiis se superari æquissimo animo tulerunt? Si dulcis est gloria, consequere virtutem: noli obijcere labores, petere honorem: honorem dico? immò verò famam, fortunas, familiam, liberos, caput, corpus, ipsum deniq. sanguinem, & animam. Cedo inuitus de rep. cedo oppressus de fortuna, de dignitate: discedo à rep. victus audacia malorum. Liceat manere, si nõ illum M. Tullium, custodem vrbis, defensorem omnium, patrem patriæ: at certè reliquias Tullij: liceat in conspectu ciuium, in hac vrbe, quam ex parricidarũ faucibus eripuit, remanere, tecta omnium, fana deorum vniuersam videre periculo liberatam suo ciuitatem: liceat ex hac flamma euolare, præsertim qui illud impium incendium perditorũ hominum lacrymis potius meis, quàm sanguine vestro restingui malui. Neq. enim peto, vt mihi detis vitam: sed datã repeto, vt reddatis. Si memi-

[a] al. tot, & tã præclara testimonia, monumentáque virtutis comparata M. Tull.

A

B

C

[a] al. cùm cuibus

D

E

F

G

H

nistis quod dedi, vos nõ debetis obliuisci, sed retribuere quod debetis. Vos, vos obtestor, dij immortales, qui meæ menti lumina præstulistis, cùm consensum exstinxi coniurationis, arcémq. vrbis ab incendio, ac flamma liberaui, liberósq. vestros è gremio, & complexu matrum ad cædem, & cruorem non sum passus abstrahi. Nũ igitur potest fieri à clientibus vt recipiar, cùm, à quibus debeam retineri, reiicere instituant? Socij quò fugiãt, cùm aditus custodi patriæ præclusus sit? Quomodo spes salutis reliquis residebit, cùm ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis? Pax, & concordia extraneis gignetur, cùm iam domestici non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur? Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem vestros? auxilium ab alienis efflagitabo, cùm ciueis vestros deseratis? Sociorum inuocẽ subsidium, cùm à ciuibus intercluſum sit præsidiũ? Quã colere gentem nunc instituam? vtrùm vt custos accipiar, an vt pródítor excludar? si vt cõseruator: vestra erit ignominia. sin vt oppugnator: præcisa erunt omnia. Itaq. quod putaui fore gaudium, id exstitit exitium. Si, Quirites, eundem in ceterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, & pro innocentissimo quoque propugnare, & nocentissimum quemq. oppugnare nobis vtilissimum esse arbitraremur, & si cum optimi cuiusq. rebus aduersis nostrã salutem, cum deterrimorum hominum secũdis, nostra pericula putaremus coniuncta: si, quemadmodum profectò talibus conatib. obuiam ire niteremur: neq. partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia ac multitudine amicorũ fulti, cùm perfacilè existimaremus aduersariorum vim, ac factionẽ à nobis repelli posse, subitò ipsi simili periculo circumuenti, in nostro euentu aliorum reminiscentes casus, iure id nobis accidere nequicquam quereremur. Quis enim est, Quirites, qui nunc, cùm inimicorum nostrorum vim, atq. violentiam perspiciat, quíq. nostrum ipsum periculosissimum casum recognoscat, qui nõ sibi, ac suis diffidat fortunis? Quo. n. se satis tutũ arbitrabitur præsidio? virtutis & gloriæ? At ea nos ipsa hoc tempore oppugnãt. Multitudine amicorum? Aperuerunt non forteis esse se amicos, si in eorum potestate nostra sita salus non est. Paucitate inimicorum? At id non in ipsius, sed in aliorum voluntate positum est. nam nõ satis est, ne cui iniuriam facias, prouidere, si tamen sunt voluntarij inimici, qui tuis prẽmiis te oppugnent. Atq. cùm hæc omnia omnibus sint grauia, atq. acerba tum verò nobis misera, atq. intoleranda, quorum & officia in remp. recentissima, & in commoda ob rẽp. frequentissima in familia versantur. Nũc si eadem cõditio disceptationis proponetur, æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusæ, criminatione, sed vacuæ præbebuntur: qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore: qui sperant, faciliùs & procliuiùs ad laudem nobilitatis peruenient. Quamobrem nolo me duce supplicij vos ad fraudẽ deduci, vt ego ad pristinum statum recidã casus. Nunc igitur, si lingua est concertandum: innocentiæ virtute fretus supero. si facta compensanda sunt: conferamus æquitatem. si violentiæ impetu opprimi-

mut:cedam pro omnibus vnus tribunitio furori, quoniam laborē pro cunctis ferre consueui. Si igitur aliquo tempore iis hominibus consuluistis, quorū animus est religionis pietate defunctus: debetis mihi quoq. prospicere, qui numini deorū consecratum sartū tectum ab omni[a] piaculo conseruaui, & vos vt tutā, tranquillámq. fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia. Nam me, quem paullo antè fortuna erexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem: eundē tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatē. Et quoniam animaduertistis illam conspirationem conflatam, ita esse restinctā, vt nulla scintilla compareat incendij, vos quoq. tribunitiam sedate temeritatem (qui nunc se mihi inimicum ostendit, se prius esse vestrum professus est inimicum) ne rei crudelitas experta in me, in vos conualescat, & calamitas remorata longiùs serpat, atq. progrediatur, præcauete. Nunc vel solus delectus ad calamitatem vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere. Omnia sunt immutata. manus ad demonstrādam religantur iniuriam: lingua inciditur ad deplorandam calamitatem: animus præcluditur ad exponendam rei indignitatem. Humilitatem generis obiiciunt nobis, qui nouam rationem suscitant, veteres maiorum obtenunt laudes. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos sceleratè loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente, coarguitur turpitudine vitæ, vt de iis non sit necesse inimicos prædicare, de quorum scelere ne amici quidem aut ipsi possunt negare. Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. apud vos loquor de mea calamitate, quos habui semper innocētiq, & virtutis meæ testeis. Igitur ex ciuitate benemeritus de rep. ciuis exturbatur? innocens expellitur? consularis homo? non facultatibus vsus quondam minimis, amicorum multorum præsidio munitus, nunc partim ab inuidis, partim ab inimicis circumuētus eget indignè? huic si opem non tuleritis in periculo capitis, vos, credo, retinebitis vestram libertatem? qui neq. tanta valetis auctoritate, neq. tantorum officiorum impensam egistis in patriā, mihi credite hoc in vno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumitatē: & si initio non erit refutatum, impunè ad omnium pernicie conualescet. Proinde aut in meo periculo salutem integram præstate communem, aut in vestris hoc idem incommodū exspectate fortunis. Nemo tam perdita auctoritate, tam facinorosa inuentus est vita, qui cùm de scelere fateretur, non tamen sententiis priùs iudicum cōuinceretur, quàm supplicio addiceretur. Ego repentè vi tribunitia correptus nō modo loquendi liberè in iudicio, sed ne cōsistendi quidē in ciuitate habeo potestatem. Elicior non solùm sine teste, sine iudice, sine crimine, sed sine accusatore, sine etiam scelere. Hostibus in bello, qui dissident voluntate, dimicant armis, vitam quotidie oppugnant, in ipsa acie cùm prœliantur, licet loqui, licet disputare: mihi in pace, ciui qui perditorū hominum fregi furorem, pro fortunis meis apud vos loqui non licebit? serui, qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur, apud eos sæpe disputant, quos necare voluerunt: ego cōsularis apud vos non loquar, quos cōseruaui?

Tacebo, si necesse est: tacebo, inquam, animo æquo, quoniam virtus mea, me tacente, agit causam meam. Itaque vt ego in cōcione mea nihil ponam de rebus meis gestis, tamen in animis, & memoria vestra largiter relinquam. Isti modò videant, qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint. Etenim si à me, vt isti existimant, Lentuli mortui cædes, si Catilinæ notissimus furor, si amentia Cethegi, & luxuries ac stupra Cassij pœnas repetunt: profectò istis hora nulla, eiecto Tullio, vacua periculo, aut periculi exspectatione relinquetur. Itaq. illi in dies non meis insidiis, quæ nullę à me parantur, sed suorum scelerum conscientia cruciati, mihi absenti, & pop. R. pœnas dabunt. Quas ob res ego inimicorum amentiæ, cupiditatiq. paucorum omnium salutis causa, decedam: neq. eò deducam, aut progredi patiar, vt opera mea manus inter vos conseratis, cædésque ciuium inter se fiat: multóq. potiùs ipse patria, libertísque meis carebo, quàm, propter vnum me, vos de fortunis vestris, reique publ. dimicetis. Sic enim ab initio fui animatus, vt non magis me mea causa putarem esse natum, quàm reip. procreatum. Sed illud queror, (quod non iam ad vnius perniciem, sed ad vniuersorum instruitur calamitatem) conqueri, cōmiserari, dicere, expurgare, suspicionem dimouere, crimen diluere non licere: ore oppresso ceruices esse prębendas: quæ tamen omnia iam non sunt tam calamitosa, quòd mihi sunt subeunda, quàm pernicioſa, quòd in remp. sunt introducta. Quamobrem statutum est, atque decretū, in his temporibus ciuitatis omnia perpeti, quæ volet furor libidinosus. Vim volunt afferre? præstò sum. eiicere volunt? exeo. indicta causa nolunt audire? causam non dico. aliud quippiā conantur? agant. nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod remp. tutabitur. Nō enim illis victus cedo, sed incolumibus vobis me cōdono. Neq. enim mors miseranda est, quæ ob remp. capitur: neq. exsilium turpe, quod virtute suscipitur: cùm præsertim nōnullam hæ pœnæ habeant in se consolationem. Nam vitam si eripiunt, non adimunt gloriam immortalem. Si exsilio multabūt corpus, non animum à rep. remouebunt. Nam, vbicumq. ero, hoc cogitabo, hæc semper cura mea erit: neq. vobis ereptum non à vobis repudiatum existimabo. Illud ab vniuersis postulo, petóq. si, dum in ciuitate manere licitum est, nemini iniustè periculū creaui, nemini innocenti fui calamitati, si omnibus auxilio, præsidióq. esse cōsueui, plurimósq. in hac ciuitate sum tutatus: vti vos liberos meos in vestrā fidē recipiatis, eósq. defendatis, néve inimicos meos in familiam nostram longiùs progredi patiamini: vtíq. siue hinc abiero, siue ero hîc oppressus, ea maneat opinio, & existimatio, quæ virtute parta, nō quæ infelicitate illata est. Nunc ego te, Iupiter Optime. Maxime, cuius nutu, ac ditione sola terrarum gubernantur, téq. particeps cōnubij, socia regni, regina Iuno, téq. Tritonia, armipotens Gorgona[a], Pallas, Minerua, ceteríq. dij, deæq. immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutā, vt non solùm cuncta intueri, sed etiam tueri possitis ciuitatē: à quorum ego quondam altaribus impiam manum ciuium remoui: à quorum tēplis meo periculo funestā facem repuli, ne illustrissimum orbis terra-

[a] al. periculo

[a] al. Gorgophora,

terrarum monumentum cum principe omnium terrarum occideret ciuitate:téq. Iupiter Stator, quē verè huius imperij Statorem maiores nostri nominauerunt: cuius in templo hostilem impetum Catilinæ repuli à muris: cuius templū à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum Victoria est collocatum:oro, atq. obsecro, ferte opem pariter reip. cunctæq. ciuitati, meisq. fortunis: resistite tribunitio furori: fauete innocentiæ, subuenite solitudini, miseremini senectutis: nollite cū supplicem à vobis absterrere, & excludere, qui in fuo magistratu funestam facem à vestris repulit templis. Si C. Mario auxilio fuistis, quòd in cliuo Capitolino improborum ciuium cædem fecerat: si P. Scipioni, quòd Annibalis furibūdam mētem à vestris repulit templis: si deniq. Cn. Pompeio, quòd terra, mariq. hosteis reddidit pacatos: sic nūc in meis calamitatibus aliquā ferte opem diuinam, vt sæpe multorū impericulis feciſtis: sic nunc in meis miseriis diuinum aliquod auxilium, & numen ostendite. Deinde vos quorū potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro, atque obsecro, quibus singillatim sæpe supplex ad pedes iacui, vt eum, quē singuli stratum, atque abiectum subleuastis, nunc vniuersi conseruatum velitis. Si neminem vnquam vestrūm læsi, si nemini innocenti obfui, si etiam è contrario, vt quisq. auxilium meum desiderauit, opem ferre non dubitaui: si deniq. quæcunque admin istraui, ex vestra auctoritate, & Patrum Conscriptorum voluntate feci: si malui inimicorū cupiditati, quàm reip. & legitimæ auctoritati pœnas sufferre: vt existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu ereptum, in antiquum statum dignitatis restitui conuenire. Sed quoniam neque mihi libere loquendi, neque vobis clemēter audiendi, neq. omnino iudicandi, paucorum furore, & audacia facta est potestas: sed oppressa est resp. armis: metu debilitata seruili, vti liberū spiritum' ducēdi nullam habeat potestatem: cedam inermis armatis, innocens nocētibus, priuatus furibundo magistratui. Neque enim Q. Metellus quidquam de virtute sua detraxit, quòd cessit L. Saturnio furenti: neq. C. Cotta, quòd Q. Vario tribuno pl. inferiore genere orto cedēdum putauit: neque C. Marius: qui, quantas res gesserit, vestra vobis libertas iudicio esse poterit: neq. verò M. Tullius suum animum vestra abalienauit potestate, cum præcipuum vobis obsidem sui animi, vestram reliquerit libertatem. Quamobrē testor deos, deásq. omneis immortaleis, vestrásq. maximè menteis, me non vitæ turpitudine, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam, pœnas iure & lege persoluere: sed propter virtutis inuidiam, propter iucundissimam ingenij laudem, propter magnitudinem rerum gestarum. crudelissimè ciuitate priuari. Quod si idem accidit Q. Cæpioni, si Mancino, si Ruilio, mihi quoq. hoc accidisse non magnopere erit mirandum, cùm præsertim non generis antiquitate, sed virtutis ornamentis summam laudem sim consecutus. Nunc ego vos Equites R. obtestor, quorum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet coniunctam, quorum factis gloriantur ciues, lætantur socij, gemunt hostes: vt, si erga vos omni tempore optimè fui animatus, si mea pericula neglexi, dùm timorem à patria propulsarem: si æquè liberis vestris prospexi, ac vos parentibus cōsuestis: vt nunc me velitis vestris opibus defensum, incolumem in hac ciuitate retinere: quę cùm à scelerata coniuratione esset incensa, meo ductu ac labore restincta est: nec patiamini me à liberis meis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris, focisq. innocentem proiectum vitam degere in exsilio, miserrimi mortalis casum subire, Proiicitur Tullius in exsilium. At à quo? nimirū innocens ab inimico, religiosus à scelerato, beneuolus huic ciuitati ab hoste. O misera vitæ ratio, quæ tādiu resides in voluptate, quādiu fortunæ poscit libido! egóne inimicus huic ciuitati? quamobrē? quia inimicos necaui. egóne hostis? quid ita? quia hostes interfeci. En conditionem huius temporis: antea gloria & laude dignissimi dicebantur, qui hæc perfecerunt: nunc scelerati & parricidæ esse dicuntur, qui hæc administrarunt. Sint sanè scelerati: superet istorum victoria, si modò victoria appellanda est, in qua ciuitatis inest luctus: habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Tantum à vobis illud, Equites Rom. peto & rogo, vt, quem sæpenumero vestra laude cohonestastis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

FINIS.



BIBLIOTECA ASTRA SIBIU

BIBLIOTECA „ASTRA" SIBIU

